S

Fol

1584

COMMENTARIA IN SACROSANCTVM MATHAEI EVANGELIVM.

EX VETERVM ET IVNIORVM SCRIptis magna ex parte collecta: vtilissima quidem tam Theologis, quám concionatoribus, & ad literam explicandam, & ad Hæreticos conuincendos; & ad mores componendos.

AVTORE MAGISTRO F. GASparo à Melo Augustiniano Rectore Collegij D. Gabrielis: atq; diuinorum librorũ primo apud Vallisoletanos interprete.



PINTIAE.

Ex Officina Didaci Fernandez á Corduba Typographi Regij.

Anno M. D. LXXXIIII.

CVM PRIVILEGIO.

DE mandato nostri reuerendi admodum patris fratris Stephani Sanchez prouincialis Ordinis S. P. N. Augustini in Hispania, accurate perlegi hos commentarios in Mathæum editos a reuerendo admodũ patre magistro fratre Gasparo a Melo Rectore Collegij Vallesoletani: In quibus prxterquam quod nihil repererim sanctę fidei decretis alienum, aut patrum doctrinę dissonum, aut piarum aurium offensiuum: offendi multa plena subtilitate, & pietate. Quę satis aperte variam & egregiam authoris eruditionem redolent. Quare spero, hoc opus multum fore vtilitatis allaturum: tum quia volentibus abditissimos Euangelij sensus eruere, & perfecte callere, viam aperit: tum etiam quia prędicatoribus verbi Dei plurimas considerationes non contemnendas quidẽ, sed graues, minimeq; vulgares & sępius obijcit, & passim inuit. Quod his nostris temporibus video fecisse neminem, vt literę exactam explanationem, cum doctrina morali ad componendos mores valde opportuna, coniunxerit. Quo circa dignissimum opus iudicaui, quod in publicum ęderetur. Datis in Conuentu S.P.N. Augustini Agripinensi, quarto Kalẽdas Maias. Anno Domini. 1581.

F. Gabriel de
Montoya.

¶ 2 NOS

NOS frater Stephanus Sanchez Prouincialis Ordinis S. P.N. Augustini in Hispania, his potissimum, quos talẽtis sibi concessis á Deo sollicite negotiari videmus, in idq; omnem operam & studium conferre, vt indies respublica Christiana doctrina iuuetur, & pręclarissimis scriptis illustretur: His (inquam) & opem ferre debemus, & morem gerere cupimus. Quare lubentissime tibi Reuerendo admodum patri magistro fratri Gasparo a Melo presentium tenore licentiam facimus, vt quamprimum velis, tuos in Mathęum commentarios pręlo mandare possis, obtenta tamen prius facultate a regio senatu. Certiores quippe facti sumus a R. admodũ patre F. Gabriele de Montoya (cui nos illos pręlegendos delegauimus) eam continere eruditionem, vt non parua inferatur iniuria concionatoribus, si tibi licentiam hanc non impartiremur, imo si renuenti in publicum illos prodire, non prępiperemus. Datis apud Pinciam pridie Kalendas Nouembris, anno Domini. 1581.

F. Stephanus Sanchez
prouincialis.

DON Phelipe por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Portugal, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galizia de, Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues de Algezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias Orientales y Occidentales, Islas y tierra firme del mar Occeano, Archiduque de Austria, Duque de Borgoña, de Brauante y Milã, Conde de Aspurg, de Flandes, y de Tirol y de Barcelona, señor de Vizcaya y de Molina &c. Por quanto por parte de vos Fray Gaspar de Melo maestro en sancta Theologia, y rector del Collegio de sant Gabriel de la orden de sancto Augustin de la villa de Valladolid, nos fue fecha relacion, que por seruir a Dios nuestro señor, y por bien de la republica christiana, os auia des ocupado mucho tiempo en escreuir vnos libros, sobre los quatro Euangelistas, y exposicion del texto Euangelico. El vno de los quales estaua acabado, que es la exposicion sobre el Euangelio de Sant Matheo, del qual hizistes presentacion, suplicandonos os mandassemos dar licencia para le imprimir, o como la nuestra merced fuesse: lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto en el dicho libro se hizieron las diligencias, que la prematica por nos fecha sobre la impression de los libros dispone: fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra carta para vos en la dicha razon, è nos tuuimos lo por bien: por la qual os damos licencia y facultad, para que por esta vez, qualquier impressor destos nuestros reynos pueda imprimir el dicho libro, que de suso se haze mencion, por el original que en el nuestro consejo se vio, que va rubricado cada plana y firmado al fin del de Iuan Gallo de Andrada nuestro escriuano de camara, de los que residen en el nuestro consejo, sin que por ello cayga ni incurra en pena alguna, y mandamos que despues de impresso, no se pueda vender ni venda, sin que primero se trayga al nuestro consejo juntamente con el original, para que la dicha impression se vea si esta conforme a el, y se de licencia para lo poder vender, y se tasse el precio a que se ha de vender cada pliego del, so pena de caer è incurrir en las penas cõtenidas en las leyes de nuestros reynos, y mas de la nuestra merced y de diez mil marauedis para la nuestra camara. Dada en Madrid a veynte y quatro dias del mes de Mayo de mil y quinientos y ochenta y tres años.

El licenciado Fuen mayor. El licenciado Iuã Thomas. El licenciado dõ Nuñez de Gueuara. El licenciado Guardiola.

El licenciado Nuñez de Boorques El Doctor Iuan Fernandez Cogollos.

Yo Iuan Gallo de Andrada escriuano de la camara de su Magestad la fize escreuir por su mandado con acuerdo de los del su consejo.

EGO Doctor Iacobus de Auellaneda Rector huius Collegij Mantuani societatis Iesu, regij senatus iussu, per me, & per duos alios patres nostri Collegij satis idoneos, perlegi hunc commentarium in Euangelium Mathæi cum suis additionibus reuerendi admodum patris fratris Gasparis á Melo Augustiniani, magistri, & rectoris collegij sancti Gabrielis Vallisoleti, & inuentus est suo dignus authore, est quippe & pius admodum, & eruditus, & ex sacris doctorum libris accommodate excerptus, speroq; fore si in lucē prodierit perquā vtilē, vtq; prælo committi possit facultatem authori facere decebit. Datum in nostro hoc collegio die septima Ianuarij anni. 1583.

Iacobus de Auellaneda.

EXCELLENTISSIMO DOMINO FRANCISCO HVRTADO MENDOÇA, NAVARRÆ PROREGI,

Marchioni Almazanio, Comiti Montis acuti, frater Gaspar a Melo salutem, & perpetuam felicitatem.

MVLTAE sunt causæ, & eæ grauissimæ, nobilissime dignissimequè Francisce, quibus, qui libros scribunt, scriptosquè per vulgant, atquè edunt, principes viros eligant, in quorum nomine appareant quæ diligenter & accuratè conscripserunt. Primùm qui ita faciunt, naturam ipsam imitantur, quæ cuiquè rei ea tribuit, largitaq; est, quibus se defendere ipsa possit, & vim illatam propulsare. Nam vt à plantis ordiamur, vitis quæ natura caduca est, clauiculis, quos ab eadem ipsa natura accepit, quidquid est adepta complectitur: parietibus, muris, erratica & serpens hedera nititur. Teneris arboribus solers agricola adminicula furcarum & stipitum adhibet, vt se erigant, atq; sustentent, quorum etiam ope adolescunt, viuunt, ad maturitatemquè perueniunt. In volucribus, quis non hoc idem animaduertit? quæ pullos fouent, congregant, alisq; & plumis occultant, tuentur, seruant, & ab auium iniurijs rapacium vnguibus & rostro defendunt. Si autem ad ædificia & & oppida nos conuertamus, quis dubitat quin quo fortioribus turribus, & propugnaculis quæquè vrbs cincta munitaq; sit, eò tutior haberi debeat, & ad hostiles impetus incursusq; paratior? Quare illustrissime princeps mirari non debemus, vt & qui olim sua scripta in vulgus nota esse cuperent, & qui nostro hoc tempore quæ literis mandauerunt, in lucem ea proferre desi-

derant, virum quærant & genere & probitate conspicuum, autoritateq; præstantem, cui libros dedicent, consecrent & commendent: quorum patrocinio maleuolorum omnia ridentium, & vel margaritas porcorum more calcantium, & calumniam & inuidiam effugere se posse confidunt. Quæ me causa impulit, vt Commentarios in Diuum Mathæum primum Euangelistam, quos amicorum hortatu in lucem edere statueram, tibi potissimum dedicarem. Nec enim vllus commodior patronus, gratior, & dignior occurrebat. Eligant alij sibi Reges, si volunt, eligant Imperatores, tu vnus mihi instar es omnium, teque meum mihi constituo Mecœnatem. Quid enim in te desiderem, cuius inclyta nobilitas est, autoritas maxima, prudentia singularis, sapientia incredibilis, amor in me non vulgaris? Quid de probitate & virtute loquar? quid de pietate erga Deum? quid de Christiana religione? Non hic necesse arbitror tuum genus commemorare, & ab illis heroibus trit tauis attauisq; tuis repetere, quorum opinio cunctorum animos, mentesque compleuit, quorum splendor aciem perstringit oculorum. Quæ tua prudentia sit, à Philippo Rege honores tibi decreti, prouinciæ mandatæ, & negocia commissa declarant. Res magnas iam inde ab adolescentia gessisti, nunc istius regni procuratione distineris, breuiq; spero futurum, vt Rex noster te ad maiora promoueat. Restat sapientia, literarumq; intelligentia diuinarum, in qua ita excellis, vt tuo sis parente maior, quem scimus non modo genere & maiorum claritate sed etiam literis & eruditione fuisse perillustrem. Qui si viueret, te tali ac tanto filio iure posset, ac meritò gloriari. Si enim, Salomone teste, gloria patris est filius sapiens, cui esse dubium potest, quin ex tua eruditione atque doctrina incredibili pater ille tuus animo caperet voluptatem: seq; à te vinci facile pateretur? Quæ me certe ratio ab illorum accusatione defendit, qui mecum hoc

consilium

cõsilium minus approbaturi essent. Quod non decere statuerent, sacros libros prophanis principibus nuncupari: quos aut Abbatibus, aut Episcopis offerri oportebat. Qui enim intelliget te rerum diuinarum cognitione pollere, eumq; te esse, qui vtroq; gladio vti facile queas, tantum aberit vt me reprehendat, vt etiam laudibus efferat. Quare & si bene locatum mihi esse videtur quidquid honestum & sanctum principi detur, & offeratur, cum præsertim nemo tam sit à mente desertus, tamq; auersus à vero, quin amet, & osculetur Euangelium: tamen quod aptè & commode dicaturus eram Christiano principi, aptius & commodius tibi, aptissime & opportunissime dedico Francisco, cuius animus ita religioni studet, sanctarumq; scripturarum lectioni vsque eo deditus est, vt Episcopis, & Abbatibus esse possit exemplo. Iam verò quanto me sis amore prosecutus, innumerabilia in me collata beneficia testantur, vetusq; illa, & singularis quæ mihi tecum fuit consuetudo declarat. De virtute autem & pietate ne plura dicam, tua me cogit modestia, quæ mihi silentium videtur imponere, cogit etiam sermonis inopia, ingeniiq; mei exiguitas tanto impar argumento. Suscipe igitur præclarissime Francisce benedictionem hanc paruam, maiorem CHRISTO auspice breui suscepturus. Equidem omnibus gratum spero futurum hoc munus, si modo tua illud Excellentia vultu hilari & læta fronte suscipiat. Dedimus operam vt hi nostri commentarij ne illiteratis quidem hominibus essent inacessi. Legentur autẽ summo cũ fructu, si illos hoc quisq; animo sumat in manus, melior vt fiat, magisq; in virtute proficiat. Neq; euãgelicã scripturã ad suos affectus accõmodet, & sinistre

nistre interpretetur, sed potius suos mores & vitam exigat ad Euangelij regulam, seq; hac trutina metiatur & regat. Det tibi Francisce praclarissime, cœlestis ille, conari, & cupere, quæ sint optima, saluberrima, maxima, idemq; dominator summus tua semper vota fortunet. Vale.

Frater Gaſpar à Melo Chriſtiano lectori ſalutem.

COMMENTARIOS Chriſtiane lector in Diuũ Mathæum cum iam pridem abſoluiſſem, tamen in lucem edere nõ audebam, nec rogantibus quidem amicis, & ijs amicis quorum cum virtute doctrina certabat. Verebar enim ne me inuidia & calumnia feræ immaniſsimæ lacerarent, quæ nihil non contaminant, proterunt, perdunt, & quod multo luctuoſius eſt, etiam ſacra contemerant. Hunc autem meum timorem, qui ſapientes ſanctoſquè viros ſæpe vel á ſcribendis libris, vel certe a publicandis, vulgãdiſq; deterruit, non inanẽ & falſum eſſe res ipſa monſtrabat. Inuidia enim noſtra hac ętate, ſi unquã alias, ſcriptoribus infeſta eſt, cuĩ nil placet, nil arridet, nihil no eſse videtur imminutũ. Breuiores in ſcribẽdo ſumus? breuitatẽ ipſam coarguit, paucisq; philoſophari oportere negat: longiores ſumus? immenſitatem obijcit: acuta & ingenioſa tractãtur? non huius eſse temporis dicit: vtiliter fructuoſeq; ſcribẽntẽ, & quę ſunt moribus accõmodata afferentẽ, vt vulgarem ridet indoctũ, & qui ſe altius á terra non efferat. Res quidẽ ſic exagitari ſolent. Quid de oratione & ſermone dicam? quem inuidi humilem, ſi ſit apertus: fucatũ, ſi elegans ſit, & ornatus appellãt. Quin etiam Aeſopi gracculum obiectare non deſinunt, alienaq, affirmant vẽditari pro noſtris: quacumq; incedimus, gradimur, pergimus, in inuidiam cruentam beſtiã incurrimus, nec illius truculentiſsimũ aſpectum vitare atq; effugere poſsumus. Calumnia verò quãtopepere noceat, quã peſtilens exitioſaq, ſit, neminem profecto fugit. Vires enim eorum, qui ſtudent prodeſse quamplurimis eneruat, officia impedit, & quę bono ſunt animo ſcripta reprehendit. Nã quæ ſcriptores diligenter colligũt ad Dei gloriã, & hominũ vtilitatẽ, quęq; accurate ſcribunt vt concionatoribus ſuppetere poſsint, quę quotidie dicant, cum pręſertim auditoribus cõſulere neceſse ſit, aliuſq; ſit aliter adiuuãd⁹, nõ intermittit calũnia criminari, labẽq; ſcriptori aſpergere religionis deprauatę, qua & liber, & libri autor, cũ pi⁹ maxime ſit notatur infamia. Haſce duas feras, & mõſtrorũ par horribile qa metuebã, quę ſcripſerã domi cõtinebã. Verũ cũ intelligerẽ Chr̃i milites cohortatorem habere Deũ, verbaq; illa venirẽt in mẽtẽ, nolite timere, ecce ego mitto vos: perfectęq; charitatis hãc eſse vim vt timorẽ radicit⁹ excutiat, & foras mittat, illudq;

animo

animo agitarem audendum esse ei, qui cupiat vincere (quid enim boni efficeret is, qui semper timeret aduersa?) statui diuino iuuante numine libros quos scripsimus, & in quibus concinnandis ac poliendis elaborauimus, in aspectum lucemq; proferre: quorũ primus hic est commentariorum in Diuum Mathęum primum Euangelistam. Erunt, vt auguror, qui nimium nos breues fuisse dicãt, pręsertim vbi litera exponitur, rursus qui longitudinem accusent, qui speculationem vitio vertant, qui contra, praxim vituperent, cuius vtriusq; rei habendam duximus rationem, nec est causa cur hoc nomine vocer in crimen. Alia enim alijs placent, siquidem nonnullis grata breuitas est, quibus satis est digitum in fontem intendere, vt aiunt, nec eis præripi laus debet, & gloria rerũ illarum, quas suopte ingenio leuiter adiuti consequuntur. E contrario multos copia, vbertasquè delectat, scribentiumquè labore redimi desiderant suum. Scripturæ regulas, quæquè ad conuincendos hæreticos conducunt, alij scire cupiũt, alijs moralis contio voluptati est: quod doctrinæ genus nostris hominibus accõmodatius puto. Non. n. inter hęreticos, sed inter catholicos Dei Optimi Maximi Singulari beneficio viuimus, & versamur. Qui quæ ab alijs scriptoribus & antiquis & recentibus sumpsimus & ex varijs locis in vnum contulimus in sinistram partem acceperit, perperam iniusteq; faciet. Nihil enim in libris est laudabilius, nihil quod plausu sit dignum maiore. Venire in mentem egregia illa vox debet latini poetę refellentis eos, qui furta obijciebant, versusq; mutuare alienos non decere existimabant. Magnorum (inquit) virorum est clauam extorquere de manu Herculis. Equidẽ fateor quicquid in his est commentarijs, a viris doctissimis & nouis & veteribus esse desumptum, quorum ego locos minime cognitos & peruios obseruaui: habendaq; mihi gratia est sparsa colligenti, dissipata congreganti, & quę disiuncta semotaq; erant ex longinquo accersenti, & ad Euangelia quę quotidie & leguntur, & exponuntur accomodanti. Qui hęc aut iam ante fecerunt, aut futuro post tempore facient, ijs quam gratissimos nos prębere & pręstare debemus. Calumniatoribus respondisse me & satisfecisse arbitror, qui si obtrectare pergunt, non mecum agi rem, sed cum hominibus cum doctissimis, tum pijssimis, quorum libri vel latino vel Hispano scripti sermone leguntur, putare debent. Ex hoc etiã styli varietatẽ improbare lector desinat. Nã cũ sua cuiusq; scriptoris veluti species sit, & forma dicendi, nosq; ea, quę cũ argumẽ

to

to ipſo cōſentiūt totidē verbis ex tā multis tā multa ſumamus, nō poteſt nō illa exiſtere & etiā varietas apparere, quā maleuoli irrideāt, boni admirentur. Sed inuidis atq; etiam calumniatoribus valere iuſsis, ad te ſe noſtra Chriſtiane lector conuertat oratio, cui oc noſtrum qualecūquè eſt opus cupio eſſe chariſsimum. Quod ſi velis cum fructu legere, legas ſobriè, legas non oſcitāter velut hiſtoriam aliquam humanam ad te nihil pertinentem, ſed aui de, ſed attentè, ſed aſsidue, ſi enim candide legeris nihil diſplicebit. Vale.

AD SAPIENTISSIMVM AC REVERENDVM ADMODVM P. FRAtrem Gasparũ de Melo sacræ Theologię magistrũ Rectoremquè Collegij D. Gabrielis Ordinis S. Augustini eiusdemquè religionis splendidissimum lumen Epigrama.

Gymnica Olympiadum quondam certamina, laudes
Magnaq; vincenti dona dedere viro.
AEthereæ tantum metuunt conferre Mineruæ:
Omnia nam meritis inferiora vident.
Quas igitur voces aut quæ præconia laudis,
Nunc potero scriptis digna referre tuis?
Non tu Pegaseis tetigisti sydera pennis
Diuino ingenio ductus ad astra volas.
Nec te pernitidus doctrinæ splendor obumbrat
Sed cunctis sacro lumine ductor eris.
Iam resonare Melo cepit, tacuere sorores,
Incipit angelicum iam resonare melos,
Fundit Anigrus aquas molli dulcedine plenas,
Dulcis amara potest mellificare Melo.
Ferrea fregisti cœlesti pectora verbo,
Virtute ingenio religione micans.
Nunc tamen horrificos poteris superare leones
Terribiles scripta subdere lege feras.

Aliud.

CEU liquidos fontes, ac lætos peruolat hortos
Mellis percupida, & sedula semper apis:
Mollibus vt violis, ac floribus vndiq; lectis
Conficere alueolis dulcia mella queat.
Sic Gaspar veterum semper monimenta virorum
Voluisti sanctum quærere nectar auens.
Ut dulces sacros sugens è flore liquores,
Nectare conficeres dulcius istud opus,
Nec mirum Ambrosijs libatis floribus istos
Nobis te dulces fingere posse fauos,
Dulcior Hyblææ sis cum dulcedine mellis
Lingua mellitus, nomine req; simul.

EVANGELIVM MATHÆI LIBER NOVI TESTAmenti primus. Et primæ eius partis primus.

De Humanitate Christi.

De libri huius inscriptione siue titulo.

EVangeliũ suũ (Matheus) vocauit librũ Generationis Christi ab ipso omnium fonte & capite bonorum. Chryso. in cap. Mathæ. primum ho. 2. Chrysosto.

De libri huius autore D. Mathæo, & in qua lingua scripserit euangelium.

MAthęus qui & leui, ex publicano Apostolus, primus in Iudęa propter eos, qui ex circuncisione crediderant, euangelium Christi Hebraicis literis verbisq; cõposuit. Hiero. in catal. scrip. Ecclesiasti. ¶ Idem alibi: nouum testamentum, gręcum esse dubium non est, excepto apostolo Mathæo, qui primus in Iudęa euangelium Christi hebraicis literis edidit. Hoc certè cum in nostro sermone discordat, & in diuersos riuulorum tramites ducit vno de fontę querendum est. Hiero. in prefatione ad Damasum, in quattuor euangelia. ¶ Quis verò postea idem euãgelium in græcum transtulerit non satis certũ est. Eodem teste Hieronymo in cathalogo scrip. eccles. vbi etiam hæc addit. Porrò ipsum hæbraicum habetur vsq; hodie in Cęsarensi Bibliotheca, quam Pamphilus martyr studiosissimè confecit. Mihi quoq; à Nazaręis qui in Verrhœa vrbe Syrię, hoc volumine vtuntur, describendi facultas fuit. Hęc ille. Hieronymus Petrus aureo.

Euangelij huius quis sit scopus.

MAthęus in euangelio suo potissimum versatur in eo, vt ostẽdat, messiam illum in tota serie scripturarũ veteris testamenti toties promissum, iam tunc aduenisse, & hunc esse re vera hominẽ illum Iesum qui dicitur Christus. Petrus Aureolus.

Argumentum quo breuis exprimitur historiæ summa.

IN quocunq; homine veteris testamenti absolutę, & perfectę sunt prophetię ad Messiā pertinentes: is verus Messias & solus est Christus: at verò in homine Iesu reuerá absolutum & perfectum est quicquid de venturo Messia vsquam scriptum aut prędictum sacri reliquerunt prophetę: homo itaq; Iesus verus Messias & solus est Christus, in scripturis promissus. Idem Petrus. Idem.

De probatione minoris (hoc est) de certis quibusdam & indubitatis demonstrationibus quibus homo Iesus verus probatur esse Messias.

PRimus Euangelista Mathæus, testimonia prophetarū de venturo Messia, quibusdā demōstrationibus seu notis, vt eius aduetus cognosci queat atq; dijudicari, confert cū persona hominis Iesu, ex quibus conuincit, eundem verè esse Christum illum, & Messiam, á lege promissum. Sūt autē venturi Messię notę, quas Mathęus in suo demonstrat euangelio. 22.

¶ Dauidica & regia prosapia. Cap. 1.

¶ Conceptus & Partus Virgineus. eodem.

¶ Regum, stella duce, adoratio. Cap. 2.

¶ Nomen Nazarçi, idest, Floridi, potius quám Bethleemitæ. Capite. 2.

¶ Antecessio prçconis, & prçcursoris. Capite. 3.

¶ Ministerium Angelorum. Capite. 4.

¶ Conuersatio in patria, & vocatio apostolorum. eodem.

¶ Doctrina Iustitię perfectę, explicatio & innouatio decalogi, & expositio consiliorum nouę legis. Cap. 5. 6. &. 7.

¶ Opera & miracula diuina. Cap. 8. 9. 10. &. 11.

¶ Mores tranquilli & summa in cōuersatione modestia. Cap. 12.

¶ Eruditio parabolica siue modus docendi per parabolas. Cap. 13. per totum.

¶ Sustentatio populi prouida & begnina. Cap. 14.

¶ Hypocrisis & prauarum doctrinarū detestatio. Cap. 15. &. 16.

¶ Gemina vni9 personę natura, diuina scilicet & humana. C. 17.

¶ Hierarchica noui eiusdem regni cōstitutio. Cap. 18. 19. &. 20.

¶ Summa rerum inopia & paupertas. Cap. 21.

¶Excęcatio Iudæorum, Cap. 21. 22. & 23.
¶Prophetica futurorum & arcanorum enarratio, Cap. 24. & 25.
¶Noui sacrificij & sacramenti institutio, Cap. 26.
¶Pasio acerbisima & salutaris, Cap. 27.
¶Resurrectio magnifica & triumphalis, Cap. 28.
¶Gentium ex omni lingua & tribu conuocatio, dicto Cap. 28.
Petrus Aureolus.

De prima veri Mesie nota.

P*Rima nota fuit Dauidica & regia propagatio ex semine & radice Iesse.*

¶Hanc futuram prædixerunt prophetæ.

¶Esaias cap. 11. egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini, &c. **Esaias.**

¶Hieremias cap. 23. ecce dies venient dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum & regnabit rex, &c. Quem locum de Christo intelligunt etiam omnes hebræi. Batablus. **Hieremias.**

¶Ezechiel, cap. 37. ecce ego asumā filios Israel de medio nationum, & erunt mihi populus, & seruus meus Dauid erit rex super eos & princeps in perpetuum. **Ezechiel.**

¶Amos. 9. In die illo suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & reædificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerāt restaurabo. Quem locum etiam ferè omnes hebræi explicant de tempore Mesiæ: & maximè de vocatione gentium, & ita interpretatur diuus Iacobus in oratione sua ad apostolos, acto. 15. cap. post expositam enim vltionem diuinam, futuram consolationē per Christum proponit. q. d. tempore Christi ecclesia omnino instaurabitur. Per ædificia corporalia spiritualia. Batablus. **Amos.** **Acto. 15.**

¶Aeggæus. 2. Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, dicens ego mouebo cœlum pariter & terram, &c. In die illa dixit dominus asumam te Zorobabel serue meus, & ponam te quasi signaculū quia te elegi. Hunc locum quidam de Christo exponunt hoc pacto factum est verbum domini ad ęggæum, vt scilicet aduentum Christi describeret. Dic ad Zorobabelem ducem Iuda, &c. quia Christus descēdit de tribu Iuda. Commouebo cœlum, &c. Hoc dicunt fuisse impletum quando imperium fuit translatū ad Romanos. Asumam te ô Zorobabel. Per Zorobabelem hic intelli-

gũt Christum qui descẽdit de Zorobabele. Vt est apud Mathæũ, in genealogia Christi. Sicut & frequenter Christus, vt supra vidimus, dicitur Dauid quia de Dauide descenderit. Serue me⁹. Ita pater vocat filium suum Messiam quia fecerit eius voluntatem. Quòdq; sit minor patre secũdum humanitatem. Ponã te vt signaculum, idest, vt annulum signatoriũ. Idest, habebo te loco honestissimo, & in ea cura qua habet suum annulum rex, aut princeps aliquis. Habebo te semper ante occulos. Quia elegi te. sub. in redemptionem generis humani. Batablus.

¶ Zacharias. 4. Quis tu mons magne coram Zorobabel? & educet lapidem primarium. Ecce de Zorobabel dicit quod educet lapidẽ primariũ. Hoc est, Christũ. His ergo testimonijs multisq; alijs quæ breuitatis causa omittimus, constat quod verus Messias futurus erat filius Dauid.

¶ Hãc notã esse impletã in Christo ꝓbat Matheus in ipso statim euãgelij sui exordio. c. 1. liber (inquit) generationis Iesu Christi filij Dauid, &c.

2. Nota veri Messiæ.

¶ 2. *Nota est natiuitas ex virgine*. Quæ fuit prædicta per Esaiam, cap. 7. vers. *Ecce virgo concipiet & pariet filium*. Quam prophetiã paucis explicare libet. *Pete tibi signum*, vel miraculum, idest, pete tibi miraculum quod tibi fidem meę prophetię confirmet. *In profundum inferni siue in excelsum supra*, idest, pete vt Deus suscitet tibi aliquẽ ex mortuis, vel faciat vt sol & luna stent sicut in tempore Iosue. *Et dixit Achaz non petam & non tentabo Dominum*. Quasi dicat nolo perdere operam tentando illum, quia scio illum non posse pręstare quę dicis. Verba sunt Athæi: misit enim munera ad regẽ chaldeorum. 4. Reg. 16. *Audite ergo domus Dauid*, idest, tu Acham & omnes proceres Iudeæ. *Nunquid parum vobis est molestos esse hominibus?* Idest, prophetis? contemnendo illos, *quia molesti estis & Deo meo?* Deum molestia siue tædio afficiebant quando eum debilem, neq; satis potentem qui eos á Rasin & phacee liberaret, existimabant. *Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum*, idest, idcirco ad conuincẽdam incredulitatem tuam & gloriam Dei reuelandam miraculum grande faciet dominus in terra, & signum admirabile suę misericordię vobis dabit. Hoc signum contigit annis supra 500. á prophetia Esaię: quod erat de futura

Iudę á peccato & morte & inferno liberatione, datum Mariæ & Ioſeph, & credentibus. *Dabit vobis ſignum*, ideſt, nepotibus tuis ô Achaz dabit dominus hoc ſignũ, quaſi diceret, tu cogitas Deũ non ſatis eſſe potentem vt liberet te á Raſin & phacee, at falleris: nam longè maius argumentum ſuæ potentię daturus eſt tuis nepotib⁹: faciet enim vt ex virgine naſcatur Meſsias qui liberabit populũ á perniciosioribus multò hoſtib⁹, peccato, morte, et ſathana *Ecce virgo* ſeptuaginta, ecce virgo illa. *Vocabitur nomẽ eius*. Heb. *Vocabit*. ſub. Virgo illa. Nã in terris null⁹ pater erat Chriſto, ideo virgo mater impoſitura erat illi nomẽ vnde angelus ad eam. Vocabis nomen eius Ieſum, &c. *Butyrum & mel comedet*. Cibos ſcilicet illos quibus veſcentur homines inter quos naſcetur. Terra enim ſancta manabat melle & lacte, ex quo fit butyrũ. *Vt ſciat reprobare malum & eligere bonum*. q. d. non habebit phantaſticũ corpus, ſed verum preditum omnib⁹ ſenſibus, vt homines reliqui: vt ſi quãdo eſuriat, cibos guſtu poſsit diſcernere, mali ſint an boni, & quos malos guſtu perceperit, reijciet, et refugiet: bonis veſcetur, cuiuſmodi mel & butyrum, quibus & cæteri homines.
Quia antequàm ſciat puer reprobare malũ &c. Derelinquetur terra quã tu deteſtaris à facie duorum regum ſuorum, ideſt, ante' quam puer ille virginis naſcatur. Aſsumpto enim corpore, abijcere cibum amarum & ſuauem eligere, nouerit. Periphraſis eſt, vt inculcet verbi Dei incarnationem. q. d. nõ ſtatim puer iſte naſcetur, ſed ante eius ortum multa contingent. Primum continget quod Syria & Samaria deſolabuntur, quas tu odio ꝓſequeris propter duos eius reges qui te obſident, &c. Batablus. Hac ergo prophetia cõſtat ſecundam veri Meſsiæ notam eſſe ex virgine naſciturum.

¶ Hanc omnimodam (inquit Galatinus) matris Meſsiæ virginitaté clarius expreſsit Rabbi ille Simeon in cõmen. libri Geneſis dicens: ab illa autem fœmina, magna virtute expertus ſpiritus, egreſs⁹ eſt de vulua clauſa, parat⁹ & aptus eſse princeps altiſsimus. Is verò eſt rex Meſsias. De illo ſiquidem ſcriptum eſt. Et requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, &c. Galat. lib. 7. cap. 14.

¶ Hæc natiuitas ex virgine demonſtrata eſt in Chriſto per Matheum d. c. per verſ. Chriſti autem generatio ſic erat, &c. Hoc autem totũ factum eſt, vt ad impleretur quod dictum eſt á domino per ꝓphetã dicentẽ, ecce virgo in vtero habebit & pariet filiũ; & vocabitur nomẽ eius Emanuel, ꝗ eſt interpretatũ nobiſcũ Deus. Hanc notam impletam in Chriſto oſtendit Mathæ. c. 1

De nota. 3.

¶ *Tertiæ notæ duæ sunt partes, prima est apparitio stellæ*, quam prædi
Nu.24. xit Baalam nu. 24. *Orietur stella* ex Iacob & consurget virga de Israel &c. Quę verba Rabbi anKelos (vt Galatinus ait.) ita trāstulit, surget rex ex domo Iacob, et nutriet se, et magnificabitur Messias ex Israel. Ex qua Chaldaica translatione cōstat prophetiam istam de Messia loqui, qui stella fuit vera.

Rabbi anKælos Galatinus.

¶ *Secunda pars huius notæ est, regū adoratio.* De qua psalmista psal. 72. Reges Tharsis & insulę munera offerēt, reges Arabū & Saba dona adducent, & adorabūt eū omnes reges, &c. Et viuet, & dabitur ei de auro Arabię, & adorabunt de ipso semper, tota die benedicent ei. Quod autē hæc omnia (inquit Galatinus) de Messia intelligi debeant, ex eo patet, quod in expositione magna Genesis, super illud. 33. c. dictū. Et cōpulit eū et recipit, ita legitur. Dixit magister noster quod omnia munera illa, quæ dedit pater noster Iacob, Esau: futurū est vt reges mundi regi Messiæ restituāt. Vnde probatur hoc? Ex eo quod scriptum est in psal. 72. Reges Tharsis & insularū munus adducent: non ita scriptum est, sed munus reddent. Messias ergo stella futurus erat ex Iacob, quę apparitura erat mundo. Et eum reges erant adoraturi.

Psal. 74.

Gala. lib. 8. ca. 3.

Esai. 60. ¶ Vtramq; partem huius notæ præuidit Esaias. c. 60. Surge illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est: & ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Omnes de Saba venient, aurum, & thus, deferentes, & laudem dn̄o annunciantes. Quam prophetiam breuibus explicabo. *Surge illuminare Hierusalem.* Alloquitur propheta primitiuam ecclesiam ex apostolis & iudæis in principio congregatam (inquit Adamus.) Quod autem ista Hierusalem intelligatur, & nō illa quæ occidit prophetas, probari potest, tū quia in sequētib' dicitur, omnes isti cōgregati sunt, venerunt tibi &c. Et rursus: qui vt nubes volant? vbi, parua hæc collectio, idest, primitiua ecclesia, ex iudæis cōgregata, miratur ad se volare gentiū multitudinē. Tum quia perpetuus est sermo huius capitis, cum capite superiori. Vnam solam cōpellat Hierusalem, cuius meminit in fine præcedentis capitis, quum dicit: veniet Sion redēptor. Quod autem sit perpetuus sermo de illa Sion siue Hierusalem, argumentum est quod in Hebræo non ponatur nomen Hierusalem hoc loco, sed tantum dicitur *Surge illuminare, quia venit lumē*

mum. Imò nec textus Hieronymi additus commentario, habet & in septuaginta positus, dicit Obelo notandum. Sensus ergo est: *surge ò Sion illu*, quā interpretatus est Paulus, & cuius mētio est in præcedenti capite. *O Hierusalem Iudaica surge illuminare*, idest, da operam vt consequaris fidem, *quia venit lumen tuum*; idest, Christ⁹ qui est lux vera, & qui est Deus de Deo & lumen de lumine. *Et gloria domini*, idest, idē Christus. Vel gloria illa de qua Pau. omnes peccauerunt & egent gloria Dei, quæ gloria sita est in misericordia & clementia Dei erga nos: qua gloria, illa magna cōtingunt credētibus, quæ nunquam contigerunt amatoribus seculi, scilicet remisio peccatorum, adoptio filiorum Dei, vera iustitia á qua iusti appellantur, & sunt verè credentes & implent legem. Vel *gloria domini*, sub. miraculorum *Super te orta est*, præt. ꝓ futuro more hebraico. *Omnes de Saba venient* heb. omnes ꝓ multi, idest, multi d Saba venient aurū et thus deferētes.

¶ *Vtramq; partē hanc extitisse in Christo nost o ostendit*. D. Mathæus in principio, c. 2. cum natus esset Iesus in Bethlehē Iudeæ, in diebus Herodis Regis, ecce magi ab oriente venerunt Hierosolymam, dicentes, vbi est qui natus est rex iudæorum? vidimus enim stellam ei⁹ in oriente, & venimus adorare eum &c. Deinde subiungitur; & intrantes domum inuenerunt puerum, cum Maria matre eius; & procidentes adorauerūt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurū, thus, & myrrham. Sapiētes igitur isti (quos reges fuisse suo loco ostendemus) tanquám primitiæ omnium regum gentium venerunt adorare stellam ex Iacob ortā (cuius signū erat stella, quæ duxerat eos ab orientali plaga) & obtulerūt ei munera aurum, thus, & myrrhā, vt Esaias prędixerat. Cuius propheciā iam omnimodo adimpletam videmus. Cūm videamus innumeros reges, innumerosq; imperatores per totum orbem terrarum regnantes, Christum seruatorem nostrum adorare, innumeraq; dona, & munera argenti & auri, illi, hoc est ecclesiæ suę offerre. Vata. Galat. Ada. Pintus. Hanc notam demonstrat. d Mathæus.

De nota. 4.

¶ 4. *Nota est ratio cognominis Nazaræi*. Quod illi multo ante inditum fuit. Nam licet prophetę prędixissent nasciturum in Bethlehē Iudęę. Micheas c. 5. Et tu Bethlehē effrata paruulus es in millibus iuda, ex te enim egredietur qui sit dominator in Israel: & egress⁹ eius ab initio á diebus ęternitatis. Discessurū ex terra Iuda, trucidādosq; paruulos, Hieremias. 31. vox in excelsis audita est, lamentationis, luctus & fletus, Rachel plorans filios suos, &c. Secessurum in Ægyptu Hunc locum explicatū habes Mathæ. 2 atque alios sequentes.

tum: Osée. 11. Ex Ægypto vocaui filium meum. Iidem tamen prophetę affirmarũt, obid eum non Bethleemitam, Effrateũ, aut Ægyptium, sed Nazarẹum nuncupãdum esse, á ciuitate quę vocatur Nazareth sumpto nomine.

¶ Mathęus verò, hęc omnia in Christũ cadere testatur dicto cap. 2. versu: qui cũ recessisset &c. Vt adimpleretur quod dictũ est per prophetas, quoniam Nazarẹus vocabitur.

De nota. 5.

¶ 5. *Nota est vaticinium de precursore Christi*, quem, viã Christo preparaturũ prędixerant Esaias. 40. Vox clamãtis in deserto parate viã domini, &c. Malachias. 3 ecce ego mitto angelum meũ qui prępara bit viam ante faciem meam, &c Idest, ante me.

¶ *Hunc ergo precursorem* iam venisse, eumq; fuisse Ioannem Baptistam probat Mathęus, cap. 3. &. 11.

De nota. 6.

¶ 6. *Nota est post reportatam de dæmone victoriam, ministerium angelorum*. Quod pollicitus est psalmographus his verbis: angelis suis mãdauit de te, vt custodiãt te in omnibus vijs tuis. Item in manib' portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidẽ, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconẽ, psl. 90 Euseb. lib. 9. de demonstratio. euangeliorum, cap. 7. Materia psalmi ex ipso psalmo satis apparet, quod est, Messias custoditus á Deo. Nã custodia mandata in versibus prędictis (angelis suis &c) Nulli particulari personę, nulli populo conuenit nisi Messię. Quilibet, enim populus & quilibet singularis homo (vno excepto Messia) permissus est offendere ad lapidem pedẽ suum: hoc est incurrere aliquẽ casum quasi fortuitum, & culpę & pęnæ. Excepto inquã messia, qui & peccatum nullum fecit, & in malũ voluntariũ nullũ incurrit. Accedit ad hoc, quod in principio psalmi vbi nostra versio habet, qui habitat in adiutorio altissimi, habet textus hebraycus, habitans in abdito excelsi. Habitare quippe est iugem quietem personalem alicubi possidere: cõstat autẽ nec Moysem, nec Dauidẽ, aut quemcũq; alium iustum habitasse, sed transitoriè quodãmodo hospitatos in abdito excelsi. Messiã verò habitasse: qui de se ipso testatur. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cęlo, filius hominis qui est in cœlo, habitans semper in abdito excelsi. Vnde sine dubio materia psalmi ad literam, est diuina Messię viatoris custodia á malo, sic vt mereretur propria tribulatione, immortalis vitę pręmium. Caiet.

Virgo Maria peculiari priuilegio exempta fuit ob omni peccato.

Caietan.

¶ Et

¶ Et in versu illo super aspidem & basiliscũ ambulabis, describitur victoria Messiæ de dęmonibus: qui significãtur sub metaphora isto rũ animaliũ rapaciũ & venenatorũ. Quoniã eorũ tã maiorũ quã minorũ officia ad rapiendũ quẽ deuorent, & ad veneno afficiendas animas tendunt. Constat ergo ex isto psalmo, quod Messias reportaturus erat de dęmone victoriã, & quod custodiendus erat ab angelis atq; ministrandus, Quam victoriam adeptus est in deserto, & post illam, illi ministerium præstiterunt angeli. Math. 4. Idem.

De nota .7.

¶ 7. *Nota est conuersatio in Galilæa, & vocatio discipulorũ.* Quorũ vtrũq; prædixit Esaias, cap. enim octauo ait: liga testimonium, signa legem in discipulis meis, &c. Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus. Verba sunt Christi prophetam alloquentis, quasi diceret: ligatu propheta testimoniũ hoc, tege inuolucris vaticiniũ tuũ, claude hanc legẽ vsq; ad discipulos meos, quousq; apostoli eam aperiãt: ipsi enim eam sunt interpretaturi: sit clausa donec veniat suum tempus, quando eam christiani intelligent, & explanabũt. Ita apud Danielem: claude sermones, & signa librum vsq; ad tempus statutum. Aspicis hic prædictam fuisse explanationẽ scripturæ per apostolos, & Christi discipulos. Pintus. Addit statim propheta: *& expectabo dominum, qui abscondit* (pro abscõdet) *faciem suam à domo Iacob*, idest, qui abscondet Messiæ aduentum, qui non agnoscetur á maxima parte nepotum Iacob. *Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi dominus in signũ, & portentũ Israel.* Verba sunt Christi, idest, ecce ego & discipuli mei ędemus signa & prodigia inter Israelitas. Vel mittemur breui in signa & prodigia in Israele, idest, quæ fient apud Israelitas. Mittemur (inquam) á domino, vt euangelizemus, & signis doctrinam nostrã cõfirmemus. Cõstat ergo ex hoc testimonio quod verus Messias vocatur' erat & cògregatur' discipulos qui mysteriũ eius pręicarent.

Esai. 8. Pintus. Vatablus.

¶ Nono autem cap. prædixit Mathęus conuersationẽ Messię in Galilęa his verbis: primo tẽpore alleuiata est terra Zabulon & terra Neptali in, via maris trans Iordanem Galilęę gentium. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, &c. Quorum verborum sensus, hic est. Primo tempore quando Messias verus cœperit pręicare, terra Zabulon, & terra Nephtalim alleuiabitur, hoc est, illuminabitur, Quia ibi credent multi, quos Christus ad se trahet, & releuabit onere peccatorum. Explicans autem propheta situm terræ Zabulon, & Nephtalim, ait: via maris trans Iordanem Galilęę gentium

tium: ac si diceret quę terra Zabulon & Nepthalim adiacet maris secus stagnum Genezareth, vbi sunt vrbes sitę vltra Iordané, quę sunt in Galilęa gentium, hoc est, in illa parte Galilęę quam olim Salomō dedit Haram Regi Tyri. Quam ob causam plaga illa Galilęa gentium vocatur, cum sit altera Galilęa, circa Tiberiadem. In hac igitur terra (inquit propheta) populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, hoc est, Christum, & eius prędicationem.

¶ Hæc duo euenisse tempore Christi scribit Mathęus dicto cap. 4. puta vocationem Petri, Andreę, Iacobi, Ioānis, alleuiationem, idest, informationem seu institutionem primam, quę facta est á Christo per vniuersam Galilęam.

De nota. 8.

¶ 8. *Nota duo habet membra, vnum quod prædixerint prophetæ, eum qui mittendus esset, iustitiam perfectiorem traditurū.* Inter quos est Esai. c. 11. erit iustitia cingulum lumborum eius, idest, vt perpetuò renibus nostris zona adhęrere solet, sic á Christo iustitia nūquám separabitur, (cingulum lumborum) Hebrę. est. quo significatur Christo iustitiam comitem fore perpetuam: sic psal, 108. Fiat ei sicut vestimentū quo operitur, & zona qua semper pręcingitur, idest, semper hęreat ei maledictio. Et rursus operiantur sicut diploide, confusione sua: idé significatur. Bata. Et Adamus. Hieremias. 23. faciet iudicium & iustitiam in terra.

Elsias. 11

Vatablus. Adamus. Hieremias. Osee. 11

¶ Osee. 11. tempus requirendi dominum cum venerit qui docebit vos iustitiam, idest, doctrinā quę ostēdit qua via acquiritur iustitia. *Alterum membrum est quod decalogus per eum deberet renouari:* Quod monuit Hier. 31. & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, non secundū pactū quod pepigi cū eis, puta. 10. verborū decalogi. Idē dicto c. 31. Hoc erit pactū quod feriā cū domo Israel: dabo legem meam in visceribus eorū. Et in corde eorum scribam eam.

Vtramq; Christum executum fuisse, demōstrat Math. c. 5. 6. & 7 vbi cōtinētur sermo domini in mōte, beati pauperes spū quoniā ipsorū est regnū cęlorū, &c: explicatio atq; innouatio decalogi, & traditio cōsiliorū nouę legis, in qub⁹ iustitia cōsistit perfecta sub his verbis. Nisi abūdauerit iustitia vestra plus q̃ scribarū & phariseorū non intrabitis in regnū cœlorū &c. Et factū est cū cōsumasset Iesus verba hęc, mirabantur turbę super doctrina eius: erat enim docēs eos sicut potestatem habens, & non sicut scribę eorum & Pharisęi.

De no-

De nota. 9.

¶ *Nota verò nona ſunt opera & miracula planè diuina*. Quæ præ uidit in Meſsia venturo Eſa.c.35. Ecce Deus noſter ipſe veniet & ſaluabit nos. Tunc aperiētur oculi cęcorū, & aures ſurdorū patebūt. Tūc ſaliet claudus ſicut ceru⁹, & aperta erit lingua mutorū.

¶ *Demonſtrat his omnibus Chriſtū claruiſſe Mathæ. per. 4. cap.* Nā in c. 8. & .9. oſtendit curaſſe infectos lepra, febri, et paralipſi laborātes, immūdoq; ſpū ſiue dęmone vexatos, poteſtate exercuiſſe in vētos, mare, et mortuos. Feciſſe etiā alia miracula penè infinita.

¶ Decimo ca. teſtatur re ipſa, hāc poteſtatē, ſuis etiā comunicaſſe apoſtolis: vt virtute ſua, miracula quę ipſe feciſſet, et ipſi facerēt.

¶ Vndecimo, diſcipulis Ioannis reſpōſum fuit: euntes renūciate Ioāni, quæ audiſtis & vidiſtis. Cęci vidēt, claudi ambulāt, leꝓſi mūdātur, ſurdi audiūt, mortui reſurgūt, pauperes euāgelizātur. Ac obid nō multo poſt, cępit Chriſt⁹ ciuitatibus, in quibus virtutes illę, & ꝓdigia diuina facta fuerāt, exꝓbrare incredulitatē ſuā.

De nota. 10.

¶ 10. *Nota eſt pacifica & humillima conuerſatio*. Hæc autē duo pronunciata ſunt per Eſaiā, c. 42. Ecce ſeruus meus &c. Nō clamabit nec accipiet perſonā, nec audietur vox eius foris. Calamum quaſſatum nō conteret & lignum fumigans non extinguet: non erit triſtis, nec turbulentus donec ponat in terra iudicium, ideſt, donec euulgauerit in terra ſuum euangelium.

¶ *Hæc extiterunt in Chriſto vberrima*. Math. 12. per totum. Vbi allegat prędictā ꝓphetiam: ecce puer meus: & proſequitur de pacifica & humillima Chriſti cū hominibus conſuetudine, multa.

De nota. 11.

¶ 11. *Nota cōtinet parabolas quibus Chriſtū uſum eſſe prædixerūt.* Dauid: aperiā in parabolis os meū, loquar ꝓpoſitiones abinitio, pſ. 77. Et Eſa. c. 6. auditu audietis & nō intelligetis iuxta lxx.

¶ *Parabolis vſum fuiſſe Chriſtum teſtatur Mathæus cap.* 13. Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, &c. Vbi ad verbum inducit prophetias prædictas. Primā in hunc modum. Hæc omnia loquut⁹ eſt Ieſus in parabolis, vt impleretur quod dictū erat per ꝓphetam dicentē: aperiā in parabolis os meum, eructabo abſcondita á conſtitutione mundi. Vbi nota quod hic euangeliſta non ſuperſtitioſè curauit hebræa verba reddere, contentus explicuiſſe ſentētiā: quod. lxx. verterūt *loquar*. Hic reddit eructabo. quod illi

proble-

Eras.math.1.3 *problemata*, siue vt nos legimus ꝓpsitiones, hic abscōdita. Erasm⁹. No. secundo. Quod Mathęus affert hunc versiculū, sicut Ioanes euangelista dixit: vt impleretur scriptura, os non cōminuetis ex eo. Docere enim per similitudines cōtingit dupliciter, vel per me phoras, vt exijt qui seminat seminare semen suū &c. Et ad hunc sensum applicat Mathæus hunc versiculū mysticè intellectū de Christo. Vel per similitudinē factorū, & sic ad literā verificatur in illo psalmo. Intēdit enim ꝓpheta erudire populū ex similitudine factorū á patribus, & á Deo in patribus. Vt videre est in psal mo. Caietanus.

Galatinus super. 77. ¶ Secundá propheciá Esaię adducit Mathæus dicēs: vt adimplea tur in eis prophetia Esaię dicentis auditu audietis, & non intelli getis &c. quam in illo, cap. explicabimus.

De nota. 12.

¶ *Notam. 12. Vnico verbo exponunt summa liberalitas, & incomparabi lis beneficentiæ hilaritas, a qua virtute Meßiam venturum commendat Ezech.* 34. Suscitabo super gregē meum pastorē vnum qui pascat eum, seruū meum Dauid. Ipse pascet, & erit eis in pastorē. Quo in loco obiter notandum: quòd Christus dicitur Dauid, ꝙ ex eo duxerit originē secundum carnē, seruus autē patris, quia eius vo luntatem impleuit. Batablus.

Batablus. ¶ Hanc verò virtutē fuisse in Christo summá & mirabilē osten- dit Mathę. cap. 14. cum enim propter decollationē Ioannis secessisset in desertum, multa millia hominū, qui eū ob sermonis dul cedinem sequebātur, quinq; panibus & duobus tantū pauit pisci bus. Vbi etiam multi languentes & malè habentes, ex solo atta- ctu fimbrię vestimēti eius curati, ac pristinæ sanitati fuerūt resti tuti. Vt ostēderet se esse verū patrē veriūq; pastorē erga oues suas.

De nota. 13.

¶ 13. *Nota Christi venturi fuit, eum ab hypocrisi & falso cultu homines auocaturum.* Quēadmodū prædixerat Esaias, c. 11. Nō secundū vi sionē oculorū iudicabit, neq; secundū auditū auriū arguet, idest, nō secūdū apparentiā (vt vulgo dicitur.) iudicabit, sed secundū ꝙ certò nouerit. Sed iudicabit in iustitia pauperes & arguet in ę- quitate pro mansuetis terre, idest, ęquam sententiam feret erga pauperes, qui sententia iudicum opprimi solent, & carpet, (sub. sceleratos) ob mites qui in terra sunt. Batablus. Et cap. 29. popul⁹ hic labijs me honorat cor autem eorum longè est á me.

Hoc

¶Hoc autē feciſse Chriſtū perhibet Mathæus cap.15.16. vbi etiā hanc ꝓphetiā populus iſte labijs me honorat, inducit ad verbū.

De nota. 14.

¶*Notam veri Mesſiæ. 14. ſtatuunt prophetæ, duplicem in Chriſto naturam videlicet humanā*, Eſa.9. paruulus natus eſt nobis & filius datus eſt nobis, ideſt (filius Dei datus eſt nobis.) Cuius imperium ſuper humerum eius, ideſt, habebit ſummā poteſtatem, dabitur enim illi poteſtas in cœlo & in terra. Et Michæas c.5. Et tu Bethleē effrata, ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael.

¶*Diuinam verò ſtatuunt*, idem Micheas ibidem, & egreſſus eius ab initio, á diebus ęternitatis. (Egreſsus) plurale eſt, ideſt, emanationes eius ab initio. Plurali nomine vtitur in hoc loco propheta quia ſemper procedit á patre iugi emanatione & ꝓceſsione, heri & hodie & olim. q.d. Chriſtus erit verus homo quia naſcetur in Bethleem, veruſq; Deus & coęternꝰ patri. Vnde illa verba, á diebus ęternitatis, addūtur vt explicatius declaret propheta ęternitatem Meſsię.

¶Et Eſaias dicit cap. illo.9. & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. quo in loco intellige, admirabilem ob natiuitatē ex virgine: conſiliarium, ob doctrinam: Deum ob diuinitatē atq; miracula: fortem, ob calamitates quas feret: patrem futuri ſeculi quod perpetuò victuri ſunt credentes in eum atq; illum toto corde diligentes, principem pacis: quòd futurus ſit author pacis ęternę.

¶Cap. verò.25. ait idē Eſa. ecce Deus noſter iſte, expectauimꝰ eū & ſaluabit nos, iſte dominus ſuſtinuimus eum & exultabimus, & lętabimur in ſalutari eius. Quibus verbis talmudiſtę (vt author eſt Galatinꝰ) collegerūt futurū fuiſſe quādoq; tēpus quo Deū mūdꝰ oculis viſurꝰ eſſet, & populi, digito ſibi inuicē, illū oſtēſuri. Gal.li.3.c.17

¶Hoc idem Baruch optimè affirmat dū cap.3. ita ait. Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſus eum, hic adinuenit omnem viam diſciplinę, & tradidit illā Iacob puero ſuo. &c. Et poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. quid clarius his verbis dici poteſt? ſi enim certū eſt Deū ſecundū diuinitatem, neq; oculis videri, neq; cum hominibus conuerſari poſse, cum chromata tantummodo videantur, & conuerſatio in

ter ho

ter homousios proprie sit, necessariò concedere oportet, futurũ vtiq; fuisse, Deum hominem aliquando fieri, vt secũdum humanitatem & oculis conspici posset, & sibi cum hominibus conuer sandum foret. Galatinus.

Galatinus.

¶ *Vtramq; naturam in Christo fuisse demõstratur*, in cap. 16. & 17. Diuinam quidem ex responsione diui Petri, tu es Christus filius Dei viui. Transfiguratione domini, quia resplenduit facies eius sicut Sol. Sed humanam, per reuelationem passionis super eum futurę, solutionem didrachmi in tributum.

De nota. 15.

¶ 15. *Nota, Est ecclesiastica hierarchia in qua Messiam monarcham futurum esse prædixerunt.* Esa. cap. 9. multiplicabitur eius imperium & pacis eius non erit finis. Daniel, 7. ait in Christo resuscitari regnum nouũ quod destruit alia regna omnia. Non regnũ terrenũ sed regnum cęleste & regnum sanctorum.

¶ *Christum imperium tenuisse declarat Euangelista Mathæus* cap. 18. 19. & 20. Vbi agit de regno Christi, quod est ecclesia: quomodo sit dispositũ in humilitate, cap. 18. quis putas maior est in regno cęlorum. In fraterna charitate, si peccauerit inte frater tuus eodem cap. In misericordia & pietate: ideò assimilatum est regnum cęlorum &c. Ibidẽ vsq; in finem. In castitate matrimoniali cap. 19. Si licet homini dimittere vxorem &c. In pudicitia virginali & viduali: sunt Eunuchi. Ibidem, in paupertate: tunc oblati sunt ei paruuli. Itẽ si vis perfectus esse. Et ibi ecce nos reliquimus omnia. In probitate & virtutum exercicio, cap. 20. sub parabola de operarijs conductis ad vineam excolendam. In concordia pace & tranquilitate. Et ascendens Iesus. Quo loco reprehenditur contentio duorum fratrum de ambitione. Eodẽ agit etiam Mathæus quomodo regnum Christi sit fundatum in precum & orationum assiduitate. Quod cæcorum ostenditur exemplo, qui ad Deum clamantes misericordiam consecuti sunt dicto capit. 20. vsq; in fin.

De nota. 16.

¶ 16. *Nota est, cum imperio adiũcta humilitas.* In qua Christũ ad regnum suum accessurum annuntiat Zacharias, cap 9. Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalẽ: ecce Rex tuus venit tibi iustus & saluator. Ipse pauper, & ascẽdens super asinã & super pullũ filiũ asinæ.

asinę. Et loquetur pacem gentibus & potestas eius á mari vsq; ad mare. Quod autem hęc de Messia intelligi debeant (inquit Galatinus) patet per magistri Salomonis glossam, quæ ita ait: ecce rex tuus venit tibi. Non potest hoc exponi nisi de rege Messia: quia dictum est hic: & dominium eius á mari vsq; ad mare & á flumine vsq; ad fines terrę. Et non inuenimus talem dominatorem in domo secunda hoc est, tempore secundi templi fuisse. Ex quibus aperte liquet regnum Messiæ spiritualiter intelligendum esse: Cum regnum temporale & paupertas simul esse non possint. Ad hoc etiã facit quod moses in expositione Genesis super illud 49. cap. eiusdem libri dictum. Ligans ad vitem pullum suum. Sic dicit: cum venerit Messias in Hierusalem ipse erit cingens asinũ suum & equitabit, & super eum veniet in Hierusalem, vt ducat se ipsum in paupertate vel humilitate, sicut scriptum est, cap. 9. Zach. pauper & humilis, equitans super asinũ, vel asinam. Itaq; non solùm secundum catholicos, sed secundum traditionem hebręorum hic locus Zacharię de Messia intelligendus est. Galat. lib. 8. cap. 9.

Galatinus. Rabbi. Salomon. Rabbi. Moises. Zachar. 9. Gala. li. 8. c. 9

Ingressum fuisse Christum Ierosolymam sedentem super asinum, testatur Matheus a principio cap. 21. vsq; ad vers. mane autem reuertens &c. Vbi hęc prophetia ad verbum penè refertur.

De nota. 17.

¶ 17. *Nota fuit Dei permissione Iudæos excæcandos*. Id quod futurum prędixit Esaias, cap. 6. excæca cor populi huius &c. Verba sunt (inquit Adamus) non prophetę vt quidam arbitrantur, sed ipsius Dei. Quod facilè colligitur ex eò quod postea additur: cõuertantur & sanem eum. Excęca, idest, excæcetur. Aggraua idest, aggrauetur. Certa persona pro incerta ponitur. Septuaginta autem transtulerunt exęcatum, siue incrassatũ est cor populi huius. Quod ee fecere consilio, ne gentiles hęc apud Esaiam legentes putarent Deum authorem huius exęcationis. Dicitur enim Deus excęcare aut indurare non quòd cęcitatem aut duritiam inmittat, sed quia deserit: & non suppeditat gratiam: qua destitutus homo necessariò labitur in varia peccata. Et induratur & excęcatur, suo tamẽ vitio. Vnde Augustinus indurat (inquit) & excęcat eos quorum corda emolire & illuminare noluerit.

Esaias. 6. Adamus. Quid sit Deũ excæcare. D. Augustin.

Et

Theophilatus Et Theophi. super. 12. cap. Ioan. per simile declarat: quum audieris, inquiens, quòd excęcat Deus, sic intellige: quod excęcat cum pręsens non sit, sicut sol facit noctem quando occidit. ¶ Et indurat & excęcat aliquando Deus non solum deserendo, sed etiam ingerendo correptiones, monitiones, miracula, aliaq; beneficia, quibus ipsi secundum reprobum sensum abutentes, efficiuntur deteriores: magisq; indurātur. Sicut Deus dixit de Pharaone, ego indurabo cor Pharaonis. Quod hunc aut similem habet sensum. Ego faciam aliqua, quibus cor Pharaonis, contra Deum Israel, & populum eius seuiens, atque rebellans, magis erit durū. Idq; me deserente cor eius in malitia & non emolliente illud. Ipse suę voluntati suisq; desiderijs dimissus sibi erit causa maioris ruinę & rebellionis.

Esaias. 29. ¶ Item eandem iudęorum excęcationem pręd ixit idē Esa. c. 29. claudet oculos vestros, prophetas & principes vestros, qui vidēt visiones, operiet. Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti literas dicent lege istum & respondebit non possum, signatus est enim.

¶ *Id quod factum & vsq; ad insaniam corda Iudæorum excæcata esse probauit Mathæus* á pręd icto loco cap. 21. vsq; ad cap. 24. sub figura ficulneę, quę nō protulit fructum & arefacta est. Significabat enim Iudęos. Sub varijs quoq; parabolis. De duobus filijs, agricolis qui interfecerant hęredem domini vineę, nuptijs & inuitatis qui fuerunt indigni, cap. 22. sub specie etiam machinationis iniquę, ibidem. Tunc abeuntes pharisęi, mittunt discipulos suos cū herodianis.

De nota. 18.

¶ *Nota. 18. fuit, Christum Prophetam siue interpretem arcanorum omnium fore.* Vt pręd ixerat Moyses Deut. 18. prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit dominus de medio tui ipsum audies. Quod testimonium non de vnoquoq; prophetarum qui post Mosem venturus erat, sed de venturo Messia esse intelligendum docet antiqua traditio iudęorum. In expositione enim libri eccles. (inquit Gala.) super illud. 1. cap. quid est quod fuit? ipsum quod erit. Sic legitur. R. Berachiam in nomine R. Ishac dixisse. Sicut fuit redemptor primus. 1. Moses ita erit redemptor vltimus, vel Messias. Futurus ergo erat Messias propheta & legislator sicut Moses.

Galat. 8. ca. 7.

Prophe

¶ *Prophetam fuiſſe Chriſtum probat Mathæus*, cap. 24. Et. 25. tribus potiſsimum argumẽtis. Quod ſcilicet prophetauerit deſtructionẽ ciuitatis, & templi Hieruſalem futuram per Romanos, Titum, ſcilicet & Veſpaſianum. Signa etiã quę diem iudicij ſunt præceſſura cap. 24. Item, quod determinauerit modum quo homines venturi ſunt ad iudicium: ſub parabolis quinq; virginum & talentorum inter ſeruos in lucrum diſtributorum á principio cap. 25. Vſq; ad verſ. Cum autem venerit. Declarauerit quoq; formam iudicij celebrandi, á prædicto loco vſq; in finem. cap. 25.

De nota. 19.

¶ 19. *Nota eſt inſtitutio noui ſacrificij & ſacramenti ſub ſpecie panis & vini*, Quam oraculo ſuo promiſerat Dauid. Pſal. 109. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, qui obtulit panem & vinum, vt habetur Gen. 14. quod teſtimonium pſalmi, etiam traditio hebræorum antiqua de Meſsia interpretatur. Vnde Rabbi Moſes (vt refert Gala.) ſuper illud Gen. 14. Melchiſedech rex Salem, ſic ait, hoc eſt, quod ſcriptum eſt pſal. 109. Iurauit Deus & non pęnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum ſuper verbum (ideſt, ſecundum verbum vel propter verbum) Melchiſedech. Et quis eſt hic? Hic eſt iuſtus & ſaluator rex Meſsias. Sicut dictum eſt Zacha. 9. cap. ecce veniet tibi rex tuus juſtus & ſaluator. Et quid docet dicendum, cum dicit obtulit panem & uinũ? Hoc eſt ac ſi diceret quod ſcriptum eſt pſalmo. 71. Et erit placenta tritici in terra. Et hoc eſt quod dictum eſt; & ipſe erat ſacerdos Dei altiſsimi. Hæc ille.

Pſal. 109. Galatinus Zach. 9.

¶ Eandem promiſerat Zacha. cap. 9. Quid bonum eius eſt, & quid pulchrum eius niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? Vide beatũ Cypria. lib. 2. epiſt. 3. ad Cõcilium. & beatũ Irenæum lib. 4 contra hæreſes Valentini. cap. 32.

¶ *Hanc ad effectum perduxit Chriſtus. Math. 20. Vbi agit* de cęna Domini vſq; aduerſum. Et hymno dicto.

De nota. 20.

¶ 20. *Nota pertinet ad omnis generis opprobria, contumelias & ignominias* Quas Chriſtum pati debere prędixerunt Eſa. 53. Sicut ouis ad occiſsionem ducetur. Propter ſcelus populi mei percuſi eum. Et cum ſceleratis, reputatus eſt. Et. cap. 50. Corpus meum dedi percutientibus.

¶ Et Zacha. 9. Tu quoq; in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vin-

ctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Et cap. 12. aspicient ad me quem confixerunt, & plangent eum planctu quasi super vnigenitum.

Hieremias.9. ¶ Et Hieremias.9. cogitauerunt super me consilia dicentes. mittamus lignum inpanē eius, & eradamus eum de terra viuentiū.

Psalm.21. ¶ Dauid, foderunt manus meas &c. Et diuiserunt sibi vestimenta mea &c. Psalm.21.

¶ *Paßum eße Christum* non hæc ipsa tātum omnia, sed alia etiam plura, ac tandem ipsam crudelissimam subsltinuisse mortem testatur Mathæus á prædicto loco, cap.26. vsq; in finem. cap.27.

De nota. 21.

¶ 21 *Nota est victoria & triumphus Christi gloriosus quo eū à mortuis resurrecturum* præuiderant.

Osee.6. ¶ Oseas 6. viuificabit nos post duos dies, in die. 3. suscitabit nos.

C. 13. ¶ Et idem cap.13. Ero mors tua ó mors, morsus tuus ero inferne.

Psalm.15. ¶ Dauid: caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec sanctum tuum dabis videre corruptionē, Psal.15.

¶ *Tertia die resurrexiße*, testatus est cum alijs euangelistis & apostolicis scripturis, Math. cap. 28.

De nota. 22.

¶ 22. *Nota est gentium ad vnitatem fidei conuocatio*, quam á Christo

Gen.49. fieri debere prædixerunt prophetæ. Iacob Gen 49. ipse erit expectatio gentium.

Esaias.9. ¶ Esai.9. ipsum gentes deprecabūtur. Et cap.2. & fluent ad eum omnes gentes. Sic. cap.49. Dedi te in lucem gētium, vt sis salus vsq; ad extremum terræ. Et 42. legem eius insulæ expectabunt.

Zachar.8. ¶ Zacha.8. apprehendent homines ex omnibus linguis gentiū Fimbriam viri judæi.

Mala.1. ¶ Malach, cap.1. non est mihi voluntas in vobis, ab ortu enim solis vsq; ad occasum magnum est nomen meum in gentibus.

¶ *Factam atq; collectam*, ex omnibus gētibus ecclesiā testis est euāgelista Mathęus, dicto. cap.28. Vbi Christus ipse cōcludit in hæc verba. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filijs & Spiritus sancti, docentes eos, seruare omnia quęcumq; mādaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad cōsumationem seculi.

¶ PEREGRINATIO IESU Christi.

CHRISTVS in Nazareth conceptus in Bethlehem nascitur. 8. die circunciditur, Deinde sistitur Dño in Hierusalē.

¶ Fugit in Ægyptum, redit, habitatquè in Nazareth.

¶ Natus. 12. annos disputat Hierosolymis in templo.

¶ Redit cum parentibus in Nazareth.

¶ Natus ferè. 30. annos baptizatur in Iordane, littore eius orientali. In Bethabara. In deserto ieiunat & tentatur á diabolo, a quo tādem ductus in Hierusalem super pinnaculum templi, deinde in montem excelsum.

¶ Venit Bethaphoram trans Iordanem, vocat Petrū Andrēam & Philipū, in Cana Galileæ aquā in vinū mutās nuptijs adest.

¶ Capernai cum matre & suis paucis diebus manet.

* ¶ Hierosolymis sub pascha ementes & vendentes ex tēplo eijcit.

¶ Hinc abiēs moratur in Iudæa cū discipulis suis, captus Ioānes.

¶ Abiens in Galilæam venit Sichar Samariæ ad fontem Iacob 4. mensibus ante messem, Samariæ duos dies manet.

¶ Pergens in Galilēam venit Canam vbi sanat filium reguli.

¶ In Nazareth Synagogam ingreditur.

¶ Capernai habitat. Incipit prædicare regnum Dei, Galilēam totam perambulat docens in synanogis. Iuxta mare Galilēę vocat Simonem & Andrēam, Iacobum & Ioannem hinc Galilēam totam peragraturus, primum reuersus Capernaum domum Simonis & Andreę ingreditur.

¶ Diluculo in desertum egreditur, ac deinceps totam Galilēam peragrat. Traijcit mare Galileæ tempestuosum, venitquè in regionem Gergesenorum, vbi porci á dæmonibus mergūtur.

Iterum transfretat Capernaum.

Egressus ad mare Galileę vocat Mathēum.

Reuersus Capernaum accumbit in domo Mathēi.

Adit ędes Iairi & archisynagogi.

Ascendit Hierosolymam ad festum paschę.

Abijt per sata sabbato secundo primo, discipulis spicas confricātibus & edentibus.

Alio sabbato Hierosolymis Synagogam intrat.

Inde secessit ad mare Galileæ, nauiculamq; ingreditur propter pressuram multitudinis.
Ascendit in montem. 12. Apostolos ex discipulis seligit, de beatitudinibus disserit.
In vna ciuitatū Galileæ leprosum curat, vbi cum propter vulgi de se sermonem non posset manifestè versari, secessit in desertum.
Intrat Capernaum. in Naim it.
A Simone pharisæo inuitatur.
Venit in domum suam Capernai.
Concionatur in nauicula in littore maris Galilæi.
Redit Capernaum, & domum.
Venit Nazareth, vbi á Synagoga expellitur: & præcipitandus in supercilium montis, in quo Nazareth sita est ducitur.
Deinde circuit ciuitates & vicos Galileæ. 12. Apostolos binos mittit annunciatum regnum Dei, circumeundoq; (quantum videtur) Capernaū redit. Seorsum á turba se conuenientium, atq; hic iam ad illū redeunt apostoli perfuncti prędicationis munere.
Ducit apostolos fessos esurientesq; ex itinere in propinquum desertum, vt liberi á turba quiescant edantq;.
Transfretās mare Galileæ, secedit in desertum Bethsaidę trasmarinum, & cōfluente illuc quoq; turba subijt in montē cū suis, vnde iterū descendens, turbas docet ac pascit. 5. panibus & duobus piscibus, cumq; vellent eum regē creare, iterum in mōtē secessit.
Discipulis adnauigantibus, Christus super mare ambulans insequitur, simul appellunt ad littus terræ Genezareth, quę est Bethsaidæ, & Capernai, pergunt Capernaum.
Versatur in Galilęę locis.
Secedit in partes Tyri ac Sidonis.
Redit ad mare Galilęę, per medios fines decapoleos.
Ascendit in montem vltra mare Galilęę, cibat turbam. 7. panibus & pisciculis paucis.
Nauigat in fines Magedam & Daimanutha.
Iterum transfretat mare Galilęę.
Redit Bethsaidam.
Exit in partes Cesaræę Philipi.
In monte Thabor transfiguratur.
Iter facit per Galilęam.

Ru-

Redit Capernaum & domum.

¶ Migrans ex Galilęa trāsit per mediam Samariam & Galilęā, ex hac præmittit duodecim discipulos suos Hierosolymam, ad festum tabernaculorum, mox occulte subsequens, pręmittit nūtios Samariam, qui illi parent, á Samaritanis non recipitur, venit Hierosolymam, docet palam in templo, vltimo die festiuitatis pergit in montem Olíueti.

Diluculo redit in templum, mittit. 72. discipulos binos in omnē locum quo ipse venturus erat.

In Bethania à Martha suscipitur hospitio.

Per ciuitates ac castella ambulans, ac docens, Hierosolymam venit, vbi in domo principis pharisæorum cibum sumit: in encęnijs ambulat in templo in portícu Salomonis, idq; hyeme.

Abit in fines Iudæ trans Iordanem, vbi Ioannes primum baptizabat, in Bethania Lazarum suscitat.

Subducit se in Ephrem oppidū iuxta desertum quo ieiunauerat situm.

Hierosolymam sub festum paschę clam ascendens cum duodecim discipulis, intrat Iericho & domum Zachæi.

Venit in Bethaniam ante sex dies paschę, cęnat cum Maria, Martha, & Lazaro.

Venit Bethphage iuxta montem Oliueti.

Intrat per Hierusalem, asino & pullo eius vectus, ingreditur in templum.

Vesperè egreditur in Bethaniam.

Post tridie manè Hierosolymam regressus in templo docet, vendentes ementesq; eijcit.

Vesperè egreditur Hierosolyma.

Rursus Hierosolymam venit docēs quotidie in templo, vbi quodam die cōtra Gazophylaciū sedens, offerētes munera expectat.

Egressus templum secessit in montem Oliueti & interdum in tēplo docens vespere semper in eundem regreditur.

Hierosolymam redit paschalem agnum comesturus.

Post cœnam egreditur transtorrentem Cedron, in hortum villæ Gethsemani quæ erat in monte Oliueti, vbi ad iactum lapidis á discipulis recedens orat, tertioq; ad illos veniens, comprehensus est.

Hiero-

Hierosolymis primum ad Annam ducitur, deinde ad Caypha, ad Pilatum in prætorium, ad Herodem, ad Pilatum in prætoriu, à quo in atrio prętorij flagellandus traditur, foras eductus populo ostenditur, in prætorium reducitur, foras iterum ductus morti adiudicatur.
Extra ciuitatem in Caluariæ locum crucifigitur, in sepulchro conditur.
¶ Tertio die resurgens apparet Marię Magdalenæ, ocurrit mulieribus missis ab angelo Hierosolymam nunciatum apostolis resurrexisse Christum.
Hic dicitur apparuisse Petro.
Comitatur euntes Emauntem.
Apparet Apostolis Hierosolymis. Primum absente Thoma, deinde iterum præsente Thoma.
Postea Petro, Thomæ, Nathanaeli, Chananęo, & filijs Zebedæi, alijsq; duobus discipulis iuxta mare Tiberiadis siue Galilęę.
Præmissis. 11. discipulis in montem quendã Galilęæ ibi plusquã 500. fratribus simul apparet.
Inde discipulos suos Hierosolymam duxit.
Deinde Visus est Iacobo. 1. Cor. 15.
Eductis discipulis suis in Bethaniam ex monte oliuarum in cœlum sublatus est: illis videntibus.

¶ *Post Ascensionem in cœlum.*

¶ Primum visus est Stephano Acto. 7.
Deinde Paulo. 1. Cor. 15.
Tertiò Ioanni Apostolo in Pathmo. Apoca. 1.

AVTHORES QVI
IN HIS COMMENTARIIS CITANTVR:
vel ex quibus hæc desumpta sunt.



Augustinus.
Ambrosius.
Athanasius.
Anastasius papa.
Aristoteles.
Albertus magnus.
Aquila. (seus.)
Alexāder aphrodi-
Ammonius.
Apuleius.
Antoniꝰ Nebrisēsis
Andreas de Vega.
Adamus.
Aretha.
Æmilius.
Abdias.

B

Bernardus.
Basilius.
Beda.
Boetius.
Budeus.
Berosus.
Blondus.
Baslarion.

C

Cyprianus.
Chrysostomus.
Cirilus.
Clemēs Alexādrinꝰ
Casianus.
Casiodorus
Cato.
Cicero.
Caietanus.
Couuarrubias.
Castro.
Claudianus.

D

Dionisius.
Dydimus.
Driedo.
Diogenes laertius.
Diodorus siculus.
Drut maari.
Damasus.
Dominicusnanus.

E

Eusebius.
Epiphanius.

Euthymius.
Eucherius.

F

Faber.
Fuluius.
Ferus.

G

Gregorius papa.
Gregorius nicęnus
Gregor. naziácen'.
Gratianus.
Glosſa ordinaria.
Gerſon.
Galatinus.
Galenus.
Georgius agricola.
Gancius.
Genebrardus.
Guillelmusperald'.
Georgius ederus.
Guillelmus Pariſi.

H

Hieronymus.
Hylarius.
Homerus.
Horatius.
Heraclytus.
Hierony. ab oleaſ.
Herodianus.

I

Ignatius.
Iſidorus.
Iuſtinus martyr.
Innocentius papa.
Iręneus.
Ioſephus.
Iacobus de Valētia.

L

Leō papa.
Lactantius firmia.
Lucianus.
Lira.

M

Maximus.
Mantuanus.
Macrobius.
Mercuri' triſmegiſ.
Melchior cano.

N

Nicephorus.

O

Origines.
Ouidius.
Orpheus.
Oſiander.

P

Pagninus.
Petrus lombardus.
Philo Iudæus.
Plato.
Plinius.
Plutarchus.
Plautus.
Proculus.
Ptholomeus.
Primaſius.
Pintus.
Phalaris.
Petrus aureolus.
Philonius.
Plotinus.
Philo platonicus.

R

Rupertus.
Rabbi AnKelos.
Rabbi Salomo.
Rabbi Moſes.
Remigius.

S

Septuaginta inter.
Symmachus.
Scotus.
Strabo.
Seneca.
Suidas.
Simplicius.
Sophonius.
Suetonius.
Soto.
Sidonius.
Sabelicus.
Solon.

T

Thomas de aquin.
Tertulianus.
Theophilatus.
Theodoretus.
Theodorus.
Theophraſtus.
Turre cremata.
Titus liuius.
Themiſtocles.
Trejo.
Titelmanus.
Theodozius.
Thomas hibernic'
Targum hieroſol.

V

Vintenti' lirennēſ.
Valerius maxim'.
Volateranus.
Virgilius.
Vatablus.
Vualdenſis.

COMMENTARIA IN SACROSANCTUM D. MATHÆI EVANGELIUM.

Authore Fratre Gasparo à Melo Augustiniano, Theologiæ Magistro.

Ac Rectore Collegij D. Gabrielis, Et sacrorum librorum primo apud Vallisoletanos interprete.

GENEALOGIA CHRISTI. Cap. I.

LIBER Generationis Iesu Christi filij David, filij Abrahã.
Luc.3.e. *Abrahã genuit Isaac. Isaac autē genuit Iacob.*
Gen.21.e 25.d. *Iacob autē genuit Iudam & fratres eius. Iudas, autē genuit Phares & Zarã de Thamar.*
Gene.29. d 30 g. *Phares autē genuit Esrõ. Esrõ*
1.Para.2. a. *aūt genuit Arã. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autē genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. Salmon aūt genuit Booz de Raab. Booz*
Ruth.4.d 2.Re.11. f. *aūt genuit Obed ex Rhut. Obet autē genuit Iesse. Iesse aūt genuit David Regē. David autē Rex genuit Salomonē ex ea quæ fuit*
1.Para.3. b. *Uriæ. Salomon autē genuit Roboã. Roboã autē genuit Abiã. Abias autem genuit Asa. Asa autē genuit Iosaphat. Iosaphat aūt genuit Iorã. Iorã aūt genuit Oziã. Ozias aūt genuit Ioathã. Ioathã autē genuit Achaz. Achaz aūt genuit Ezechiã. Ezechias autem genuit Manassem.* 2.Par.36
Manasses autem genuit Amõ. a.b.
Amõ autem genuit Iosiam. Iosias aūt genuit Iechoniã & fra- 4.Re.24. c.
tres eius in trãsmigratione Baby- 1.Para.3. c.
lonis, & post trãsmigrationē Babylonis Iechonias genuit Salathiel. Salathiel aūt genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud aūt genuit Eliacim. Eliacim autē genuit Azor. Azor aūt genuit Sadoc. Sadoc aūt genuit Achim. Achim aūt genuit Eliud. Eliud aūt genuit Eleazar. Eleazar autē genuit Mathan. Mathan aūt genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioseph Virum Mariæ, de qua natus est Iesus. Qui vocatur Christus.

¶ *Omnes itaq; generationes ab Abraham vsq; ad Dauid generationes quatuordecim: & à Dauid vsq; ad transmigrationē Babylonis, generationes quatuordecim: à trāsmigatione Babylonis vsq; ad Christum, generationes quatuordecim: Christi autem generatio sic erat.*

¶ *Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habēs de spiritu sancto. Ioseph autem vir eius cum esset iustus:*
Deu. 24. a. *& nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. Hæc aūt eo cogitāte, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicēs: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est: pariet*
Luc. 2. a. *aūt filiū, & vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorū: hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est à Domino per prophetā dicentē.*
Esai. 7. c. *Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filiū, & vocabitur nomē eius Emanuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus. Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus Domini: & accepit cōiugem suam: & non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitū, & vocabit nomen eius Iesum.*

Ad literam.

LIBER *generationis Iesu Christi.* Nec huic narrationi obstat quod Esai. c. 53. ait generatione eius quis enarrabit? Esai 53. Locus Esai. explicatus.
Quū in illo loco Esaias de generatione diuina vel de resurrectione (Quā pater cœlestis vocauit generationem Psalm. 2. Ego inquit hodie gēnui te vt Paulus explicuit Acto. 13.) vel de Acto. 13. f.
posteritate eius, quæ innumera fuit, intelligatur. Quis enim sufficiet enarrare ineffabile mysterium diuinæ generationis? Quis etiam poterit explicare humanis verbis inenarrabile mysterium resurrectionis eius? Quis deniq; numerare poterit multiplicatam prolem credentium, quibus dedit potestatem filios Dei fieri qui nō ex sanguinibus, sed ex illo nati sunt: quod si intelligatur de generatione Ioan. 1.
humana, vt Leo Papa intellexit: Quis Leo Papa
etiam poterit explicare modum ineffabilem incarnationis? Nam si Mathæus ait: liber generationis IESV Christi: non tamen explicat modum incarnationis. Vnde Leo papa explicans illa Esaiæ verba ait. In Domino De Christi genealogia
nostro Iesu Christo filio Dei non solum ad diuinam, sed ad humanā spectat naturam: Generationē eius quis S. Tho. 3. p. q. 31. arti. 3. disputat.
enarrabit: Vtramq; substantiam in vnam conuenisse personam, nisi fides credat, sermo non explicat.

¶ *Filij Dauid.* Filius pro eo qui genus Mala. 3. a.
ducit

Mala.3.a ducit ab aliquo. Heb. Sic Malachiæ 3.purgauit filios Leui, ideſt, deſcēden tes a Leui.

Explicatur myſterium literæ. HE nominis 4. literarum. *Filij Abraham.* Nomē Dei tetragrāmaton, hoc eſt: IEHOVAH, trinitatem & Chriſti humanam naturam repreſentabat cuius ſecunda & quarta litera erat HE, Quæ ſonat eſſe:, per quā ſignificabatur filius: Quoniam per ipſum omnia facta ſunt, & habent eſſe. Rom.11 d. De quo ait Paulus ad Romanos. 11. c. ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia. Sed quoniam ſumpturus erat humanam naturam, hæc litera duplicatur: vt ſignificet in Chriſto duas naturas diuinam, & humanā. Sed ſemper eſt vna litera, quia Chriſtus eſt vna perſona. Sūt enim duæ naturæ in vno ſuppoſito, & ponitur in fine nominis IEHOVAH? hæc litera HE, per quam ſignificabatur humanitas, quoniam in fine, in nouiſsimis diebus, filius Dei humanam naturam ſibi inenarrabili modo copulauit. Hinc intelliges cur Deus hanc literā Cur Deº addidit literam. b. nomini Abrahā. HE. addidit nomini Abrahā, quæ eſt ea, quæ in fine ad mirabilis huius nominis quatuor literarum ponitur. cū enim vocaretur Abram, vocatus fuit à Deo Abraham. Voluit enim Deus ſignificare filium ſuum ex ſemine Abraham carnem ſumpturū, ideo enim literam per quam Chriſtus ſignificabatur in illo ineffabili nomine, tribuit Abraham: vt oſtenderet filium Dei fore filium Abraham ſecundum humanā naturā. De eo. n. in hoc loco ait Mathæus liber generationis Ieſu Chri filij Dauid, filij Abrahā. Qui cū ſecundū humanitatē, ſit filius Abrahā ſecūdū diuinitatē tamē antequā Abraham, inquit, fieret ego ſum. Io.cap.8.

Ex Ruth. Per periphraſim vocatur Eſai.c.16 a. hæc Ruth ab Eſaia petra deſerti emitte (inqt. c. 16.) agnū dñe dñatorē terræ de petra deſerti. Erat. n. RVTH petra quædā gētilitatis, quæ à vero Dei cultu erat deſerta: vide Hieronimum. Hier. Eſa. 16.

Ioſias autem genuit IECONIAM. Ioſias genuit Ioacim, Ioacim autem genuit Ioachim vel Ieconiam vi. 4. regum. 23. g. 24. b. reliquit ergo euangeliſta filium Ioſiæ & annumerauit Nepotem dicendo Ioſias autem genuit Iechoniā. Aliter exponit Hieronymus 4. R. 23. g. 24. d. Dani. 1. vi. c. ſequenti in illa verba in Hieron. diebus Herodis Regis.

Ioſias autē genuit Iechoniā. Hic Iechonias qui ſic etiā appellatur. 1. p. c. 3. 1. Paral. 3 c. dicitur Ioachim. 4. reg. 24. b. 2. par. 36. 4. Reg. 24. b. 2. Par. 36. b

In tranſmigratione Babylonis. Vel in exilio Babylonico. l. inſtāte exilio aut in deductione in Babylonē, exiliū appellat Euāgeliſta trāſmigrationē, rei acerbitatē, verbi lenitate tēperando.

Iechonias genuit Salathiel. In ſacra ſcriptura eadem res multis nominibus ſignificari ſolet. Ochozias enim Rex, Regula. appellatur. 2. par. 21. Ioachaz, & in. c. ſequenti in principio vocatur Ochozias, & eodem. c. etiam appellatur Azarias ſecundum literam hæbraicā. Nā vbi nos legimus igitur Ochozias filius Ioram deſcendit. Legitur deſcendit autem Azarias filius Ioram &c. Ita legit gloſa ordi. ¶ Hic Iechonias qui ſic vocatur apud Matheum apud Lucam. c. 3. dicitur Neri: in libris vero regum & paralipomenon vt ſuperius annotauimus vocatur Ioachim. ¶ Et qui apud Mathæū & Lucā vocatur Zorobabel, in. 3. c. Nehemiæ vocatur Barachias. Qui autem Salatiel, dicitur Meſezebeel. Is autem quē Lucas vocat Reſam, primo paralipomenō. c. 3. & Nehemiæ. 3. dicitur miſciolla. Proinde quod illic dicitur, Miſciolla filius Barachiæ filij Meſezebeel: idē eſt, ac ſi diceretur apud Lucam: Reſa filius Zorobabel filij Salathiel. Et hæc

sic se habere patet ex Chronographia Philonis citantis. 70. seniores.

Quare ordo generationis Christi deductus fuit vsq; ad Ioseph.

Iacob autem genuit Ioseph virum MARIAE de qua natus est Iesus? Quid ergo (dicet aliquis) pertinet ad dominũ generationis ordo deductus vsq; ad Ioseph? Certe pertinet multum, nam quando Euangelista scribebat: iudæis erat exploratum, Ioseph ex eadem tribu esse: ideo enim ambo in Bethleem censentur, vt de vna videlicet stirpe generati: ac beatam virginem nullos fratres habuisse historiæ omnes consentiunt. Itaq; viro contribuli nupserat: quod ergo populo tunc iudaico notum erat, non erat opus vt Euangelista scriberet, id docuit, Ioseph à Dauid descẽdisse: quia vna re, & seruauit consuetudinem scripturarũ, qua mulierum in generationibus ordo nõ texitur, & verè docuit id de quo poterat esse cõtrouersia: nam quod Maria ex eadem familia esset vt quod eo tempore plebi notissimum erat non putauit Euangelista admonendum.

Cum esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph ante quam conueniret. Scilicet in eandem domum. Nam desponsata quidem erat Maria, sed nondũ à Iosepho domum ducta. Ideo Angelus dicit ne metuat eam adiungere sibi: idest desponsam ducere.

Esa. 49.

Vocabis nomen eius Iesum. Verè igitur Christus dixerat per Esaiã. c. 49. Dominus ab vtero vocabit me & de ventre matris meæ recordatus est nominis mei, ecce Angelus ait Ioseph, vocabis nomen eius Iesum. Et Lucæ. 1. idem ad virginem.

Christus vocatur. Saluator, salus, salutare in sacra scriptura.

Vocabis nomen eius Iesum ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Christus in sacra scriptura vocatur saluator, salus, salutare. Appellari saluatorẽ cõstat ex eius nomine Iexua dixit enim Angelus: vocabis nomen eius Iexua. Pro quo interpres græcus posuit hoc nomen ΙΗΣΟΥΣ Latinus vero Iesus. Et hoc idem non ẽ Iexua literis hæbraicis est in titulo crucis scriptũ. Volens autẽ Angelus ostẽdere hoc nomen significare Saluatorem subdidit: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Sic etiam eum vocat Dauid psalmo. 24. dirige me in veritate tua & doce me quia tu es Deus saluator meus. Et Esaias c. 12. Ecce Deus saluator meus & 45. Rorate &c. Zacharias c. 9. exulta satis filia Sion iubila filia Hierusalem ecce Rex tuus venit tibi iustus, & saluator. Quem locum Mathæus. c. 11. & Ioannes c. 12. de Christo interprætãtur. Haba. 3. Ego autem in dño gaudebo, exultabo in Deo Iesu meo. Hoc fuerat aperte adũbratũ in Ioseph, qui cum fratres quereret, fuit ab eis venditus, & postea mundi saluator appellatus. Vt sacra scriptura narrat Gen. 37. ¶ Appellari autẽ salus, indicat Dauid dicens. Dominus illuminatio mea, & salus mea. Et Esa. c. 12. factus est mihi in salutem. ¶ Vocari autem salutare, innumera indicant testimonia. dd. psalmo. 52. Quis dabit ex Sion salutare Israel. Et psalmo. 84. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Hoc est salutare illud de quo dicebat Esaias capit. 40. Videbit omnis caro salutare Dei. Ita enim hunc locum iuxta. 70. citat Diuus Lucas cap. 3. pro quo communis versio habet: & videbit omnis caro, pariter quod os domini locutum est. Hoc intelligẽs. Iustus Simeon dicebat: Nunc dimittis seruum tuum Domine &c. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Hoc salutare disiderabat Iacob quando dicebat Genesis. 49. Salutare tuum expectabo domine. Vbi

Psal. 24. a. Esa. 12. a. 45. b. Zach. 9. b. Mat. 21. a. Ioa. 12. b. Hab. 3. d. Ge. 37. & 41. f. Psal. 26. a. Esa. 12. a. Psa. 52. b. Psa. 84. b. Esa. 40. a. Luc. 3. a. Luc. 2. c. Ge. 49. c.

Iacob

Gene. 49 Thargum Hierosolimitanum ita habet. Dixit pater noster Iacob non expecto redemptionem Gedeonis filij Thargū. Ioas, quæ est salus temporalis, neq; redemptionem Sansonis, quæ est salus transitoria: sed expecto redemptionem Christi, siue Messiæ filij Dauid. Hactenus Thargum. Reuolue diuinam scripturam, & inuenies Messiā, salutem, salutare, saluatorem appellatum. Augustinus in oratione contra iudæos, paganos, & Arrianos, asserit: D. Augu. in oratione contra Iudęos. c. 16. to. 6. librum Grecè conscriptum fuisse à quadam Sibilla, tali ordine, & artificio, vt literæ quæ erant in cardinum capitibus, hæc verba continerent. Iesus Christus Dei filius saluator.

¶ *Ecce virgo in vtero habebit & pariet filium.* Hoc etiam significare nobis voluit idem Esaias c. 53. dicens. Ascendet sicut virgultum coram eo & sicut Esai. 53. Virginitas Marię insinuat. Pagninus Aquila. radix de terra sitienti, pro sitienti, est in Hebraico, (Tsiiah) quæ dictio significat rem sitientem, desertam, & inuiam. Pagninus vertit sicut radix de terra deserti. Aquila sicut radix de terrā inuia. Admirabilis profecto interpretatio. Nam quæ est hæc terra absquè via, per quam nemo vnquam ingressus est, ex qua hæc diuina radix exiuit, nisi virgo ista gloriosa Dei genitrix, ex qua nat9 est diuinus noster Emanuel? De hac terra intelligitur id quod in capit. 4. dixerat idem Esaias. In die illa erit germen domini in magnificentia & gloria & fructus terræ Esai. 4. A Esa. 45. b sublimis. Et cap. 45. Rorate cœli desuper & nubes pluant iustum aperiatur terra & germinet saluatorem. Dixerat sublimem fructum terræ futurum esse, & volens modo eum fructū explicare ait, eum esse saluatorem.

Vide qualem fructum hæc inuia & gloriosa terra produxit, mundi saluatorem. Quod in hoc loco apertè indicauit dicens. Ecce virgo concipiet & pariet &c. Vide hic d virgine prophetiā explicatā in principio in secunda nocte

¶ *Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum.* Similis loquendi modus. 2. Reg. 6. est. Michol filiæ Saul, non est natus filius vsq; in diem mortis suæ. Dictio ergo illa (donec) & illa (vsq;) aufert dubitationem pro eo tempore quo poterat haberi. Suspicari poterat Christū esse filium Ioseph: quare vt hæc suspicio tolleretur, ait Euangelista quod Ioseph non cognouit Mariā donec peperit filium suum: ex quo fit, non esse filium Iosephi. Dubitari etiā poterat an Michol habuisset aliquando filios: & vt scriptura tolleret hoc dubium ait: quod non est natus ei filius vsquè in diem mortis suæ. veri Messiæ. Donec, quia indiget in scriptura

Ad mores.

Liber generationis Iesu Christi. Hic est liber ille (inquit Hieronymus) Intus & foris scriptus hic secretus & publicus. Hic apertus & opertus hic paginis superioribus videndus interioribus non videndus, quia incomprehēsibilis. Intus siquidem scriptus est cum propheta dicat generationem eius quis enarrabit? Foris scriptus est cum Euangelista ait: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Intus scribitur cum Deus dicit: eructauit cor meū verbū bonū. Foris scribitur cum Esaias vaticinatur. Ecce virgo cōcipiet & pariet filiū, & vocabitur nomē ei9 Emanuel: Intus scribitur cū per Ioannē dicitur: in principio erat verbū, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Foris scribitur per Mathæum. Christi autē generatio sic erat: Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph. Intus scribitur: inuenta est in vtero habēs de spiritu sancto. Quid vtiq; habens? verbum Domini, ver- D. Hiero. 4. to de vera circuncisione. Christus liber scriptus intus & foris. Esai. 53. c Psal. 44. a Esai. 7 a Ioan. 1. a Mat. 1. c

bum carnem factum ſub lege. Foris ſcribitur cum Apoſtoli interrogati
Mar. 16. b. quis eſſe dominus diceretur: alij dicerent Heliam, alij Hieremiam, alij aũt vnũ ex prophetis reſponderent: Intus ſcribitur cũ Petrus exclamat. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Vnde & ipſe Dominus non reuelauit tibi Petre (inquit) iſtud caro & ſanguis ſed pater
Mat. 4. a meus qui in cœlis eſt. Foris ſcriptus
Ioan. 6 a. eſt liber iſte cum Dñs ait eſurij. Intus ſcribitur cũ quinq; panibus multa millia hominum ſaturauit. Foris
Ioan. 11. c. ſcribitur cum amici mortẽ lachrymatur. Intus ſcribitur cũ ipſum quem fle
Ioan. 19. d. bat, exuſcitat. Foris ſcribitur cum affigitur cruci: Intus ſcribitur cum pa-
Luc. 23. f radyſum latroni promittit in cruce.
Mat. 27. f Foris ſcribitur cum in cruce ſpiritum
Ibidem. moriens ſecundum rationem humanæ carnis emittit. Intus ſcribitur, cũ
Ibidem. g in paſsione ſol fugit, dies abſcõditur, terra concutitur. Foris ſcribitur, cũ ſepelitur. Intus ſcribitur cũ tertia die ſepulchri liminibus remotis erũpit
Mat. 28. a in lucem: foris ſcribitur cum Apoſtolis clauorũ & lanceæ vulneribus oſtẽ
Luc. 24. ſis eſcam etiam poſtulat. Intus ſcribitur cum inter eoſdem Apoſtolos clau
Ioa. 20. f. ſis oſtijs qui intrare viſus non eſt, aparet. Hactenus Hierony. ¶ Scribamus igitur nos librum iſtũ, in nobis ipſis intus & foris: intus credendo, & foris
Ro. 10. c. confitendo. Corde enim creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſsio fit ad ſalutem. Foris per ſanctam conuerſationẽ, intus per internã erga Chriſtum dilectionem. Foris glorificando
1. Co. 6. d & portãdo Deum in corpore noſtro, intus toto corde illum anhelando. Fo
Gala. 6. d. ris ſtigmata Dñi noſtri Ieſu Chriſti
Phil. 1. c. portando, intus cupiendo diſſolui &
Iuſtus liber eſt ſcriptus intus & foris. eſſe cũ illo. Sic enim erit vnuſquiſquè noſtrum liber ſcriptus intus & foris. Deut. 31. præcepit Dominus vt in la

tere arcæ fœderis liber legis recõderetur. Iuſtus & pius liber eſt legis; in cor
Deut. 31. Figura. de enim & in ore eius lex & naturalis & diuina ſcripta eſt: Arca verò fœderis caro Chriſti eſt, cuius morte reconciliati ſumus Deo: per latus verò arcæ, plaga lateris Chri ſignificatur: librũ ergo iſtũ in hac cœleſti atq; admirabili arca recõdamus, hoc eſt, nos ipſos totos in latere Chriſti reponamus. Ponite corda veſtra (inquit Re- Pſal. 47. e
gius vates) in virtute eius. Imo nõ ſo- D. Bo. de doct. cordis. c. 76.
lũ corda ſed & os, & manus, omniaq; noſtra, in arca iſta fœderis cuſtodiamus, ſi perpetuò ſeruari cupimus.

¶ *Liber generationis &c. Abraham genuit Iſaac &c.* Gene. 28. Legitur ſcalam vi- Gene. 28. c.
diſſe Iacob cuius cacumen cœlum tãgebat &c. Scala hæc figurabat poſteri Figura.
tatẽ ipſius Iacob, quæ ne dũ in longũ protrahenda erat, ſed etiam in altum eleuãda, vt nulla talis eſſet natio ſuper terrã: imò in tantũ eleuãda erat: vt ex ipſa prodiret qui cœlũ ſuis aperiret. Gradus huius ſcalæ ſunt generationes illæ, quas in hoc loco Mathæus enumerat. Iſaac, inquiens, genuit Iacob & c. Supremus huius ſcalæ gradus cui & dñs innixus fuit, eſt Ioſeph vir Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus. Huic, inquã, innixus eſt dñs, quũ eius ope & pia vectatione indigẽs vteretur Deus incarnatus de loco ad locũ fugiẽs Herode perſequẽte. Latera duo huius ſcalæ ſunt Abrahã & Dauid, Quibꝰ peculiariter, hoc eſt, interpoſito iuramento promiſſus eſt Chriſtꝰ. Per memetipſũ iuraui (in quit Dominus Abrahæ) quia non pe Gen. 22. c.
perciſti filio tuo propter me, in ſemine tuo benedicentur omnes tribus terræ. Rurſum iurauit Dominus Da Pſal. 131. b.
uid veritatem &c. Scala hæc vſquè ad cœlum pertingit: quia vſquè ad incarnationem filij Dei generatio hæc

perue

peruenit. Deus innixus fuit scalæ: quia semini Abrahæ diuinitas se cōiunxit in vnitatem personæ, angeli descendentes significabant hoc mysterium incarnationis patribus manifestandum: ascendentes Angeli præfigurabāt patres fide deuotione & gratiarum actione ascensuros in Deum. Ascendamus igitur & nos cum Angelis, & patribus antiquis, tanti beneficij cōsideratione: ascēdamus in Deū vsq;, agētes illi maximas gr̄as pro tāto munere nobis collato: ascēdamus per virtutum gradus donec videam⁹ Dominum Deum nostrum in Sion.

Vide etiā hanc figuram infra explicatā à Ruper.

Psal. 83. d

¶ *Liber generationis Iesu Christi*. Hæc generatio Christi est quarta inter homines, & admirabilis generatio. De qua Dominus ait Gene. 15. generatione autem quarta reuertentur huc. Quæ dicta fuerunt à Deo (inquit Galatinus) cum Abrahæ Aegyptiacam captiuitatem nuntiaret, quæ animarum captiuitatem in inferno præfigurauit. Verum enimuero nonnulli iuniorum iudæorū exponunt has quatuor generationes, annos fuisse quadringentos; asserentes vnamquamq; earum, annorum fuisse cētum. Quorum quidem expositio nulla est. Quoniam vel computant hos annos à tēpore prolationis prophetiæ, vel ex quo cæpit ipsa captiuitas Aegyptiaca: quod vtrumq; falsum est. Nam si ab eo tempore computent, quo prophetia prolata fuit, multum tempus supra quadringētos annos decurrisse inuenient. Si vero à principio ipsius captiuitatis, non complebitur prædictus annorum numerus. Cum captiuitas ipsa pluribus quam decem & ducentis nō durauerit annis. Quidam verò alij volunt & præsertim R. Selomo ipsas quatuor generationes fuisse patrem, filium, Nepotem & abNepotem. Quorum quoquè expositio falsior est prima. Quia quatuor hæ generationes aut á tempore prophetiæ numerandæ sunt aut á captiuitatis ipsius exordio. Quod si eas à tēpore prophetiæ numerauerimus, septem & non quatuor inueniemus generationes. Quæ sunt, Abraham, Isaac, Iacob, Iudas, Pares, & Soron, & Caleb. Si autem eas ab initio eiusdem captiuitatis computauerimus vt R. Selomo facit, qui computat Iudam, Pares, & Soron, & Caleb, paucio res quā quatuor erunt. Nam Iudas & Phares filius eius antequam Aegypptum ingrederentur nati erant. Vt patet Gene. 45. c. Quare subtiliore indagatione á nobis vidēdum est, quid quatuor generationes istæ significent. Itaquè notandum est quatuor inueniri hominum generationes. Prima fuit Adæ, qui sine viro & muliere procreatus est. Secūda verò Heuæ, quæ ex viro absquè muliere producta est. Cum ergo iuxta Aristotelis doctrinam eadem sit contrariorū disciplina: Et posita vna contrarietatis differentia, opus est poni & alterā: Nam si nigrum inuenitur & album inueniri necesse est: si dulce reperitur & amarum quoq; reperiri concedere oportet: idcirco necessarium est duabus generationib⁹ pręmissis oppositas duas assignari. Opposita igitur generationi Adæ qui absq; viro & fœmina productus est, tertia generatio est: qua omnes cōmuniter ex viro & muliere generantur. Contraria verò generationi Euæ quæ de viro absq; fœmina formata fuit: Quarta datur generatio: qua Mesias absquè viro de muliere nasciturus erat. Quapropter sic exponenda sunt verba antedicta. Generatione quarta reuettetur huc idest aduenięte Mesiæ generatione

Generatio Christi est. 4. inter omnes.

Gene. 15. d.

Galati.

R. Selo.

Gene. 45

neratione ex captiuitate inferni liberabuntur & ad patriam cœlestē à qua propter Adæ peccatum expulsi fuerant ipso Messia duce reuertentur.

Nō parum ad virtutē conducit ex bonis ac nobilibus parētibus gigni.

¶ *Liber generationis Iesu Christi filij David filij Abraham.* Ex ijs parentibus iustis & nobilibus ortus est Dominus, vt discamus non parum ad virtutem cōducere ex bonis ac nobilibus parentibus gigni. Gloria filiorū (inquit Salomon) patres eorum. Nam qui à bonis parentibus genitus est, naturalem quandam inclinationem ad bonum, vt in plurimū, ab ipsis parētibus suscipit: quoniam ab illis corporis complexionē deducit: quæ si bona est, nō paruum est ad virtutem adiutoriū, & incitamentum, vt Aristoteles libr. 1. Politicorū. c. 4. ait. Vt ex hominibus hominem, ex bestijs bestiā, sic ex bonis bonū videmus generari. Sed natura quidem hoc vult: attamen plerumque non potest. Hæc Arist. ¶ Præter illam inclinationem quam à parentibus suscipiunt filij, inest etiam filijs naturalis quędam parentum suorum imitatio, quæ multis magnū est, semperquè fuit virtutis adiumentū. Nā iuuenes qui aliquid indolis habēt, ne degenerare videantur: solent maiorū suorum dignitatem & virtutē æmulari, & ad paternarum laudum aspirare felicitatē. Sic Philippi nomen Alexandrum, sic maioris Africani gloria minorem Scipionē, sic Iulij Cæsaris fama Octauium excitauit. Hæc est illa filiorum gloria, quæ ex parentum nobilitate & virtute oritur: vt bonus & studiosus ille credatur, quia bonorum est filius. Pro hac sententia est quod Aristoteles loco præfato ait. Elenam apud Theodorum, in sui laudē dixisse, ex dijs (inquit illa) ab vtraquè stirpe prognatam, quisquam appellabit seruam? Et D. Pau. in ea quæ est ad Roma. Epistola ait. Si radix sancta & rami. Sic ex Abraham ortus est Isaac, & ab hoc genitus est Iacob, & tādem ex ijs, nata est Maria, & ex Maria Iesus, qui vocatur Christus.

Prou. 17. a.

Aristo.

Aristote.

Rom. 11

Ex prauis parētibus fermè senper procedūt praui filij.

¶ Ad eundem modum de malis sentiendum est. Quoniam ex prauis parentibus procedūt fermè filij peruersi, paternę iniquitatis imitatores, quēadmodum ex cicuta oritur fructus virulētus, aut ex sentina aliqua defluit aqua putrida & sordida. Et hoc ipsū Salomonis testimonio comprobatur qui in lib. sapientiæ ait. Ex iniquis enim omnes filij qui nascūtur, testes sunt nequitiæ aduersus parētes in interrogatione sua. Tā vera semper hęc sentētia reputata est, vt veteri adagio celebretur quod ait: Mali corui malū ouum.

Sapien. 4.

Aliquādo tū ex bonis parentibus mali prodeūt filij & ècōtra.

¶ Non sunt autem hæc omnia tam inuariata lege firmata vt contrarium euenire non possit. Nam aliquando accidit vt ex bonis parentibus mali procedant filij: tanquam pestilens fructus ex arbore bona, aut aqua amarulenta de dulci fonte profluens. Sic ex Isaac natus est Esau, ex Dauide Abfalon, alijquè Reges idolatræ. Et vt ad prophanas deveniamus historias: Scipionis Africani filius (vt de illo refert Valerius Maximus) vecors & ignauus fuit. Quinti Fabij Maximi Imperatoris clarissimi filius tam perditā luxuria vitam egit (eodem Valerio referēte) vt bonis omnibus paternis sit illi ab Vrbano prætore interdictū. E contrario verò ex malis parentibus etiam aliquando oriuntur boni & virtutis studiosi filij, quemadmodum rosæ de spinis. Nam ex Achaz pessimo Rege & idolatra, natus est filius fidelis ac sanctus scilicet Ezechias. Et Iosias ille Rex sanctus qui tulit abominationem impietatis cuius memoria

Valerius Maxim.

4. reg. 16

(vt

Eccle.49.a. (vt inquit ecclesiasticus) quasi mel in dulcabitur, filius fuit impij Amon. Christus etiam ex ignobilibus & aliquibus iniquis parentibus qui in hac genealogia texuntur nasci voluit: vt ex iniquis & ignobilibus progeniti, parentum mores non imitentur.

¶ Sed hæc rara sunt exempla, quod verò frequenter euenit, est: malos ex malis parentibus generari: & bonos ex bonis: nam vt Mantuanus ait: qui viret in folijs, venit à radicibꝰ humor: & patrum in natos abeunt cum semine mores. Mantua.

Gene.5.a ¶ *Liber generationis.* Gen. 5. dicitur: hic est liber generationis Adæ. Expende quanti faciat Deus hominis generationes, vt scilicet velit earum librum scribi, ideo voluit quatuor chronographos summa cum diligentia generationem humanã ipsius enarrare: innumera verò & præclara gesta sua quę in deitate operatus est, voluit perpetuæ obliuioni tradi. Vbi enim liber bellorũ dñi, & alij, quibus, gesta quæ fecit ad rubũ mare & ad torrẽtes Arnõe narrẽtur? omnia perire voluit: humanæ verò generationis librũ seruari. Gene. 10. iterum ait scriptura: hæ sunt generationes filiorum Noe, vt expendas quanti facit Deus iustos, & horum progeniem, quòd scilicet tanquam peculiũ eos numerare voluit: & propter iustorũ progeniem enumerare voluit semen reproborum, neq; mirum si filios enumerat: qui capillorum numerum optimè nouit: nec vnum ex eis perire sinit. Magnĩ facit Deus hominis generationes. Gen.10.a Luc.12.a

¶ Docet nos & hic curare progenies nostras: & scire vnde orti simus: vt ex parentum imitatione, si boni sint, ad bonum prouocemur: si verò mali, ab eorum moribus deflectamus. Esaias cap. 51. attendite ad Abraham patrẽ vestrum & ad Sarã quæ peperit vos, sed de hoc satis superius. Esai.51.

¶ *Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.* Hanc Christi genealogiã adumbrat scala Iacob de qua Gene. c. 28. vt superius dicere incipiebamus. Quid.n. est scala illa tãtæ altitudinis, nisi hæc seminis series quam in hoc capite, Euangelista narrat? Eius namq; gradus scalæ supremus est, cui & Dominus fuit innixus, non alius quam Ioseph, in hac generatione nouissimus, vir Mariæ, de qua natus est Iesus qui vocatur Christus. Nõ nescalæ innixus fuit Dñs, cum huiꝰ paterna ope, & pia vectatione indigens, vteretur Deus homo factus, de loco ad locum fugiens, Herode persequente, pupillus in hoc mundo, idest, absq; carnali patre genitus? Vidit igitur scalam summis suis innixũ habentem Dominum, tangentem cœlos, aperiẽtemq; cœli portã, & tali figura præuidit Iacob sibi innixum Dominum generationem suam. i. de se incarnatum habituram per quam cœlos attingeret; & portam cœli, hactenus clausam hominibꝰ, introiret. Et hoc somniũ, rei congruit, ac tempori, secundũ personam vel negotium eius qui vidit. Tũc enim ibat cum benedictione Dei, & præcepto patris sui, vt vxorem acciperet de filiabus Laban auunculi sui: cum fide & spe eius, quæ ad auum ipsius facta est repromissionis. Vidit & angelos ascendentes & descendentes per eam: Angeli Dei, idest, nuntij, sancti prædicatores sunt, veritatis nuntij, vel testes vtriusq; diuinę pariter & humanæ generationis Christi. Hi nunquam sursum & deorsum fixi cõsistunt: nunquam enim purum Deũ, aut purum hominem, prædicant esse semen Abrahæ Iesum Christum, sed sursum ac deorsum in offenso pede curren- Gene.28. Figura.

currentes, dicunt ascendétes, quia in principio erat verbum: dicunt descédentes, quia verbum caro factum est: descendendo Deum hominem factũ, ascendendo fatentur Deo hominem vnitum, idcirco rectè duo generationis huius prædicatores, Mathæus & Lucas, ascensũ hũc & descensum sibi diuiserũt: vt ille ab Abrahã descéderet vsq; ad virginis vterum: hic ab ipso qui putatur filius Ioseph ascenderet vsquè ad Deũ. Hæc Ruper. in Ge.

Ruper. in Ge. li. 7. c. 22.

¶ Ex *qua natus est Iesus*. Ecce iam manifestam victoriam verbi Dei adeptam ex Sathana: ab exordio enim mundi, pro sua virili conatus est dæmon, cõ filium Dei erga homines saluandos frustrare, non tamen potuit. Hic erat draco ille qui capita septé, & cornua decem habebat: & qui à mundi constitutione & principio persecutus est mulierem illam prægnantem, idest, ecclesiam catholicam cuius filiũ vincere & occidere voluit: minime tamẽ potuit: sed potius vicit Dei verbum: confringendo primùm, septem capita eius, hoc est septem mũdi regna illi obtemperantia, & lineam de qua nata est virga Iesse illesam cõseruando. Ecce iam ex virgine Maria natus est Iesus, qui vocatur Christus. Hic est Leo ille de tribu Iuda, qui nõ solũ nascendo, sed resurgendo, vicit draconẽ antiquum. Existimabat namque serpens iste, adhuc consilium Dei impedire posse: si Christum interficeret. Deceptus tamen fuit. Nam Christi mors fuit velut seruitus & captiuitas Ioseph, qua mediante in magnam postea gloriam euectus est: & veluti persecutio Dauid à Saule, & populi Israel à Pharaone, qui quanto opprimebatur, tãto magis crescebat, & multiplicabatur. Nisi granũ frumenti. &c. Conemur igitur & nos, de dracone isto reportare victoriam: cõteramus omnes vires eius, confringamus septem capita eius, hoc est, septem vitiorum genera, neq; amplius post hac regnet in animis nostris peccatum, cum iam non ex sanguinibus nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati simus.

Victoria verbi Dei ex dracone adepta

Apo. 13. a.

De hac victoria verbi Dei vide Rup.

Ioan. 12. c

Ioan. 1.

¶ *Cum esset desponsata*. E parentum arbitrio, sed horum animos moderante numine, sanctissima virgũcula, huic tanto mysterio ab æterno destinata, futura mater Iesu, desponsata fuit suę tribus probato viro nomine Ioseph. Cur autem desponsata fuerit antequã vi Spiritus sancti Dei filium conciperet: docet inter alios D. Hieronymus his verbis: sicui scrupulus commouetur, quare desponsata, & non potius sine sponso virgo cõceperit: sciat triplicem esse rationem. Primo vt per genealogiam Ioseph, cui Maria cognata erat, origo quoq; Mariæ mõstraretur. Secundo ne iuxta legem Moysi vt adultera lapidaretur à populo. Tertio vt ad Aegyptum fugiens haberet solatium, custodis potiusquàm mariti. Quis enim in tempore illo credidisset virgini de sancto eã Spiritu cõcepisse, venisse ad eam angelum Gabrielem, Dei detulisse mandatum, ac non magis quasi adulteram iuxta exẽplum Susannæ sentẽtiæ omniũ condemnassent: cum hodie toto iam credẽte mũdo argumẽtẽtur iudæi, Esaia docente de Maria & virginitate eius: Ecce virgo in vtero cõcipiet & pariet filium, in Hebræo iuuenculã scriptũ esse non virginem, idest, alma, non bethula: aduersus quos in alio loco cõpetentius disseruimus. Deniq; excepto Ioseph & Elisabeth & ipsa Maria paucisquè admodum, si quos ab his audisse possumus existimare, omnes Iesum filium existimabant Ioseph: in tan-

Additio.

D. Hiero. aduersus Heluidiũ tom. 2.

Quare despõsata & nõ potius sine sponso virgo concepit: 1. ratio. 2. ratio. 3. ratio.

Esai. 7 c

tantū vt etiā Euangelistæ opinionē vulgi exprimētes, quæ vera historiæ lex est, patrē eū dixerint saluatoris: vt ibi. Et cū inducerēt puerū Iesum parētes eius, vt facerēt de illo secūdū cōsuetudinē legis. Et rursum: & ibāt parētes eius, per annū in Hierusalē in solēni die Paschæ. Ac deinde: & cōpletis diebus, cū reuerterētur remāsit puer Iesus in Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Ipsa quoq; Maria quæ ad Gabrielem responderat dicēs: quomodo fiet hoc, quia virum nō cognoui? quid de Ioseph loquitur, ausculta: filij, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego, dolentes quærebamus te. Non enim hæc iudeorum, vt plerique argumentantur, non illudētium vox est. Euangelistæ patrem Ioseph dicunt: patrem Maria cōfitetur. Non quod (vt superius indicaui) vere pater Ioseph fuerit saluatoris, sed quod ad famam Mariæ conseruandā, pater sit ab omnibus existimatus, qui antequam moneretur ab Angelo, Ioseph filij Dauid, ne timueris accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est de Spiritu sancto est: cogitabat occulte dimittere eā. In tātum suum non esse qui cōceptus fuerat, confidebat. Hæc Hieronymus.

¶ Adde his: maximum fuisse Spiritus sancti consilium vt antequam virgo ista sanctissima conciperet Dei filiū desponsaretur. Tātam enim pulchritudinem (ait Rupertus) tantæ claritatis margaritā, iam tunc oculis inuidis, propalari nō expediebat. ibi enim erat, qui dicturus erat: nolite mittere margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas, & conuersi elidāt vos. Etenim vt de cæteris interim taceam, qualis tunc erat porcus Herodes? Quales erant porci omnes eius funesti satellites? Nonne ergo fuisset hoc margaritam valde splēdidam ante porcos mittere, virginem prægnātem siue parientem de semetipsa prædicare vnde haberet in vtero. f. De spiritu sancto? Fieret enim inquisitio vnde concepisset, vel á quo impræg-nata esset, si virum non habens peperisset. Igitur laudi deputandū est eius, de quo in vtero habebat. f. Spiritus sancti, spiritus consilij, quod mater eius desponsata erat, quia verè secundum hoc ipsum nomen. l. præconiū quod dicitur & est spiritus consilij, dignum se fecit, dignè prouidit, vt illa desponsaretur, & per hanc occasionem ab omni quæstione liberaretur. Sponsus. l. nomen sponsi cœlestibus nuptijs secretum fecit: ianuas cubiculi clausas custodiuit: ita vt non foris omnino pateret trāseuntibus lux claritatis, quæ intus erat, nisi quantum per subtiles radios ex rimis siue fenestris obliquis significari ratio postulabat. Idcirco erat despōsata, idcirco illam sponsum habere Spiritui sancto cōplacuerat, vt quo modo falsus fuit Saul, cum vngeretur Rex Dauid, ita falleretur Herodes, siue habitans in Herode diabolus, in hoc Sacramēto Regis & domini, filij Dei, filij Dauid incarnati siue nascentis ex vtero virginis. Qualiter falsus fuit Saul, cū vngeretur Rex Dauid? cum diceret Samuel quo modo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me. Vitulum (ait dominus) de armēto tolles in manu tua, & dices: ad immolādum domino ueni. Nimirum iuxta hāc similitudinem spiritus domini, spiritus consilij, ita ordinauerit, ac si diceret in secretis suis. Virum vnū de populo accipiat virgo hæc & sit ei despōsata ve dū cōceperit, & pepererit, dicat, quia virum duxi, quia nuptias celebraui, atq; ita sicut Samuel tūc liberauit immola

Margin notes: Rupér. in Mat. 1. — Math 7. — 1 Re. 16.

molatio vituli, quasi ob causam nullã aliam venisset in Bethleem, ita virginem hanc ab omni quęstione liberet æstimatio carnalis commercij, quasi nil aliud in ea natum sit, quàm quod solet in coniugio, vel de coniugio nasci. Hæc Rupertus.

¶ *Mater Iesu.* Quæres fortasis cur Dominus Iesus nõ ex limo terræ aut aut ex nihilo, sed ex Maria carnem sumere voluerit? respondebit tibi Augustinus lib. 26. contra Faustum capi. 7. si voluisset (inquit) filius Dei inde sibi humanam carnem veramq; formare, vnde formauit & illi primo homini, quoniam omnia per ipsum facta sũt quis eum nõ potuisse audeat affirmare? Si deniq; de cœlesti vel aërea vel humida creatura corpus assumptum vellet cõmutare in humanæ carnis verissimã qualitatẽ, in qua & viuere mortalis homo posset & mori, hoc eũ potuisse facere quis omnipotentem omnipotentis filium negare auderet? Postremo si voluisset de nullis elemẽtis corporeis, quæ per eum creata sũt corpus assumere, sed prorsus ex nihilo sibi creare veram carnem, sicut per eum creata sunt cuncta quæ nõ erãt, quis nostrum fieri non potuisse contendet? Nõ ergo ideò credimus natũ ex virgine Maria, quod aliter in vera carne existere, atq; hominibus apparere nõ posset. Ex fœmina ergo nasci voluit: quod vtrumq; sexum quẽ creauerat, etiam hoc modo commendandum honorandumq; iudicauit. Assumendo formam viri, & nascendo de fœmina, hæc ex Augustino. ¶ Præterea de eadem re disserens idem Augustinus de agone Christiano ca. 22. sic ait. Quare Christus de fœmina natus est? Illa causa est, quia venerat ad homines liberandos, in quibus & mares & fœminæ pertinent ad salutem: nec mares fastidiuit quia marẽ suscepit: nec fœminas quia de fœmina natus est &c. Huc accedit magnũ Sacramẽtũ vt quoniam per fœminam nobis mors acciderat, vita nobis per fœminã nasceretur: vt de vtraq; natura, idest, fœminea & masculina victus diabolus cruciaretur, quoniam de ambarum subuersione lætabatur: cui parum fuerat ad pœnam, si ambæ naturæ in nobis liberarentur: nisi etiã per ambas liberaremur. Hæc ille. ¶ Et in lib. 13. de trinitate cap. 18. potuit, inquit, Deus hominem aliũde suscipere, in quo esset mediator Dei & hominum, non degenere illius Adam, qui peccato suo obligauit genꝰ humanũ: sicut ipsum quem primo creauit, nõ degenere alicuius creauit. Sed melius iudicauit, & de ipso quod victum fuerat genere assumere hominẽ per quẽ hominis vinceret inimicum.

¶ Præterea iuris regula & canon est, vt res omnis per quascũq; causas nascitur: per easdem dissoluatur. Per fœminam ergo & virum dissolui peccatum oportebat: quando per primam fœminam, primumq; virum peccatũ in mundo natum est.

¶ *Mater Iesu Maria.* Hinc colliges quãta fuerit huius sanctissimæ Virginis dignitas, quanta gratia, quantaquè excellentia, quando tanto honore digna fuerit vt mater esset Iesu, mater vnigeniti qui est in sinu patris ab æterno sine matre. Mater eius, qui est splẽdor gloriæ, & figurã substãtiæ patris, & imago bonitatis illius. Mater inquam eius, qui portat omnia verbo virtutis suæ, qui cœlum terramq; regit, moderatur & gubernat. ¶ Prima fœmina mater fuit homicidæ Cain, secunda hæc fœmina mater seruatoris Iesu. Prima mortem attulit: secunda vitam. Illa omne malum in mudũ

indu-

Margin notes: Cur Christus carnẽ non ex limo terræ aut ex nihilo sed ex Maria sumpserit. D. Augu. 26. cõtra Faustũ c. 7. — 2. ratio. — D. Augu. de agone christiano cap. 22. — 3. ratio. — Mag. 3. sen. d. 2 20. — De reg. iuris. — Dignitas Marię cõmẽdatur. — Ioan. 1. b. — Hebr. 1. a — Ibidem.

induxit: hæc omne bonum. Illa visita ta à demone qui illam decipiendo interemit: hæc salutata ab Angelo qui ei vitam nũtiauit. Illa, omni fuit gratia priuata, cum de fructu accepit: hæc, omni gratia plena, cum fructum cœlestem in vtero concepit. Fructus à prima esus, multorũ interitus causa fuit: fructus ventris Mariæ multorum vitæ. Per illam omnes maledici: per hanc oẽs benedicti. Paradisi ostiũ per matrẽ Cain cunctis clausum, per matrem verò Iesu cunctis apertũ. De plenitudine deniq; Euæ omnes, mortem, peccatum, ægritudines, pressuras, aliaq; innumera mala accepimus: de plenitudine verò matris Iesu, ait Bernardus: omnes recipiunt: æger curationem: tristis consolationem: peccator veniam: iustus gratiam. Adde his: quod Eua ob animi elationem & superbiam de paradiso fuit eiecta: Maria verò ob insignem deiectionem mater paradisi facta. ¶ Quid verò dicã de animi eius gratia & pulchritudine? quid de eius venustate. Erat enim mater Iesu. Pulcherrima ergo atque omni gratia repleta erat. Ecce tu pulcher es dilecte mi ait illa filio suo. Quam pulchra tu es amica mea: (respondet dilectus) quam pulchra es: oculi tui columbarum. Capilli tui sicut greges caprarum quæ ascendunt de mõte Galaad. Dentes tui, sicut greges tonsarum quæ ascendũt de lauacro. Sicut vita coccinea labia tua eloquium tuũ dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea, & omnis armatura fortium. Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, quæ pascuntur in lilijs. O pulchritudo admirabilis (ait Rupertus) quam sic admiratur &

D. Bern.

Sponsalis pulchritudo Mariæ commendatur.

Can. 4.

Rupert. in canti.

collaudat pulchrerrimus autor ipse pulchritudinis septem præconijs. Cõsiderauit oculos, capillos, dentes, labia, genas, collum & vbera, & pro singulis dilectus singula decantauit dignæ collaudationis capitula. Quid autem septem istis modulis decantatur? Quid inte ô dilectissima dilectarum, virgo virginũ laudatur à dilecto laudabili, quem laudat omnis chorus angelorum? Laudatur simplicitas, munditia, innocentia, doctrina, verecundia, humilitas, mentis & carnis integritas, siue in corrupta virginitas. In oculis simplicitas, in capillis cogitationum tuarum munditia, in dentibus innocentia, in labijs doctrina, in genis verecundia, in collo humilitas, in vberibus tuis admiranda & spectabilis est cum fœcunditate virginitas. Simplicitas tua prudentia tua est: mũditia tua, supernorum desideriorum est: innocentia tua religiositas est: humilitas tua vera cõtra diabolum fortitudo est: virginitas tua matrũ siue matronarum Decus est. ¶ Oculi tui (inquit) columbarum. Colũba, primum sine felle est, deinde nihil viuum comedit, pullos alienos nutrit, grana semper candidiora colligit, in Petris nidificat, gemitum pro cantu habet, libenter iuxta fluẽta residet, vt veniẽtem accipit rẽ ex vmbra præcognitũ effugiat perniciter. Tu maximè, ô misericordiæ mater, sine felle es: nihil. n. vnquam habuisti inuidiæ, nihil odij. Nihil viuum columba comedit, & tu longè ab illis es, de quibus scriptum est, qui deuorant plebem meam sicut escam panis. Pullos alienos colũba nutrit. Et nos qui eramus alieni ecce viuimus tuis meritis. Grana candidiora columba collegit, & tu conferens in corde tuo testimonia de scripturis, creditum tibi conseruabas secre

Explicatur locus

7. proprietates colũbarum.

Quo modo Maria sicut colũba.

Psa. 13. b 52. a.

Luc. 2.

secretum Dei. columba in Petris nidificat, & tu in solitudine fidei permanens, euasisti serpentis antiqui venena. Columba gemitum pro cantu habet, & tibi gemere dulce fuit, eò quòd præcunctis mortalibus mente vulnerata esses. Columba iuxta fluenta residet, tibi autem omne fluentum scripturarum, quam contiguum est. Nunquam aduentus spiritualis accipitris tibi esse improuisus, aut te consequi, imo nec tibi appropinquare potuit. Capilli tui sicut grex caprarum quæ ascenderūt de monte Galaad. i. capillus te ornat vt grex caprarum adornat montem Galaad: à quo si descēderint videtur mōs ac si esset decaluatus. Cogitatus tui ô virgo sanctissima (quos capillos voco) animum tuum maximè adornant: maximè cor tuum decorant cogitationes ille tuæ subtilissimæ de cœlestibus mysterijs. Dentes tui sicut greges tonsarum quæ ascenderūt de lauacro: o ēs gemellis fœtibus & sterilis non est in eis. Innocēcia tua ô virgo parens maxima est, quæ nunquam abortit, sed bona semper facit opera. Cum enim posuero lauacrum regenerationis ô sponsa mea, tunc lauabuntur oues & mundabuntur, nec emundatione simplici contentæ, vellera sua deponēt: vellera rerum, vellera facultatū suarum, vt nihil habeāt proprium, sed sint illis omnia cōmunia. Huiusmodi tōsæ, omnes sunt gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas. Non enim contentæ erunt præcepta seruare, sed & præcepta & consilia. Non enim solum non rapient aliena, sed libenter relinquent etiam sua. Sic sunt ô amica mea dentes tui, idest, talium innocentiam tibi proponis, cum eiusdem innocentiæ magr̄a sis, multo excellentior qualibet ouium talium, quarum vtiq; nō est dentibus

Capilli sunt cogitatus Mariæ.

Innocentia Mariæ

Acto. 2. & 4.

Omnes gemillis fœtibus.

Dentes Mariæ.

malè vti. Scilicet inuicem mordere, vel detrahere, & ab inuicem cōsumi. Et quidem grex ille quicūq; talis est, sibi magistram scit, tu autem cunctis humilior, de omnibus penè altiora sentis, & videris tibi capras, & oues meas imitari, quas longè præcedis. ¶ Sicut vitta coccinea labia tua & eloquium tuum dulce. In quo sunt vitta coccinea labia tua? Nimirum in eo, quod sermo tuus à veritate nō discordat. In labijs tuis confessio & pulchritudo est: in labijs tuis sanctitas & magnificencia est. Ecce raab meritrix dulcis eloquij tui vittam coccineam siue funiculum coccineum, in fenestra sua ligauit, signum suæ fidei, quod nuntios Iosue, siue Iesu susceperit atq; saluauerit: dum ecclesia quondam peccatrix & idolatriæ meretricio sordida, dulce eloquium tuum: quo magnificauit anima tua dominum, pignus suæ salutis iugiter personat, & omnē doctrinam euangelicam, in qua ipsos apostolos tua sine dubio labia confirmauerunt, integra semper fide prædicat. ¶ Et de omni quidem anima, quæcunq; diuersa sentientes ad vnitatem sua prædicatione constringit, vt idipsum dicant omnes, & hoc agit in charitate & fide non ficta: verum est dicere quia labia eius sicut vitta coccinea: sed in ista gracia cæteris omnibus es incomparabilis post me dilectum cui specialiter spiritus in psalmo dicit diffusa est gratia in labijs tuis. Labia ergo tua rubra, idest, eloquiū tuū plenum est charitate. ¶ Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, absq; eo quod intrinsecus latet. Fragmē mali punici siue mali granati & rubet, & amplius quam integrum malū redolet. Sic & tu singulariter verecunda es, & multis per bonam opinionē in bono exemplo. proficies. Quid est dicere

Gal. 5. a.

Labia Mariæ.

Psal. 95. Iosue. 2.

Figura.

Luc. 1.

1. cor. 1.

1. Thl. 1.

Psal. 44.

Verecūdia Mariæ duplex.

dicere absq; eo quod intrinsec9 latet, nisi ac si diceret,& illud quod int9in cõſcia latet, amplius laudabile eſt? O verè laudabilis verecundia, vbi & intus cõſcia munda,& foris facies verecũda eſt. Nã vbi eſt aliquid, quo mẽs erubeſcat non adeò laudabile eſt, ſi cõſpectam faciẽ rubor perfundat. Igitur tua verecundia quid eſt, niſi religioſitas ſumma? Et hæc virtus ſine dubio malo punico debuit aſsimilari, quia gratioſa eſt intuentium oculis,& interdum ſuo ſilentio non minus ædificat, quam ſermo prædicationis. Vnde in tunica Põtificis deorſũ ad pedes eiuſdem tunicæ: Facies (inquit dñs ad Moyſen) per circuitũ quaſi mala punica ex hyacintho, purpura & cocco bis tincto, mixtis in medio tintinabulis: malũ. n. punicũ in medio tintinabulorũ religioſum atq; operoſum eſt ſilẽtium, maximè ſexus fœminei, in ſocietate doctrinæ prædicatorũ: qualis tu præcipue fuiſti virgo virginũ in regimine prædicantium apoſtolorũ: cuius etſi verba non leguntur, vel audiũtur, vbi prædicauerunt: opera tamen vel merita, non ignorantur, nõ minora, imo maiora tinnitu prædicantium. ¶ Illud quoq; factitium malum punicum rubicundum erat, vt pote non ex ſolo Hyacintho, qui color aërius vitã ſignificat cœleſtem, verum etiam & ex purpura & cocco bis tincto factũ. Et ita genæ tuæ ò dilecta verecunda, & magiſtra competentis verecundiæ, ſiue religionis neceſſariæ: cuius verecundia tanto eſt laudabilior, quãto conſcia glorioſior, tutior, atq; ſecurior. ¶ Sicut turris Dauid collũ tuũ, quæ ædificata eſt cum propugnaculis. Hæc turris Dauid eſt humilitas Dauid. Per quã ille corã Deo fortis & contra homines ſtetit inexpugnabilis. Ipſe enim quaſi tenerrimus ligni vermiculus, qui & cum eſſet Rex vnctus, dixit ad Saul illum perſequẽtem: Quem perſequeris Rex Iſrael, quem perſequeris? Canem mortuũ & pulicem vnum. Turris iſta ædificata eſt cum propugnaculis, & mille clypei pendent ex ea, & omnis armatura fortium, id eſt, hanc eius tantã humilitatem cateræ virtutes conſecutæ ſunt, maximeq; fortitudo & ſapientia, ſicut ſcriptum eſt, Dauid ſedens in cathedra ſapientiſsimus ipſe eſt, quaſi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno. Ita collum tuũ, imo & vltra quàm turris illa, collum tuum, id eſt, humilitas tua quæ ſedet vel patet in collo tuo nõ extento, ædificata eſt cũ propugnaculis,& mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium: nihil enim deeſt illic omnĩũ quæ cõtinentur in ſcripturis veritatum, & neq; inuiſibilis diabolus neq; viſibilis hæreticus, ècõtra potuit vnquam vel poterit. Adde illud, quod maximũ eſt, quia verbi cuius myſterij cõſecuta eſt, vt caneret humilitas patris tui Dauid, verbi, inquã, eiuſdẽ ſubſtãtiã cõcepit,& incarnatã peperit humilitas tua, ò filia Dauid. ¶ Duo vbera tua ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcũtur in lilijs. O vbera verè gratiſsima atq; pulcherrima, duo vbera manu altiſsimi formata. Hæc ſunt virginitas & fœcũditas. Quarũ pulchritudo, ò in tuis dilecta vberib9 caſtis, vberibus fœmineis quæ me lactauerunt, maximè ſpectanda eſt.

¶ En vides quanta fuerit gratia quanta pulchritudo huius virginis quod mater fuerit Ieſu. Hinc contra colliges quales fuerint Euæ oculi, quales capilli, dentes, labia, collum & vbera. Oculi eius non ſicut columbarũ, ſed ſicut

Margin notes: Exo. 28. f — Figura. — 1. Re. 24 — 2. Re. 23. a. — Collũ Mariç humilitas. — Duo vbera Mariæ virginitas & fœcunditas. — Eua in prędictis longè diſsimilis Mariç. — Oculi euç Gene. 3.

sicut coruorum rapacium? Vidit (inquit scriptura) mulier lignum, quod pulchrum esset oculis & tulit de fructibus eius & comedit. Habet autem ambitionem huius in comedite & eritis sicut dij.

Capilli Euæ.

Ergo capilli ei9, idest, ambitio eius, sicut illius principis super omnes filios superbiæ, qui dixit in corde suo, ascẽdam super altitudinẽ nubium, & ero similis altissimo.

Esai. 14.d

Dentes Euæ.

Dẽtes verò eius quales fuerunt? Nimirũ sicut dentes Leonum, qui mordendo vetitum, vẽturæ posteritatis suæ animas interfecerũt. Si enim de filijs ei9 veraciter scriptum est. Deus cõteret dentes eorum in ore ipsorum: molas Leonum confriget Dominus, quanto magis de illa, quæ tali consilio momordit, cuius morsus tam malus prouẽt9 extitit, vt rectè quis dicat, quia dẽtes eius arma ferrea fuerũt, dẽtes eius molæ siue molares fuerunt.

Psal. 47.

Genæ eius non verecundia, sed inuerecundia fuit. Collum eius non humilitas sed superbia fuit. A qua didicerunt filiæ eius de quibus Esai. ait. Filiæ Siõ, eleuatæ sunt & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant & plaudebant. Vbera eius non virginitas & maternitas, sed subactio, & dolor in concipiendo & pariendo.

Collum Euæ.

Esai. 3.c.

7. Vitia fœminarũ.

Hæc etiam septem & aliarum fœminarum sunt prædicamenta: nempe altitudo oculorum, cõpositio capillorum, voracitas dentium, incontinentia labiorum, irreuerentia genarum, colli erectio nimia, subactionis atq; confractionis frequens iniuria: quæ cõtraria sunt septem prædictis prædicamentis pulchritudinis virginis. Hæc septem quasi septem dona Spiritus sancti. Illa verò quasi septem dæmonia. Hæc ex Ruperto.

¶ Hæc est ergo mater Iesu Maria. Mater inquã veri Dauid, cuius typũ olim gerebat Sunamitis illa, speciosa, & pulchra nimis, quæ calefaciebat Dauid. De quo scriptura ait: quod cũ operiretur vestibus non calefiebat. Non enim Dauid iste cæremonijs veteris legis (quas vestes significabant) calefiebat. Sacrificium & oblationem nolebat: holocaustum pro peccato non postulabat: vtero ergo huius sanctissimæ virginis (quæ vt iam diximus tota pulchra erat) calefactus est verus iste Dauid.

3. Re. 1.

Figura.

Psal. 39.b

¶ Hæc est mater Iesu summi sacerdotis Aaron quem tunica carnis suæ induit, vt gratum offerret Deo patri sacrificiũ. Cuius imago erat tunica illa Aaron de qua in libro Leuitici dicitur: tunica linea sanctificata induetur. Linum (inquit Origenes) de terra oritur. Tunica ergo sanctificata linea induitur verus Pontifex noster Christus, cum naturã terreni corporis sumit. De corpore enim dicitur, quia terra sit, & in terram ibit. Volẽs ergo Dominus & saluator meus hoc quod in terrã ierat suscitare, terrenum suscepit corpus, vt eleuatum De terra portaret ad cœlum. Et huius mysterij tenet figurã hoc, quod in lege scribitur, vt linea tunica pontifex induatur. Sed quod addidit sanctificata, nõ otiosè audiendum est. Sãctificata namquè fuit tunica carnis Christi: non enim erat ex semine viri concepta, sed ex sancto spiritu generata. Hæc ille.

Leuit. 16

Ho 9. in Leui.

¶ Hæc deniquè est mater Iesu. Quod si mater Iesu. nihil ergo in ea desiderare possumus: sed omniũ virtutum, omnium charismatum atq; gratiarũ ornamentis, adornatam fuisse facilè intelligemus. Si enim Deus diligentes diligit, ac prius quãm diligatur diligit, summa dilectione atq; immẽsa charitate flagrasse virginem certum erit.

In Maria omnium fuit plenitudo gratiarum ac virtutũ.

Prou. 8.

erit, quando tanto eam amore Deus prosecutus fuerit, vt eam in matrem Iesu filij sui elegerit. Exarsit ergo amore: exarsit fide: ob quam, beatam eam Elisabeth appellat: Exarsit spe: propter quam, ecclesia suo nomine canit: ego mater pulchræ dilectionis & timoris, & magnitudinis. & sanctæ spei. Nõ enim solum certa de suæ gratiæ plenitudine certam sperabat beatitudinem: sed nobis omnibus spem salutis adhibet: idcirco ibidem additur: in me omnis spes vitæ. Quare merito eam vno ore omnes spem nostram quotidie vocamus. Flagrauit prudẽtia. Ideo de illa cãtat ecclesia, quo progrederis virgo prudentissima. Prudẽter enim cõseruabat omnia verba quæ de filio suo audiebat atque conferebat in corde suo: prudenter diabolo suam virginitatem occultabat: prudenter Herodis persecutionẽ euasit, in ægyptum fugiendo. Qui moderatur labia sua (ait Salomon) prudẽtissimus est. Quo moderamine labiorum vsa est sanctissima Maria vel Euangelica eloquia sufficiens testimonium perhibere poterunt: cum tam raro eã fuisse locutam narrent. Quid de eius fortitudine dicam, quæ tanta fuit vt Deum, mortem, & diabolum superaret? Quanta sit Dei fortitudo omnibus compertum est, omnipotens enim est nomẽ eius, nedum ipse. Sed huius virginis tãta fuit fortitudo, vt eum traheret ad terram, fœminæque huic humilissimæ subijceret. Hæc.n. est illa mulier fortis quam omnipotẽs dominus inuenit. Hæc illa virgo in cuius gremio mitis factus est ille, de quo num. cap. 23. scribitur: cuius fortitudo similis Rhinocerontis. Quanta vero sit mortis virtus explicatione non indiget. Quis est enim qui viuet & nõ debit mortem? Ait Rex Dauid.

Luc. 1.
Eccle. 24
Ibidem.
Prudẽtia virginis.
Luc. 1. c.
Pro. 10. c
Fortitudo virginis.
Exo. 15.
Pro. vltimo.
Num. 23

psal. 88. Mors dominũ seruo: mors sceptra ligonibus æquat. Dissimilem simili conditione trahit. Inquit poeta. Hæc tamen virgo morte fortior fuit. sicut enim per fœminam primã mors totius mundi dominata est: sic per fœminam secundam mors interempta est. Qare iure virgo dicere poterat, ô mors ero mors tua. Quanta deniq; sit potentia diaboli, qui scire velit audiat sanctum Iob dicentem: non est potestas similis super terram. Est enim fortis ille armatus, qui iam diu multa pace tenebat huiusmũdi atrium. Hæc tamen sanctissima Maria illũ superauit, atq; caput eius cõtriuit. tẽpus sane deficeret, si omnes eius virtutes prosequi vellẽ. Quid enim de eius iustitia, misericordia, ac temperantia referam? Quid de septem Spiritus santi muneribus, quibus repleta fuit? quid de innumeris alijs donis gratis à Deo collatis, aut de singularibus eius prærogatiuis, quibus peculiariter fuit decorata? nam amicta fuit sole, coronata stellis, sub pedibus eius luna supposita: nullo peccato maculata, summa animi puritate prædita, mater & virgo effecta: Dei mater verè nuncupata: virgo virginum dicta: ac porta cœli, reginaque misericordiæ: exaltata denique super omnes cœlos. Hæc ergo est mater illa Iesu de quo modo Euangelista ait cum desponsata esset mater Iesu Maria, Ioseph: inuenta est habens in vtero de Spiritu sancto.

Psal. 88.
Poeta.
Osee. 13.
Iob. 41.
Luc. 11.
Vi. summam Anto. 4. p. titulo. 15. à cap. 17. &c.

Inuenta est in vtero habens. Ante quã sanctus Ioseph sponsam suam in domum suam adduceret depræhensa est ab illo esse grauida. Id enim arguebat & amanti, & minimè stupido sponso, puellæ vterus indies magis ac magis intumescens. Neq; enim illa fugitabat sponsi sui conspectũ, quasi sibi

sibi male conscia: nec aperiebat arcanum quod ab angelo didicerat, siue quia desperabat adhuc posse persuaderi, siue quia seruabat hoc Deo, suo tẽpore patefaciendum. Quis obsecro explicare poterit quid nunc temporis versabatur in animo virginis? Non enim ignorabat virgo prudentissima quid corde suo volueret ac reuolueret sponsus Ioseph ignarus tanti mysterij: quem & diligebat vehementer, atque tanquam verum sponsum atque virum suum à Deo sibi datum mirum in modum venerabatur. Quãto ergo animi dolore, quanta tristitia per tempus illud sanctissima hæc virguncula præmeretur perspiciens atque intelligens sponsi occultum vulnus? Quanto merore conficiebatur cum vultũ sponsi demissum intuebatur? Cum eum tam tristem, tam mœstum, tam tacitumque videbat? Quod si naturale ac proprium est misericordiæ iustorum compati atque condolere, quid mirum quod mater hæc misericordiæ condoleret sponsi casum? Ingemisceret vicem eius, quẽ sciebat non sine causa maximo dolore cruciatum? ¶ Neque minus mirandum est, quanta hoc tempore fuerit & mansuetudo, & patientia, ac prudentia virginis: quanta erga diuinã voluntatem obedientia, in præsenti præsura atque angustia. Tacebat virgo, gemebat speciosa colũba, atque tacita cor suũ Deo cum lachrymis offerebat. Offerebat inquã innocentiam suam, offerebat atque præsentabat coram Deo suo sponsi vulnus, vt illi mederetur: offerebat se se iterum atque iterum in ancillam eius: non solum vt mater eius esset, sed parata pro eo, omnes, quos uellet, labores, atque ærumnas æquo animo ferre. ¶ Nec prætereundũ duxi considerare virginis tunc tẽporis spem atque certam fiduciam quam de diuina bonitate ac misericordia habebat. Certo enim sperabat Deum tam suam quam sui sponsi innocentiam prospecturum, atque de necessario ac competenti opportunoque remedio prouisurum. Si enim innocens Susanna ad mortem sine causa damnata, atque ducta, inter lapides spem suæ salutis non amisit: quid de illa dicendum erit quæ spes hominum appellatur? Sperabat spes nostra fore tantum mysterium suo tempore à Deo sponso suo patefaciendum. ¶ Atque ex hac admirabili animi sui confidentia pax maxima in corde suo oriebatur: ex hac in quam fidutia tanta in animo suo nascebatur tranquilitas, tanta quies ac serenitas, quanta in mari inueniri nõ potest maior: quando magis quietum ac tranquillum, nullisque ventis cõcitatum prospicitur. Si enim pax fructus est iustitiæ, atque confidentiæ legitima filia, quanta obsecro pace potiretur illa quæ tanta iustitia atq; spe pollebat? Sed tantisper virginem relinquamus & oculos ad eius sponsum vertamus. ¶ Quis rogo paucis exponere poterit quid hisce diebus secum cogitaret. Multiplices profecto animo voluebat saucius curas. Ac per noctem pius iste ac iustus vir plurima reuoluebat. Cum enim nondũ ignarus esset tanti mysterij, primum indubitata cernebat argumenta cõceptus in coniuge; deinde sibi conscius erat nihil sibi rei fuisse cum puella, vnde grauida fieri posset, tertio, eos compererat semper sponsæ mores vt in eam non caderet adulterij certa suspicio. Ex arctissima enim familiaritate deprehenderat inculpatissimos sponsæ mores.

Dani. 13.

Si

Siquidem spiritus ille diuinus, qui totum eius animum occuparat, in ipsis oculis, ipsoque vultu relucebat: ipso incessu, gestu, sermone vndiq; sese prodebat. Cœleste quiddam in ea deprehenderat, & homine maius. Et tamen videbat grauidam, & abfuerat illa domo menses aliquod, dum inuisit cognatam Elisabeth: ad hæc cogitabat, quanta vbique esset hominum temeritas qua solent virgines vi opprimere: cogitabat similiter, quanta esset eius ætatis ac sexus infirmitas in cæteris puellis: quam inde uotæ, quam garrulæ, quàm incompositæ, intemperatæ, ociosæ, ac vanæ inueniantur plurimæ. Hæc atque alia animo versans ac secum pertractans, quid iudicaret ignorabat: pendebat animus, anceps omnino erat nec præcipitem audebat proferre sententiam. Quo pacto puellæ atque sibi consuleret, cogitabat. Quod statim Euangelista refert his verbis.

Ioseph autem vir eius cum esset iustus, & nollet eam traducere: voluit occultè dimittere eam. Vera probitas neque est prona ad suspicandum: nec preceps ad vindicandum: vera probitas atque perfecta iustitia, misericordia ac pietate commitata semper inuenitur: qualis inuenitur in Deo. Ideo vir iste iustus ac probus suo cum animo rationem aliquã dispiciebat, qua simul & vxoris famæ vitæque cõsuleret, ac negotium cuius ipse nullum exitum inuenire poterat, Deo cõmitteret. Præterea quanquam iure suo vtens eam traducere poterat, misericordia tamen motus, iuri suo cedere voluit, vt Deum sibi benignũ, ac misericordem in causa sua inueniret. Cum tamen esset vir apud omnes notæ spectatæque probitatis ac prudentiæ: ne quis suspicaretur illum vel esse tam insigniter improbũ, vt vxoris leno sustineret esse: vel tam stultæ patientiæ vt domi aleret, curaretq; vna cum puero, quam sciret esse adulteram: idcirco tacitis animi curis secum æstuans, mite quoddam diuortij genus comminiscitur, quo sic ipse liberaretur à grauidæ contubernio ne quid infamiæ periculo puellæ conflaret. Ideo voluit occulte dimittere eã.

Vera probitas neque est prona ad suspicandum neq; preceps ad vindicandum: ac misericordia cõmitata semper inuenitur.

¶ Hic mecum iam primum considera: quanta cura ac diligentia debẽt homines vxorum, aliarumq; fœminarũ, imo omnium proximorum famæ cõsulere. Vir iste probus potius elegit à domo sua, à terra sua, à cognatis & amicis suis exulare atq; egredi, quã vt quid infamiæ, periculiue puellæ conflaret. Quid ad hæc dicent, aut respõdere poterunt homines maledici, qui sine causa, aut prætextu aliquo, sine aliqua vtilitate, alios infamia afficiunt: notamque ac ignominiam perpetuam inurere connantur proximis? Famam (quam vita præstantiorem æstimant multi) ore suo maculare non verentur? Lingua eorum gladius acutus, venenum aspidum sub labijs eorum. Linguæ eorũ scorpionibus ac Basiliscis peiores. Si enim oculis suis Basilisci aerem infestant: & quos intuentur, necant: reliquosque serpentes sibilo fugant, vt soli regnare videantur. Maledici isti, veneno inficiunt auditorum aures, atque non solum præsentes, sed absentes etiam, gladio iniquo linguæ suæ interimere audent: suoque sibilo non fugare, sed potius in suam sententiam trahere alios sibi similes serpentes conantur. Autoresque infamiæ proximorum haberi volunt. Quod si scorpij animalia venenosa sunt, cauda; feriunt: multo isti pestilẽtiores qui

Maxima cura vxorum aliarumq; fœminarũ famæ consulendũ est.

Nota contra maledicos.

Psal. 58. a.

Psa. 139. b. qui acuunt linguas suas sicut serpentes: & venenum aspidum sub labijs eorum. Linguas suas acutas reddunt & subtilibus verbis adornant ad infamiá bonorum: vt noceant sicut serpentes iniecto veneno: pestiferosq; sermones ad modum veneni efficacissimi maxime noxios, sub labijs suis gestát, & in ore paratos habent, vt opportuno tempore virus illud suum effundant. ¶ Secundo considera: quas turbas hic excitasset alius maritus, præsertim amore exasperante zelotypiam, quo non alius animi morbus impotentior. Nulli profectò magis sæuiút in lapsas vxores, quá qui ipsi multis adulterijs sunt obnoxij. Ioseph ipse innocentissimus, adeo nó excitat tragedias, adeo nó rapitur ad vltionem; vt ne cum coniuge verbis expostularit, ne qua mœstitudine virginis animum obnubilaret. Vt hinc discát mariti vxorum vitia non facile propalare exemplo huius mariti sanctissimi: imo etiam exemplo illius præstantissimi apud Romanos habiti viri Pauli æmilij: cui vxor fuit Papyria Masonis viri consularis filia, quam (vt Plutharchus refert) post longum coniugij tempus repudiauit, licet pulcherrimam sobolem ex ea suscepisset. Hæc enim gloriosissimum Scipionem & Maximum Fabium pepererat. Quæ autem causa diuortij fuerit, nó extat, sed videtur aliqua efficax ratio affuisse. Illud autem constat, cum amici familiaresq; diuortium grauiter improbantes Æmilio diceret. Non ne hæc modesta, nonne formosa, nonne fæcunda? Porrexit ille pedem, & calceú ostendens, nóne pulcher hic calceus, nonne nouus est? Inquit, sed nec quisquá vestrum nouit qua ex parte meú contorquet pedem. Sic enim se res habet. Magna quidem plerúque & manifesta errata mulierum, causam diuortij præstiterunt. Nonnumquam tamé ex quadam diuersitate morum, frequentes & paruæ offensiones latenter exortæ, viros ab vxoribus alienarunt. Hæc narrat plutarchus. Noluit insignis vir iste causam diuortij propalare vt vxoris famæ consuleret: quod facere etiam hodie volebat pius ac probus Ioseph. ¶ Non sic inter nos plurimi qui sine causa Zelotypia commoti, turbas excitant, vxores infamant, atque zelus & furor eorum honestis vxoribus non parcit, nec acquiescit cuius quam præcibus, nec suscipit pro redemptione dona plurima. Sed furor, zelus, tumultus, iracundia perseuerans immutat scientiam eorum. Cæterum quoniam huius sancti viri consilij definiti causa fuit eius iustitia: iustitia vero sola sit quam Deus expetit: de illa mihi cum lactantio differendum est, docendumque in quibus operibus iustitiam necessariò sit contineri: quibus differtis quanta fuerit huius viri probitas & iustitia intelligemus.

Nota contra maritos zelotypia affectos.

Vxorú vitia nó sút á maritis propalanda.

Plutar. in vita Pauli æmilij.

Prouer. 6. & Eccl. 40. a.

Ioseph autem vir eius cum esset iustus. Duas esse humanæ vitæ vias, nec philosophis ignotum fuit, nec poetis: sed eas vtique diuerso modo induxerunt, philosophi alteram industriæ, alteram inertiæ esse voluere: sed hoc minus rectè, cum eas ad solius vitæ cómoda retulerút. Melius poetæ, qui alteram iustorum, alteram impiorum esse dixerunt. Sed in eo peccant, quod eas non in hac vita sed apud inferos esset aiunt. Nos vtiq; rectius, qui alteram vitæ, alteram mortis, & hic tamen has vias esse dicimus. Sed illa dexterior, qua iusti sunt gradientes, non in Elysium ferre, sed in cœlum: immortales enim fiunt.

Duæ sunt humanæ vitæ viæ. Lactanti. Diuina. institu. epito. cap. 8.

Sinistr

Sinisterior ad tartarum: æternis enim cruciatibus addicuntur iniusti. Veneranda est à nobis iustitiæ via, quæ du cit ad vitam. Primum autem iustitiæ officium est, Deum cognoscere, vt parentem: eumq; metuere, vt dominum: diligere, vt patrem. Is est enim, qui nos genuit, qui vitali spiritu animauit, qui alit, qui saluos facit. Habet in nos non modo vt pater, verum etiam vt domi nus licentiam verberandi, & vitæ ac necis potestatem: vnde illi ab homi ne duplex honos, idest, amor cum timore debetur. Secundum iustitiæ officium est hominem agnoscere velut fratem. Si enim idem Deus fecit, & vniuersos ad iustitiam, & ad vitam æternam pari conditione generauit, fraterna vtiq; necessitudine cohæremus: quam qui non agnoscit, iniustus est. Sed origo huius mali, quo societas inter se hominum, quo necessitudinis vinculum dissoluitur, est, quod ab ignorantia veri Dei nascitur. Qui enim fontem illum benignitatis ignorat, bonus esse nullo modo potest. Inde est, quod exeo tempore, quo multi Dij consecrari ab hominibus colique cæperunt, fugata est (sicut poetæ aiunt) iustitia: sic direptum est omne fœdus, direpta societas iuris humani: cum sibi quisq; consulere, ius in viribus computare, nocere inuicem, fraudibus aggredi, dolis circunscribere, commoda aliorum incommodis adaugere: non cognatis, non liberis, neq; parẽtibus parcere: ad necem hominum pocula tẽperare, obsidere cum ferro vias, mari infestare: libidini autem, quo furor Duxerit, frena laxare: nihil deniq; sancti habere, quod cupiditas infanda non violaret. Cum hæc fierent tũc leges sibi homines condiderunt pro vtilitate communi vt se interim tutos ab iniurijs facerent. Sed metus legum non scelera comprimebat, sed licentiam submouebat. Poterant enim leges delicta punire, conscientiã munire non poterant. Itaq; quæ ante palam fiebãt, clam fieri cœperunt. Circunscribi etiam iura, siquidem ipsi præsides legum, premijs muneribusq; corrupti, vel in remunerationem malorum, vel perniciem iustorum sentẽtias venditabant. His accedebant dissensiones, & bella, & mutuæ deprædationes, & oppressis legibus sæuiendi potestas licẽter assumpta. ¶ In hoc statu cum essent humanæ res, misertus est nostri Deus. Reuelauit se nobis, & ostendit, vt in ipso religionem, fidem, castitatem, misericordiam disceremus: legemq; diuinam, quæ humana cum cœlestibus copulat, tradente ipso domino sumeremus: qua lege, vniuersi quibus irretiti sumus, errores cum vanis, & impijs superstitionibus tollerentur. Quid enim homini debeamus, eadem illa lex præscribit, quæ docet, quicquid homini præstiteris, Deo præstare. Sed radix iustitiæ & omne fundamentum æquitatis est illud: vide vt ne facias vlli, quod pati nollis, sed alterius animũ de tuo metieris. Si acerbum est iniuriam ferre, & qui eam fecerit, videtur iniustus: transfer in alterius personã quod in te sentis, & in tuam quod de altero iudicas: & intelliges te iniustè facere, si alteri noceas, quam alterum, si tibi. Hæc si mente volumus, innocentiã tenebimus, in qua iustitia velut in primo gradu consistit. Primus est enim non nocere proximo, sed officiosè prodesse. Et sicut in rudibus agris priusquam serere incipias, euulsis sentibus, & omnium stirpium

Primum iustitiæ officium.

Secũdũ iustitiæ officium.

leges cur inuentæ.

Radix iustitiæ.

Simile.

 pium

pium radicibus amputatis, arua purganda, sic de nostris animis prius vitia detrahenda, & tunc demum virtutes inserendæ, de quibus seminatæ per verbum Dei fruges immortalitatis oriãtur. Tres affectus, vel (vt ita dicam) tres furiæ sunt, quæ in animis hominum tantas perturbationes ciunt; & interdum cogunt ita delinquere, vt neque famæ nec periculi sui respectum, aut curam habere permittant. Ira, quæ vindictam cupit: auaritia, quæ desiderat opes: libido, quæ appetit voluptates. His vitijs resistendum est: hæ stirpes eruendæ vt virtutes seri posśint. Hos affectus Stoici amputandos, Peripatetici temperandos putant. Neutri eorum rectè: quia neque detrahi possunt, si quidem natura insiti habent certam magnamque rationem: neque minui: quoniam si mala sunt, carendum est etiam temperatis & mediocribus: si bona integris adutendum est. Nos verò neque detrahendos neque minuendos esse dicimus. Non enim per se mala sunt, quæ Deus homini rationabiliter inseruit: sed cum sint vtique natura bona, quoniam ad tuendam vitam sunt attributa, male vtendo fiunt mala: sicut si fortiśsimè pro patria dimices, bonum est: si contra patriam, malum. Sic & affectus si ad vsus bonos habeas, virtutes erunt: si ad malos, vitia dicentur. Ira igitur ad coertionem peccatorum, idest, ad regendam subiectorum disciplinam data est à Deo: vt metus licentiam comprimat, & compescat audaciam. Et qui terminos eius ignorat, irascitur paribus, aut fortioribus. Cupiditas ad desideranda, & conquirenda vitæ necessaria tributa est: sed qui nesciunt fines eius, insatiabiliter opes congerere nituntur. Hinc venena, hinc circumscriptiones, hinc falsa testimonia, hinc omnium fraudum genera erupere. Libidinis autem affectus ad procreãdos filios insitus & innatus est: sed qui limites eius animo non tenent, vtuntur eo ad solam voluptatem. Inde illicitæ nuptiæ, inde adulteria & stupra, inde omnes corruptelæ oriũtur. Redigendi ergo sunt isti affectus intra fines suos, & in viam rectam redigendi: in qua & si sunt vehementes, culpam tamen habere nõ possunt. Hæc Lactantius.

Tres affectus animi. Ira, auaritia, libido.

¶ Sponsus ergo Mariæ merito iustus vocatur, cum Deum imprimis cognosceret vt parentem, metueret vt dominum, diligeret vt patrem. Merito iustus vocatur, cum proximũ diligeret vt seipsum, quod enim sibi volebat, & proximo etiam volebat & quod sibi iniurium putabat, idem & proximo esse intelligebat: iustus sanè vir iste dicendus erat, quando nullum habebat vitium, innumerasq; posśidebat virtutes: quando affectus natura insitos intra suos limites continebat.

Ioseph quare iustus vocatur.

Si enim iustus vir nemini insidiatur, abstinet prorsus alieno, maledicenti benedicit, contemptum benigniter fert, nocet nemini, iure vir iste sanctus iusti nomine gaudere debet: quando hæc omnia seruabat. Imo non hæc solum sed omnia, quæ à viro iusto olim apud Ezechielem dominus postulabat: sic enim ait cap. 18. dominus. Si fuerit iustus, & fecerit iudicium & iustitiam, in montibus non comederit: & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel: & vxorem proximi sui non violauerit: & ad mulierem menstruatam non accesse-

Ezec. 18.

Describitur à Deo vir iustus

accesserit: & hominem non contristauerit: pignus debitori reddiderit: per vim nihil rapuerit: panem suũ esurienti dederit: & nudum operuerit vestimento: & ad vsuram nõ commodauerit: & amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum suam: iudicium verum fecerit inter virum & virum: in præceptis meis ambulauerit: & iuditia mea custodierit, vt faciat veritatem, hic iustus est, vita viuet dicit dominus Deus. Hic est catalogus virtutũ viri iusti: decem & septem partes continens. Quas habuisse vir iste sanctissimus certum est: quando á Deo iustus in hoc loco nũcupatur. Erat enim omnibus numeris (vt aiunt) absolutus. Quid enim mirum quod tã perfectus hic esset, quando inter omneis mortales á Deo fuerit electus in sponsum matris suæ? Satis profecto super que erat, dicere virum istum sposum maritumq; fuisse matris Dei, vt eius intelligeremus iustitiam, probitaté, puritatem, atq; corporis & animi integritatem: hominem enim tali fœmina dignum, omnium virtutum atque gratiarum ornamentis esse decoratum, nulli nostrum dubium aliquã do fuit. ¶ Narrat propheta Ezechiel cap. 2. vidisse animal quod (inter alia) totum corpus, plenum oculis Habebat. animal illud habere figuram viri iusti docet ad lõgũ Gregorius. Ho. 3. 4. 5. &. 6. Et tandem homilia. 7. mysterium oculorum illorum animalium exponens ait: corpora itaq; animalium idcirco plena oculis describuntur, quia sanctorũ actio ab omni parte circumspecta est: bona desiderabiliter prouidens, mala solerter cauens. Et hoc laboriosius, quia sanctorum mens vehementer inuigilat, ne se ante eorum oculos mala sub bonorum specie abscondant. Circunspecta ergo est vita sanctorum ne sic sit libera, vt superba sit: quia sæpe superbia exceditin verbis, & audiri appetit libertas puritatis. Ne sic sit humilis, vt formidolosa. quia aliquando timor restringit animum, & loqui quæ recta sunt non præsumit, sed tamen in ipsa timida cogitatione humilem esse se simulat. Ne sic sit parca, vt tenax sit: quia plerumq; tenacia parsimonia appetit æstimari, vt iustè ac necessariè videatur tenere, quicquid egenti proximo misericorditer non vult impendere. Nec si sit misericors vt effusa sit: quia nonnunquam effusionem esse misericordiã putat. Aliud enim est pietatis studio necessaria proximis dare: atq; aliud ea quæ possidentur sine mercedis intentione dispergere. Quicquid ergo agitur in radice intentionis pẽsandum est quo merito apud iuditium creatoris habeatur. Vir ergo iste virginis sponsus, his oculis plenꝰ erat. omnis enim eius actio omni ex parte circunspecta erat: id circo prouidebat vt ne virgo Maria vlla inureretur infamia: & ne ipse improbus haberetur. Cũ ergo esset hac sanctitate & iustitia præditus decreuit non illam exemplificare sed oculte dimittere.

Lege Hieron. has omnes explicanté.

Ezech. 1.

Figura.

D. Greg. ho. 3. 4. & 5. in Eze. & ho. 7.

Cum esset vir iustus. Hæc est sanctorum conditio & suæ & aliorum consulere famæ: neque legi detrahere neque aliorum nomini. Docuit etiam iustus Ioseph in re ancipiti non ferendam præcipitem sententiã esse, sed clam agendum esse negotium & meditandum.

¶ Ioseph autem cum esset vir iustus, & nollet eam traducere: voluit

luit occulte dimittere eam. Hæc aũt illo cogitante, ecce angelus domini apparuit in somnis ei dicens: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

Quis iure abomnibus appellari pōt beat⁹. ¶ Tribus aut quatuor de causis quis iurè ab omnibus beatus appellari potest. Quod iustus sit ac perfectus, quod coniugem habeat in qua nihil desideret: quod liberos omni sapiā & virtute præstantes: quod denique abundet fidelibus ac veris amicis. Quod iustitia faciat hominem beatum docet: Psal. 1. Regius propheta his verbis: beatus vir qui non abijt in consilio impiorum & in via peccatorum non stetit: & in cathreda pestilentiæ nō sedit: sed in lege domini fuit voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte. Quod verò vxor studiosa cũ felicē reddat: docet filius eius in libro Eccle. 26 Ecc. c. 26. mulieris (inquit) bonæ beatus vir. Merito talis beatus dici potest. Nam talis mulier corona est viro suo vt idem sapiens testatur. In pro. c. Pro. 12. 12. mulier diligens corona est viro suo. Talis delectat virum & impinguat ossa eius. Gratia mulieris sedulæ (ait idem) delectabit virum suum, Eccle. 26 & ossa ipsius impinguabit. Tāta enim est hæc beatitudo, tantaq; humana felicitas, vt eam esse Dei peculiare munus atq; singulare beneficium dicat in Pro. 19. b. prouerbijs Salomon. Domus (inquit) & diuitiæ dantur à parentibus à domino autem proprie vxor prudens.

¶ Beatus tertio quis nũcupatur, quod liberos omni sapientia, omni prudentia omnique animi magnitudine præditos habeat: dicente eodem sapiēte: Pro. 10. a filius sapiens lætificat patrem.

¶ Quod deniq; sit magna felicitas amicorum copia, nulli dubium esse existimo. Amicitia est enim (autore Boetio) preciosissimum genus diuitiarũ. Bo. 2. lib. Nemo enim eligeret viuere ait philosophus) sine amicis habens reliqua bona. Aristo. 9. Eth. Rursum Cicero ait: qui amicitiam tollit à mundo, solem videtur tollere: Lib de amicitia. & Salomon amico fideli nulla est comparatio. Eccl. 6. ¶ His ita constitutis, nemo Hercule nemo, in hoc mundo inter homines beatior ac fortunatior inueniri aliquando potuit sancto isto Ioseph. Is enim per anthonomasiā vocatur impræsentiarũ iustus. Is enim solus dignus effectus est vt maritus dei genitricis & diceretur & esset. Is enim parens in terra filij Dei & vocatus & habitus ab omnibus est. is denique peculiarem ac singularem habuit cum cœlestibus spiritibus amicitiam, ac familiare in terra commercium. Quid rogo felicius? Quid Beatius? aut quid magis prosperum alicui hominum in hac mortali vita euenire, aut accidere potuit? Sed reliquum est vt hæc singula perstringamus vt à vero nihil aberrare probemus.

Ioseph autem cum esset iustus. Ecce prima huius tanti viri fælicitas, vt anthonomatice iustus à Spiritu sācto appelletur. Ioseph p antonomasiā vocatur iustus quæ fuit prima eius felicitas. Iam quanta fuerit eius iustitia, quanta probitas & insuperioribus ostendimus & nunc etiam ostēdemus. Si primum intelligamus (quod non solum sancti sed philosophi omnes tradunt) iustitiam biphariam dici: alteram, quæ in sese virtutem complectitur omnem. Aristo. in Ethicis. Vnde adician Greci

pro

pro omni peccato vsurpant: alteram, quæ ius suum vnicuiq; tribuit: bona que domini fideliter distribuere atq; dispensare docet. Secundo intelligamus: quos Deus ad munus aliquod præclarum eligit: eos idoneos ac tali munere dignos efficere: dicente Paulo: idoneos nos fecit ministros noui testaměti. Quod si hæc ita sunt vt verè sunt: facile intellegimus quãta fuerit imprimis iustitia (quæ virtutes complectitur omnes) huius viri: quãta probitas, & sanctitas. Nam qui adhoc solum ab æterno electus est à Deo vt verus esset Maritus matris suæ: & vt pater suus ab omnibus prædicaretur, atq; tutor patronusq, esset, cui verè subderetur atq; obtemperaret: quid mirũ quod ea sanctitate niteret qua maior post sponsam filiumque suum nequiret intelligi? Si præcursor in vtero matris sanctificatur: quid mirum quod sponsus matris ac pater in terris Dei vocatus, in vtero matris similiter sanctificaretur. Si Ioãnes virgo eligitur vt virginis esset custos & filius: quid etiam mirum quod maritus virginis virginum, in cuius puritatis comparatione astra matutina munda non sunt: virgo esset electus, qui eam custodiret, eiusque esset comes indiuiduus ac perpetuus? Si enim primus homo de terra terrenꝰ factus est ad imaginem & similitudinem Dei vt præesset piscibus maris, volucribus cœli, ac bestijs terræ: quãto sanctior ac perfectior, factus esset: quantoq; expressiorem imaginem ac similitudinem Dei præ se ferret secũdus Adam iste, qui adhoc solum cõditus est, vt præesset nõ piscibꝰ maris, sed matri Dei ac cœlorũ reginæ, non volucribus cœli sed vnigenito filio Dei? Si enim primum hominem condidit Deus de terra inuia hac incorrupta: hunc secundum hominem effecit vt ipsius virginitatis esset sponsus: illi dedit dominus rerum omniũ conditarum scientiam, huic contulit veram scientiam sanctorum rerumq; diuinarum: De costa illius eduxit dñs primam fœminã, de costa huius, hoc est, de genere huius, eduxit secũdam. Illi contulit Deus Euam, vt esset sibi adiutorium: huic contulit Mariã vt ambo Deum verum, ac verum hominem custodirent, seruarent ac enutrirent. Obediebat, vt par erat, Eua, primo homini: obediebat, vt par erat, secunda Eua, secũdo homini, hoc est, Ioseph. Merito ergo iustus à Spiritu sancto vocatur.

S.t. 3.p. q.27.art. 4. 2.10.3.

Opinio gersonis. quod fuit in vtero sanctificatus. Ioseph fuit virgo.

Ioseph, secundus Adã fuit, & quare.

¶ Iustus secundo vocatur, qui fideliter ius suum vnicuiq; tribuit: aut fideliter bona domini sibi commissa singulis impartitur. Inter homines rarum est inuenire fidelem ac prudentem dispensatorem rei familiaris, qui ex opibus domini, cuiq; suum dimensum, quantum opus est, & quãdo opus est, depromat: beatus sanè sponsus virginis, quem constituit dominus super familiam suam, vt daret nobis panem illum, qui de cœlo descendit. huius typus erat primus ille Ioseph quem constituit Pharao dominum domus suæ. In quem maxima honoris insignia transtulit: annulum, stolam, & vt veheretur secundo curru. Postremo vxorem ei dat: vt semen sanctum ex illa natum multiplicaretur: quo & posteris consuleretur. Eodem modo secundus iste Ioseph à Deo patre exaltatus est, constituendo eum, dominum domus suæ. Stola bissina. i. innocentia decorauit. annulum dedit: quia ipsum pater signauit. torquem aureum, hoc est, connexionem virtutũ contulit. posuit super currum: dando ei filium in manus suas, vt illi præesset

Lu. 12.

Psa. 104. Gen. 41. Figura.

Luc. 2. esset tanquam dominus. Idcirco ait euangelista quod Iesus erat subditus illis. Dedit deniq; illi virginem in spõsam in cuius semine benedicto, vir tute Spiritus sancti carne facto: benedicerentur omnes tribus terræ. His ergo honoribus affecit, quod fidelis futurus esset dispẽsator horrei cœlestis sibi commissi. Ex quibus colliges quãta sanctitate ac probitate quantaque iustitia fuerit vir iste præditus, qui tãtis honoribus fuit donatus. ¶ Beatus ergo ac felix ille qui scalam beatitudinum omnium ascendit: quo vsq; perueniret ad vltimum scalæ gradũ Deo coniunctum. Hoc est, ascẽdebat enim (quem admodum angeli quos vidit Iacob per scalam ascendentes) de virtute in virtutem, quo vsq; videret Deũ deorum in Sion: quo vsq; oculis suis cerneret: ac manibus cõtrectaret Deũ verum sibi subditum. Non ergo immerito, vir iustus, ab Euangelista vocatur.

Gene. 28. Figura.

Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus domini apparuit in somnis Ioseph. En vides huius hominis secundã felicitatẽ. Erãt enim Angelus domini & Ioseph maxima amicitia coniuncti: fuerũtque pariter in mundi salutem animati. Atq; iam inde à prima Ioseph ætate, amicitia fuit inter Angelos & eũ inita ac contracta: peruenitq; ad summum inter eos: ita vt nihil ad eam posset accedere. Angeli eum dirigebant: angeli instruebant, angeli vbiq; comitabantur: vt in hoc loco alijsq; multis videre licebit. Beati sanè omnes illi, qui cum Angelis amicitiam contraxerint ac necessitudinis vinculo coniuncti fuerint. Cæterum, vt ad rẽ redeamus: hactenus passus est Deus innocentissimum Ioseph distrahi perplexis consilijs. Id enim expediebat ad fidei certitudinem. Sed iam tẽpus erat

Secũda felicitas Ioseph.

vt his animi molestijs liberaretur: dignus videlicet, qui mysterij conscius fieret, ob insignem erga virginẽ Deo dicatam, reuerentiam, Satisq; spectatam grauitatem in premendis animi sui curis, visus idoneus qui secretum, nondum ob iudeorum peruersam suspitionem, euulgandum: bona fide cõtineret.

Hæc aũt eo cogitante, ecce Angelus dñi in somnis apparuit Ioseph. Hinc primũ disce quanta sit prouidentia & clementia Dei, quæ ob aliorum salutem nõ sinit aut patrem familiam, aut regem, aut præsulem perplexis diu distrahi consilijs: sed in republica aut in familiæ bonum, detegit ac inspirat agẽda. Hinc fuit, quod Pharaoni olim famem futuram in somnis ostẽdit. Regi enim hæc reuelauit, qui consulere posset, nõ plebeio alicui, cui fortè nemo credidisset, nec omnibus consulere potuisset. & cum adhuc anceps esset & dubius atq; perplexis cõsilijs distractus, misit illi Ioseph, qui illum, ab animi sui molestijs liberaret: mysterijq; conscium efficeret: consiliũque salutare præberet quo futuræ famis malum temperare posset. Verè magna dei prouidẽtia. Ideo ait Ioseph Pharaoni. quæ facturus est Deus ostẽdit Pharaoni: quasi diceret: ipsius prouidentia hæc & alia omnia fiunt. Ex ipso & in ipso & per ipsum sunt omnia. Verè etiam magna Dei clementia: qua commotus, consilium per Ioseph præbet: quomodo, futuro malo caueatur. Non enim delectatur in perditione hominum. Sic etiam perplexo Ioseph sponso Mariæ, mysterium nostræ salutis ac annorum fertilitatis detegere ac nudare placuit. Sic etiam nobis nunquam cessat per Angelos aut per seruos suos ostendere futura mala: atque viam qua ea euitare & effugare

Prouidẽtia Dei erga iustos.

Gene. 41

Rom. 9. a

fugare possimus. ¶ Deinde hic mecum considera numquam iustum à Deo derelinqui: sed semper illũ, Angelorum custodia circundare: qui illũ & custodiant & inspirẽt agenda. Nulla enim tribulatio, nulla angustia, eos, à Deo, à veroq; consilio separat. Memineris prophetarum, qui circuibant in deserto per cauernas petrarũ, & speluncas, egentes, angustiati, tribulati, afflicti, licet in desertis oberrarẽt, & essent ab hominibus derelicti multitudo tamen angelorum eos circundabat quæ eos tuebatur, ac doceret in agendis. Sic Helisæus quum esset ab omnibus derelictus cœlesti circundabatur exercitu, secundum quod scriptum est. Aperi oculos pueri huius, vt videat quam plures nobiscum sunt quam cum illis. & cum perplexis consilijs distraheretur, peteretq; animæ suæ vt moretur, Angelus domini ei apparuit, & cibauit, atq; de agendis cõsuluit. Iacob etiam quandiu erat in domo parentum & cum fratre Esau, nõ erat cum exercitu angelorum. Cum verò secessisset ad solitudinem deserti, & solus ageret iter ad Mesopotaniam, dormiuit in loco quodam & exurgens dicit: quia vocatur hic locus parembolè, quod est castra, pro eo quod vidit ibi non vnum, sed plura castra Dei. Atq; in omnibus agendis cũ anceps esset ac perplexus ab angelis edocebatur. Hinc est quod Gen. cap. 31. affirmat apparuisse Angelum domini, & ostendisse vniuersos mares ascendentes super fœminas, varios ac maculosos & diuersorum colorum, ac dixisse: vidi omnia, quæ fecit tibi Laban. Nunc ergo surge, & egredere de terra hac. Instinctu enim Dei & Angeli eius virgas canalib9 apposuit. Deinde non dubiũ est, quin Iacob varijs cogitationib9 æstuauerit, & quid potissimum sequeretur, dubitauerit, & ecce dominus adest, pro ipso curãs. Vt hinc discamus quam prope sit dñs afflictis. ¶ Obserua præterea quod nõ permittit Deus hominem iustum solum sua prouidentia duci, sed cum adhibueris tuum cõsiliũ, quale quale illud sit, reuelat ea quæ agenda sunt, ac negotium aperit, ne pluribus mouearis difficultatibus.

Vi. orig. ho. 4. in psal. 36.

Gen. 31.

Ioseph fily David noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Ecce Gabriel angelus, qui virgini conceptum admirabilem nuntiarat, multa cum luce apparens vigilanti, nimirũ ob plusquã angelicam puritatem huiusmodi visionum non insoliti, Ioseph in somnis semet exhibet, ac per soporem etiã tale quiddam agentem, sic est affatus oraculi cœlestis interpres: Ioseph fili Dauid, quæ torquet animum tuum humana suspicio? Quid fluctuas? Aut quod meditare diuortium, aut cur ab eauis distrahi, quæ tibi tanta charitate, simul & tribus & familiæ cognatione iuncta est? Non est alius sponsus ea virgine dignus, nec illa est alteri destinata Dei cõsilio nisi tibi. Agnosce Dauid autorem tui generis, cui promissum est olim, quod nunc incipit exhiberi. Totum diuinum est quod geritur. Non est quod metuas, ne quid labis tuo cõiugio contrahat vxoris vterus, citra tuam operam intumescens. Suspicaris grauidam, & rectè suspicaris. Sed non ideo submouẽda à domestico conuictu, imò hoc magis tibi adiungenda est, quod grauidam vides, cui diuino consilio in hoc ipsum datus es sponsus, vt in posterum testis esse possis fœcundæ virginitatis, in vxore compertæ: atq; illa interim tuta sit aduersus iudæorũ suspiciosam sæuitiam, quibus hoc mysterium nõdum est aperiendum, neq; dignis adhuc

huc nec capacibus. ¶ Iam ex his angelicis verbis deprehendes tertiam huius viri sanctissimi fœlicitas quod videlicet fuerit côiux eius tanta gratiæ, sapientiæ, ac virtutis magnitudine prædicta, vt in Dei matrê æterno Dei consilio electa fuerit. Si mulieris bonæ beatus vir, quanto beatior erit omnibus, sanctissimæ, perfectissimæque fœminæ maritus? Tria præcipuè sût quæ in vxoribus homines desiderare solent: pulchritudinem. Sapientiam, & animi magnitudinem siue virtutê. Quæ omnia in vna Iosephi coniuge comulatissimè inuenta sunt. Tanta pulchritudine decorata fuit, vt de ea sponsus in câticis dicat: tota pulchra es amica mea macula non est in te. Tâta gratia donata, vt eam Angelus gratia plenam appellet: Aue inquit, gratia plena dominus tecum: aue (inquâ) & gaude virgo gratiosa, & fauorabilis. Dominum habes tibi fauêtem ac propitium. Labia enim eius gratia erant plena. Dicente sponso: fauus distilans labia tua. Nihil enim proferebat quod non esset sanctum, non esset dulce, ac suaue. Gressus eius gratiosi erant: eodem sponso clamante præ admiratione: quàm pulchri sunt gressus tui filia principis in calciamentis? Affectus enim & desideria, quibus per viam cœlestis patriæ gradiebatur, cœlestia omnino erant. Nihil pulchrum nihil speciosum, nihil venustum in fœmina aliqua desiderare possumus, quod in coniuge Iosephi non inueniretur.

Tria quæ in fœminis deside rantur.

Marię pulchritudo.

Can.

Luc. 1.

Can. 4.

Can. 7.

¶ At verò quanta fuerit huius virginis sapia, quanta eius prudêtia, vel ex eo colligere licebit, quod in vtero suo nouem mensibus tulerit omnes thesauros sapientiæ, & scientiæ Dei absconstitos: quod multis annis cum diuina sapientia loqueretur, versaretur, ab eiusq; ore penderet: ac fluenta mysteriorû Dei potaret: multis (inquam) annis, in diuina schola Deo ipso docête, disceret. Nec opus est in ea re longû texere sermonem, cum tanta eam esse præditam sapientia prædicet ecclesia, vt publicè de illius sapientia canat, quod Salomon de increata sapientia.

Mariæ sapientia.

¶ Quanta autem fuerit eius animi virtus ac fortitudo explicatione nô eget. cum Dei omnipotentiam vicerit, atque amore huius virginis vulneratâ, ad se traxerit. Cum mortem superauerit: cum diaboli caput continuerit, vt in superioribus docuimus. Quare si post hac rogauerit Salomô, mulierem fortem quis inueniet? Facilè, ac verè respondere poterit Ioseph: ego, ego. sum ille, qui eam inueni. Cui rursum Salomon dicere poterit: procul & de vltimis finibus præcium tuum: neq; enim auro, & argento, aut lapidibus præciosis à mundi finibus allatis, comparari potest fœlicitas, ac prospera fortuna tua. ¶ Huius sanctæ mulieris imago fuit illa Iudith, quæ caput Holophernis amputabit, & salutem suis attulit: de qua milites Holophernis prædicabant: non est talis mulier super terram, in aspectu & pulchritudine, & in sensu verborum. Si vmbra erat tanta pulchritudine, sapientia, ac magnanimitate prædicta, quid de Luce, hoc est, de virgine dicendû erit? Si tanti vitium quanti Margaritum? Felix ergo Ioseph, solus ea coniuge dignus.

Fortitudo Mariæ

Pro. 31.

Iudith, figura.

Quod enim in ea natum est de Spiritu sancto est. Hæc (inquit Tertul.) est noua natiuitas. Dum homo nascitur in Deo. In quo homine Deus natus est, carne antiqui seminis suscepta, sine semine antiquo, vt illam nouo semine, idest, specialiter reformaret, exclusis antiquitatis sordibus expiatam. Sed tota nouitas ista, sicut & in omnibus,

Christina tiuitas in vtero virginis noua. Tert. lib. de carne Christi.

de

de veteri figurata est, rationali per virginem dispositione domino nascente. Virgo erat adhuc terra, nondũ opere compressa, nondum semente subacta. Ex ea hominem factum accipimus à Deo in animam viuam. Igitur si primus Adam è terra traditur, merito sequens, vel nouissimus Adam, vt Apostolus dixit: proinde de terra, id est, carne non generationi resignata in spiritum viuificantẽ à Deo est prolatus. Non autem competebat ex semine humano Dei filium nasci. Nisi totus esset filius hominis, non esset & Dei filius, nihilque haberet amplius Salomone, & amplius Iona, & de Ebionis opinione credendus erat. Ergo iã Dei filius ex patris Dei semine, id est spiritu, vt esset hominis filius, caro ea sola quæ erat ex hominis carne sumẽda, sine viri semine. Vacabat enim semen viri, apud habentem Dei semen. Itaque sicut nondum natus ex virgine, patrem Deum habere potuit sine homine, æque cum de virgine nasceretur potuit matrem habere sine homine patre. Sic denique homo cum Deo, dum caro hominis cum spiritu Dei, caro sine semine, ex homine: spiritus cum semine, ex Deo. Concepit igitur virgo & peperit Emanuelem, nobiscum Deum. Hæc ex Tertuliano. ¶ Sed quoniam pagani solent irridere nos cum audiunt prædicari à nobis virginis cõceptum & partũ oportet eorum obtrectationibus ex Hieronymo paucis respondere. Omnis partus (inquit ille) ex tribus (vt opinor) constat, si adultæ ætatis sit fœmina, si virum adeat, si non sit illius vulua vitio sterilitatis occlusa. Ex his trib9 in hoc partu quem prædicamus vnum defuit, vir scilicet: & hanc partẽ (quia qui nascebatur non erat terrenus homo, sed cælestis) per spiritum cœlestem dicimus salua virginis incorruptione completam. Et tamen quid mirum videtur, si virgo cõceperit, cum orientis auem quam phœnicem vocãt, in tantum sine coniuge, nasci vel renasci constet, vt semper vna sit, & semper sibi ipsi nascendo vel renascendo succedat? Apes certè nescire coniugia, neque fœtus nixibus ædere, omnibus palam est. Sed & alia nonnulla deprehendũtur sub huiuscemodi sorte nascendi. Hoc ergo incredibile videbitur diuina virtute ad totius mundi re integrationem factam, cuius exẽpla etiam in animaliũ natiuitate cernũtur, & tñ mirandũ est cur hoc gentilibus impossibile videatur, qui credunt Mineruã suam de cerebro Iouis natam. Quid ad credendum difficilius, aut quid magis contra naturã est? Hic fœmina est, hic naturæ ordo seruatur, hic conceptus, hic partus tẽporibus suis æditur, ibi nusquam fœmineus sexus, sed vir solus & partus. Qui illa credit, cur ista miratur? Sed & Liberum patrem dicunt de fœmore eius natum. Ecce aliud portenti genus, & tamẽ creditur. Venerem quoq;, quam aphroditem vocant de spuma maris, sicut & compositio nominis eius ostendit, credũt esse progenitã. De ouo natũ Castorem Pollucẽq; confirmant Et ex formica myrmidones: & alia mille sunt, quæ quãuis cõtra naturam rerum venientia, ipsis tamen sunt visa credibilia: vt Deucalionis & Pyrrhæ lapides iactos, & hominum ex his segetem natam. Et cum hæc tot & talia figmenta crediderint, vnum eis impossibile videtur, quod adulescens fœmina, diuinum germẽ, non hominis vitio, sed Deo spirante conceperit. Qui vtiq; si ad credendũ difficiles sunt, illis tot & tã turpibus monstris fidem nequaquam commoda-

D. Hieronymus in symbolo Ruffini.

dare debuerant. Si verò faciles sunt ad credendum, multo propius hæc nostra tam honesta, & tam sancta recipere, quam illa tam indigna & tam fœda credere debuissent. Hæc Hieron. Nos ergo diuino spiritu afflati certo credimus, quod fœtus iste vt non fuit ex Ioseph, ita nec ab alio quoquam mortali. Sed quod Angelus nũtiauit, conciliator huius diuini complexus, pater obũbrauit, Spiritus sanctus præparauit vterum, Dei filius impleuit. Certò inquã credimus noua esse omnia, quia noua proles nata est. Cœlo debetur, quod conceperit hæc virgo, castior etiam facta postea quam peperit.

Hiero. in symbolo Rufini.

Obiectio nibus paganorum irridentiũ quod Deus ex vtero virginis nasceretur.

Pariet aũt filiũ. Dicẽt fortasses pagani qui solẽt irridere nos (inquit Hie.) quia possibile si fuerat Deo, vt virgo conciperet, possibile etiam fuerat vt pareret: sed indignum eis videri, vt tãta illa magnanimitas per genitales fœminæ transiret egressus: vbi quanuis nulla fuerit ex viri commixtione cõtagio, fuit tamẽ ipsius puerperij obscœnæ attrectationis iniuria. Pro quo, paulisper eis secundum sensum suum respondeamus.

Similitudo.

Si quis videat paruulum in profundo cœni necari, & ipse cum sit vir magnus & potens, extremum (vt ita dixerim) ingrediatur cœnum, vt paruulum liberet morientem, pollutus ne à te accusabitur hic vir, qui paululũ calcauerit luti: an, vt misericors laudabitur, quod vitam cõtulerit morituro? Sed hæc etiam de cõmuni homine dicta sunt. Redeamus nunc ad naturam eius qui natus est.

Similitudo.

Quantum putas natura solis illo inferior est? quantum creatura sine dubio creatore. Intuere nunc, si solis radius in cœni alicuius voraginem demittatur, nunquid nã aliquid ibi pollutionis acquirit? Aut obscœnorum illustratio, solis ducitur in iniuriam? Ignis quoq; quanto natura est inferior his de quibus sermo est: & nulla materia, vel obscœna vel turpis adhibita ei, ignem polluisse creditur? Cum hæc ita esse in rebus materialibus constet: tu in illa supereminenti & incorporea natura, quæ super omnem ignẽ, & super omne lumen est, pollutionis aliquid putas ac obscœnitatis incidere? Tunc deinde etiam ad illud aduerte. Nos hominem à Deo creatum de terræ limo dicimus. Quod si obscœnitas Deo reputatur opus suum requirenti, multo magis ei reputabitur opus istud ab initio fabricati. Et superfluum est dicere cur per obscœna transierit, cum nõ possis dicere cur abscœna condiderit. Et ideo obscœna hæc esse non natura, sed obseruantia docuit. Cæterũ omnia quæ sunt in corpore ex vno eodemq; luto formata, vsibus tantum & officijs naturalibus distinguuntur. Sed ne illud quidẽ absolutione vacare huius quæstionis omittamus: quod substantia Dei, quæ omnino est incorporea, inseri corporibus vel capi ab eis principaliter non potest, nisi aliqua sit media substantia spiritualis, quæ capax diuini spiritus possit esse.

Simile.

Verbi gratia: vt si dicamus; lux omnia quidem membra corporis illustrare potest, à nullo tamen eorum nisi à solo oculo capi potest. Solus est enim oculus qui capax est lucis. Et filius ergo Dei nascitur ex virgine, non principaliter soli carni sociatus, sed in anima inter carnem Deumq; media generatur. Anima ergo media & in secreta rationabilis spiritus arce verbum Dei capiente, absq; vlla quam suspicaris iniuria Deus est natus ex virgine. Et ideo nihil ibi turpe putandum est, vbi sanctificatio spiritus inerat: & anima

quæ

quæ erat Dei capax, particeps fiebat etiam carnis. Nihil ibi dicas impossibile, vbi aderat virtus altissimi. Nihil de humana fragilitate cogites, vbi plenitudo inerat diuinitatis. Hæc Hieronymus.

Pariet aũt filium & vocabis nomen eius Iesum. Quasi diceret Angelus: pariet vxor tua filium non tibi, sed orbi. Huius tu pater interim diceris: & puellæ custos eris. Nato puero tu ceu pater nomen impones: non quod tibi tuus suggesserit animus, sed quod ex re Deus illi destinauit ante mundum cõditum, vocabis autem Iesum, id est, saluatorem. Tandem hic iam intueris postremam ac summam fœlicitatem superius propositam huius tanti viri. Si enim filius sapiens lætificat ac honorificat patrem quanto maiori lætitia & honore filius Dei afficiet Ioseph quem patrem eius fuisse legalem aliqui volunt? Quid quæso in hac vita fortunatius quàm patrem vnigeniti filij Dei haberi & vocari? Non sine maximo mysterio statuerat olim in lege dominus, vt filij (quos legales vocabant) tam veri filij haberentur ac vocarẽtur quàm naturales: qui, & patrum legalium nomen atq; generis stemata & insignia accipiebant: & illorum heredes erant. Non (inquã) hoc sine magna causa sancitum atque stabilitum est. Præuiderat nimirum Deus filium suum ex sponsa virgine nasciturum, atque hunc virum Iosephum loco patris legalis habiturũ. Cur enim (inquit Ierson) non competat ipsi Iosepho ius aliquod legale supra cæteros homines in benedicta Iesu formatione, cum natus sit in ea & ex ea carne, cuius dominium iure matrimonij verè translatum erat in ipsum. Spiritus ergo sanctus vice fratris suscitauit hoc benedictum ac sanctum semen huic viro Ioseph. Felix ac nimium felix, qui, ea lege, poterat dicere: filius ecce meus. Quo quid sublimius? Quid præclarius? iure ergo suo eum filium suum nuncupare licebat. Si enim autore apostolo vir non habet potestatem sui corporis sed mulier & contra &c. Si iure ciuili etiam cautum est: vt quod in alieno plantatur fundo, emissis radicibus, sit domini eiusmodi fundi: quod etiam annotauit glos. in cap. de restitutione spoliatorum: cum beata virgo fuerit vera sponsa veraq; coniux Ioseph, cum fuerit verus fundus ac possessio eius, inde colligere licebit, vt fructus benedictus ortus virtute cœlesti, atq; de Spiritu sancto natus: ad sanctũ Iosephum pertineat. Idcirco Angelus ait: vocabis nomen eius Iesum: parentũ enim erat imponere nomina filijs. Cum ergo sanctus Iosephus pater esset legalis Christi ad eum pertinebat nomen ei imponere. Quod si nolueris Iosephum vocare patrem legalem, saltem pater Christi habebatur & vocabatur: quæ maxima dignitas fuit.

Vocabis nomen eius Iesum. Vi. quæ de hoc sanctissimo nomine annotauimus Lucæ cap. 2.

Pariet autem filium, & vocabis nomẽ eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Ideo hoc nomine vocatus est puellus iste quòd ille sit tot seculis exoptatus & expectatus Messias, qui iuxta prophetarum oracula liberaturus erat populũ suum vniuersum à peccatis suis: non victimis pecudum, sed suo sanguine. Cuius mysterij typus fuit visio illa ostensa Moysi in rubo. In rubo. n. apparere voluit dominus & in igne, vt ostenderet venturum esse tempus quo propter nimiam charitatem suã erga homines, descensurus erat de cœlo, ac

Marginalia (left): Vltima fœlicitas Iosephi. — Opio aliquorum. — Vi. Iacob De valen. super magnificat in. 6. 15. dignitate virginis. — Ioseph pater legalis Christi — Iersonis opinio. 3 p. in Iosephina.

Marginalia (right): 1. co. 7. a. — Inde insti tu. rerũ. — Glos. — Quare vocatus est Iesus. — Exo. 3. Figura.

Diu. Augustinus. li. q̃stionũ ex vi. test. q. 42 Esa. 5. lo, ac in carne videndus: vt populum suũ à peccatis liberaret. Spinæ enim (vt Augustinus ait) in peccatis significantur, quia sustinui (inquit) vt faceret vuas, fecit autem spinas. Igne ergo charitatis suæ peccatorum spinas consumpsit.

¶ Ex his Angeli verbis, facilè vnusquisq; nostrum colligere poterit nõ Non esse asperã viam Dei sed facilẽ ostẽditur. esse asperam, non difficilem viam mãdatorum Dei (quam difficillimam nõnulli existimãt) si remedia, si subsidia, si adiumenta nobis à Christo collata considerentur. Responde obsecro tu mihi, qui Christi nomine gloriaris, & tamen viam eius difficilem dicis. Ad quid Mesias iste in mundum venit? Ad quid sanguinem non pecudũ sed suum fudit? Quid euangeliũ, quid gratia, quid denique Iesus significat? Si forsitan ignoras, audi angelum Iosepho dicentẽ: vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Quid igitur aliud est esse saluatorem, ac liberatorem à peccatis, nisi eum esse dignũ, vt nobis ob merita sua omnia peccata commissa cõdonentur: & vt post hac caueamus, gratia & adiutoriũ nobis conferatur? Ad quid igitur in mundum seruator iste venit: nisi vt præberet auxiliũ, quo seruaremur? Ad quid gratis mortem subire voluit, nisi vt peccatum interimeret? Ad quid sanguinem suum effudit, nisi vt esset nobis salutare medicamentum, quo nostris vulneribus mederemur? Quis est, inter alios præcipuus passionis suæ fructus, nisi viam Dei facilem ac planam nobis reddere? Quod significare volens Esaias olim aiebat: quod Esai. 40. tempore Mesiæ erunt praua indirecta & aspera in vias planas. Denique ad quid insuper de cœlo Spiritũ sanctum misit, nisi vt te ex carne spiritũ redderet? quid eũ sub ignis specie descendere fecit: nisi vt te & accenderet, & illuminaret, atque totũ in seipsum transformaret, atque in altum à quo ipse descẽderat, eleuaret? Quid animo tuo infusæ sunt & gratiæ & virtutes, nisi vt facile, leue, ac suaue efficeretur iugum Christi? nisi vt disceres in tribulationibus gloriari, in periculis sperare, & in tentationibus vincere? Hoc est principium, hoc mediũ, hic finis, hæc denique totius Euangelij summa. vt quemadmodum primus homo de terra terrenus: qualis & terrenus tales & terreni: sic secundus homo de cœlo cœlestis, qualis & cœlestis, tales & cœlestes. 1. co. 15. f. Quid aliud rogo scribũt nobis Euangelistæ? Quid aliud pollicentur prophetæ? Aut quid prædicant aliud Apostoli? Hæc summa atque compendium est Christianæ Theologiæ. Hoc est verbum abreuiatum quod fecit dominus super terrã. Ro. 9. f.

¶ Sed ais: infelix ego homo, quis me liberauit de corpore mortis huius? Ro. 7. d. Sentio enim aliam legem in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Erige ô miser animum, ne illo cadas, confide, spera in Domino, nam ipse est, qui tibi apud Ezechielem cæterisq; fidelibus pollicetur dicẽs: dabo eius cor nouum, Eze. 11. c. & spiritum nouum tribuat in visceribus eorum, & auferam cor lapidem de carne eorum, & dabo eis cor carneum: vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant: faciãtque ea: & sint mihi in populũ & ego sim eis in Deum. Quid tu miser modo hîc dubitas? An de Diuinis promissis, an adhuc de imbecillitate tua? Si primum affirmes, Deum mendacẽ & non sibi similem facis, quæ blasphemia est maxima. Sin autem adhuc de animi tui atque carnis tuæ imbecilli-

tate

tate dubitas, quæ tanta est, vt neq; his præsidijs cœlestibus in virtute permanere possis. Deũ máchũ ac parcũ prouisoré ac gubernatorem facis: quando de subsidijs ad vitã spiritualé tuendã necessarijs, minime prouidere voluit. Quod ergo remanet tibi dubiũ? Quis scrupulus? aut quæ animi vacillatio?

¶ Præterea si velis etiã animi virtuté, qua effrænes appetitus superare possis, libenter largietur, vt facilis tibi sit via salutis. Hic.n. fuit (inter alios) præcipuus crucis, ac arboris vitæ sanguine Christi sanctificatæ, fructꝰ. Quod planè his verbis apostolꝰ cõfitetur in ea, quã ad Romanos scripsit epistola c. 6. vetus homo noster, simul Crucifixus est, vt destruatur corpꝰ peccati vt vltra nõ seruiamus peccato. Hominé veteré, ac corpus peccati vocat in hoc loco Paulus, appetitũ nr̃um sensitiuũ, cũ omnibus suis cõcupiscentijs ab eo dimanãtibꝰ. Homo ergo iste (inquit) simul Crucifixus est cũ Crhisto. Eo quod nobilissimo ac præstãtissimo illo sacrificio gratiã ac virtuté nobis cõparauit, quibus possimus tantũ hunc tyrannũ vincere. Hæc est insignis illa victoria ac fauor ille maximus, quem dñs per Esaiam pollicebatur dicẽs: ne timeas quia ego tecũ sum: ne declines quia ego Deus tuus: confortaui te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera iusti mei. Ecce cõfundentur & erubescent oẽs qui pugnãt aduersum te: erunt quasi non sint, & peribunt viri qui cõtra dicũt tibi. Quæres eos, & nõ inuenies: viros rebelles tuos, & erũt quasi nõ sint, & veluti consumptio hominis bellantis aduersum te: quia ego dñs Deus tuus apprehendẽs manũ tuã, dicensq; tibi, ne timeas ego adiuui te. Quis ergo his promissis deficiet? quis animo cadet, aut timebit carnis suæ pronitati & imbecillitati, tanta Dei gratia adiutus? quis iam nõ dicet cum regio vate. Viam mandatorum tuorum cucurri cũ dilatasti cor meum. Erige ergo spem, erige animũ, quando iam habes Iesum, hoc est, seruatorem tuum, qui & te à sceleribus liberabit, & sua gratia cortuum iuuabit.

Rom. 6.

Esai. 41.

Psa. 118

Vocabis nomen eius Iesum. Habebis in omnibus patris officium ac circa eũ, patrem te geres: solum hoc excepto quod carnalis nõ eris pater. Refert cui deferas puerorũ institutioné eorum præcipuè quorũ vita plurimis consultura est. Ab illis nimirũ horũ petẽda est institutio, qui virtuté iustitiãque ipsis factis præstiterint. Institui enim quasi nasci est. Et sicut indecorum est principẽ ab infimis nasci, ita pernitiosum, huius institutionem inhonestis hominibus cõmẽdari. Ideo Iesus Christus princeps ac saluator, natus ex Maria, regali orta genere, institutus est à Iosepho, viro iusto, ac bene morigerato. hoc animaduertant nr̃i magnates.

Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Iam vides hoc nomen sanctissimũ è cœlo esse ab angelo allatũ, eiusq; interpretationẽ. Benedicta talis salus, benedicta etiam hæc dies, in qua talis mũdo nuntiatio allata est. Hactenus seruatores à Deo nobis missi pro seruanda hominũ vita temporaria venerãt, pro conseruandis bonis, quæ externa nominantur. Animos verò captiuos ac peccatis subditos relinquebant. Quid ergo homini prodesse potest vniuersum terrarum orbem sibi cõparare, totique mundo dominari: si peccati seruus emptitius remaneat, quo omnia bona sibi parta tandem pœnitus amittat? In huius ergo mali antidotum ac remedium nouus hic seruator diuinitus nobis omnibꝰ missus est, vt populũ suũ vniuersum à peccatis liberet: ne hoc tantum beneficiũ

gratis dare sit contentus, sed vt purgatis á vitæ prioris peccatis, cõferat perfectam & æternam salutẽ. Qua salus hominis, sit nõ solũ animi, sed corporis: liberãdo enim ab animi malis, perpetuam etiã corporibus vitã præstet: eruendoq; à malis culpæ, à malis similiter penæ nos eruat. Hanc salutem magnopere patriarchæ desiderabant: hanc maximo desiderio, ac clamore postulabãt vates: hanc millies repetebant ac canebãt promittebantq; psalmi. Hanc deniq; (vt iam diximus) sanctus ille Patriarcha Iacob expectabat: his enim verbis exhalauit animam: salutare tuum expectabo dñe. Nõ enim expectabat salutem corporalem, quũ sese iam moriturum videbat: sed spiritualem & æternam quæ dãda erat per seruatorem Iesum. Felix ac beata hæc salus, tali seruatore ac dño digna. Appetant alij salutem quam velint: præponant si libeat terrena cœlestibus, præferant corporis salutem, saluti animæ: ego tamen hanc cum Iacob expectabo salutem: hanc præcabor cum regio vate: fiat manus tua vt saluet me quoniam mandata tua elegi: concupiui, salutare tuum domine. Salua ergo me domine á peccatis meis: libera me à me ipso, ne tradas me domine desiderijs meis, quæ impiam tyrãnidem exercent in anima mea. Serua inquã me à mundi, diaboli, carnisq; tyrannide: & quod magis vereor, me obsecro serua ab ira indignationeq; tua, ex qua æterna cõsequitur mors. Qua salute si fruar, reliqua mundi bona ex animo cõtemnã: minime de aliorum regnis, honoribus, opibus ac splendoribus quibus gloriãtur curabo. nã ego cũ propheta in dño solum gaudebo & exultabo in Deo Iesu meo. ¶ Hæc ergo est salus quã dñs mũdo attulit: hæc est salus hoc nomine (vt explicuit angelus) significata. Cũ ergo nomẽ hoc Iesus audieris, volue animo tuo eius interpretationẽ, & tunc sese tibi offeret dñs misericordia, pulchritudine, ac virtute præditus. Qui diaboli exercitũ expugnauit: qui mortem superbã debellauit: qui peccatis silentium imposuit: qui ab inferis iurisditionem abstulit: qui de tyrannorum potestate captiuos eduxit: & ablata carceris fœditate in pristinam pulchritudinẽ ac dignitatem restituit. Tria enim (inter alia) nobis ob peccatum mala contigerũt. Mors, videlicet, ac infernus, & perpetua sub diabolo seruitus. Qui ergo nos à peccatis liberauit, ab huiusmodi hostibus cõsequenter seruauit. Simulq; certum pignus cœlestis gratiæ, ac diuinæ amicitiæ, fœlicitatisq; perpetuæ nobis cõtulit. Nã hæc omnia per peccatũ amittuntur: atq; per seruatorẽ Iesum cõparantur. Merito ergo hoc nomen illi impositum à patre est. Merito tali nomine insignitus, quando nos à tantis malis ac periculis liberauit ac tot tantisq; cœlestibus opibus affecit. O nomen præclarum. Nomen dulce, nomen suaue, nomen tantæ virtutis ac tam inæstimabilis potentiæ, nomẽ à Deo inuentũ, è cœlo allatum, angelorum ore prolatũ, atq; seculis omnibus maximè desideratum & postulatum. Ab hoc nomine procul fugiũt dæmones: coram illo cõtremiscũt inferorũ potestates. Hoc nomine debellãtur hostes illi superbi, quibus cũ quotidie colluctamur expugnãtur eorũ castra: tentationes silent: cõsolatione afficiũtur tristes, ac mœsti: ad hoc sanctissimũ nomẽ oẽs oppressi atq; afflicti confugiunt, tanquam ad solamen singulare. In eo denique spem suam peccatores omnes reponunt: illud ergo amemus illud semper proferamus quãdo to

Marginal notes: Gen. 49. — Psa. 79. c. — Ab ac. 3. — Tria expetato mala nobis venerunt. — Nomẽ Iesus cõmẽdatur.

ta salus ab illo pendet. Hoc est nomẽ
Phili. 2. illud de quo Paulus ait: dedit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium terrestrium & infernorũ. Reuoca in memoriam honores omnes, quos superius memorauimus, cõtulisse Pharaonem Iosepho, & inter illos, etiã aliũ, cuius nõ meminimus, inuenies: dedisse videlicet ei nomen magnificum, vt gratum sese ostenderet, & Iosephum populo per hoc com-
Gen. 41. Figura. mendaret. Interpratatur Zaphnath paena, secretorum cognitor & detector, iuxta Hebraicam linguã, AEgyptiacè autem significat saluatorẽ mũdi. Eodem modo Christus à Deo patre exaltatus est: propter quod (inquit Paulus, Deus exaltauit illũ. Exaltauit primo in natiuitate, trahẽdo de
Quomodo exaltatus est christus à patre.
Luc. 2. cœlo Angelorum choros, qui gloriã eius decantarent: pastores, qui eum venerarentur: Reges ab orientali plaga,
Mat. 2. qui eum adorarent: Exaltauit in prædicatione: nunquam enim sic locutus
Ioan. 7. g. est homo. Exaltauit insignis & portẽtis, nam virtus ab illo exibat, qua sana-
Luc. 7. c. Mat. 17. a. bat omnes: exaltauit in monte Thabor vbi resplenduit facies eius sicut sol vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Exaltauit insuper in gloriosa resurrectione & ascensione. At-
Ioa. 13. que non solum constituit ei dominũ domus suæ dando ei omnia pater in manus sed doctorem ac præceptorem
Mat. 17. constituit dicens, hic est filius meus dilectus ipsum audite: vt erudiret si-
Psa. 104. cut primus ille Ioseph principes eius & senes eius prudentiam doceret. Anteibat Iosephum præco: antecessit Christum Ioannes, præco factus suarum laudum, atque fœlicis aduentus eius, ad seruandas gentes. Illi etiam desponsauit Deus ecclesiam. Qui enim
Ioa. 3. habet sponsam sponsus est. Positusq; est à Deo primô super domum eius, hoc est, super ecclesiam, quam speciali ac peculiari modo curat. Positus est etiam super totũ mũdũ. Postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam Psal. 2. & possionem tuam terminos terræ. Quanuis nõ dum oẽs eum esse á Deo præpositum nouerint, tamen velint, nolint, subijciendi ei sunt in scabellũ pedum suorũ. Tandem dedit illi hoc Psal. 109. nomen quod est super omne nomen. Vocabis (inquit angelus) nomen eius Iesum, ipse enim saluũ faciet populũ suũ à peccatis eorũ. In huius ergo nomine omne genu flectendũ erat, vnde Rex Dauid ait oẽs gentes quascunq; Psa. 85. b fecisti venient, & adorabunt coram te dñe & glorificabũt nomen tuũ. Omne (inquã) genu cœlestiũ, terrestriũ & infernorum. Trium enim regnorum Rex erat: triplicique corona ac diademate decorandus.

Vocabis nomẽ eius Iesum. Ipse. n. saluũ faciet populũ suũ, à peccatis eorũ. Solẽt matres (inquit Cyprianus) infantulis nuper editis in ipso vitæ introitu aptare vocabula, & ex aliquibus præcedentibus vel circũstantibus causis, vel ex genere, vel ex euẽtu imponere nomina, vt in ipsis primordialibus initijs, quædã præfigerentur cõmonitoria ingredientibus vitã: respicerẽtq; ad nomina vel officia sua, quorũ inspectio honestæ conuersationis formã eis infunderet & doctrinã, vt honorificarẽt naturales causas, & rationales disciplinas, nec in aliquo elementarias amaricarẽt dulcedines, vel primarias offenderẽt dignitates. Nã olim tumultuarie vel inconsiderate nomina rebus imponebãtur, sed ex quo ad Adã adducta sunt singula, vt vocaret ea, & propria imponeret noia, prouisum est in populo antiquo, vt aliqua esset in vocabulis ratio, & interpretarentur noia
In præfa. ctione lib. de cardi. operibus Christi. De titulis & nominibus.

vitam, & exprimerent aliquam personæ proprietatem, secundum quam vel differret à cœteris, vel etiam communicaret. Sic in nominibus Patriarcharum Abraham, Isaac, & Iacob magnarum rerum stitere indicia, & prælo quebantur ventura, nec deerat impositorum nominum secundum sensum suum effectuum certitudo.

Nomina rebus cōsonant.

¶ Apud gentiles etiam non in nominibus, sed in agnominibus etiam, postea à viris illustribus obseruatum est, vt nobilitas generis, vel virtutis gloria posteros illustraret. Augusti vel Cæsaris titulo succedentem honorare progeniem, & Imperatoriæ dignitatis hæredes primæ originis irradiare fulgoribus.

Apud gētes etiam cognomina ex rebus strenuem gestis imponebātur.

¶ Sic & philosophi & doctores antiqui, tractatibus suis, nomina prætexere breui titulo grandis materiæ latitudinem prælibantes, & propriæ gloriæ præposito nomine suo prouidentes, vt integritatem operis, & laborem autoris tam styli quàm personæ in posterum autoritas conseruaret, & facile scripturæ subtilitas indicaret, si aliqua manus inuida, elegātiæ tractatuum elimatorum, pannū rudem insueret, vt vel nugis suis quasi sua essent, quæ alius laudabiliter dictasset furtiua translatione insereret. Sic in capite libri sui quisque autorum se imposuit, vt stylus autori, & stilo autor famularetur, & autoritate altrinsecus communis gloria muniretur, hoc virorum illustrium præclara meruerunt ingenia, & per hæc viuax eorū fama & gloria indelebilis perseuerat. Hæc ille.

¶ Apud doctores mos est libris suis ponere nomina sua.

¶ Hunc ergo tam patrum antiquorum sub lege viuentium: quam illustrium virorum Roma dominante: quam philosophorum ac doctorum vsum & morem sequi volēs dñs, hoc tam præclarum nomen Iesus, filio suo ponere voluit. Primum hoc illi impositū est in ipso vitæ introitu: imò ante ipsum vitæ introitum: vt consonaret officio. Venturus enim erat, vt nos à peccatis liberaret: nobis salutē donaret: ab hostium spiritualium manu, atque potestate eriperet, interramque promissam introduceret. Idcirco vocatus est Iesus. Vt in hoc loco Angelus ostendit. ¶ Sed quæres fortassis cur hoc potius nomen sibi præcipuè eligere voluit, atque de solo illo gloriari: quum innumera sint ei alia, à sanctis, à prophetis, & vatibus imposita nomina: quæ etiā eius naturæ atque gestis conueniebant? Appellatus est enim (idque non sine magno Dei cōsilio) admirabilis Deus, fortis, magni consilij angelus, princeps pacis, pater futuri seculi. Agios, Theos, Athanatos, hoc est, sanctus, Deus, immortalis, vocatus etiam est Adonai, Eloim. Cui quæstioni hæc ratio (inter aliâs) impræsentiarum sese offert. Viri namque illustres (vt superius dicebamus) cognomina sibi imponebant parta ex virtutis propriæ gloria, atque ex rebus strenuè à seipsis gestis. De talibusque nominibus potius gloriabātur sanguine proprio comparatis, quam de maiorum suorum titulis & nominibus. Cum ergo Christus humiliauerit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis: cum proprio sanguine suo populum suū à peccati iugo, atque diaboli tyrannide liberauerit: hoc seruatoris nomine, siue cognomine, potiusquam alijs suis honorificis titulis, gloriatur. Et merito quidem. nam si Scipio ille Romanus, Africanus cognominari voluit, quod Africam strenue debellauerit. si Iuli9 cognominari

Prima ratio huius nominis.

¶ Quare Christus hoc nomine potius quā alijs gloriatur.

Esai. 9.

Secunda ratio huius nominis.

Phi. 2.a.

nari Cæsar ab Elephanto in pugna occisso. Si alter, Numantinus: alter, Magnus: ob res præclarè gestas vocatus est: de eiusmodiq; nominibus gloriabantur, potiusquã de paternis: quid nõ potius Christus Dominus de hoc nomine Iesus gloriaretur, quũ illud proprio sanguine pro nobis effuso ac quisierit? illud multis pressuris, laboribus ac ærumnis imo propria vita sibi parauerit? Propter quod (inquit Paulus) Deus exaltauit illum & donauit illi nomen quod est super omne nomen. ¶ Solent præterea Philosophi, atque doctores nomina libris, quos edunt, præponere: breui titulo librorum materiam prædicentes. librum autem esse Christum scriptũ intus & foris mysterijs cœlestibus plenum, & in superioribus docuimus ex Hieronymo, & dominus docere voluit, cum Esaiæ dixit: sume tibi librũ grandem & scribe in eo: velociter spolia detrahe, cito prædare. Est enim Christus liber grandis in quo sunt scripta omnia mysteria diuinæ sapientiæ comperta. Titulus ergo huius libri, tam breuis est, vt vno verbo contineatur. Vocabis nomen huius libri (inquit Angelus) Iesum. Quo intelliges grandis materiæ latitudinem. Agit enim, ac tractat liber iste diuinitus editus, de totius mundi salute. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Vnde obserua: periphrasi quadam, huius libri grandis voluisse Deum, apud Esaiam, titulum & nomen atque materiam explicare. Scribe (inquit) velociter spolia detrahe, cito prædare. Quasi diceret pater cœlestis filio suo: hactenus diabolus exultauit in mũdo, efficax fuit in mentibus hominũ, hactenus regnauit peccatum, tu ergo curre ac velociter spolia, hoc est, populũ tuũ, e tyrannide diaboli detrahe. cito prædare, non vltra patiendo vt regnet in animis eorum peccatum. Quod clarioribus verbis significare volens Angelus ait. Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populũ suum à peccatis eorum.

Phil. 2.b

Liber est Christus Tertia ratio huius nominis Iesus.

Esai. 8.

Titulus huius libri est Iesus.

Ioseph filij David, ne timeas accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Breuibus satè verbis innumera mysteria Angelus comprehendere voluit. Primum ergo cor huius sancti viri altamente perpendamus: deinde cor animumq; virginis. Nam sacri scriptores post mysteriorum cœlestium breuem compendiosamque enarrationem, cordis affectus communiter referre atque scribere nõ curãt. Partim quod eiusmodi ineffabiles sint: Partim quod id legentibus ac res diuinas contemplantibus relinquãt. Ex his enim quæ dicuntur, atq; ex rebus gestis, earumq; circunstantijs, venari potest aliquid eorum, quæ in cordibus virginis, aut Iosephi, aut aliarũ personarum voluerentur. Hac ergo via cor huius viri sancti, ac mentem, rimari conemur. ¶ Quid ergo modò his auditis, persentiret animus huius Patriarchæ? quàm diuersam modò sententiam haberet à priori: qua existimabat sponsam suam è viro aliquo concepisse? Prima enim opinione nulla esse potuit humilior ac tali viro indignior: secunda verò nulla sublimior atq; admirabilior. Quod facilè intelliges, si breui mecũ cõsideras mysteria omnia quæ propositis verbis, ab angelo fuerũt Iosepho reuelata. Nam primũ hic illi detexit Messiã tã diu expectatũ, in mũdũ venisse: Dei promissiones oẽs, sãctorũ spẽ, scripturarũ

Breuibus verbis angelus multa mysteria complectitur.

Cogitationes Iosephi.

voces, prophetarum prædictiones impletas. Detexit præterea modum salutis expectandum ab isto seruatore: nempè non temporalem sed æternum, nõ corporalem solum, sed spiritualem ac corporalem simul. In eo enim quod ait: pariet autem filium & vocabis nomen eius Iesum. i. seruatorem: & in eo quod addidit ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorũ, hæc omnia illi patefecit. Peccata enim in causa sunt vt omnia mala tã corporis quam animæ nobis pariter eueniant. ¶ Reuelauit etiam his verbis illi, Christi Iesu maximam excellentiam & dignitatem in eo quod ait: quod enim in ea natum est de Spiritu sãcto est. Inaudita sanè ac admirabilis dignitas. Qua facilè intelligere poterat sanctus iste, quanta esset huius seruatoris magestas: cum satis illi compertum esset, tam inefabilem nascendi modum, nempè ex virgine & Spiritus sancti virtute, nulli solum creaturæ deberi. ¶ Intellexit præterea vir iste dignitatem suam, quantoque munere ac beneficio à Deo afficeretur: quando ex cõiuge atque ex domo sua egredi statuisset lucem, & spem & salutem omnium seculorum. Quando eum vocari atque haberi patrem vnigeniti filij sui stabilisset. Quo quid excellentius? Quid altius aut præstantius? ¶ Insuper præfacto sermone explanauit illi angelus domini virginis puritatem, ac sanctitatem: ita vt post hac tanquam pœne diuinam veneraretur ac coleret. ¶ Tandem cognouit Dei immensam bonitatem atq; magnificentiam, qua voluit hæc omnia, ei non hominum sed angelorum ministerio patefacere.

¶ Quando ergo cor huius viri tam sanctum, tam ab omni labe purgatum, sese, tot tantisq; mysterijs ac Sacramentis vndique vallatum, siue potius submersum vidisset. quid obsecro persentiret? Quid faceret? quale quæso esset? quã eleuatũ, quã absortũ, quã attonitũ ac stupefactũ, inter hæc tam miranda ac grandia facta? subsiliret sanè ac trepudiaret prægaudio: exultaret, ac maxima lætitia affectũ cã tum vellet erũpere gaudium.

¶ Sed adhuc hic mecũ animaduerte: quanti illum aliâs pœniteret, quanto animi dolore atque tristitia corriperetur tunc temporis, memor sinistræ opinionis, quam de virgine sanctissima Paulo ante habuerat. Quibus cũ lachrymis ac religione, ad pedes eius prosterneretur, veniamque postularet commissi erroris, enarrando ab angelo sibi enarrata. ¶ Deinde è regione intuere vultum, mentem & cor virginis: intuere gaudium & lætitiam. Mentem (inquam) intuere altè contemplantem diuinam prouidẽtiam, eiusq; tam opportunum subsidium, quo suæ innocentiæ subuenerat, suas præces exaudierat, domũ ac familiam pacificarat: cor sponsi quietum ac tranquillum reddiderat. Intuere vultum ac cor eius, maximo gaudio atq; immensa alacritate affectum: quod vidisset sponsum quem mirum in modum vehementerq; diligebat: iã à tam sinistra opinione reuocatum, tantoq; gaudio perfusum. Quid hic etiam virgo deipara faceret? Quid magno suo pectore persentiret? quid caneret? quas laudes, quas Deo referret pro tantis muneribus gratias: considerans paternalem Dei erga suos prouidentiam ac misericordiam: quemadmodum ipsamet cecinerat dicens: & misericordia eius â progenie & in progeniem timẽtibus eum? Sed interim animaduerte angeli verba illa.

¶ Vocabis

Vocabis nomē eius Iesum. Ipse .n. saluū faciet populū suū à peccatis eorū. Iā hic nox præcessit: iam hic dies appropinquauit: iam hic vetus antiquumq; testamentum absconditur: ac nouum recensq; apparet: iam hic exaltat vitam omnis huius mundi ac carnis gloria: & suscitatur gloria spiritus: atq; resplendere incipit euangelij magestas. Nam hactenus omnia illa tēporaria ac caduca bona erant, vmbræq; futurorum: modo verò omnia æterna, vera, ac spiritualia. Vocabis (inquit) nomē eius Iesum: ipse enim saluū faciet populum suum à peccatis eorum. Quid hoc est quod audio? Quæ tā noua & inaudita phrasis, qui nouus iste loquēdi modus? Forsitam vobis omnibus videbitur, rem nullius aut parui momenti, sub his tam breuibus verbis latere: omnes quidem in terram nos ipsos deijcere: milliesq; illam osculari debebamus: gratias maximas agētes Deo, pro tanto mysterio, ac beneficio in his angeli verbis latenti. Nam per hæc verba, tanquam per rimulam quādam ostendere, ac patefacere voluit Deus, diuitias gratiæ atque misericordiæ suæ: per hæc (inquam) verba explicare atque declarare voluit omnia, quæ sub typis veteris legis, ac sub figuris omnibus antiqui testamenti, mundo ab eius conditione tradiderat. Omni enim ætate hanc salutem promiserat. Omni enim tempore hunc saluatorem pollicitus fuerat: nunc eum redemptorem vocando, nūc regem, nūc ducem, nunc pastorem nunc liberatorem, nunc victorem, nunc ædificatorem, nunc denique vtendo alijs nominibus ac titulis gloriosis, qui prosperā temporalem tamen, Fortunam, ac gloriam, præsagire videbantur. Vnde fit, vt vsq; modo cæci Iudæi minime intelligant, hanc (quā Christus attulit) salutem, esse debere spiritualem, sed tēporariā. Sed angelus Dei, modo hoc breui sermone, tanquā quodā lucis radio, omnes illas veteris instrumenti imagines, atq; vmbras detexit: apertè dicendo hanc, iam diu satisq; expectatā ab omnib9 salutē, nō corporalē sed spiritualē esse. De qua in superiorib9 satis diximus quare ad alia properem9.

Ro.13.d

Hoc autem totum factum est vt impleretur quod dictum est à domino per prophetā dicentem: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium. His ergo verbis discem9, neq; quicquam huius rei, casu fortuito ve gestum fuisse, sed consilio diuino. Quod enim factum narrauit angel9, hoc dñs ipse facturū promiserat, loquens per os Esaiæ prophetæ, paucis depingens huius conceptus & natiuitatem inauditam & fructū optabilem, ecce (inquit) virgo concipiet & pariet. Habes nouitatem: quando enim vnquam fando auditum, salua virginitate peperisse puellam? ecce iā partus & integritas distantes tempore longo: virginis ingremio fœdera pacis habent. Ecce iam impletū quod alibi idem dominus per os eiusdem uatis dicebat: lætabitur deserta, & inuia, & exultabit, & florebit, quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætabūda, & laudans. Quod enim de ecclesia ad literam dictum fuisse credimus, idem in virgine adimpletū fuisse, planè videmus, Hæc est, terra, illa inuia, hæc, virgo sāctissima, hæc verum lilium. Sicut lilium enim inter spinas ita amica mea inter filias Adæ. Hoc igitur lilium perfectissimum, ac pulcherrimum, florē de radice Iesse germinauit (inqt propheta) Hæc est, quæ post floris conceptum, lætabūda dicebat: & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Nullo modo (inqt Augustin9) Christus matrē nascen-

Esa.7.

Omnia de Christo narrātur nō casu sed cōsilio diuino acciderunt.

Esa.35.a.

Can.2.a.

Luc.1.
Lib.29. q. faustū c. vltimo in fine.

cendo faceret deteriorem, & cui munus fœcunditatis attulerat, Deus virginitatis auferret. Hæc veraciter non fallaciter facta sunt: Sed noua sunt, sed insolita sunt, sed contra naturæ cursum notissimum sunt: quia magna, quia mira, quia diuina, & eo magis vera, certa, firmat.

Peculiaris prærogatiua Mariæ vt mater esset & virgo. D.Hiero.

Hæc fuit (inter alias) peculiaris ac singularis huius virginis prærogatiua, ac excellentia: vt mater esset & virgo. Vnde D.Hiero. inuenit (inquit) populus gratiam in deserto. Gratiam scilicet singularis maternitatis, producentis eum, qui nobis attulit gratiã, & veritatem. In deserto, hoc est, in beata Maria à peccato derelicta: Derelicta in templo à parentibus, derelicta, atq; in incognita viro. Seruata verò vt mater esset, & virgo. mater inuiolata, mater incorrupta, mater intacta.

Esai. vltimo.

Quis audiuit vnquã tale? aut quis vidit huic simile? Vt mater scilicet esset & intacta generaret? Si quæris (ait ambro.) naturæ ordinẽ: fœmina mixta viro gñerare cõsueuit. Liquet aũt quod præter naturæ ordinẽ Christus nat9 est ex virgine.

De conse. D. 2. reuera.

¶ Huius tã insoliti & noui Sacramenti, imaginẽ vnã, vel alteram libet adducere. Primam habes apud Dani. cap. 14. quo in loco sacra narrat historia Danieli, in Leonum lacu existenti, Leonibus vndiq; vallato, ministerio angeli missum fuisse prophetam, nomine Abacuc, á Iudæa in Babylonem, qui Danieli prandiũ præberet. Intrauit ergo Abacuch lacum, atq; ab eo egressus est clauso omnino ostio: seruatusq; est Daniel illæsus á Leonibus septem, qui cœteros alios in lacum missos, deuorare solebant. Daniel ergo, qui causa Dei interpretatur, vir sapientissimus, ac castissimus, diuinæ contemplationi perpetuò deditus: virginem hanc fortem, nihilq; in moribus fœmineum habentem, castitate ac diuina sapientia decoratam, rerum diuinarum considerationi maxime deditam, significat: quæ iure optimo causa Dei appellatur: quod mater eius sit. Mater siquidem & causa, & origo filij, qui etiam verus filius Dei est. Abacuch verò fortis luctator interpretatur. Iesus ergo, quem, hæc virgo & concepit & peperit, ver9 ac strenuus luctator fuit: qui lucta cum diabolo contendens, eum in terram prostrauit atq; deiecit. Hic ergo cum prandio diuinitatis, & angelos & homines reficiẽtis, ad Danielem, hoc est, ad virginem missus est, Angeli ministerio: incarnatus scilicet est, Angelo cœlitus mysteriũ annuntiante. De Iudæa verò Abacuch in Babylonem missus est: de cœlesti illa Iudæa, in qua omnes cœlestes spiritus Deum vno ore cõfitentur, missus est verus Abacuch, in hunc mundum, confusione tam errorum, quã pecatorum plenum. Intrat & egreditur vates ostio laci clauso: intrat & egreditur ex vtero virginis fili9 Dei, clauso illo relicto. Dæmones verò, qui in sacra pagina Leones nominantur, quique cæteros omnes deuorare solent dentibus suis, hoc est septem capitalibus vitijs, virginem hanc lædere minimè potuerunt.

Da. c. 14. Figura.

¶ Alteram huius mysterij figuram atque vmbram habes. 2. lib. regũ c. 11. vbi sacra refert scriptura, quod veris tempore quo solent reges ad bella procedere Rex Dauid à somno meridiei surgens, è solario suo fœminam pulcherrimam se lauantem vidit: hoc est, Bersabee: cuius amore vehementer tactus, nuntium, vt ei acquiesceret, statim misit. Quæ assentiens Regis dictis, concepit filiũ: & sanctificata est mulier ab immunditia sua. Verus ergo ac

2. re. 11. Figura.

go ac fortissimus Dauid, hoc est, Deus, quasi à somno surrexit, quando sese hominē fieri statuit: antea enim dormire videbatur, quasi immemor factus salutis hominū. In meridie ergo surrexit: cū æstuabat amore salutis nostræ, tunc surrexit, vt hoc diuinum mysterium operaretur. Videns autem Bersabee, quæ puteus septimus, vel puteus satietatis interpretatur, amore eius flagrauit: Videns (inquam) virginem hanc, quæ puteus verus est aquarum viuentium, quæ septem gratiarum charismatibus semper abundat, vehementer eam dilexit: maxime cum eā semper sese lauantem videret: cum eā assiduis scripturarum diuinarum lectionibus ac meditationibus, continuis præcibus, ac sanctis studiosisq; actionibus, animum suum magis ac magis purificare, siue perficere conantem intueretur. Videns ergo, hoc est, approbans hanc fœminā: tactus amore tantarum virtutum: misit angelū Gabrielem, qui eam persuaderet, vt diuino conceptui assentiret: consensu adhibito statim edidit saluatorē mundi. Et sanctificata est mulier ab immūditia sua: siue quod fomes peccati in ea religatus, tunc concepto tanto filio pœnitus fuerit extinctus: (siue qd magis puto) quod libera tunc fuerit & omnino immunis ab omni immūditia, quæ in aliorū filiorū cōceptu cæteris mulieribus accidit: cū ex suis purissimis sanguinibus filiū Dei cōceperit.

Grego. Cæterum minime incongruum atque inconueniens est (autore Gregorio) vt opus illud, alias viciose gestū, mysterium sanctissimum repræsentet: quum Deus de malis elicere bona

D.Ambrō. maxima soleat. Hoc forsitam dicere voluit Ambrosius de facto isto Regis Dauid loquens: non fuit (inquit) improbitatis æstus: sed vmbra mysterij. Hoc est, non fuit tantum improbitatis æstus, sed vmbra mysterij incarnationis, quod modo aperuimus & ostēdimus.

Ecce virgo. Vox hebræa, Alma, quam.70.virginem, omnes verò alij adolescentulam transtulerunt, non absolutè adolescentulam significat, sed cum Epitasi, adolescentulam absconditam, quæ nunquam patuit virorū aspectibus, sed magna parentum diligentia custoditur. Dicitur enim ab Alam, quod est abscondere, & in tota scriptura vt ait. D. Hiero. non nisi de integra & incorrupta dicitur. Gene. c. 24. Rebecam adhuc virginem Alma vocat. Et Deu. c. 22. lex punit Alma raptorem: id est puellæ absconditæ. Non dubium quia de virgine sentiens. Eam ob causam.70. verterunt Ecce virgo. Quin & punica lingua quam nonnulli volunt ab Hebræis ortam, Alma, virgo, dicitur. Discāt ergo virgines absconditas esse & à virorum conspectu seclusas. Ecce enim angelus ad virginē siue ad absconditā ingressus est, vt ait Lu. cap. 1.

D. Ambr. de pœni. d. 3. c. illud.

Alma qd significet in sacris literis.

D. Hiero. Gen. 24. Deut. 22.

Ecce virgo concipiet & pariet filium. Hoc Esaiæ vaticinium exposuimus in principio huius operis: Differendo de secunda nota veri Messiæ. Lege præterita, quæ annotauimus Lu. c. p. in illa verba ad virginem &c. vbi multa de hoc mysterio annotatione digna adduximus. Luc. 1.

Et vocabitur nomen eius Emanuel, quod est interpretatū nobiscum Deus. Obserua: venit Deus, vt esset nobis cum, ergo eramus sine eo. Cū christus sit Emanuel, cum nobiscum sit Deus, quid timemus? Quid amplius concupiscimus? Cur mundi opes & voluptates tam ardēter quærimus? Nisi quia quāuis ipse venerit vt sit nobiscum, nos tamen sine eo esse volumus? Ipse ve-

rò est nobiscum, nos autem cum eo non sumus. Ipse nos quærit, nos eum fugimus. Ipse vult vt quæramus vitã, nos autem currimus ad mortem, ruimusq; ad interitum voluntarium. Aduerte: non dici, vocabitur nomé eius. nos cum eo, sed ipse nobiscum. O immensam Dei erga nos pietatem, & incredibilem nostram erga Deum ingratitudinem.

Et vocabitur nomen eius Emanuel. Quod hæbræis sonãt, nobiscũ Deus.

Merito Christus vocatur Emanuel.

Merito hoc nomine vocatus est: siquidem hic vnus populum suum Deo reconciliauit, atq; ex infenso reddit propicium, ac versans inter homines cumulatissimam illis Dei beneficentiã effudit, ac tandem experti doctrinam efficacem, experti vim miraculorum, experti præsentem energiam, ac robur & impetum diuini spiritus nouo modo sese prodentis in his qui crediderunt, merito clamãt, nobiscũ Deus.

Hebræi ab ipsis rebus nomina imponunt.

¶ Hebræi ab ipsis rebus ferè nomina imponunt: sic nomé huius pueri vocatur Emanuel propter diuinam humanamq; naturam in vna hypostasi vnitam. Vocatur ergo Emanuel. Iesus

Iesus & Emanuel idê sunt.

& Emanuel idem sunt, licet diuersa nomina videantur. Iesus sonat saluatoré: Emanuel nobiscum Deus. Adhoc fuit nobiscũ Deus, vt nos saluos faceret. Quid aliud est, Deus est nobiscum, quam Deus est saluator noster? Idem alijs verbis in hunc modum dixit. D. Ioannes: & verbum caro factũ est. Quid est, verbum caro factum est, quàm nobiscum Deus? Idem est Emanuel ac Deus factus homo, cum hominibus conuersans. Id prædixerat Baruch propheta capite tertio, vbi loquens de Messia ait: hic est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum, & Pauló pòst: post hæc in terris visus est & cum hominibus cõuersatus est. Idem prædixit his verbis alius vates. Veritas de terra orta est. Hoc est, Deus, qui est ipsa veritas, terrenum corpus accepit, vt terram colẽtibus viã æternæ salutis aperiret, eosq; saluos faceret, atq; ad verã cœlestéque promissionis patriã perduceret. Bonum, ait diuus ille Dionysius apostoli Pauli discipulus, est sui ipsius diffusiuum & comunicatiuum. Vndè summè bonum erit, summè communicatiuum. Cum autem Deus sit summè bonus, summè se nobiscum communicauit. Qua in re se poterat magis communicare quàm humanitatem nostram assumendo, & nobiscũ communicando? Hæc fuit summa cõmunicatio, & admirabilis erga nos amoris abundantia. Hoc intuens animo Esaias dixit Messiam Emanuelé esse vocandum, vt eius humanitatem & diuinitatem ostenderet. ¶ Noli ergo fugere Adam, quia nobiscũ Deus, ne timeas ô homo, ne audito Dei nomine terrearis: quia nobiscum Deus. Nobiscum carnis similitudine, nobiscum vtilitate. Propter nos venit tanquam vnus ex nobis similis nobis, passibilis. Accede iam sine timore ô homo mendax, nam iam nobiscum est veritas, quæ de tera illa benedicta germinauit ac pullulauit. Et verus efficeris Christianus. Accede ne deterrearis ô homo iniustus, nam nobiscum iustitia: quæ, de cœlo prospexit: quoniã exiuit à patre & venit in mundum. Accede ô homo, à via veritatis aberrans, quoniam nobiscum via: quæ te ad veram cœlestemq; patriam Ducet: accedat insipiens, quoniã nobiscum vera Dei sapientia: quæ docebit nos vias suas, ac semitas suas. Accedant denique peccatores quia nobiscum Iesus, idest, saluator, qui saluabit nos à peccatis nostris.

Ioann. 1. Baruch. 3. Psal. 84. Dyonisi. D. Ber. ser. 2. De aduentu. Psa. 84. b Io. 16. f. Esa. 2. a.

Magi

MAGI CHRIstum adorat pueri ab Herodæ trucidantur.

Caput. II.

CVM ergo natus est Iesus in Bethlehē Iudæ, in diebus Herodis Regis, ecce magi ab oriente venerunt Ierosolymam, dicentes: vbi est qui natus est Rex Iudeorum? Vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herones Rex turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotū & scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: in Bethlehem Iudæ. Sic enim scriptum est per prophetam, Mich.4.e Ioa.7.f. *& tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meū Israel. Tunc Herodes clam vocatis magis, diligenter didicit ab eis tēpus stellæ quæ apparuit eis, & mittens illos in Bethlehem, dixit, ite, & interrogate diligēter de puero: & cum inueneritis, renuntiate mihi, vt ego veniens adoret eum. Qui cum audissent Regē, abierūt. Et ecce stella quā viderant in oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra vbi erat puer. Videntes autem Stellam gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerunt cum Maria mater eius: & procidētes adorauerunt eum: & apertis* Psa.71.b. *thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrhā. & responso accepto in somnis ne redirent od Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Qui cum recessissent ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens. Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum: & esto ibi vsque dum dicam tibi. Futurū est enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens acepit puerum, & matrem eius nocte, & secessit in Ægyptum, vsque ad obitum Herodis: vt ad impleretur quod dictum est à domino per phrophetam dicentem, ex Ægypto vocaui filium meum. Tunc Herodes videns quoniam illusus esset* Osee.11.a.

à ma-

à magis, iratus est valdè, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, Abimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat à magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per Ieremiam Prophetam dicentem. Vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Defuncto autem Herode ecce Angelus domini apparuit in somnis Ioseph in Ægypto, dicens: surge & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel, defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri. Qui consurgens accepit puerum & matrem eius, & venit in terram Israel. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ. Et veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth. vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas, quoniam Nazareus vocabitur. ¶ *Cap. 2. Ad literam.*

Ier. 31.c.

In diebus Herodis Regis. In sacra scriptura ex nominũ æquiuocatione oriri solet nõnulla difficultas. Apud AEgyptios, Pharao, erat nomẽ propriũ Regiæ dignitatis, & ideo apud eos, multi reges Pharaones: apud Babylonios. multi Nabuchodonosor. apud assyrios multi Reges, Antiochi. Apud AEgyptios, multi Tholomæi. apud Iudæos sub Babylonijs, multi Ieconiæ Reges, vt Hiero. existimat. apud Iudæos sub Romano Imperio tres Herodes: vt auctor est Philo in chronographia. Quorum primus Aschalonita alienigena, cui Hircano vltimo Iudæorum duce, Atq; pontifice, à partis capto, iubente senatu Romano inuictis Hebræis, regnum eorum tyrãnicè occupauit. Qui (vt ait idem Philo) Collegiũ sceptri de domo Dauid deleuit. Hircanum pontificem à captiuitate reuersum, & filium, filiosque filiæ interfecit. Hic est Herodes sub quo natus est Christus, qui & infantes interfecit, de quo Mathæus in hoc capite. Qui (vt inquit Eusebius) anno sexto à natiuitate Christi, morbo intercutis, atq; scatẽtibus toto corpore vermibus, miserabiliter perijt. ¶ Secundus fuit Herodes Tetrarcha superioris filius, qui non Rex totius Iudææ, sed quartæ partis Iudææ princeps constituitur: gubernans annis 24. qui & Ioannẽ decollauit, & Christum illusit. De quo dicitur Mathæ. 14. Et Lu. 23. Hic est damnatus perpetuò exilio, grauiterq; cruciatus interijt. ¶ Tertius fuit Herodes agrippa, qui occidit Iacobum, & petrum clausit in carcere. Qui & sibi diuinum honorem tribuens, confestim percussus ab Angelo domini, cõsumptus à vermibus spirauit. Vt dicitur acto. 12. ¶ Multi etiam fuerũt Ieconiæ vt Hieron. Dan. 1. existimat. Alius appellatur etiam Ioacim, per Cim, qui fuit filius Iosiæ, de quo Mathæus ait. c. hoc primo Iosias autẽ genuit Ieconiam.

Regula.

D. Hiero. Herodes tres. Philo in chronographia.

Eusebius.

Infra. 14. a. Luc. 23. b c.

Acto. 12. Hieron. Dan. 1.

Alius

Alius fuit Ieconias appellat9 etiá Ioachim, p chim in extrema syllaba, q fuit prædicti Ieconiæ siue Ioacim fili9. Dequo idem Mathæus ait: post trás migrationé Babylonis Ieconias (hoc est Ioachim) genuit Salathiel. Vnde tradit Hiero. Apud Mathæum vnam generationem deesse. Vi. quæ nos super hunc locum Mathæi superius annotauimus.

Gen. 49. Prophetia Iacob adimpleta

In diebus Herodis Regis. Signanter hoc addit Euágelista, vt intelligamus tempore huius regis impletam fuisse prophetiam Iacob: non auferetur sceptrú de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. Quæ prophetia citra omnem controuersiá ad Christum pertinet. In qua primú prædicit tempus Christi venturi: secundò ipsam eius personam, tertiò regnú eius. Cæterum hunc textum Iudæi multipliciter deprauant, ne cogantur confiteri, Christum iam dudum venisse. Aliqui enim eorum volunt hanc prophetiam impletam fuisse tempore Saulis, qui non erat de tribu Iudà, & tamen regnauit: & alij volunt, quod tempore Nabuchodonosor impleta sit, quando tribus Iudà captiuata fuit, & regnú cessauit: &c. Alij alia confingunt: vt elabantur, sed falluntur. Nunquam enim sceptrum & potestas totaliter à tribu Iudà ablata fuit, donec Christus veniret. Nam post Saulem regnauit Dauid & alij: post captiuitatem Babylonicá, habuit tribus Iudà ducatum. Tempore autem Christi, Herodes alienigena regnum Iudæorum adeptus est: & ab eo tempore plus mille quingétos annos nullam potestatem habuerút. Hoc igitur dictum fortissime cóuincit Iudæos & confirmat fidem nostrá. Nam Christus tempore Herodis natus est, vt hoc in loco ait Euangelista. Donec (inquit) veniat qui mittendus est. In Hebræo habetur donec veniat Schilo. Quæ dictio nullibi aliâs reperiri dicitur in scriptura. Vnde non parua discrepantia est inter interpretes. Translatio nostra habet: qui mittendus est. 70. interpretes habét: cui reposita sunt. tráslatio Chaldaica habet: Mesias. propriè auté Schilo significat eum, qui in omnibus feliciter agit, & prosperatur, & omnia quæ incipit, ad felicem exitum perducit. Quicquid autem sit de hoc nomine Chilo, certum est quod omnia iam dicta in vnum & solum Christú nostrum competunt: nec vlli alij competere possunt. Ipse enim est qui olim mittendus promittebatur: ipse cui reposita erant, quæ nemo alius perficere potuit: nempe redimere genus humanum, aperire cœlum, reconciliare Deum &c. Non erat qui faceret bonum hoc nisi vnus Christus. Vnde & in psalmo dicit sacrificium & oblationem noluisti: tunc dixi: ecce venio in capite libri scriptum est de me, vt faciam voluntatem tuam. Præterea Christus noster verè est Mesiach ille, id est, vnctus, quem pater vnxit oleo lætitiæ, præ participibus suis. Postremò ipse est qui omnia prosperè egit ad finemq; perduxit opera, non obstante quod totus mundus reclamaret, cum principe suo. Hoc nemo alius potuit quantuncumq; potens. Claret igitur quod Iacob de ipso domino nostro Iesu Christo locutus sit. Huc pertinet quod in psalmo dicitur: intende prosperè procede & regna. Vnde addit prophetia Iacob: & ipse erit expectatio gentium. Quo in loco in Hebræo habetur: & ipsi aggregabuntur gentes. Hic igitur aliud testimonium habemus de Christo. Nullus alius fuit vnquam ad quem

Psal. 39

Psal. 44

Psal. 44

sic

sic accurrerint gẽtes vt ad Christum, non vi coacti, sed solo verbo tracti. Dent Iudæi alium cui sic adhæserint gentes, & consentiemus eis. quod tamen non facient. Omnes igitur hæ prophetiæ in Christum nostrum cõpetunt. Quare certissima est fides nostra.

Cum natus esset Iesus ecce magi. Vel ex hoc loco intelligi potest, quod fere omnes doctores aiunt, quod magi Christum decimo tertio die ex quo natus fuerat adorarunt. (Quod magi 13. die venerint ostẽditur.) Si enim quando magi venerunt Christus esset anniculus aut bimus, vt Epiphanius, Zacharias, Faber, Osiander, existimant, non dixisset Euangelista: Cum natus esset &c. Ecce magi. Quod non de re tam sera, sed de subita, & quasi præsenti dici solet. Nedum (inquit) intra se verba compleuerat & ecce Rebeca, egrediebatur. (Ge. 24.) Et poeta: audiar hæc aliquis, vel qui venit ecce palemõ. (Poeta.) Hinc fuit quod cum Mariæ dixisset Angelus: Ecce concipies: intelligens ipsa, statim se concepturam ait: quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? (Luc. 1.) Recens ergo natus erat infans quando magi aduenerunt. Præterea, magi inuenerunt puerum in Bethlehem, ergo ante diem purificationis accesserunt, quia vltra id temporis, Christus non fuit in Bethlehem. Lucas enim ait, vt perfecerunt omnia secundum legem domini, reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatem suam Nazareth, (Luc. 2.) non ait, in Bethlehem, sed in Nazareth. Cur autem Bethlehem reuertentur, vbi adeò nihil habebant supellectilis, vt virgini ad reclinandum infantem non alius quàm præsepe locus fuerit in diuersorio? Neque Euangelista docet eos venisse vt morarentur, sed vt profiterentur in ciuitate sua. Manserunt itaque ibidem, quantum necesse fuit ad implẽdam legem, quæ iubet vt post circuncisum infantulum maneat mulier. 33. diebus in sanguine purificationis suæ. Intra quos dies venisse Bethlehem magos rectè credimus. Et puerum indicio stellæ inuentum adorasse. ¶ Argumentis verò quæ huic sententiæ obstare videntur, satisfaciunt multi. Inter quos Cano lib. 11. de Locis. c. 5. ¶ Hanc opinionem confirmat Christianus Drut maari antiquus autor qui docet hos Reges. 12. diebus venisse, cum Dromedarijs qui centum milliaria quotidie ambulant. Idem etiam docet, istorum aduentum vocari epiphaniam, quia Romæ eo die hora. 3. ac sereno cœlo, circulus ad speciẽ cœlestis circuli solis, vrbem Romam ambiuit. Quasi ostenderet nouum eius solem, qui solem, mundumq; gubernat, apparuisse.

¶ Præterea obserua in hoc loco voluisse Euangelistam explicare id quod in noua lege solum Apostolis & prophetis ecclesiæ perfectè & clarè fuit manifestum. (Vocatio gentium prophetiȩ ecclesiȩ & apostolis reuelata) Nempe gentes esse ad fidem vocandas. Iuxta vaticiniũ Osseæ prophetæ cap. 2. (Osseæ. 2.) Vocabo non plebẽ meam, plebẽ meã, & non dilectã, dilectam. Quod apostolus Pau. pulchrè explicat de vocatione gentium, in Epist. ad Rom. cap. 9. inducens verba eiusdem Osseæ: (Rom. 9.) & ideo subdit: quid ergo dicemus? Quod gentes, qui non sectabantur iustitiam, apprehenderũt iustitiam. Quod reuera in his magis, de quibus Euangelista meminit, adimpletũ fuisse videmus. Cum enim gentiles essent, & à conuersatione Israel alienati, & hospites testamentorum, & promissionis spem nõ habentes. Cum essent in hoc mundo sine Deo: (quibus nominibus insigniuntur gentiles ab apostolo Paulo

in episto. ad ephe. cap. 2.) Isti ergo magi, nomine omnium gentium nunc Christum adorant: atq; honorem debitum ei exibent: verum Deum agnoscentes: atque coram vniuersa plebe Israel clamant. Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? Hi fuerunt primitiæ vniuersarum gentium, qui ex terra orientis ad Dei veri agnitionẽ peruenerunt. Quæ res vsq; adeo noua visa fuit Iudæis, vt audiens Herodes Rex turbaretur, & omnis hierosolyma cum illo. Vnde merito apostolus Paulus mysterium hoc vocationis gẽtium explicans ita inquit: vt notum faceret nobis Sacramentum voluntatis secundum beneplacitũ eius. Quæ verba idem apostolus explicans. 3. ca. eiusdem epistolæ eph. ita ait. Secundum reuelationem notum mihi factum est sacramentũ, sicut supra scripsi in breui, prout potestis legentes intelligere, prudẽtiam meam in mysterio Christi, quod alijs generationibus non est agnitum, filijs hominum: sicut nunc reuelatum est sanctis apostolis eius: & prophetis in spiritu: gẽtes esse cohæredes, & concorporales, & comparticipes promissionis eius in Christo Iesu. Et in eodem cap. appellat mysterium hoc Sacramentum absconditum à sæculis. Vnde Euangelista noster Mathæus qui ex numero 12. apostolorum fuit, Sacramentum & mysterium hoc vocationis gentiũ sibi reuelatum fuisse: exemplo magorum, qui gentiles fuerunt, ostendit. In veteri autem instrumento, ea quæ, ad vocationem gentium expectabãt, non tã clarè & exactè sed obscurè prophetis, cæteris autem sub typis & figuris explicata fuerunt. Quod pulchrè colligit Hieronymus in cómen. super Esa cap. 1. Et Origen. ho. 3. super num. Primogenitus (inquit Hieronymus) fuit Cain, sed Abel munera placuerunt Deo: primogenitus Ismael, sed Isaac accepit hereditatẽ: primogenitus Esau, sed benedictionem patris Iacob supplantator præripuit: primogenitus fuit Ruben, sed tamen benedictio seminis transfertur ad Iudam. Itaq; Iudæi iuxta vocationis ordinem primi fuerunt, & appellabantur caput. Sed secundi, idest, gẽtes qui appellabantur cauda, versi sunt in caput: & Dei appellantur filij. Quotquot enim receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri. Populus ergo Iudæorum, qui hodie turbatur, Cain & Ismael & Esau, & Ruben, representabat: at verò magi qui Christum quærunt, & ei munera offerũt, Abel, Isaac, Iacob, & Iudam.

Eph. 1.

Ibidẽ. c. 3

Hiero. in Esa. 1

Orig. ho. 3. super num.

Ioan. 1.

¶ Cæterum hæc gentium vocatio adumbrata erat Gen. 45. Vbi ait Ioseph postquam manifestauit se fratribus, festinate, & ascendite ad patrem meũ, & dicite ei: hæc mandat filius tuus Ioseph. Deus fecit me dominũ vniuersæ terræ AEgypti, descende. Tacuerat igitur hactenus Ioseph, ne tãtam turbationem excitaret. Nunc autem re cum fratribus peracta, & reconciliatione perfecta, nihil turbationis timere poterat: vnde iubet festinatò hæc patri nuntiare. Sic etiã Christus, qui tandiu distulerat Iudæos & gentes in vnam fidem cõuocare, in sua natiuitate statim & festinatò vtrosq; vocabit, Iudæos per angelum, gentes per stellam. Ideo autem prius distulit, quia adhuc stabat paries ille, qui iudæos & gentes diuidebat. Lex sancti Moysi: qua stante conuenire non poterant iudæi & gentes. Christo aũt nato, cõcidit paries ille: impleta est lex, & figuræ: ideo tunc statim festinauit vtrosque vocare: abolita enim lege nihil obstabat quo minus iudæi & gentes in vnã

Figura. Gen. 45.

vna ecclesia conueniant. Nato igitur Christo ecce magi ab oriente venerunt primitiæ gentium, hierosolymam ad adorandum dominum.

Psal. 97. ¶ Ecce etiam nunc in aduentu magorum impletũ est quod Dauid ait. Notum fecit dominus salutare suum in conspectu gentium, reuelauit iustitiam suam. Et, quod vidit Ezechiel propheta cap. 1. Et vidi quasi speciem electri, velut aspectum ignis, intrinsecus eius per circuitum, à lumbis eius & desuper. Et à lumbis eius vsq; deorsum vidi quasi speciem ignis splendẽtis in circuitu. Quæ verba exponens D. Greg. sic ait. Quid est hoc in hoc aspectu hominis qui prophetæ apparuit, à lumbis intrinsecus superius per circuitum ignis ardet, à lũbis verò inferius non ignis intrinsecus, sed in circuitu resplendet? Nisi quod ante incarnationem redemptoris nostri sola intra se Iudæa ardorem amoris eius habuit: post incarnationem verò illius, in circuitu eius ignis resplẽduit: quia in vniuerso mundo gentibus claritatem sancti spiritus effudit. Hæc Grego. Iam ergo dominus manifestauit nobis iustitiam suam, vt dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in inuisibilium amorẽ rapiamur.

Figura Ezec. c. 1.

Grego.

Ecce magi ab oriente venerunt. Magos Chaldæi vocant, quos greci philosophos. Vi. Hieron. Dan. 2.

An magi fuerint reges. ¶ Quod verò sapientes isti reges fuerint multis coniecturis probari potest. Pro quarum explicatione aliqua prius sunt notãda. Primum est, quod apud orientales magi siue sapientes in reges eligebantur. Hoc probatur testimonio Suidæ & Phalaris in epistolis suis. Et præclaro testimonio Strabonis lib. 11. Magi & sapiẽtes ex quibus vtrisq; Reges fiunt. Et Tertullianus Magos, inquit, Reges ferẽ habuit oriens. ¶ Præterea sacræ scripturæ testimonio hoc ipsum probari potest. Nam socij Iob fuerunt Reges. Ita enim vocantur Tobiæ cap. 2. quem admodum (inquit) sancto Iob increpabant reges, ita & isti cognati eius. At verò isti reges, erant magi siue sapientes: vt constat ex libro Iob. in ca. enim. 15. ait: Eliphaz de se loquẽs, qui erat Rex: numquid sapiens respondebit tibi quasi inuentum loquens? Quo in loco vbi nostra editio habet, sapiẽs, habet Chaldaica, Magus. Et in eodem capite clarius referens sententiam regum prædecessorum ait: Sapientes cõfitentur. Et explicans qui fuerunt isti sapientes addit: quibus solis data est terra, & non transibit alienus per eã. Quo in loco editio Chaldaica sic habet. Magi dixerunt &c. Eis magis dominium in terra datum fuit, & nõ trãsibit inter eos inimicus. Ex quibus cõstat in oriẽte magos fuisse reges. Erãt enim apud illos reges, sapiẽtissimi, & ideo magi appellabantur.

Socij Iob reges fuerunt vt dicitur Tob. 2. Erant etiã magi. 1. Sapientes

Eliu rex, erat Balaã propheta. ¶ Secundo notandum est, quod inter amicos Iob vnus vocabatur, Eliu, hic autem qui sic vocabatur Iob cap. 32. erat Balaam propheta. In qua sententiã omnes Iudæi concordant. Vnde D. Hiero. Iob. 32. Hunc Eliu doctissimi scripturarum dicunt esse Balaam ariolum.

Hieron. Iob. 32.

nume. 24 ¶ Tertio notãdũ est, quod hic Eliu siue Balaã num. 24. orituram esse stellam ex Iacob prædixerat dicens. Orietur stella ex Iacob &c.

¶ Quarto notãdũ est, quod magi isti, qui venerunt hodie adorare dñum, erant ex terra oriẽtali Arabiæ, de qua erat Balaam, cuius prophetiam secuti venerunt ad Christum. Hoc docet Iustinus martyr in dialogo contra iudæos. Imo etiam magi isti à Balaam genus

Magi qui hodie venerunt genus ducebant à Balaam rege

genus ducebant, vt autor est. D. Ambro. in Luc. cap. 2. qui sunt (inquit) magi isti, nisi qui (vt historia quedam docet) a Balaam genus ducunt: à quo prophetatum est: orietur stella ex Iacob?

¶ His ita constitutis facilè colligere possumus Magos istos fuisse reges. Nã si in oriente magi erant reges, quales erant amici Iob: & isti ducebãt genus ab vno illorum rege, hoc est à Balaam: & erant magi, ergo erant etiam reges. Accedit quod christianus drut maari antiquus autor Math. c. 2. ait: magi reges fuerunt de tribus regnis: ex terra Ebilac, vbi est aurum optimum, vt dixit Moyses. Accedit etiam, quod in reges, illud maximè quadrat: apertis thesauris suis obtulerunt ei munera. Extat etiam Claudiani epigramma: vbi Magos appellat Chaldæos reges.

Quare Euãgelista suppresserit regum nomen.

¶ Quod verò regũ nomen euãgelista suppresserit, id omnino nihil est. Nõ enim existimauit euangelij testimonium regio apparatu cumulandum: quod magorum sapientia & grauitate amplissimè ornauerat. In veritate sanè occulta confirmanda, regia appellatio obscura & otiosa erat. Magorum vox præclara, & opportuna.

Quare herodes nõ honorificè susceperit Reges istos.

¶ Nam quod Herodes, Magos parum honorificè exceperit, hoc, aut Herodiani fastus indicium est, aut Romanæ gloriæ, & maiestatis. Indignũ verò est, magni regis tumorem in minutorum inuidiam odiumq; cõuertere.

Hier. li. 11. in Esai. ca. 47. & Dan. c. 2

Vi. Hiero. lib. 11. commen. in Esa. ca. 47. & peculiariter super Dani. cap. 2. Et D. Augustinum tertio de mirabilibus sacræ scripturæ c. 4. Et Theophi. Math. 2. Et Cantacuzenum apo. 1. aduersus mahumetum. Chryso. tomo. 2. in sermone de epiphania: Cyprianum in sermone, de stella & magis.

¶ Cæterum iam hic mecum considera: quemadmodum iam incipit hic adimpleri quod Christus dixit: regnum cœlorum vim patitur, & violẽti rapiunt illud. Non solum à diebus prædicationis Ioannis Baptistæ, sed etiam à die natalis Christi, gentium hic populus regnum cœlorum, hoc est, Christum & doctrinam eius, rapit. Infra. c. 11.

Vbi est qui natus est Rex Iudæorum. Si ergo Christus natus est rex iudæorũ, quid vobis gentibus cum rege iudæorum? Adhoc poterant magi respondere. Si rex est iudæorum ergo rex noster est. Nos enim & si non natura, spiritu tamen iudæi sumus: qui venimus recumbere cum Abraham Isaac & Iacob. Qui modus loquendi, & verus est, & in sacra scriptura frequenter inuentus. Sic enim Christus de Ioanne ait: ipse est Helias. Sic etiã Iacob rapturus benedictionem dicit: ego sum primogenitus tuus Esau. Est enim & primogenitus secundum carnem, & primogenitus secundum ius. Nam & apostolus duo filiorum genera exprimit dicens. Non omnes qui ex Isrrel sunt, hi sunt Israelitæ: neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij: sed qui filij sunt promissionis æstimãtur in semine. Et statim: non solum illa, sed & Rebecca ex vno concubitu. Et quia maior seruiet minori. Paulus itaque semen Abrahæ vocat populum gentium, eundemque fratrem appellat minorem, cui maior erat seruiturus. Vt igitur sine mendacio gentium populus in fidẽ iã, & hereditatẽ iudæorũ suffectus, poterat dicere: ego sum semẽ Abrahæ: ita & Iacob quoniã ius habebat ad primogenituram, in quã Deo autore fuerat substitutus: verè vtiq; dixit: ego sum primogenitus tuus Esau. Atque eandẽ ob causam

Christus est verus rex iudæorum qui non tãna tura quã spiritu sũt iudæi.

Infra. 11. b

Gene. 27.

Ro. 9 b.

reges isti poterant dicere nos semen iudæorum sumus: non scilicet natura sed gratia & vocatione, & promissione. Ideo ad nos pertinet Christus natus. Illũ ergo tanquã regem nostrum adorare cupimus atq; munera offerre.

Christus rex temporalis & spiritualis. Infra vlt. Apo. 1.

Rex iudæorum. Nota in hoc loco: quod natus puer non solum fuit rex spiritualis, sed tẽporalis. Vtrãq; enim habuit potestatẽ. Ipse enim ait infra cap. vltimo: Data est mihi omnis potestas, in cœlo & in terra. Et apo. 1. dicitur: princeps regũ terræ. Et D. Pau. ad he. 2. adducit ad hoc probãdũ quod psalmista ait psal. 8. constituisti eum, super opera manuum tuarum. In quem locum glo. ait: ecce potestas (Christi s. ostenditur) vt enim in opere domini nihil excipit: ita neq; à Christi potestate. Et quamuis hæc ita sint, cõtingit tamen, vt quis iurisdictionis potestatem habeat, non tamen vtatur ea, quantum ad omnia: sed minora minoribus, & mediocria mediocribus concedat atq; committat: maiora verò sibi reseruet. Quod Moyses consilio soceri sui fecit Exo. 18. Atq; eã ob causam apostoli dixerunt acto. 6. non est æquum relinquere verbum Dei & ministrare mensis. Ad hunc ergo modũ Christus dñs, licet habuerit omnem potestatem, supremum tamen opus, & munus eius fuit, instruere nos, de admirabili sua vita, atque de redemptione nostra per ipsum faciẽda. Quapropter huic muneri dare operam, & totus vacare voluit: minora dimittẽdo, quæ ministerio aliorum fierent. Quare huic veritati non obstat quod ipsemet respondit cuidam dicenti: magister dic fratri meo vt diuidat mecũ hereditatem, quis me constituit iudicem inter vos? Quasi diceret, nullus. Non, inquam, obstat hoc. Nã his verbis non negauit se in omnibus supremam potestatem habere: sed voluit ostendere indignum esse, vt in tã minimis rebus potestatem suam exercere. Cum homo ille recurrere posset ad minores iudices, quorum erat talia immediate executioni mandare. Vnde D. Ambro. in glo. sic ait: nõ dignatur esse iudex litium, aut arbiter facultatum, qui viuorum & mortuorum habet iudicium, & meritorum arbitriũ. ¶ Neq; secundo obstat, quod Io cap. 6. tradat Christum fugisse, ne facerent eum regẽ. Sed ais. Si ergo rex erat, quare fugit? Ad hoc triplex ratio assignari solet. Prima, quia eius dignitati maximè derogasset, si regnum ab hominibus accepisset, qui sic erat rex, vt eius munere & participatione reges omnes essent. Per me (inquit) reges regnant. Secunda etiam ratio esse potest, quia præiudicasset doctrinæ suæ: Si claritatem & robur ab hominib. accepisset. Sic enim operabatur, & docebat, vt totum diuinæ doctrinæ ascriberetur, & non humano fauori. Vnde ipse ait. Io. 5. claritatem ab hominibus non accipio. Tandem eò fugit, vt doceret omnes nos mundi dignitates cõtemnere. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci: ita & vos faciatis. Deniq; non obstat quod ipse ait: Io. 18. regnum meũ non est de hoc mundo. Tum, quia nõ dixit. regnum meum non est in hoc mundo: cum regnum eius, sit in cœlo & in terra, sed ait: regnum meum non est de hoc mundo. Quasi diceret: non est regnum meum adeptum electione aut successione humana. Regnum ergo Christi, id est, potestas eius & autoritas (sic enim accipit Chryso. regnum) nõ est de hoc mundo. i. non trahit originem ex causis mũdanis, & electione hominũ, sed

He. 2. Glo. Exo. 18. acto. 6. Prima obiectio. Lu. 12. b.

D. Amb. 2. obiect. Ioa. 6. b. S. Tho. in illum locum. Pro. 8. b. Ioa. 5. g. Ioa. 13 b. 3. obiect. Io. 18. g. Chriso.

Dan.7.d. Sed aliunde: scilicet à patre. Dan.7. potestas eius, quæ nõ auferetur: & regnũ eius quod nõ corrũpetur. ¶ Præterea Augusti. neq; regnũ Chr̃i, hoc est populus fideliũ, (sic.n. accipit Augustinus regnũ) non est de hoc mundo per imitationem, ereptus quidem per gratiæ col- Collo.1.b. lationem. Sic enim nos eruit de potestate tenebrarum, & transtulit nos in regnum filij dilectionis suæ. Stat ergo sentẽtia, quod Christus temporalem etiam habuit potestatem: licèt rarò ea visus fuerit. Rarò, inquam, quia quan- Io.2.c. do fecit flagellum & eiecit ementes & vendentes de templo, ea vsus est. Vnde iudæi dixerunt: quod signum ostẽdis nobis, quia hæc facis? Quia ergo Io.3.c. non missus fuit vt iudicaret mũdum: sed vt saluaretur mũdꝰ per ipsum, noluit, ea potestate communiter vti. Sed quicquid de hoc sit audi quæ sequuntur: & quæ sacra scriptura narrat de rege isto.

¶ Hic est rex ille, quem diuini vates prædixerunt in sione, hoc est, ecclesia catholica esse regnaturum. De quo di- Psa.73.e. uinus psaltes psal.73. ait: Rex noster ante secula operatus est salutẽ in medio terræ. Quem etiam psa.2. inducit ad hunc modum loquentem. Ego au- Psa.2. tem constitutus sum rex ab eo: dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie Act.13. genuite. Quæ verba de Christo Pau- He.1. lus cap.13. in actis aposto. & in epist. ad heb. cap.1. interprætatur. Hîc est Esa.33.d rex ille de quo Esaias ait: Dominus iudex noster: dominus legifer noster: dominus rex noster, ipse saluabit nos. Et Sopho.3. lætare & exulta in omni Sopho.3. corde filia Hierusalem: abstulit dñs iudicium tuum, auertit inimicos, rex Israel in medio tui. Hunc ergo regem, quærebant hodie magi, vbi est qui natus est rex iudæorum dicẽtes? Hîc est rex ille qui super crucem hunc titulũ scriptum literis latinis, græcis, & hebraicis habuit: Iesus, Nazarenus, Rex iudæorũ. Hanc inscriptionẽ non sine mysterio Pilatꝰ Cruci iussit affigere: & in ea reclamãtibus iudæis manere. Disposuit enim Deus, vt Pilatus qui iudæis in morte Christi assensus est, eisdem in delendo titulo, nequaquã assentiretur, vt esset vniuerso orbi cognitum, esse Iesum Christum iudæorum regem, illis per prophetas sæpe promissum. Ideo tribus linguis fuit titulus scriptus, vt posset ab omnibus legi & intelligi. Hæ enim linguæ, erant cæteris alijs communiores in mundo. Et quoniam Christus Rex est non Iudæorum secundum carnem, tantum, sed verè iudæorum, hoc est confitentium & credentium, qui secũdum spiritum Iudæi sunt, siue sint iudæi secundum carnem, siue græci, siue latini; ideo non vna tantum lingua, sed tribus fuit titulus inscriptus. Iesus, Nazarenus, rex iudæorum vt iam diximus.

Vidimus stellam eius. i. indicem natiuitatis illius. Vel stellam eius vocant, quia credebant vnumquemq; hominem nasci sub stellarum fato, & vnũquemq; suã stellam habere. Vt author est drut maari.

Congregans scribas. Quos Mathæus scribas, Lucas vocat legis peritos. Et notandum hîc est quod synagoga alsi stentia Dei gubernabatur olim: neq; errare poterat, sicut nec ecclesia modo in rebus fidei. De qua re multi multa disserunt. Vi. cano. libr.2. de locis c.io. lib.4.c.4. &.5.

Sic enim scriptum est per prophetam: Et tu Bethlehem terra iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel.

Dissonantia inter propheta & Mathæum explicatur.

¶ Si prophetam Michæam legas contrarijs omnino verbis citasse Euangelistam hoc testimonium iudicabis. Sic enim ait propheta. c. 5. Et tu Bethlehem ephrata, paruulus es in millibus iuda, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel. Sed si morem hebræorum calces, facili negotio euangelistam & prophetam cõciliabis. Non enim habẽt hebræi neutrum genus, sed aliquando loco eius per fœmeninum loquuntur. Vt vnã petij à domino, pro vnum petij à domino. Aliquando per masculinum. Vt in genesi vbi nostra versio habet: non est bonum hominem esse solum, dicunt ipsi, non bonus. Sic in hoc Micheæ testimonio nomen masculinũ nempe Cahir, idest, paruulus, pro neutro ponitur. Quare interpres latinus sic trasferre debuerat. Et tu Bethlehẽ domus ephratha, parũ est vt sis inter myriadas Iuda, ex te mihi egredietur. &c. Ad quem modum transtulerunt hoc testimonium. 70. quorum hæc sunt verba si latine reddantur. Et tu Bethlehem Ephratha / parum est vt sis inter myriadas Iuda. Ex te mihi proditurus est, quem principem constituturus sum, in Israel. Quem etiam sensum satis dilucide euangelista explicuit. Nam quod iste dixit, nequaquam minima es in principibus Iuda. Id dixit propheta parum esse, scilicet esse, vel annumerari inter principes Iuda. Idem namque est dicere, nequaquam inter scriptores minimus est: & præclarus est author. Sunt qui aliter concilient, legendo prophetam per interrogationem. Paruulus es in millibus iuda? Ac si dicat: minime. Et si paruulis succincta mænibus, sed nõ paruula autem. Interrogationes istæ vim habent maximam.

Regula.

Ps. 26.b.

Gen. 2.

Ex te enim exiet qui regat populũ meũ Israel. Siue ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel. Pro quibus verbis habet Thargum Chaldaicum ex te Messias egredietur. Et addit propheta: & egressus eius à diebus æternitatis. Quibus euidẽter colligitur Messiam in Bethlehem natum, verũ Deũ esse. Egressus, inquit, eius à diebus æternitatis.

Qui regat. Qui pascat. ' poimanein enim nõ simpliciter regere significat, sed pascere & regere: quomodo pastor gregem. Quamquam græca vox non respõdet hebraicæ. Quæ hoc loco dominatum magis significat.

Obtulerunt ei munera. Vnusquisque eorum obtulit ei hæc tria munera vt author est drut Maari.

Et erat ibi vsque ad obitum Herodis. Quandiu fuerit dominus in AEgypto non constat. Aretha tradit tempus & tempora & dimidium tẽporis: hoc est, tres annos & dimidium. Epiphanius duos. Nicephorus tres. Gratianus septem annos tradit moram fecisse in ægipto.

Aretha. in com. Apost. ca. 35. Epip. libr. 3. in. Hære. antidicoMarianorum Niceph. lib. 1. c. 14. Gratia. 23. q. 3.

Vt adimpleretur quod dictum est per prophetam ex AEgypto vocaui filium meum. Hæc est cõsuetudo & norma prophetiæ, vt multa frequenter de alijs dicantur, & in alijs compleantur. Gen. 49. De Simeone & leui dicitur: diuidam eos in Iacob & dispergam eos in Israel. Quod in posteris eorum adimpletum est. Nam vt autor est Hiero. & Augustinus leui hereditatem propriam non accepit, sed in omnibus sceptris paucas vrbes ad habitandum habuit. De Simeone verò dicitur c. 19. quod propriũ funiculum non est consecutus. Sed de tribu Iuda quiddã accepit. Itẽ illud quod dictũ est ad Iacob: esto dñs fratrũ tuorum, & adoret te

Regula. Gen. 49.

Hiero. in q. Hebræ. Augustinus de benedict. patriarcharum.

Gen. 27.

te filij patris tui: non est in eo completum: maximè cum ipse timeret: fratréque suum Esau sæpe adoraret. [Hie. in q. Hebræ.] Sed in posteris eius, quando hydumæi seruierunt iudæis nu. 24. Et lib. 2. reg. c. 8. [Gen. 9.] Illud etiam quod dictũ est à Noe Gen. 9. maledictus Chanaam, seruus seruorum erit fratribus suis. Impletum est, inquit Chriso. in Gabaonitis posteris eius: quorum hystoria narratur Iosue c. 9. [Chri. ho. 8. in Mat. Iosue. 9. Gen. 49.] Item Gen. 49. dicitur: Beniamin lupus rapax, manè comedet prædam, ad vesperam dabit spolia. Et tamen Beniamin ille nũquã fuit lupus rapax, nec dedit spolia, sed Paulus (inquit Augustinus) qui natus est de tribu Beniamin, vt ad Phili. 3. ait ipse. [Augustinus. Vi. glo. ordi.] Beniamin. n. prædicabatur lupus rapax, ad matutinum comedens quãdo iuuenis fuit. Et in vesperam dãs spolia, quãdo credens, spolia hoc est, sententias legis, & prophetarũ, quas à iudæis acceperat: de Christo exposuit, ad fidelẽ instructionẽ. Item oẽs psalmi Dauid nõ tã de illo, quã de Christo sunt intelligendi. Sic ex AEgypto vocaui filium meũ: non tam de reuocatione iudæorum ex captiuitate AEgypti, quàm de Christo intelligendum est: vt in hoc loco apertè Euangelista docet. Et merito. quis enim potest dici verius filius Dei, is, qui vitulum adorauit, & initiatus est Belphegor, filiosque suos ac filias dæmonijs sacrificauit, an qui natura filius verus est Dei? Vi. euthimium in hunc locum.

[Rama quid significet Eras.] *Vox in rama.* Id est, in excelso colle audita est. Vnde rama, non est vocabulum loci, quemadmodũ videtur: sed Rama Hebræis excelsum sonat. Vt claram longè latèq; sonantem vocem intelligas.

Rachel plorans filios suos. Rachel iuxta Bethlehem sepulta, pro ipsa vrbe, & pagis finitimis accipitur. vel aliter: Rachel pro quauis muliere. Solet. n. in sacra scriptura nomen proprium pro generali poni. [Regula. Nomen propriũ pro communi accipitur in sacra scriptura.] Ad heb. 2. Nusquã enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. [He. 2.] Abraham pro quouis homine accipitur. Sic in psalmo: vnguentũ quod descendit in Barbam, in Barbam Aaron. [Ps. 131.] Id est, summi sacerdotis. Sic Babylon, Sodoma, AEgyptus, pro quauis gente iniqua. Et Hierusalem pro populo electo accipitur. Rachel ergo, id est, mulieres omnes, filios trucidatos plorabant.

Qui quærebant animam pueri. Hebra. id est, qui insidiabãtur vitæ pueri. Sic 2. reg. 6. ait Dauid. ecce filius meus qui egressus est de vtero meo, quærit animam meam. [2. re 6. b.] i. insidiatur vitæ meæ.

Et veniens habitauit in Nazareth. Lucas narrat quod Christus post quã natus est, impleuit. 40. dies, deinde descendit in Nazareth. [Cõcodantur euangelistæ. Luc. 2. f.] Mathæus verò dicit post hæc, quod fugeret in AEgyptum, deinde venerit ab Egypto in Nazareth. Sed non dissident: nã quæ vnus Euangelista silet, alter narrare solet. Prætermisit ergo Lucas fugam in AEgyptum, sicut Mathæus aduentum domini in templum.

Vt adimpleretur quod dictũ est, per prophetas. Hebraismus est. Pluralis enim pro singulari accipitur. [Regula. Plu. pro singulari.] Idest per vnũ prophetarum. Sic iudi. 12. secundum textum Hebraicum. [Iun. 12.] Sepultus est in vrbibus Galaad. i. in vna vrbium. Sic Io. 16. ait: [Ioan. 16.] scriptum esse in prophetis: Erunt omnes docibiles Dei. Id est in vno scilicet Esaia cap. 54. [Esai. 54.] ¶ Apud Hebræos aũt quicquid non erat lex aut psalmi, (& sub nomine psalmorum intellige agiographa omnia) prophetia appellabatur. Hinc est: quod Christus ait. scriptũ est in lege, in psalmis & in prophetis de me. [Lu. vltimo. f.] In hoc igitur loco autor libri iudicũ appellatur propheta.

Iudi. 13. Nota. *Quoniam Nazareus vocabitur* i. erit. Hebra. ¶ Lege in lib. iudicum ca. 13. Et ibi de Samsone (qui fuit Figura Christi) dictum inuenies, erit enim puer Nazaræus Dei. Porro dices: Mathæus vocat Christū Nazaræū, quia habitauit Nazareth: in libro iudicum Nazaræus appellatur, id est semotus aut separatus scilicet à consortio peccatorum. Ita est, sed tamen hoc non obstat: nam sanctorum virorum patria solet esse sancta: sicut iniquorum iniqua & scelerata. Sic dicitur: ecce Israelita in quo dolus non est. Et Paulus habet municipium in cœlesti Hierusalem. De iniquis dicitur: semen Chanaam, & non Iudá: & pater tuus amorrhæus, mater tua Chetæa. Vi. quæ docet orig. Ho. 2. in Hiere. ad hunc ergo modum, sancto sanctorū tribuitur patria Nazareth.

Ioan. 1. g. Dan. 13. f Ezech. 16. Orig. ho. 2. in Hie.

Cap. II. Ad mores.

Cvm nat9 eßet Iesus in Bethlehē &c. Ecce magi ab oriēte venerunt. Obserua primum. Quod cū primū puer natus est in mundo cœpit saluum facere mūdū. Statim adduxit ad se pastores, statim Magos ex distātibus prouintijs. Vt significaret non solum Iudæorū reliquias, quæ per pastores iudæos significabantur, sed etiam gentes, quarum primitiæ erant magi isti, esse salutē cōsecuturas, vt superioribus ostendimus. Quū rex aliquis principē filiū suum vult designare Regē, cōuocat vrbiū legatos qui iurēt, se esse principi obtēperaturos. Fiunt conuentus, & designatur Rex. Constitutus est Christus Rex à Deo patre: iuxta id quod ipse ait in ps. 2. ego autem cōstitutus sum

Conuētus fit generalis vt desig- nat9 christus Rex a patre ab omnibus adoretur. Psa. 2. b.

Rex ab eo. Quod intelligit quatenus ille homo est: nā natura diuina æqualis est patri, semperq; regnū obtinuit. Venerunt totius orbis legati, pastores ex Iudæis: magi ex gētibus, vt hūc regē recognoscerent: & adorarēt. O felix Bethlehem, ô amplissimum diuersorum, o domus panis, id enim significas: vbi natus est panis ille viuus, qui de cœlo descendit: vbi facti sunt conuentus cœli & terræ, & verus totius vniuersi princeps, & Rex à Iudæis & gentibus & angelis, reliquisq; cœlestibus recognoscitur & adoratur: in te natus tēpore ille qui est sempiternus, cœpit velocissime mundū restituere: ideo.n. vocat9 est à Deo vt Esaias ait: Esa 8. a.
velociter spolia detrahe: qa antequā puer iste sciret vocare patrem aut matrem suā abstulit fortitudinē Damasci, hoc est Magos, ac sapientes istos, de manibus regis Asyriorū: hoc est dæmonis. At dolēda maxime est obliuio nostra, qui Deo accelerāti, vt nos liberet: non occurimus, sed in nostra ignauia torpemus. Consideremus Dei celeritatē, & nostrā desidiā, Dei Solicitudinē & nostram negligētiam. Cur non festinamus, si Deus festinat? Quid respondebit nostra socordia Christi velocitati? Venit Deus in mundum, & dedit semetipsum pro peccatis nostris vt Pau. ait: nos iterū Gal. 1.
atque iterū vinculis nos ipsos astringimus: Et in desidia nostra permanemus. Acceleremus igitur quemadmodum accelerauerūt magi: & accinctis renibus, baculos manu teneamus, vt Deus in exo. Præcipiebat: comedamus festinantes, & vt Pau. ait festinemus ingredi in illā requiem, vbi Dei visione in æternum fruemur. Exo. 12. b. Ad Heb. 4.

¶ Obserua secundo felicia nascentis principia, cui præstant obedientiā magi & sapientissimi rerū naturalium

¶ Quare Christo nato sapiẽtes ad illũ adorandũ venerunt.

liũ indagatores: tanquã ipsius naturæ principi & autori. Fuere hi principes optimatesq; viri, sed non poterat celebrari amplius res Euangelij, quam dicendo esse Magos ac sapientes. Præstat enim euangelico negotio fateri diuinam in Christo esse sapientiã, ac prudentiam, qua omnia regantur, cui omnes aliæ vel exteræ sapiẽtiæ ancillentur, & obsequantur. Medetur nũc Christus nascituro cuidã magno euãgelij periculo, quando sapientes sæculi, hoc solum opponant euangelio: quod multo absit à sapientia nullisq; rationibus ac demonstrationibus fulciatur. Voluit ergo Magos suos, sapientesque viros tam longo itinere petito adorare illum: vt intelligant venturi sapientes ex Ethnicismo sapientissimos suos viros rerumque naturalium acutissimos inspectatores euangelio obtemperasse. Intelligant etiam cessaturas gentium doctrinas, cum primum auditum fuerit verbũ Dei. Nihilq; amplius profeturas, à res cẽdamque aquam deficiendaque flumina, & attenuandos sicandosque riuos aggerum. Vt Esaias testatus est capit. 19.

Esai. 19.

Ecce magi ab oriente venerunt. Hactenus vidisti. c. superiori quam multa congruant cum prophetarum oraculis. Ex his progenitoribus, ex ea tribu & familia natus est Christus, vnde illum prophetia promisserat: congruit & hedomadarum supputatio, ad quam illum venturum prædixit Daniel. Conuenit & natiuitatis nouitas, qua natus est ex virgine, citra virilem operam. Conuenit & nomẽ. Promissus erat seruator, expectabatur seruator: Iesus seruatorem sonat. Quin & regionis & oppidi nomen respondet fidei prophetarum. Natus est enim haud procul ab Hierosolyma, in oppidulo, cui nomen Bethlehem, idque in regione Iudeæ. Nam est & in Galilæa oppidum huic cognomine nempe in tribu Zabulon. Natus est autem eo tempore, quo regnũ apud Iudæos obtinebant Herodes natione Idumæus, non iudæus: ne cui dubium esset iam adesse tempus quando nasciturus esset Messias: quod hoc multis ante seculis futurũ prædixerat Iacob patriarcha: non auferetur sceptrũ de Iuda, & dux de fœmore eius, donec venerit ille qui mittendus est. Nimirum hic est ille sanctus sanctorum, ad cuius exortũ cessare debuit omnis vnctio iudæorũ. Nunc quam miris consilijs paulatim innotuerit orbi docet in hoc capite euangelista. Cum natus (inquit) esset Iesus in Bethlehem iudeæ, ecce magi ab oriente venerunt. Voluit enim omnibus esse perspicuus: qui venerat seruandis omnibus: vt & bonis innotesceret ad salutem, & impijs adimeret omnem excusationem ignorantiæ. Iudæis præcipue fuerat promissus: ex horum genere natus est: his primum prædicatus est ab angelis canentibus: gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: pastores angelica voce docti de nato puero, fidei primitias obtulerunt, ad natalitium infantuli præsepe. Secreto spiritus afflatu agnitus est ab Elisabeth, à Simeone, & Anna prophetissa. At primum quidem pauperibus & humilibus semet aperuit, in quibus sciebat esse pronam credulitatem. Nec enim facile suscepturi erant humilem superbi, pauperem opulenti, modestum feroces, cœlestem, huius mũdi cupiditatib9 obnoxij. Quoniã autem non iudæis tantum sed & gẽtibus, imo cunctis mũdi nationib9 pro

Gen. 49.

Luc. 2.

¶ Quare Christo primum humilib9 se aperuit

promissus erat, in ipso statim exordio voluit & his innotescere: quod declararet simul & illis oblatam esse salutē, & horum exemplo & Iudæos & nos posteros ad æmulationē deuotionis, credulitatis, cōstantiæ, ac oblationis extimularet de quibus sigillatim accipe.

Magorū deuotio

¶ Primum istorum sapientium deuotionem ac religionem considera. Qua commoti patriam, parētes, cognatos, amicos, regna cæteraq; mundi bona libenter reliquerunt, & nec longo itinere deterriti, nec pericula curantes, nec labori parcentes, Hierosolymā se se præuia stella conferunt: desiderio videndi Regem natum: sciētes, quod beati futuri essent oculi, qui, illum viderent. Quorum exemplo commonemur fideles, quanta reprehensione & correptione digna sit socordia, inertia & pigritia nostra, in quærendo faciem domini: quanta animaduersione digna segnities illorum, qui, ne nimium laborem subeant, domū Dei, qua infantulus iste inuenitur, adire nolunt. Nos miseros qui non Magos sed Herodem, secordem, pigrum, ac segnem in quærendo cum magis dominum, imitamur. Quærite ergo dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum propè est, ait nobis quidam vates. Hoc est, dum estis in corpore, dum habetis tempus pœnitentiæ. quærite eum in domo panis, hoc est, in ecclesia: quærite eum vbi volueritis, nam vbiq; est, quærite mente, & toto corde exēplo Magorum, si eū vultis inuenire. In libro sapientiæ ita ait scriptura: in simplicitate cordis quærite dn̄um, quia inuenitur ab his, qui non tentant illum, apparet autem eis, qui fidem habent in illum. Et libro secundo Paralipomenon: si quæsieritis (inquit) eum, inuenietis: si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. Et in psalmo, quærite dominum, & viuet anima vestra. Est autem Deus toto animo quærendus, quem admodū quæsitus est à sapientibus istis, sicut etiam ipse ait apud Hieremiam: cum quæsieritis me in toto corde vestro, inueniar à vobis. Hinc colligitur ideò nos Deum nō inuenire, aut quia pigritia ac desidia laboramus: aut quia non toto animo quærimus: si enim ita eum quæreremus, nihil esset impedimēto, nihil obstaculo, quo minus eum quæreremus: non labor itineris, non metus, non pericula, non amor patriæ aut parentum: omnia libenter relinqueremus vt Deum inueniremus. Quærite ergo dominum & confirmamini quærite faciē eius semper. Omni studio atq; animi feruore contendite placere illi, gratamq; præstare seruitutem, & confortentur corda vestra in eo: bonum facientes ne deficite, ne flaccescite, sed viriliter agite, & confortentur corda vestra, in fiducia omnipotentis Dei: quærite semper faciem eius, nunquam ab eo auertite oculos, sed coram eo semper ambulate, ei semper spiritu præsentes vos exibere contendite, tametsi corpore absentes, vt placeatis in oculis eius: quicquid agitis, semper in nomine eius facite, tanquam ipso inspectore, teste, & iudice: quod si isto modo exēplo Magorum Deum quæsieritis maximo gaudio perfundemini dicente eodem vate lætentur inte omnes qui quærunt te.

Mat. 13. c.

Pigritia nostra reprehenditur.

Esai. 55.

Sapientiæ 1. a.

2. par. 15

Psa. 68.

Ier. 29.

Psa. 104. a

Psa. 69. b

Hierosolymam. Hierosolymam veniunt: siue quod illic agebant scribæ & pharisæi, in lege ac prophetis eruditissimi: siue quod intellexerant regem eum haud procul ab hierosolymis nasciturum. Iam enim certi natū esse, tantum sciscitantur, quis nā esset

locus

locus tam inclyto partu felix. Existimabant enim tanti principis natiuitatem non posse latere apud eos, qui nasciturum tot seculis expectauerant, præsertim cum nō solum apud illos, verum etiam ex illis natus esset. At nusquam serius ac difficilius innotescit Christus, quam in vrbibus opulētis, in aulis principum, & apud sapientiæ professione turgidos. Hierosolyma vrbs erat opulenta, & ibi non cognitus, sed occisus Christus tanquam impostor & Magus. vrbs quam olim Pharao habitabat opulenta erat & ibi tenebræ palpabiles erant: Bethlehem verò oppidulū erat & ibi orta est lux cœlestis. Innotuit hic Rex pastoribus ac his magis: & non innotuit Hærodi nec principibus domus suæ. Terra etiam Iesse vbi habitabant filij Iacob parui momenti videbatur, & tamen tenebræ operuerunt tempore Moysi vrbem Pharaonis, lux verò semper illis diebus videbatur in terra Iesse. Vt intelligas non tam turgidis quā humilibus, non tam sapientia huius mūdi præditis, quā simplicibus & ignaris, non tam Regibus, quā pauperibus, illuxisse prius lucem hāc cœlestem. placet enim Deo maxime humilitas, simplicitas ac paupertas. & ideo non mirū quod nō inueniretur in Hierosolyma, sed in Bethlehem.

In vrbib⁹ opulētis & in aulis principū difficulter inueniatur Christus. Exo. 10. Lu. 2. b. Exo. 10. g

¶ Deinde obserua. Magos & si ductos a Stella, nihilominus Hierosolymam venisse, vt sapientes consulerent: quorum exemplo docentur quotquot spiritualem ac cōtemplatiuam vitā profitentur, ne facilè inspirationibus & visionibus aut reuelationibus credāt: sed peritos ac doctos viros consulant: cum aliquando diabolus, vt eos decipiat, sese in Angelum lucis transferat.

Vi. Casia. in Euangelia libr. 1. cap. 14. 2. co. 11. e.

Cum natus esset Iesus &c. Ecce magi ab oriente venerunt Hierosolymā dicētes &c. Venimus enim cū muneribus adorare eum.

¶ Multa sese mihi in hoc loco offerūt consideratione digna, quæ operepræcium erit scribere. ¶ Primum considera quod circunciso Christo adsunt hi reges, vt illi aurum, thus, & myrrham offerant. quo intelligeremus hos suis affectibus, hoc est, nimia diuitiarum cupiditate, atq; demoniorum cultura, carnisq; concupiscentia spoliatos, in auro, thure, & myrrha, conuersationū itinere mutato, q per Herodem venerant, per angelum redeūtes. Vt hinc discas auri cupiditate spoliari, omni superstitione circuncidi, atque carnis illecebris ac voluptatibus carere.

D. Hiero To. 4. De vera circū cisione.

¶ Secundo obserua: vocatos fuisse hos magos ab oriente, vt adimpleretur quod dominus per Esaiā dixerat: ego sum qui voco ab oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ. quem admodum enim hodie dominus vocauerat auem ab oriēte, hoc est, filium suum tanquàm auem volātem ab oriente: ipse enim est verus oriens de quo Balaā vaticinatur: orietur stella ex Iacob & homo ex Israel: cuius nomen est oriens: & quemadmodum vocauit hodie de terra lōginqua, hoc est, de cœlesti patria virū voluntatis suæ. i. Christum, in quo illi complacitum est: & qui expleuit voluntatem suam: sic etiā aues has, hoc est, Magos, vocauit ab oriente, vt adorarent veram auem orientalem: & viros hos gentiles, de terra lōginqua: vt ei obsequerentur & obtemperarent.

Esai. 46. Vi. Hier Num. 24 c. Zach. 6. e Mat. 3. d.

¶ Tertio obserua: quo pacto nato Christo iam gentilitas incipit relinquere idola. Quod prædixerat Esaias cap. 19. his verbis: ecce dominus ascēdet super nubem leuem, & ingredietur AEgyptum, & mouebūtur simulacra

Esai. 19. D. Hieron. S. Tho. Glosa.

lacra AEgypti à facie eius. Ingressus est enim dominus hodie super nubẽ leuem, id est, corpus humanum, quod ex virgine assumpserat, nullo humanæ commixtionis semine prægrauatum, siue quod à nube leui portatus sit, id est, corpore virginali: & ad ingressum eius omnes dæmones contremuerunt, tuncq; prima idolorum ruina fuit, præsentiam domini ferre non sustinẽs. Cum natus esset (inquit euãgelista) Iesus ecce magi relictis idolis Bethlehem eum adoraturi venerunt. Atque hic erat clamor ille olim sponsi, quo, gentilitatem ab idolatria reuocabat præsertim post Magorum aduẽ-
Can. 2. c. tum: surge (inquit) propera amica mea, formosa mea & veni: quibus verbis eam hortatur, vt ab erroribus & idolatria surgat, & ad eum adorandũ veniat. Quod hodie impletum fuisse videmus. nam nato sponso ecce gentilitas ab oriẽte venit relictis erroribus, vt eum adoret, ac munera offerat. Gloriamq; natiuitatis eius annuntiet secũ-
Esai. 43. dum illud quod Esai. prædixerat: populum iustũ formaui in laudem meã
Glo. narrabit. Nimirum de populo gentiũ intelligens.

¶ Quarto obserua: iam modo in regibus his, á iugo diaboli à puero ablatis,
Esai. 7. adimpletum quoq; fuisse vaticinium illud Esaiæ. Antequam puer sciat vocare patrem, aut matrem suam, aufertur fortitudo Damasci, & spolia Sama-
Tertuli. riæ aduersus Regem Assyriorum. Quod exponens Tertulianus aduersus iudæos ait: hoc est mirabile signũ. Seruate modũ ætatis, & quærite sensum prædicationis: imo reddite veritati, quæ credere non vultis, & tã intelligitur prophetia renuntiata, quã creditur expuncta. Accepit Christus infans virtutem Damasci & spolia Samariæ. Maneant enim orientales illi magi infantiam Christi, vt regem auro, thure & myrrha remunerantes, & accepit infans virtutem Damasci sine prælio & armis. Nã præter quod omnibus notum est, orientis virtutẽ, id est, vires, auro & odoribus pollere solitã, certè est creatori, & ex diuinis scripturis virtutẽ quoque cæterarum gẽtium aurum cõstituere. Sicut per Za- Zach. 14
chariam dicit. Et Iudas prætẽdet Hie- c.
rusalem, & congregabit omnem valẽtiam populorum, per circuitum aurũ & argentum. Nam de hoc auri munere etiam Dauid dixit. Et dabitur illi Psa. 71. c.
de auro Arabiæ. Et iterũ: Reges Arabum & Saba munera adferent illi. Nã & Magos reges ferè habuit oriens, & Damascus Arabiæ retro deputabatur, antequã transcripta esset in Syrophœnicen ex distinctione Syriarũ, cuius tunc virtutem Christus accepit, accipiendo insignia eius, aurum scilicet & odores: spolia autem Samariæ, ipsos Magos: qui cum illum cognouissent, & muneribus honorassent, & genu posito adorassent, quasi dominum regem sub testimonio indicis & ducis stellæ spolia sunt facti Samariæ id est idolatriæ, credentes videlicet in Christo. Idolatriam enim Samariæ nomine notauit, vt ingnominiosæ ob idolatriam, quæ desciuerat tũc à Deo sub Rege Hieroboam. Nec hoc enim nouũ scripturis diuinis figuratè vti translatione hominum, ex comparatione criminum. Nam *archontas* Sodomorum, appellat archõtas vestros, & populum vestrum populum Gomorræ vocat: cum iam olim essent ci-
uitates istæ extinctæ. Sic & Babylon Babylon. Roma.
apud Ioannem nostrum Romanæ vrbis figurã portat, proinde & magnæ, & regno superbæ, & sanctorum debellatricis. Hoc itaque modo magos quoque Samaritanorum appellatione titula-

tulauit,& despoliatos quod habuerāt cum samaritis, vt diximus, idolatriā aduersus dominum. Aduersus regem autem Assiriorum aduersus diabolū quia adhoc se regnare putat, si sanctos à religione Dei deturbat. Hæc Tertulianus. lib. aduersus iudæos. Et lib. 3. aduersus marcionem. Vbi ad longum explicat totum illud Esaiæ vaticiniū ecce virgo concipiet &c.

Tertuli.

¶Quinto obserua in Bethlehem natum fuisse Christum, hoc est, in domo panis:& in Bethlehem venisse primū pastores & statim Magos, hoc est, iudæos & gentiles: cuius typum habes in libro Ruth.c.p. quo in loco narrat scriptura: Ruth gentilem adhesisse socrui suæ noemi: atque in Bethlehē venisse. Quocūq; (inquit Ruth socrui suæ) perrexeris pergā: & vbi morata fueris, ego pariter morabor: populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus. Sic ecclesia de gentibus vocata (cuius initia fuerunt reges isti) relicta patria. i. idolatria, omissa carnali conuersatione & desiderijs: venit cum noemi. i. Ecclesia de iudæis sumpta, in Bethlehem: & profitetur Deum suum esse in quem crediderūt sancti:& ituram quo caro Christi ascendit. & pro eius nomine in hoc seculo pati vsque ad mortem: & cū populo sanctorum & prophetarum, ac patriarcharum. Vnde Paulus ait: lætamini gentes cum plebe eius.

Ruth.c.1 Vi. glo. Figura.

Ro. 15.c

¶Ecce iam vides completum quod Esaias olim dicebat: apprehenderunt septem mulieres virum vnum dicentes: panem nostrū comedemus & vestimentis nostris cooperiemur, tantū modo inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobriū nostrum. Gentilitas ergo omnis in septem his mulieribus figurata, quæ venit adorare Christum, hæc illi ait: ecce gens illa, quam cum nullam haberet terrā, eduxisti de AEgypto,& destruens gentes septem in terra Chanaam, sorte distribuisti ei terram eorum: ecce qualem retribuit tibi retributionem, non te recipiens nō te adorans, non tibi munera offerens, te persequens & tandē te extra portam ciuitatis, in quā, modo ad te quærendū venimus, eiectura, vt cruci affigat. Saltem nunc qui non solum ab orientali, sed ab omni mundi plaga venimus, diuerte ad nos. Non quærimus vt des nobis regiones alienas pro mercede Euangelij tui, sicut illis pro mercede acceptæ legis, mercedem septem regionū dedisti, i. Chananæorum, Amorrhæorum, Gergezeorum, Iebusæorum, Ethæorum, Pherezeoru, & Euæorum. Sicut tunc propter eam septem gētes illas destruxisti, ita nimirum hactenus eiusdem quasi mulieris vnius amore contētus, nos septem mulieres, i. vniuersitatem gentium contempsisti. Merito quondam in propheta super illa fornicatrice conquerebaris, dicēs. Et hæc nesciuit quia ego dedi ei frumentum, & vinum & oleum & argentum multiplicaui & aurum quæ fecerūt Baal. Plus est quod nunc faciet quia videlicet fauens Herodi atque eius satellitibus te occidere quæret ne regnes, ne colaris & tandem te cruci affigiendo è mundo eijcere conabitur. Nos nil terrenū à te quærimus, imo ecce nos propter te relinquemus omnia: ecce modo primitias bonorum nostrorū hoc est auri thuris & mirrhæ tibi offerimus: tantumdem inuocetur nomen tuum super nos, aufert opprobrium nostrum, vt vltra non inuocetur super nos nomen dæmoniorum.

Esa. 4. Ruper. li. 1. apo. c. 1. Figura.

Osee. 2. b

¶Ecce similiter incipit impleri, quod Michæas cap. 4. prædixerat: Et erit in nouissimo dierum mons domus

Michæ. 4. a.

dni

domini præparatus in vertice montium,& sublimis erit super colles, & fluent ad eum populi,& ibunt gentes multæ & dicēt: venite ascendamus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob,& docebit nos vias suas, & ibimus in semitis eius,ecce gētes ab oriē-
Dan. 2. te venerunt ad montem illum de quo Daniel olim:lapis autem qui percusserat statuam,factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram. Super eum montem fundata est domus domini,ædificata Bethlehē, hoc est, domus panis,fundata est ecclesia. Psalmista vtrunq; præuidens, scilicet Christum esse montem,& ecclesiam domū
Psa. 67. Dei, cum præmisisset,rex virtutum dilecti dilecti,protinus ait: & speciei domus diuidere spolia: dū discernit cœlestis reges,super eam niue dealuabuntur in Selmon, mons Dei, mons pinguis,mons coagulatus. Alta namque,(inquit ruper.) & sublimis persona est,quippe qui Deus & homo est, rex & pontifex, Rex regum, & pontifex manens in æternum. Mons ergo est Christus præparatus in vertice mōtium,& sublimis super colles,quia Patriarchis & prophetis,regibus & sacerdotibus cunctis, & sanctis omnibus præexcellsior est,qui & super illam domum domini Reges & prophetas discernit & ordinat, quemadmodum & ipsi fatentur dicendo & de plenitudine eius nos omnes accepimus. Verè ergo præparatus super verticem mōtium & super omnes colles, dū sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tanto melior angelis effectus, quāto præ illis differentius nomen hereditauit: dicente domino filius meus es tu,ego hodie genuitte. Dicitur autē rex iste, quem quærunt gentes istæ.vt iā præmisimus rex virtutum dilecti dilecti, idest,rex virtutum suarum, qui singulariter est dilectus Dei patris dicētis: hic est filius meus dilectus,in quo mihi bene complacui,& rex diuidere, id est, ad diuidendum spolia, speciei domus,ad dandum dona hominibus de illa sede magestatis, quæ videlicet dona,sic rectè dici possūt spolia, sicut & illæ vestes Esau bonæ, quibus iuniorem filium suum Iacob,induit Rebecca. Nam secundum typum illum spoliati sunt,qui priores erant iudæi, cœlestibus donis, quæ collata sūt speciei domus domini, idest, pulchritudini ecclesiæ,de gentibus per diuinam gratiam Spiritus sancti, exquo, (sicut iā dictum est) præparatus in vertice mōtium, & iam sublimis factus est super omnes colles,sedendo ad dexteram patris. Iste mons domus domini, mons pinguis, mōs coagulatus,id est, Deus homo factus,homo in Deum assumptus,in quo omnes niue dealuabuntur, dum remissionem peccatorum accepimus,eo quod ipse sit omnimoda sanctitate candidus; quod per nomen ipsius montis Selmon,illic intelligitur. Ad istum ergo montem gloriosum veniunt omnes gentiles hi, de illo interrogant, & aiunt: vbi est qui natus est rex iudæorum: venimus enim cum muneribus adorare eum: venimus vt doceat nos vias suas, & tunc ibimus per semitas illius.

[Marginalia, left column: Ruper. in Michæi cap. 4. — Mōs christus in vertice montium. — Ioan. 1. — He. 1. — Psa. 2. — Rex virtutum dilecti dilecti.]
[Marginalia, right column: Mat. 3. & 17. — Gen. 27. — Psa. 67.]

Vbi est qui natus est Rex iudæorum. Quid quæso est quod regem quærant, & natum eum iacentem in præsepio inueniant? Quid est quod ingressurus Hierusalem clamantibus turbis Regis nomen,asinum insedit? Eo nimirum vt cæsari cunctisque regibus seculi,vt inquit Rupertus, satisfaceret, quod nullius eorum regnū cuperet, vel ambiret,nullosq; omnino seculi honores, quales erant Romanorum fastus magni penderet, nec arma ferferrea

[Marginalia: Quare Christo in præsepio iacenti magi ad illum adorandum venerunt. — Rup. 12. de victoria. v. Dei cap. 8.]

rea, vel signa bellica, vnquam attrecta re impenderet, sedebat enim non super phaleratum & spumantem equũ, sed super exiguũ ignobilemq; Asellum. Circa illum, non gladij, non secures, sed rami palmarum & oliuarũ frondes. Ramum oliuæ constabat gẽtilibus quoq; signum pacis esse. Hæc Rupertus. Eandem ob causam rex iste sic acclamatus à magis, in stabulo nascitur, in præsepio iacet, pannis humilibus inuoluitur, in terra pax hominibus, illo iam nato decantatur: vt accusationes Herodis, populique infidelis omnino infirmaret. Cum dicerent hunc inuenimus subuertentem gen-
Lu. 23. a. tem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari: & dicentem se Christum regem esse. Discant ergo reges humilitatem, discant occasiones peccandi à subditis suis tollere, pacem & trãquilitatem procurent.

Vult dominus docere mysteria sua homines per alios homines. Augustinus in plo. de doct. Christ.

¶ Obserua deinde quod semper voluit Deus homines docere per homines, quod multis exemplis ostendit. D. Augustinus in prologo de doctrina christiana. Cogitemus (inquit) & ipsum apostolum Paulum, licet diuina & cœlesti voce prostratum & instructum, ad hominem tamẽ missum esse vt sacramenta perciperet, & copularetur ecclesiæ: Et Centurionẽ Cornelium quamuis exauditas orationes eiusq; eleemosynas respectas, ei angelus nunciauerit, Petro tamen traditũ imbuendum, per quem nõ solum Sacramenta perciperet, sed etiam quid credendum, quid sperandum, quid diligendum esset, audiret. Et poterant quidem omnia per angelum fieri, sed abjecta esset humana conditio si per homines hominibus verbum suum Deus ministrare nolle videretur. Quomodo enim verum esset quod dictum est: templum enim Dei sanctum est, quod estis vos, si Deus de humano tẽ-
plo responsa non daret, & totũ quod 1. Io. 3. d
discendum hominibus tradi vellet de cœlo atque per Angelos personaret? Deinde ipsa charitas, quæ sibi inuicẽ homines nodo vnitatis astringit, non haberet aditum refundendorum, & quasi miscẽdorum sibimet animorũ, si homines per homines nihil scirent aut discerẽt. Et certè spadonẽ illum, qui Esaiam prophetam legens non in-
telligebat, neq; apostolus ad Angelũ Act. 8.
misit, nec per Angelum ei quod non intelligebat, expositum aut diuinitus in mente sine hominis ministerio reuelatum est, sed potius suggestione diuina missus est ad eum, seditq; cum eo Philippus, qui nouerat Esaiam prophetam, eique humanis verbis & lingua, quod in scriptura illa tectũ erat aperuit. Nõne cũ moyse Deus loque-
batur, & tamẽ cõsiliũ regẽdi atque ad Exo. 18.
ministrãdi tã magni populi à socero suo alienigena scilicet homine, & maxime prouidꝰ & minime superbꝰ accepit. Nouerat. n. ille vir ex quacuq; anima verum consilium processisset, nõ ei, sed illi, qui est veritas, in commutabili Deo tribuendum esse. Hæc Augustinus. Magos ergo instruxit dominus per homines & ideo veniunt Hierosolymam & interrogãt vbi est qui natus est rex iudæorum?

Vidimus stellam eius. Mitto impresentiarum varias diuersasq; sanctorũ sententias de hac stella indice natiuitatis Christi, quibusdam dicentibus fuisse angelum qui apparuit pastoribus, Nunc sub specie stellæ magis apparentem, quibusdam verò fuisse Spiritum sanctum, qui etiã in figura columbæ, postea super Christum baptizatum apparuit: quibusdam autem & rectius stellam fuisse tunc conditam ad hoc munus, quo per acto, in pristi nam

Augu. & Leonis & S. th. Opi. 3. p. q. 36

nam materiam euanuisse. Mitto inquam istorum opiniones, quibus verò de causis elegerit dñs stellam quæ reges ab oriente traheret modo dicam.

Quare per stellã duxit dominus Mages.

¶ Prima ergo causa fuit, vt eo signo, significaret dominus veracem se esse in promissis: promiserat enim olim Habrahæ dicens: in semine tuo, idest, ex Christo ex genere tuo nasituro, benedicentur omnes gentes terræ, Genes. 22. Promiserat item, generis tã tam multiplicationem, quanta est in cœlis stellarum multitudo: dinumera (inquit) si potest stellas: sic erit semẽ tuum. Quo in loco et promittit non solum naturam, sed gratiam, ne dum filios sed gloriosos filios, nedum multos sed etiã stellis similes. Quare hæc promissio, longè maior est quàm, Paulo ante præcedens: hæc enim ad solos electos pertinet, qui fidem habrahæ imitantur: quales fuerunt reges isti & quot quot ex gentibus ad fidem venerunt. Superior autem promissio vbi dicit: siquis potest & puluerem terræ numerare, numerabit & semẽ tuum: ad carnales pertinet, qui secũdum naturam tantum, non secundum fidem & promissionem filij Abrahæ sunt, quales sunt iudæi obstinati. Pulchrè autem carnales filij Abrahæ, pulueri terræ comparantur, tum quia tantũ terræ inhiant, terrænisque promissionibus: tũ quia sicut puluis leui vento hinc inde proijcitur: sic apud impios nihil stabile, nihil firmum: sed omnia vana, caduca, & ipsi & ea quæ ambiunt. Iusti autẽ & spirituales filij Abrahæ quales modo fuerunt magi, stellis cœli comparantur. Primo quia stabiles & firmi sunt, fixi non in terrà sed in cœlo: nec vllo vento ac tempestate deijciuntur: fundati enim sunt super firmam petram. Secundo stellis comparátur propter multitudinem. Sicut. n. nemo nostrum stellas dinumerare potest nisi solus Deus, qui solus multitudinem earum numerat, & omnibus ipsis nomina vocat: sic nemo nostrum nouit electorum numerum, nisi solus Deus. Tertio, propter differẽtiã, sicut. n. stella à stella differt in claritate: sic & pij, in gratia & in cognitione rerum diuinarum, alijsque donis. Quarto propter lucem. Pij enim lucent vt luminaria in firmamẽto cœli: vnde & à Christo dicuntur lux mundi, & iubentur lucere coram hominibus &c. Cum impij sint tenebrosi &c. Quinto, propter altitudinẽ, quod etiam nunc corpore in terra cõuersantes, animo tamen in cœlo versantur. De hac enim generatione dicebat pater filio suo apud Dauid: postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & post illũ dicebat Esaias: filij tui de longè venient &c. Ecce (inquit euangelista) magi ab oriente venerunt. Vt ergo dominus ostenderet Magos istos filios esse Abrahæ, non carne sed spiritu, non natura, sed fide, eosque annumerãdos inter stellas cœli, hoc est, electos: idcirco stellæ signo eos ad se trahit. Stellæ nãq; veræ fuerunt de quibus dici potest quod Baruch ait c. 3. Stellæ quoque dederũt lumẽ in custodijs suis: & lætatæ sunt & vocatæ sũt & dixerũt: adsumus. Ecce reges isti tãquã stellæ firmamẽti lumẽ fidei custodierũt in regnis suis ac alios illuminauerunt: ecce stellæ istæ, modo per stellam vocati sunt à domino, & dixerunt: ad sumus. Venerũt enim vsque ad locum vbi erat puer, & adorauerunt eum.

Gen. 22.

Cap. 15.

Homines carnales pulueri terræ cõparantur, iusti vero stellis.

Psa. 146.

1. co. 15.

Phil. 2.

Math. 5.

Psa. 2.

Esai. 60.

Vi. Aug. in ier. epi. pha. Rupertũ lib. 2. in Mathæ. qui etiã sunt in hac sententia.

Baruch. 3.

2. causa.

¶ Secunda verò causa huius rei adduci potest, maxime etiam rationi consentanea. Diuina enim sapientia (vt sapiens ait) disponit omnia suauiter. Sap. 8.

Indi-

Indidit enim singulis rebus propriam peculiaremq; naturam, ac propensionẽ, qua in fines suos suauiter trahantur. Trahit ergo homines rationis partici pes non vno modo, sed eo, in quem vnusquisq; magis propensus est. Hinc est quod Augustinũ dominus traxit per D. Ambrosij & sapiẽtiam, & vim dicendi, atque eloquentiam, quibus maxime deditus erat. Exemplo etiam Victorini Rectoris Max. D. Catharinam liberalibus artibus & studijs deditam, ad se vocauit: ostendens se esse pulcherrimum illum sponsum, quẽ ipsa habere affectarat. Simeoni, Annæq; prophetissæ, cœlestibus inspirationibus ac illuminationib9 assuetis, seipsum occultis Spiritus sancti illustrationibus ostẽdit. Magos verò istos siue philosophos astrologiæ peritos, per astrum recenter conditũ ad se perduxit: præterea cum hi essent primitiæ gentium, & doctores illarũ, æquũ erat vt per eos tanquã per stellas gen-

Dan. 12. tes illuminaret: qui enim ad iustitiã erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Stellas ergo istas, per stellam, ad veram stellam Iacob, adduci oportebat.

3. causa. ¶ Tertia tandem causa fuit vt. l. ex ipsis astris admonerentur sapientes isti, in mũdum iam venisse verum astrũ, veram stellã promissam hominibus, quæ illos erat illuminatura, adq; ad domum cœlestem vsq; perductura. Venisse inquam, stellam illam quæ de

Apo. vl. se loquens in Apo. ait. Ego Iesus stella splendida & matutina. vnde idcirco stella ista Magorũ antecedebat eos, vsq; dum veniens staret supra vbi erat puer. Quasi hoc facto, dicere his sapiẽ

Maxim9. tibus stella videretur (vt maxim9 ait) ecce iste est, ad quem adorandum vos induxi, & conduxi: quasi etiam diceret: ecce ista est stella ex Iacob, quam iã diu expectabatis, quæ vos per aliã viam excellentiorem in patriam cœlestem perducet.

Venimus cum muneribus adorare eum. Gentiles erant & ad Deum placandũ muneribus veniebant. Cuius rei ima Gen. 25.

ginem gessit Abigail qui cum mune Figura.

ribus venit ad Dauid, illumq; adorando ac munera offerendo placauit. Planè secundum hanc sapientis formam mulieris, sibimet ecclesia de his gentilibus sumpta sapienter prouidit. Iratus erat dominus in insipientem & ebrium nabal, hoc est, mundum, accinctus erat gladio suo, ad faciendam Ps. 149. b

vindictam in nationibus, & increpationes in populis: occurrit prudens gentilitas cum muneribus, hoc est, cũ misericordiæ operibus, eum adorat, ad pedesq; eius procidit: & placatus est dominus. Placatur donis Iupiter ipse datis. Istorum ergo regum exem- Rup. li 12

plo, admonentur reges huius seculi, re. ca. 13.

domum Dei muneribus honorare, diuinumq; cultum curare. De qua re lege doctorem sanctum. Opusculo. 20. D. Thō.

lib. 2. de regimine principum cap. vltimo.

Audiens autem rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Quid non timet tyrannidis scelus, quid non rei cõscientia?

¶ Cæterum obserua: turbato rege sta- Respublica, principem imitatur.

tim fuit tota ciuitas turbata. Vis cognoscere reipublicæ statũ intuere principem, contẽplare caput. Si princeps iustitiam & veritatem coluerit videbis subditos legibus obedientes: contra verò deprauato principe Turpi voluptate, & effrænata dominandi cupiditate corrupto, videbis populum ab omnibus virtutibus destitutum, & indomitis appetitibus inflãmatum. Nam vt in pisce corrupto capite, totũ Similitudo.

corpus corrumpitur, sic in republica,

depra

deprauato principe, alij in prauitate versantur. Qui videre vult sit ne piscis contaminatus, aspicit caput: hoc enim est quod prius corrũpitur, hinc est, quod merito Esaias comparat rem publicam cum pisce cuius caput: princeps est, corpus autem populus: Et significare volens Hierosolymæ corruptelam ait, principes tui putridi & fœtidi. Sic enim verti potest ex Hebræo vbi nostra versio habet principes tui in fideles.

Esa. 1. f.

¶ Deinde considera, quod tanta erat impiorum multitudo in Hierusalem atque tam pauci, qui Christum expectabant vt Simeõ & Anna, vt omnis, in hoc loco, Hierosolyma turbari dicatur. Omnis enim in sacra scriptura pro maiori parte hominum vsurpatur. Quo loquendi modo vsus est Ezechie. cap. 3. Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde. Sic psal. 11. Saluum me fac domine, quoniam defecit sanctus. Paulus etiã ait ad Phili. omnes, quæ sua sunt quærunt. Vt hinc discas quã pauci sint electi, & contremiscas. Tam pauci enim sunt vt omnes homines iniqui dicantur. Quoniam enim incomparatione malorũ, adeo pauci, boni sunt, vt nulli esse videantur: ideo scriptura, totũ vna comprehensione populum reprehendere solet: quamuis in eo nonnulli sint boni. De qua re Augustinus li. de vnitate ecclesiæ cap. 12. legendus est.

Omnis, in scriptura pro maiori parte solet accipi.
Ezech. 3.
Psa. 11.
Phili. 2. c.
Augustinus. de vnitate ecclesiæ c. 12

Turbatus est rex. Discant hic primũ reges, ac mundi principes, discant qui in honoribus ac dignitatibus mundi huius sunt constituti, maiori timori subiectos esse quàm cæteri. Quemadmodum enim cacumina arborum, in sublimi loco positarum, vel leui aura flante, hac atq; illac mouentur: sic homines in sublimitate constituti, quocunq; metu, aut timoris aura, commouentur, turbantur, ac concutiuntur.

Quanto quis in maiori dignitate est positus, tanto magis timere solet, simile.

¶ Deinde cõsidera: quod turbatur Herodes, metuens, ne quãdo regno quod occupauerat, alienigena deturbaretur, si tantus princeps è iudæorũ stirpe extitisset. Siquidem Herodes nihil aliud, quam terrenum regnum somniabat: Ignarus Christum aliud regni genus inuehere, quod ad vniuersos homines pertineret. Non erat quare turbaretur ipse, nec principes & sapientes, qui eum in Bethlehem nasciturum planè dixerunt. Nam regnum huius pueri pacis & nõ belli erat. Nõne (inquit rupertus) per prophetam eundem dixerat Spiritus sanctus, regis huius ortum, nihil Herodi, imò nihil cuiquam mortaliũ esse nociturum? Nempe antequam locũ expressisset natiuitatis eius, prædicere curauit & miram innocẽtiam regni eius. Dixerat enim: & in nouissimo dierũ erit mons domus domini præparatus in vertice montium, & sublimis super colles, & fluent ad eum populi, & properabunt gentes multæ. Et cõcident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones. non sumet gens aduersus gentem gladium, & nõ discent vltra belligerare &c. Ergo cæci cæco male ducatum prebebant, ióq; ambo in foueam ceciderunt, dum sciscitaretur Herodes vbi Christus nasceretur, nesciens sciscitari qualę foret regnum eius, & illi ostendentes locũ natiuitatis, non viderent in eadem scriptura pacem & innocentiam regni eius. Quid enim verius eo quod dĩcit: non sumet gens aduersus gentem gladium, & non discent vltra belligerare? Gens quippe regis huius, gens conuersa ad regem istum, gens tota paruulorum est, nequaquam sumptura gladium, aut belligeratura contra Hero-

Regnum Christi, regnũ erat pacis & non belli.
Rupert.
Mich. 4.

Herodis vel Romani Imperij gentem, sed gente aduersa feriente se gladio, semper & in ipsa morte prædicatura pacem. Quomodo paruuli quos continuo tu ô funeste Herodes occidisti, non se defenderunt, non te repercusserunt, sic vniuersa Regis huius gens, dum occidetur gladium non leuabit, non contra gentem homicidam tui similem belligerabit. Nec verò contrarium huic est, id quod subinde Regis huius ciuitati Sion, consolator spiritus per eundem prophetam dicit. Surge & tritura filia Sion, quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas & comminuam populos multos, & interficies domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum domino vniuersæ terræ. Longè aliud cornu, & interfectio dissimilis. Cornu istud non contra homines, sed contra diabolum erigitur. Interfectio hæc, non hominum, sed vitiorum est. Cornu istud, de cœlo datum est, dicente militibus suis Rege isto. Vos autem sedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto. Interfectio hæc est, de qua Petro dictum est. Surge Petre, occide, & manduca. Igitur ô Herodes latro, filiorum tuorum occisor, illic trepidasti timore, vbi non erat timor. Non ergo Rex impie Turberis, nô vos reges Herodis successores, conturbet aduentus huius Regis. Audite eius antesignanum, præcursorem, ac præconem quid dicat: agite penitentiã, appropinquabit enim regnum cœlorum. Ecce enim qualis magister militum, qualis signifer Regis huius, qualis primæ legionis primicerius, pilis camelorum vestitus, & Zona pellicea præcinctus. Non dicit, arma corripite, appropinquabit enim regnum iudæorum: sed pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Nô dicit filij regum, & patriarcharum, demonstro vobis animosa sumere bella: sed dicit, progenies viperarum; quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Non dicit, nolite Cæsari censum dare, sed dicit, facite fructus dignos penitentiæ. Non dicit, iam iugum Imperatorum contritum est: sed dicit, iam enim securis ad radices arborum posita est. Non dicit: oliueta iudaica seruabuntur, & Romana Pomeria succidentur. sed, absque distinctione hortorum aut nemorum. Omnis, inquit, arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittitetur. Hæc Rupertus.

Turbatus est Rex. Puto quod non tantũ Herodes à semet ipso turbabatur, quantum diabolus in Herode. Herodes enim timebat, quod suspicabatur: diabolus autem timebat, quod verè sciebatis Herodes hominem æstimabat, diabolus deum. audierat enim iam angelos in aera clamantes, gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ideo quanto magis testes addebantur pro Christo, tanto magis destructionem potestatis suæ diabolus timebat. Vnusquisque ergo eorum zelo proprio turbabatur, & secundum suam naturam, sui regni successorem timebat. Herodes terrenum, diabolus autem cœlestem. Nam neque Herodes terreretur, si cœlestem regem nasci suspicatus fuisset, neque diabolus si terrenum. Vis scire, quia non tantum ipse turbabatur,

Marginalia (left): Respôdetur obiectioni. — Mich. 4. — Lu. 24. g. — Acto. 10. — Math. 3. a — Ibidem.

Marginalia (right): Ibidem. b. — Ibidem. — Ibidem. c. — Ibidem. c. — Ruper. in volum. 4. Euang. li. 1. c. 19. & 11. — Chriso. Non tam turbatur Herodes, quàm diabolus in Herode. — Luc. 2. 2.

batur, quantum diabolus in eo? Ecce & iudaicus populus turbabatur: qui magis de auditu isto gaudere Debuerat; quia rex Iudæus surgere dicebatur, designatus à Deo. Sed turbabantur, quia de aduentu iusti non poterant iniqui gaudere. Chriso. in Mat. hom. 2. in imperfecto.

Chrys. in Math ho. 2. in impf.

Rupertus ¶ Sed dicet aliquis. (ait Rupertus) si pater eius diabolus turbatur, mortem que pueri desiderabat, cur non statim puerum prodebat? Cur eum à magis illudi permittebat? Nunquid nesciebat? Nunquit spiritus ille, non contẽtus carne, percipere non poterat natũ esse hunc regem, nisi venissent homines de lõge, & fecissent Herodi, & omni Hierosolymæ turbationẽ siue metum, dicẽdo, Vbi est qui natus est rex iudæorum? Ad hæc (inquam) planè sciebat, sed non sinebat eũ loqui, puer ipse qui natus erat. Hoc aliũde facile potest probari. Exibant (inquit euangelista) dæmonia à multis, clamantia, & dicentia: quia tu es filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Et rectè nõ sinebat ea loqui, quia profectò pro malo loquebantur, scilicet, vt inuidiã facerent illi. Igitur & tunc natum illum esse diabolus sciebat, & filium suũ Herodem hoc scire desiderabat, sed natus infans eum loqui non sinebat. Nã nisi prohiberetur, eodẽ modo quo alibi dicit. Scio, quia sis sanctus Dei, scilicet, per energuminum dicere potuisset illi dolenti, quod esset illusus à magis, scio vbi sit sanctus Dei, siue scio vbi sit rex ille quem quæris. Ruper. libr. 12. de vict. ver. Dei cap. 3.

Quare diabolus si tur babatur, nõ statim puerũ lesum prodijt

Luc. 4.

Luc. 4. f.

Rup. li. 12 de victoria verbi Dei c. 3.

Congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi sciscitabatur ab eis &c.

Mali consultores rẽ omnẽ euertere solẽt.

Rem omnem mali consultores aliquando euertunt, malasque turbas sub malo consilio mouent. Si scribæ istæ rem omnem Christi, hoc est regni morem, naturam, ac leges, Christique mansuetudinem, vti scriptis didicerant ipsi Herodi exponerent, & ipsis & Herodi consultius ageretur.

¶ Deinde hinc disces, quam longè discentiendum est ab eis, qui discernendis conscientiæ casibus (sic enim vocant) relictis doctissimis philosophis ac theologis, nescio quos homines consulunt, qui visionem cordis sui loquuntur non de ore domini. Herodes in hoc loco peritissimos theologos consuluit. At verò in rebus, quæ ad mores pertinent, non doctissimorum virorũ modo, sed virorum quoque optimorum, nulla etiam causa reddita, valebit autoritas. Nãquod Aristot. doctè, vt omnia ferè, tradidit, quemadmodum de saporibus palatum sanum rectè iudicat, infectum non item: sic vir bonus & iustus, bonum à malo, rectumque à prauo ægregie discernit. Contrà autem, omnis affectus animi perturbati tollit iudicium veri, idque adulterat. Adeò illud verum est, qualis vnus quisque est, tale etiam iudicium profert. Atque ipse idem Aristot. planè testatur, non minus eorũ qui sunt experti, & seniorum, prudentiumque sententijs, quam ipsis demonstrationibus adhiberi animum oportere. Tanquam per oculum enim ait, per experientiam habentes principia ipsarum rerum agendarum, cernũt: & ab ijs perinde atque à natura acti, rectè discernunt. Quam ob rem rectè ac prudenter Innocentius in 20. d. c. de quibus. morum iudicio sanctorum exempla nos sequi voluit. Grauissimè quoque plato in timæo: fieri inquit: non potest, vt deorum filijs fides

In iudicis fidei & cõscientiæ doctissimi cõsulẽdi sũt: in rebus q̃ ad prudentiã pertinent, nõ solum scientes, sed viri optimi.

Aristo.

6. Ethico.

non habeatur, etiam si absque probabilibus & necessarijs dicant demõstrationibus. Et ecclesiasticus: cor ait, boni consilij statue tecum, anima enim viri sancti enũtiat aliquando vera, melius quàm septem circunspectores sedentes in excelso ad speculandum. Iuditia ergo dogmatis & conscientiæ, à doctissimis petenda sunt exẽplo Herodis, iudicia verò prudentiæ non solum ab illis, sed etiam à viris probis. Hæc enim mutatis rebus mutantur: illa verò non item: quare illa, scientia indigent: hæc autẽ experientia & discretione, multaq; perfectione, atque exercitatione virtutum, qualem habent viri perfecti & sancti.

Eccl. 37.

¶ Quanta sciẽtia pollere debeant episcopi, & sacerdotes.

¶ Tertio disces ex hoc loco, quanta scientia pollere debeant episcopi & sacerdotes. Ecce Herodes congregat omnes principes sacerdotum, & legis peritos populi, vt sciscitetur ab eis veritatem. Sacerdotes igitur, & maximè episcopi, qui principes sunt illorum, adeò debent esse literari, vt parati sint semper ad satisfationem, omni poscẽti illos rationẽ, de ea fide & spe quæ in illis est, vt Petrus ait. Vnde in veteri testamento inter cætera ornamenta pontifex rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur doctrina & veritas: quia in pectore pontificis, manifesta debet esse cognitio veritatis. Hinc etiam vectes quibus arca portabatur, iugiter annulis erant insertæ: vt cum arca esset portanda, nulla esset vel fieret mora de intromittendis vectibus, quia prædicatores per quos ecclesia circũfertur, sacris literis semper debent insistere: Nec tunc quærant discere, cũ ex officio alios debeãt docere. Hinc etiã dñs, prius posuit verba sua in ore prophetæ, & postea constituit eũ super gentes & regna dicens ad Hieremiã: ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te super gẽtes, & regna. Hinc etiã Malachias: labia sacerdotũ custodiunt scientiam, & legem exquirũt de ore eius, quia angelus dñi exercituũ est. Hinc etiam. b. Pau. scribens ad Timoth. ait: attende lectioni, & exhortationi, & doctrinæ. & dñs prius discipulis aperuit sensum vt intelligerent scripturas, quam diceret eis: eunte in mundum vniuersum prædicate. Non ergo sat est prælatis morum honestas, nisi addatur doctrina. Vnde sacerdotes ingressuri templum tabernaculi, prius lauabãtur in labro æneo, quod fecerat Moyses ex mulierũ speculis. Hinc etiam in canti. Oculi, per quos prælati designantur, assimilantur columbis, quæ resident iuxta fluẽta plenissima.

1. pe. 3.

Exo. 25. b.

Figura.

Hier. 1. b.

Mala. 2. b

1. Tim. 4.

Lu. 24. g

Ma. 16. d

Exo. 38. a

Can. 5.

¶ Quarto disces: quod ab Herode & ab istis sacerdotibus tanquàm ab iniquis possessoribus accipere debemus vasa non lutea, sed aurea, & argentea. Vnde Anastasius. 2. docet. D. 19. c. secũdum ecclesiasticum: nõ personam sed doctrinam esse respiciendam, non ministros, sed virtutem diuinam in sacramento contentam. Nam si visibilis solis istius radij, cum per loca fœtidissima transeunt, nulla contactus inquinatione maculantur: multo magis ipsius, qui istum visibilem facit, virtus: nulla ministri indignitate constringitur. Nam & Iudas cum fuerit sacrilegus & fur, quidquid egit inter apostolos pro dignitate comissa sibi beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta senserunt. declarante hoc ipsum domino manifestissima voce: scribæ, inquit, & pharisæi, super cathedram Moysi sederũt: quæcunque dicũt facite: quæ autem faciunt nolite facere: dicunt enim & non faciunt.

A sacerdotibus iniquis susceperc debemus, tanquã ab iniquis possessoribus doctrinã & sacramenta.

Similitudo.

Infra. cap. 23.

Et congregans omnes principes sacerdotum, & scribas populi, sciscitabatur ab eis,

vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt in Betlehem iudæ. Sic enim scriptū est per prophetam. Et tu Beth-lehem terra iuda. &c. Itaq; rex Herodes liuore & ira cœcus, cū totus arderet in exitiū nati pueri, tamen impiæ crudelitati pietatis speciem prætexuit. Accersit ad se ex ordine sacerdotum cunctos primores, ac scribas populi iudaici, quorū hæc erat peculiaris professio, vt si quid exoriretur rerum nouarum, è prophetarum oraculis, èq; diuinis libris responsa darent, quod harum exactam scientiam profiterentur: videlicet vt & numerus & autoritas ad fidem conduceret. Ab his igitur conuocatis atq; sacras scripturas voluētib⁹ rex hoc magis impius, quod pietatem mentiretur, respōsum accepit nasciturū Christū in Bethlehē iudæ. Atq; hæc respōderūt tūc sacerdotes & scribæ, qui post, tot miraculis corruscātē, & omnibus benefacientē, curarunt occidendū.

Gentibus iudæi deseruiunt seruantes scripturas de Christo loquētes.

¶ Iam hic mecum primùm considera, quo pacto gentibus Christum adorare venientibus, iudæi deseruiūt, seruantes scripturas sacras, ac eas voluentes, & tandem ex illis docētes locum, quo nasciturus erat Christus, quem ipsi præstolabantur. Hoc non sine magno diuinæ sapientiæ consilio factum est, & vsque in hanc diem fit: vt ecclesiæ fides firma, certa, ac sine aliqua falsitatis suspitione permaneat.

D. Augustinus. fe. 4. p. 2. do. Quadragesimæ. sermone. 2. Figura. Gen. 25.

Cuius rei typum habes in conceptu Rebeccæ: vt explicat Augustinus. Quod beatus (inquit) Isaac typum habuerit saluatoris, pœnè nulli habetur incognitum. Isaac ergo Christum dominum, beata autem Rebecca ecclesiam figurauit. Quæ, cū multo tempore ad exemplum ipsius ecclesiæ, sterilis permaneret, beato Isaac orante & domino donante concepit, sed collidebantur paruuli in vtero eius. Cui dominus dixit duo populi de ventre tuo diuidentur, & maior seruiet minori. Concepit ergo corporaliter de beato Isaac Rebecca, quia conceptura erat spiritualiter de Christo ecclesia. Sed sicut duo paruuli in vtero Rebeccæ collidebātur, sic in vtero ecclesiæ duo sibi populi iugiter aduersantur. Si enim aut soli mali aut soli boni essent, vnus populus esset: quia verò in ecclesia & boni inueniuntur & mali, tanquam in ventre spiritualis Rebeccæ duo populi colliduntur, humiles scilicet & superbi, casti & adulteri, mansueti & iracundi, benigni & inuidi, misericordes & cupidi. Quo modo verò populus maior seruiat minori, hoc qui diligenter attendit, in Christianis vel in iudæis agnoscit. Hoc ergo ordine maior popul⁹ minori seruire cognoscitur, dū per illorum libros ad credēdū in chr̄o gentiū populus inuitatur. hæc ex augustino. Iā hic in prōptu habes exemplū, conueniunt principes iudæorum, conueniunt legis periti, qui sacrarum literarum peritiam profitebantur: & ex scripturis docent nasciturum Christū in Bethlehem, ac gubernaturum Israelem. Docent iudæi, & credunt gentiles.

¶ Hoc idem sepè apud nos accidere experimur, docent secreta cœlestia præsules, docent concionatores populum: at populus seruat legem ab eis prædicatam: illi verò, peccatis quā plurimis manēt illaqueati & irretiti. Tūc maior seruit minori.

Iudæorū malitia cōsiderāda.

¶ Secundo considera istorum Iudæorum malitiam: truncatam & mancham vaticinationem impio Herodi allegantes. Si enim (vt superius diximus) quæ Paulo ante præmisserat propheta Michæas retulissent ei, regnum Christi spiritua

rituale ac pacificum futurum intellexisset: aut si quæ statim addidit propheta, addidissent: minime terreretur aut turbaretur. Addit enim propheta: & egressus eius à diebus æternitatis. Si enim illi explicuissent, Dei filiũ futurum esse regem illorum, forsitan Herodes credidisset, illumq; veneraretur. Sed perfidi legis periti hoc tacuerunt, ac nolētes filium Dei habere regem, vbi Christus nasceretur, solum Herodi produnt, atq; de vnius infantis nece, vtrorumq; voluntas astringitur. Vnde factum est (inquit Augustinus) vt hi dum infantem Christũ noluerunt agnoscere, filios suos pro illo compulsi sint amittere: quos quidē occidit mortiq; propinauit Herodes istorum amicus. Imo non solum eorũ filios, sed (vt autor est Iosephus) omnes istos primores iudæorum, à quibus sciscitatus est vbi Christus nasceretur, statim quod ipse animam exhalaret, á sorore sua occidendos statuit: vt de morte sua populus iudæorum minime lætaretur, sed potius tunc temporis, fleret, contristaretur, ac maximo mærore cōficeretur. Meritas sanè pœnas dederunt homines isti, nolētes agnoscere oculis, quem de sacris iudicabant libris, vt quem non adorabāt in infantiæ infirmitate humilem, postea crucifigerent in virtutum sublimitate fulgentē. Quæ ista iudæi tam imperita in vobis scientia est (inquit leo) tā indocta doctrina? Interrogati vbi Christus nasceretur, veraciter & memoriter dicitis quod legistis: in Bethlehem iudæ. Sic enim scriptũ est &c. Hunc principem natum, & pastoribus angeli, & vobis annuntiauere pastores, hunc principem natum, lōgin quæ orientalium gentium nationes in insolito noui sideris splendore didicerunt. Et ne de loco æditi regis ambigerēt, vestra eruditio prodidit quod stella non docuit. Cur vobis viā, quā alijs aperitis obstruitis? Cur in vla infidelitate residet dubiũ, qđ ex vestra sit responsione manifestum? Locum natiuitatis de scripturarum testimonio demonstratis, præsentiam temporis de cœli & terræ attestatione cognoscitis, & tamen vbi ad persequēdum animus Herodis exarsit, ibi ad non credendũ vester sensus obduruit. Hæc ille.

D. Augu. in oratione contra iudæos & Arrianos, cap. 10.

Libr. 16. de antiq. c. vltimo.

Ser. 1. de epipha.

¶ Iam inter nos sunt, qui istorum exēplum sequuntur: hæretici videlicet qui truncata ac mancha scripturarum testimonia afferre solent: quibus suos errores tueantur, ac defendant: præcedentia ac sequentia dissimulātes, quæ, si allegarent, minime in sua sententia persisterent. Sed excæcauit eos malitia eorum, vt videntes non videant & audientes non intelligant. ¶ Iam similiter sunt catholici doctores, ac cōcionatores nonnulli, (ne dicam multi) qui alios docent, seipsos non docent. Cur ergo qui te aliorum iactas posse tenebras illuminare: & stultos docere: te ipsum non doces? Medice cura teipsum. Cur pœnnas nido maiores extēdis? Et dum festucam ex alieno oculo vis eijcere, trabem quæ mentem tuam obnubilat, non consideras. Cur non te intra tuam pelliculam contines? Simulans leoninam generositatem: cum vel asini stultitiam non imiteris. is cognouit præsepe domini sui, tu, autem, aut Deum non cognoscis, aut illi parere ac obtemperare recusas. Alios doces, doce & teipsum. Charitas enim ita non quærit quæ sua sunt, vt tamen si ordinata sit, á seipsa semper incipiat. Ne quæso sis veluti æs perpetuo tinniens, teipsum cōsumens. Sed de hoc aliás diximus satis superque.

Hæretici in allegatione scripturarum imitantur scribas istos.

Sapien. 2. Luc. 8. b.

In prauos doctores ac concionatores. Rom. 2.

Lucæ. 4. d Lucæ. 6. f

Esa. c. 1. a.

1. co. 13. b

¶ Tertio perpende: quod iure optimo Herodes ad veritatem inquirendam concilium congregat. nam, vt ex cap. prudentiam de officio deleg ati, & ex cap. extra conscientiam. 64. distinctione, habemus: Integrum est multorum iudicium, salus vbi multa cõsilia. quemadmodum enim licet summus pontifex potestatem habeat diffiniendi ea, quæ sunt fidei, concilium tamen congregare solet vt veritatem inquirat, & vt inquisita suauius a populo Dei suscipiatur: ita etiam arduis negotijs rectores tam temporales, quam ecclesiastici, debent habere consultores, ne quosuis. Quia & si omnia cũ consilio, non cum consilio omnium. D. Bernar. in episto. 18. quod si scire quis vellit, quales debeant esse regum & magnatum consultores, scilicet, iuris periti, senes, amici, non auari, neque quæ sua sunt quærentes. Libro. 5. titulo. 9. parti. 2. & libr. 2. ordina. titu. 3. in prologo.

¶ Omnia cum consilio maturo agéda.

Qu les de bent esse con ulto res.

D. Bern. epist. 18.

¶ Tandem ex hoc loco discant concionatores, & doctores catholici, non ex suo capite populo Dei euágelium explicare, & dogmata fidei proponere: sed quicquid proposuerint credédum, aut testimonio sacrarum scripturarum, aut definitionibus conciliorum, aut traditionibus patrum, aut dictis sanctorum confirmare contendant. Perdiscant regum potentiá non timere: sed veritatem, & si illis odium pariat, annuntiare. Quemadmodum in hoc loco, principes sacerdotum atque legis periti fecerunt. sic enim interrogati ab Herode responderunt: in Bethlehem iudæ: sic enim scriptum est &c.

Cõcionatores non de suo capite s d sa cra scriptura, aut concilijs &c. debét suam doctriná cõfirmare.

Cõcionatoris est, vera dicere absque timore.

Tunc Herodes clam vocatis magis. Ex hoc manifestè conuincitur Herodes male agere quod clam tantum negotium agat. Teste Christo: qui malè agit odit lucem. Vnde p ccata vocantur opera tenebrarum. Abijciamus ergo opera tenebrarum ait Pau. in epist. ad Rom. cap. 13. Et rursum: no lite communicare operibus infructuosis tenebrarum. Item Salomon in pro. cap. 24. ait: iustorum semita, quasi lux splendens, & via impiorum tenebrosa. Præterea Ioannes cap. 11. Iusti dicuntur ambulare in die: impij verò in tenebris, & ideo offendunt. Qui ergo clàm docet, falsitatem præ se fert: Ideo Christus dicebat: ego palam locutus sum, & in synagogis, vbi iudæi conueniunt.

Qood clá fit, suspitioné mali præsefert.

Ioa. 3. e. Ro. 13. d. Eph. 5. e. Pro. 24. Ioa. 11. Ioa. 18. d.

Diligenter didicit ab eis tẽpus stellæ. Sũt modo multi qui diligenter, ac curiose discunt totum ius ciuile, & canonicũ, non vt ben faciant: sed vt perdant: sicut Herodes. Quemadmodum enim multi sunt, qui sumũt arma, nõ vt seipsos defendãt, sed vt cæteris noceãt, contra cap. non inferenda. Sic etiam sunt multi legum professores, qui armationis, hoc est leges, iuxta illud, imperatoriam magestatem &c. Non vt patrocinentur, sed vt pauperibus, & viduis, & pupillis noceant, sumere non verentur.

Cõtra mal os & ini quos legis peritos.

¶ Præterea pigeat & pudeat nos ab iniquis in diligentia vinci. Magna enim cum diligentia peccatores ad mortem currunt: nos autem ad vitam adipiscendam, maxima pigritia & tarditate laboramus. Si ergo ab impio Herode, superari non vis, diligenter exerce agrum tuum: vt Salomon ait. Quod si prælatus es, diligenter agnosce vultum pecoris tui: vt idem admonet pro. cap. 27. Si mulier es, in omnibus diligentiam adhibe. Nam mulier diligens, corona est viro suo. Si religionem professus es: considera, te corá Deo & Angelis eius astare. Hoc animaduertens

Diligétia in bonis actionibus commendatur.

Pro. 24. Pro. 27. Pro. 12. a

Psa.46.b Dauid dicebat in psalmo. Quoniam omnis terræ Deus, psallite sapienter: & sapiens quidam: tãto maiori studio placendum est, quanto maior est, cui placendum est. Et Dauid: in cõspectu angelorum psallam tibi, & can. 8. Qui habitas in hortis, amici (idest angeli), ascultant te. Timeamus igitur Deũ, & in omnibus diligentes erimus. Nã vt sapiens ait: qui timet Deum nihil negligit. O si possemus (inquit Augustinus) excitare homines, & cũ ipsis pariter excitari, vt tales essemus amatores vitæ permanentis, quales sunt homines amatores vitæ fugientis. Quis non vt viueret, cõtinuo perdere volet vnde viuere & potius eligeret vitam mendicantem, quàm cernere mortem? Cui dictum est nauiga ne moriaris, & distulit? Cui dictũ est, labora, ne moriaris, & piger fuit? Leuia iuuet Deus, vt in æternum viuamus: & obedire negligimus. In vitis sanctorum patrum legimus, vidisse quandam illorum, ornatam meretricem & lachrymas fundẽdo dixisse: ignosce mihi omnipotẽs Deus, quia vnius diei meretricis huius ornatus, superauit totius vitæ meæ industriæ ornamenta. Non ergo tardi simus sed diligentes, non pigri, sed solliciti, non ignaui, sed bonis operibus solertes, atque diligenter, & studiosè, discamus quæ ad salutem nostram attinent: similis mulieri illi, de qua dominus ait: Lucæ. 15. quod amissa drachma vna, ascendit lucernam, & euertit domum, & quæsiuit diligenter donec inuenit.

Ps. 137.a; Can. 8.; Eccle. 7.c.; D. Augu.; Lu. 15. b.

Ite & interrogate diligenter de puero. Multi inter nos sunt qui Herodem imitantur. Committentes alijs, quæ per seipsos facere tenentur. Herodes enim adorare, & quærere tenebatur Christum: facilius id facere ipse poterat, quam alienigenæ ab oriẽte venientes: & tamen rem tam arduam tanq; sibi necessariam illis cõmittit. Tales sunt episcopi qui totam curam animarum alijs committunt: tales parentes, qui restitutionẽ faciendam filijs suis in testamẽto præcipiunt. Quam multo melius, quant multoq; securius, ipsi poterant dum viuebant, exequi. Tales curam animarum habentes, qui in sua parrochia residere nolentes, aliorum fidei subditos mandant.

Multi a lijs cõmittunt quæ ipsi per se facere tenentur.

¶ Obserua præterea quo pacto Deus perdit sapientiam & sagacitatem sapientium. Quanuis enim maximè sagax malitia humana sit, irridetur tamen sæpius, ita vt in suis artibus decipiantur homines isti non sinceri. Euanescunt enim iuxta Paulum in suis cogitationibus: paruo siquidem negotio, vel ipse Herodes adire poterat, vel seruos mittere, qui rẽ totam exponerent: sed deludit Deus horum hominum artes & astutias magno labore partas.

Non est prudẽ. a contra dominum.

Ro. 1. a.

Vt & ego veniens adorem eum. Causam, vt vides, prætexit Herodes iste admodum piam: & ab animis Magorum minime abhorrentem. Vt hac via moliretur necem salutis autori. Quàm felix foret, si magorum imitaretur fidem, & conuerteret ad religionem, quod disponebat ad fraudẽ O cæca stultæ emulationis impietas (ait Leo summus pontifex) quæ per turbandum putas diuinum tuo furore consilium. Dominus mundi temporale non quærit regnum, qui præstat æternum. Quid in commutabilem dispositorum rerum ordinem vertere, & aliorum facinus præocupari conaris? Mors Christi non est temporis tui. Ante condendum est euangeliũ, ante prædicãdũ est

Sem. 1. de Epipha.

Dei regnum, ante sanitates donãdæ, ante sunt faciẽda miracula. Cur quod alieni futurum est operis, tui esse vis criminis? Et non habiturus effectum sceleris, in solum te reatum præcipitas voluntatis? Nihil hac molitione proficis, nihil peragis. Qui voluntate natus est, arbitrij sui potestate morietur. Labia dolosa (inquit Augustinus) quid in corde loqueris mala: aliud enim habet tua lingua, aliud clamat tua cõscientia. Teipsum decipis, talia cogitando, erras, falleris, & fallis, frustra in malo vigilat falsitas: nõ à te, sicut de te inquiritur veritas. Ecce audiunt magi aliud quidem foris dicentem, sed nesciunt te ipsum aliud cogitantem. Et pergunt ita vt amplius ad te non reuertantur. Ille enim eos admonebat qui sapientiam tuam deridẽs, hoc Magos facere præcepit, quod rex iusserat verus, non quod sub dolo persuaserat falsus. Per aliam (inquit) viam reuersi sunt in regionem suam.

Augustinus in oratione aduersus iudæos c. 10.

¶ Impius iste Herodes imaginem gerit hominis simulatoris (quales inter nos multi) qui fictam religionis, virtutis ac pietatis imaginẽ refert. Quẽ tãdẽ ex factis cognosces: sicut. n. de fructu arborem cognoscimus. ita è factis hominem iudicamus. Vestis sordida, rasus vertex, ieiunium, oratio, frons tetrica, folia sunt, quæ aliquando mẽtiuntur: quem admodũ illa ficus, quã referunt euangelicæ literæ, mentita est Christo: sed pro Christi gloria patienter tolerare infamiam, bene velle maleuolis, nec rependere iniuriam, fructus est arboris bonæ. Hæc siquis constanter & alacriter præstat, arguũt non animum Herodis, sed animum verè Christianum, verè pium, syncerum ac religiosum: qualem habent etiam inter nos multi. Nam simulatio nec diuturna potest nec fieri potest, quin aliunde cedens naturæ, prodat animi morbum. Quod in vno Herode videre est: qui modo ait: enuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eũ: & statim videns quod illusus esset à magis, impiam in pueros crudelitatẽ exercuit. De huiusmodi hominibus aiebat vates quidam. Peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentiũ eius abscondetur. Væ qui profundi estis corde, vt à domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera: & dicũt: quis videt nos? & quis nouit nos? Peruersa est hæc vestra cogitatio. Quasi lutum cõtra figulũ cogitet & dicat opus factori suo, nõ fecisti me: & figmentum dicat fictori suo non intelligis. putabat miser iste Herodes Deum latere suas cogitationes. Simulabat religionem, vt hoc consilio Dei filium interficeret: sed deceptus est. Sic multi simulatores capiuntur in consilijs quibus cogitant. Sex sunt, ait sapiens, quæ odit dominus, & quartum est, cor machinãs cogitationes pessimas, quale fuit huius tyranni. Hi sunt homines, de quibus olim dicebat regius vates psalmo quinquagesimo quarto. Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula: qui loquũtur pacem cũ proximo suo, mala autem in cordib9 eorum: da illis secundum opera eorũ. Hi sunt de quibus Christus dominus ait apud vatem suũ Esaiam capite vigesimo nono. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longè est à me. Huiusmodi enim peccatores similes sunt Ioab, qui salutauit amassa, & percussit eum in latere, & mortuus est, vt sacra narrat historia. 2. regum capitulo vigesimo. Salue (inquit) mi frater. Ad hunc modum herodes hypocrisi & simulatione plenus, ait: ite, & interrogate diligenter de puero, & cum

Herodes gerit imaginem hominis simulatoris

Mat. 21.

Esa. 29. e

Pro. 6. b.

Psa. 54. d

Esa. 29. d.
Math. 19 a.
Mat. 7. b.

2. Re. 20. c.

cum inueneritis renunciate mihi, vt ego veniens adorem eum. Nolebat impius ac tyrannus iste, Christum regẽ verum totius orbis, adorare: sed potius interficere. Vt non iam miremur, eũ
Ioa. 13.b occidisse pueros innocentes. Nam nõ est seruus maior dño suo. Si ergo dominum & regem gloriæ vult interficere Herodes simulando pietatem, ac religionem: quid mirũ, quod seruos eius adhuc infantes insectari audeat? Ex quo fit, vt possint & iusti dicere, id quod rex Dauid hortatur psalmo cen
Psa. 118. tesimo vigesimo octauo. Sæpe expugnauerunt me à iuuẽtute mea. Et rur
Psa. 11. sus ait psalmo decimo primo. Quo modo dicitis animæ meæ, trãsmigra in montem sicut passer? Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde. Hæc namq; est conditio, & natura hypocrisis: vt Deum adorare simulet, & tandem eum atq; sanctos suos de vita tollere contendat.

¶ Ab huiusmodi hominibus liberari
Psa. 11.a. postulabat Dauid rex cũ dicebat: Saluum me fac domine, quoniam defecit sanctus: quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominum. Labia dolosa in corde & corde locuti sunt. Idest per dolosa labia sua, inuicẽ locuti sunt corde & corde: idest, duplici corde, nõ recto, non syncero, non simplici: dũ aliud loquũtur voce & lingua aliud in animo gestãt. Hi simulatores, hi hypocritæ, astuti vocãtur à Paulo, in po
2. Cor. 4. steriori ad co. episto. c. 4. his verbis: nõ ambulantes in astutia, sed in manifestatione veritatis. Istorum vox est: interrogate diligenter de puero: & eo inuento: renũtiate mihi: vt ego veniẽs, adorem eum. Et vt in prouerbio dici-
Prouerbium. tur: crocodyli lacrymæ. Sunt qui tradant hoc animal homine conspecto procul, lachrymas emittere: eundemque mox deuorare. Huiusmodi erant Bassiani imperatoris lachrymæ: lachrymabatur enim quoties mentio fieret, aut imaginẽ gettæ fratris, quẽ ipse occiderat, videret. Hi sunt, simu- 1. Re. 19
lachrum & caprarum pellis in lecto Dauidis reperta. Michol enim cõstruxit lectulum quasi ægrotantis, & sub sago iecur capræ spirans supposuit. Opio aliquorum. Figura.
Ostendit ergo militibus Saul, lectulũ coopertũ: & dum pecoris iecur quod sub sago positũ erat palpitaret, ægrotum esse & dormire Dauid, qui missi fuerant, crediderunt. Sunt prophetæ falsi, sunt hypocritæ, sunt simulatores qui veniunt in vestimentis ouiũ: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A quibus cauendum: cudũt enim falsam pecuniam: quod crimen est lesæ magestatis. Sed de hoc latius inferius.

Qui cum audissent regem, abierunt: & ecce stella quam viderant in oriente, antecedebat eos. Stella viæ dux, magos Hierosolymam ingressuros ad tempus desti- Quare stella ad tempus Magos destituit.
tuerat. Tum vt illorum percontatio diuulgaret rumorem nati pueri, nec proderet nati cunabula regi sæuituro. Tum vt Barbari primi Christum annuntiarẽt natum, quem iudæi tot seculis expectatum post occiderunt. Tum etiam, vt eorum constantia, ac in virtute perseuerantia posteris esset exemplum. Non enim à stella destituti, animo deciderunt, aut ab incepto reuocati sunt, aut exanimati: sed constãter iter suum peregerunt: atque Hierosolymam ingressi, diligenter puerum quærunt. Idcirco insperatò vrbem egressis, rursus adest mirabilis illa, quæ illos exciuerat, stella. Vt discant viri religione ac contemplatione rerum diuinarum præstantes, in ea perseuerare: neque ab ea retrahi: & si aliquando absit feruor, suauitas, ac dul

cedo pristina spiritualis: certò sperantes stellam illam quam viderant, & quæ, illos ad Deum adduxerat, iterũ redituram Dei iussu: secundum illud quod sanctus Iob ait. c. 36. In manibꝰ abscondit lucem, & præcipit ei vt rursus adueniat, anũciat de ea amico suo, quod possessio eius sit. ¶ Destituit præterea reges stella cælitꝰ missa, quod ingrederentur Hierosolymam: quod conuenirent iniquum regem, ac perfidos principes: quod denique sceleratis hominibus adiungerentur. Quo docemur iniquorum hominum consortia vitare: prauorum virorum societatem fugere, si volumus vt nobis semper adsit cœlestis irradiatio ac gratia.

Iob. 36. d

Et ecce stella quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra vbi erat puer. Sicut stella duxit Magos ad Christũ: sic fides ducit nos ad eundem. Fides enim est lucerna, qua in huius vitæ nocte ambulamus. 2. Cor. 5. per fidem (inquit) ambulamꝰ & non per speciem. Et D. Augusti. in lib. de fide ad Petrum. Si quis non ambulauerit per fidem, nõ perueniet ad speciẽ. Fides cæteris virtutibus lumen ministrat. Ipsa enim est stella matutina solem iustitiæ, & intelligentiæ præueniens, per eam oritur dies gratiæ, quem dies gloriæ & perpetuæ fœlicitatis subsequitur. Ipsa est stella cardinis cœlorum nauigantibus per huiusmundi mare, portum ostendens & patriam. Ipsa est vera stella, quæ reges spirituales & cœlestes ad puerum saluatorem adducit. Ipsa est columna nubis quæ de AEgypto tenebrarum & errorum potenter nos educit. Et vera lux, quæ tenebras infidelitatis expellit. Nã vbi fides non est, tenebræ sunt: significatæ per tenebras illas de quibꝰ exodi. 10. dicitur: & factæ sunt tenebræ horribiles, in vniuersa terra ægypti. Et subditur: vbicunq; habitabãt filij Israel lux erat. Hanc splendidissimam lucem maximè odit inimicus. Nec mirum nam qui maleagit odit lucem. Et vt Iob de latronibus ait: cum subitò apparuerit aurora, arbitrãtur vmbram mortis. Habentes igitur in prospectu nostro fidei stellã, maxima lætitia & gaudio perfruamur. Nam ipsa deducet nos, vsque ad locum, vbi est puer iste cœlestis: illum ibi perpetuo adoraturi.

Fides stella est, quæ ducit nos ad Christum.
2. co. 5. b.
Augustinus de fide ad pe.
Figura.
Exo. 13. d.
Exo. 20.
Figura.
Ioan. 3. e.
Iob. 24.

Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valdè. Eò videlicet tanta lætitia perfusi sunt, quia Dei reuelationẽ, & sacram scripturam concordare cernebant. Hoc enim fuit, transfiguratũ fuisse Christum inter Heliam & Moysen.

Infr. cap. 17.

Intrantes domum. Minimè scandalizati sunt videntes puerum in tam humili habitaculo, sed potius in fide cõfirmati sunt. Intellexerunt enim esse saluatorem non via humana, sed potius diuina. Hinc est quod dominus ait: sicut exaltãtur cœli à terra: sic exaltatæ sunt viæ meæ, à vijs vestris. Quid facitis o magi (inquit Bernardus) quid facitis? Lactentem puerum adoratis, in tugurio vili, in vilibus pãnis? ergo ne Deus est iste? Deus certè in templo sancto suo, Deus in cœlo sedes eius. Et vos eum quæritis in vili stabulo, in matris gremio? Quid facitis, quid & aurum offertis? Ergo rex est ipse: & vbi aula regia? Vbi thronus, vbi curiæ regalis frequentia? Nũquid aula est stabulum? Thronus, præsepium? Curiæ frequentia Ioseph & Maria? Quomodo ita insipientes facti sunt viri sapientes, vt adorent paruulum despicabilem tam sua ætate, quã paupertate suorum. Hæc Bernardus. Hæc tamen omnia, & si difficilia creditu

Fides omnes difficultates vincit.
Esa. 55. c.
D. Bernardus serm. 1. in epiphania domini.

ditu sint: tamen à fide vincũtur. Hæc fecit, vt non illis sorderet stabulum, non pãnis offenderentur, non scandalizarẽtur lactentis infantia, procidũt, venerantur vt regem, adorant vt Deũ. Captiuemus igitur & nos intellectũ in obsequium fidei, & omnes difficultates, quæ ex Dœmonum, aut mũdi, aut carnis instigatione subortæ fuerint, superabimus. Hæc faciet, vt certi simus beatos esse in hoc mundo pauperes spiritu: beatos esse humiles & mites &c.

Et intrantes domum inuenerũt puerum, cum Maria matre eius. Iam igitur reges cœlestem ducem sequuti, noui regis palatium intrant: vidẽt sordidum & abiectum tugurium, vile stabulũ. Nihil cõmouetur his rebus syncera pietas, ingrediuntur, reperiunt infantẽ, nihil à cæteris specie differentem: reperiunt matrem nihil magnificũ præ se ferentem. Paupertatem ac simplicitatem tota suppellex testabatur. ¶ Imprimis nunc contemplare, quanta admiratione & pauore afficerentur reges isti, cœlesti iam lumine tacti: vidẽtes Deum maiestatis, mundi conditorem, rerum omnium gubernatorem & moderatorem puerum factum, pannis inuolutum, in præsepio positum. Vultis visionem istorum fructuosam accipere? Viderunt insulæ & timuerunt, & extrema terræ obstupuerunt, & accesserunt, ait Esaias. Videtis quos virtutum fructus Dei visio pepererit in magis, pariatq; in nobis? Timorẽ, stuporem, amorem. Viderunt, inquit, & timuerunt, obstupuerũt, & accesserunt. Viderunt insulæ istæ ac extrema terræ, hoc est, gentes istæ quæ ab orientali plaga venerunt, viderũt, inquam, oculis fidei ac lumine cœlesti illustratæ, Deum sub humana carne latentem: viderunt æternum sub temporali: Viderunt æqualem patri minoratum paulominus ab angelis: viderunt eum, qui percussit reges fortes, & occidit reges multos ac magnos, sub eo, qui mortis metu in Aegyptũ fugit: Viderunt eum, qui est panis viuus qui de cœlo descendit, vbera virginis lactentem ac sugentem. Viderunt deniq; verbum, quod ab æterno erat apud Deum carne velatum. Et timuerunt ad reuerentiam. timuerũt, quod hactenus non verum Deum, sed idola & dæmonem coluerant. & obstupuerunt ad nouitatem: cum videbant non dum visa: videlicet simul diuinã & humanam naturam non confusione substantiæ, sed vnitate personæ cõ coniunctas. Videntes hæc in filio: & rursum videntes in matre maternitatem & virginitatem simul, obstupuerunt. Et tandem accesserunt per amorem. Ipsi ergo reges hæc videntes admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos. Ecce reges terræ congregati sunt, & conuenerunt in vnum: & videntes stellam in oriente, videntes prophetiam Malachiæ, vidẽtes eã dem stellam, sic illorum pietati seruiẽtem, vt non solum Bethlehem, sed ipsum etiam tuguriũ humile, & ob hoc inuentu difficile, indicantem: videntes Dei magestatem humana naturã velatam: admirati sunt de rebus ita insolitis. Et contemplantes veritatem fidei ac virtutem Dei, conturbati sunt intra semetipsos, quod verum Deum ante veritatis agnitionem, impietatis viribus oppugnassent: suntq; subito ad pœnitentiam cõmoti salubriter: ita vt quasi timor & tremor in eos irruerit, præ horrore patratæ pristinæ impietatis suæ. Ibi dolores vt parturientis: apprehendit enim eos dolor vehemens & contritionis & pœnitẽtiæ

Margin notes: Esa. 41. b — Christi visio, quos virtutum fructus producat. — Hebr. 2. c — Ps. 135. c — Ioan. 6. — Ioa. 1. a — Ps. 47.

nam materiam euanuisse. Mitto inquam istorum opiniones, quibus verò de causis egerit dñs stellam quæ reges ab oriente traheret modo dicam.

Quare p stellā duxit dominus Magos.

¶ Prima ergo causa fuit, vt eo signo, significaret dominus veracem se esse in promissis: promiserat enim olim Habrahæ dicens: in semine tuo, id est, ex Christo ex genere tuo nasci turo, benedicentur omnes gentes terræ, Genes. 22. Promiserat item, generis tā tam multiplicationem, quanta est in cœlis stellarum multitudo: dinumera (inquit) si potest stellas: sic erit semē tuum. Quo in loco ei promittit non solum naturam, sed gratiam, ne dum filios sed gloriosos filios, nedum multos sed etiā stellis similes. Quare hæc promissio longè maior est quàm, Paulo ante præcedens: hæc enim ad solos electos pertinet, qui fidem Habrahæ imitantur: quales fuerunt reges isti & quot quot ex gentibus ad fidem venerunt. Superior autem promissio vbi dicit: siquis potest & puluerem terræ numerare, numerabit & semē tuum: ad carnales pertinet, qui secūdum naturam tantum, non secundum fidem & promissionem filij Abrahæ sunt, quales sunt iudæi obstinati. Pulchrè autem carnales filij Abrahæ, pulueri terræ comparantur, tum quia tantū terræ inhiant, terrænisque promissionibus; tū quia sicut puluis leui vento hinc inde proijcitur: sic apud impios nihil stabile, nihil firmum: sed omnia vana, caduca, & ipsi & ea quæ ambiunt. Iusti autē & spirituales filij Abrahæ quales modo fuerunt magi, stellis cœli comparantur. Primo quia stabiles & firmi sunt, fixi non in terra sed in cœlo: nec vllo vento ac tempestate deijciuntur: fundati enim sunt super firmam petram. Secundo stellis comparātur propter multitudinem. Sicut. n. nemo nostrum stellas dinumerare potest nisi solus Deus, qui solus multitudinem earum numerat, & omnibus ipsis nomina vocat: sic nemo nostrum nouit electorum numerum, nisi solus Deus. Tertio, propter differētiā. sicut. n. stella à stella differt in claritate: sic & pij, in gratia & in cognitione rerum diuinarum, alijsque donis. Quarto propter lucem. Pij enim lucent vt luminaria in firmamēto cœli: vnde & à Christo dicuntur lux mundi, & iubentur lucere coram hominibus &c. Cum impij sint tenebrosi &c. Quinto, propter altitudinē, quod etiam nunc corpore in terra cōuersantes, animo tamen in cœlo versantur. De hac enim generatione dicebat pater filio suo apud Dauid: postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & post illū dicebat Esaias: filij tui de longè venient &c. Ecce (inquit euangelista) magi ab oriente venerunt. Vt ergo dominus ostenderet Magos istos filios esse Abrahæ, non carne sed spiritu, non natura, sed fide, eosque annumerādos inter stellas cœli, hoc est, electos: idcirco stellæ signo eos ad se trahit. Stellæ nāq; veræ fuerunt: de quibus dici potest quod Baruch ait c. 3. Stellæ quoque dederūt lumē in custodijs suis: & lætatæ sunt & vocatæ sūt & dixerūt: adsumus. Ecce reges isti tāquā stellæ firmamēti lumē fidei custodierūt in regnis suis ac alios illuminauerunt: ecce stellæ istæ, modo per stellam vocati sunt à domino, & dixerunt: ad sumus. Venerūt enim vsque ad locum vbi erat puer, & adorauerunt eum.

Gen. 22.
Cap. 15.
Homines carnales pulueri terræ cōparantur, Iusti verò stellis.
Psa. 146.
1. Co. 15.
Phil. 2.
Math. 5.
Psa. 2.
Esai. 60.
Vi. Aug. in ser. epipha. Rupertū lib. 2. in Mathæ: qui etiā sunt in hac sententia.
Baruch. 3.

¶ Secunda verò causa huius rei adduci potest, maxime etiam rationi consentanea. Diuina enim sapientia (vt sapiens ait) disponit omnia suauiter, Indi-

2. causa.
Sap. 8.

Indidit enim singulis rebus propriam peculiaremq; naturam, ac propensioné, qua in fines suos suauiter trahantur. Trahit ergo homines rationis participes non vno modo, sed eo, in quem vnusquisq; magis propensius est. Hinc est quod Augustinũ dominus traxit per D. Ambrosij & sapiẽtiam, & vim dicendi, atque eloquentiam, quibus maxime deditus erat. Exemplo etiam Victorini Rectoris Max. D. Catharinam liberalibus artibus & studijs deditam, ad se vocauit: ostendens se esse pulcherrimum illum sponsum, qué ipsa habere affectarat. Simeoni, Annæq; prophetissæ, cœlestibus inspirationibus ac illuminationibꝰ assuetis, seipsum occultis Spiritus sancti illustrationibus ostẽdit. Magos verò istos siue philosophos astrologiæ peritos, per astrum recenter conditũ ad se perduxit: præterea cum hi essent primitiæ gentium, & doctores illarũ, æquũ erat vt per eos tanquã per stellas gentes illuminaret: qui enim ad iustitiã erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Stellas ergo istas, per stellam, ad veram stellam Iacob, adduci oportebat.

Dan. 12.

¶ Tertia tandem causa fuit vt. s. ex ipsis astris admonerentur sapientes isti, in mũdum iam venisse verum astrũ, veram stellã promissam hominibus, quæ illos erat illuminatura, adq; ad domum cœlestem vsq; perductura. Venisse inquam, stellam illam quæ de se loquens in Apo. ait. Ego Iesus stella splendida & matutina. vnde idcirco stella ista Magorũ antecedebat eos, vsq; dum veniens staret supra vbi erat puer. Quasi hoc facto, dicere his sapiẽtibus stella videretur (vt maximꝰ ait) ecce iste est, ad quem adorandum vos induxi, & conduxi: quasi etiam diceret: ecce ista est stella ex Iacob, quam iã diu expectabatis, quæ vos per aliã viam excellentiorem in patriam cœlestem perducet.

3. causa.

Apo. vl.

Maximꝰ.

Venimus cum muneribus adorare eum. Gentiles erant & ad Deum placandũ muneribus veniebant. Cuius rei imaginem gessit Abigail qui cum muneribus venit ad Dauid, illumq; adorando ac munera offerendo placauit. Planè secundum hanc sapientis formam mulieris, sibimet ecclesia de his gentilibus sumpta sapienter prouidit. Iratus erat dominus in insipientem & ebrium nabal, hoc est, mundum, accinctus erat gladio suo, ad faciendam vindictam in nationibus, & increpationes in populis: occurrit prudens gentilitas cum muneribus, hoc est, cũ misericordiæ operibus, eum adorat, ad pedesq; eius procidit: & placatus est dominus. Placatur donis Iupiter ipse datis. Istorum ergo regum exemplo, admonentur reges huius seculi, domum Dei muneribus honorare, diuinumq; cultum curare. De qua re legedoctorem sanctum. Opusculo. 20. lib. 2. de regimine principum cap. vltimo.

Gen. 25. Figura.

Ps. 149. b

Rup. li 13 re. ca. 13.

D. Tho.

Audiens autem rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Quid non timet tyrannidis scelus, quid non rei cõscientia?

¶ Cæterum obserua: turbato rege statim fuit tota ciuitas turbata. Vis cognoscere reipublicæ statũ intuere principem, contẽplare caput. Si princeps iustitiam & veritatem coluerit videbis subditos legibus obedientes: contra verò deprauato principe Turpi voluptate, & effrænata dominandi cupiditate corrupto, videbis populum ab omnibus virtutibus destitutum, & indomitis appetitibus inflãmatum. Nam vt in pisce corrupto capite, totũ corpus corrumpitur, sic in republica, depra

Respublica, principem imitatur.

Similitudo.

deprauato principe, alij in prauitate versantur. Qui videre vult sit ne piscis contaminatus, aspicit caput: hoc enim est quod prius corrūpitur, hinc est, quod merito Esaias comparat rem publicam cum pisce cuius caput princeps est, corpus autem populus: Et significare volens Hierosolymæ corruptelam ait, principes tui putridi & fætidi. Sic enim verti potest ex Hebræo
Esa. 1. f. vbi nostra versio habet principes tui infideles.

¶ Deinde considera, quod tanta erat impiorum multitudo in Hierusalem atque tam pauci, qui Christum expectabant vt Simeō & Anna, vt omnis, in hoc loco, Hierosolyma turbari dicatur. Omnis enim in sacra scriptura pro maiori parte hominum vsurpatur. Quo loquendi modo vsus est Ezechie. cap. 3. Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde. Sic psal. 11. Saluum me fac domine, quoniam defecit sanctus. Paulus etiā ait ad Phili. omnes, quæ sua sunt quærunt. Vt hinc discas quā pauci sint electi, & contremiscas. Tam pauci enim sunt vt omnes homines iniqui dicantur. Quoniam enim in comparatione malorū, adeo pauci, boni sunt, vt nulli esse videantur: ideo scriptura, totū vna comprehensione populum reprehendere solet: quanuis in eo nonnulli sint boni. De qua re Augustinus li. de vnitate ecclesiæ cap. 12. legendus est.

Omnis, in scriptura pro maiori parte solet accipi.
Ezech. 3.
Psa. 11.
Phili. 2. c.
Augustinus. de vnitate ecclesiæ c. 12

Turbatus est rex. Discant hic primū reges, ac mundi principes, discant qui in honoribus ac dignitatibus mundi huius sunt constituti, maiori timori subiectos esse quàm cæteri. Quemadmodum enim cacumina arborum, in sublimi loco positarum, vel leui aura flante, hac atq; illac mouentur: sic homines in sublimitate constituti, quocunq; metu, aut timoris aura, commouentur, turbantur, ac concutiuntur.

Quanto quis in maiori dignitate est positus, tanto magis timere solet, simile.

¶ Deinde cōsidera: quod turbatur Herodes, metuens, ne quādo regno quod occupauerat, alienigena deturbaretur, si tantus princeps è iudæorū stirpe extitisset. Siquidem Herodes nihil aliud, quam terrenum regnum somniabat: Ignarus Christum aliud regni genus inuehere, quod ad vniuersos homines pertineret. Non erat quare turbaretur ipse, nec principes & sapientes, qui eum in Bethlehem nasciturum planè dixerunt. Nam regnum huius pueri pacis & nō belli erat. Nōne (inquit rupertus) per prophetam eundem dixerat Spiritus sanctus, regis huius ortum, nihil Herodi, imò nihil cuiquam mortaliū esse nociturum? Nempe antequam locū expressisset natiuitatis eius, prædicere curauit & miram innocētiam regni eius. Dixerat enim: & in nouissimo dierū erit mons domus domini præparatus in vertice montium, & sublimis super colles, & fluent ad eum populi, & properabunt gentes multæ. Et cōcident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones. non sumet gens aduersus gentem gladium, & nō discent vltra belligerare &c. Ergo cæci cæco male ducatum prebebant, ióq; ambo in foueam ceciderunt, dum sciscitaretur Herodes vbi Christus nasceretur, nesciens sciscitari qualę foret regnum eius, & illi ostendentes locū natiuitatis, non viderent in eadem scriptura pacem & innocentiam regni eius. Quid enim verius eo quod dicit: non sumet gens aduersus gentem gladium, & non discent vltra belligerare? Gens quippe regis huius, gens conuersa ad regem istum, gens tota paruulorum est, nequaquam sumptura gladium, aut belligeratura contra

Regnum Christi, regnū erat pacis & non belli.
Rupert.
Mich. 4.

Hero

Herodis vel Romani Imperij gentem, sed gente aduersa feriente se gladio, semper & in ipsa morte prædicatura pacem. Quomodo paruuli quos continuo tu ô funeste Herodes occidisti, non se defenderunt, non te repercusserunt, sic vniuersa Regis huius gens, dum occiditur gladium non leuabit, non contra gentem homicidam tui similem belligerabit. Nec verò contrarium huic est, id quod subinde Regis huius ciuitati Sion, consolator spiritus per eundem prophetam dicit. Surge & tritura filia Sion, quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas & comminuam populos multos, & interficies domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum domino vniuersæ terræ. Longè aliud cornu, & interfectio dissimilis. Cornu istud non contra homines, sed contra diabolum erigitur. Interfectio hæc, non hominum, sed vitiorum est. Cornu istud, de cœlo datum est, dicente militibus suis Rege isto. Vos autem sedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto. Interfectio hæc est, de qua Petro dictum est. Surge Petre, occide, & manduca. Igitur ô Herodes latro, filiorum tuorum occisor, illic trepidasti timore, vbi non erat timor. Non ergo Rex impie Turberis, nô vos reges Herodis successores, conturbet aduentus huius Regis. Audite eius antesignanum, præcursorem, ac præconem quid dicat: agite penitentiâ, appropinquabit enim regnum cœlorum. Ecce enim qualis magister militum, qualis signifer Regis huius, qualis primæ legionis primicerius, pilis camelorum vestitus, & Zona pellicea præcinctus. Non dicit, arma corripite, appropinquabit enim regnum iudæorum: sed pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Nô dicit filij regum, & patriarcharum, demonstro vobis animosa sumere bella: sed dicit, progenies viperarum; quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Non dicit, nolite Cæsari censum dare, sed dicit, facite fructus dignos penitentiæ. Non dicit, iam iugum Imperatorum contritum est: sed dicit, iam enim securis ad radices arborum posita est. Non dicit: oliueta iudaica seruabuntur, & Romana Pomeria succidentur. sed, absque distinctione hortorum aut nemorum. Omnis, inquit, arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittitetur. Hæc Rupertus.

Respōde tur obiectioni.

Mich. 4.

Lu. 24. g.

Acto. 10.

Math. 3. a

Ibidem.

Ibidem. b.

Ibidem.

Ibidem. c.

Ibidem. c.

Ruper. in volum. 4. Euang. li. 1. c. 19. & 12.

Turbatus est Rex. Puto quod non tantû Herodes à semet ipso turbabatur, quantum diabolus in Herode. Herodes enim timebat, quod suspicabatur: diabolus autem timebat, quod verè sciebatis Herodes hominem æstimabat, diabolus deum. audierat enim iam angelos in aera clamantes, gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ideo quanto magis testes addebantur pro Christo, tanto magis destructionem potestatis suæ diabolus timebat. Vnusquisque ergo eorum zelo proprio turbabatur, & secundum suam naturam, sui regni successorem timebat. Herodes terrenum, diabolus autem cœlestem. Nam neque Herodes terreretur, si cœlestem regem nasci suspicatus fuisset, neque diabolus si terrenum. Vis scire, quia non tantum ipse turbabatur,

Chriso. Non tam turbatur Herodes, quàm diabolus in Herode.

Luc. c. 2.

E

batur, quantum diabolus in eo? Ecce & iudaicus populus turbabatur: qui magis de auditu isto gaudere Debuerat, quia rex Iudæus surgere dicebatur, designatus à Deo. Seu turbabantur, quia de aduentu iusti non poterant iniqui gaudere. Chrys. in Mat. hom. 2. in imperfecto.

Chrys. in Math ho. 2. in impf.

Rupertus ¶ Sed dicet aliquis. (ait Rupertus) si pater eius diabolus turbatur, mortem que pueri desiderabat, cur non statim puerum prodebat? Cur eum à magis illudi permittebat? Nunquid nesciebat? Nunquid spiritus ille, non contentus carne, percipere non poterat natū esse hunc regem, nisi venissent homines de lōge, & fecissent Herodi, & omni Hierosolymæ turbationē siue metum, dicēdo, Vbi est qui natus est rex iudæorum? Ad hæc (inquam) planè sciebat, sed non sinebat eū loqui, puer ipse qui natus erat. Hoc aliūde facile potest probari. Exibant (inquit euangelista) dæmonia à multis, clamantia, & dicentia: quia tu es filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Et rectè nō sinebat ea loqui, quia profectò pro malo loquebantur, scilicet, vt inuidiā facerent illi. Igitur & tunc natum illum esse diabolus sciebat, & filium suū Herodem hoc scire desiderabat, sed natus infans eum loqui non sinebat. Nā nisi prohiberetur, eodē modo quo alibi dicit. Scio, quia sis sanctus Dei, scilicet, per energuminum dicere potuisset illi dolenti, quod esset illusus à magis, scio vbi sit sanctus Dei, siue scio vbi sit rex ille quem quæris. Ruper. libr. 12, de vict. ver. Dei cap. 3.

Quare diabolus si turbabatur, nō statim puerū lesum prodiijt

Luc. 4.

Luc. 4. f.

Rup. li. 12 de victoria verbi Dei. c. 3.

Congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi sciscitabatur ab eis &c. Rem omnem mali consultores aliquando euertunt, malasque turbas sub malo consilio mouent. Si scribæ istæ rem omnem Christi, hoc est regni morem, naturam, ac leges, Christique mansuetudinem, vti scriptis didicerant ipsi Herodi exponerent, & ipsis & Herodi consultius ageretur.

Mali consultores rē omnē euertere solēt.

¶ Deinde hinc disces, quam longè dissentiendum est ab eis, qui discernendis conscientiæ casibus (sic enim vocant) relictis doctissimis philosophis ac theologis, nescio quos homines consulunt, qui visionem cordis sui loquuntur non de ore domini. Herodes in hoc loco peritissimos theologos consuluit. At verò in rebus, quæ ad mores pertinent, non doctissimorum virorū modo, sed virorum quoque optimorum, nulla etiam causa reddita, valebit autoritas. Nāquod Aristot. doctè, vt omnia ferè, tradidit, quemadmodum de saporibus palatum sanum rectè iudicat, infectum non item: sic vir bonus & iustus, bonum à malo, rectumque à prauo ægregie discernit. Contrà autem, omnis affectus animi perturbati tollit iudicium veri, idque adulterat. Adeò illud verum est, qualis vnus quisque est, tale etiam iudicium profert. Atque ipse idem Aristot. planè testatur, non minus eorū qui sunt experti, & seniorum, prudentiumque sententijs, quam ipsis demonstrationibus adhiberi animum oportere. Tanquam per oculum enim ait, per experientiam habentes principia ipsarum rerum agendarum, cernūt: & ab ijs perinde atque à natura acti, rectè discernunt. Quamob rem rectè ac prudenter Innocentius: in morum iudicio sanctorum exempla nos sequi voluit. Grauissimè quoque plato in timæo: fieri inquit: non potest, vt deorum filijs fides non

In iudicijs fidei & cō scientiæ doctissimi cō sulēdi sūt; in rebus q ad prudentiā pertinent, nō solum sapiētes, sed viri optimi.

Aristo.

6. Ethico.

10. d. c. de quibus.

non habeatur, etiam si absque probabilibus & necessarijs dicant demõstrationibus. Et ecclesiasticus: cor ait, boni consilij statue tecum, anima enim viri sancti enũtiat aliquando vera, melius quàm septem circunspectores sedentes in excelso ad speculandum. Iuditia ergo dogmatis & conscientiæ, à doctissimis petenda sunt exẽplo Herodis, iudicia verò prudentiæ non solum ab illis, sed etiam à viris probis. Hæc enim mutatis rebus mutantur: illa verò non item: quare illa, scientia indigent: hæc autẽ experientia & discretione, multaq; perfectione, atque exercitatione virtutum, qualem habent viri perfecti & sancti.

Eccl. 37.

¶ Quanta sciẽtia pollere debeant episcopi, & sacerdotes.

¶ Tertio disces ex hoc loco, quanta scientia pollere debeant episcopi & sacerdotes. Ecce Herodes congregat omnes principes sacerdotum, & legis peritos populi, vt sciscitetur ab eis veritatem. Sacerdotes igitur, & maximè episcopi, qui principes sunt illorum, adeò debent esse literati, vt parati sint semper ad satisfationem, omni poscẽti illos rationẽ, de ea fide & spe quæ in illis est, vt Petrus ait. Vnde in veteri testamento inter cætera ornamenta pontifex rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur doctrina & veritas: quia in pectore pontificis, manifesta debet esse cognitio veritatis. Hinc etiam vectes quibus arca portabatur, iugiter annulis erant insertæ: vt cum arca esset portanda, nulla esset vel fieret mora de intromittendis vectibus, quia prædicatores per quos ecclesia circũfertur, sacris literis semper debent insistere: Nec tunc quærant discere, cũ ex officio alios debeãt docere. Hinc etiã dñs, prius posuit verba sua in ore prophetæ, & postea constituit eũ super gentes & regna dicens ad Hieremiã: ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te super gẽtes, & regna. Hinc etiã Malachias: labia sacerdotũ custodiunt scientiam, & legem exquirũt de ore eius, quia angelus dñi exercituũ est. Hinc etiam. b. Pau. scribens ad Timoth. ait: attende lectioni, & exhortationi, & doctrinæ. & dñs prius discipulis aperuit sensum vt intelligerent scripturas, quam diceret eis: euntes in mundum vniuersum prædicate. Non ergo sat est prælatis morum honestas, nisi addatur doctrina. Vnde sacerdotes ingressuri templum tabernaculi, prius lauabãtur in labro æneo, quod fecerat Moyses ex mulierũ speculis. Hinc etiam in canti. Oculi, per quos prælati designantur, assimilantur columbis, quæ resident iuxta fluẽta plenissima.

1. pe. 3.
Exo. 25. b.
Figura.
Hier. 1. b.
Mala. 2. b
1. Tim. 4.
Lu. 24. g
Ma. 16. d
Exo. 38. a
Can. 5.

¶ Quarto disces: quod ab Herode & ab istis sacerdotibus tanquàm ab iniquis possessoribus accipere debemus vasa non lutea, sed aurea, & argentea. Vnde Anastasius. 2. docet. D. 19. c. secũdum ecclesiasticum: nõ personam sed doctrinam esse respiciendam, non ministros, sed virtutem diuinam in sacramento contentam. Nam si visibilis solis istius radij, cum per loca fœtidissima transeunt, nulla contactus inquinatione maculantur: multo magis ipsius, qui istum visibilem facit, virtus: nulla ministri indignitate constringitur. Nam & Iudas cum fuerit sacrilegus & fur, quidquid egit inter apostolos pro dignitate comissa sibi beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta senserunt. declarante hoc ipsum domino manifestissima voce: scribæ, inquit, & pharisæi, super cathedram Moysi sederũt: quæcunque dicũt facite: quæ autem faciunt nolite facere: dicunt enim & non faciunt.

A sacerdotibus iniquis lusci per- debemus, tanquã ab iniquis possessoribus doctrinã & sacramenta.
Similitudo.
Infra. cap. 23.

Et congregans omnes principes sacerdotum, & scribas populi, sciscitabatur ab eis,

vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt in Betlehem iudæ. Sic enim scriptũ est per prophetam. Et tu Beth-lehem terra iuda. &c. Itaq; rex Herodes liuore & ira cœcus, cũ totus arderet in exitiũ nati pueri, tamen impiæ crudelitati pietatis spe ciem prætexuit. Accersit ad se ex ordine sacerdotum cunctos primores, ac scribas populi iudaici, quorũ hæc erat peculiaris professio, vt si quid exoriretur rerum nouarum, è propheta rum oraculis, èq; diuinis libris respon sa darent, quod harum exactam scientiam profiterentur: videlicet vt & nu merus & autoritas ad fidem conduceret. Ab his igitur conuocatis atq; sacras scripturas voluẽtib9 rex hoc ma gis impius, quod pietatem mentiretur, respõsum accepit nasciturũ Chri stũ in Bethlehẽ iudæ. Atq; hæc respõ derũt tũc sacerdotes & scribæ, qui post, tot miraculis corruscãtẽ, & omnibus benefacientẽ, curarunt occidendũ.

Gentibus iudæi deseruiunt seruantes scripturas de Christo loquentes.

¶ Iam hic mecum primùm considera, quo pacto gentibus Christum adorare venientibus, iudæi deseruiũt, seruantes scripturas sacras, ac eas voluentes, & tandem ex illis docẽtes locum, quo nasciturus erat Christus, quem ipsi præstolabantur. Hoc non sine magno diuinæ sapientiæ consilio factum est, & vsque in hanc diem fit: vt ecclesiæ fides firma, certa, ac sine ali qua falsitatis suspitione permaneat. Cuius rei typum habes in conceptu Rebeccæ: vt explicat Augustinus. Quod beatus (inquit) Isaac typum habuerit saluatoris, pœnè nulli habetur incognitum. Isaac ergo Christum dominum, beata autem Rebecca ecclesiam figurauit. Quæ, cũ multo tempore ad exemplum ipsius ecclesiæ, sterilis permaneret, beato Isaac orante & domino donante concepit, sed collidebantur paruuli in vtero eius. Cui dominus dixit duo populi de ventre tuo diuidentur, & maior seruiet minori. Concepit ergo corporaliter de beato Isaac Rebecca, quia conceptura erat spiritualiter de Christo ecclesia. Sed sicut duo paruuli in vtero Rebeccæ collidebãtur, sic in vtero ecclesiæ duo sibi populi iugiter aduersantur. Si enim aut so li mali aut soli boni essent, vnus populus esset: quia verò in ecclesia & boni inueniuntur & mali, tanquam in ventre spiritualis Rebeccæ duo populi colliduntur, humiles scilicet & superbi, casti & adulteri, mansueti & iracundi, benigni & inuidi, misericordes & cupidi. Quo modo verò populus maior seruiat minori, hoc qui diligenter attendit, in Christianis vel in iudæis agnoscit. Hoc ergo ordine maior popul9 minori seruire cognoscitur, dũ per illorum libros ad credẽdũ in chr̃o gentiũ populus inuitatur. hæc ex augustino. Iã hic in prõ ptu habes exemplũ, conueniunt principes iudæorum, conueniunt legis periti, qui sacrarum literarum peritiam profitebantur: & ex scripturis docent nasciturum Christũ in Beth lehem, ac gubernaturum Israelem. Docent iudæi, & credunt gentiles.

D. Augustinus. fe. 4. p. 2. do. Quadragesimæ. sermone. 2.

Figura.

Gen. 25.

¶ Hoc idem sepè apud nos accidere experimur, docent secreta cœlestia præsules, docent concionatores populum: at populus seruat legem ab eis prædicatam: illi verò, peccatis quã plurimis manẽt illaqueati & irretiti. Tũc maior seruit minori.

Iudæorũ malitia cõsideráda.

¶ Secundo considera istorum Iudæorum malitiam: truncatam & mancham vaticinationem impio Herodi allegantes. Si enim (vt superius diximus) quæ Paulo ante præmisserat propheta Michæas retulissent ei, regnum Christi spi-

ritua

rituale ac pacificum futurum intellexisset: aut si quæ statim addidit propheta, addidissent: minime terreretur aut turbaretur. Addit enim propheta: & egressus eius à diebus æternitatis. Si enim illi explicuissent, Dei filiũ futurum esse regem illorum, forsitan Herodes credidisset, illumq; veneraretur. Sed perfidi legis periti hoc tacuerunt, ac nolẽtes filium Dei habere regem, vbi Christus nasceretur, solum Herodi produnt, atq; de vnius infantis nece, vtrorumq; voluntas astringitur. Vnde factum est (inquit Augustinus) vt hi dum infantem Christũ noluerunt agnoscere, filios suos pro illo compulsi sint amittere: quos quidẽ occidit mortiq; propinauit Herodes istorum amicus. Imo non solum eorũ filios, sed (vt autor est Iosephus) omnes istos primores iudæorum, à quibꝰ sciscitatus est vbi Christus nasceretur, statim quod ipse animam exhalaret, á sorore sua occidendos statuit: vt de morte sua populus iudæorum minime lætaretur, sed potius tunc temporis, fleret, contristaretur, ac maximo mærore cõficeretur. Meritas sanè pœnas dederunt homines isti, nolẽtes agnoscere oculis, quem de sacris iudicabant libris, vt quem non adorabãt in infantiæ infirmitate humilem, postea crucifigerent in virtutum; sublimitate fulgentẽ. Quæ ista iudæi tam imperita in vobis scientia est (inquit leo) tã indocta doctrina? Interrogati vbi Christus nasceretur, veraciter & memoriter dicitis quod legistis: in Bethlehem iudæ. Sic enim scriptũ est &c. Hunc principem natum, & pastoribus angeli, & vobis annunciauere pastores, hunc principem natum, lõgin quæ orientalium gentium nationes in insolito noui sideris splendore didicerunt. Et ne de loco æditi regis ambigerẽt, vestra eruditio prodidit quod stella non docuit. Cur vobis viã, quã alijs aperitis obstruitis? Cur in viã infidelitate residet dubiũ, quã ex vestra sit responsione manifestum? Locum natiuitatis de scripturarum testimonio demonstratis, præsentiam temporis de cœli & terræ attestatione cognoscitis, & tamen vbi ad persequẽdum animus Herodis exarsit, ibi ad non credendũ vester sensus obduruit. Hæc ille.

D. Augu. in oratione contra iudæos & Arrianos. cap. 10.

Libr. 16. de antiq. c. vltimo.

Ser. 2. de epipha.

¶ Iam inter nos sunt, qui istorum exẽplum sequuntur: hæretici videlicet qui truncata ac mancha scripturarum testimonia afferre solent: quibus suos errores tueantur, ac defendant: præcedentia ac sequentia dissimulãtes, quæ, si allegarent, minime in sua sententia persisterent. Sed excæcauit eos malitia eorum, vt videntes non videant & audientes non intelligant. ¶ Iam similiter sunt catholici doctores, ac cõcionatores nonnũlli, (ne dicam multi) qui alios docent, seipsos non docent. Cur ergo qui te aliorum iactas posse tenebras illuminare: & stultos docere: te ipsum non doces? Medice cura teipsum. Cur pœnnas nido maiores extẽdis? Et dum festucam ex alieno oculo vis eijcere, trabem quæ mentem tuam obnubilat, non consideras. Cur non te intra tuam pelliculam contines? Simulans leoninam generositatem: cum vel asini stultitiam non imiteris. is cognouit præsepe domini sui, tu, autem, aut Deum non cognoscis, aut illi parere ac obtemperare recusas. Alios doces, doce & teipsum. Charitas enim ita non quærit quæ sua sunt, vt tamen si ordinata sit, á seipsa semper incipiat. Ne quæso sis veluti æs perpetuo tinniens: teipsum cõsumens. Sed de hoc aliàs diximus satis superque.

Hæretici in allegatione scripturarum imitantur scribas & istos.

Sapien. 2. Luc. 8. b.

In prauos doctores ac concionatores. Rom. 2.

Lucæ. 4. d Lucæ. 6. f

Esa. 1. a.

1. co. 13. b

¶ Tertio perpende: quod iure optimo Herodes ad veritatem inquirendam concilium congregat. nam, vt ex cap. prudentiam de officio delegati, & ex cap. extra conscientiam. 64. distinctione, habemus: Integrum est multorum iudicium, salus vbi multa cõsilia. quẽ admodum enim licet summus pontifex potestatem habeat diffiniendi ea, quæ sunt fidei, concilium tamen congregare solet vt veritatem inquirat, & vt inquisita suauius a populo Dei suscipiatur: ita etiam arduis negotijs rectores tam temporales, quam ecclesiastici, debent habere consultores, ne quoslibet. Quia & si omnia cũ consilio, non cum consilio omnium. D. Bernar. in episto. 18. quod si scire quis vellit, quales debeant esse regum & magnatum consultores, scilicet, iuris periti, senes, amici, non auari, neque quæ sua sunt quærentes. Libro. 5. titulo. 9. parti. 2. & libr. 2. ordina. titu. 3. in prologo.

¶ Omnia cum consilio maturo agẽda.

Quales debeant esse consultores.

D. Bern. epist. 18.

¶ Tandem ex hoc loco discant concionatores, & doctores catholici, non ex suo capite populo Dei euãgelium explicare, & dogmata fidei proponere: sed quicquid proposuerint credẽdum, aut testimonio sacrarum scripturarum, aut definitionibus conciliorum, aut traditionibus patrum, aut dictis sanctorum confirmare contendant. Perdiscant regum potentiã non timere: sed veritatem, & si illis odium pariat, annuntiare. Quem admodum in hoc loco, principes sacerdotum atque legis periti fecerunt. sic enim interrogati ab Herode responderunt: in Bethlehem iudæ: sic enim scriptum est &c.

Cõcionatores non de suo capite sed sacra scriptura, aut concilijs &c. debẽt suam doctrinã cõfirmare.

Cõcionatoris est, vera dicere absque timore.

Tunc Herodes clam vocatis magis. Ex hoc manifestè conuincitur Herodes male agere quod clam tantum negotium agat. Teste Christo: qui malè agit odit lucem. Vnde peccata vocantur opera tenebrarum. Abijciamus ergo opera tenebrarum ait Pau. in epist. ad Rom. cap. 13. Et rursum: nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum. Item Salomon in pro. cap. 24. ait: iustorum semita, quasi lux splendens, & via impiorum tenebrosa. Præterea Ioannes cap. 11. Iusti dicuntur ambulare in die: impij verò in tenebris, & ideo offendunt. Qui ergo clàm docet, falsitatem præ se fert: ideo Christus dicebat: ego palam locutus sum, & in synagogis, vbi iudæi conueniunt.

Quod clã fit, suspitionẽ mali præsefert.

Ioa. 3. e. Ro. 13. d. Eph. 5. e. Pro. 4. Ioa. 11. Ioa. 18. d.

Diligenter didicit ab eis tẽpus stellæ. Sũt modo multi qui diligenter, ac curiose discunt totum ius ciuile, & canonicũ, non vt bene faciant: sed vt perdant: sicut Herodes. Quemadmodum enim multi sunt, qui sumũt arma, nõ vt seipsos defendãt, sed vt cæteris noceãt, contra cap. non inferenda. Sic etiam sunt multi legum professores, qui armarationis, hoc est leges, iuxta illud, imperatoriam magestatem &c. Non vt patrocinentur, sed vt pauperibus, & viduis, & pupillis noceant, sumere non verentur.

Cõtra malos & iniquos legis peritos.

¶ Præterea pigeat & pudeat nos ab iniquis in diligentia vinci. Magna enim cum diligentia peccatores ad mortem currunt: nos autem ad vitam adipiscendam, maxima pigritia & tarditate laboramus. Si ergo ab impio Herode, superari non vis, diligenter exerce agrum tuum: vt Salomon ait. Quod si prælatus es, diligenter agnosce vultum pecoris tui: vt idem admonet pro. cap. 27. Si mulieres, in omnibus diligentiam adhibe. Nam mulier diligens, corona est viro suo. Si religionem professus es: considera, te corã Deo & Angelis eius astare. Hoc animaduertens

Diligẽtia in bonis actionib. commendatur.

Pro. 24. Pro. 27. Pro. 12. a

Psa.46.b Dauid dicebat in psalmo. Quoniam omnis terræ Deus, psallite sapienter: & sapiens quidam: tāto maiori studio placendum est, quanto maior est, cui placendum est. Et Dauid: in cōspectu Ps.137.a angelorum psallam tibi, & can. 8. Qui Can.8. habitas in hortis, amici (idest angeli), ascultant te. Timeamus igitur Deū, & in omnibus diligentes erimus. Nā vt sapiens ait: qui timet Deum Ecclc.7.c. nihil negligit. O si possemus (inquit D. Augu. Augustinus) excitare homines, & cū ipsis pariter excitari, vt tales essemus amatores vitæ permanentis, quales sunt homines amatores vitæ fugientis. Quis non vt viueret, cōtinuo perdere volet vnde viuere & potius eligeret vitam mendicantem, quàm cessere in mortem? Cui dictum est nauiga ne moriaris, & distulit? Cui dictū est, labora, ne moriaris, & piger fuit? Leuia iuuet Deus, vt in æternum viuamus: & obedire negligimus. In vitis sanctorum patrum legimus, vidisse quændam illorum, ornatam meretricem & lachrymas fundēdo dixisse: ignosce mihi omnipotēs Deus, quia vnius diei meretricis huius ornatus, superauit totius vitæ meæ industriæ ornamenta. Non ergo tardi simus sed diligentes, non pigri, sed solliciti, non ignaui, sed bonis operibus solertes, atque diligenter, & studiosè, discamus quæ ad salutem nostram attinent: similis mulieri illi, de qua dominus ait: Lucæ. 15. quod amissa Lu.15.b. drachma vna, ascendit lucernam, & euertit domum, & quæsiuit diligenter donec inuenit.

Ite & interrogate diligenter de puero. Multi inter nos sunt qui Herodem imitantur. Committentes alijs, quæ perseipsos facere tenentur. Herodes enim adorare, & quærere tenebatur Christum: facilius id facere ipse poterat, quam alienigenæ ab oriēte venientes: & tamen rem tam arduam tanq; sibi necessariam illis cōmittit. Tales sunt episcopi qui totam curam animarum alijs committunt: tales parentes, qui restitutionē faciendam filijs suis in testamēto præcipiunt. Quam multo melius, quanto multoq; securius, ipsi poterant dum viuebant, exequi. Tales curam animarum habentes, qui in sua parrochia residere nolentes, aliorum fidei subditos mandant.

(Multi alijs cōmittunt quæ ipsi per se facere tenentur.)

¶ Obserua præterea quo pacto Deus perdit sapientiam & sagacitatem sapientium. Quanuis enim maximè sagax malitia humana sit, irridetur tamen sæpius, ita vt in suis artibus decipiantur homines isti non sinceri. Euanescunt enim iuxta Paulum Ro.1.e. in suis cogitationibus: paruo siquidem negotio, vel ipse Herodes adire poterat, vel seruos mittere, qui rē totam exponerent: sed deludit Deus horum hominum artes & astutias magno labore partas.

(Non est prucē. a contra dominum.)

Vt & ego veniens adorem eum. Causam, vt vides, prætexit Herodes iste admodum piam: & ab animis Magorum minime abhorrentem. Vt hac via moliretur necem salutis autori. Quàm felix foret, si magorum imitaretur fidem, & conuerteret ad religionem, quod disponebat ad fraudē O cæca stultæ emulationis impietas Sem.1.de Epipha. (ait Leo summus pontifex) quæ per turbandum putas diuinum tuo furore consilium. Dominus mundi temporale non quærit regnum, qui præstat æternum. Quid in commutabilem dispositorum rerum ordinem vertere, & aliorum facinus præocupari conaris? Mors Christi non est temporis tui. Ante condendum est euangeliū, ante prædicādū est

cum inueneritis renunciate mihi, vt ego veniens adorem eum. Nolebat impius ac tyrannus iste, Christum regẽ verum totius orbis, adorare: sed potiꝰ interficere. Vt non iam miremur, eũ
Ioã. 13.b occidisse pueros innocentes. Nam nõ est seruus maior dño suo. Si ergo dominum & regem gloriæ vult interficere Herodes simulando pietatem, ac religionem: quid mirũ, quod seruos eius adhuc infantes insectari audeat? Ex quo fit, vt possint & iusti dicere, id quod rex Dauid hortatur psalmo cen
Psa. 128. tesimo vigesimo octauo. Sæpe expugnauerunt me à iuuẽtute mea. Et rur
Psa. 11. sus ait psalmo decimo primo. Quomodo dicitis animæ meæ, trãsmigra in montem sicut passer? Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde. Hæc namq; est conditio, & natura hypocrisis: vt Deum adorare simulet, & tandem eum atq; sanctos suos de vita tollere contendat.

¶ Ab huiusmodi hominibus liberari
Psa. 11.a. postulabat Dauid rex cũ dicebat: Saluum me fac domine, quoniam defecit sanctus: quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominum. Labia dolosa in corde & corde locuti sunt. Idest per dolosa labia sua, inuicẽ locuti sunt corde & corde: idest, duplici corde, nõ recto, non syncero, non simplici: dũ aliud loquũtur voce & lingua aliud in animo gestãt. Hi simulatores, hi hypocritæ, astuti vocãtur à Paulo, in po
2. Cor. 4. steriori ad co. episto. c. 4. his verbis: nõ ambulantes in astutia, sed in manifestatione veritatis. Istorum vox est: interrogate diligenter de puero: & eo inuento: renũtiate mihi: vt ego veniẽs, adorem eum. Et vt in prouerbio dici-
Prouerbium. tur: crocodyli lacrymæ. Sunt qui tradant hoc animal homine conspecto procul, lachrymas emittere: eundem que mox deuorare. Huiusmodi erant Bassiani imperatoris lachrymæ: lachrymabatur enim quoties mentio fieret, aut imaginẽ gettæ fratris, quẽ ipse occiderat, videret. Hi sunt, simu- 1. Re. 19
lachrum & caprarum pellis in lecto Dauidis reperta. Michol enim cõstruxit lectulum quasi ægrotantis, & sub sago iecur capræ spirans supposuit. Opio aliquorum. Figura.
Ostendit ergo militibus Saul, lectulũ coopertũ: & dum pecoris iecur quod sub sago positũ erat palpitaret, ægrotum esse & dormire Dauid, qui missi fuerant, crediderunt. Sunt prophetæ falsi, sunt hypocritæ, sunt simulatores qui veniunt in vestimentis ouiũ: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A quibus cauendum: cudũt enim falsam pecuniam: quod crimen est lesæ magestatis. Sed de hoc latius inferius.

Qui cum audissent regem, abierunt: & ecce stella quam viderant in oriente, antecedebat eos. Stella viæ dux, magos Hiero- Quare stella ad tempus Magos destituit.
solymam ingressuros ad tempus destituerat. Tum vt illorum percontatio diuulgaret rumorem nati pueri, nec proderet nati cunabula regi sæuituro. Tum vt Barbari primi Christum annuntiarẽt natum, quem iudæi tot seculis expectatum post occiderunt. Tum etiam, vt eorum constantia, ac in virtute perseuerantia posteris esset exemplum. Non enim à stella destituti, animo deciderunt, aut ab incepto reuocati sunt, aut exanimati: sed constãter iter suum peregerunt: atque Hierosolymam ingressi, diligenter puerum quærunt. Idcirco insperatò vrbem egressis, rursus adest mirabilis illa, quæ illos exciuerat, stella. Vt discant viri religione ac contemplatione rerum diuinarum præstantes, in ea perseuerare: neque ab ea retrahi: & si aliquando absit feruor, suauitas, ac dul

cedo pristina spiritualis: certò sperantes stellam illam quam viderant, & quæ, illos ad Deum adduxerat, iterũ redituram Dei iussu: secundum illud quod sanctus Iob ait. c. 36. In manibꝰ abscondit lucem, & præcipit ei vt rursus adueniat, anũciat de ea amico suo, quod possessio eius sit. ¶ Destituit præterea reges stella cælitꝰ missa, quod ingrederentur Hierosolymam: quod conuenirent iniquum regem, ac perfidos principes: quod denique sceleratis hominibus adiungerentur. Quo docemur iniquorum hominum consortia vitare: prauorum virorum societatem fugere, si volumus vt nobis semper adsit cœlestis irradiatio ac gratia.

Iob. 36. d

Et ecce stella quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra vbi erat puer. Sicut stella duxit Magos ad Christũ: sic fides ducit nos ad eundem. Fides enim est lucerna, qua in huius vitæ nocte ambulamus. 2. Cor. 5. per fidem (inquit) ambulamꝰ & non per speciem. Et D. Augusti. in lib. de fide ad Petrum. Si quis non ambulauerit per fidem, nõ perueniet ad speciẽ. Fides cæteris virtutibus lumen ministrat. Ipsa enim est stella matutina solem iustitiæ, & intelligentiæ præueniens, per eam oritur dies gratiæ, quem dies gloriæ & perpetuæ fœlicitatis subsequitur. Ipsa est stella cardinis cœlorum nauigantibus per huiusmundi mare, portum ostendens & patriam. Ipsa est vera stella, quæ reges spirituales & cœlestes ad puerum saluatorem adducit. Ipsa est columna nubis quæ de AEgypto tenebrarum & errorum potenter nos educit. Et vera lux, quæ tenebras infidelitatis expellit. Nã vbi fides non est, tenebræ sunt: significatæ per tenebras illas de quibꝰ exodi. 10. dicitur: & factæ sunt tenebræ horribiles, in vniuersa terra ægypti. Et subditur: vbicunq; habitabãt filij Israel lux erat. Hanc splendidissimam lucem maximè odit inimicus. Nec mirum nam qui maleagit odit lucem. Et vt Iob de latronibus ait: cum subitò apparuerit aurora, arbitrãtur vmbram mortis. Habentes igitur in prospectu nostro fidei stellã, maxima lætitia & gaudio perfruamur. Nam ipsa deducet nos, vsque ad locum, vbi est puer iste cœlestis: illum ibi perpetuo adoraturi.

Fides stella est, quæ ducit nos ad Christum.
2. co. 5. b.
Augustinus de fide ad pe.
Figura.
Exo. 13. d.
Exo. 10.
Figura.
Ioan. 3. e.
Iob. 34. c.

Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valdè. Eò videlicet tanta lætitia perfusi sunt, quia Dei reuelationẽ, & sacram scripturam concordare cernebant. Hoc enim fuit, transfiguratũ fuisse Christum inter Heliam & Moysen.

Infr. cap. 17. a.

Intrantes domum. Minime scandalizati sunt videntes puerum in tam humili habitaculo, sed potius in fide cõfirmati sunt. Intellexerunt enim esse saluatorem non via humana, sed potius diuina. Hinc est quod dominus ait: sicut exaltãtur cœli à terra: sic exaltatæ sunt viæ meæ, à vijs vestris. Quid facitis o magi (inquit Bernardus) quid facitis? Lactentem puerum adoratis, in tugurio vili, in vilibus pãnis? ergo ne Deus est iste? Deus certè in templo sancto suo, Deus in cœlo sedes eius. Et vos eum quæritis in vili stabulo, in matris gremio? Quid facitis, quid & aurum offertis? Ergo rex est ipse: & vbi aula regia? Vbi thronus, vbi curiæ regalis frequentia? Nũquid aula est stabulum? Thronus præsepium? Curiæ frequentia Ioseph & Maria? Quomodo ita insipientes facti sunt viri sapientes, vt adorent paruulum despicabilem tam sua ætate, quã paupertate suorum. Hæc Bernardus. Hæc tamen omnia, & si difficilia creditu

Fides omnes difficultates vincit.
Esa. 55. c.
D. Bernardus serm. 1. in epiphania domini.

ditu sint: tamen à fide vincūtur. Hæc fecit, vt non illis sorderet stabulum, non pānis offenderentur, non scandalizarētur lactentis infantia, procidūt, venerantur vt regem, adorant vt Deū. Captiuemus igitur & nos intellectū in obsequium fidei, & omnes difficultates, quæ ex Dœmonum, aut mūdi, aut carnis instigatione subortæ fuerint, superabimus. Hæc faciet, vt certi simus beatos esse in hoc mundo pauperes spiritu: beatos esse humiles & mites &c.

Et intrantes domum inuenerūt puerum, cum Maria matre eius. Iam igitur reges cœlestem ducem sequuti, noui regis palatium intrant: vidēt sordidum & abiectum tugurium, vile stabulū. Nihil cōmouetur his rebus syncera pietas, ingrediuntur, reperiunt infantē, nihil à cæteris specie differentem: reperiunt matrem nihil magnificū præ se ferentem. Paupertatem ac simplicitatem tota suppellex testabatur. ¶ Imprimis nunc contemplare, quanta admiratione & pauore afficerentur reges isti, cœlesti iam lumine tacti: vidētes Deum maiestatis, mundi conditorem, rerum omnium gubernatorem & moderatorem puerum factum, pannis inuolutum, in præsepio positum. Vultis visionem istorum fructuosam accipere? Viderunt insulæ & timuerunt, & extrema terræ obstupuerunt, & accesserunt, ait Esaias. Videtis quos virtutum fructus Dei visio pepererit in magis, pariatq; in nobis? Timorē, stuporem, amorem. Viderunt, inquit, & timuerunt, obstupuerūt, & accesserunt. Viderunt insulæ istæ ac extrema terræ, hoc est, gentes istæ quæ ab orientali plaga venerunt, viderut, inquam, oculis fidei ac lumine cœlesti illustratæ, Deum sub humana carne latentem: viderunt æternum sub temporali: Viderunt æqualem patri minoratum paulominus ab angelis: viderunt eum, qui percussit reges fortes, & occidit reges multos ac magnos, sub eo, qui mortis metu in AEgyptū fugit: Viderunt eum, qui est panis viuus qui de cœlo descendit, vbera virginis lactentem ac sugentem. Viderunt deniq; verbum, quod ab æterno erat apud Deum carne velatum. Et timuerunt ad reuerentiam. timuerūt, quod hactenus non verum Deum, sed idola & dæmonem coluerant. & obstupuerunt ad nouitatem: cum videbant non dum visa: videlicet simul diuinā & humanam naturam non confusione substantiæ, sed vnitate personæ cō coniunctas. Videntes hæc in filio: & rursum videntes in matre maternitatem & virginitatem simul, obstupuerunt. Et tandem accesserunt per amorem. Ipsi ergo reges hæc videntes admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos. Ecce reges terræ congregati sunt, & conuenerunt in vnum: & videntes stellam in oriente, videntes prophetiam Malachiæ, vidētes eā dem stellam, sic illorum pietati seruiētem, vt non solum Bethlehem, sed ipsum etiam tuguriū humile, & ob hoc inuentu difficile, indicantem: videntes Dei magestatem humana natura velatam: admirati sunt de rebus ita insolitis. Et contemplantes veritatem fidei ac virtutem Dei, conturbati sunt intra semetipsos, quod verum Deum ante veritatis agnitionem, impietatis viribus oppugnassent: suntq; subito ad pœnitentiam cōmoti salubriter: ita vt quasi timor & tremor in eos irruerit, præ horrore patratæ pristinæ impietatis suæ. Ibi dolores vt parturientis: apprehendit enim eos dolor vehemens & contritionis & pœnitētia

Esa.45.b
Christi visio, quos virtutum fructus producat.
Hebr.2.c
Ps.135.c
Ioan.6.
Ioa.1.a.
Ps.47.

tiæ, admodum parturientis, qui & maximus est, & tamen admodum vtilis, vt pote per quem in vitam cœlestem & spiritualem regenerati sunt. Atq; in spiritu violento & valido contritæ sunt diuitiæ & superbia istorũ: viquе diuini spiritus ad fidem conuersi sunt. ¶ Eundem timorẽ retulit Esaias cap. 52. Super ipsum (inquit) continebunt reges os suum, quia quibus non est narratum de eo videbunt, & qui non audierũt contẽplati sunt. Quod in his regibus, ex gentilitio descendẽtibus, (qui neq; scripturas legis nec prophetias habebant) impletũ hodie fuisse constat. Obstupefacti enim de tanto miraculo obmutuerunt &c.

Esa. 52.

¶ Discant hinc viri perfecti, rerumq; diuinarum considerationi dediti, ita Dei mysteria intueri, vt timeant, obstupescant, & accedant. Videant ad intelligentiam, timeant ad reuerẽtiam, obstupescant ad nouitatem, & accedãt per conformitatem. Visio comprehẽdat, timor comprimat, suspendat stupor, rapiat & veniat accessio. Illi enim accedunt qui æmulatione accenduntur. Videat mysteria cœlestia mẽs nostra, timor humiliet, stupor quasi infatuet, amor conglutinet. Cassa visio est, nec cõtemplationis digna vocabulo, quæ talibus non est vestita affectibus. An illum videre definies qui de mysterij cognitione non timet, nec stupet, nec ardet? Timore sobrius fit animus, stupore absortus, accessu consertus & consociatus. Huiusmodi virtutibus contemplationis gratia constat, sed stupore magis & amore. Nam stupore & admiratione mẽs excedit, amore accedit. Nec æstimanda est virtus cõtemplationis tã ex materia, quàm ex modo. Vtraq; attendenda sunt, & genera rerum contemplandarum, & gradus affectuũ. Sed satius inferiori genere amplius affici, quã in superiori minus. Visio hæc abscondita est ab hominibus humana sapientia superbiẽtibus, & reuelata paruulis, hoc est, humilibus. Ideo dicebat Esaias: extrema terræ obstupuerunt & accesserunt. Lege Berna. in secundo opere super cãt. serm. 20.

Viros doctos & sapientes decet timor & stupor.

¶ Præterea obserua: quod nõ sine magno Dei consilio factum fuit, inueniri à magis non in aula regia, sed in vili tugurio, & abiecto sordidoq; stabulo, pannis inuoluto. vt vel sic impio Herodi abscõderetur, ac celaretur. Ecce Dauid fugientem à facie Saul, & venientem ad Achis Regem Geth. Ecce dixerunt serui Achis, nũquid nõ iste est Dauid Rex terræ? Nõne huic cãtabant per choros, percussit Saul mille & Dauid. 10. milia? Ecce Dauid qui mutauit os suum coram eis: & collabebatur inter manus eorum: & impingebat in ostia portæ: defluebantq; Saliuæ eius in barbam. Ecce (inquam) hodie verus Dauidis filius, ne agnoscatur ab impio Herode, occultatur in sordido tugurio: occultatur sub vilibus pãnis. Ecce cadũt saliuæ de ore eius: hoc est, plorat, flet, friget, atq; lachrymæ de ore vultuq; eius cadunt. Ecce verus Dauid qui decem millia percussit, trahendo ad se non solum reges istos ab oriẽti, sed reges alios innumeros. Percussit enim gladio verbi sui Reges multos & occidit reges plurimos. Vidit etiam Ioannes turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus &c. Ecce ergo Dauid noster mutatus. i. occultatus coram Achis, hoc est, Herode, ne agnitus interficiatur. Quis enim (nisi stella cœlesti ductus, crederet regem iudæorum: Imo regem regum & dominum dominantium in stabulo esse, in præsepio vitam agere?

Non sine magno cõsilio Dei factũ est, vt in vili tugurio inueniretur puer iste à magis:

1. Re. 21. Figura.

Ps. 135. e

Apo. 7. b.

Apo. 19.

Præ

Quantū fuerit gaudium magorum in uēto puero.

¶ Præterea, animaduerte, atq; alta mē te considera: quali quātoq; gaudio perfunderentur, quantaq; lætitia afficerē tur reges isti, sui voti ac ingentis desiderij facti compotes: quum post tam lōgam prolixamq; peregrinationem: quum post tot translata pericula, post tot itineris labores, stella duce, ad locū satis desideratum peruenirent: duoq; illa mūdi lumina, hoc est, illum filiū, ac illam matrem: illum infantulum ac illam reginam inuenissent. Quod si tam vehementer tamq; ardenter gauisi sunt reges reperientes puerum, ac regem gloriæ, in tam humili ac sordido tugurio, tanta humilitate ac paupertate comitatum: quo, rogo, gaudio afficientur iusti omnes, quando post peractam huius mundi longam, prolixam, periculosamq; peregrinationē, viderint, ac inuenerint regē gloriæ, non in hoc mundo misero, sed in cœlesti regno? Nō in præsepio fæno pleno, sed in throno gloriæ ac cœlestis magestatis? Non in sinu matris, sed in sinu æterni patris? Non in abiectione humilitatis, quam ob seruādos homines assumpsit, sed in gloria magestatis qua felices ac beatos angelos reddit?

Quanta fuerit virginis lætitia, visa fide ac pietate magorum.

¶ Quod si tantam lætitiam ex puero inuento, reges hi hauserunt, ac perceperunt: quantò, dic mihi, maiorem captaret virgo, quum lachrymas, pietatem, fidem, ac munera eorum intuerē tur? Quum regnum filij sui ab Angelo superioribus diebus promissum, iā propagari videret? Ac tam gloriosis præludijs, Dei gloriam, ac hominum salutem, quam ipsa tantopere desiderabat, præsagiri? Quales lachrymæ ab eius oculis defluerent, quo rubore facies eius diuina perfunderetur? Quales cœlestis illius pectoris & cogitationes & affectus? Nam tria erant quæ præcipuè impresentiarum ob mentis oculos sese obijciebant, quæ, maximæ alacritatis materia & causa erant. magestas & gloria filij, dignitas matris, mundi libertas & salus. Quid enim nō eam magestas filij maxima efferret lætitia? quid non maximum illi gaudiū pareret, ac præberet tāta sua dignitas, qua, vt Dei mater ac genitrix esset, euecta est? Quid non nostris rebus nostra salute, ac liberatione, quam vehementer desiderabat, non ita lætaretur vt suis? Si enim Paulum tanta voluptate perfundebat corinthiorum conuersio, vt in medio tribulationum positus diceret: repletus sum consolatione, superabundo gaudio, in omni tribulatione mea, quanta maior, ex mundi libertate virgini oriretur iocunditas, voluptas, ac delectatio, cū nos multò ardentius quàm Paulus amaret? 2.co.7 b.

Quanta fuerit lætitia pueri Iesu, visis magis.

¶ Quod si tātum esset matris gaudiū, quantò, obsecro, maius, ac præstātius, excellentiusq; esset gaudium filij: cuius delitiæ sunt, esse cum filijs hominum? quantò immensiorem sumeret voluptatem ac lætitiam ille, qui de cœlo ad terram descendit, vt eos liberaret, quantò deniq; cumulatiorem acciperet delectationem ille, qui post, dicturus erat: cibus meus est, vt faciā voluntatem patris mei. (de peccatorum conuersione intelligens) quando in primitijs istorum trium regū, intueretur mundi conuersionem, hominū salutem, Dei gloriam, diaboli casum, de peccato triumphum, victorias denique insignes tot martyrum, confessorum, virginum, ac aliorum sine numero iustorum, qui eius nomine gloriosè erant de mundo triumphaturi? Ioan. 4. Lætare ergo infans, lætare puer sancte, his tam prosperis initijs ac præludijs: ac munera hæc accipe: quæ tibi offerre incipiūt, quos es redempturus. Tu similiter ô virgo sanctissima, tāto filio

nam materiam euanuisse. Mitto inquam istorum opiniones, quibus verò de causis e egerit dñs stellam quæ reges ab oriente traheret modo dicam.

Quare p stellã duxit comites Mages. ¶ Prima ergo causa fuit, vt eo signo, significaret dominus veracem se esse in promissis: promisserat enim olim Habrahæ dicens: in semine tuo, idest, ex Christo ex genere tuo nasciturо, Gen. 22. benedicentur omnes gentes terræ, Genes. 22. Promisserat item, generis tantam multiplicationem, quanta est in cœlis stellarum multitudo: dinume- Cap. 15. ra (inquit) si potest stellas: sic erit semẽ tuum. Quo in loco et promittit non solum naturam, sed gratiam, ne dum filios sed gloriosos filios, nedum multos sed etiã stellis similes. Quare hæc promissio longè maior est quám, Paulo ante præcedens: hæc enim ad solos electos pertinet, qui fidem, habrahæ imitantur: quales fuerunt reges isti & quot quot ex gentibus ad fidem venerunt. Superior autem promissio vbi dicit: siquis potest & puluerem terræ numerare, numerabit & semẽ tuum: ad carnales pertinet, qui secũdum naturam tantum, non secundum fidem & promissionem filij Abrahæ sunt, quales sunt iudæi obstinati. Pulchrè Homines carnales puluere terræ cõparantur. Iusti vero stellis. autem carnales filij Abrahæ, pulueri terræ comparantur, tum quia tantũ terræ inhiant, terrænisque promissionibus: tũ quia sicut puluis leui vento hinc inde proijcitur: sic apud impios nihil stabile, nihil firmum: sed omnia vana, caduca, & ipsi & ea quæ ambiunt. Iusti autẽ & spirituales filij Abrahæ quales modo fuerunt magi, stellis cœli comparantur. Primo quia stabiles & firmi sunt, fixi non in terra sed in cœlo: nec vllo vento ac tempestate deijciuntur: fundati enim sunt super firmam petram. Secundo stellis comparãtur propter multitudinem. Sicut.n. nemo nostrum stellas dinumerare potest nisi solus Deus, qui solus multitudinem earum numerat, & Psa. 146. omnibus ipsis nomina vocat: sic nemo nostrum nouit electorum numerum, nisi solus Deus. Tertio, propter differẽtiã. sicut. n. stella à stella differt in claritate: sic & pij, in gratia & 1. co. 15. in cognitione rerum diuinarum, alijsque donis. Quarto propter lucem. Pij enim lucent vt luminaria in firmamẽto cœli: vnde & à Christo dicuntur Phil. 2. Math. 5. lux mundi, & iubentur lucere coram hominibus &c. Cum impij sint tenebrosi &c. Quinto, propter altitudinẽ, quod etiam nunc corpore in terra cõuersantes, animo tamen in cœlo versantur. De hac enim generatione dicebat pater filio suo apud Dauid: postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & post illũ dicebat Esaias: Psa. 2. Esai. 60. filij tui de longè venient &c. Ecce (inquit euangelista) magi ab oriente venerunt. Vt ergo dominus ostenderet Magos istos filios esse Abrahœ, non carne sed spiritu, non natura, sed fide, eosque annumerãdos inter stellas cœli, hoc est, electos: idcirco stellæ signo eos ad se trahit. Stellæ nãq; veræ fuerunt. de quibus dici potest quod Baruch ait c. 3. Stellæ quoque dederũt lumẽ in custodijs suis: & lætatæ sunt & vocatæ sũt & dixerũt: adsumus. Ecce reges isti tãquã stellæ firmamẽti lumẽ fidei custodierũt in regnis suis ac alios illuminauerunt: ecce stellæ istæ, modo per stellam vocati sunt à domino, & dixerunt: ad sumus. Venerũt enim vsque ad locum vbi erat puer, & adorauerunt eum. Vi. Aug. in ser. epiphã. Rupertũ lib. 2. in Mathæ: qui etiã sunt in hac sententia. Baruch. 3.

2. causa. ¶ Secunda verò causa huius rei adduci potest, maxime etiam rationi consentanea. Diuina enim sapientia (vt sapiens ait) disponit omnia suauiter, Sap. 8. Indi-

Indidit enim singulis rebus propriam peculiaremq; naturam, ac propensionē, qua in fines suos suauiter trahantur. Trahit ergo homines rationis partici pes non vno modo, sed eo, in quem vnusquisq; magis propensius est. Hinc est quod Augustinū dominus traxit per D. Ambrosij & sapiētiam, & vim dicendi, atque eloquentiam, quibus maxime deditus erat. Exemplo etiam Victorini Rectoris Max. D. Catharinam liberalibus artibus & studijs deditam, ad se vocauit: ostendens se esse pulcherrimum illum sponsum, quē ipsa habere affectarat. Simeoni, Annæq; prophetissæ, cœlestibus inspira tionibus ac illuminationibꝰ assuetis, seipsum occultis Spiritus sancti illustrationibus ostēdit. Magos verò istos siue philosophos astrologiæ peritos, per astrum recenter conditū ad se per duxit: prætereа cum hi essent primitiæ gentium, & doctores illarū, æquū erat vt per eos tanquā per stellas gen-

Dan. 12. tes illuminaret: qui enim ad iustitiā erudiunt multos, quasi stellæ in perpe tuas æternitates. Stellas ergo istas, per stellam, ad veram stellam Iacob, adduci oportebat.

3. causa. ¶ Tertia tandem causa fuit vt. l. ex ipsis astris admonerentur sapientes isti, in mūdum iam venisse verum astrū, veram stellā promissam hominibus, quæ illos erat illuminatura, adq; ad domum cœlestem vsq; perductura. Venisse inquam, stellam illam quæ de

Apo. vl. se loquens in Apo. ait. Ego Iesus stella splendida & matutina. vnde idcirco stella ista Magorū antecedebat eos, vsq; dum veniens staret supra vbi erat puer. Quasi hoc facto, dicere his sapiē

Maximꝰ. tibus stella videretur (vt maximꝰ ait) ecce iste est, ad quem adorandum vos induxi, & conduxi: quasi etiam diceret: ecce ista est stella ex Iacob, quam iā diu expectabatis, quæ vos per aliā viam excellentiorem in patriam cœlestem perducet.

Venimus cum muneribus adorare eum. Gentiles erant & ad Deum placandū muneribus veniebant. Cuius rei ima Gen. 25. Figura. ginem gessit Abigail qui cum muneribus venit ad Dauid, illumq; adorando ac munera offerendo placauit. Planè secundum hanc sapientis formam mulieris, sibimet ecclesia de his gentilibus sumpta sapienter prouidit. Iratus erat dominus in insipientem & ebrium nabal, hoc est, mundum, accinctus erat gladio suo, ad faciendam Ps. 149. b vindictam in nationibus, & increpationes in populis: occurrit prudens gentilitas cum muneribus, hoc est, cū misericordiæ operibus, eum adorat, ad pedesq; eius procidit: & placatus est dominus. Placatur donis Iupiter ipse datis. Istorum ergo regum exem- Rup. li. 12 re. ca. 13. plo, admonentur reges huius seculi, domum Dei muneribus honorare, diuinumq; cultum curare. De qua re le ge doctorem sanctum. Opusculo. 20. D. Tho. lib. 2. de regimine principum cap. vltimo.

Audiens autem rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Quid non timet tyrannidis scelus, quid non rei cō scientia?

¶ Cæterum obserua: turbato rege sta- Respublica, princi- pem imita tur. tim fuit tota ciuitas turbata. Vis cognoscere reipublicæ statū intuere principem, contēplare caput. Si princeps iustitiam & veritatem coluerit videbis subditos legibus obedientes: contra verò deprauato principe Turpi voluptate, & effrænata dominandi cupiditate corrupto, videbis populum ab omnibus virtutibus destitutum, & indomitis appetitibus inflāmatum. Nam vt in pisce corrupto capite, totū Similitudo. corpus corrumpitur, sic in republica, depra

depravato principe, alij in pravitate versantur. Qui videre vult sit ne piscis contaminatus, aspicit caput: hoc enim est quod prius corrũpitur, hinc est, quod merito Esaias comparat rempublicam cum pisce cuius caput princeps est, corpus autem populus: Et significare volens Hierosolymæ corruptelam ait, principes tui putridi & fætidi. Sic enim verti potest ex Hebræo vbi nostra versio habet principes tui infideles.

Esa. 1. f.

¶ Deinde considera, quod tanta erat impiorum multitudo in Hierusalem atque tam pauci, qui Christum expectabant vt Simeõ & Anna, vt omnis, in hoc loco, Hierosolyma turbari dicatur. Omnis enim in sacra scriptura pro maiori parte hominum vsurpatur. Quo loquendi modo vsus est Ezechie. cap. 3. Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde. Sic psal. 11. Saluum me fac domine, quoniam defecit sanctus. Paulus etiã ait ad Phili. omnes, quæ sua sunt quærunt. Vt hinc discas quã pauci sint electi, & contremiscas. Tam pauci enim sunt vt omnes homines iniqui dicantur. Quoniam enim in comparatione malorũ, adeo pauci, boni sunt, vt nulli esse videantur: ideo scriptura, totũ vna comprehensione populum reprehendere solet: quamuis in eo nonnulli sint boni. De qua re Augustinus li. de vnitate ecclesiæ cap. 12. legendus est.

Omnis, in scriptura pro maiori parte solet accipi.
Ezech. 3.
Psa. 11.
Phili. 2. c.
Augustinus. de vnitate ecclesiæ c. 12

Turbatus est rex. Discant hic primũ reges, ac mundi principes, discant qui in honoribus ac dignitatibus mundi huius sunt constituti, maiori timori subiectos esse quàm cæteri. Quemadmodum enim cacumina arborum, in sublimi loco positarum, vel leui aura flante, hac atq; illac mouentur: sic homines in sublimitate constituti, quocunq; metu, aut timoris aura, commouentur, turbantur, ac concutiuntur.

Quanto quis in maiori dignitate est positus, tanto magis timere solet, simile.

¶ Deinde cõsidera: quod turbatur Herodes, metuens, ne quãdo regno quod occupauerat, alienigena deturbaretur, si tantus princeps è iudæorũ stirpe extitisset. Siquidem Herodes nihil aliud, quam terrenum regnum somniabat: Ignarus Christum aliud regni genus inuehere, quod ad vniuersos homines pertineret. Non erat quare turbaretur ipse, nec principes & sapientes, qui eum in Bethlehem nasciturum planè dixerunt. Nam regnum huius pueri pacis & nõ belli erat. Nõne (inquit rupertus) per prophetam eundem dixerat Spiritus sanctus, regis huius ortum, nihil Herodi, imò nihil cuiquam mortaliũ esse nociturum? Nempe antequam locũ expressisset natiuitatis eius, prædicere curauit & miram innocẽtiam regni eius. Dixerat enim: & in nouissimo dierũ erit mons domus domini præparatus in vertice montium, & sublimis super colles, & fluent ad eum populi, & properabunt gentes multæ. Et cõcident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones. non sumet gens aduersus gentem gladium, & nõ discent vltra belligerare &c. Ergo cæci cæco male ducatum prebebant, ióq; ambo infoueam ceciderunt, dum sciscitaretur Herodes vbi Christus nasceretur, nesciens sciscitari qualę foret regnum eius, & illi ostendentes locũ natiuitatis, non viderent in eadem scriptura pacem & innocentiam regni eius. Quid enim verius eo quod dicit: non sumet gens aduersus gentem gladium, & non discent vltra belligerare? Gens quippe regis huius, gens conuersa ad regem istum, gens tota paruulorum est, nequaquam sumptura gladium, aut belligeratura contra

Regnum Christi, regnũ erat pacis & non belli.
Rupert.
Mich. 4.

Herodis vel Romani Imperij gentem, sed gente aduersa feriente se gladio, semper & in ipsa morte prædicatura pacem. Quomodo paruuli quos continuo tu ô funeste Herodes occidisti, non se defenderunt, non te repercusserunt, sic vniuersa Regis huius gens, dum occiditur gladium non leuabit, non contra gentem homicidam tui similem belligerabit. Nec verò contrarium huic est, id quod subinde Regis huius ciuitati Sion, consolator spiritus per eundem prophetam dicit. Surge & tritura filia Sion, quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas & comminuam populos multos, & interficies domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum domino vniuersæ terræ. Longè aliud cornu, & interfectio dissimilis. Cornu istud non contra homines, sed contra diabolum erigitur. Interfectio hæc, non hominum, sed vitiorum est. Cornu istud, de cœlo datum est, dicente militibus suis Rege isto. Vos autem sedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto. Interfectio hæc est, de qua Petro dictum est. Surge Petre, occide, & manduca. Igitur ô Herodes latro, filiorum tuorum occisor, illic trepidasti timore, vbi non erat timor. Non ergo Rex impie Turberis, nô vos reges Herodis successores, conturbet aduentus huius Regis. Audite eius antesignanum, præcursorem, ac præconem quid dicat: agite penitentiá, appropinquabit enim regnum cœlorum. Ecce enim qualis magister militum, qualis signifer Regis huius, qualis primæ legionis primicerius, pilis camelorum vestitus, & Zona pellicea præcinctus. Non dicit, arma corripite, appropinquabit enim regnum iudæorum: sed pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Nô dicit filij regum, & patriarcharum, demonstro vobis animosa sumere bella: sed dicit, progenies viperarum; quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Non dicit, nolite Cæsari censum dare, sed dicit, facite fructus dignos penitentiæ. Non dicit, iam iugum Imperatorum contritum est: sed dicit, iam enim securis ad radices arborum posita est. Non dicit: oliueta iudaica seruabuntur, & Romana Pomeria succidentur. sed, absque distinctione hortorum aut nemorum. Omnis, inquit, arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittitetur. Hæc Rupertus.

[Margin: Respõdetur obiectioni. — Mich. 4. — Lu. 24. g. — Acto. 10. — Math. 3. a — Ibidem. — Ibidem. b. — Ibidem. — Ibidem. c. — Ibidem. c. — Ruper. in volum. 4. Euang. li. 1. c. 19. & 11.]

Turbatus est Rex. Puto quod non tantû Herodes à semet ipso turbabatur, quantum diabolus in Herode. Herodes enim timebat, quod suspicabatur: diabolus autem timebat, quod verè sciebat. Herodes hominem æstimabat, diabolus deum. audierat enim iam angelos in aera clamantes, gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ideo quanto magis testes addebantur pro Christo, tanto magis destructionem potestatis suæ diabolus timebat. Vnusquisque ergo eorum zelo proprio turbabatur, & secundum suam naturam, sui regni successorem timebat. Herodes terrenum, diabolus autem cœlestem. Nam neque Herodes terreretur, si cœlestem regem nasci suspicatus fuisset, neque diabolus si terrenum. Vis scire, quia non tantum ipse turbabatur,

[Margin: Chriso. — Non tam turbatur Herodes, quàm diabolus in Herode. — Luc. c. 2.]

batur, quantum diabolus in eo? Ecce & iudaicus populus turbabatur: qui magis de auditu isto gaudere Debuerat; quia rex Iudæus surgere dicebatur, designatus à Deo. Seu turbabantur, quia de aduentu iusti non poterant iniqui gaudere. Chriso. in Mat. hom. 2. in imperfecto.

Chrys. in Math ho. 2. in impf.

Rupertus ¶ Sed dicet aliquis, (ait Rupertus) si pater eius diabolus turbatur, mortem quæ pueri desiderabat, cur non statim puerum prodebat? Cur eum à magis illudi permittebat? Nunquid nesciebat? Nunquit spiritus ille, non contētus carne, percipere non poterat natū esse hunc regem, nisi venissent homines de lōge, & fecissent Herodi, & omni Hierosolymæ turbationē siue metum, dicēdo, Vbi est qui natus est rex iudæorum? Ad hæc (inquam) planè sciebat, sed non sinebatur loqui, puer ipse qui natus erat. Hoc aliūde facile potest probari. Exibant (inquit euangelista) dæmonia à multis, clamantia, & dicentia: quia tu es filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Et rectè nō sinebat ea loqui, quia profectò pro malo loquebantur, scilicet, vt inuidiā facerent illi. Igitur & tunc natum illum esse diabolus sciebat, & filium suū Herodem hoc scire desiderabat, sed natus infans eum loqui non sinebat. Nā nisi prohiberetur, eodē modo quo alibi dicit. Scio, quia sis sanctus Dei, scilicet, per energuminum dicere potuisset illi dolenti, quod esset illusus à magis, scio vbi sit sanctus Dei, siue scio vbi sit rex ille quem quæris. Ruper. libr. 12. de vict. ver. Dei cap. 3.

Quare diabolus si turbabatur, nō statim puerū Iesum prodijt

Luc. 4.

Luc. 4. f.

Rup. li. 12 de victoria verbi Dei. c. 3.

Congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi sciscitabatur ab eis &c. Rem omnem mali consultores aliquando euertunt, malasque turbas sub malo consilio mouent. Si scribæ istæ rem omnem Christi, hoc est regni morem, naturam, ac leges, Christique mansuetudinem, vti scriptis didicerant ipsi Herodi exponerent, & ipsis & Herodi consultius age retur.

Mali consultores rē omnē euertere solēt.

¶ Deinde hinc disces, quam longè discentiendum est ab eis, qui discernendis conscientiæ casibus (sic enim vocant) relictis doctissimis philosophis ac theologis, nescio quos homines consulunt, qui visionem cordis sui loquuntur non de ore domini. Herodes in hoc loco p[...]tissimos theologos consuluit. At verò in rebus, quæ ad mores pertinent, non doctissimorum virorū modo, sed virorum quoque optimorum, nulla etiam causa reddita, valebit autoritas. Nāquod Aristot. doctè, vt omnia ferè, tradidit, quemadmodum de sapo[r]ibus palatum sanum rectè iudicat, infectum non item: sic vir bonus & iustus, bonum à malo, rectumque à prauo ægregie discernit. Contrà autem, omnis affectus animi perturbati tollit iudicium veri, idque adulterat. Adeò illud verum est, qualis vnus quisque est, tale etiam iudicium profert. Atque ipse idem Aristot. planè testatur, non minus eorū qui sunt experti, & seniorum, prudentiumque sententijs, quam ipsis demonstrationibus adhiberi animum oportere. Tanquam per oculum enim ait, per experientiam habentes principia ipsarum rerum agendarum, cernūt: & ab ijs perinde atque à natura acti, rectè discernunt. Quamob rem rectè ac prudenter Innocentius: in morum iudicio sanctorum exempla nos sequi voluit. Grauissimè quoque plato in timæo: fieri inquit: non potest, vt deorum filijs fides

In iudicijs fidei & cōsciētiæ doctissimi cōsulēdi sūt: in rebus q ad prudentiā pertinent, nō solum sapiētes, sed viri optimi.

Aristo.

6. Ethico.

20. d. c. de quibus.

non

non habeatur, etiam si absque probabilibus & necessarijs dicant demõstra-
Eccl. 37. tionibus. Et ecclesiasticus: cor ait, boni consilij statue tecum, anima enim viri sancti enũtiat aliquando vera, melius quàm septem circunspectores sedentes in excelso ad speculandum. Iuditia ergo dogmatis & conscientiæ, à doctissimis petenda sunt exẽplo Herodis, iudicia verò prudentiæ non solum ab illis, sed etiam à viris probis. Hæc enim mutatis rebus mutantur: illa verò non item: quare illa, scientia indigent: hæc autẽ experientia & discretione, multaq; perfectione, atque exercitatione virtutum, qualem habent viri perfecti & sancti.

¶Quanta sciẽtia pollere debeant episcopi, & sacerdotes.

¶Tertio disces ex hoc loco, quanta scientia pollere debeant episcopi & sacerdotes. Ecce Herodes congregat omnes principes sacerdotum, & legis peritos populi, vt sciscitetur ab eis veritatem. Sacerdotes igitur, & maximè episcopi, qui principes sunt illorum, adeò debent esse literati, vt parati sint semper ad satisfationem, omni poscẽti illos rationẽ, de ea fide & spe quæ in
1. pe. 3. illis est, vt Petrus ait. Vnde in veteri testamento inter cætera ornamenta pontifex rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur doctrina & veri-
Exo. 25. b. tas: quia in pectore pontificis, manifesta debet esse cognitio veritatis.
Figura. Hinc etiam vectes quibus arca portabatur, iugiter annulis erant insertæ: vt cum arca esset portanda, nulla esset vel fieret mora de intromittendis vectibus, quia prædicatores per quos ecclesia circũfertur, sacris literis semper debent insistere: Nec tunc quærant discere, cũ ex officio alios debeãt docere. Hinc etiã dñs, prius posuit verba sua in ore prophetæ, & postea constituit eũ super gentes & regna dicens ad Hie-
Hier. 1. b. remiã: ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te super gẽtes, & regna. Hinc etiã Malachias: labia sacerdotũ custodiunt scientiam, & legem exquirũt de ore eius, quia angelus dñi exercituũ est. Hinc etiam. b. Pau. scribens Mala. 2. b
ad Timoth. ait: attende lectioni, & exhortationi, & doctrinæ. & dñs prius 1. Tim. 4.
discipulis aperuit sensum vt intelligerent scripturas, quam diceret eis: eun- Lu. 24. g
tes in mundum vniuersum prædicate. Non ergo sat est prælatis morum Ma. 16. d
honestas, nisi addatur doctrina. Vnde sacerdotes ingressuri templum taber- Exo. 38. a
naculi, prius lauabãtur in labro æneo, quod fecerat Moyses ex mulierũ speculis. Hinc etiam in canti. Oculi, per Can. 5.
quos prælati designantur, assimilantur columbis, quæ resident iuxta fluẽta plenissima.

¶Quarto disces: quod ab Herode & ab istis sacerdotibus tanquàm ab iniquis possessoribus accipere debemus vasa non lutea, sed aurea, & argentea. Vnde Anastasius. 2. docet. D. 19. c. secũdum ecclesiasticum: nõ personam sed doctrinam esse respiciendam, non ministros, sed virtutem diuinam in sacramento contentam. Nam si visibilis solis istius radij, cum per loca fœtidissima transeunt, nulla contactus inquinatione maculantur: multo magis ipsius, qui istum visibilem facit, virtus: nulla ministri indignitate constringitur. Nam & Iudas cum fuerit sacrilegus & fur, quidquid egit inter apostolos pro dignitate comissa sibi beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta senserunt. declarante hoc ipsum domino manifestissima voce: Infra. cap. 23.
scribæ, inquit, & pharisæi, super cathedram Moysi sederũt: quæcunque dicũt facite: quæ autem faciunt nolite facere: dicunt enim & non faciunt.

A sacerdotibus iniquis susceperẽ debemus, tanquã ab iniquis possessoribus doctrinã & sacramenta. Similitudo.

Et congregans omnes principes sacerdotum, & scribas populi, sciscitabatur ab eis,

vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethlehem iudæ. Sic enim scriptũ est per prophetam. Et tu Beth-lehem terra iuda. &c. Itaq; rex Herodes liuore & ira cœcus, cũ totus arderet in exitiũ nati pueri, tamen impiæ crudelitati pietatis speciem prætexuit. Accersit ad se ex ordine sacerdotum cunctos primores, ac scribas populi iudaici, quorũ hæc erat peculiaris professio, vt si quid exoriretur rerum nouarum, è prophetarum oraculis, èq; diuinis libris respon sa darent, quod harum exactam scientiam profiterentur: videlicet vt & numerus & autoritas ad fidem conduceret. Ab his igitur conuocatis atq; sacras scripturas voluẽtib9 rex hoc magis impius, quod pietatem mentiretur, respõsum accepit nasciturũ Christũ in Bethlehẽ iudæ. Atq; hæc respõderũt tũc sacerdotes & scribæ, qui post, tot miraculis corruscãtẽ, & omnibus benefacientẽ, curarunt occidendũ.

Gentibus iudæi deseruiunt seruantes scripturas de Christo loquẽtes.

¶ Iam hic mecum primùm considera, quo pacto gentibus Christum adorare venientibus, iudæi deseruiũt, seruantes scripturas sacras, ac eas voluentes, & tandem ex illis docẽtes locum, quo nasciturus erat Christus, quem ipsi præstolabantur. Hoc non sine magno diuinæ sapientiæ consilio factum est, & vsque in hanc diem fit: vt ecclesiæ fides firma, certa, ac sine aliqua falsitatis suspitione permaneat. Cuius rei typum habes in conceptu Rebeccæ: vt explicat Augustinus. Quod beatus (inquit) Isaac typum habuerit saluatoris, pœnè nulli habetur incognitum. Isaac ergo Christum dominum, beata autem Rebecca ecclesiam figurauit. Quæ, cũ multo tempore ad exemplum ipsius ecclesiæ, sterilis permaneret, beato Isaac orante & domino donante concepit, sed collidebantur paruuli in vtero eius. Cui dominus dixit duo populi de ventre tuo diuidentur, & maior seruiet minori. Concepit ergo corporaliter de beato Isaac Rebecca, quia conceptura erat spiritualiter de Christo ecclesia. Sed sicut duo paruuli in vtero Rebeccæ collidebãtur, sic in vtero ecclesiæ duo sibi populi iugiter aduersantur. Si enim aut soli mali aut soli boni essent, vnus populus esset: quia verò in ecclesia & boni inueniuntur & mali, tanquam in ventre spiritualis Rebeccæ duo populi colliduntur, humiles scilicet & superbi, casti & adulteri, mansueti & iracundi, benigni & inuidi, misericordes & cupidi. Quo modo verò populus maior seruiat minori, hoc qui diligenter attendit, in Christianis vel in iudæis agnoscit. Hoc ergo ordine maior popul9 minori seruire cognoscitur, dũ per illorum libros ad credẽdũ in chrõ gentiũ populus inuitatur. hæc ex augustino. Iã hic in prõptu habes exemplũ, conueniunt principes iudæorum, conueniunt legis periti, qui sacrarum literarum peritiam profitebantur: & ex scripturis docent nasciturum Christũ in Bethlehem, ac gubernaturum Israelem. Docent iudæi, & credunt gentiles.

D. Augustinus. se. 4. p. 2. do. Quadragesimæ. sermone. 2. Figura. Gen. 25.

¶ Hoc idem sepè apud nos accidere experimur, docent secreta cœlestia præsules, docent concionatores populum: at populus seruat legem ab eis prædicatam: illi verò, peccatis quã plurimis manẽt illaqueati & irretiti. Tũc maior seruit minori.

Iudæorũ malitia cõsiderãda.

¶ Secundo considera istorum Iudæorum malitiam: truncatam & mancham vaticinationem impio Herodi allegantes. Si enim (vt superius diximus) quæ Paulo ante præmisserat propheta Michæas retulissent ei, regnum Christi spiri-

ritua

ritualē ac pacificum futurum intellexisset: aut si quæ statim addidit propheta, addidissent: minime terreretur aut turbaretur. Addit enim propheta: & egressus eius à diebus æternitatis. Si enim illi explicuissent, Dei filiū futurum esse regem illorum, forsitan Herodes credidisset, illumq; veneraretur. Sed perfidi legis periti hoc tacuerunt, ac nolētes filium Dei habere regem, vbi Christus nasceretur, solum Herodi produnt, atq; de vnius infantis nece, vtrorumq; voluntas astringitur. Vnde factum est (inquit Augustinus) vt hi dum infantem Christū noluerunt agnoscere, filios suos pro illo compulsi sint amittere: quos quidē occidit mortiq; propinauit Herodes istorum amicus. Imo non solum eorū filios, sed (vt autor est Iosephus) omnes istos primores iudæorum, à quibus sciscitatus est vbi Christus nasceretur, statim quod ipse animam exhalaret, á sorore sua occidendos statuit: vt de morte sua populus iudæorum minime lætaretur, sed potius tunc temporis, fleret, contristaretur, ac maximo mærore cōficeretur. Meritas sanè pœnas dederunt homines isti, nolētes agnoscere oculis, quem de sacris iudicabant libris, vt quem non adorabāt in infantiæ infirmitate humilem, postea crucifigerent in virtutumq; sublimitate fulgentē. Quæ ista iudæi tam imperita in vobis scientia est (inquit leo) tā indocta doctrina? Interrogati vbi Christus nasceretur, veraciter & memoriter dicitis quod legistis: in Bethlehem iudæ. Sic enim scriptū est &c. Hunc principem natum, & pastoribus angeli, & vobis annuntiauere pastores, hunc principem natum, lōginquæ orientalium gentium nationes in insolito noui sideris splendore didicerunt. Et ne de loco æditi regis ambigerēt, vestra eruditio prodidit quod stella non docuit. Cur vobis viā, quā alijs aperitis obstruitis? Cur in vr̃a infidelitate residet dubiū, qd ex vestra sit responsione manifestum? Locum natiuitatis de scripturarum testimonio demonstratis, præsentiam temporis de cœli & terræ attestatione cognoscitis, & tamen vbi ad persequēdum animus Herodis exarsit, ibi ad non credendū vester sensus obduruit. Hæc ille.

D. Augu. in oratione contra iudæos & Arrianos. cap. 10.

Libr. 16. de antiq. c. vltimo.

Ser. 2. de epipha.

¶ Iam inter nos sunt, qui istorum exēplum sequuntur: hæretici videlicet qui truncata ac mancha scripturarum testimonia afferre solent: quibus suos errores tueantur, ac defendant: præcedentia ac sequentia dissimulātes, quæ, si allegarent, minime in sua sententia persisterent. Sed excæcauit eos malitia eorum, vt videntes non videant & audientes non intelligant. ¶ Iam similiter sunt catholici doctores, ac cōcionatores nonnulli, (ne dicam multi) qui alios docent, seipsos non docent. Cur ergo qui te aliorum iactas posse tenebras illuminare: & stultos docere: te ipsum non doces? Medice cura teipsum. Cur pœnnas nido maiores extēdis? Et dum festucam ex alieno oculo vis eijcere, trabem quæ mentem tuam obnubilat, non consideras. Cur nō te intra tuam pelliculam contines? Simulans leoninam generositatem: cum vel asini stultitiam non imiteris. is cognouit præsepe domini sui, tu, autem, aut Deum non cognoscis, aut illi parere ac obtemperare recusas. Alios doces, doce & teipsum. Charitas enim ita non quærit quæ sua sunt, vt tamen si ordinata sit, à seipsa semper incipiat. Ne quæso sis veluti æs perpetuo tinniens, teipsum cōsumens. Sed de hoc alias diximus satis superque.

Hæretici in allegatione scripturarum imitantur scribas istos.

Sapien. 2.
Luc. 8. b.

In prauos doctores ac concionatores.
Rom. 2.

Lucæ. 4. d
Lucæ. 6. f

Esa. c. 1. a

1. co. 13. a

¶ Omnia cum consilio matu ro agéda.

¶Tertio perpende: quod iure optimo Herodes ad veritatem inquirendam concilium congregat. nam, vt ex cap. prudentiam de officio delegati, & ex cap. extra conscientiam. 64. distinctione, habemus: Integrum est multorum iudicium, salus vbi multa cōsilia. quemadmodum enim licet summus pontifex potestatem habeat diffiniendi ea, quæ sunt fidei, concilium tamen congregare solet vt veritatem inquirat, & vt inquisita suauius a populo Dei suscipiatur: ita etiam arduis negotijs rectores tam temporales, quam ecclesiastici, debent habere consultores, ne quosuis. Quia & si omnia cū consilio, non cum consilio omnium. D. Bernar. in episto. 18. quod si scire quis vellit, quales debeant esse regum & magnatum consultores, scilicet, iuris periti, senes, amici, non auari, neque quæ sua sunt quærentes. Libro. 5. titulo. 9. parti. 2. & libr. 2. ordina. titu. 3. in prologo.

Quales de beant esse consultores.

D. Bern. epist. 18.

¶Tandem ex hoc loco discant concionatores, & doctores catholici, non ex suo capite populo Dei euāgelium explicare, & dogmata fidei proponere: sed quicquid proposuerint credēdum, aut testimonio sacrarum scripturarum, aut definitionibus conciliorum, aut traditionibus patrum, aut dictis sanctorum confirmare contendant. Perdiscant regum potentiā non timere: sed veritatem, & si illis odium pariat, annuntiare. Quemadmodum in hoc loco, principes sacerdotum atque legis periti fecerunt. sic enim interrogati ab Herode responderunt: in Bethlehem iudæ: sic enim scriptum est &c.

Cōcionatores non de suo capite sed sacra scriptura, aut concilijs &c. debēt suam doctrinā cōfirmare.

Cōcionatoris est, vera dicere absque timore.

Tunc Herodes clam vocatis magis. Ex hoc manifestè conuincitur Herodes male agere quod clam tantum negotium agat. Teste Christo: qui malè agit odit lucem. Vnde peccata vocantur opera tenebrarum. Abijciamus ergo opera tenebrarum ait Pau. in epist. ad Rom. cap. 13. Et rursum: nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum. Item Salomon in pro. cap. 24. ait: iustorum semita, quasi lux splendens, & via impiorum tenebrosa. Præterea Ioannes cap. 11. Iusti dicuntur ambulare in die: impij verò in tenebris, & ideo offendunt. Qui ergo clàm docet, falsitatem præ se fert: Ideo Christus dicebat: ego palam locutus sum, & in synagogis, vbi iudæi conueniunt.

Quod clā fit, suspitionē mali præsefert.

Ioa. 3. c.
Ro. 13. d.
Eph. 5. c.
Pro. 24.
Ioa. 11.
Ioa. 18. d.

Diligenter didicit ab eis tēpus stellæ. Sūt modo multi qui diligenter, ac curiose discunt totum ius ciuile, & canonicū, non vt bene faciant: sed vt perdant: sicut Herodes. Quemadmodum enim multi sunt, qui sumūt arma, nō vt seipsos defendāt, sed vt cæteris noceāt, contra cap. non inferenda. Sic etiam sunt multi legum professores, qui armationis, hoc est leges, iuxta illud, imperatoriam magestatem &c. Non vt patrocinentur, sed vt pauperibus, & viduis, & pupillis noceant, sumere non verentur.

Cōtra malos & iniquos legis peritos.

¶Præterea pigeat & pudeat nos ab iniquis in diligentia vinci. Magna enim cum diligentia peccatores ad mortem currunt: nós autem ad vitam adipiscendam, maxima pigritia & tarditate laboramus. Si ergo ab impio Herode superari non vis, diligenter exerce agrum tuum: vt Salomon ait. Quod si prælatus es, diligenter agnosce vultum pecoris tui: vt idem admonet pro. cap. 27. Si mulieres, in omnibus diligentiam adhibe. Nam mulier diligens, corona est viro suo. Si religionem professus es: considera, te corā Deo & Angelis eius astare. Hoc animaduertens

Diligētia in bonis actionib. commendatur.

Pro. 14.
Pro. 17.
Pro. 12. a

Psa.46.b Dauid dicebat in psalmo. Quoniam omnis terræ Deus, psallite sapienter: & sapiens quidam: tãto maiori studio placendum est, quanto maior est, cui placendum est. Et Dauid: in cõspectu
Ps.137.a angelorum psallam tibi, & can. 8. Qui
Can.8. habitas in hortis, amici (idest angeli), asculrant te. Timeamus igitur Deũ, & in omnibus diligentes erimus.
Eccle.7.c. Nã vt sapiens ait: qui timet Deum
D. Augu. nihil negligit. O si possemus (inquit Augustinus) excitare homines, & cũ ipsis pariter excitari, vt tales essemus amatores vitæ permanentis, quales sunt homines amatores vitæ fugientis. Quis non vt viueret, cõtinuo perdere volet vnde viuere & potius eligeret vitam mendicantem, quàm celerem mortem? Cui dictum est nauiga ne moriaris, & distulit? Cui dictũ est, labora, ne moriaris, & piger fuit? Leuia iuuet Deus, vt in æternum viuamus: & obedire negligimus. In vitis sanctorum patrum legimus, vidisse quændam illorum, ornatam meretricem & lachrymas fundẽdo dixisse: ignosce mihi omnipotẽs Deus, quia vnius diei meretricis huius ornatus, superauit totius vitæ meæ industriæ ornamenta. Non ergo tardi simus sed diligentes, non pigri, sed solliciti, non ignaui, sed bonis operibus solertes, atque diligenter, & studiosè, dicamus quæ ad salutem nostram attinent: similis mulieri illi, de qua
Lu.15.b. dominus ait: Lucæ. 15. quod amissa drachma vna, ascendit lucernam, & euertit domum, & quæsiuit diligenter donec inuenit.

Ite & interrogate diligenter de puero.
Multi alijs cõmitunt quæ ipsi per se facere tenentur. Multi inter nos sunt qui Herodem imitantur. Committentes alijs, quæ perseipsos facere tenentur. Herodes enim adorare, & quærere tenebatur Christum: facilius id facere ipse poterat, quam alienigenæ ab oriẽte venientes: & tamen rem tam arduam tanq; sibi necessariam illis cõmittit. Tales sunt episcopi qui totam curam animarum alijs committunt: tales parentes, qui restitutionẽ faciendam filijs suis in testamẽto præcipiunt. Quam multo melius, quam multoq; securius, ipsi poterant dum viuebant, exequi. Tales curam animarum habentes, qui in sua parrochia residere nolentes, aliorum fidei subditos mandant.

¶ Obserua prætcrea quo pacto Deus perdit sapientiam & sagacitatem sapientium. Quanuis enim maximè sagax malitia humana sit, irridetur, tamen sæpius, ita vt in suis artibus decipiantur homines isti non sinceri. Euanescunt enim iuxta Paulum in suis cogitationibus: paruo siquidem negotio, vel ipse Herodes adire poterat, vel seruos mittere, qui rẽ totam exponerent: sed deludit Deus horum hominum artes & astutias magno labore partas. Non est prudẽ. contra dominum. Ro.1.e.

Vt & ego veniens adorem eum. Causam, vt vides, prætexit Herodes iste admodum piam: & ab animis Magorum minime abhorrentem. Vt hac via moliretur necem salutis autori. Quàm felix foret, si magorum imitaretur fidem, & conuerteret ad religionem, quod disponebat ad fraudẽ O cæca stultæ emulationis impietas (ait Leo summus pontifex) quæ per turbandum putas diuinum tuo furore consilium. Dominus mundi temporale non quærit regnum, qui præstat æternum. Quid in commutabilem dispositorum rerum ordinem vertere, & aliorum facinus præocupari conaris? Mors Christi non est temporis tui. Ante condendum est euangeliũ, ante prædicãdũ est Sem.1.de Epipha.

cum inueneritis renunciate mihi, vt ego veniens adorem eum. Nolebat impius ac tyrannus iste, Christum regẽ verum totius orbis, adorare: sed potiꝰ interficere. Vt non iam miremur, cũ
Ioa. 13.b occidisse pueros innocentes. Nam nõ est seruus maior dño suo. Si ergo dominum & regem gloriæ vult interficere Herodes simulando pietatem, ac religionem: quid mirũ, quod seruos eius adhuc infantes insectari audeat? Ex quo fit, vt posſint & iusti dicere, id quod rex Dauid hortatur psalmo cen
Psa. 128. tesſimo vigesſimo octauo. Sæpe expugnauerunt me à iuuẽtute mea. Et rur
Psa. 11. sus ait psalmo decimo primo. Quomodo dicitis animæ meæ, trãsmigra in montem sicut passer? Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde. Hæc namq; est conditio, & natura hypocrisis: vt Deum adorare simulet, & tandem eum atq; sanctos suos de vita tollere contendat.

¶ Ab huiusmodi hominibus liberari postulabat Dauid rex cũ dicebat: Sal-
Psa. 11.a. uum me fac domine, quoniam defecit sanctus: quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominum. Labia dolosa in corde & corde locuti sunt. Idest per dolosa labia sua, inuicẽ locuti sunt corde & corde: idest, duplici corde, nõ recto, non syncero, non simplici: dũ aliud loquũtur voce & lingua aliud in animo gestãt. Hi simulatores, hi hypocritæ, astuti vocãtur à Paulo, in po
2. Cor. 4. steriori ad co. episto. c. 4. his verbis: nõ ambulantes in astutia, sed in manifestatione veritatis. Istorum vox est: interrogate diligenter de puero: & eo inuento: renũtiate mihi: vt ego veniẽs, adorem eum. Et vt in prouerbio dici-
Prouerbium. tur: crocodyli lacrymæ. Sunt qui tradant hoc animal homine conspecto procul, lachrymas emittere: eundemque mox deuorare. Huiusmodi erant Basſiani imperatoris lachrymæ: lachrymabatur enim quoties mentio fieret, aut imaginẽ gettæ fratris, quẽ ipse occiderat, videret. Hi sunt, simu- 1. Re. 19
lachrum & caprarum pellis in lecto Dauidis reperta. Michol enim cõstruxit lectulum quasi ægrotantis, & sub sago iecur capræ spirans supposuit. Opio aliquorum. Figura.
Ostendit ergo militibus Saul, lectulũ coopertũ: & dum pecoris iecur quod sub sago positũ erat palpitaret, ægrotum esse & dormire Dauid, qui misſi fuerant, crediderunt. Sunt prophetæ falsi, sunt hypocritæ, sunt simulatores qui veniunt in vestimentis ouiũ: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A quibus cauendum: cudũt enim falsam pecuniam: quod crimen est lesæ magestatis. Sed de hoc latius inferius.

Qui cum audisſent regem, abierunt: & ecce stella quam viderant in oriente, antecedebat eos. Stella viæ dux, magos Hierosolymam ingressuros ad tempus destituerat. Quare stella ad tempus Magos destituit.
Tum vt illorum percontatio diuulgaret rumorem nati pueri, nec proderet nati cunabula regi sæuituro. Tum vt Barbari primi Christum annuntiarẽt natum, quem iudæi tot seculis expectatum post occiderunt. Tum etiam, vt eorum constantia, ac in virtute perseuerantia posteris esset exemplum. Non enim à stella destituti, animo deciderunt, aut ab incepto reuocati sunt, aut exanimati: sed constãter iter suum peregerunt: atque Hierosolymam ingresſi, diligenter puerum quærunt. Idcirco insperatò vrbem egresſis, rursus adest mirabilis illa, quæ illos exciuerat, stella. Vt discant viri religione ac contemplatione rerum diuinarum præstantes, in ea perseuerare: neque ab ea retrahi: & si aliquando absit feruor, suauitas, ac dul

cedo pristina spiritualis: certò sperantes stellam illam quam viderant, & quæ, illos ad Deum adduxerat, iterū redituram Dei iussu: secundum illud quod sanctus Iob ait.c.36. In manib abscondit lucem, & præcipit ei vt rursus adueniat, anūciat de ea amico suo, quod possesio eius sit. ¶ Destituit præterea reges stella cælitus missa, quod ingrederentur Hierosolymam: quod conuenirent iniquum regem, ac perfidos principes: quod denique sceleratis hominibus adiungerentur. Quo docemur iniquorum hominum consortia vitare: prauorum virorum societatem fugere, si volumus vt nobis semper adsit cœlestis irradiatio ac gratia.

Iob. 36.d

Et ecce stella quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra vbi erat puer. Sicut stella duxit Magos ad Christū: sic fides ducit nos ad eundem. Fides enim est lucerna, qua in huius vitæ nocte ambulamus. 2.Cor.5. per fidem (inquit) ambulam & non per speciem. Et D. Augusti. in lib. de fide ad Petrum. Si quis non ambulauerit per fidem, nō perueniet ad speciē. Fides cæteris virtutibus lumen ministrat. Ipsa enim est stella matutina solem iustitiæ, & intelligentiæ præueniens, per eam oritur dies gratiæ, quem dies gloriæ & perpetuæ fœlicitatis subsequitur. Ipsa est stella cardinis cœlorum nauigantibus per huius mundi mare, portum ostendens & patriam. Ipsa est vera stella, quæ reges spirituales & cœlestes ad puerum saluatorem adducit. Ipsa est columna nubis quæ de AEgypto tenebrarum & errorum potenter nos educit. Et vera lux, quæ tenebras infidelitatis expellit. Nā vbi fides non est, tenebræ sunt: significatæ per tenebras illas de quib exodi. 10. dicitur: & factæ sunt tenebræ horribiles, in vniuersa terra ægypti. Et subditur: vbicunq; habitabāt filij Israel lux erat. Hanc splendidissimam lucem maximè odit inimicus. Nec mirum nam qui maleagit odit lucem. Et vt Iob de latronibus ait: cum subitò apparuerit aurora, arbitrātur vmbram mortis. Habentes igitur in prospectu nostro fidei stellā, maxima lætitia & gaudio perfruamur. Nam ipsa deducet nos, vsque ad locum, vbi est puer iste cœlestis: illum ibi perpetuo adoraturi.

Fides stella est, quæ ducit nos ad Christum.
2.co.5.b.
Augustinus de fide ad pe.
Figura. Exo. 13. d.
Exo. 20. Figura.
Ioan. 3.c.
Iob. 34.c.

Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valdè. Eò videlicet tanta lætitia perfusi sunt, quia Dei reuelationē, & sacram scripturam concordare cernebant. Hoc enim fuit, transfiguratū fuisse Christum inter Heliam & Moysen.

Infr. cap. 17.a.

Intrantes domum. Minime scandalizati sunt videntes puerum in tam humili habitaculo, sed potius in fide cōfirmati sunt. Intellexerunt enim esse saluatorem non via humana, sed potius diuina. Hinc est quod dominus ait: sicut exaltātur cœli à terra: sic exaltatæ sunt viæ meæ, à vijs vestris. Quid facitis o magi (inquit Bernardus) quid facitis? Lactentem puerum adoratis, in tugurio vili, in vilibus pānis? ergo ne Deus est iste? Deus certè in templo sancto suo, Deus in cœlo sedes eius. Et vos eum quæritis in vili stabulo, in matris gremio? Quid facitis, quid & aurum offertis? Ergo rex est ipse: & vbi aula regia? Vbi thronus, vbi curiæ regalis frequentia? Nūquid aula est stabulum? Thronus præsepium? Curiæ frequentia Ioseph & Maria? Quomodo ita insipientes facti sunt viri sapientes, vt adorent paruulum despicabilem tam sua ætate, quā paupertate suorum. Hæc Bernardus. Hæc tamen omnia, & si difficilia creditu

Fides omnes difficultates vincit.
Esa. 55.c.
D. Bernardus serm. 1. in epiphania domini.

ditu ſint: tamen à fide vincũtur. Hæc fecit, vt non illis ſorderet ſtabulum, non pãnis offenderentur, non ſcandalizarẽtur lactentis infantia, procidũt, venerantur vt regem, adorant vt Deũ. Captiuemus igitur & nos intellectũ in obſequium fidei, & omnes difficultates, quæ ex Dœmonum, aut mũdi, aut carnis inſtigatione ſubortæ fuerint, ſuperabimus. Hæc faciet, vt certi ſimus beatos eſſe in hoc mundo pauperes ſpiritu: beatos eſſe humiles & mites &c.

Et intrantes domum inuenerũt puerum, cum Maria matre eius. Iam igitur reges cœleſtem ducem ſequuti, noui regis palatium intrant: vidẽt ſordidum & abiectum tugurium, vile ſtabulũ. Nihil cõmouetur his rebus ſyncera pietas, ingrediuntur, reperiunt infantẽ, nihil à cæteris ſpecie differentem: reperiunt matrem nihil magnificũ præ ſe ferentem. Paupertatem ac ſimplicitatem tota ſuppellex teſtabatur. ¶ Imprimis nunc contemplare, quanta admiratione & pauore afficerentur reges iſti, cœleſti iam lumine tacti: vidẽtes Deum maieſtatis, mundi conditorem, rerum omnium gubernatorem & moderatorem puerum factum, pannis inuolutum, in præſepio poſitum. Vultis viſionem iſtorum fructuoſam accipere? Viderunt inſulæ & timuerunt, & extrema terræ obſtupuerunt, & acceſſerunt, ait Eſaias. (Eſa. 41. b) Videtis quos virtutum fructus Dei viſio pepererit in magis, pariatq; in nobis? Timorẽ, ſtuporem, amorem. Viderunt, inquit, & timuerunt, obſtupuerũt, & acceſſerunt. Viderunt inſulæ iſtæ ac extrema terræ, hoc eſt, gentes iſtæ quæ ab orientali plaga venerunt, viderũt, inquam, oculis fidei ac lumine cœleſti illuſtratæ, Deum ſub humana carne latentem: viderunt æternum ſub temporali: Viderunt æqualem patri minoratum paulominus ab angelis: viderunt eum, qui percuſsit reges fortes, & occidit reges multos ac magnos, ſub eo, qui mortis metu in Aegyptũ fugit: Viderunt eum, qui eſt panis viuus qui de cœlo deſcendit, vbera virginis lactentem ac ſugentem. Viderunt deniq; verbum, quod ab æterno erat apud Deum carne velatum. Et timuerunt ad reuerentiam. timuerũt, quod hactenus non verum Deum, ſed idola & dæmonem coluerant. & obſtupuerunt ad nouitatem: cum videbant non dum viſa: videlicet ſimul diuinã & humanam naturam non confuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ cõ coniunctas. Videntes hæc in filio: & rurſum videntes in matre maternitatem & virginitatem ſimul, obſtupuerunt. Et tandem acceſſerunt per amorem. Ipſi ergo reges hæc videntes admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt, tremor apprehendit eos. Ecce reges terræ congregati ſunt, & conuenerunt in vnum: & videntes ſtellam in oriente, videntes prophetiam Malachiæ, vidẽtes eãdem ſtellam, ſic illorum pietati ſeruiẽtem, vt non ſolum Bethlehem, ſed ipſum etiam tuguriũ humile, & ob hoc inuentu difficile, indicantem: videntes Dei mageſtatem humana naturã velatam: admirati ſunt de rebus ita inſolitis. Et contemplantes veritatem fidei ac virtutem Dei, conturbati ſunt intra ſemetipſos, quod verum Deum ante veritatis agnitionem, impietatis viribus oppugnaſſent: ſuntq; ſubito ad pœnitentiam cõmoti ſalubriter: ita vt quaſi timor & tremor in eos irruerit, præ horrore patratæ priſtinæ impietatis ſuæ. Ibi dolores vt parturientis: apprehendit enim eos dolor vehemens & contritionis & pœnitẽtiæ

Marginal notes: Chriſti viſio, quos virtutum fructus producat. — Hebr. 2. c — Pſ. 135. c — Ioan. 6. — Ioan. 1. a — Pſ. 47.

tiæ, admodum parturientis, qui & maximus est, & tamen admodum vtilis, vt pote per quem in vitam cœlestem & spiritualem regenerati sunt. Atq; in spiritu violento & valido contritæ sunt diuitiæ & superbia istorũ: viq; diuini spiritus ad fidem conuersi sunt. ¶ Eundem timoré retulit Esaias cap. 52. Super ipsum (inquit) continebunt reges os suum, quia quibus non est narratum de eo videbunt, & qui non audierũt contéplati sunt. Quod in his regibus, ex gentilitio descendétibus, (qui neq; scripturas legis nec prophetias habebant) impletũ hodie fuisse constat. Obstupefacti enim de tanto miraculo obmutuerunt &c.

Esa. 52.

¶ Discant hinc viri perfecti, rerumq; diuinarum considerationi dediti, ita Dei mysteria intueri, vt timeant, obstupescant, & accedant. Videant ad intelligentiam, timeant ad reuerétiam, obstupescant ad nouitatem, & accedãt per conformitatem. Visio comprehédat, timor comprimat, suspendat stupor, rapiat & veniat accessio. Illi enim accedunt qui æmulatione accenduntur. Videat mysteria cœlestia més nostra, timor humiliet, stupor quasi infatuet, amor conglutinet. Cassa visio est, nec cõtemplationis digna vocabulo, quæ talibus non est vestita affectibus. An illum videre definies qui de mysterij cognitione non timet, nec stupet, nec ardet? Timore sobrius fit animus, stupore absortus, accessu consertus & consociatus. Huiusmodi virtutibus contemplationis gratia constat, sed stupore magis & amore. Nam stupore & admiratione més excedit, amore accedit. Nec æstimanda est virtus cõtemplationis tã ex materia, quàm ex modo. Vtraq; attendenda sunt, & genera rerum contemplandarum, & gradus affectuũ. Sed satius inferiori genere amplius affici, quã in superiori minus. Visio hæc abscondita est ab hominibus humana sapientia superbiétibus, & reuelata paruulis, hoc est, humilibus. Ideo dicebat Esaias: extrema terræ obstupuerunt & accesserunt. Lege Berna. in secundo opere super cãt. serm. 20.

Viros doctos & sapientes decet timor & stupor q

¶ Præterea obserua: quod nõ sine magno Dei consilio factum fuit, inueniri à magis non in aula regia, sed in vili tugurio, & abiecto sordidoq; stabulo, pannis inuoluto. vt vel sic impio Herodi abscõderetur, ac celaretur. Ecce Dauid fugientem à facie Saul, & venientem ad Achis Regem Geth. Ecce dixerunt serui Achis, nũquid nõ iste est Dauid Rex terræ? Nõne huic cãtabant per choros, percussit Saul mille & Dauid. 10. milia? Ecce Dauid qui mutauit os suum coram eis: & collabebatur inter manus eorum: & impingebat in ostia portæ: defluebantq; Saliuæ eius in barbam. Ecce (inquam) hodie verꝰ Dauidis filius, ne agnoscatur ab impio Herode, occultatur in sordido tugurio: occultatur sub vilibus pãnis. Ecce cadũt saliuæ de ore eius: hoc est, plorat, flet, friget, atq; lachrymæ de ore vultuq; eius cadunt. Ecce verꝰ Dauid qui decem millia percusisit, trahendo ad se non solum reges istos ab oriéti, sed reges alios innumeros. Percussit enim gladio verbi sui Reges multos & occidit reges plurimos. Vidit etiam Ioannes turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus &c. Ecce ergo Dauid noster mutatus, i. occultatus coram Achis, hoc est, Herode, ne agnitꝰ interficiatur. Quis enim (nisi stella cœlesti ductus, crederet regem iudæorum: Imo regem regum & dominum dominantium in stabulo esse, in præsepio vitam agere?

Non sine magno cõsilio Dei factũ est, vt in vili tugurio inueniretur puer iste à magis:

1. Re. 21

Figura.

Ps. 135. a

Apo. 7. b.

Apo. 19.

Quantū fuerit gaudium magorum in uīso puero.

¶ Præterea, animaduerte, atq; alta mẽte considera: quali quātoq; gaudio perfunderentur, quantaq; lætitia afficerẽtur reges isti, sui voti ac ingentis desiderij facti compotes: quum post tam lõgam prolixamq; peregrinationem: quum post tot translata pericula, post tot itineris labores, stella duce, ad locũ satis desideratum peruenirent: duoq; illa mũdi lumina, hoc est, illum filiũ, ac illam matrem: illum infantulum ac illam reginam inuenissent. Quod si tam vehementer tamq; ardenter gauisi sunt reges reperientes puerum, ac regem gloriæ, in tam humili ac sordido tugurio, tanta humilitate ac paupertate comitatum: quo, rogo, gaudio afficientur iusti omnes, quando post peractam huius mundi longam, prolixam, periculosamq; peregrinationẽ, viderint, ac inuenerint regẽ gloriæ, non in hoc mundo misero, sed in cœlesti regno? Nõ in præsepio fæno pleno, sed in throno gloriæ ac cœlestis magestatis? Non in sinu matris, sed in sinu æterni patris? Non in abiectione humilitatis, quam ob seruãdos homines assumpsit, sed in gloria magestatis qua felices ac beatos angelos reddit?

Quanta fuerit virginis lætitia, visa fide ac pietate magorum.

¶ Quod si tantam lætitiam ex puero inuento, reges hi hauserunt, ac perceperunt: quantò, dic mihi, maiorem caperet virgo, quum lachrymas, pietatem, fidem, ac munera eorum intueretur? Quum regnum filij sui ab Angelo superioribus diebus promissum, iã propagari videret? Ac tam gloriosis præludijs, Dei gloriam, ac hominum salutem, quam ipsa tantopere desiderabat, præsagiri? Quales lachrymæ ab eius oculis defluerent, quo rubore facies eius diuina perfunderetur? Quales cœlestis illius pectoris & cogitationes & affectus? Nam tria erant quæ præcipuè impresentiarum ob mentis oculos sese obijciebant, quæ, maximæ alacritatis materia & causa erant. magestas & gloria filij, dignitas matris, mundi libertas & salus. Quid enim nõ eam magestas filij maxima efferret lætitia? quid non maximum illi gaudiũ pareret, ac præberet tãta sua dignitas, qua, vt Dei mater ac genitrix esset, euecta est? Quid non nostris rebus nostra salute, ac liberatione, quam vehementer desiderabat, non ita lætaretur vt suis? Si enim Paulum tanta voluptate perfundebat corinthiorum conuersio, vt in medio tribulationum positus diceret: repletus sum consolatione, superabundo gaudio, in omni tribulatione mea, quanta maior, ex mundi libertate virgini oriretur iocunditas, voluptas, ac delectatio, cũ nos multò ardentius quàm Paulus amaret? 2.co.7

Quanta fuerit lætitia pueri Iesu, visis magis.

¶ Quod si tãtum esset matris gaudiũ, quantò, obsecro, maius, ac præstãtius, excellentiusq; esset gaudium filij: cuius delitiæ sunt, esse cum filijs hominum? quantò immensiorem sumeret voluptatem ac lætitiam ille, qui de cœlo ad terram descendit, vt eos liberaret, quantò deniq; cumulatiorem acciperet delectationem ille, qui post, dicturus erat: cibus meus est, vt faciã voluntatem patris mei. (de peccatorum conuersione intelligens) quando in primitijs istorum trium regũ, intueretur mundi conuersionem, hominũ salutem, Dei gloriam, diaboli casum, de peccato triumphum, victorias denique insignes tot martyrum, confessorum, virginum, ac aliorum sine numero iustorum, qui eius nomine gloriosè erant de mundo triumphaturi? Lætare ergo infans, lætare puer sancte, his tam prosperis initijs ac præludijs: ac munera hæc accipe: quæ tibi offerre incipiũt, quos es redempturus. Tu similiter ô virgo sanctissima, tãto filio Ioan. 4.

filio excitare, recreare, ac animum recipe. Te (inquam) ad fortitudinem ac bonam spem reuoca: nam iam mundi principes, ac orbis huius reges, ab orientali extremaq; regione venie͂tes, te summè colere ac venerari incipiu͂t: vt post hac te beatam feliceмq; dicant omnes nationes: vt quemadmodum omnes homines humilitate superasti, ita honoribus omnes angelos, ne du͂ homines, præstes.

¶Non sine magna causa factum est. Vt venirēt reges ad adorādū Christum recēter natū.

Et intrantes domum inuenerunt puerum. Non sine magna causa, magnaq; Dei prouidentia factum est, vt non venirent reges ad adorandum dominum quando iam grandis esset ætatis, sed cum puer erat, cu͂ in præsepio infans iacebat. Vt demonstraret voluntate & non necessitate humanam natura͂ sumpsisse: atque vt statim ab incunabulis imperatoriam magestatem, ac vniuersale mundi dominium suum ostenderet, ideo reges ab oriente qui eum adorarent, muneraque offerrent traxit: & Cæsari Augusto inspirauit vt tunc describeret vniuersum orbe͂.

Vti solet dominus iniquoru͂ potestate, ipsis ignorantibus, in electorum salutem.

¶Solet enim dominus iniquoru͂ hominum potestate, ipsis ignorantibus, vti, in electorum suorum salutem. Sic enim ignorante antechristo, eius potestate vtetur: vt electos suos expurget, ac purificet. Quod olim ipse per Esaiam prædixit his verbis: assur virga furoris mei; & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea, ipse aute͂ non sic arbitrabitur. Vtetur dominus potestate antechristi; quem referebat assur, vt potentes & iniquos homines percutiat, & electos suis persecutionibus martyres faciat. Sic etiam de damnatis Deus perpetuas pœnas sumit: ipsi Deo in eo ministerio dæmone seruiente: vnde apud Iob idem dominus ait: nunquid feriet tecum pactum, aut constitues eum tibi seruu͂

Esa. 10.

Vi. glo.

Iob. 40.

sempiternum? Sempiterno enim diabolus cruciabit Dei iussu iniquos: lætabunturque iusti in cœlis cum viderint vindictam. Sic quoque potestate Herodis, vel ipso ignaro, vsus est dominus, quando pueros innoxios occidit: vt saltem hoc modo natiuitas pueri Iesu promulgaretur. Opus ergo huius tyranni, & si non malitia eius, Dei negotio subseruiuit: sic denique nesciēte Cæsare Augusto, eius descriptione vniuersi orbis vsus est dominus: vt ea significaretur vniuersale huius pueri imperium, ac generale dominium super vniuersum terrarum orbem. Idcirco ergo recenter natus ad se pastores, ad se reges traxit, vt eum scilicet adorarent: atque tanqua͂ mundi Imperatori, munera in signu͂ subiectionis ei offerent.

Psa. 57. b

Lege. S. Tho. lib. 3. de reg. princip. opus. 20. cap. 13.

Fides viua magorum commēdatur.

Et procidentes adorauerunt eum. Hæc tuo pectore volue: & facilè deprehendes viuam istorum magorum fidem. Cum hi, qui non adorauerant Herodem è solio regali strepitu iactantem sese, ad pueri vagientis cunas procumbunt: adorant proni nondum fari potētem. Magna fuit illius latronis, que͂ euangelistæ referunt, fides, quando inter tot opprobria, totq; co͂uicia, Christi regnum agnoscit: magna etiam istorum fides, quando in tam vili sordidoque tugurio vagientem hunc pueru͂ agnoscunt: atque tanquàm verum regem regum ac dominum dominātiu͂ adorant: ad pedesq; eius procumbu͂t. Exemplum ac exemplar hic habes, vt carnis prudentiam contemnas, ac philosophorum rationes: quum cœlesti lumini, ac fidei, contradicere velint. Quare si euangelij lumen doceat beatos esse pauperes, humiles, mites, felices esse flentes, & eos qui persecutionem patiuntur propter Deum, & qui vitam suam ob eum odio habe͂t;

¶Carnis prudentia conte͂nenda cu͂ fidei contradicere conte͂dit.

mini

minime dubitemus hanc esse veram, certam, firmamq; nostram beatitudinem: quamuis humana ratio resilire, contradicere, ac aduersari videatur. Nec scructari ac nimiũ inquirere cures qui fieri possit, quod in paupertate spiritus sit requies, aut in lachrymis gaudium, aut in subiectione libertas, in humilitate gloria, in cruce regnum, in contemptu rerum omnium vniuersale dominium? Non (inquã) in his, cum carnis prudentia aut humana ratione contendas: quum earũ argumentis, satis superq; sit, opponere Magorum stellam, hoc est, cœleste fidei lumen. & quẽadmodum reges isti de his omnibus non curarunt, fidei lumine contenti: sic tu, & mundi vanũ iudicium, sinistram opinionem, contra fidem proclamantia cõtemne, reijce, ac exemplo Magorum respue.

Signa pietatis exteriora maxime ædificant proximum.

¶ Cæterum ex hoc loco colliges quã pium sanctumq; sit, signa pietatis ac religionis exhibere exteriora. Sunt.n. hæc internæ deuotionis indicia non minima: ædificantq; proximum maxime. Quod in publicano, Magdalena, filio prodigo ac regibus istis, videre licebit.

¶ Imo nõ solum hæc signa vt exhibeã mus oportet: sed vt ab his regibus discamus, Deum rerũ omniũ opificem perfectè colere. Deus autem tunc verè à nobis obseruabitur: cum illum & corde, & ore, & opere, coluerim9.

Quando Deus à nobis perfectè colitur

Corde quidem, illi fidem adhibendo tanquam primæ supremæq; veritati: ac de illo sentiendo, quæ tanto Deo sunt digna: vt summam esse sapiẽtiam, immensam bonitatem, infinitam potẽtiam, & quæ ex his consequũtur: hoc est, ipsum esse rerum omnium conditorem, opificem, gubernatorem, atq; obsequentium sibi liberalissimum remuneratorem. Corde etiam Deum colemus, si omnem spem nostram in eum collocauerimus. Eius enim potẽtiæ ac virtutis est, nos ab omni miseria liberare: eius sapientiæ, miseriam nostram cognoscere: eiusque bonitatis, misereri semper & parcere. In illo ergo super omnia sperãdum est. Corde denique illum adorabimus, si eum tali amore prosequamur, quali dign9 ille est, qui natura sua est optimus: & qui fons ac origo est bonorũ omniũ: à quo, & quæ habemus, suscepimus: & quicquid boni speramus, suscepturi sumus. Secundo verè colitur Deus ore: aut profitendo diuinam ac supernam eius magestatem, vel orando, vel laudando, vel immensas ei gratias agendo. Tertiò perfectè Deus colitur opere ipso: aut cũ quis genibus flexis testatur ac profitetur Dei singulare dominium. Secũdum illud quod ipse domin9 ait Esa.45. mihi curuabitur omne genu: aut cũ bona sua, quæ externa vocantur, domino libenter offert: exemplo illius qui dicebat Deu. 26. profiteor hodie corã dño: tradidit nobis terram lacte & melle manãtem, & idcirco offero nũc tibi primitias frugum terræ, quam dominus dedit mihi. Hanc tam exactam ac perfectam religionẽ, hodie magi, & reges isti satis ostenderunt: & corde, & ore, & opere, Deum colendo. Quos imitari debemus: corde scilicet credendo, ac sperando & diligendo: ore verò laudãdo, & opere deniq; offerendo.

Esa.45.

Deu.26.

Et procidentes adorauerunt eum. O admirabilis pueritia ad cuius pannos ac cunas inuigilant angeli, seruiunt stellæ, contremiscunt reges, ac mundi sapientes procumbũt. O felix ac nimiũ felix tugurium, ô beata Dei secunda sedes, vbi non faces accensæ resplendent, sed stellæ cœlestes. O aula regia, illustreq; regis palatium: vbi non habitas

bitat rex corona regia insignitus, sed Deus homo factus, cuius thronus est præsepium, cuius palatium aureum, est Vile ac sordidum tugurium, decoratum tamen ac mirè cœlesti lumine ornatum.

Rupertus in Math. cap. 2.

Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera. Rectè sané (inquit Rupertus) munera hæc Euangelista ore sacro magnificauit, & sic magnificè enũtiauit, vt dicturus, obtulerũt ei munera, præmitteret: & apertis thesauris suis. Nã verè thesauri fuerunt, & thesauri merentur appellari, non tam sistartia seu thecæ qualescũq;, quibus clausæ portari poterant species eiusmodi: quàm corda ipsa offerentium, quorũ ex abũdantia potuerunt inuisibili Deo inuisibiliter proferri causæ tam sanctæ, quas ecclesia sancta in illis speciebus visibilibus venerabiliter intelligit. Hæc illæ.

Quos thesauros debem⁹ aperire exẽplo Magorũ, & quæ munera puero Iesu offerre.

¶ Nos ergo exemplo Magorum thesauros cordis nostri, non Herodi, quemadmodum nec reges isti ei suos aperuerunt, sed Deo aperiamus: ac mystica munera quæ puero nato obtulerũt, offeramus. Offeramus imprimis charitatis aurum. Sicut enim omnibus metallis preciosius est aurũ: sic omnibus virtutibus præstantior charitas. Thus etiam orationis ac religionis offeramus. Quemadmodum enim thus incensum redolẽs fætores omnes cõprimit; sic oratio, carnis immoderatas illecebras. Quare non sine magna causa doctores sancti, per thus, aut vnguentum quodcunq; odoriferum orationem feruidam significari, docent: vt intelligeremus quanta sit eius virtus, aduersus carnis animique immoderatos affectus. Nam quémadmodum in infirmantium cubilib⁹

Simile.

thus aut vnguentũ aliquod suaue cremare solemus, quo cubilium eiusmodi fætorem comprimamus: Sic oratio nibus feruidis cor nostrum perfundimus: vt male olentium desideriorum fætorem auferamus: quod nemo verũ esse intelliget, nisi expertus.

¶ Et tandẽ myrrhã pænitentiæ, offerre Deo nato debes. Quemadmodum enim myrrha & si amara sit gustui, corpori tamen est salubris: sic vera penitentia & si carni amara videatur, spiritui tamen saluberrima est. Quid. n. salubrius spiritui, quàm medicamentum, eum ab omni voluptatum carnalium corruptione defendẽs, ac ab omni vitiorum verme? Hæc ergo est huius myrrhæ spiritualis natura. Quemadmodum enim contraria contrarijs curantur: sic carnis voluptates dulces ac suaues, amaris lachrymis medẽtur. Aliter enim vermibus vitiorum corpora nostra scaterent: nisi hæc salutaris pœnitentiæ myrrha, quotidie à manibus nostris distillaret. dicito mihi nonne vermis est luxuria? Certè nullus vermis illa perniciosior? Demulcendo ingreditur, ridendo mordet, delectando inficit, & consentiendo animum interimit. Beatus ergo ac fælix homo ille, cuius manus distillãt semper hãc myrrham probatissimã: qua miseram hanc carnem vngat: nã ab omni prorsus corruptione præseruabitur, ac liberabitur. Si ergo nõ potes thus orationis offerre, quod proficiẽtium est: si minus aurum perfectæ charitatis, quod perfectorum est: saltem hanc pœnitentiæ myrrhã offer, quod incipientium est. Vt per hunc virtutis gradum, secundum ascẽdẽs: decantare possis cum regio propheta: conuertisti planctum meum in gaudiũ mihi, concidisti saccum meum & circũdedisti me lætitia. Psa. 29.

Tria genera bonorũ quæ nr̃a esse dicere possumus.

Apertis thesauris suis. Reuera tria sunt genera bonorum quæ nostra esse dicere possumus. Primum est vera

virtus

Seneca. vera virtus. Vnde Seneca sapiens (inquit) intra se omne bonũ terminabit & addit: quod quidã patria capta, vxore, & liberis amissis, cum ex incendio publico solus, & tamen beatus exiret: interrogãti victori, siquid perdidisset, nihil (inquit) perdidi, bona mea mecũ sunt. Secũdũ genus bonorũ est, quicquid pauperibus propter Christũ largimur. Illud enim à nullo auferri potest. Vnde eccle. c. 17. &. 29. Dicitur eleemosyna viri, quasi saculus cum ipso. Prudenter igitur respondit diues quidã, qui cẽtũ aureos pauperibus cõtulerat: interrogatus quot bona atque possessiones haberet, centum, inquit, aureos. Quod cũ à circunstãtibus, illi obijcerentur cætera bona quæ habeat, ait: illa nõ sunt mea, sed vel regis, vel dñi mei, qui cũ voluerint illa sibi vsurpare, & accipere possunt: at centũ aureos pauperibus oblatos nõ possunt: sed semper mihi per manus pauperũ in loco tuto seruantur. Tertiũ genus est bonũ æternũ. De quo Christus. Lucæ. 16. Si in alieno fideles non fuistis, quod vestrũ est quis dabit vobis? Alienum vocat bonũ transitoriũ, nostrum verò æternũ. Reges ergo isti, thesauros suos vocãt: quos Christo iã nato obtulerũt. Et merito quidẽ, nã thesaurizarũt sibi thesauros, vbi nec Aerugo, nec tinea demolitur, nec latrones furari possunt: reliqua ergo mũdi bona nřa dicẽda nõ sunt. Vnde Abacuc, c. 2. ait væ ei, q multiplicat nõ sua. Et D. Ambrosius super Lucã: non bona sunt hominis quæ secũ ferre nõ potest. Queadmodũ enim fatua esset ciuitas, quæ existimaret, aquã fluminis iuxta illã affluentis, sibi remãsurã, cum per alias ciuitates trãsierit, & tamẽ nõ remãserit: sic fatui & stulti æstimandi sunt homines illi, qui bona tẽporalia sibi duratura putãt. vnde sapiẽs quidã

Eccle. 17. c. & 29. b

Nota.

Luc. 16. c

Infr. c. 6. c

Bona huius mundi nostra dicenda nõ sunt.

Similitu.

ait. Erras si mãsuras putas tibi diuitias, quæ per tot manus trãsierũt. Eam ob causam Dauid ait: diuitiæ si affluãt nolite cor apponere. Diuitiæ nãque admodũ fluminis, sicut affluũt sic defluunt. Quare ad necessitatem illis vtẽdũ est, quemadmodũ vtimur aqua fluminis decurrentis: sicut etiam cõuiua regis, vasis aureis, & scyphis argẽteis, ad bibendũ & comedẽdũ vtitur, quamdiu conuiuiũ durat: quo expleto, stultus imo fur haberetur, si uellet illa secũ ferre: meritoque, à ianitore regis reprehenderetur, & ab illis spoliaretur: ita profectò stulti sunt oẽs diuites, existimãtes esse sua, bona tẽporalia quæ habent: quibus, esse deceptos ianitor regis, hoc est, Mors ostendet cũ illis dixerit: nihil in hunc mũdũ intulistis, nihil vobiscũ auferre potestis. Memoria proditũ est: magnũ quemdã principẽ Sarracenorũ, instante morte præcipisse: sudariũ quo inuoluẽdus erat, circũferri per ciuitatẽ, acclamãte præcone, hæc dicit princeps vester, cũ essem dominus vndecim regionũ, hoc solũ de gloria mea & diuitijs meis mecũ afferam. Contẽnamus igitur huius mundi bona, cũ nostra propriè nõ sint: & solam virtutem, & bona quæ pauperibus erogamus, & bona illa sempiterna thesauros nostros esse credamus.

Psal. 61. c

Similitu.

Nota.

Obtulerunt ei munera. Multi inter nos iam sunt qui nõ Christo, hoc est, pauperibus, & ecclesiæ ministris: sed prælatis, iudicibus, aduocatis, testibus munera offerunt: vt peccata eorum dissimulent, aut in iustam causam defendant aut falsum testimonium dicant: qui omnes omnino execrandi sunt. Maximè suscipientes. Non intelligentes quanta mala ex tali munerum acceptione proueniant excæcant enim & mutum iudicem reddũt. Ecclesi. 20. Dona excæcant oculos iudicum

Munera Deo & nõ iudicibus danda.

Mala quæ ex munerum acceptione proueniunt. Eccl. 20. d

Primum. dicum, & quasi mutus in ore auertit correptionẽ. Numus.n. aureus obtrudit os iudicis, sicut offa, canis, ne latrare posit. ¶ Munera corrũpunt il os. Esaiæ. 1. Principes tui infideles, socij furũ: & subiũgitur causa: oẽs diligũt munera sequũtur retributiões. ¶ Munera in seruitutẽ redigũt: omnia mihi licent (inquit Paulus) sed ego sub nullius redigar potestate. quo in loco Paulus loquitur de sumptibus recipiẽdis: & innuit, quod si ab illis sumptus reciperet, iã sub illorũ potestate esset. Munera manus suscipiẽtis inquinãt. Ecclesiast. 31. Beatus diues qui inuentus est sine macula & q post aurũ nõ abijt. ¶ Inducũt perpetuã maledictionem. Vnde Deutero. 27. maledict9 qui munera accipit vt percutiat animã innocẽtis. Esai. 5. Væ qui iustificatis impiũ pro muneribus. ¶ Priuãt à potioribus bonis. Esa. 33. qui excutit manus suas ab omni munere iste in excellis habitauit. ¶ Ad mortẽ obligant. Prouerbi. 15. qui odit munera viuet. Ex opposito igitur innuitur: quod qui accipit munera morietur. ¶ Deniq; munera in perpetuos cruciatus deijciunt susceptores. Iob. 15. ignis deuorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt. Offeramus ergo Christo, & non huiusmundi hominibus, ne illos in tãta mala incidere faciam9: à quibus nos quoque non liberi erimus.

Secũdum — Esa. 1. f. — Tertium. 1. co. 6. c. — Quartum — Eccl. 31. a — Quintum Deut. 27. — Esaiæ 5. c — Sextum. Esa. 33. c. — Septimũ. pro. 15. d — Octauum — Iob. 15. d.

Obtulerunt ei munera. Huius mundi sectatores multi inueniũtur, qui adorent & offerant nõ Deo, sed ludo omnia bona sua. Quorũ Deus ludus est. Ludũ præponunt Deo, atq; taxillorũ iurisdictioni & potestati se ipsos subijciunt: vt quod illi dicũt, ipsi faciãt. Et quemadmodũ Deus cultoribus suis. 21. literas contulit quibus tota scriptura sacra cõtineretur, & scriberetur, & per illã diuina volũtas cõperta esset: sic taxillus habet puncta. 21. quibus lusor Dei sui voluntatem cognoscit: est enim diabolus veluti simia dñi. Maxima profecto lusoris stultitia est taxillũ dñum Deum suũ cõstituere, & ad nutum eius volũtatẽ exequi. Si videas ait Seneca, Murẽ velle dñari alij muri, nunquid risum teneas? Quanto magis ridiculũ est, quãdo os canũ, qđ minoris valoris est, cominus homini dominatur?

Lusor idolatra dici potest. — Senecæ, similitudo.

Aurum, Thus & Myrrham. Auro nãque sapientia designatur (inquit Gregorius) Salomone attestante qui ait: thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapiẽtis. Thure aũt quod Deo incẽditur virtus orationis exprimitur: Psal mista attestante qui dicit: dirigatur dñe oratio mea, sicut incensum in cõspectu tuo. Per Myrrham verò carnis nostræ mortificatio figuratur. vn de sancta ecclesia de suis operarijs vsq; ad mortẽ pro Deo certantibus dicit: Manus meæ stillauerunt Myrrham. Nato ergo Regi aurum offerimus, si in conspectu illius, claritate supernæ sapientiæ resplendemus. Thus offerimus: si cogitationes carnis, per sancta orationum studia, in ara cordis incẽdimus: vt suaue aliquid Deo per cœleste desideriũ redolere valeamus. Myrrhã offerimus, si carnis vitia per abstinentiã mortificemus. Per myrrham nanq; (vt diximus) agitur, ne mortua caro putrescat: mortuam verò carnẽ putrescere, est hoc mortale corpus luxuriæ deseruire, sicut de quibusdam per prophetã dicitur. cõputruerũt iumẽta in stercore suo. Iumẽta quippe in stercore suo putrescere, est carnales homines in fœtore luxuriæ vitã finire. Myrrhã ergo deo offerim9 quãdo hoc mortale corpus à luxuriæ putredine,

D. Greg. aurum sapientia. — Prouerb. 21. b. — Thus virtus orationis. — Ps. 140. a — Mirrha carnis mortificatiõe. — Cantico rum. 5. b — Ioel. 1. d.

per

per condimentum continentiæ custodimus hæc Gregorius exponens locũ istum.

Aurum, thus. Obtulerunt aurum tãquam regi, thus verò tanquã sacerdoti. Christus enim caput nostrum, & noster redemptor fuit, & rex subinde regni cœlorum: ac demum sacerdos. De quo Paulus ad Hebreos. 9. Christus, inquit, assistens pontifex futurorum bonorum &c. Et quatenus rex verus legem tulit, rediturus quæ est bonis & malis, prout quisque gessit in corpore suo. Sed quatenus sacerdos re, & verbis constituit diuinum sacrificiorum sacramẽtorumque cultum, offerẽs seipsũ hostiã viuã Deo patri.

Hebr. 9. Christus verus rex & sacerdos.

Et myrraham. Myrrham electam domino offeramus cum magis. Myrrha prima & electa dicitur illa, quæ sponte manat ab arbore: quæ multo potior est illa, quæ per corticis incisionem eijcitur. Hæc ergo significat carnis mortificationem in iuuẽtute factam: quæ Deo est gratior, & homini vtilior. Prius myrrha pænitẽtiæ condiẽda est iuuentus, quàm vermibus vitiorum computruerit.

Quid sit myrrham primã deo offerre.

Intrantes domum inuenerunt puerum: & procidentes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Exẽplo Magorũ edocemur de nostra salute. Nota ergo gradus iustitiæ Christianæ. Primus est fidei. Accedentem enim ad Deum oportet credere quemadmodũ crediderunt magi. Qui relicta patria, regnis, cognatis quæsierunt Christum natum, & in illũ in villi tugurio inuentum crediderunt; persuasi primũ testimonio sacræ scripturæ, & confirmati miraculo stellæ. Secundus gradus est reuerẽtia. procidentes inquit, adorauerunt eum, Tertius est obedientia mandatorum. Apertis, inquit, thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & Mirrham.

Tres gradus iustitiæ Christianæ. Ad Heb. 11.b.

Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem. Si talẽtum in sudario seruatum abstulit dominus à seruo inutili eò quod nihil boni negotiatus fuerit cum eo: quanto rationabilius est, vt Auferat Deus talentum ab homine non solum inutili, sed iniquo, & scelerato: qui talentum sibi traditum perdere contendit? Herodes enim, & eius sectatores, non contenti testimonio sacræ scripturæ, neque testimonio Magorum, noluerunt adire Bethlehem, ad quærendum & adorandum puerum natum: ideo meruerunt vt testimonium, quod à magis, post reditum, præstandum expectabãt, amitterent. Maximè cum eum nõ colere, non munera offerre, non adorare, vt ipsi simulabant, sed perdere, vitamq; ab illo tollere cuperent.

Si à negligẽti Deus auffert talentũ quã tomagis à scelerato auferet.

Et responso accepto in somnis, ne redditent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Negotia pueri, angeli tanquam procuratores sui diligenter agebant. Nam quemadmodum nobis omnibus, Christum non pati, grande malum foret: ita non minus si mors eius acceleraretur. non enim salutis nostræ sacramenta instituerentur, nõ nobis cœlestis panis in Eucharistia ad consortium ac animorum solatium relinquæretur: nõ euãgelium prædicaretur. Idcirco angelus his nobis Christi cultoribus secum cogitantibus ac agitantibus, an redeundum esset ad Herodem vt illius animo satis facerent, in somnis apparuit: atque admonuit, ne se referrent ad Herodem: id enim nec ipsis esset tutum, nec puero, nec expedire vt modo dicebamus tanto negotio, suis temporibus, & per partes orbis promulgando. Id enim est quod signifi-

¶De hoc ministerio angelorum lege Ruper, in hunc locum. Quare magi admoniti sunt ab angelo ne edirẽt ad Herodem.

gnificare volens Paulus in epistola ad Galat. Ait his verbis: quandiu hæres paruulus est nihil differt a seruo, cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus & actoribus est, vsque ad præfinitum tempus à patre. Heres erat Christus rerum omnium: dicente Paulo in epistola ad He. cap. 1. quẽ constituit heredem vniuersorum: par uulus modo est ab vberibus matris pẽdens. De quo olim vates dicebat paruulus datus est nobis. Nihil modo puer iste differebat à seruo: exinanierat semetipsum formam serui accipiens: quanuis reuera esset dominus omnium. Sic enim eum vocat psalmista dicens: Dixit dominus domino meo. Sub tutoribus autem & actoribus erat: quia matri & Iosepho subditus. Erat (inquit Euangelista) subditus illis: vsque ad præfinitum tẽpus à patre. quando ergo venit hæc plenitudo temporis tũc misit Deus illum vt totam legem seruaret: vt regnum Dei prædicaret: vt sua morte, (omnibus prius dispositis ac constitutis) nos & à peccatis liberaret & in filios adoptaret. Non ergo oportebat vt puer interficeretur, id circo prouisum est, vt magi acciperent diuinum oraculum, quo per viam aliam, in scio Herode, reuerterentur in patriam.

Gala. 4. D. Tho. ibi. He. 1. Esai. 9. Phili. 2. Psa. 109. Luc. 2.

¶ Libet modo in huius euangelij calce, modũ, quo Deum quæramus exẽplo magorum describere. Post quam ergo vir pius & iustus animo suo cœlesti gratia interueniente, Dei filium concepit, ac peperit, nomenq; illi imposuit. statim tres illi reges, (hoc est tres illæ præcipuæ virtutes animi, quæ veluti reges in carnem ac sensus omnes dominãtur, eosque gubernãt, dirigunt, regunt ac moderantur, ac rebus diuinis semper intendunt) quærere incipiunt puerum, illis, in Hierosolyma regia ciuitate, hoc est, in rerum omniũ vniuersitate vbi ipse singulariter resplendet reuelatum.

Nota modo quo Christus inueniẽdus est à iustis.

¶ Eum quærunt sanctis meditationibus, ac pijs animi affectibus, religiosisque cogitationibus. Vbi (inquiũt) est qui natus est? Vidimus enim stellam eius in oriente, vidimus suæ claritatis splendorem, vidimus suæ lucis radios in cordis nostri intimis. Audiuimus vocem eius sanè dulcissimam, degustauimus dulcedinem eius, nempe suauissimam: experti sumus amplexus eius, omni voluptate plenos. Quare ô Herodes rex ad interrogata respõde: ostende nobis dilectum, dicito nobis vbi est desideratus infans? Nõ enim venimus vt gloriam splendorẽq; tuũ regium spectemus, gratiam captemus, magestatem tuam reuereamur. Gratia enim tua, eius factura est, magestas verò tua, eius opus est: opulentia autẽ tua, eius vmbra est: nobilitas denique ac grandis magnificentia tua, vel parua scintilla est suæ magnitudinis. Vbi ergo est qui natus est? Ne moreris. Vbi est longitudo abreuiata: magnitudo alleuata, altitudo abiecta, latitudo constricta? Vbi est lux vera obscurata, vbi aqua vera nunc sitiens, vbi verus cibus modo famescens? Vbi nã modo est potestas subiecta, sapientia discẽs, ac virtus infinita è manibus virginis pẽdẽs? Vbi est æternus, puer factus: ac splendor gloriæ patris, pannis inuolutus? Hunc desideramus, hunc quærimus. O puer æterne, puer antique, quando aderit dies illa qua te videuimus? quãdo te inueniemus? quãdo coram te apparebimus? Sine te omne gaudium & omnis lætitia, mihi maxima tristitia est. Tecum verò omnis mæror ac fletus, voluptas & delectatio est nõ minima. Si.n. tã dulce, tãq; suaue ac iucundum est, tecum plorante

ac

ac vagiente plorare, quid quæso erit, tecum perpetua felicitate frui? Vbi ergo es, ô domine, quem inuestigamus, & quem super omnia ardenti desiderio concupiscimus? Vbi es, qui natus es Rex Iudæorum: lex piorum ac religiosorum, dux miserorum, lux cœcorum; vita mortuorum, ac ipsa salus sempiterna sempiternè viuentium?

¶ Huic quæstioni sacer euangelista Mathæus nobis respondet, quod in Bethlehem iudæ puer iste sanctus, inuenitur. Betlehem domus panis, iuda verò confessio interpretatur. Quo intelligeremus vt post peccatorum confessionem panis viuus qui de cœlo descendit reperitur. Ioa. 6.

¶ Interim tamen cõsidera: reges hos, dominum inuenire curasse: vt ad pedes eius reuerenter procumberent, ac munera offerrēt, quos, tu similiter qui iustus es, imitare: eum imprimis maxima cum reuerētia adorare cura: cum sit & conditor, & redemptor & glorificator tuus. Conditor, inquam, cum te ad imaginem & similitudinem suam condiderit: auramq; hanc vitalem qua viuis contulerit: redemptor verò, cum te, à peccatis liberatum in filium Dei adoptauerit: glorificator aūt: quando te, magno quidem præmio, sit remuneraturus, ac munera tua maioribus muneribus recompensaturus. ¶ Deinde te illi vicissim dedica, triplici rerum genere nouum sacrificium offerendo. Iamq; velutì per ænigma, trinitatem illam ineffabilem profitere, patris, & filij, & Spiritus sancti: simulque in vno homine mortalitatem, sacerdotium, & regnum agnoscens. Siquidem aurum regi conuenit, thus sacerdoti, myrrha morituro. Natus est mortalis, sacrificauit in cruce: vicit resurgens, regnat in cœlis. Offer inquam aurū amoris, quo regem hunc cœlestem venereris: thus religionis, quo Deum hunc de Deo, reuerter colas: myrrham lachrymarum qua mortē eius amarissimam defleas.

Quo pacto magos debēt iusti imitari.

¶ Quo modo autem sit quærendus Christus à peccatoribus, docet Augustinus his verbis. Quærēdus est Christus, sed non in platea vbi est magna vanitas. Non in foro vbi est grandis aduersitas. Non in taberna, vbi est summa ebrietas. Non in seculari curia, vbi est maxima falsitas. Non in scholis mundanorum philosophorum, vbi est infinita peruersitas. O vos mundi amatores, qui terrena sapitis, & pro terrenis honoribus discurrere non desistitis transuolantes montes & alpes, inuestigare volentes alta cœli, lata terræ, profunda maris, in calore & frigore, fame & nuditate, cur Christum nō quæritis, in quo hæc omnia, & maiora perfectè reperiūtur? Quiescite agere peruersè, discite benefacere. O vos qui cœlorum motus quotidie inuestigare curatis, non tamen vt Deū perfectius cognoscatis, sed vt mundo florentes appareatis. Sapientes igitur & insipientes quærite Christum, sed nō cū luxuria in qua est lata deformitas, nō cū superbia in qua iacet æterna calamitas, non cū auaritia in qua est idolorum seruitus, & æterna infelicitas. Sed heu quia non est qui faciat bonum, non est qui Christum adorare opere quærat, nec est qui speret in eo, sed milles in ense, rex in diuitijs, puer in pomo, seruus in domino, vxor in viro, vir in vxore, vetula in parua pecunia, & rusticus in ligone sperat. Nō sic nos sed quæramus Christū, ac in illo semper speremus. Quia ipsi cura est de nobis. Quæramus illū & minime quiescam⁹ donec inue-

Quomodo sit etiā quærendus christus à peccatoribus ex augumēto ser. 43. ad eremitas.

Esa. 1 c.

1. pe. 5. a.

inueniamus. Sed dicetis, quo modo eũ quæremus? Ecce quæritur hodie christus. Quærunt eum pagani, quærunt eum iudæi. Sed caue ne cum Iudæis, sed cum regibus eum quæras. Nam hi quærunt Christum adorare, illi verò quærunt iam supplãtare. Hi ad Christum veniunt: illi eum spernunt. Hi veniendo ad Christum laborant, illi verò quiescendo Christum ignorãt. Hi munera offerentes eum adorant: illi iam eius mortẽ procurant. Hi Christum adorando magnificant: sed illi spinis coronãt. Hi per aliam viam reuersi sunt in regionem suam, sed illi iam incipiunt pauere, ne forte veniãt romani & tollant eorum locum & gẽtem.

¶ Sed nos miseros, nam non solum iudæi, sed scelerati christiani hodie occidere quærunt Christum, quando præcepta sua seruare contemnunt. Non sic magi, sed mox Christo nato credentes, per viam laborare cœperunt, & sic perseuerantes aliquando eum inuenire meruerunt, non in præciositate pãnorum, non in multitudine seruorũ, non in thalamo picto, non in lecto eburneo, nõ in aula regia, sed pro thalamo voluit reclinari in stabulo, pro lecto habere voluit fœnũ, pro seruitoribꝰ bouẽ cũ asino saluator habere voluit. Eia igitur quærite Chr̃um quærite Nazarenũ, quærite hũc floridũ, cãdidũ & rubicundum, ad cuius ortũ angeli cantant, sancti exultant, sterilis clamat, vidua prophetizat, Simeõ senex expectat, Ioseph cogitat, mater reclinat, bos cognoscit, asinus portat, stella demonstrat, Magus adorat. Iste est Deus deorum in Sion, qui in cherubin apparet terribilis, qui in Seraphin apparet mirabilis, qui in virtutibus ostenditur incomprehensibilis. Iste est qui nuper de Maria virgine natus est, & homo factus est, vt nos deos faceret factus homo. Iste est qui pro nobis tentatur, vt à tentationibus liberet. qui pro nobis ligatur, vt nos absoluerer: qui pro nobis humiliatur, vt nos exaltaret: qui pro nobis expoliatur, vt nos tegeret: qui pro nobis coronatur, vt nos coronaret: qui felle & aceto potatur, vt nobis fontes mellifluos aperiret: qui mortem suscepit, vt nobis vitam æternam donaret: qui sepultus est, vt sepulturam suorum benediceret: ascendit in cœlum, vt nobis cœlorum portam aperiret: sedet ad dexteram Dei patris, vt credentium preces & vota exaudiret. Ecce ergo ad quid natus est Christus. Quid igitur agitis ô vos mundi amatores? Quid vos cum carne ô venerabiles senes? O iuuenes delicati, quid agere creditis, cum nihil sine Christo possitis facere, quibuscunque etiam bonis terrenis ornati sitis? Quærite ergo ô iuuenes Christum, vt iuuenes maneatis. Quærite vos ¶ senes Christum, vt cum omni prosperitate viuere valeatis. Hæc ex Augustino.

Luc. 2. b. Luc. 2. d. Luc. 1. e. Ibidem. d e. & 2. a. Psa. 83. d

Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Qui enim ore, & cultu & operibus. ¶ Christum confitetur, illum decet artiorem vitam eligere. Atq; per illam ad regionem suam, hoc est, ad patriam cœlestem redire. Vnde. D. Cyprian. in sermone de Stella & magis. inquit: (si tamen illius est) propterea iuxta tropologiam dicit Magos non eadẽ via rediisse qua venerant: quia necesse est vt qui credunt ad iustitiam, ore etiã confessi sint ad salutem, deinde vias eligant arctiores & se districtioribus Cipri. ser. de Stella. & magis.

ribus mandatis obligent. Quoniam per vias arctas, descensasq; precipites itur (inquit) ad inferos: per arctas verò & difficiles, reditur ad superos. Et addit: propter verba labiorum Dei, religiosus quisque vias duras ingreditur; & iugulator voluptatum stãtem ex diuerso hostem securus aggreditur. Arcta via est castitas, tramcs strictus humilitas, ieiunio affligi, & carnem in seruitutem redigere, scopulosæ sunt semitæ, sed ad patrem superiorem non nisi per meatus difficiles armati milites reuertuntur hæc Cyprianus.

Qui cum recessissent ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph dicens: surge & accipe puerum & matrem eius & fuge in AEgyptum & esto ibi vsque dum dicam tibi. Futurum est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.

¶ Fuga christi cõ... diuino cõsilio in cõmodum ægypti.

¶ Primum obserua: hanc fugam Christi in AEgyptum actam fuisse diuino consilio, vt ea quoque regio tota prodigiosis cultibus dedita, dum profugo præbet hospitium, eius contractu cõmercioque præpararetur ad aliquod primordium veræ pietatis.

Psa. 90. Iusti diuina prouidentia custodiũtur à suis hostibus.

¶ Obserua secundo: quàm verè Rex Dauid de iusto qui habitat in adiutorio altissimi & sub protectiõe Dei cõmoratur, dixerit: quod flagellum non appropinquabit tabernaculo suo: quoniam angelis suis mandauit de illo, vt custodiãt illum in omnibus vijs suis. Ecce iustus noster, ecce rex noster, diuina prouidentia liberatus est à flagello Herodis, custoditusque ab angelo dñi, qui Ioseph, apparuit in somnis, hortans eum, vt iam arcani conscius, matrem ac puerum clanculum subduceret in AEgyptum: atque illic commoraretur donec admoneretur ab eo. Si iustus es, non accedet ad te malum & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Si iustus inquam, es, quoniam ipsum, qui est altissimus, dominum Deum, posuisti tuũ refugiũ, idcirco non poterit malum aliquod tibi appropinquare, nullum te malum valebit apprehendere, vt nocumenti quicquam, inde sustineas: nullumque iniquorum hominum te odientium poterit domum tuam intrare, eris in tuo illo tabernaculo (quod in altissimo tibi posuisti) ab omni peste malitiæ securus. Is enim in quo refugium tuum posuisti altissimus, te sibi fidentem, ab omni pericuro seruabit, noxiaque omnia longè profligabit. Ipse.n. tui solicitam curam gerens, mandatũ præceptumq; dedit angelis spiritibus ministris suis, de tua diligẽti & firma custodia: videlicet vt te diligenter custodiant atque obseruent in omnibus vijs tuis, quocunque perrexeris: neq; ab vlla aduersariorum potestate patiãtur te aliquod nocumentum accipere: ita videlicet angelicos suos ministros tibi administratorios & custodes constituens, quo modo solet pater filio vnicè dilecto assignare custodes, suisque ministris solicitissime mandare de filij obseruatione atque custodia. Magna sanè promissio. Sed non ad hominem qui secundum carnem viuit (inquit Ber.) sed ad eum, qui in carne degens, secundum spiritum ambulat, facta. Siquidem non est distinguere inter illum & tabernaculum illius. Confusa in eo sunt omnia, tanquam in filio Babylonis. Denique huiusmodi homo etiam caro est, nec in eo spiritus manet. Vbi autem non fuerit spiritus bonus; quando deerit malum? Porrò vbi malum, flagellum quoque appropinquet necesse est. Semper enim malum pœna comitatur. Si ergo vis custodiri ab

D. Bern. in psa. qui habitat. se. 11.

ab impiorum persecutione exemplo Christi, exemplo Elisei, exemplo regis Ezechiæ: si euitare vis eorum insidias, incumbe virtuti, da operam sanctis actionibus, cõfuge ad dominum, & tunc angelis suis mandabit vt te ab omni periculo liberent, te admoneāt, inspirent, atque doceant quo te conferas. Sic angelus domini liberauit filios Israel à Pharaonis flagello: sic Tobiā adolescentulum à diaboli periculo: eũque sanum & incolumem duxit ac reduxit. Sic tres pueros in fornacem missos. Passim huius rei innumera scriptura sacra suppeditabit exēpla. Quibus intelliges quā vera sint quæ nunc docemus.

4. re. 6. c. Esa. 37. f. Exo. 12. Tobiæ. 8. &. 11. & 12. Dani. c. 3

Quare dominus puerum, subito extincto Herode, nõ seruauit. Ser. 1. de epipha.

¶ Tertio obserua: quod non difficile erat Deo, puerũ, subito extincto Herode, seruare, si velet: sed hic ordo negocij magis conducebat ad confirmandam fidem. Voluit enim Deus vt tyrāni furor suæ gloriæ seruiret. Quod his verbis docet. D. Leo pontifex maximus. Verbum enim caro factum, sic susceptionis nostræ temperauit exordia, vt natus Iesus & credentibus manifestus & persequentibus esset occultus. Iam tunc ergo cœli narrauerunt gloriam Dei, & in omnem terram sonus veritatis exiuit: quando & pastoribus, exercitus angelorum saluatoris æditi annũtiator apparuit, & Magos ad eum adorandum præuia stella perduxit, vt à solis ortu vsq; ad occasum veri regis generatio corruscaret, cum rerum fidem & regna orientis per Magos discerent: & Romanum imperiũ non lateret. Nam & sæuitia Herodis volēs primordia suspecti sibi regis extinguere, huic dispensationi nesciēs seruiebat: vt dum atroci intentus facinori, ignotum sibi puerum indiscreta infantium cœde persequitur, annuntiatum cœlitus dominatoris ortum, insignior vbi fama loqueretur, quum promptiorem ad narrandum diligentioremq; faciebat, & supernæ significationis nouitas & cruentissimi persecutoris impietas. tyranni ergo furor Dei gloriæ seruiuit: idcirco eum subito extinguere noluit. Sic etiā diabolus, sic Antechristus, sic Cæsar Augustus ipsis ignorantibus Dei gloriæ & seruiere & seruient. De qua re superius diximus, & in locum illum Ioannis, quid facimus, quia hic homo multa signa facit: dicemus interim lege quæ Rupertus ait libr. 2. de operibus Spiritus sancti c. 25. quo modo Deus facit diabolum seruum suum sempiternum.

Psa. 18. a

Ioa. 11. f

Qui consurgens accepit puerum, & matrem eius nocte, & secessit in Ægyptum. Hactenus ô virgo sanctissima omnia prospera, omnia læta, omnia ad votũ succedebant, tempus iam est, vt calicē domini, hoc est, pressuras, & afflictiones libare incipias. Tempus amplexandi (ait sapiens) & tempus longè fieri ab amplexibus. Hucusq; tēpus fuit filij amplexibus fruendi: adest iam tēpus degustandi calicem amarum, quē ipse bibiturus est. Nec ab huius mundi arbore fructus alius tibi sperandus est. In valle lacrymarum habitamus, in terra deserta inuia & inaquosā, in loco damnatorum: iuxta flumina Babylonis sedemus: vbi silent atque obmutescunt organa nostra: vbi vix audiũtur gaudij & lætitiæ carmina, sed lamentationes & væ. Quare ô virgo omni sanctitate ac prudentia præstās, para oculos tuos ad lachrimas: nā hodie tuis gaudijs, tuis animi voluptatibus silentium imponitur.

Apostrophe ad virginem. Eccl. 3. Ps. 136. a Eze. 2. d.

¶ Hic iam mecum considera: quanta celeritate à sponso admonita, nũc surgeret sanctissima virgo: quanta velocitate arriperet filium sibi dilectissimum

mum: ac hospitibus, amicis, cognatis que insalutatis fugam caperet. Quæ enim tantum thesaurũ æstimare sciebat, minime res huius mundi omnes curaret, dum tãtum tamque inæstimabile bonum, sibi, nobisque omnibus seruaret, Vtinam & nos à virgine gloriosa disceremus hunc cœlestem thesaurum dignè æstimare. Nam omnia tunc mundi bona cõtemneremus ob illum conseruandum: omnia cũ Paulo per illum detrimẽtum faceremus: stercoraq; arbitraremur. Si enim prudens serpens totũ corpus libenter periculo exponit ob caput (in quo est vita) seruandum: quato libentiuus & nos, omnia huius mundi bona, diuitias, opes, dignitates, ac voluptates cõtemnere debemus, ob Christũ caput nostrum in nobis seruandum, quum ipse sit salus, spes, vitaque nostra?

Discam⁹ à virgine thesaurũ nostrum, hoc est, Christũ diligẽter seruare & æstimare. Philip. 3. Simile.

¶ Sed vt redeamus vnde digressi sumus. Quod tibi ô virgo sanctissima hoc iter negotium facessit? Quam animi anxietatẽ hæc tua fuga exhibuit? Quam solicitudinem intulit? quanta affecta es molestia derelinquendo patriam, domũ, cognatos tuos tibi charissimos, fugiẽdo per solitudines, per itinera nõ tuta, ad homines idolatras ac in fideles cum infantulo tibi dilectissimo ab vberibus pendenti? Si inter conciues tuos locum, quo puerũ reclinares, inuenire minime potuisti nisi præsepium, quid inter infideles, quid inter barbaras nationes, quid inter gẽtes idolis deditas inuenires? quo te cõferres? quo cõfugeres? quis te hospitio susciperet? qs erga te charitatis pietatisq; viscera sua cõmoueret, vbi regnabat impietas, infidelitas, barbaries, omnisq; rusticitas? Quãtoq; insuper opere cõmoueretur animus iste tu⁹ immẽsa fide ac pietate præditus, quũ te, inter infideles, impiosq; idolatras Dei veri omnino ignaros cõmorãtẽ videres? Si enim Loth vir sanct⁹ maxime commouebatur quod habitaret inter homines pessimos, peccatoresque nimis coram domino: Si Pauli spiritus incitabatur ac maxime cõmouebatur, videns idolatriæ deditam ciuitatem Atheniensem: quid nõ cõmoueretur animus virginis, in fide & charitate omnes sanctos nedum Loth ac Paulum præstantis? Et tu quoq; ô delicate puer, quare tam cito calicem passionis amarum bibere incipis? cur teneris annis non parcis? Scio domine mi quid velis, scio quid ista tua persecutione tam intempestiua doceas, scio quid nobis significare intendas. Nempe quod nulla sit acerbitas, quæ non omnibus electis, ac iustis impendeat, quæ non omnes viros pietatẽ sectanctes maneat. Si ergo iustus es, præpara cor tuum ad tẽtationem: nã certa res est, quod oẽs qui esuriũt & sitiũt iustitiã, aduersa multa sustineãt: calamitatibusque premantur: nihilq; à mundo isto aliud expectare debent, aut sperare, quàm præsuras, ærũnas, insidias, ac mala quàm plurima.

Secunda Apostrophe ad virginem.

Ge. 13.d

Act. 17.d

Apostrophe ad puerũ Iesum.

Eccle. 2.a Iustus pręparare debet cor suum ad tẽtationem.

Accepit puerum & matrem eius & secessit in AEgyptũ & erat ibi vsque ad obitum Herodis. Hic vides iam commutationem dexteræ excelsi. Olim aiebat Esaias (AEgyptiorum vastationẽ ab Assyrijs prædicẽs) onus AEgypti. i. prophetia afflictionis vẽturæ AEgyptis. Ecce dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur AEgyptũ, & commouebuntur simulacra AEgypti à facie eius, & cor AEgypti tabescet in medio eius &c. Assyriorũ exercitum à quo vastata est AEgyptus, appellat propheta nubem leuem. Nubẽ appellat: vt ostendat horribilem tempestatem, & vastationem, quam impẽdentem videbat AEgyptijs. Quemadmo

Nota mutationem dextere excelsi. Psa. 76. Esa. 19a

Explicatur loc⁹ Esaiæ.

admodú enim ex nube oritur aliquá do turbulenta ac repentina procella, sic ex assiriorum exercitu prouentura erat subita & luctuosa pernicies. Leuem vocat: vt significet Assyriorum velocitatem & expeditioné, qui tam prompto & alacri animo, tamq; vehementi & concitato impetu, ad bellú mouebantur: vt potius volare quàm ambulare viderentur. Est igitur sensus: ecce dominus inspirabit Assyrijs vt AEgyptijs bellum inferant: & ascédens ipse super exercitum Assyriorú, ingredietur AEgyptum, vt eá vastet: & repentino prelio euertat. Et simulacra, quæ ægyptij hactenus prodijs coluerunt, adueniente domino cedent ei, nec poterunt ipsis quicquam prodesse: cordaque ægyptiorum prænimio timore languescét in visceribus eorum. Iam modo vide quanta sit mutatio dexteræ excelsi. Tunc infensus ægyptijs ascendit super prædictá nubé leué vt eos deuastaret: modo miser sert9 illorú, ascédit super aliá nubé leuioré, hoc est, super corpus sacratissimú sine vllo peccatorú pódere. Et ingressus est ægyptú, nó vt eá perdat, sed vt eá seruet nó vt eá vastet, sed vt suo aduentu sanctificet: non vt eam tenebris operiat, sed vt eam fugatis tenebris illuminet: & vt lux in tenebris ita luceat, vt eam tenebræ ægyptiorum non possint comprehendere. Nec absre humana christi natura nubi comparatur leui, ob eius puritatem, ob eiusque ad patri parendum velocitatem, & promptitudiné. Huius typus erat nubes illa de qua Ioannes in apo. ait: & ecce nubem candidam: & super nubem sedentem similem filio hominis. Ascendit ergo dominus super nubem istam, ac velociter fugit in ægyptum. Quare (inquit Chrysostomus) vadit in ægyptum? Nunquid alia terra defecit? Semper enim aduersus populum eius ægyptus extitit inimica. Sed etiá recordatus dominus qui non infinem irascitur neque in æternum indignatur, quanta mala fecerit super ægyptum: ideo mittit filium suum in eam, & dat illi magnæ reconciliationis signú, & perpetuæ amicitiæ pignus, vt decem plagas ægypti vna medicina sanaret. O commutatio dexteræ excelsi. Vt populus qui ante fuerat persecutor populi primogeniti, postea fieret custos vnigeniti filij. Vt qui illi populo violenter dominati sunt, isti cum deuotione seruirent. Vt iam non irét ad mare rubrum demergendi, sed vocarentur ad aquas baptismatis viuificandi. ¶ Nó ergo de misericordia Dei desperandum nobis est, quantumuis maximis errorum tenebris implicati fuerimus: sed precemur ac dicamus. Conuerte nos Deus salutaris noster, & auerte iram tuam á nobis. Núquid in æternum irasceris nobis? Scimus enim domine, quoniam nó est in manu hominis via eius, nec viri est, vt dirigat gressus suos: idcirco te oramus, dñe, iam natum, iam factú nobis placabilem, Deú salutis nostræ, te Deú salutarem ac saluatorem nostrum, vt ad nos confugias, vt nos ad te trahas, ac toto corde conuertas, mentisque tenebras fuges. Cum enim ex nobis ipsis vt oportet conuerti sufficienter haud quaquam valeamus, ad te confugimus vt tu ad hác ægyptum fugias. Sicque tuam iram pœnitus auferas á nobis. Scimus domine quod non patietur hoc tua infinita misericordia, atque benignitas immensa, vt perpetua permaneat tua illa aduersus nos indignatio.

Ioan. 1.

Humana Christi natura quare comparatur nubi leui: Apo. 14.

Chriso. in Mat. ho. 2. in imperfe.

Non est desperandú de misericordia Dei, quáuis maximis peccatis simus implicati. Psa. 84. Hie. 10.

Tunc Herodes videns quod illusus esset à magis iratus est valde: & mittens occidit omnes pueros qui erant in Beth-lehem & in

in omnibus finibus eius, à bimatu & infra.
¶ Quanta fuerit tinanis Herodis qui ob vnū puerum. 100. milia puerorum interfecit. Hoc mirabile quod impius Herodes occidi iubet. 100. miliapuerorum ob vnius innoxij ac innocẽtis vitam perdendam. Cum Plato aliquando irasceretur seruo, iussissetq; tunicam exuere & scapulas prebere verberibus, manu sua ipse cæsurus: postquam se intellexit iratum, manum suspẽsam detinebat: sicut sustulerat, & stabat percussuro similis. Interrogatusq; ab amico qui interim venerat, quid ageret: respondit. Exigo pœnas ab homine iracundo: tu autem seruum istum verberibus obiurga. Nam ego irascor, propter quod non cædo. Irascor (inquit) & plus facerem quàm oportet. Non sit ille seruus in eius potestate, qui in sua non est: qualis scilicet ego sum. Plato oblitus est serui, quia alium, quem potius castigaret, inuenit: videlicet seipsum: abstulitque se in suos potestatem. Plato. Nota.

Seneca. Iracundia vitanda. Nihil igitur tibi deceat (ait Seneca) dũ irasceris: Sed si vis omnia tibi licere, pugna tecum ipse. Si autem iram non vincis iam incipis vinci ab ea. Merito ergo Paulus nos hortatur atque admonet dicens: irascimini & nolite peccare: sol non occidat super iracundiam vestram. Ephe. 4. Iure etiam olim apud ethnicos prouerbium in ore omnium erat: ne malorũ memineris. Prouerbiũ. Valerius Maximus lib. 4. rerum memorabilium, Titu. de animi moderatiõe autor est: quod trasybulus, vbi ciuitatem Atheniensium triginta tyrannorum sæuitia liberasset, plebescitum interposuit, ne qua præteritarum rerum mẽtio fieret. Va. maximus. Quam malorum obliuionẽ Athenienses amnestian vocãt. Amnestiã. Tu ergo hanc Atheniensium legem serua. Noli malorum memoriam refricare. In posterum enim diem reponere odium, ac malorum meminisse, ac pridianam quãdam memoriam reseruare apage, neque dijs dignum, neque alioqui regale: ait Lucianus in Caucaso. Lucian⁹. Hanc legem si tyrannus iste seruasset non prorumperet in tam manifestam insaniam, nec mitteret vesaniæ suæ ministros, qui omneis hos infantes occiderent.

¶ Hæc Herodis vesania & crudelitas satis ostendit huius mundi tyrannidẽ, malitiam, ac prauitatem. De qua copiose differit Gregorius Nisenus magni Basilij frater his verbis. Gre. nise. ser. de nati. Mihi videtur non sæuitiam solum, atque crudelitatem, verum etiam extremam arguere amentiam, Herodis scilicet atque suorum. Quid enim cæde puerorum sibi voluerunt? Quo consilio sanguinarij tantum scelus ausi sunt? quoniam nouum quoddam, inquiunt, signum cœlestium miraculorum regis designationem magis indicauerat. Quid igitur pro verone credis ei signo, quo hoc futurum indicatum est? An vanum esse suspicaris id quod ferebatur? Nam siquidem is est, qui cœlos posit secum vna disponere: sub tua manu prorsus non est. Sin autem in tua potestate positum esse putas, vt ille vel viuat, vel moriatur: Frustra talem metuis. Nam qui eius conditionis est, vt tuæ potestati subditus sit, quid attinet ei insidiari? Quare horrẽdum illud ædictum emittitur? Scelesta ac nefaria sententia aduersus infantes, vt missi illi puelli trucidarentur? qui, quid maleficij commisserunt? quã mortis causam aduersus sese præbuerunt? quod scilicet nati sunt, & in lucem prodierunt? Atque eorum causa ciuitatem carnificibus repleri oportebat, & matrum turbam, infantium cœtum cogi. Quum vna cum eis adessent etiam parentes, & omnes vt est verisimile, qui cõmunione sanguinis eos cõtingerent: ad cladẽ confluerẽt.

quis

Quis oratione calamitates deliniauerit? quis ante oculos ponere narrando clades, & funera possit? Promiscuam illam lamentationem, flebilem concentum puerorum, matrum, cognatorũ, patrum ad carnificum minas miserabiliter exclamantium? Quo modo quis, cum ense nudo carnificem iuxta infantem stantem, toruis ac micantibus oculis intuentem, atque alias cõsentaneas voces edentem, sinistra manu puellũ ad se trahentem, altera gladium tollentem d. scribere possit? Ex altera verò parte contrà matrem ad se puellum trahentem, suasq; proprias ceruices ensis mucroni submittẽtem, ne suis oculis videat miserum filium carnificis manibus trucidari? qua ratione affectus patrum quis exposuerit? implorationes, exclamationes, gemitus, extremos filiorum amplexus? Cum multa etiam talia, eodem tempore simul acciderent: quis multiplices ac varias calamitatis facies ac modos deplorauerit? Vt miser infans simul & mammæ adherescetet, & per viscera læthale vulnus acciperet? Vt misera mater & papilam ori infantis admoueret, & sanguinem filij sinu exciperet? Sæpe autem alicubi carnifex ruente manu, vno impetu gladij, filiũ vna cum matre transfixit. Atque vnũ sanguinis flumen extitit. Quod tam ex materna plaga, quã ex læthali vulnere filij commisceretur. Quoniam autem etiam hoc scelesta vox Herodis adiecit, vt non solum aduersus modo genitos infantes capitalis sentẽtia proferretur, verum etiam si quis ad alterum annum progressus esset, vt is quoque de medio tolleretur. Scriptũ est enim à bimatu & infra, alteram ex veri similitudine cladem in his ratio cernit. Quod sæpe tempus interiectum duorum filiorum matrem fece-rit eandem. Quale igitur rursus in talibus spectaculum erat? Duobus circa matrẽ, vnam carnificibus occupatis? Vno quidem prætercurrentem ad se trahente: altitudo verò eum, qui mãmæ etiam admoueretur, à sinu reuellente? quo modo miseram matrem horum nomine affectam fuisse credibile ac verosimile est, quum aduersus duos filios natura quasi scinderetur, ac distraheretur, vtroque æqualiter maternis visceribus ignem accendente. Cũ ambiget qualem aut vtrum ex impijs carnificibus sequæretur, vno quidem hinc, altero autem illinc, ad cædem attrahentibus infantes: accurrat ad recens natum, obscurum adhuc ploratũ emittentem, at alterum audit iam loquentem, ac voce balbuciente, matrẽ cum lachrymis implorantem. Quid agat? quo vadat? quo se vertat? ad vtrius vocem clamorem referat? vtriꝰ gemitui opploretur? vtrius morti illachrymabatur? cum ex æquo naturæ stimulis vtriusque nomine vrgeatur? hactenus Gregorius Nisenus.

¶ Ex huius ergo crudelissimi tyranni facto colliges quanta sit humani cordis malicia, & signanter quo perueniat, honoris, ac dignitatis immoderatus nimiusque appetitus. Nulli parcit, nihil intentatum relinquit hominum ambitio dum modo à suæ dignitatis gradu non cadit. Quæ maior crudelitas, quæ maior væsania, aut ferocitas, quám tantam sanguinis innoxij multitudinem diffundere? Tot pueros insontes dilacerare? Tot piarum matrum viscera commouere? Tot patres filijs suis orbare? Tot familias legitimis successoribus priuare? Idque, vt tam breuis vnius hominis vita in sua dignitate persisteret ac conseruaretur? O cæca stultæ æmulationis impietas (ait Leo põtifex) quæ perturbandum

Appetitꝰ honoris immoderatus multorum malorũ causa.

Leo.ser.I. epipha.

dum putas diuinum tuo furore consilium. Dominus mundi temporale nō quærit regnum, qui præstat æternū. Vide igitur in quæ mala amor nimius dominandi, ac cæca cupido regnandi, hunc miserum præcipitauit: cum nō solum immanitate barbara feras oēs superauerit: sed væsanos, & amentes oēs sua amētia vicerit. Hæc ergo est misera conditio humani cordis, hæc natura immoderati amoris, hucusq; peruenit ambitio, ac honorum & imperiorum nimia cupiditas: quæ, tui etiam, si sese occasio offerret, dominaretur, nisi diuino numine ac cœlesti supernaque gratia præuentus esses.

¶Cæterum attento rogo animo perpende, ac contemplare diuinæ bonitatis magnitudinem, in his infantibus resplendentem. Quæ enim maior bonitas, quæ immensior charitas & magnificentia excogitari potuit, quam voluisse Deum, non solum in suaue sacrificium, sed in admirabile martyriū, acceptare mortem non voluntariam, sed necessariam, non volūtate latam, sed vi illatam: mortem, inquam, vbi non fuit meritum, sed casus: vbi non fuit cor martyris, licet fuerit caro martyris: vbi non animi religio in moriēte, sed tyrannis & crudelitas in occidente: Vbi denique gladius aderat tyranni, sed non spiritus martyris. Hæc tamen omnia, Dei benignitas, Dei gratia, deique misericordia suppleuit: nam calamitates & infortunia in coronas permutauit: & casus in opinatosque euentus in merita. Non enim diuinam bonitatem præstat Herodis malitia. Quare si hæc tanta fuit, vt tali pœna insontes & innoxios afficeret: non mirū vt Dei benignitas, eos absq; suis præcedētibus meritis coronaret. Erigite ergo animum pusillanimes, erigite spem timidi, & meticulosi: qui quauis culpa & si leuissima æternas pœnas subiturus vos esse existimatis: Dei magnificentiam ac immensam bonitatem erga pueros istos considerate: ac satis superque intelligetis, quāto nostræ salutis desiderio teneatur, quanta liberalitate sit præditus: quanta facilitate felicitatem suam impartiatur: quando ad eam concedendam tales occasiones quærat: tamque paucis ac minimi sit contentus. Si enim benignus (vt ait Seneca) etiam causam dandi sæpæ cogitat: quanto potius cogitabit ille, cuius miserationes super omnia opera eius resplendent? Non enim dominus solum corpus sed spiritū, hoc est, non solum opus sed animum etiam ac voluntatem requirit & tamen tanto nostræ salutis desiderio tenetur, vt opere solum in his pueris inuento, contentus sit, gratia eius, quod in eis deerat, supplente.

Immensa Dei bonitas & magnificētia commendatur.

Seneca. in prouer.

Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à magis, iratus est valde. Hinc disce: quam detestanda sit ira, hoc est, appetitus vindictæ, quæ Herodem ad tantam iniquitatem adegit, vt nō solum innocētes, sed Deum occidere vellet. Non ergo (ait Iob) te superet ira, vt aliquem opprimas. Hostis & inimicus est ira. A qua superari magis timendū tibi est, quam ab homine tibi aduersario: ne sis velox ad irascendum (vt Salomon ait). Satis velox est ad irā, qui ab illa tanquam à calcaribus stimulatus, in momento transilit Chaos maximum, quod inter pacem & inimicitiam, & inter odium & amorem, esse compertum est. Aufer igitur iram à corde tuo, vt idem sapiens admonet: cum (authore Gregorio) sit quasi tempestas: mentem quasi grādo destruēs. Quare sicut tēpestas vineæ timetur, sic ira timenda est cordi, cum etiam sit

Ira cauenda.

Iob. 36 b

Ecclesiastici. 7. b.

Ecclesiastici. 30 a

Gregori.

ignis

ignis pestiferus omnia animi bona, oẽs spirituales diuitias, omnino exurens. Vnde Salomon ait. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimentum eius non ardeat?

Prouerb. 6. c.

Est enim ira similis serpentibus illis ignitis, & pestilentibus, de quibus legitur numerorum vigesimo primo, quod vexauerint in deserto mirum in modũ filios Israel.

Figura. Numerorum. 21. b

¶ Et vt paucis plura compræhendamus: ira nobis fugienda est: cum Deo maximè displiceat, dæmoni admodũ placeat: proximis plurimum noceat: nos denique pœnitus inficiat. Deo inquam maximè displicet: cum hospitium eius turbet. Vnde Paulus ad Ephesios. cap. 4. ait. Nolite contristare spiritum sanctũ. Ira enim (inquit Gregorius.) Animum pulsat, Spiritui sancto suam habitationem perturbat, imo quoque patrem & filium & spiritum sanctum de hospitio suo expellit, & diabolum introducit: sicut in pace factus est locus Dei sic in ira factus est locus diaboli.

Ira Deo displicet. Ephe. 4. g
D. Greg.
Psa. 75. a.

¶ Ira etiã dæmoni gratissima est. Quia hoc peccato solet non vnum aut alterum hominem lucrari, sed domum totam, imò innumeras ciuitates. Cum homo iracundus sit velut serpens, ignẽ ore vomens, exurens eos igne iræ qui sunt iuxta se. Vnde prouerbiorum decimo quinto dicitur. Vir iracundus prouocat rixas: qui autem patiens est, mitigat suscitatas. Est enim iracũdus rixas prouocans, veluti canis qui alios mordet & latratu suo alios ad irã prouocat. Quod maximè diabolo gratũ & acceptum est.

Ira dæmonibus grata.
Similitudo.
Prouerb. 15. c.
Similitudo.

¶ Quamuero grauis & perniciosa sit ira proximis, satis experimẽto docemur. Graue est saxum (ait sapiens) & onerosa arena, sed ira stulti vtroq; grauior est. Et in eodem capite: Impetum cõcitati spiritus sustinere quis poterit? Et c. 18. ait. Spiritum ad irascendum facilem, quis poterit sustinere? Propterea idem consulebat, ne amici essemus homini iracundo. Grauis est enim & molestus omnibus.

Ira nocet proximis. prouerb. 27. a.
prouerbi. 18. c.
prouerbi. 21. d.

¶ Quantum denique perniciosa sit ira nobis ipsis, explicatione multa nõ indiget. Ira enim nocet corpori. Ecclesiastici trigesimo capite. Zel9 & iracũdia minuunt dies. Nocet bonis tẽporalib9 Eccle. 21. obiurgatio & iniuriæ annullabũt substantiã. Excæcat mentem psal. 6. turbatus est à furore oculus me9. Et philosophus duo sunt inquit maximè contraria consilio, scilicet festinatio, & ira. Aufert ab animo misericordiam. Ira inquit sapiens non habet misericordiam: neque irrumpens furor. Tollit veram iustitiam. Ira enim viri iustitiam Dei non operatur. Vnde si ira correctionem superet, ante opprimit quam corrigat ait glosa: & sub specie zeli iustitiæ, furor est. Zelus iustitiæ, quasi ignis ardere debet, oleo misericordiæ. Et quemadmodum ignis nisi adsit oleum lampadem destruit: sic zelus iustitiæ, cor hominis, nisi adsit misericordia. Hinc fuit vt Christus Lu. 19. Prius fleuerit Hierusalem, quam ex zelo iustitiæ destruendam gentibus tradiderit.

Ira nobis nocet.
Ecclesiastici. 30. d
ecclesiastici. 21. a.
psalm. 6. b
Prouerb. 27. a
Iac. 1. a.
Glosa in illud Iob. 36. non te superet ira.
Luc. 19.

¶ Denique ira omnia scelera in animos hominum inducit. Pro. 29. Qui ad indignandum facilis est, ad peccata est procliuior. Fugiamus igitur hanc pestem, detestemur hoc venenum, si dæmoniaci & insani non esse cupimus. Iracundus similis est dæmoniaco, de quo Mar. 9. dicitur. Attuli tibi filium meum habentem spiritũ mutum, qui vbicunque eum apprehẽderit, illidit illum. Similis est etiam insano & furioso. Vnde Oratius: ira furor breuis est. Iracũdus etiam est similis rhamno, ignem ex se producenti ad impetum venti, authore Iosepho:

Prou. 29.
Marc. 9.
Similitu.
Similitu.
Similitu.

aduẽ

aduentum enim superbiæ, ignem iræ ex se emittit. Iracundus denique simi lis est apro, in gladium se ipsum impingenti. Gladius diaboli ira & odiũ est, in hunc homo iracundus impingit. Talis erat Herodes iste impius & crudelis, qui iracundia maxima cõmotus, innumeros innocẽtes à matrum vberibus pendentes, inaudita inhumanitate interficere non est veritus.

Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à magis: iratus est valde. Si draco in hoc creatus est vt illudatur ei, cur nõ etiam illudetur draconis sequacibus? Sed iratus est illusus Herodes. Nam ficta & paliata sanctitas, si semel illudatur, in tyrannidem vertitur, immanis crudelisq; fit, testis tibi etiam erit Saul in Dauid.

1.re. 18. 19. 22. & 23.

Occidit omnes pueros. Vbi magis velis ob oculos positam pernitiosi rabiem & ambitiosi, quam in Herodis facto? videor mihi videre Pharaonẽ in Israeliticarum filios seuientem, qui ne regno defraudaretur, tam immanem puerorum causabat stragẽ. Sed dedit Deus spiritum, tunc temporis obstetricib9, vt pueros seruarent incolumes. Ob quod egregie factum, domus non luteas, sed progenies in tempora duraturas fecit illis Deus. Sed nunc crudelior Herodes, qui re ipsa tot infantes occidit, nec fuit pius aliquis qui tanto facinori obsisteret. Permissum ob eã causam à Christo, vt sua tyrannide eius adventus tanto magis ostenderetur, quanto sua crudelitas apud omnes magis diuulgaretur. Vide quàm nemini parcat crudelis ambicio, vt superius dicebamus. Vnde Amã sæuiebat in Mardochæum, & ob id in totum Iudæorũ genus: Saul in Abiathar, & ob eam causam in omnem suam progeniem. Regina denique thalia videns mortuum filium, sæuit in totam regiam prosapiam: ambitione dominandi commota.

Ambitio, tirannidis est causa & crudelitatis.

Exo. 1.

Esther. 3.

1.reg. 22

4.reg. 11

Tunc Herodes videns quod illusus esset à magis & occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem, in omnibus finibus eius abimatu, & infra, secundum tempus quod exquisierat à magis.

¶ Dilatauit locum Herodis crudelitas. Nam in Bethlehem natus est Christus, & ipsa omnes pueros qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius interfecit. Dilatauit etiam tempus crudelitas: bimulos occidendo, cũ secundum tempus quod exquisierat à magis, infantulos recenter natos, aut bimuli ætate minores, esset perditura. Eos ergo qui bimuli erant (inquit Euthimius) occidit vt tẽpus ampliaret: illos verò qui minoris erant ætatis, secundum tempus quod exquisierat à magis. Ex quo fit, vt verba illa. *Secũdum tempus quod exquisierat à magis.* Non in eo quod dicitur Abimatu, intelligantur: sed in eo quod additur & infra. Oportet enim post id quod dicitur Abimatu, distinctionem ponere: deinde totum quod sequitur, simul legere. Ad hunc modum. *Occidit omnes pueros abimatu: & infra secundum tempus quod exquisierat à magis.* Dilatauit ergo tempus & locum impia tyrannis, pueros vniuersos complexa, putans hoc impio consilio, satis sibi cautum esse, ne qua posset elabi, quem vnum cupiebat extinctum. Sed frustra nititur consilium mortalium, aduersus consilia diuina. His rebus parabatur exemplum, quid essent ab impijs principibus passuri, qui credituri essent euangelio: quid profecturi, qui fidem euangelicam teneram adhuc, & impiorum animis gliscentem, crudelitate sua conarentur extinguere. Ob Christum interimi, seruari est. Herodi data erat occasio resipiscendi, nisi mẽtem illius regnã

Crudelitas Herodis, temp9 puerorũ, & locũ Bethlehem, dilatauit: vt haberet intentum.

Euthi.

Nota.

regnandi cupiditas excæcasset. Sed dũ ipse sibi suo vitio vertit omnia in materiam maioris insaniæ, sua malitia Dei iustitiam illustrauit, dum omnibus palam fit, inoxios puellos immani crudelitate trucidatos, & ipsum horribili dignum exitio, quo postea perijt, fuisse.

¶ Grande peccatum est subditos opprimere.

Et mittens & occidit omnes pueros. Grãde peccatum & scelus profecto est, subditos opprimere: si enim non licet esse hostem in extraneos, multo minus licebit in subditos. Quis quæso nescit, crimen esse proditionis cum amicis inimicitias exercere? Subditi verò secundum sententiam sapientis, sunt humiles amici. Atque in hoc huiusmodi principes, similes sunt militibꝰ qui Deum crucifixerunt. Qui arundine de manu dñi suscepta, caput eius percutiebant. Per arundinem terrena potestas significatur, quam milites & principes huius sæculi à Deo acceperunt. Et deinde: ea, Deum in subditis & pauperibus & innocentibus percutiunt. Quod si subditos exactionibus iniustis opprimere, tantum crimẽ est, quale quæso erit illos sine culpa occidere? Ex quo intelliges, quanta fuerit crudelitas & immanitas Herodis, qui in tot innocentes pueros tantã tyrannidem exercere voluit.

Marci. 15. Figura.

Nat' christus offert patri primitias hoc est, innocẽtes.

Occidit omnes pueros. Ecce quo pacto statim quod filius Dei natus est, incepit seruare legem Dei, offerendo illi primitias omnium frugum suorum. Deut. 26. ait dominus cum intraueris terram quam dominus Deus tuus daturus est tibi possidendam: & obtinueris eam atque habitaueris in illa: tolle de cunctis frugibus tuis primitias, pergesque ad locum quem dominus Deus tuus elegerit, & ibi nomen eius inuocetur. Omnia (inquit Paulus) in figura contingebant illis. Quare hac certè figura, significare nobis voluit Spiritus sanctus, huius rei præsentis mysterium. Verba ergo sunt patris ad filium, cum intraueris (inquit) terram & hanc Christus intrauit quãdo in vtero virginis homo factus est: hanc obtinuit atque habitauit, quando in mundum prodijt. Fructus verò quos expectabat, erant, martyres, doctores, confessores, virgines, pœnitentes, &c. Quorum multitudo tãta fuit, vt Ioa. in Apoca. numero eam cõpræhendere non valeat. Vidi (inquit) turbam magnam quam dinumerare nemo poterat. Primitiæ autem fructuũ istorum, innocentes fuerunt. Quos natus Christus obtulit Deo patri, de fructibus quos ex agro suo, hoc est mũdo isto percepit. Hi sunt primitiæ illæ, de quibus idem Ioan. ait: hi empti sunt ex hominibus (scilicet futuris sanctis) primitiæ Deo & agno. Sine macula enim sunt ante thronũ Dei. Sine macula scilicet originis, nam baptismo sanguinis mundati sunt. Vnde idem Ioa. ait: hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerũt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Sine macula etiam ignorantiæ sunt, ante thronũ Dei. Vnde D. Gregorius. Quid est quod nõ videat, qui videntem omnia vident?

Deu. 16. Figura.

1. co. 10. c

Apo. 17. b

Apo. 14. a

Apo. 7.

Ergo, vide de infer. de innocẽtibus.

Defuncto autem Herode &c. Obtinẽte regnũ immanissimo Herode, tota ciuitas turbatur. Defuncto autẽ Herode. Ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph in AEgypto dicens & anima nostra ciuitas est, in qua regnante Herode, hoc est, peccato nulla est securitas, nulla quies, sed turbatio & confusio. Si in ea nascitur aliqua innocens cogitatio, statim interficitur. At defuncto Herode, mortuo peccato apparet oblectatio diuina, reuertimur Hierosolymam ad visionem pacis,

Anima nostra ciuitas est, in qua regnante peccato nulla est trãquillitas.

cis, vbi in tranquillitate vitam degimus.

Et veniens habitauit in ciuitate Nazaret. Hoc actum est consilio diuino, vt per occasiones varias, Christ9 multis diuideretur, qui nulli non venerat. Bethleem huius partu gloriatur, hierosolimæ exhibitus est ac purificatus, Aegyptus tanto hospite fœlix erat. Habet Nazareth, quod de tanto alumno glorietur, nam hæc erat parentis Mariæ patria, in qua filium conceperat. Viculus humilis & obscurus, Galileæ contemptæ apud judæos regionis. Sed hoc magis opportuna latebra puero, aduersus Archelai sæuitiam. Et illud interim nos docente Deo re ipsa, in his quæ diuina voluntate geruntur, nihil opus esse huius mundi præsidijs, opibus, potentia, factionibus, generis claritudine, imò hæc adiuncta obscurant apud homines gloriam Dei. Nam ne hoc quidem accidisse fortuito, satis arguit, quod Propheta iam olim futurum prædixerat quoniam Nazaræus vocabitur. Quod esse factum, vel ipse titulus indicat, quem Pilatus ignarus prophetię cruci affigi iussit. Sic enim ait diuus Ioannes cap. 19. scripsit autẽ & titulũ Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Et hodie qui Christum profitentur, eiusq; fidem in sacro baptismate suscipiunt, voluntarieq; amplectuntur, ab eo, Nazaræi dicuntur à plerisque. Neq; vocabulum ipsum Nazaræus mysterio vacat. Nazaræus enim Hebræis, à flore nomẽ habet, quod hic è virgine sanctissima ac purissima cõceptus sit, purissimus ac sanctissimus ille flosculus, omnis virginitatis consecrator. Quemadmodum etiam nomen hoc Bethlehẽ, domum panis sonat Hæbreis, vbi proditus est panis ille cælestis, quem qui ederit viuet in æternum. Sic enim ipse apud diuum Ioannem ait: qui mã ducat hunc panem viuet in æternum. Hic igitur annos aliquot vixit, velut ignotus, cum matre & nutritio suo Iosepho, cuius filius ab omnibus extimabatur (Iudæi enim vt enarrat Euangelista Mar. dicebãt. Non ne hic est filius fabri.) Donec ad ætatem adultam progressus, doctrina admirabili, & in audita, miraculis innumeris, morte stupenda, & resurrectione gloriosa, mundo proderet: nulla interim re insignis aut inter cæteros mortales eminens, nisi quod omni probitatis, virtutis, religionis, ac sanctitatis genere, ac charismatib9, donisq; cœlestibus, sic in dies proficiebat in oculis hominum, vt nemo non magnum aliquod atq; insigne ab illo sancto & diuino puero, expectaret. Proficiebat enim sapientia, & ætate apud Deum & homines, vt Euangelista ait: Legis enim interim obseruãtissimus. Vnde merito ipse dicebat apud nostrũ Euangelistam, non veni soluere legem, sed ad implere. Ne quam ansam daret maleuolis Iudæis obtrectandi, calumniandi, ac maledicendi. Et vt per omnia satisfaceret omnibus. Maluit ad tẽpus obseruata lege Mosayca, ad impletisq; omnibus ceremonijs eius ad perfectiora perducere Iudæos, (quos vocare venerat:) quã his spretis animos eorum ab sese alienare. Verum est tamen quod non omne illud tempus in silentio pertransijt: sed aliquãdo specimẽ sui præbuit hierosolimis, (vt sacer Lucas Euangelista capite secundo enarrat,) annos natus duodecim. Cum clam relictis parentibus, repertus est in templo in medio Doctorum sedens, audiens il-

Marginalia (left): Quare Crist9 venit Nazareth rediens ex Ægipto. — Iusti qui diuina prouidentia, gubernãtur, non egent mundi præsidijs. — Ioa. 19. d — Quare Cristus Nazare9 vocatus.

Marginalia (right): Ioh. 6. f. — Mar. 6. a. — Luc. 2. g. — Infra. c. 5. — Luc. 2.

los, ac vicissim sic interrogans, vt omnibus esset admirationi. Iam tunc videlicet indoles gestiebat ad ea, quorum gratia missus erat in mundum: sed vt hoc erat animi prompti laus, ita moderationis & obedientiæ erat exemplum, expectare tempus a patre præfixum.

Caput Tertium.

Ioannes pœnitentiam prædicat, & Christum venisse.

Mar.1.a. Luc.3.a. *IN DIEBVS autem illis venit Ioãnes Baptista prædicãs in deserto Iudææ,*
Esa.21.c. 31.c.45.d. Zach.14.a *& dicens, Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cælorum. Hic est enim de quo dictũ*
Esai.40.a Ioan.1.c. Mar.1.a. Lu.3.c *est per Esaiam Prophetam dicentem. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini rectas facite semitas eius. Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pillis Camelorum, & Zonam pelliceam circa lũbos suos. Esca autem eius erat locustæ & mel siluestre. Tunc exibat ad eum Hierosolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem: & Baptizabantur ab eo in Iordane cõfitentes peccata sua. Videns autẽ multos Pharisæorum & Saducæorum venientes ad baptismũ suum, dixit eis. Progenies viperarum quis demonstrabit vobis fugere à ventura ira. Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ, & ne velitis dicere intra vos, patrẽ habemus Habraham, dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Habrahæ, iã enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit bonum fructum, excidetur, & in ignem mittetur. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem post me venturus est fortior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto, & igni. Cuius ventilabrum* Mar.1.b. Luc.3.d. *in manu sua, & permũdabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum. Paleas autem comburet igni inextinguibili. Tunc venit Iesus a Galilæa in Iordanem, ad Ioãnem vt baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum, dicens. Ego a te debeo baptizari, et*

tu

tu venis ad me? Respondens autem Iesus dixit ei. Sine modo sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cæli: & vidit spiritũ Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. Et ecce vox de coelis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

Ad Literam.

IN *diebus autem illis, venit Ioannes Baptista prædicans, in deserto Iudææ.* In quibus diebus hæc Ioannes prædicauit? num quando è Bethlehem ascendit in Nazareth, cũ Iesus erat puer, an cũ venit ex Aegipto in Nazareth? minime, sed cum iam Luc. 3. esset Iesus triginta annorũ, vt ait Luc. cap. 3. verũ scripturæ mos est, in diebus illis dicere, pro sequentibus quolibet tempore, manifestando solum, tẽpus illud, quo facta sunt quæ narrare vult: quemadmodum nunc fecit euangelista, quæ in medio sunt prætermittens. Sicut hæc particula, tunc, nõ raro etiam ad superiora nõ refertur, sed ad tempus quo illa quæ narrãtur fiẽt. Vnde Marc. 13. Cum Christus absoluit ea, quæ ad Hierusalem attinent, incipit de Antechristi aduentu dicere: Tunc si quis vobis dixerit ecce illic.

In diebus illis quid in Sacra scriptura.

Tunc particula quid in sacra scriptura.

Mar. 13. cap.

Agite pœnitentiam &c. Hic est enim de quo dictum est per Esaiam Prophetam. &c. ¶ Solent sancti de se ipsis, quasi de alijs loqui. Sic Matheus dicit: inuenit hominem sedentem in teloneo. Sic Ioannes: hic est dicipulus ille, qui testimonium perhibet de his. Sic etiam dominus ait. Filius hominis non habet vbi reclinet caput suum. Ad hũc ergo modum potuit Baptista. Cum dixisset, agite pœnitentiam, de se ipso adiungere: hic est enim de quo dictum est per Esaiam: vox clamantis in deserto, &c. Vt post verba eius, Mathæus ita narrationẽ texat: ipse, ait, Ioannes, habebat vestimenta de pillis Camellorum, Vide August. de cõsen. euang. cap. 12. Et tractatu. 61. in Ioannem.

Regula.

Mat. 9. a

Ioa. vlti. d

Luc. 9. g.

D. Augu.

Apropinquabit enim regnum cœlorum. 1. Regnum, cuius Rex Christus est cœlestis, & administratio spiritualis. Hoc regnũ carnali regno opponitur. De multiplici acceptione huius nominis, regnum cœlorum, dicemus infra cap. 13. explicãdo illud, quod Christus dixit discipulis suis. Vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum. Cæterum vitio librariorum accidit, quod scriptum sit appropinquabit, cũ sit in græco: appropinquauit. Nisi dicas futurum positum pro præterito.

Vox clamantis in deserto. 1. clamaturus in deserto, dicet. Parate viam Domini. Ioannes autẽ dicebatur vox, quia ex se nihil dicebat nisi quæ audierat à Deo. Lege quæ annotauimus Lucæ. 3 in hæc verba.

Parate viam Domini. Se ipsum paulo post exponit dicens: Facite fructus dignos pœnitentiæ. Parate (inquit) viã Domini, promptam, paratam expeditamq; reddite, qualem decet regiã maiestatem. Sumpta metaphora à seruis ante dominum gradientibus, qui curant viam ipsi parare: ne cursitantium

gentium multitudine lædatur. Vocabulum Hebræum.
significat adeò illam, ornari, ac parari, vt oculis intuentium conspicua appareat, adeoque bene parati sint homines, vt qui cognouerint tantum regem venturum, viderintque viarum ornatum, iudicent tanto regi cõuenire.

Parate. Vel expurgate. Sub. lapidibus & luto viam per quam dominus est venturus. Repurgate animos vestros vt veniat ad vos Christus.

Rectas Facite in solitudine. Solitudinem vocat propheta, animum incultum verbo Dei. Hoc verbum, in solitudine, addit Esaias, quod in hoc loco non additur.

Rectas facite semitas eius. Via recta breuior faciliorque est. Date operam vt nihil sit obstaculo Christi aduentanti, sed facilis breuisque sit accessus.

Regula. Ambiguitas i sacra scriptura, ex casu esse solet. *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Habrahæ*. Casus in scriptura ambiguus esse solet. Spiritusancto idipsum prouidente, ad exercitium aut ad vtilitatem nostram. In hoc loco, Habrahæ, datiuus casus est. Ibi verò suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. Luc. 1. d. Israel accusatiuus casus est. Deus enim recordatus misericordiæ suæ suscepit Israelem puerũ suum. Acto. autem cap. 1. Idem nomen datiuus est. Acto. 1. a. Cum apostoli interrogauerunt. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel &c. Item vbi apostolus ad Roman. 9. ait. Verbum consumans & abbreuians in æquitate. Rom. 9. f. Verbum, est accusatiui casus: consumans autem & abbreuians, nominatiui. Deus enim consumans & abbreuians est verbum suum, scilicet Christum vel doctrinam suam. Vnde subditur: quia verbum abbreuiatum faciet dominus super terram. 2. Thimothe. 4. Ait idem apostolus. Erit tempus cum sanam doctrinam non substinebunt, sed secundum sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus. 2. Thi. 4. a. Prurientes, nominatiui casus est, & non accusatiui, vt ex græca lingua constat, & ex interpretatione diui Ambrosij. Vult enim paulus, quod ipsi sanam doctrinam non substinentes sed prurientes auribus, coaceruabunt sibi magistros. Titillantur enim, & pruriunt auditu. vnde quærunt qui scalpãt aures voluptate orationis, non qui tradant veritate. Hæc omnis ambiguitas prædictorum locorũ, tollitur ex græco textu.

Qui post me venturus est fortior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare. Luc. 3. recitat Ioannem dixisse, veniet fortior me, cuius non sum dignus corrigiam soluere calciamentorum eius. Lu. 3. Vbi non in verbis solum, neq; in verborum ordine solum, sed in sententijs ipsis, videtur esse dissonãtia inter Euangelistas. Aliud est enim calciamenta portare, aliud corrigiam soluere. Nulla tamen fuit dissonantia, nam officium Euangelistarum fuit, recitare nobis, non quæ verba, & nomina, vel Christus, vel Apostolus vel Iudæi locuti sunt, sed quas res atq; sententias enuntiauerint. Regula Concordantur euãgelistæ. Quanuis igitur oporteat: omnem falsitatem ab Euangelistis, procul abesse, non inde tamen consequens est, non potuisse absq; mendatio dicere aliqua, aliter quàm ille dixit, de quo aliquid narrant. Qui diuerso narrat modo, diuerso verbo, ordine & numero, non aberrat á voluntate

tates sententiæ illius de quo narrat Quamobrem Ioannes si aliud intellexerit in eo quod dicitur: calciamenti corrigiam soluere, quid aliud existimandum est, quam Ioannem vtrunque dixisse, siue diuersis temporibus, siue contextim. Potuit enim sic dicere. Cuius non sum dignus corrigiam calciamentorum soluere, nec calciamenta portare. Si autem cum hæc diceret, nihil aliud intendebat, quam excellentiam Christi & propriam suam humilitatem indicare: quodlibet horum dixerit, eandem sanè sententiam tenuerunt euangelistæ, per calciamentorum commemorationem, metaphorica significatione exprimentes propriæ indignitatis significationem, & Christi Iesu excellentiam ad eundem modum diuersis verbis eandem intimant sententiam, cum Math. in hoc ca. refert. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, & alij euangelistæ referunt dixisse patrem. Tu es filius meus dilectus, in te complacui.

Infra. d

Mar. 1. b.
luc. 3. f.

Cuius non sum dignus calciamenta portare. Notanda est consuetudo antiqua Hebræorum, de qua habetur Ruth. cap. 4. Hæc fuit consuetudo in Israel, in redemptione & commutatione ad firmandum negotiũ quodcunque: vt aliquis detraheret calciamentum suum daretque proximo suo &c. Itaque cum quis in alterius loco venerat, denudabat eius calciamentum. Cui consuetudini arridẽs Ioannes, ait: Non sum dignus vt portem eius calciamenta. Siue, non sum dignus, vt soluam corrigiam calciamentorum eius. Se indignum iudicans vt Christi annuntiator esset, sicut fuerunt Apostoli. Se etiam indignum iudicans, vt eius successor esset in Ecclesia. Huic expositioni fauet druth mari super hunc locum. Huic etiam astipulatur Ioannes de Christo loquens. Qui habet sponsam sponsus est. Vnde Gregor. homil. 7. in euangelia, ait. Mos apud veteres fuit, vt si quis eam, quæ sibi competeret accipere vxorem nollet, ille, ei calciamentum solueret, qui ad hanc sponsus iure propinquitatis veniret. Quid igitur inter homines Christus, nisi sanctæ Ecclesiæ sponsus apparuit? De quo ipse Ioannes dicit. Qui habet sponsam sponsus est. Sed quia Ioannem homines, Christum esse putauerũt, quod idem Ioannes negat. Recte se indignum esse adsoluendum calciamenti corrigiam denuntiat. Ac si aperte dicat, ego redemptoris nostri vestigia denudare non valeo, quia spõsi nomen mihi in merito non vsurpo. Hactenus Gregor. Vide etiam Hier. Math. 3. de hac consuetudine meminit Iosephus lib. 4. antiq. c. 6. Vide huius mysterij figuram in glo. Ruth. cap. 3. &. 4.

Consuetudo antiqua hebræorũ notanda.
Ruth. 4.

D. Greg. hom. 7. in euãgelia.

Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Hebra. pro abluet vos à peccatis dato vobis Spiritu sancto igne purgante & inflammante.

Cuius ventilabrum in manu ipsius. Ita habet textus Græcus, & est Hebraismus altero relatiuo redundante, cuius in manu ventilabrum est, transferunt alij. Sic in psalmo. 117. Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Genes. 2. de ligno quod est in paradiso, Non comedas ex eo. Redundat vtrobique alterum relatiuorum.

Ps. 117.
Gen. 2.

Sic enim nos decet implere omnem iustitiam. Vel quidquid præcepit pater.

Et vidit spiritum Dei. S. Ioannes vi-

admodũ enim ex nube oritur aliquã-do turbulenta ac repentina procella, sic ex assiriorum exercitu prouentura erat subita & luctuosa pernicies. Leuem vocat: vt significet Assyriorum velocitatem & expeditioné, qui tam prompto & alacri animo, tamq; vehementi & concitato impetu, ad bellũ mouebantur: vt potius volare quàm ambulare viderentur. Est igitur sensus: ecce dominus inspirabit Assyrijs vt AEgyptijs bellum inferant: & ascẽdens ipse super exercitum Assyriorũ, ingredietur AEgyptum, vt eã vastet: & repentino prelio euertat. Et simulacra, quæ ægyptij hactenus prodijs coluerunt, adueniente domino cedent ei, nec poterunt ipsis quicquam prodesse: cordaque ægyptiorum prænimio timore languescẽt in visceribus eorum. Iam modo vide quanta sit mutatio dexteræ excelsi. Tunc infensus ægyptijs ascendit super prædictã nubẽ leuẽ vt eos deuastaret: modo miserserty illorũ, ascẽdit super aliã nubẽ leuiorẽ, hoc est, super corpus sacratissimũ sine vllo peccatorũ pódere. Et ingressus est ægyptũ, nõ vt eã perdat, sed vt eã, serbet nõ vt eã vastet, sed vt suo aduentu sanctificet: non vt eam tenebris operiat, sed vt eam fugatis tenebris illuminet: & vt lux in tenebris ita luceat, vt eam tenebræ ægyptiorum non posint comprehendere. Nec absre humana christi natura nubi comparatur leui, ob eius puritatem, ob eiusque ad patri parendum velocitatem, & promptitudiné. Huius typus erat nubes illa de qua Ioannes in apo. ait: & ecce nubem candidam: & super nubem sedentem similem filio hominis. Ascendit ergo dominus super nubem istam, ac velociter fugit in ægyptum. Quare (inquit Chrysostomus) vadit in ægyptum? Nunquid alia terra defecit? Semper enim aduersus populum eius ægyptus extitit inimica. Sed etiã recordatus dominus qui non in finem irascitur neque in æternum indignatur, quanta mala fecerit super ægyptum: ideo mittit filium suum in eam, & dat illi magnæ reconciliationis signũ, & perpetuæ amicitiæ pignus, vt decem plagas ægypti vna medicina sanaret. O commutatio dexteræ excelsi. Vt populus qui ante fuerat persecutor populi primogeniti, postea fieret custos vnigeniti filij. Vt qui illi populo violenter dominati sunt, isti cum deuotione seruirent. Vt iam non irẽt ad mare rubrum demergendi, sed vocarentur ad aquas baptismatis viuificandi. ¶ Nõ ergo de misericordia Dei desperandum nobis est, quantumuis maximis errorum tenebris implicati fuerimus: sed precemur ac dicamus. Conuerte nos Deus salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis. Nũquid in æternum irasceris nobis? Scimus enim domine, quoniam nõ est in manu hominis via eius, nec viri est, vt dirigat gressus suos: idcirco te oramus, dñe, iam natum, iam factũ nobis placabilem, Deũ salutis nostræ, te Deũ salutarem ac saluatorem nostrum, vt ad nos confugias, vt nos ad te trahas, ac toto corde conuertas, mentisque tenebras fuges. Cum enim ex nobis ipsis vt oportet conuerti sufficienter haud quaquam valeamus, ad te confugimus vt tu ad hãc ægyptum fugias. Sicque tuam iram pœnitus auferas à nobis. Scimus domine quod non patietur hoc tua infinita misericordia, atque benignitas immensa, vt perpetua permaneat tua illa aduersy nos indignatio.

Ioan. 1.

Humana Christina tura quare compa ratur nubi leui: Apo. 14.

Chriso. in Mat. ho. 2. in imperfe.

Non est desperandũ de misericordia Dei, quãuis maximis peccatis simus implicati. Psa. 84. Hie. 10.

Tunc Herodes videns quod illusus esset à magis iratus est valde: & mittens occidit omnes pueros qui erant in Beth-lehem &

in omnibus finibus eius, à bimatu & infra.

¶ Quanta fuerit tirānis Herodis qui ob vnū puerum. 100. milia puerorum interfecit.

Hoc mirabile quod impius Herodes occidi iubet. 100. milia puerorum ob vnius innoxij ac innocētis vitam perdendam. Cum Plato aliquando irasceretur seruo, iussitq; tunicam exuere & scapulas prebere verberibus, manu sua ipse cæsurus: postquam se intellexit iratum, manum suspēsam detinebat: sicut sustulerat, & stabat percussuro similis. Interrogatusq; ab amico qui interim venerat, quid ageret: respondit. Exigo pœnas ab homine iracundo: tu autem seruum istum verberibus obiurga. Nam ego irascor, propter quod non cædo. Irascor (inquit) & plus facerem quàm oportet. Non sit ille seruus in eius potestate, qui in sua non est: qualis scilicet ego sum. Plato oblitus est serui, quia alium, quem potius castigaret, inuenit: videlicet seipsum: abstulitque in suos potestatem.

Plato. Nota.

Seneca. Iracundia vitanda.

Nihil igitur tibi deceat (ait Seneca) dū irasceris: Sed si vis omnia tibi licere, pugna tecum ipse. Si autem iram non vincis iam incipis vinci ab ea. Merito ergo Paulus nos hortatur atque admonet dicens: irascimini & nolite peccare: sol non occidat super iracundiam vestram. Iure etiam olim apud ethnicos prouerbium in ore omnium erat: ne malorū memineris. Valerius Maximus lib. 4. rerum memorabilium, Titu. de animi moderatiōe autor est: quod trasybulus, vbi ciuitatem Athenienlium triginta tyrannorum sæuitia liberasset, plebescitum interposuit, ne qua præteritarum rerum mētio fieret. Quam malorum obliuionē Athenienses amnestian vocāt. Tu ergo hanc Atheniensium legem serua. Noli malorum memoriam refricare. In posterum enim diem reponere odium, ac malorum meminisse, ac pridianam quādam memoriam reseruare apage, neque dijs dignum, neque alioqui regale: ait Lucianus in Caucaso. Hanc legem si tyrannus iste seruasset non prorumperet in tam manifestam insaniam, nec mitteret vesaniæ suæ ministros, qui omneis hos infantes occiderent.

Ephe. 4.

ꝓuerbiū. Va. maximus.

[illegible]

Amnestiā

Lucian.

¶ Hæc Herodis vesania & crudelitas satis ostendit huius mundi tyrannidē, malitiam, ac prauitatem. De qua copiose differit Gregorius Nisenus magni Basilij frater his verbis. Mihi videtur non sæuitiam solum, atque crudelitatem, verum etiam extremam arguere amentiam, Herodis scilicet atque suorum. Quid enim cæde puerorum sibi voluerunt? Quo consilio sanguinarij tantum scelus ausi sunt? quoniam nouum quoddam, inquiunt, signum cœlestium miraculorum regis designationem magis indicauerat. Quid igitur pro verone credis ei signo, quo hoc futurum indicatum est? An vanum esse suspicaris id quod ferebatur? Nam siquidem is est, qui cœlos possit secum vna disponere: sub tua manu prorsus non est. Sin autem in tua potestate positum esse putas, vt ille vel viuat, vel moriatur: Frustra talem metuis. Nam qui eius conditionis est, vt tuæ potestati subditus sit, quid attinet ei insidiari? Quare horrēdum illud ædictum emittitur? Scelesta ac nefaria sententia aduersus infantes, vt missi illi puelli trucidarentur? qui, quid maleficij commiserunt? quā mortis causam aduersus sese præbuerunt? quod scilicet nati sunt, & in lucem prodierunt? Atque eorum causa ciuitatem carnificibus repleri oportebat, & matrum turbam, infantium cœtum cogi. Quum vna cum eis adessent etiam parentes, & omnes vt est verisimile, qui cōmunione sanguinis eos cōtingerent: ad cladē confluerēt.

Gre. nise. ser. de nati.

quis

Quis oratione calamitates deliniauerit? quis ante oculos ponere narrando clades, & funera possit? Promiscuam illam lamentationem, flebilem concẽtum puerorum, matrum, cognatorũ, patrum ad carnificum minas miserabiliter exclamantium? Quo modo quis, cum ense nudo carnificem iuxta infantem stantem, toruis ac micantibus oculis intuentem, atque alias cõsentaneas voces edentem, sinistra manu puellũ ad se trahentem, altera gladium tollentem describere possit? Ex altera verò parte contrà matrem ad se puellum trahentem, suasq; proprias ceruices ensis mucroni submittẽtem, ne suis oculis videat miserum filium carnificis manibus trucidari? qua ratione affectus patrum quis exposuerit? implorationes, exclamationes, gemitus, extremos filiorum amplexus? Cum multa etiam talia, eodem tempore simul acciderent: quis multiplices ac varias calamitatis facies ac modos deplorauerit? Vt miser infans simul & mammæ adherescer et, & per viscera læthale vulnus acciperet? Vt misera mater & papilam ori infantis admoueret, & sanguinem filij sinu exciperet? Sæpe autem alicubi carnifex ruente manu, vno impetu gladij, filiũ vna cum matre transfixit. Atque vnũ sanguinis flumen extitit. Quod tam ex materna plaga, quã ex læthali vulnere filij commisceretur. Quoniam autem etiam hoc scelesta vox Herodis adiecit, vt non solum aduersus modo genitos infantes capitalis sentẽtia proferretur, verum etiam si quis ad alterum annum progressus esset, vt is quoque de medio tolleretur. Scriptũ est enim à bimatu & infra, alteram ex veri similitudine cladem in his ratio cernit. Quod sæpe tempus interiectum duorum filiorum matrem fecerit eandem. Quale igitur rursus in talibus spectaculum erat? Duobus circa matrẽ, vnam carnificibus occupatis? Vno quidem prætercurrentem ad se trahente: altitudo verò eum, qui mãmmæ etiam admoueretur, à sinu reuellente? quo modo miseram matrem horum nomine affectam fuisse credibile ac verosimile est, quum aduersus duos filios natura quasi scinderetur, ac distraheretur, vtroque æqualiter materniis visceribus ignem accendente. Cũ ambiget qualem aut vtrum ex impijs carnificibus sequæretur, vno quidem hinc, altero autem illinc, ad cædem attrahentibus infantes: accurrat ad recens natum, obscurum adhuc ploratũ emittentem, at alterum audit iam loquentem, ac voce balbuciente, matrẽ cum lachrymis implorantem. Quid agat? quo vadat? quo se vertat? ad vtrius vocem clamorem referat? vtriꝰ gemitui oppleretur? vtrius morti illachrymabatur? cum ex æquo naturæ stimulis vtriusque nomine vrgeatur? hactenus Gregorius Nisenus.

¶ Ex huius ergo crudelissimi tyranni facto colliges quanta sit humani cordis malicia, & signanter quo perueniat, honoris, ac dignitatis immoderatus nimiusque appetitus. Nulli parcit, nihil intentatum relinquit hominum ambitio dum modo à suæ dignitatis gradu non cadit. Quæ maior crudelitas, quæ maior væsania, aut ferocitas, quàm tantam sanguinis innoxij multitudinem diffundere? Tot pueros insontes dilacerare? Tot piarum matrum viscera commouere? Tot patres filijs suis orbare? Tot familias legitimis successoribus priuare? Idque, vt tam breuis vnius hominis vita in sua dignitate persisteret ac conseruaretur? O cæca stultæ æmulationis impietas (ait Leo põtifex) quæ perturbandum

Appetitꝰ honoris immoderatus multorum malorũ causa.

Leo. ser. I. epipha.

dum putas diuinum tuo furore consilium. Dominus mundi temporale nō quærit regnum, qui præstat æternū. Vide igitur in quæ mala amor nimius dominandi, ac cæca cupido regnandi, hunc miserum præcipitauit: cum nō solum immanitate barbara feras oēs superauerit: sed væsanos, & amentes oēs sua amētia vicerit. Hæc ergo est misera conditio humani cordis, hæc natura immoderati amoris, hucusq; peruenit ambitio, ac honorum & imperiorum nimia cupiditas: quæ, tui etiam, si sese occasio offerret, dominaretur, nisi diuino numine ac cœlesti supernaque gratia præuentus esses.

¶ Cæterum attento rogo animo perpende, ac contemplare diuinæ bonitatis magnitudinem, in his infantibus resplendentem. Quæ enim maior bonitas, quæ immensior charitas & magnificentia excogitari potuit, quam voluisse Deum, non solum in suaue sacrificium, sed in admirabile martyriū, acceptare mortem non voluntariam, sed necessariam, non volūtate latam, sed vi illatam: mortem, inquam, vbi non fuit meritum, sed casus: vbi non fuit cor martyris, licet fuerit caro martyris: vbi non animi religio in moriēte, sed tyrannis & crudelitas in occidente: Vbi denique gladius aderat tyranni, sed non spiritus martyris: Hæc tamen omnia, Dei benignitas, Dei gratia, deique misericordia suppleuit: nam calamitates & infortunia in coronas permutauit: & casus in opinatosque euentus in merita. Non enim diuinam bonitatem præstat Herodis malitia. Quare si hæc tanta fuit, vt tali pœna insontes & innoxios afficeret: non mirū vt Dei benignitas, eos absq; suis præcedētibus meritis coronaret. Erigite ergo animum pusillanimes, erigite spem timidi, & meticulosi: qui

Immensa Dei bonitas & magnificētia commendatur.

quauis culpa & si leuissima æternas pœnas subiturus vos esse existimatis: Dei magnificentiam ac immensam bonitatem erga pueros istos considerate: ac satis superque intelligetis, quā to nostræ salutis desiderio teneatur, quanta liberalitate sit præditus: quanta facilitate felicitatem suam impartiatur: quando ad eam concedendam tales occasiones quærat: tamque paucis ac minimi sit contentus. Si enim benignus (vt ait Seneca) etiam causam dandi sæpæ cogitat: quanto potius cogitabit ille, cuius miserationes super omnia opera eius resplendent? Non enim dominus solum corpus sed spiritū, hoc est, non solum opus sed animum etiam ac voluntatem requirit & tamen tanto nostræ salutis desiderio tenetur, vt opere solum in his pueris inuento, contentus sit, gratia eius, quod in eis deerat, supplente.

Seneca. in prouer.

Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à magis, iratus est valde. Hinc disce: quam detestanda sit ira, hoc est, appetitus vindictæ, quæ Herodem ad tantam iniquitatem adegit, vt nō solum innocētes, sed Deum occidere vellet. Non ergo (ait Iob) te superet ira, vt aliquem opprimas. Hostis & inimicus est ira. A qua superari, magis timendū tibi est, quam ab homine tibi aduersario: ne sis velox ad irascendum (vt Salomon ait). Satis velox est ad irā, qui ab illa tanquam à calcaribus stimulatus, in momento transilit Chaos maximum, quod inter pacem & inimicitiam, & inter odium & amorem, esse compertum est. Aufer igitur iram à corde tuo, vt idem sapiens admonet: cum (authore Gregorio) sit quasi tempestas: mentem quasi grādo destruēs. Quare sicut tēpestas vineæ timetur, sic ira timenda est cordi, cum etiam sit

Iracundia.

Iob. 36 b

Ecclesiastici. 7. b.

Ecclesiastici. 3 a

Gregorius

ignis

ignis pestiferus omnia animi bona, oēs spirituales diuitias, omnino exurens. Vnde Salomon ait. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimentum eius non ardeat? Est enim ira similis serpentibus illis ignitis, & pestilentibus, de quibus legitur numerorum vigesimo primo, quod vexauerint in deserto mirum in modū filios Israel. ¶ Et vt paucis plura compræhendam: ira nobis fugienda est: cum Deo maximè displiceat, dæmoni admodū placeat: proximis plurimum noceat: nos denique pœnitus inficiat. Deo inquam maximè displicet: cum hospitium eius turbet. Vnde Paulus ad Ephesios. cap. 4. ait. Nolite contristare spiritum sanctū. Ira enim (inquit Gregorius.) Animum pulsat, Spiritui sancto suam habitationem perturbat, imo quoque patrem & filium & spiritum sanctum de hospitio suo expellit, & diabolum introducit: sicut in pace factus est locus Dei sic in ira factus est locus diaboli. ¶ Ira etiā dæmoni gratissima est. Quia hoc peccato solet non vnum aut alterum hominem lucrari, sed domum totam, imò innumeras ciuitates. Cum homo iracundus sit velut serpens, ignē ore vomens, exurens eos igne iræ qui sunt iuxta se. Vnde prouerbiorum decimo quinto dicitur. Vir iracundus prouocat rixas: qui autem patiens est, mitigat suscitatas. Est enim iracūdus rixas prouocans, veluti canis qui alios mordet & latratu suo alios ad irā prouocat. Quod maximè diabolo gratū & acceptum est. ¶ Quam uero grauis & perniciosa sit ira proximis, satis experimēto docemur. Graue est saxum (ait sapiens) & onerosa arena, sed ira stulti vtroq; grauior est. Et in eodem capite: Impetum cōcitati spiritus sustinere quis poterit? Et c. 18. ait. Spiritum ad irascendum facilem, quis poterit sustinere? Propterea idem consulebat, ne amici essemus homini iracundo. Grauis est enim & molestus omnibus. ¶ Quantum denique perniciosa sit ira nobis ipsis, explicatione multa nō indiget. Ira enim nocet corpori. Ecclesiastici trigesimo capite. Zel9 & iracūdia minuunt dies. Nocet bonis tēporalib9 Eccle. 21. obiurgatio & iniuriæ annullabūt substantiā. Excæcat mentem psal. 6. turbatus est à furore oculus me9. Et philosophus duo sunt inquit maximè contraria consilio, scilicet festinatio, & ira. Aufert ab animo misericordiam. Ira inquit sapiens. non habet misericordiam: neque irrumpens furor. Tollit veram iustitiam. Ira enim viri iustitiam Dei non operatur. Vnde si ira correctionem superet, ante opprimit quam corrigat ait glosa: & sub specie zeli iustitiæ, furor est. Zelus iustitiæ, quasi ignis ardere debet, oleo misericordiæ. Et quemadmodum ignis nisi adsit oleum lampadem destruit: sic zelus iustitiæ, cor hominis, nisi adsit misericordia. Hinc fuit vt Christus Lu. 19. Prius fleuerit Hierusalem, quam ex zelo iustitiæ destruendam gentibus tradiderit. ¶ Denique ira omnia scelera in animos hominum inducit. Pro. 29. Qui ad indignandum facilis est, ad peccata est procliuior. Fugiamus igitur hanc pestem, detestemur hoc venenum, si dæmoniaci & insani non esse cupimus. Iracundus similis est dæmoniaco, de quo Mar. 9. dicitur. Attuli tibi filium meum habentem spiritū mutum, qui vbicunque eum apprehēderit, allidit illum. Similis est etiam insano & furioso. Vnde Oratius: ira furor breuis est. Iracūdus etiam est similis rhamno, ignem ex se producenti ad impetum venti, authore Iosepho: adué

Margin notes: Prouerb. 6. c. — Figura. Numerorum. 21. b — Ira Deo displicet. Ephe. 4. g — D. Greg. — Psa. 75. a. — Ira dæmonibus grata. — Similitudo. — Prouerb. 15. c. — Similitudo. — Ira nocet próximis. prouerb. 27. a. — prouerbi. 18. c. — prouerbi. 22. d. — Ira nobis nocet. — Ecclesiastici. 30. d — ecclesiastici. 21. a. — psalm. 6. b — Prouerb. 27. a — Iac. 1. a. — Glosa in illud Iob. 36. non te superet ira. — Luc. 19. — Prou. 29. — Marc. 9. — Simi itu. — Similitu. — Similitu.

aduentum enim superbiæ, ignem iræ ex se emittit. Iracundus denique simi lis est apro, in gladium se ipsum impingenti. Gladius diaboli ira & odiũ est, in hunc homo iracundus impingit. Talis erat Herodes iste impius & crudelis, qui iracundia maxima cõmo tus, innumeros innocẽtes à matrum vberibus pendentes, inaudita inhumanitate interficere non est veritus.

Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à magis: iratus est valde. Si draco in hoc creatus est vt illudatur ei, cur nõ etiam illudetur draconis sequacibus? Sed iratus est illusus Herodes. Nam ficta & paliata sanctitas, si semel illudatur, in tyrannidem vertitur, immanis crudelisq; fit, testis tibi etiam erit Saul in Dauid. 1. re. 18. 19. 22. & 23.

Occidit omnes pueros. Vbi magis velis ob oculos positam pernitiosi rabiem & ambitiosi, quam in Herodis facto? videor mihi videre Pharaonẽ in Israeliticarum filios seuientem, qui ne regno defraudaretur, tam immanem puerorum causabat stragẽ. Sed dedit Deus spiritum, tunc temporis obstetricib9, vt pueros seruarent incolumes. Ob quod egregie factum, domus non luteas, sed progenies in tempora duraturas fecit illis Deus. Sed nunc crudelior Herodes, qui re ipsa tot infantes occidit, nec fuit pius aliquis qui tanto facinori obsisteret. Permissum ob eã causam à Christo, vt sua tyrannide eius adventus tanto magis ostenderetur, quanto sua crudelitas apud omnes magis diuulgaretur. Vide quàm nemini parcat crudelis ambicio, vt superius dicebamus. Vnde Amã sæuiebat in Mardochæum, & ob id in totum Iudæorũ genus: Saul in Abiathar, & ob eam causam in omnem suam progeniem. Regina denique thalia videns mortuum filium, sæuit in totam regiam prosa-

Ambitio, tirannidis est causa & crudelitatis.

Exo. 1.

Esther. 3.

1. reg. 22

4. reg. 11

piam: ambitione dominandi commota.

Tunc Herodes videns quod illusus esset à magis & occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem, in omnibus finibus eius abimatu, & infra, secundum tempus quod exquisierat à magis.

¶ Dilatauit locum Herodis crudelitas. Nam in Bethlehem natus est Christus, & ipsa omnes pueros qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius interfecit. Dilatauit etiam tempus crudelitas: bimulos occidendo, cũ secundum tempus quod exquisierat à magis, infantulos recenter natos, aut bimuli ætate minores, effet perditura. Eos ergo qui bimuli erant (inquit Euthimius) occidit vt tẽpus ampliaret: illos verò qui minoris erant ætatis, secundum tempus quod exquisierat à magis. Ex quo fit, vt verba illa. *Secũdum tempus quod exquisierat à magis.* Non in eo quod dicitur Abimatu, intelligantur: sed in eo quod additur & infra. Oportet enim post id quod dicitur Abimatu, distinctionem ponere: deinde totum quod sequitur, simul legere. Ad hunc modum. *Occidit omnes pueros abimatu: & infra secundum tempus quod exquisierat à magis.* Dilatauit ergo tempus & locum impia tyrannis, pueros vniuersos complexa, putans hoc impio consilio, satis sibi cautum esse, ne qua posset elabi, quem vnum cupiebat extinctum. Sed frustra nititur consilium mortalium, aduersus consilia diuina. His rebus parabatur exemplum, quid essent ab impijs principibus passuri, qui credituri essent euangelio: quid profecturi, qui fidem euangelicam teneram adhuc, & impiorum animis gliscentem, crudelitate sua conarentur extinguere. Ob Christum interimi, seruari est. Herodi data erat occasio resipiscendi, nisi mẽtem illius regnã

Crudelitas Herodis, temp9 puerorũ, & locũ Bethlehem, dilatauit: vt haberet interetum.

Euthi.

Nota.

regnandi cupiditas excæcasset. Sed dũ ipse sibi suo vitio vertit omnia in materiam maioris insaniæ, sua malitia Dei iustitiam illustrauit, dum omnibus palàm fit, inoxios puellos immani crudelitate trucidatos, & ipsum horribili dignum exitio, quo postea perijt, fuisse.

¶ Grande peccatum est subditos opprimere.

Et mittens & occidit omnes pueros. Grãde peccatum & scelus profecto est, subditos opprimere: si enim non licet esse hostem in extraneos, multo minus licebit in subditos. Quis quæso nescit, crimen esse proditionis cum amicis inimicitias exercere? Subditi verò secundum sententiam sapientis, sunt humiles amici. Atque in hoc huiusmodi principes, similes sunt militibus qui Deum crucifixerunt. Qui arundine de manu dñi suscepta, caput eius percutiebant. Per arundinem terrena potestas significatur, quam milites & principes huius sæculi à Deo acceperunt. Et deinde: ea, Deum in subditis & pauperibus & innocentibus percutiunt. Quod si subditos exactionibus iniustis opprimere, tantum crimẽ est, quale quæso erit illos sine culpa occidere? Ex quo intelliges, quanta fuerit crudelitas & immanitas Herodis, qui in tot innocentes pueros tanta tyrannidem exercere voluit.

Marci.15. Figura.

Occidit omnes pueros. Ecce quo pacto statim quod filius Dei natus est, incepit seruare legem Dei, offerendo illi primitias omnium frugum suorum. Deut. 26. ait dominus cum intraueris terram quam dominus Deus tuus daturus est tibi possidendam: & obtinueris eam atque habitaueris in illa: tolle de cunctis frugibus tuis primitias, pergesque ad locum quem dominus Deus tuus elegerit, & ibi nomen eius inuocetur. Omnia (inquit Paulus) in figura contingebant illis. Quare hac certè figura, significare nobis voluit Spiritus sanctus, huius rei præsentis mysterium. Verba ergo sunt patris ad filium, cum intraueris (inquit) terram & hanc Christus intrauit quãdo in vtero virginis homo factus est: hanc obtinuit atque habitauit, quando in mundum prodijt. Fructus verò quos expectabat, erant, martyres, doctores, confessores, virgines, pœnitentes, &c. Quorum multitudo tãta fuit, vt Ioa. in Apoca. numero eam cõpræhendere non valeat. Vidi (inquit) turbam magnam quam dinumerare nemo poterat. Primitiæ autem fructuũ istorum, innocentes fuerunt. Quos natus Christus obtulit Deo patri, de fructibus quos ex agro suo, hoc est mũdo isto percepit. Hi sunt primitiæ illæ, de quibus idem Ioan. ait: hi empti sunt ex hominibus (scilicet futuris sanctis) primitiæ Deo & agno. Sine macula enim sunt ante thronũ Dei. Sine macula scilicet originis, nam baptismo sanguinis mundati sunt. Vnde idem Ioa. ait: hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerũt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Sine macula etiam ignorantiæ sunt, ante thronũ Dei. Vnde D. Gregorius. Quid est quod nõ videãt, qui videntem omnia vident?

Nat° christus offert patri primitias hoc est, innocẽtes. Deu. 16. Figura. 1.co.10.c Apo.17.b Apo.14.a Apo.7. Ergo. vis de infer. de innocẽtibus.

Defuncto autem Herode &c. Obtinẽte regnũ immanissimo Herode, tota ciuitas turbatur. Defuncto autẽ Herode. Ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph in AEgypto dicens & anima nostra ciuitas est, in qua regnante Herode, hoc est, peccato nulla est securitas, nulla quies, sed turbatio & confusio. Si in ea nascitur aliqua innocens cogitatio, statim interficitur. At defuncto Herode, mortuo peccato apparet oblectatio diuina, reuertimur Hierosolymam ad visionem pacis,

Anima nostra ciuitas est in qua regnante peccato nulla est trãquillitas.

cis, vbi in tranquillitate vitam degimus.

Et veniens habitauit in ciuitate Nazaret. Hoc actum est consilio diuino, vt per occasiones varias, Christus multis diuideretur, qui nulli non venerat. Bethleem huius partu gloriatur, hierosolimae exhibitus est ac purificatus, Aegyptus tanto hospite foelix erat. Habet Nazareth, quod de tanto alumno glorietur, nam haec erat parentis Mariae patria, in qua filium conceperat. Viculus humilis & obscurus, Galileae contemptae apud judaeos regionis. Sed hoc magis opportuna latebra puero, aduersus Archelai saeuitiam. Et illud interim nos docente Deo re ipsa, in his quae diuina voluntate geruntur, nihil opus esse huius mundi praesidijs, opibus, potentia, factionibus, generis claritudine, imò haec adiuncta obscurant apud homines gloriam Dei. Nam ne hoc quidem accidisse fortuito, satis arguit, quod Propheta iam olim futurum praedixerat quoniam Nazaraeus vocabitur. Quod esse factum, vel ipse titulus indicat, quem Pilatus ignarus prophetię cruci affigi iussit. Sic enim ait diuus Ioannes cap. 19. scripsit autē & titulū Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum Iesus Nazarenus Rex Iudaeorum. Et hodie qui Christum profitentur, eiusq; fidem in sacro baptismate suscipiunt, voluntarieq; amplectuntur, ab eo, Nazaraei dicuntur à plerisque. Neq; vocabulum ipsum Nazaraeus mysterio vacat. Nazaraeus enim Hebraeis, à flore nomē habet, quod hic è virgine sanctissima ac purissima cōceptus sit, purissimus ac sanctissimus ille flosculus, omnis virginitatis consecrator. Quemadmodum etiam nomen hoc Bethlehē, domum panis sonat Haebreis, vbi proditus est panis ille caelestis, quem qui ederit viuet in aeternum. Sic enim ipse apud diuum Ioannem ait: qui mā ducat hunc panem viuet in aeternum. Hic igitur annos aliquot vixit, velut ignotus, cum matre & nutritio suo Iosepho, cuius filius ab omnibus extimabatur (Iudaei enim vt enarrat Euangelista Mar. dicebāt. Non ne hic est filius fabri.) Donec ad aetatem adultam progressus, doctrina admirabili, & inaudita, miraculis innumeris, morte stupenda, & resurrectione gloriosa, mundo proderet: nulla interim re insignis aut inter caeteros mortales eminens, nisi quod omni probitatis, virtutis, religionis, ac sanctitatis genere, ac charismatib9, donisq; coelestibus, sic in dies proficiebat in oculis hominum, vt nemo non magnum aliquod atq; insigne ab illo sancto & diuino puero, expectaret. Proficiebat enim sapientia, & aetate apud Deum & homines, vt Euangelista ait: Legis enim interim obseruātissimus. Vnde merito ipse dicebat apud nostrū Euangelistam, non veni soluere legem, sed ad implere. Ne quam ansam daret maleuolis Iudaeis obtrectandi, calumniandi, ac maledicendi. Et vt per omnia satisfaceret omnibus. Maluit ad tēpus obseruata lege Mosayca, ad impletisq; omnibus ceremonijs eius ad perfectiora perducere Iudaeos, (quos vocare venerat:) quā his spretis animos eorum ab sese alienare. Verum est tamen quod non omne illud tempus in silentio pertransijt: sed aliquādo specimē sui praebuit hierosolimis, (vt sacer Lucas Euangelista capite secundo enarrat,) annos natus duodecim. Cum clam relictis parentibus, repertus est in templo in medio Doctorum sedens, audiens il-

Quare Cristus venit Nazareth rediens ex Aegipto.

Iusti qui diuina prouidentia gubernantur, non egent mundi praesidijs.

Ioa. 19. d

Quare Cristus Nazareus vocatus.

Ioh. 6. f.

Mar. 6. a.

Luc. 2. g.

Infra c. 5.

Luc. 2.

tu venis ad me? Respondens autem Iesus dixit ei. Sine modo sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cæli: & vidit spiritũ Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. Et ecce vox de coelis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

Ad Literam.

IN *diebus autem illis, venit Ioannes Baptista prædicans, in deserto Iudææ.* In quibus diebus hæc Ioannes prædicauit? num quando è Bethlehem ascendit in Nazareth, cũ Iesus erat puer, an cũ venit ex AEgipto in Nazareth? minime, sed cum iam
Luc. 3. esset Iesus triginta annorũ, vt ait Luc.
cap. 3. verũ scripturæ mos est, in die-
In diebus illis quid in Sacra scriptura. bus illis dicere, pro sequentibus quoli bet tempore, manifestando solum, tẽpus illud, quo facta sunt quæ narrare vult: quemadmodum nunc fecit euan
Tunc particula quid in sacra scriptura. gelista, quæ in medio sunt prætermittens. Sicut hæc particula, tunc, nõ raro etiam ad superiora nõ refertur, sed ad tempus quo illa quæ narrãtur fiẽt.
Mar. 13. cap. Vnde Marc. 13. Cum Christus absoluit ea, quæ ad Hierusalem attinent, incipit de Antechristi aduentu dicere: Tunc si quis vobis dixerit ecce illic.

Agite pœnitentiam &c. Hic est enim de quo dictum est per Esaiam Prophetam. &c.
¶ Solent sancti de se ipsis, quasi de alijs loqui. Sic Matheus dicit: inuenit hominem sedentem in teloneo. Sic Ioannes: hic est dicipulus ille, qui testimonium perhibet de his. Sic etiam dominus ait. Filius hominis non habet vbi reclinet caput suum. Ad hũc ergo modum potuit Baptista. Cum dixisset, agite pœnitentiam, de se ipso adiungere: hic est enim de quo dictnm est per Esaiam: vox clamantis in deserto, &c. Vt post verba eius, Mathæus ita narrationẽ texat: ipse, ait, Ioannes, habebat vestimenta de pillis Camellorum, Vide August. de cõsen. euang. cap. 12. Et tractatu. 61. in Ioannem.
Regula. Mat. 9. a Ioa. vlti. d Luc. 9. g. D. Augu.

Apropinquabit enim regnum cælorum. 1. Regnum, cuius Rex Christus est cœlestis, & administratio spiritualis. Hoc regnũ carnali regno opponitur. De multiplici acceptione huius nominis, regnum cœlorum, dicemus infra cap. 13. explicãdo illud, quod Christus dixit discipulis suis. Vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum. Cæterum vitio librariorum accidit, quod scriptum sit appropinquabit, cũ sit in græco: appropinquauit. Nisi dicas futurum põsitum pro præterito.

Vox clamantis in deserto. 1. clamaturus in deserto, dicet. Parate viam Domini. Ioannes autẽ dicebatur vox, quia ex se nihil dicebat nisi quæ audierat à Deo. Lege quæ annotauimus Lucæ. 3 in hæc verba.

Parate viam Domini. Se ipsum paulo post exponit dicens: Facite fructus dignos pœnitentiæ. Parate (inquit) viã Domini, promptam, paratam expeditamq; reddite, qualem decet regiã maiestatem. Sumpta metaphora à seruis ante dominum gradientibus, qui curant viam ipsi parare: ne cursitantium

gentium multitudine lædatur. Vocabulum Hebræum. significat adeò illam, ornari, ac parari, vt oculis intuentium conspicua appareat, adeoque bene parati sint homines, vt qui cognouerint tantum regem venturum, viderintque viarum ornatum, iudicent tanto regi cõuenire.

Parate. Vel expurgate. Sub. lapidibus & luto viam per quam dominus est venturus. Repurgate animos vestros vt veniat ad vos Christus.

Rectas facite in solitudine. Solitudinem vocat propheta, animum incultum verbo Dei. Hoc verbum, in solitudine, addit Esaias, quod in hoc loco non additur.

Rectas facite semitas eius. Via recta breuior faciliorque est. Date operam vt nihil sit obstaculo Christi aduentãti, sed facilis breuisque sit accessus.

Regula. Ambiguitas in sacra scriptura, ex casu esse solet. *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Habrahæ*. Casus in scriptura ambiguus esse solet. Spiritusancto idipsum prouidente, ad exercitium aut ad vtilitatem nostram. In hoc loco, Habrahæ, datiuus casus est. Ibi verò suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. Luc. 1. d. Israel accusatiuus casus est. Deus enim recordatus misericordiæ suæ suscepit Israelem puerũ suum. Acto. autem cap. 1. Idem nomen datiuus est. Acto. 1. a. Cum apostoli interrogauerunt. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel &c. Item vbi apostolus ad Roman. 9. ait. Verbum consumans & abbreuians in æquitate. Rom. 9. f Verbum, est accusatiui casus: consumans autem, & abbreuians, nominatiui. Deus enim consumans & abbreuians est verbum suum, scilicet Christum vel doctrinam suam. Vnde subditur: quia verbum abbreuiatum faciet dominus super terram 2. Thimothe. 4. Ait idem apostolus. Erit tempus cum sanam doctrinam non substinebunt, sed secundum sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus. 2. Thi 4. a. Prurientes, nominatiui casus est, & non accusatiui, vt ex græca lingua constat, & ex interpretatione diui Ambrosij. Vult enim paulus, quod ipsi sanam doctrinam non substinentes sed prurientes auribus, coaceruabunt sibi magistros. Titillantur enim, & pruriunt auditu, vnde quærunt qui scalpãt aures voluptate orationis, non qui tradant veritate. Hæc omnis ambiguitas prædictorum locorũ, tollitur ex græco textu.

Qui post me venturus est fortior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare.

Luc. 3. recitat Ioannem dixisse, veniet fortior me, cuius non sum dignus corrigiam soluere calciamentorum eius. Lu. 3. Vbi non in verbis solum, neq; in verborum ordine solum, sed in sententijs ipsis, videtur esse dissonãtia inter Euangelistas. Aliud est enim calciamenta portare, aliud corrigiam soluere. Nulla tamen fuit dissonantia, nam officium Euangelistarum fuit, recitare nobis, non quæ verba, & nomina, vel Christus, vel Apostolus vel Iudæi locuti sunt, sed quas res atq; sententias enuntiauerint. Regula Concordantur Euãgelistæ. Quanuis igitur oporteat: omnem falsitatem ab Euangelistis, procul abesse, non inde tamen consequens est, non potuisse absq; mendatio dicere aliqua, aliter quàm ille dixit, de quo aliquid narrant. Qui diuerso narrat modo, diuerso verbo, ordine & numero, non aberrat à voluntate

tates sententiæ illius de quo narrat Quamobrem Ioannes si aliud intellexerit in eo quod dicitur: calciamenti corrigiam soluere, quid aliud existimandum est, quam Ioannem vtrunque dixisse, siue diuersis temporibus, siue contextim. Potuit enim sic dicere. Cuius non sum dignus corrigiam calciamentorum soluere, nec calciamenta portare. Si autem cum hæc diceret, nihil aliud intendebat, quam excellentiam Christi & propriam suam humilitatem indicare: quodlibet horum dixerit, eandem sanè sententiam tenuerunt euangelistæ, per calciamentorum commemorationem, metaphorica significatione exprimentes propriæ indignitatis significationem, & Christi Iesu excellentiam ad eundem modum diuersis verbis eandem intimant sententiam, cum Math. in hoc ca. refert. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, & alij euangelistæ referunt dixisse patrem. Tu es filius meus dilectus, in te complacui.

Infra. d

Mar. 1. b. luc. 3. f.

Cuius non sum dignus calciamenta portare. Notanda est consuetudo antiqua Hebræorum, de qua habetur Ruth. cap. 4. Hæc fuit consuetudo in Israel, in redemptione & commutatione ad firmandum negotiũ quodcunque: vt aliquis detraheret calciamentum suum daretque proximo suo &c. Itaque cum quis in alterius loco venerat, denudabat eius calciamentum. Cui consuetudini arridẽs Ioannes, ait: Non sum dignus vt portem eius calciamenta. Siue, non sum dignus, vt soluam corrigiam calciamentorum eius. Se indignum iudicans vt Christi annuntiator esset, sicut fuerunt Apostoli. Se etiam indignum iudicans, vt eius successor esset in Ecclesia. Huic expositioni fauet druth mari super hunc locum. Huic etiam astipulatur Ioannes de Christo loquens. Qui habet sponsam sponsus est. Vnde Gregor. homil. 7. in euangelia, ait. Mos apud veteres fuit, vt si quis eam, quæ sibi competeret accipere vxorem nollet, ille, ei calciamentum solueret, qui ad hanc sponsus iure propinquitatis veniret. Quid igitur inter homines Christus, nisi sanctæ Ecclesiæ sponsus apparuit? De quo ipse Ioannes dicit. Qui habet sponsam sponsus est. Sed quia Ioannem homines, Christum esse putauerũt, quod idem Ioannes negat. Recte se indignum esse ad soluendum calciamenti corrigiam denuntiat. Ac si aperte dicat, ego redemptoris nostri vestigia denudare non valeo, quia spõsi nomen mihi in merito non vsurpo. Hactenus Gregor. Vide etiam Hier. Math. 3. de hac consuetudine meminit Iosephus lib. 4. antiq. c. 6. Vide huius mysterij figuram in glo. Ruth. cap. 3. &. 4.

Consuetudo antiqua hebræorũ notanda. Ruth. 4.

D. Greg. hom. 7. in euãgelia.

Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Hebra. pro abluet vos à peccatis dato vobis Spiritu sancto igne purgante & inflammante.

Cuius ventilabrum in manu ipsius. Ita habet textus Græcus, & est Hebraismus altero relatiuo redundante, cuius in manu ventilabrum est, transferunt alij. Sic in psalmo. 117. Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Genes. 2. de ligno quod est in paradiso, Non comedas ex eo. Redundat vtrobique alterum relatiuorum.

Psal. 117. Gen. 2.

Sic enim nos decet implere omnem iustitiam. Vel quidquid præcepit pater.

Et vidit spiritum Dei. S. Ioannes vidit

dit sanctissimum descendentē sicut columbam.

Et ecce vox de cœlo dicens. Participiū pro verbo dicebat Heb.

Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Vel vnice dilectus, in quo placatus sum. Vide quæ annotauimus supra, in illa verba, qui post me venturus est fortior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare.

In quo mihi benè complacui. Non dixit
Rupertus No.a. in quo mihi bene complaceo, ne putes (inquit Rupertus) hoc solum placere illi, quod inciperet mundum saluare in illo quanquam hoc opus magnæ laudis fuit. Sed in quo (inquit) mihi complacui. Contestans quod ille sit, per quem cum faceret omnia cō placebat sibi per singula bonus opera
Prou.8.c. rius videndo quod esset bonum. Quā do enim Deus præparabat cœlos aderat hæc sapientia modo incarnata: quando certa lege & Gyro vallabat abyssos, cum eo erat cuncta componés, & delectabatur per singulos dies ludés corā eo. Per singulos dies ludebat ista sapientia, & per singulos ludos videns & delectatus dicebat: quia bonum est. In ista ergo sapientia tunc temporis, rerum omnium artifex multum sibi complacebat, quod hodie voce sua declarauit dicens. Hic est filius meus di-
Rup 2.in Ge.c.18 lectus in quo mihi bene complacui. Hæc ex Ruperto.

Ad mores. Ca.3.

Concionatoris est, se morib⁹ audientiū accommodare. VEnit Ioannes in deserto. Prædicaturus Hebræis eorum ingenio ac moribus sese accommodauit: qui locorum temporumque rationes prospiciebant. Multum refert, vt scias illis, quos doces, applaudere: vt gratior sit doctrina.

Vox clamantis. Late patere euangelium citissime aduenire, in foribus que adesse, adireque vsque ad gentes surdas ostendit suo clamore Ioannes. Siquidem iam astat vox, obuius tibi paruo negotio ille erit, cuius vox iam auditur. Habes signum, quo ad Christum nullo errore, confugias, nempe prædicationem pœnitentiæ. Hac enim ad Christum conuolabis, nullo labore alio.

Parate viam domini. Non dicit pa- Viæ nostræ peccata
rate vias vestras, sed parate viam domini. Viæ nostræ sunt peccata. Viæ domini virtutes. Ideo ait Deus per Esaiam: nō enim viæ vestræ viæ meæ. Via domini est, quæ ducit ad Bethsames, hoc est, ad domum solis, per quam eunt vaccæ, legem Dei secum ferentes. De illa, inquiunt damnati, vt in libro sapientiæ scriptura commemorat. Errauimus à via veritatis. Sap. 5.a
Hominum autem via est ea, quæ ducit à Hierosolyma ad Hierico. Ibidem.
De qua dicūt qui in inferno cruciātur: lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, ambulauimus vias difficiles. Hæc est via de qua ait Salomon in pro Pro 4.
uerbijs. Via impiorū tenebrosa, nesciunt vbi corruant. Et in ecclesiastico Eccl.21.
ita scriptum legimus. Via peccantium complantata est lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. Relinquamus igitur vias nostras, nos ad æternos cruciatus ducentes, & viam domini paremus, eum que ad nos venientem recipiamus. In libro. Gen. est memoria proditum, clamasse præconem, vt oēs co Gen. 41. Figura.
rā Ioseph genua flecterēt, eūq; terræ gubernatorē esse cognoscerēt. Quis est

est hic Ioseph qui quærens fratres suos, fuit venditus & acerbis iniurijs affectus, nisi Christus Deus noster, mundi seruator & rector? Quis est hic præco qui præibat & clamabat, vt eũ agnoscerent & reciperent, nisi iste Ioãnes baptista, iste gloriosus & admirandus præcursor & præco, qui clamat hodie vt viam Christo pararent, eumq; verum Dei agnũ mundi peccata tollẽtem intelligerent, esseque mundi creatorem & restauratorem nequaquàm dubitarent.

Ipse autem Ioannes habebat vestimenta de pilis camellorum. Re ipsa ostendens pœnitentiam & frugalitatem concionatoribus & viribus christianis maxime necessariam. Adimit enim & libertatem indicẽdo, & authoritatem, luxus & intemperantia. Quæ secum affert comitem libidinem & auaritiã. Quis non horret istum insuetum hominem, facie incultum, hispida veste, neglecto capillo, vultu nubilo, siti & fame in eremo confectum, pœnitentiæ indicia præseferentem? Quis suorum scelerum recordatione doloribus non afficiatur, tanta austeritatis pœnitentiæq; insignia, Ioanne homine sancto conspiciens?

pœnitentia & frugalitas maximè necessaria concionatoribus.

Progenies viperarum. Docet hic locus homines impios non homines esse appellandos, sed feras. Ea enim scelera concipiunt, vt bruta animalia, feritate, stolititate, & maleficio superent. Populum iudaicum comparauit Balaam propheta leonibus. Ecce (inquit) populus vt leæna consurget, & quasi leo erigetur. Et Ioannes in hoc loco viperis. Herodem propter malitiam, appellauit Christus vulpem. Luc. 13. Libidini deditos vocat Hieremias equos amatores. Voluptuosi appellantur porci, imprudentes vero canes. Nolite (inquit Christus) dare sanctum canibus, nec mittatis margaritas vestras ante porcos. Merito ergo Christ9 per Esaiã dicebat: quia veni & nõ erat vir. Venit.n. ad homines. Et nõ erant homines. Inuenit feras quæ eũ innocẽtẽ agnum lacerauerunt. In propria venit, vt ait Ioannes, & sui eum non receperunt. Venit enim & nõ erat vir. Non immerito Diogenes philosophus, lucerna quadam, meridie plateam perlustrans. Interrogatus quid quæreret, respondit, hominem. Quoniam quos videbat, non homines esse iudicabat. Quot ciuitates sunt hominibus plenæ, qui homines dici minime merentur? Pro re magna inquit D. Luc. esse Hierosolymæ quẽdam hominem. Homo (inquit) erat in Hierusalem cui nomen erat Simeon. Appellat igitur Baptista in hoc loco iudæos, progenies viperarum, eo quòd sicut illæ, deuorantes matres suas nascantur, similiter & illi, patres, hoc est, magistros & prophetas occiderunt. Tradunt enim de hoc animali, quod matrem suam deuoret, & sic nascatur: alij tamẽ hoc negant, inter quos est Aris. Quare dicendum est, quod loquitur Baptista aut iuxta vulgi opinionem, aut eos viperas vocat, ob natiuam malignitatem eorum, de quibus dici potest: errauerunt ab vtero.

Impij nõ homines, sed feræ sũ appellandi.

Nu. 23.d

Luc. 13.

Hier. 5.b

Infra. 7.

Esai. 50.

Ioan. 1.

Diogen.

Luc. 2.

Videns autem multos pharisæorum dixit eis: progenies viperarum. Venenosum hominum genus, reipublicæque infestissimum, vt viperæ, ficti sancti. Reperies.n. ia hac tẽpestate quã plurimos qui cum authoritatem sibi parare intedant, vel sanctitatis nomine

Sanctitas ficta perniciosa est.

mine ficto fingunt humilitatem: dicē-
tes se esse peccatores, cum nihil minus
de se sentiant, similes istis pharisæis,
qui deposita specie fictæ sanctitatis,
peccatorum imaginem amplectaban-
tur. Ad quos Ioannes ait, progenies
viperarum quis demonstrabit vobis
fugere à ventura ira? Quasi diceret,
Vnde didicistis fugere à ventura ira,
vt deposita specie vestræ religio-
nis, iniquorum hominum percutien
tium pectora sua, & ad baptismum ve
nientium, similitudinem & habitum
induas? Quænam hæc noua humi-
litas? Difficile adduces, sis licet ora-
tor, huiusmodi homines ad sui cogni
tionem: quam, fructum dignum pœ-
nitentiæ vocat Ioannes in hoc loco.

Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Sūt qui suo solo gau
dēt statu, & cū viuendi modū absolu-
tum credunt, quem ipsi sequuntur.
Homines sui capitis amatores. Non
Heb. 11. d nō est qua re quis de suo statu glorietur si fidem & charitatem non habet. enim est Deus astrictus carni, sed in
Isaac, secundum promissionem filio,
vocabitur semen. Cuique generi, sta-
tui, nationi, locus est veniēdi ad Deū.
Sunt qui solū maximè fidant vel huic
monachismo cui nati sunt, vel alio vi
uendi generi, quod sunt professi. Præ
stat monachismus, si adsit interna fi-
des. Nec iactandum est Habrahæ ge-
nus, si non adsit fides, nec contemnen
dum quemlibet vel infimum, modo
Esai. 51. a adsit fides. Attēdite ait Esai. ad Petrā,
vnde excisi estis, & ad cauernam laci
vnde præcisi estis. Attendite ad Abra
ham patrem vestrum: ac si dicat, Mea
gratia actum est cum Abraham tam
magnificè & splendide, & qui potuit
vocare Abraham, poterit modo quos
velit etiam vocare. Aduertite quàm si-
mus in Dei manu, quamq; nostra san
ctitas ex Dei beneplacito pendeat, cū
ex quauis hominū sorte, poterit deus
suscitare filios, qui magis referant A-
braham, quàm ficti religiosi: qui suo
solo gaudent statu: quales erant phari
sæi isti, qui maximè gloriabantur,
quòd patrem habuissent Abraham.

Permundabit aream suam & congregabit triticum in horreum, paleas autem &c.
Per aream mūdum, per horreum cœ-
lum, per triticum iusti, per paleas ve
rò & glumas & quisquilias, iniqui si-
gnificabantur. Nam quemadmodum Area mūdus horreum cœlum triticum iusti paleæ iniqui sunt.
triticum quod est in horreum recon-
dendum, prius à bobus trituratur, vt
ab eo excutiātur paleæ, & ipsum pu-
rum remaneat, sic viri iusti in hoc
mundo varijs afflictionibus terūtur,
multisque calamitatibus oppressi à bo
bus, hoc est, ab iniquis conculcantur,
vt sic mūdi ac purificati nudi à paleis,
hoc est, ab eisdē sceleratis hominibus,
in horrea Christi, hoc est, in cœlestes
mansiones reconditi, diuina visione
in æternum fruantur. Et quemadmo
dum paleæ & aristæ, triticique tegu-
menta, granum opprimunt, & vndi-
que constringunt, sic impius virum
iustum vndique affligit. Sed vt quo ar
ctius paleæ & aristæ granum compri-
munt, eo maiori custodia ab auium
morsu tuentur, sic quanto maiores ca
lamitates infert impius virtute præ-
stantibus, tanto eos clariores reddit: &
ad importunas aues, hoc est, ad malas
cogitationes arcendas munitiores.
Sunt igitur iniqui iustis adiumento, Iniqui sūt adiumento iustis.
nō enim Deus homines crearet quos
impios futuros præsciisset, nisi pariter
eos fuisse viris iustis vtilitati nosset.
Nihil est enim ad laudem illustrius,
quàm calamitas ipsa. Hæc nāq; solet
virorum iustorum nomen ad immor
talem memoriam propagare, atq; ita
vt D. ait Augus. lib. 11. de Ciuit. Dei
Mundi ordinem Deus tanquam pul- D. Augu.
cherrimum carmen ex quibusdam an

thi

tithetis honestauit: est autê Antitheton, contra positum, ita appellatur figura ea, qua contraria contrarijs opponuntur; vt apud Ouidium frigida pugnabant calidis humentia siccis. Xenophon ille, cuius voce, quasi musas locutas ferunt, qui, teste Volaterrano, dictus est musa Attica, ob eloquêtiæ dulcedinem & suauitatem, in suo œconomico, inter opes & diuitias connumerat homines sceleratos, & ait: nobis eos esse adiumento, si illis vti sciuerimus. Et Plutarchus librũ edidit, de vtilitate quam quis potest ex inimicis comparare.

Ouidius. Xenophô Volaterranus. Plutarch⁹

Sine modo. Certant viri illustres de humilitate. Pia altercatio, & quam vtinam semper haberemus.

Aperti sunt cœli. Quibus per baptismum cõmunicatur columbinus spiritus aperiuntur cœli, hoc est, illucet illis clara de diuinis rebus notitia, certa apertaque de Deo fiducia & persuasio, qua, Deum sibi astantem credunt in omnibus. Fitque illis vox de cœlis, qua diuino illabente spiritu, filiorum Dei fiduciam, animum & amorem cõcipiunt.

Iustis illucet clara De diuinis rebus notitia &c.

Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacuit. Gen. c. 2. ait Moyses cõpleuitque Deus die. 7. opus suum, & requieuit die. 7. Per hũc diem. 7. quidam intelligunt filium Dei, qui splendor est paternæ gloriæ, lux lucis, & fons æternæ luminis, dies dierum illuminans, sol ipse verus non factus, sed omnem diem efficiens. In hoc die cõpleuit Deus opus suum, omnia enim per ipsum facta sunt. In hoc die potissimum & spirituali quodam modo requiescit Deus. Habitat quidem in nobis etiã Deus. Sed oportet vt sibimet prius in nobis mansionem faciat. Nullus enim angelorum, vel hominum, aliter nisi per operosam ipsius gratiã habitationi eius fit idoneus. At verò hunc solum diem. 1. Vnicum filium suum sicut non creauit, sed genuit: sic nec accidentali dono bonum fecit, sed essentiali bonitate bonum semper habuit: solusque hic est, in quo iustificãdo nihil omnino laborauit aut perfectum eius expectando potentiam aliquando habuit. Ad creandos angelos & homines sapientiæ suæ impensas contulit idest propter illos saluãdos siue discernendos, misericordiam & iuditium hinc & in magnis impẽdijs ædificauit, vt totus miretur orbis, & vniuersa iã dudum magnificet curia cœli. In isto solo nihil vnquam fuit quod resisteret ei, siue illi in sinu eius pausauit, siue militaturos iussu eius nam nostræ carnis induit. Igitur hic vnus est, in quo Deus requieuit, iuxta hoc qđ modo ait in quo mihi cõplacuit, & pro quãto nos huic conformamur, pro tanto etiam super nos requiescit. Hic est verus ille Ioseph, quem pater hodie exaltauit, dicens: hic est filius meus dilectus &c. quem stolla bissyna, hoc est, innocentia, induit: & cui torquem aureum, hoc est, connexionem virtutũ contulit, quem præposuit toti ægypto, dando ei omne iudicium. Qui electus est, vt senes eius doceret: ipsum (inquit) audite.

Gen. 2. Dies septimus fili⁹ Dei. Ioan. 1. Figura. Gen. 41. Ps. 104. c.

¶ Iesus ieiunat, Tentatur, vocat piscatores, & curat languores.

Caput Quartum.

TVnc Iesus ductus est in desertum a spiritu, vt tentaretur à dia-

à diabolo. Et cum ieiunasset qua
dragintadiebus & quadragin-
ta noctibus, postea esurit. Et ac-
cedens tentator, dixit ei. Si filius
Dei es, dic vt lapides isti panes
fiant. Qui respondens dixit: scri
Deut. 8. a ptum est non in solo pane viuit
Mar. 1 b homo, sed in omni verbo, quod
Luc. 4. a. procedit de ore Dei. Tūc assum
psit eum diabolus in sanctam ci-
uitatem, & statuit eum super pi
naculum templi, & dixit ei. Si fi
lius Dei es, mitte te deorsum.
Psa. 90. c. Scriptum est enim: quia angelis
suis mandauit de te: & in mani
bus tollent te, ne forte offendas ad
lapidem pedem tuum. Ait illi
Iesus: rursum scriptum est, non
Deu. 6. c. tētabis dominum Deum tuum.
Iterum assumpsit eum diabolus
in montem excelsum valde: &
ostendit ei omnia regna mundi,
& gloriam eorum, & dixit ei.
Hæc omnia tibi dabo si cadens
adoraueris me. Tunc dicit ei Ie
sus. Vade Satana: scriptum est
Deut. 6. c enim: Dominum Deum tuum
Io. d. adorabis, & illi soli seruies. Tūc
reliquit eum diabolus: & ecce an
geli accesserunt & ministrabant
ei. Cū autē audisset Iesus quod Ioā
nes traditus esset, secessit in Gali
læam: et relicta ciuitate Nazareth
venit, & habitauit in ciuitate
Capharnaū maritima, in finibus Mar. 1. c.
Zabulon & Nepthalim, vt ad Luc. 4. c. Ioh. 4. f.
impleretur quod dictum est per Isai. 9. a.
Isaiam prophetam, terra Zabu Viam... Galilææ.
lon & terra Nepthalim via ma Sedebat.
ris trans Iordanem Galileæ gen-
tium: populus qui ambulabat in
tenebris, vidit lucem magnam:
& sedentibus in regione vmbræ
mortis, lux orta est eis. Ex inde
cœpit Iesus prædicare, & dicere, appropinquauit.
pœnitentiam agite appropinqua
bit enim regnum cœlorum. Am
bulans autem Iesus iuxta mare
Galilææ, vidit duos fratres, Si-
monem qui vocatur Petrus, &
Andream fratrem eius, mitten Mar. 1. c.
tes rete in mare (erant enim pis- Luc. 5. a.
catores) & ait illis: Venite post
me & faciam vos fieri piscato-
res hominum. At illi continuo re
lictis retibus secuti sunt eum. Et
procedens inde, vidit alios duos
fratres, Iacobū Zebedæi, & Ioā-
nem fratrem eius in naui cū Ze
bedæo patre eorum, reficientes re
tia sua: & vocabit eos. Illi autē
statim relictis retibus, & patre,
secuti sunt eum. Et circuibat Ie-
sus totam Galilæam docens in
Synagogis eorum, & prædicans
Euangelium regni: & sanans
om-

Fama. *omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo. Et abijt opinio eius in totam Syriam: & obtulerunt ei omnes male habentes, varijs languoribus & tormẽtis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos: & secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Hierosolymis, & de Iudæa, & de trans Iordanem.*

Caput Quartum. Ad Literam.

Spiritus q. significet in sacra scriptura. *Tunc ductus est Iesus à Spiritu.* Vbicunque (Authore Hieronymo Micheæ 2.) Spiritus, in scripturis sine additamento ponitur Spiritus sanctus intelligitur. Galt. 5. & 6. Ad Galatas. 5. & 6. Fructus autẽ spiritus charitas & gaudium. Et si spiritu viuimus spiritu & ambulamus. Rom. c. 8. Ad Romanos. octauo. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis &c. In veteri testamento multa sunt huius regulæ exempla. Esaias. 42. Esa. 42. a Dans flatum populo qui est in terra, & spiritũ his qui calcant eam, idest, Spiritum sanctũ terrena cõculcantibus. Micheas. 2. c. Micheæ. 2. Vtinam non essem vir habẽs spiritũ, & mendatium potius loquerer. Rursus in nouo testamento. 10. 3. Ioa. 3. v. Quod natũ est ex spiritu spiritus est. Itẽ: spiritus est qui viuificat, caro nõ prodest Ioa. 6. g. quiquã, verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Et in hoc loco: tunc ductus est Iesus à spiritu. Hæc tamen regula intelligenda est cõsideratione habita ad qualitatem scripturæ, & ad antecedentia & sequẽtia. Nam & quibusdam in locis, spiritus absolutè positus, nõ spiritum sanctũ, sed aut spiritum Dei malum, aut animam, aut flatum seu impulsum diuini spirit9, significatur. Pro spiritu malo cum dicitur. Lucæ. 10. Lucæ. 10. d. In hoc nolite gaudere, quia spiritus subijciuntur vobis. Ioa. 19. f. Pro anima cum euãgelista ait: Iesus emisit spiritum. Lucæ. 8. g. Sic de puella resuscitata dicitur: reuersus est spiritus eius. Psalmo. 54. Psa. 54. Saluum me fecit à pusilanimitate spiritus idest, à pusilanimitate animi mei. Psa. 77. Psa. 77. Spus vadẽs & nõ rediẽs. Mathei. 26. Inf. 26. d. Spũs quidẽ prõptus est caro autẽ infirma. Vbi spiritus non pro animo hominis cuiuslibet accipitur, sed pro spiritu hominis credentis, quem inhabitat spiritus sanctus. Quales erãt spiritus Apostolorum. Omnium caro infirma, sed non omnibus spiritus prõptus. Christus non ad eos tunc, sed ad apostolos loquebatur. Tanquam dicat: spiritus quidem vester promptus est, sed caro est infirma. Alij putãt in hoc loco spiritus pro spiritu maligno accipi, vt suo loco dicemus. In eo etiam quod dicitur 1. Io. 5. b. tres sunt qui testimoniũ dant in terra, spiritus, aqua & sanguis. Spiritus pro spiritu creato accipitur: qui emissus à Christo in cruce, testimonium dedit in terra cum esse verũ hominem. Aliquando etiam spiritus absolutè positus, ventum significat. Psalmo. 47. Psa. 74. in spiritu vehementi conteres naues Tharsis. Et psalmo. 10. Psal. 10. spiritus procellarum. Sic etiam accipi potest in eo loco: qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrẽtem psa. 103. Psa. 103. ventum enim & ignem an-

ignis pestiferus omnia animi bona, oēs spirituales diuitias, omnino exurens. Vnde Salomon ait. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimentum eius non ardeat? Est enim ira similis serpentibus illis ignitis, & pestilentibus, de quibus legitur numerorum vigesimo primo, quod vexauerint in deserto mirum in modū filios Israel. ¶ Et vt paucis plura compræhendam: ira nobis fugiendā est: cum Deo maximè displiceat, dæmoni admodū placeat: proximis plurimum noceat: nos denique pœnitus inficiat. Deo inquam maximè displicet: cum hospitium eius turbet. Vnde Paulus ad Ephesios. cap. 4. ait. Nolite contristare spiritum sanctū. Ira enim (inquit Gregorius.) Animum pulsat, Spiritus sancto suam habitationem perturbat, imo quoque patrem & filium & spiritum sanctum de hospitio suo expellit, & diabolum introducit: sicut in pace factus est locus Dei sic in ira factus est locus diaboli. ¶ Ira etiā dæmoni gratissima est. Quia hoc peccato solet non vnum aut alterum hominem lucrari, sed domum totam, imò innumeras ciuitates. Cum homo iracundus sit velut serpens, ignē ore vomens, exurens eos igne iræ qui sunt iuxta se. Vnde prouerbiorum decimo quinto dicitur. Vir iracundus prouocat rixas: qui autem patiens est, mitigat suscitatas. Est enim iracūdus rixas prouocans, veluti canis qui alios mordet & latratu suo alios ad irā prouocat. Quod maximè diabolo gratū & acceptum est. ¶ Quamuero grauis & perniciosa sit ira proximis, satis experimēto docemur. Graue est saxum (ait sapiens) & onerosa arena, sed ira stulti vtroq; grauior est. Et in eodem capite: Impetum cōcitati spiritus sustinere quis poterit? Et c. 18. ait. Spiritum ad irascendum facilem, quis poterit sustinere? Propterea idem consulebat, ne amici essemus homini iracundo. Grauis est enim & molestus omnibus. ¶ Quantum denique perniciosa sit ira nobis ipsis, explicatione multa nō indiget. Ira enim nocet corpori. Ecclesiastici trigesimo capite. Zel9 & iracūdia minuunt dies. Nocet bonis tēporalib9 Eccle. 21. obiurgatio & iniuriæ annullabūt substantiā. Excæcat mentem psal. 6. turbatus est à furore oculus me9. Et philosophus duo sunt inquit maximè contraria consilio, scilicet festinatio, & ira. Aufert ab animo misericordiam. Ira inquit sapiens, non habet misericordiam: neque irrumpens furor. Tollit veram iustitiam. Ira enim viri iustitiam Dei non operatur. Vnde si ira correctionem superet, ante opprimit quam corrigat ait glosa: & sub specie zeli iustitiæ, furor est. Zelus iustitiæ, quasi ignis ardere debet, oleo misericordiæ. Et quemadmodum ignis nisi adsit oleum lampadem destruit: sic zelus iustitiæ, cor hominis, nisi adsit misericordia. Hinc fuit vt Christus Lu. 19. Prius fleuerit Hierusalem, quam ex zelo iustitiæ destruendam gentibus tradiderit. ¶ Denique ira omnia scelera in animos hominum inducit. Pro. 29. Qui ad indignandum facilis est, ad peccata est procliuior. Fugiamus igitur hanc pestem, detestemur hoc venenum, si dæmoniaci & insani non esse cupimus. Iracundus similis est dæmoniaco, de quo Mar. 9. dicitur. Atuli tibi filium meum habentem spiritū mutum, qui vbicunque eum apprehēderit, illidit illum. Similis est etiam insano & furioso. Vnde Oratius: ira furor breuis est. Iracūdus etiam est similis rhamno, ignem ex se producenti ad impetum venti, authore Iosepho: aduē

Prouerb. 6. c. Figura. Numerorum. 21. b. IraDeo displicet. Ephe. 4. g. D. Greg. Psa. 75. a. Ira dæmonibus grata. Similitudo. Prouerb. 15. c. Similitudo. Ira nocet próximis. prouerb. 27. a. prouerbi. 18. c. prouerbi. 21. d. Ira nobis nocet. Ecclesiastici. 30. d. ecclesiastici. 21. a. psalm. 6. b. Prouerb. 17. a. Iac. 1. a. Glosa in illud Iob. 36. non te superet ira. Luc. 19. Prou. 29. Marc. 9. Similitu. Similitu. Similitu.

aduentum enim superbiæ, ignem iræ ex se emittit. Iracundus denique simi lis est apro, in gladium se ipsum impingenti. Gladius diaboli ira & odiũ est, in hunc homo iracundus impingit. Talis erat Herodes iste impius & crudelis, qui iracundia maxima cõmotus, innumeros innocẽtes à matrum vberibus pendentes, inaudita inhumanitate interficere non est veritus.

Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à magis: iratus est valde. Si draco in hoc creatus est vt illudatur ei, cur nõ etiam illudetur draconis sequacibus? Sed iratus est illusus Herodes. Nam ficta & paliata sanctitas, si semel illudatur, in tyrannidem vertitur, immanis crudelisq; fit, testis tibi etiam erit Saul in Dauid. 1. re. 18. 19. 22. & 23.

Occidit omnes pueros. Vbi magis velis ob oculos positam pernitiosi rabiem & ambitiosi, quam in Herodis facto? videor mihi videre Pharaonẽ in Israeliticarum filios seuientem, qui ne regno defraudaretur, tam immanem pueṛorum causabat stragẽ. Sed dedit Deus spiritum, tunc temporis obstetricibꝰ, vt pueros seruarent incolumes. Ob quod egregie factum, domus non luteas, sed progenies in tempora duraturas fecit illis Deus. Sed nunc crudelior Herodes, qui re ipsa tot infantes occidit, nec fuit pius aliquis qui tanto facinori obsisteret. Permissum ob eã causam à Christo, vt sua tyrannide eius adventus tanto magis ostenderetur, quanto sua crudelitas apud omnes magis diuulgaretur. Vide quàm nemini parcat crudelis ambicio, vt superius dicebamus. Vnde Amã sæuiebat in Mardochæum, & ob id in totum Iudæorũ genus: Saul in Abiathar, & ob eam causam in omnem suam progeniem. Regina denique thalia videns mortuum filium, sæuit in totam regiam prosapiam: ambitione dominandi commota.

Ambitio, tirannidis est causa & crudelitatis. Exo. 1. Esther. 3. 1. reg. 22 4. reg. 11

Tunc Herodes videns quod illusus esset à magis & occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem, in omnibus finibus eius abimatu, & infra, secundum tempus quod exquisierat à magis.

¶ Dilatauit locum Herodis crudelitas. Nam in Bethlehem natus est Christus, & ipsa omnes pueros qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius interfecit. Dilatauit etiam tempus crudelitas: bimulos occidendo, cũ secundum tempus quod exquisierat à magis, infantulos recenter natos, aut bimuli ætate minores, esset perditura. Eos ergo qui bimuli erant (inquit Euthimius) occidit vt tẽpus ampliaret: illos verò qui minoris erant ætatis, secundum tempus quod exquisierat à magis. Ex quo fit, vt verba illa. *Secũdum tempus quod exquisierat à magis.* Non in eo quod dicitur Abimatu, intelligantur: sed in eo quod additur & infra. Oportet enim post id quod dicitur Abimatu, distinctionem ponere: deinde totum quod sequitur, simul legere. Ad hunc modum. *Occidit omnes pueros abimatu: & infra secundum tempus quod exquisierat à magis.* Dilatauit ergo tempus & locum impia tyrannis, pueros vniuersos complexa, putans hoc impio consilio, satis sibi cautum esse, ne qua posset elabi, quem vnum cupiebat extinctum. Sed frustra nititur consilium mortalium, aduersus consilia diuina. His rebus parabatur exemplum, quid essent ab impijs principibus passuri, qui credituri essent euangelio: quid profecturi, qui fidem euangelicam teneram adhuc, & impiorum animis gliscentem, crudelitate sua conarentur extinguere. Ob Christum interimi, seruari est. Herodi data erat occasio resipiscendi, nisi mẽtem illius regnã

Crudelitas Herodis, tempꝰ puerorũ, & locũ Bethlehem, dilatauit: vt haberet intentum. Euthi. Nota.

regnandi cupiditas excæcasset. Sed dū ipse sibi suo vitio vertit omnia in materiam maioris insaniæ, sua malitia Dei iustitiam illustrauit, dum omnibus palàm fit, inoxios puellos immani crudelitate trucidatos, & ipsum horribili dignum exitio, quo postea perijt, fuisse.

¶ Grande peccatum est subditos opprimere.

Et mittens & occidit omnes pueros. Grāde peccatum & scelus profecto est, subditos opprimere: si enim non licet esse hostem in extraneos, multo minus licebit in subditos. Quis quæso nescit, crimen esse proditionis cum amicis inimicitias exercere? Subditi verò secundum sententiam sapientis, sunt humiles amici. Atque in hoc huiusmodi principes, similes sunt militib9

Marci.15. qui Deum crucifixerunt. Qui arundine de manu dñi suscepta, caput eius

Figura.

percutiebant. Per arundinem terrena potestas significatur, quam milites & principes huius sæculi à Deo acceperunt. Et deinde: ea, Deum in subditis & pauperibus & innocentibus percutiunt. Quod si subditos exactionibus iniustis opprimere, tantum crimē est, quale quæso erit illos sine culpa occidere? Ex quo intelliges, quanta fuerit crudelitas & immanitas Herodis, qui in tot innocentes pueros tanta tyrannidem exercere voluit.

Nat⁹ christus offert patri primitias hoc est, innocētes.

Occidit omnes pueros. Ecce quo pacto statim quod filius Dei natus est, incepit seruare legem Dei, offerendo illi primitias omnium frugum suorum.

Deu. 16. Deut. 26. ait dominus cum intraueris terram quam dominus Deus tuus

Figura.

daturus est tibi possidendam: & obtinueris eam atque habitaueris in illa: tolle de cunctis frugibus tuis primitias, pergesque ad locum quem dominus Deus tuus elegerit, & ibi nomen

1.co.10.c eius inuocetur. Omnia (inquit Paulus) in figura contingebant illis. Quare hac certè figura, significare nobis voluit Spiritus sanctus, huius rei præsentis mysterium. Verba ergo sunt patris ad filium, cum intraueris (inquit) terram & hanc Christus intrauit quādo in vtero virginis homo factus est: hanc obtinuit atque habitauit, quando in mundum prodijt. Fructus verò quos expectabat, erant, martyres, doctores, confessores, virgines, pœnitentes, &c. Quorum multitudo tāta fuit, vt Ioa. in Apoca. numero eam cōpræ Apo.17.b

hendere non valeat. Vidi (inquit) turbam magnam quam dinumerare nemo poterat. Primitiæ autem fructuū istorum, innocentes fuerunt. Quos natus Christus obtulit Deo patri, de fructibus quos ex agro suo, hoc est mūdo isto percepit. Hi sunt primitiæ illæ, de quibus idem Ioan. ait: hi empti Apo.14.a

sunt ex hominibus (scilicet futuris sanctis) primitiæ Deo & agno. Sine macula enim sunt ante thronū Dei. Sine macula scilicet originis, nam baptismo sanguinis mundati sunt. Vnde idem Ioa. ait: hi sunt qui venerunt Apo.7.

ex magna tribulatione, & lauerūt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Sine macula etiam ignorantiæ sunt, ante thronū Dei. Vnde D. Gregorius. Quid est quod nō videāt, qui videntem omnia vident?

Ergo. vide de infer. de innocē tibus.

Defuncto autem Herode &c. Obtinēte regnū immanissimo Herode, tota ciuitas turbatur. Defuncto autē Herode. Ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph in AEgypto dicens & anima nostra ciuitas est, in qua regnante Herode, hoc est, peccato nulla est securitas, nulla quies, sed turbatio & confusio. Si in ea nascitur aliqua innocens cogitatio, statim interficitur. At defuncto Herode, mortuo peccato apparet oblectatio diuina, reuertimur Hierosolymam ad visionem pacis,

Anima nostra ciuitas est in qua regnante peccato nulla est trāquillitas.

cis, vbi in tranquillitate vitam degimus.

Et veniens habitauit in ciuitate Nazaret. Hoc actum est consilio diuino, vt per occasiones varias, Christus multis diuideretur, qui nulli non venerat. Bethleem huius partu gloriatur, hierosolimæ exhibitus est ac purificatus, Aegyptus tanto hospite fœlix erat. Habet Nazareth, quod de tanto alumno glorietur, nam hæc erat parentis Mariæ patria, in qua filium conceperat. Viculus humilis & obscurus, Galileæ contemptæ apud judæos regionis. Sed hoc magis opportuna latebra puero, aduersus Archelai sæuitiam. Et illud interim nos docente Deo re ipsa, in his quæ diuina voluntate geruntur, nihil opus esse huius mundi præsidijs, opibus, potentia, factionibus, generis claritudine, imò hæc adiuncta obscurant apud homines gloriam Dei. Nam ne hoc quidem accidisse fortuito, satis arguit, quod Propheta iam olim futurum prædixerat quoniam Nazaræus vocabitur. Quod esse factum, vel ipse titulus indicat, quem Pilatus ignarus prophetię cruci affigi iussit. Sic enim ait diuus Ioannes cap. 19. scripsit autē & titulū Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Et hodie qui Christum profitentur, eiusq; fidem in sacro baptisinate suscipiunt, voluntarieq; amplectuntur, ab eo, Nazaræi dicuntur à plerisque. Neq; vocabulum ipsum Nazaræus mysterio vacat. Nazaræus enim Hebræis, à flore nomē habet, quod hic è virgine sanctissima ac purissima cōceptus sit, purissimus ac sanctissimus ille flosculus, omnis virginitatis consecrator. Quemadmodum etiam nomen hoc Bethlehē, domum panis sonat Hæbreis, vbi proditus est panis ille cælestis, quem qui ederit viuet in æternum. Sic enim ipse apud diuum Ioannem ait: qui mā ducat hunc panem viuet in æternum. Hic igitur annos aliquot vixit, velut ignotus, cum matre & nutritio suo Iosepho, cuius filius ab omnibus extimabatur (Iudæi enim vt enarrat Euangelista Mar. dicebāt. Non ne hic est filius fabri.) Donec ad ætatem adultam progressus, doctrina admirabili, & in audità, miraculis innumeris, morte stupenda, & resurrectione gloriosa, mundo proderet: nulla interim re insignis aut inter cæteros mortales eminens, nisi quod omni probitatis, virtutis, religionis, ac sanctitatis genere, ac charismatib9, donisq; cœlestibus, sic in dies proficiebat in oculis hominum, vt nemo non magnum aliquod atq; insigne ab illo sancto & diuino puero, expectaret. Proficiebat enim sapientia, & ætate apud Deum & homines, vt Euangelista ait. Legis enim interim obseruātissimus. Vnde merito ipse dicebat apud nostrū Euangelistam, non veni soluere legem, sed adimplere. Ne quam ansam daret maleuolis Iudæis obtrectandi, calumniandi, ac maledicendi. Et vt per omnia satisfaceret omnibus. Maluit ad tēpus obseruata lege Mosayca, adimpletisq; omnibus ceremonijs eius ad perfectiora perducere Iudæos, (quos vocare venerat:) quā his spretis animos eorum ab sese alienare. Verum est tamen quod non omne illud tempus in silentio pertransijt: sed aliquādo specimē sui præbuit hierosolimis, (vt sacer Lucas Euangelista capite secundo enarrat,) annos natus duodecim. Cum clam relictis parentibus, repertus est in templo in medio Doctorum sedens, audiens illos

Quare Cristus venit Nazareth rediens ex Egipto.

Iusti qui diuina prouidentia gubernātur, non egent mundi præsidijs.

Ioa. 19. d

Quare Cristus Nazare9 vocatus.

Ioh. 6. f.

Mar. 6. a.

Luc. 2. g.

Infra. c. 5.

Luc. 2.

tu venis ad me? Respondens autem Iesus dixit ei. Sine modo sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cæli: & vidit spiritũ Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. Et ecce vox de coelis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

Ad Literam.

IN *diebus autem illis, venit Ioannes Baptista prædicans, in deserto Iudææ.* In quibus diebus hæc Ioannes prædicauit? num quando è Bethlehem ascendit in Nazareth, cũ Iesus erat puer, an cũ venit ex Ægipto in Nazareth? minime, sed cum iam Luc. 3. esset Iesus triginta annorũ, vt ait Luc. cap. 3. verũ scripturæ mos est, in diebus illis dicere, pro sequentibus quolibet tempore, manifestando solum, tẽpus illud, quo facta sunt quæ narrare vult: quemadmodum nunc fecit euangelista, quæ in medio sunt prætermittens. Sicut hæc particula, tunc, nõ raro etiam ad superiora nõ refertur, sed ad tempus quo illa quæ narrãtur fiẽt. Vnde Marc. 13. Cum Christus absoluit ea, quæ ad Hierusalem attinent, incipit de Antechristi aduentu dicere: Tunc si quis vobis dixerit ecce illic.

In diebus illis quid in Sacra scriptura.

Tunc particula quid in sacra scriptura.

Mar. 13. cap.

Agite pœnitentiam &c. Hic est enim de quo dictum est per Esaiam Prophetam. &c.

¶ Solent sancti de se ipsis, quasi de alijs loqui. Sic Matheus dicit: inuenit hominem sedentem in teloneo. Sic Ioannes: hic est dicipulus ille, qui testimonium perhibet de his. Sic etiam dominus ait. Filius hominis non habet vbi reclinet caput suum. Ad hũc ergo modum potuit Baptista. Cum dixisset, agite pœnitentiam, de se ipso adiungere: hic est enim de quo dictnm est per Esaiam: vox clamantis in deserto, &c. Vt post verba eius, Mathæus ita narrationẽ texat: ipse, ait, Ioannes, habebat vestimenta de pillis Camellorum, Vide August. de cõsen. euang. cap. 12. Et tractatu. 61. in Ioannem.

Regula. Mat. 9. a Ioa. vlti. d Luc. 9. g. D. Augu.

Apropinquabit enim regnum cælorum. 1. Regnum, cuius Rex Christus est cœlestis, & administratio spiritualis. Hoc regnũ carnali regno opponitur. De multiplici acceptione huius nominis, regnum cœlorum, dicemus infra cap. 13. explicãdo illud, quod Christus dixit discipulis suis. Vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum. Cæterum vitio librariorum accidit, quod scriptum sit appropinquabit, cũ sit in græco: appropinquauit. Nisi dicas futurum positum pro præterito.

Vox clamantis in deserto. 1. clamaturus in deserto, dicet. Parate viam Domini. Ioannes autẽ dicebatur vox, quia ex se nihil dicebat nisi quæ audierat à Deo. Lege quæ annotauimus Lucæ. 3 in hæc verba.

Parate viam Domini. Se ipsum paulo post exponit dicens: Facite fructus dignos pœnitentiæ. Parate (inquit) viã Domini, promptam, paratam expeditamq; reddite, qualem decet regiã maiestatem. Sumpta metaphora à seruis ante dominum gradientibus, qui curant viam ipsi parare: ne cursitantium

gentium multitudine lædatur. Vocabulum Hebræum.
significat adeò illam, ornari, ac parari, vt oculis intuentium conspicua appareat, adeoque bene parati sint homines, vt qui cognouerint tantum regem venturum, viderintque viarum ornatum, iudicent tanto regi cõuenire.

Parate. Vel expurgate. Sub. lapidibus & luto viam per quam dominus est venturus. Repurgate animos vestros vt veniat ad vos Christus.

Rectas Facite in solitudine. Solitudinem vocat propheta, animum incultum verbo Dei. Hoc verbum, in solitudine, addit Esaias, quod in hoc loco non additur.

Rectas facite semitas eius. Via recta breuior faciliorque est. Date operam vt nihil sit obstaculo Christi aduentãti, sed facilis breuisque sit accessus.

Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Habrahæ. Casus in scriptura ambiguus esse solet. Spiritusancto idipsum prouidente, ad exercitium aut ad vtilitatem nostram. In hoc loco, Habrahæ, datiuus casus est. Ibi verò suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. Israel accusatiuus casus est. Deus enim recordatus misericordiæ suæ suscepit Israelem puerũ suum. Acto. autem cap. 1. Idem nomen datiuus est. Cum apostoli interrogauerunt. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel &c. Item vbi apostolus ad Roman. 9. ait. Verbum consumans & abbreuians in æquitate. Verbum, est accusatiui casus: consumans autem & abbreuians, nominatiui. Deus enim consumans & abbreuians est verbum suum, scilicet Christum vel doctrinam suam. Vnde subditur: quia verbum abbreuiatum faciet dominus super terram.

Regula. Ambiguitas i sacra scriptura ex casu esse solet.

Luc. 1. d.

Acto. 1. a.

Rom. 9. f

2. Thimothe. 4. Ait idem apostolus. Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed secundum sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus. Prurientes, nominatiui casus est, & non accusatiui, vt ex græca lingua constat, & ex interpretatione diui Ambrosij. Vult enim paulus, quod ipsi sanam doctrinam non sustinentes sed prurientes auribus coaceruabunt sibi magistros. Titillantur enim, & pruriunt auditu, vnde quærunt qui scalpãt aures voluptate orationis, non qui ita dant veritate. Hæc omnis ambiguitas prædictorum locorũ, tollitur ex græco textu.

2. Thi. 4. a.

Qui post me venturus est fortior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare.

Luc. 3. recitat Ioannem dixisse, veniet fortior me, cuius non sum dignus corrigiam soluere calciamentorum eius. Vbi non in verbis solum, neq; in verborum ordine solum, sed in senteatijs ipsis, videtur esse dissonãtia inter Euangelistas. Aliud est enim calciamento portare, aliud corrigiam soluere. Nulla tamen fuit dissonantia, nam officium Euangelistarum fuit, recitare nobis, non quæ verba, & nomina, vel Christus, vel Apostolus vel Iudæi locuti sunt, sed quas res atq; sententias enuntiauerint. Quamuis igitur oporteat: omnem falsitatem ab Euangelistis, procul abesse, non inde tamen consequens est, non potuisse absq; mendatio dicere aliqua, aliter quàm ille dixit, de quo aliquid narrant. Qui diuerso narrat modo, diuerso verbo, ordine & numero, non aberrat à voluntate

Lu. 3.

Regula Concordantur euãgelistæ

tates sententiæ illius de quo narrat Quamobrem Ioannes si aliud intellexerit in eo quod dicitur: calciamenti corrigiam soluere, quid aliud existimandum est, quam Ioannem vtrunque dixisse, siue diuersis temporibus, siue contextim. Potuit enim sic dicere. Cuius non sum dignus corrigiam calciamentorum soluere, nec calciamenta portare. Si autem cum hæc diceret, nihil aliud intendebat, quam excellentiam Christi & propriam suam humilitatem indicare: quodlibet horum dixerit, eandem sanè sententiam tenuerunt euangelistæ, per calciamentorum commemorationem, metaphorica significatione exprimentes propriæ indignitatis significationem, & Christi Iesu excellentiam ad eundem modum diuersis verbis eandem intimant sententiam, cum Math. in hoc ca. refert. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, & alij euangelistæ referunt dixisse patrem. Tu es filius meus dilectus, in te complacui.

Infra. d

Mar. 1. b. Luc. 3. f.

Cuius non sum dignus calciamenta portare. Notanda est consuetudo antiqua Hebræorum, de qua habetur Ruth. cap. 4. Hæc fuit consuetudo in Israel, in redemptione & commutatione ad firmandum negotiũ quodcunque: vt aliquis detraheret calciamentum suum daretque proximo suo &c. Itaque cum quis in alterius loco venerat, denudabat eius calciamentum. Cui consuetudini arridẽs Ioannes, ait: Non sum dignus vt portem eius calciamenta. Siue, non sum dignus, vt soluam corrigiam calciamentorum eius. Se indignum iudicans vt Christi annuntiator esset, sicut fuerunt Apostoli. Se etiam indignum iudicans, vt eius successor esset in Ecclesia. Huic expositioni fauet druthmari super hunc locum. Huic etiam astipulatur Ioannes de Christo loquens. Qui habet sponsam sponsus est. Vnde Gregor. homil. 7. in euangelia, ait. Mos apud veteres fuit, vt si quis eam, quæ sibi competeret accipere vxorem nollet, ille, ei calciamentum solueret, qui ad hanc sponsus iure propinquitatis veniret. Quid igitur inter homines Christus, nisi sanctæ Ecclesiæ sponsus apparuit? De quo ipse Ioannes dicit. Qui habet sponsam sponsus est. Sed quia Ioannem homines, Christum esse putauerũt, quod idem Ioannes negat. Recte se indignum esse ad soluendum calciamenti corrigiam denuntiat. Ac si aperte dicat, ego redemptoris nostri vestigia denudare non valeo, quia spõsi nomen mihi in merito non vsurpo. Hactenus Gregor. Vide etiam Hier. Math. 3. de hac consuetudine meminit Iosephus lib. 4. antiq. c. 6. Vide huius mysterij figuram in glo. Ruth. cap. 3. & 4.

Consuetudo antiqua hebræorũ notanda. Ruth. 4.

D. Greg. hom. 7. in euãgelia.

Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Hebra. pro abluet vos à peccatis dato vobis Spiritu sancto igne purgante & inflammante.

Cuius ventilabrum in manu ipsius. Ita habet textus Græcus, & est Hebraismus altero relatiuo redundante, cuius in manu ventilabrum est, transferunt alij. Sic in psalmo. 117. Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Genes. 2. de ligno quod est in paradiso, Non comedas ex eo. Redundat vtrobique alterum relatiuorum.

Ps. 117. Gen. 2.

Sic enim nos decet implere omnem iustitiam. Vel quidquid præcepit pater.

Et vidit spiritum Dei. S. Ioannes vidit

dit sanctissimum descendentē sicut columbam.

Et ecce vox de cœlo dicens. Participiũ pro verbo dicebat Heb.

Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Vel vnicè dilectus, in quo placatus sum. Vide quæ annotauimus supra, in illa verba, qui post me venturus est fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare.

In quo mihi benè complacui. Non dixit in quo mihi bene complaceo, ne putes (inquit Rupertus) hoc solum placere illi, quod inciperet mundum saluare in illo quanquam hoc opus magnæ laudis fuit. Sed in quo (inquit) mihi complacui. Contestans quod ille sit, per quem cum faceret omnia cō placebat sibi per singula bonus operarius videndo quod esset bonum. Quādo enim Deus præparabat cœlos aderat hæc sapientia modo incarnata: quando certa lege & Gyro vallabat abyssos, cum eo erat cuncta componés, & delectabatur per singulos dies ludés corā eo. Per singulos dies ludebat ista sapientia, & per singulos ludos videns & delectatus dicebat: quia bonum est. In ista ergo sapientia tunc temporis, rerum omnium artifex multum sibi complacebat, quod hodie voce sua declarauit dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Hæc ex Ruperto.

Rupertus No.a.

Prou.8.c.

Rup 2.in Ge.c.18

Ad mores. Ca.3.

VEnit Ioannes in deserto. Prædicaturus Hebræis eorum ingenio ac moribus sese accommodauit: qui locorum temporumque rationes prospiciebant. Multum refert, vt scias illis, quos doces, applaudere: vt gratior sit doctrina.

Concionatoris est, se moribus audientiũ accommodare.

Vox clamantis. Late patere euangelium citissime aduentare, in fontibus que adesse, adireque vsque ad gentes surdas ostendit suo clamore Ioannes. Siquidem iam astat vox, obuius tibi paruo negotio ille erit, cuius vox iam auditur. Habes signum, quo ad Christum nullo errore, confugias, nempe prædicationem pœnitentiæ. Hac enim ad Christum conuolabis, nullo labore alio.

Parate viam domini. Non dicit parate vias vestras, sed parate viam domini. Viæ nostræ sunt peccata. Viæ domini virtutes. Ideo ait Deus per Esaiam: nō enim viæ vestræ viæ meæ. Via domini est, quæ ducit ad Bethsames, hoc est, ad domum solis, per quam eunt vaccæ, legem Dei secum ferentes. De illa, inquiunt damnati, vt in libro sapientiæ scriptura commemorat. Errauimus à via veritatis. Hominum autem via est ea, quæ ducit à Hierosolyma ad Hierico. De qua dicūt qui in inferno cruciātur: lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, ambulauimus vias difficiles. Hæc est via de qua ait Salomon in prouerbijs. Via impiorū tenebrosa, nesciunt vbi corruant. Et in ecclesiastico ita scriptum legimus. Via peccantium complantata est lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. Relinquamus igitur vias nostras, nos ad æternos cruciatus ducentes, & viam domini paremus, eumque ad nos venientem recipiamus. In libro. Gen. est memoriæ proditum, clamasse præconem, vt oēs corā Ioseph genua flecterét, eūq; terræ gubernatoré esse cognoscerét. Quis est

Viæ nostræ peccata sũt: viæ autē domini virtutes sunt.

Esa.55.

1.reg.6.c

Sap.5.a

Ibidem.

Pro 4.

Eccl.21.

Gen.41.

Figura.

est hic Ioseph qui quærens fratres suos, fuit venditus & acerbis iniurijs affectus, nisi Christus Deus noster, mundi seruator & rector? Quis est hic præco qui præibat & clamabat, vt eũ agnoscerent & reciperent, nisi iste Ioãnes baptista, iste gloriosus & admirandus præcursor & præco, qui clamat hodie vt viam Christo pararent, eumq; verum Dei agnũ mundi peccata tollẽtem intelligerent, esseque mundi creatorem & restauratorem nequaquàm dubitarent.

Ipse autem Ioannes habebat vestimentũ de pilis camellorum. Re ipsa ostendens pœnitentiam & frugalitatem concionatoribus, & viribus christianis maxime necessariam. Addimit enim & libertatem indicẽdo, & authoritatem, luxus & intemperantia. Quæ secum affert comitem libidinem & auaritiã. Quis non horret istum insuetum hominem, facie incultum, hispida veste, neglecto capillo, vultu nubilo, siti & fame in eremo confectum, pœnitentiæ indicia præseferentem? Quis suorum scelerum recordatione doloribus non afficiatur, tanta austeritatis pœnitentiæq; insignia, Ioanne homine sancto conspiciens?

Pœnitentia & frugalitas maximè necessaria concionatoribus.

Progenies viperarum. Docet hic locus homines impios non homines esse appellandos, sed feras. Ea enim scelera concipiunt, vt bruta animalia, feritate, stoliditate, & maleficio superent. Populum iudaicum comparauit Balaam propheta leonibus. Ecce (inquit) populus vt leæna consurget, & quasi leo erigetur. Et Ioannes in hoc loco viperis. Herodem propter malitiam appellauit Christus vulpem. Luc. 13. Libidini deditos vocat Hieremias equos amatores. Voluptuosi appellantur porci, imprudentes verò canes. Nolite (inquit Christus) dare sanctum canibus, nec mittatis margaritas vestras ante porcos. Merito ergò Christ9 per Esaiã dicebat: quia veni & nõ erat vir. Venit.n. ad homines. Et nõ erant homines. Inuenit feras quæ eũ innocẽtẽ agnum lacerauerunt. In propria venit, vt ait Ioannes, & sui eum non receperunt. Venit enim & nõ erat vir. Non immerito Diogenes philosophus, lucerna quadam, meridie plateam perlustrans, Interrogatus quid quæreret, respondit, hominem. Quoniam quos videbat, non homines esse iudicabat. Quot ciuitates sunt hominibus plenæ, qui homines dici minime merentur? Pro re magna inquit D. Luc. esse Hierosolymæ quẽdam hominem. Homo (inquit) erat in Hierusalem cui nomen erat Simeon. Appellat igitur Baptista in hoc loco iudæos, progenies viperarum, eo quòd sicut illæ, deuorantes matres suas nascantur, similiter & illi, patres, hoc est, magistros & prophetas occiderunt. Tradunt enim de hoc animali, quod matrem suam deuoret, & sic nascatur: alij tamẽ hoc negant, inter quos est Aris. Quare dicendum est, quod loquitur Baptista aut iuxta vulgi opinionem, aut eos viperas vocat, ob natiuam malignitatem eorum, de quibus dici potest: errauerunt ab vtero.

Impij nõ homines, sed feræ sũt appellandi.

Nu. 23.d

Luc. 13.

Hier. 5.b

Infer. 7.

Esai. 50.

Ioan. 1.

Diogen.

Luc. 2.

Videns autem multos pharisæorum dixit eis: progenies viperarum. Venenosum hominum genus, reipublicæque infestissimum, vt viperæ, ficti sancti. Reperies n. hac tẽpestate quã plurimos qui cum authoritatem sibi parare intẽdant, vel sanctitatis no

Sãctitas ficta perniciosa est.

mine ficto fingunt humilitatem: dicẽtes se esse peccatores, cum nihil minus de se sentiant, similes istis pharisæis, qui deposita specie fictæ sanctitatis, peccatorum imaginem amplectabantur. Ad quos Ioannes ait, progenies viperarum quis demonstrabit vobis fugere à ventura ira? Quasi diceret. Vnde didicistis fugere à ventura ira, vt deposita spetie vestræ religionis iniquorum hominum percutientium pectora sua & ad baptismum venientium, similitudinem & habitum induas? Quænam hæc noua humilitas? Defficile adduces, si licet orator, huiusmodi homines ad sui cognitionem: quam, fructum dignum pœnitentiæ vocat Ioannes in hoc loco.

Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Sũt qui suo solo gaudẽt statu, & cũ viuendi modũ absolutum credunt, quem ipsi sequuntur. Homines sui capitis amatores. Non enim est Deus astrictus carni, sed in Isaac, secundum promissionem filio, vocabitur semen. Cuique generi, statui, nationi, locus est veniẽdi ad Deũ. Sunt qui solũ maximè fidant vel huic monachismo cui nati sunt, vel alio viuendi generi, quod sunt professi. Præstat monachismus, si adsit interna fides. Nec iactandum est Habrahæ genus, si non adsit fides, nec contemnendum quemlibet vel infimum, modo adsit fides. Attẽdite ait Esai. ad Petrã, vnde excisi estis, & ad cauernam laci vnde præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum: ac si dicat, Mea gratia actum est cum Abraham tam magnificè & splendide, & qui potuit vocare Abraham, poterit modo quos velit etiam vocare. Adde quam simus in Dei manu, quamq; nostra salus ex Dei beneplacito pendeat, vt ex quauis hominũ sorte, poterit deus suscitare filios, qui magis referant Abraham, quàm ficti religiosi: qui suo solo gaudent statu: quales erant pharisæi isti, qui maximè gloriabantur, quòd patrem habuissent Abraham.

Heb. 11.d nõ est quære quis de suo statu glorietur si fidem & charitatem non habet.

Esai. 51.a

Permundabit aream suam & congregabit triticum in horreum, paleas autem &c. Per aream mũdum, per horreum cœlum, per triticum iusti, per paleas verò & glumas & quisquilias, iniqui significabantur. Nam quemadmodum triticum quod est in horreum recondendum, prius à bobus trituratur, vt ab eo excutiátur paleæ, & ipsum purum remaneat, sic viri iusti in hoc mundo varijs afflictionibus terũtur, multisque calamitatibus oppressi à bobus, hoc est, ab iniquis conculcantur, vt sic mũdi ac purificati nudi à paleis, hoc est, ab eisdẽ sceleratis hominibus, in horrea Christi, hoc est, in cœlestes mansiones reconditi, diuina visione in æternum fruantur. Et quemadmodum paleæ & aristæ, triticique tegumenta, granum opprimunt, & vndique constringunt, sic impius virum iustum vndique affligit. Sed vt quo arctius paleæ & aristæ granum comprimunt, eo maiori custodia ab auium morsu tuentur, sic quanto maiores calamitates infert impius virtute præstantibus, tanto eos clariores redit: & ad importunas aues, hoc est, ad malas cogitationes arcendas munitiores. Sunt igitur iniqui iustis adjumento, nõ enim Deus homines crearet quos impios futuros præsciisset, nisi pariter eos fuisse viris iustis vtilitati nosset. Nihil est enim ad laudem illustrius, quàm calamitas ipsa. Hæc năq; solet virorum iustorum nomen ad immortalem memoriam propagare, atq; ita vt D. ait Augu. lib. 11. de Ciuit. Dei. Mundi ordinem Deus tanquam pulcherrimum carmen ex quibusdam anthi

Area mũdus horreum cœlum triticum iusti paleæ iniqui sunt.

Iniqui sunt adiumento iustis.

D. Augu.

tithetis honestauit: est autẽ Antitheton, contra positum, ita appellatur figura ea, qua contraria contrarijs opponuntur, vt apud Ouidium frigida pugnabant calidis, humentia siccis. Xenophon ille, cuius voce, quasi musas locutas ferunt, qui, teste Volaterrano, dictus est musa Attica, ob eloquẽtiæ dulcedinem & suauitatem, in suo œconomico, inter opes & diuitias connumerat homines sceleratos, & ait: nobis eos esse adiumento, si illis vti sciuerimus. Et Plutarchus librũ edidit, de vtilitate quam quis potest ex inimicis comparare.

Ouidius. Xenophõ Volaterranus. Plutarch.

Sine modo. Certant viri illustres de humilitate. Pia altercatio, & quam vtinam semper haberemus.

Aperti sunt cœli. Quibus per baptismum cõmunicatur columbinus spiritus aperiuntur cœli, hoc est, illucet illis clara de diuinis rebus notitia, certa apertaque de Deo fiducia & persuasio, qua, Deum sibi astantem credunt in omnibus. Fitque illis vox de cœlis, qua diuino illabente spiritu, filiorum Dei fiduciam, animum & amorem cõcipiunt.

Iustis illucet clara De diuinis rebus notitia &c.

Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacuit. Gen. c. 2. ait Moyses cõpleuitque Deus die. 7. opus suum, & requieuit die. 7. Per hũc diem. 7. quidam intelligunt filium Dei, qui splendor est paternæ gloriæ, lux lucis, & fons æternæ luminis, dies dierum illuminans, sol ipse verus non factus, sed omnem diem efficiens. In hoc die cõpleuit Deus opus suum, omnia enim per ipsum facta sunt. In hoc die potissimum & spirituali quodam modo requiescit Deus. Habitat quidem in nobis etiã Deus. Sed oportet vt sibimet prius in nobis mansionem faciat. Nullus etiam angelorum, vel hominum, aliter nisi per operosam ipsius gratiã habitationi eius fit idoneus. At verò hunc solum diem. 1. Vnicum filium suum sicut non creauit, sed genuit: sic nec accidentali dono bonum fecit, sed essentiali bonitate bonum semper habuit: solusque hic est, in quo iustificãdo nihil omnino laborauit aut perfectum eius expectando potentiam aliquando habuit. Ad creandos angelos & homines sapientiæ suæ impensas contulit idest propter illos saluãdos siue discernendos, misericordiam & iuditium hinc & in magnis impẽdijs ædificauit, vt totus miretur orbis, & vniuersa iã dudum magnificet curia cœli. In isto solo nihil vnquam fuit quod resisteret ei, siue illi in sinu eius pausauit, siue militaturos iussu eius nam nostræ carnis induit. Igitur hic vnus est, in quo Deus requieuit, iuxta hoc qd modo ait in quo mihi cõplacuit, & pro quãto nos huic conformamur, pro tanto etiam super nos requiescit. Hic est verus ille Ioseph, quem pater hodie exaltauit, dicens: hic est filius meus dilectus &c. quem stolla bissyna, hoc est, innocentia, induit: & cui torquem aureum, hoc est, connexionem virtutũ contulit, quem præposuit toti ægypto, dando ei omne iudicium. Qui electus est, vt senes eius doceret: ipsum (inquit) audite.

Gen. 2. Dies septimus filius Dei. Ioan. 1. Figura. Gen. 41. Psal. 104. c.

¶ Iesus ieiunat, Tentatur, vocat piscatores, & curat languores.

Caput Quartum.

TVnc Iesus ductus est in desertum à spiritu, vt tentaretur à dia-

omnem languorem, & omnem
Fama. *infirmitatem in populo. Et abijt*
opinio eius in totam Syriam: &
obtulerunt ei omnes male haben-
tes, varijs languoribus & tormẽ
tis comprehensos, & qui dæmo
nia habebant, & lunaticos, &
paralyticos, & curauit eos: &
secutæ sunt eum turbæ multæ de
Galilæa, & Decapoli, & de Hie
rosolymis, & de Iudæa, & de
trans Iordanem.

Caput Quartum. Ad Literam.

Spiritus q̃ signific. in sacra scriptura. T*unc ductus est Iesus à Spiri*
tu. Vbicunque (Autho-
re Hieronymo Micheæ
2.) Spiritus, in scriptu-
ris sine additamento po
nitur Spiritus sanctus intelligitur.
Galt. 5. & 6. Ad Galatas. 5. & 6. Fructus autẽ spiri
tus charitas & gaudium. Et si spiritu
viuimus spiritu & ambulamus. Ad
Rom. c. 8. Romanos. octauo. Si autem spiritu fa
cta carnis mortificaueritis &c. In vete
ri testamento multa sunt huius regu
læ exempla. Esaias. 42. Dans flatum
Esa. 42. a populo qui est in terra, & spiritũ his
qui calcant eam, idest, Spiritum san-
Micheas. 2. c. ctũ terrena cõculcantibus. Micheæ. 2.
Vtinam non essem vir habẽs spiritũ,
& mendatium potius loquerer. Rur-
Ioa. 3. v. sus in nouo testamento. 10. 3. Quod
natũ est ex spiritu spiritus est. Itẽ: spi
Ioa. 6. g. ritus est qui viuificat, caro nõ prodest
quiquã, verba quæ ego locutus sum
vobis, spiritus & vita sunt. Et in hoc
loco: tunc ductus est Iesus à spiritu.
Hæc tamen regula intelligenda est cõ
sideratione habita ad qualitatem scri-
pturæ, & ad antecedentia & sequẽtia.
Nam & quibusdam in locis, spiritus
absolutè positus, nõ spiritum sanctũ,
sed aut spiritum Dei malum, aut ani
mam, aut flatum seu impulsum diui-
ni spiritꝰ, significatur. Pro spiritu ma
lo cum dicitur. Lucæ. 10. In hoc noli Lucæ. 10. d.
te gaudere, quia spiritus subijciuntur
vobis. Pro anima cum euãgelista ait: Ioa. 19. f.
Iesus emisit spiritum. Sic de puella re lucæ. 8. g.
suscitata dicitur: reuersus est spiritus
eius. Psalmo. 54. Saluum me fecitã Psa. 54.
pusillanimitate spiritus idest, à pusilla-
nimitate animi mei. Psa. 77. Spus va Psa. 77.
dẽs & nõ rediẽs. Mathei. 26. Spus qui Inf. 26. d.
dẽ promptus est caro autẽ infirma. Vbi
spiritus non pro animo hominis cu-
iuslibet accipitur, sed pro spiritu ho-
minis credentis, quem inhabitat spiri
tus sanctus. Quales erãt spiritus Apo
stolorum. Omnium caro infirma, sed
non omnibus spiritus prõptus. Chri
stus non ad eos tunc, sed ad apostolos
loquebatur. Tanquam dicat: spiritus
quidem vester promptus est, sed caro
est infirma. Alij putãt in hoc loco spi
ritus pro spiritu maligno accipi. vt
suo loco dicemus. In eo etiam quod di 1. Io. 5. b.
citur tres sunt qui testimoniũ dant in
terra, spiritus, aqua & sanguis. Spiri-
tus pro spiritu creato accipitur: qui
emissus à Christo in cruce, testimo-
nium dedit in terra cum esse verũ ho-
minem. Aliquando etiam spiritus ab
solutè positus, ventum significat. Psal
mo. 47. in spiritu vehementi conte- Psa. 74.
res naues Tharsis. Et psalmo. 10. spiri
tus procellarum. Sic etiam accipi po- Psal. 10.
test in eo loco: qui facit angelos suos
spiritus, & ministros suos ignem vrẽ
tem psa. 103. ventum enim & ignem Psa. 103.
an-

Ioann. 3 a angelos & ministros facit Deus. Ioannis. 3. spiritus vbi vult spirat. Spirit9 iuxta Chrisosto. Cirili, & Theophi. sententiam, pro vẽto accipitur: vt ex huius efficacissimi flatus impetu cognoscas efficatiam diuini spiritus. Pro operatione, impetu, inspiratione, impulsu, seu effectu spiritus: siue boni siue mali, multis in locis accipitur spiritus. veluti cum ait apostolus, idest, ad Corinthos. 14. æmulatores spiritũ. Sic & in scripturis appellatur impijs immissus spiritus vertiginis, spiritus erroris, spiritus Zelotypiæ. Sic spiritum huiusmundi, theophylatus exponit humanam sapientiam, secundum quam existimant philosophi huius mundi, omnia esse stulta, quæ probari ratione non possunt: nolentes admittere quicquam perfidem: æstimãtes sibi sufficere ad iustitiam, legem naturalem. Ad hunc modum exponit Hieronimus ad hedibiam. q. 12. illũ locum Pauli. 1. Thessalõ. 5. spiritum nolite extinguere. Et quod infra ait: integer spiritus vester, & anima, & corpus, sine quærela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. Nostro enim vitio, aut virtute, accẽditur aut extinguitur in nobis, Spiritus sancti gratia. Non erit tamen absonus intellectus, si in hoc loco nomine spiritus, intelligamus Spiritum sanctum, qui tunc dicitur extingui aut conseruari in nobis, quum illum repellimus aut inuitamus. Verũ est tamen quod Augustinus in libro ad Victorem Vincentium ait. Apostolus hoc in loco spiritum non ipsam animam, sed aliquid eius vocat, hoc est, ipsum lumen rationis internæ, qua ratiocinamur, intelligimus, & sapimus, quemadmodum & illic accipi potest: caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem. Vnde anima est tanquam in medio constituta, inter hũc spiritum & carnem, seu carnis appetitum. Quemadmodum & in medio constituitur inter Spiritum sanctum suggerentem ad ea quæ Dei sunt: & carnem inuitantem ad ea quæ mundi sunt.

[Margin: Idest, ad corin. c. 14 c. — Theophilatus. — Hieronymus. — Idest, The salon. 5. d. — D. Augu. videundẽ lib. 6. contra Iulianum Pelagranum. cap. 5. — Gala. 5.]

Et cũ ieiunaßet quadraginta diebus &c. Quadragesimæ ieiunium ad ecclesiæ vtilitatem non Christus, sed apostoli Spiritu sancto suggerente ediderunt. Quod licet Hieronimus in secundũ Ionæ capitulum, Ambrosius concilio trigesimo sexto, Chrisostomus homilia prima in Genesin, ad Christum authorem referre videantur, at re vera vt equidem sentio apostolicũ institutum fuit. Quod tamen Christo asignatur, vel quia ad Christi ieiunantis exemplum ab apostolis insitutum est, vel quia apostolica edicta Christi esse censentur, qui per apostolos ecclesiæ loquebatur: atq; adeo per Spiritum sanctum apostolis: iuxta illud quod Ioannis capite decimo sexto scriptum est, adhuc multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem, non enim loquetur á semetipso, sed quæcunque audiet loquetur: quia de meo accipiet & annuntiabit vobis. Vi. Hieronimũ ad Marcellam aduersus Montanum. Qui nõ obscurè tradit quadragesimam nos secũdum traditionem Apostolorũ ieiunare. Nos (inquit) vnam quadragesimam secũdum traditionem apostolorum, toto anno tempore nobis congruo ieiunamus.

[Margin: Quadragesima ab apostolis instituta. — Ioan. 16]

Si filius Dei es dic vt lapides isti panes fiant. Docet Rupertus libro. 12. De victoria verbi Dei. capi. 3. & 4. Christum à diabolo esse cognitum ab incunabulis, tentatum tamen non vt cognoscere

[Margin: Rupertus]

noscere

noscéretur, sed vt corrumperetur. Tā ta enim est diaboli præsumptio, tanta eius temeritas, tamque incredibilis audatia, vt non solum se extollat supra omne quod dicitur Deus, & colitur vt Paulus ait: sed conatus fuerit hodie Deum tentando corrumpere, sibique similem facere. Horrendum quidem auditu hoc est, sed adnuc in deterius processit, dicendo tandem, hæc omnia tibi dabo si cadēs adoraueris me. ¶ Sed ais: quo modo per hoc sibi similem faceret dicentem, vt lapides illi panes fierent? videlicet quia & qui mendaciter dicit de seipso quod non est, & qui iactanter monstrat de se ipso quod est, similes sibi sunt, testāte ipso domino qui discipulis dicentibus: domine & dœmonia subijciuntur nobis in nomine tuo. Quod vtiq; verum erat, statim tam fortiter quam suauiter tetigit eos, dicens. Videbam satanam sicut fulgur de cœlo cadentē. Quo innuit multos ex eis ad similitudinem satanæ propter vanitatem casuros, vel retro abituros. Porro diabolus mendaciter de semetipso, Et in cœlo dixit, & in terra nunc vsque contēdit dicere quod non est. Scilicet quod sit Deus. Dominus autem filius Dei erat, & est. Sed vt hoc illi miraculis demonstraret, nulla esset causa, nisi iactātia aut vanagloria. Nūquid illum diabolus adoraret, vt saluus fieret, si apud illum, filium Dei se esse taliter cōprobaret? igitur miranda diaboli præsumptio qui non contentus dixisse olim, ero similis altissimo, similem sibi altissimum nisus est facere tentando. De hoc quod in deterius proficiens præcipitium suasit, & inde sibi quoque illū substernere tentando, suadendo, vt se adoraret, miretur qui potest, & animaduertat, quia vere magnum diaboli iudicium est. Hæc ex Ruperto.

Notanda superbia diaboli. 2.Thes.2. Luc.10. Esa.14.d

Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Idest, in omni re alia, qua volet Deus illum ali. Hebra. Sic Esaias capite. 39. Non fuit verbum quod non ostenderet ei Ezechias. Esai.39.

Scriptum est. Hinc disces quam vera sit Tertulliani sentētia qua monet, vt aduersus hæreticos magis traditionibus, quàm scripturis disseramus. Scripturæ enim in varios sensus facile trahuntur: traditiones non item. Nemo hæreticorum est, vt Hilarius ad Constantinum Augustum tradit, qui se non secundum scripturas prædicare ea quibus blasphemat, mētiatur. Omnes scripturæ sine sensu loquuntur. Et Irenæus libro primo, capite primo, hæretici (inquit) scripturis nituntur sua dogmata confirmare: ne sine teste esse videantur, sed deformant eloquia Dei, atque ex figura hominis, vulpis aut vrsi figuram reddunt, hactenus ille. Faciunt porro hæretici, quod patrē suum fecisse vident, vt Vincentius Lirinensis eleganter ait, & authoris sui callida machinamenta sectantur. Nā quid ille non faciet miscellis hominibus, qui ipsum dominum magestatis, scripturarum testimonijs adpetiuit? Si filius inquit Dei es, mitte te deorsum: scriptum est enim &c. Cum hæreticis igitur agendum est, aut alio testimonio scripturæ, aut traditionibꝰ à maioribꝰ acceptis, quæ sensum scripturarum explicant, aut conciliorum definitionibus, aut omnium patrum consensu. Hoc enim modo, verus habetur sensus scripturæ.

Tertullianus. Hilarius. Irenæus. Vincentiꝰ Lirinēsis. Quo modo cū hæreticis certandum.

Terra Zabulon, & terra Nephthalim, via maris trans Iordanē. Græcis accusandi casus est. Odon thalasses, idest, viam maris. Quasi diceret: vergens ad mare vltra Iordanem, siue versus mare, nā viā maris, hebraismus est. Vnde subaudien-

49. diéda est præpositio, iuxta, hoc est, iuxta viā maris. Gen. 49. ait Iacob. Neptalim ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis. Hoc impletum est in Christo, qui in terra Zabulon, & Neptalim incepit prædicare: & inde euangelium eius quasi ceruus emissus totā terram velocissime peruolauit. Vnde sequitur. Dans eloquia pulchritudinis, Quid enim pulchrius & iocūdius euangelio Christi?

Iuxta Mare Galilææ, prædicans Euangelium regni. Euangelium, idest, faustū nuntium: quod nulla tristia nuntiet. Regni, dicit: nec fas est dicere cuius, cū illud solum dici mereatur regnū, vbi solum viuere regnare est: cætera tanto nomine non sunt digna. Commentitia enim & vmbrata sunt regna.

Caput. 4. Ad mores.

Gen. 22. a. *Tunc ductus est Iesus, vt tentaretur à diabolo.* Genes. 22. dicitur. Quæ postquā gesta sunt, tentauit Deus Abrahā, quid est (ait Iob) Iob. 8. Homo quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? visitas eum diluculo, & subito probas illum. Licet enim omnibus hominibus timenda tentatio sit, illis tamen maxime, qui ab eo extolluntur, aut illi familiares sunt, Cū enim Christus præclara suæ laudis audiret à patre encomia, hic (inquit) est filius meus dilectus in quo michi benè complacui: statim in desertum post hæc, ductus est, vt à diabolo tētaretur. Similiter diabolus cum gesta præclara sancti Iob audiret à domino, quod illi similis in terra nō esset: quod esset simplex & rectus: statim à domino impetrata licentia, eū in varias induxit tentationes. Sic sanctum Habraham postquam dominus tot præclara concesserat, quæ in præcedentibus capitibus enarrantur, grauissima eius animum tentauit & pulsauit tentatione. Vbi tu aduerte: distributas á domino tentationes, secūdum eorum qui tentātur vires. Quia enim nouerat, neminem nisi Christum victorem euasurum, ex præsentata mūdi monarchia: eum solum voluit illa tentari. Similiter de dignitate Messiæ qua solum Ioannem tentari voluit: quia solum nouerat eam refutaturū. Sic etiam quia nullum aut rarum inueniret, qui tam constanti animo ex filio holocaustū faceret, quem admodum sanctus Habraham, ideo eum solum voluit hoc velut ariete pulsare.

Omnibus timéda est tentatio, & maxime pijs hominibus, et Deo magis familiaribus.

Cap. 3.

Iob. 1. & 2.

Distribuuntur tentationes à Deo secū dum eorū qui tentātur vires.

Tunc ductus est Iesus in desertum? &c. Ante quam accessisset tentator, Christus fugit seculum, ieiunat, orat, quia vt diuus Gregorius ait, quodlibet certamen exuperat, qui mentem certamini ante certamé parat. Qui hijs armis munitus est, terribilis est dæmonibus vt castrorum acies ordinata. D. Greg.

Cā. 6. d.

Ductus est à spiritu. Magna opera & quæ nostum captum videntur excedere, incipienda non sunt: nisi spiritus sancti instinctu. Illi enim sunt filij Dei (vt Paulus ait) qui spiritu Dei aguntur.

Opa quæ captū nostrum excedunt, in instinctu spūritu sancti incipienda sunt. Roma. 8.

Tunc ductus est Iesus à spiritu. Sic christianus qui gratiam baptismatis habet à spiritu sancto regitur. Hij autē quos spiritus sanctus regit, & ducit: mundum contemnunt, carnem domāt, dæmoni, scripturis sanctis, tanquam armatura Dei muniti, fortiter resistunt, exemplo Christi, qui post baptismum in desertū à spiritu sancto agitur: vbi carnē ieiunijs & inedia domauit, atq; tenebrarum principem deuicit.

Iusti à spiritu sancto reguntur.

Vt tentaretur a diabolo. Non est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinem.

Ephe. 6. b. Vide locũ nem. vt Paulus ait: ſed contra ſpiritua
lia nequitiæ in cæleſtibus. Non igitur
ſecordes & ſomnolenti ſimus, ſed vi-
1. Pe. 5. b gilemus: nam aduerſarius noſter dia-
bolus, tanquã leo rugiẽs, circuit quæ-
rens quem deuoret. Accipiamus igi-
tur armaturam Dei, hoc eſt, ieiuniũ
orationum, & ſcripturam: vt illi poſſi
mus reſiſtere exemplo Chriſti.

Ad regnũ cœlorum, nõ peruenitur abſq; labore & tẽtatione.

Vt tentaretur á diabolo. Hinc diſcam9
nos ad regnũ cœlorum peruenire nõ
poſſe, abſque labore atque tentatione.
idcirco intelligens apoſtolus aiebat,
In epiſt. ad Ephe. Induite vos armatu
ram Dei, vt poſsitis ſtare aduerſus in
Ephe. 6. ſidias diaboli, quia non eſt nobis collu
ctatio aduerſus carnem & ſanguinẽ:
Sed aduerſus principes, & poteſtates,
aduerſus mundi rectores tenebrarum
1. Pe. 5. harum. Et D. Pe. in ſua prima ca. So-
brij eſtote & vigilate, quia aduerſarius
veſter diabolus tanquam leo rugiens,
circuit quærens quem deuoret. Sic ve
lim tibi perſuadeas, te eſſe tentationi-
bus oppugnandum, cum primum ad
cœlum aſpiraueris, Deoq; ſeruire con
tenderis. Vnde ait Eccleſiaſticus: fili ac
Eccle. 2. cedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſti-
tia & timore, & præpara animam tuã
ad tentationẽ. Chriſtus Deus noſter,
caput noſtrũ, dux noſter, ac exemplar,
ſtatim poſt baptiſmũ, vt in hoc loco
vides, ductus eſt in deſertum á ſpiritu
vt tentaretur á diabolo. Et per multas
tribulationes oportet nos intrare in
Acto. 14. regnum Dei, vt dicebãt Chriſti Apo
ſtoli. Nunquam tam durè fuerunt à
Exo. 5. Pharahone filij Iſraelis oppreſsi, quã
Figura. cum Aegyptum relinquere conaren-
tur. Eodem modo tunc nos dæmõ for
tius tentat, cum mundi dolos, vanita-
tes, voluptates, & flagitia fugere decer
nimus. Cum Chriſtus eijceret quodã
dæmonium ab homine ab eo poſſeſſo,
exijt ab eo exclamans, & multum diſ-

cerpens eum: vt euangelica narrat hi- Mar. 9.
ſtoria. Cum homo ille vellet à dæmo
ne ſeparari, tunc ab eo grauius preme
batur. Et licet diabolus nos interdum
non tentet, ne illi vnquam fidamus, ta
men ſi videamur in trãquillitate vitã
degere. Hoc conſiderans diu9 Hiero. Hiero. ad Heliodorum
ita ad Heliodorum ſcribebat: Erras fra-
ter, Erras, ſi putas vnquam chriſtianũ
perſecutionem non pati. Tunc maxi
me oppugnaris, ſi te oppugnari neſ-
cis. Tranquillitas hæc, tempeſtas eſt.
Hinc ſanctus ille Iob. Militia, inquit
eſt vita hominis ſuper terram. Et pau Iob. 7.
lus: arma, inquit, militiæ noſtræ non
carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad de- 2. Co. 10. a.
ſtructionem munitionum. His armis
muniti ſuperamus dæmonum tenta-
tiones, & victoriæ coronam adipiſci-
mur. Ita enim d. Iacob9 ait: beatus vir Iacob. 1.
qui ſuffert tentationẽ, quoniam cũ
probatus fuerit, accipiet coronam vi-
tæ. Hæc eſt corona illa de qua Dauid Pſal. 20.
dixerat: poſuiſti domine ſuper caput
eius coronam de lapide prætioſo. Eam 2. Tim. 4.
vocat Pau. coronã vitæ, & Petrus im 1. Pe. 5.
marceſcibilem coronam gloriæ. Di-
uus Cyprianus ait: ſemel vincit, qui Cyprian.
ſtatim patitur, at qui manens ſemper
in pœnis & tentationibus cõgreditur
cum dolore, nec vincitur, quotidie co
ronatur. Hæc ille. Quoties dæmonis,
aut mundi, aut carnis tentationes vin
cimus, toties à Deo corona victoriæ
exornamur. Et quanto quis iuſtior eſt
tantò grauius aliquando tentatur. Vt
fragilis paries facilè ruit, & quacunq;
machina euertitur: ſed fortiſsimus Simile.
murus, ſeu arx munitiſsima fortiter
reſiſtit, & opus eſt hoſtibus machinas
bellicas adhibere, & mœnia illa validiſ
ſimis tormentis, ſaxa, tela, globos fe-
rreos, & plumbeos iaculantibus tor-
quere, & fortiter concutere: ſic diabo-
lus homines fragiles parumq; in virtu

te

te constantes quacunq; tẽtatione euertit, ad superandos viros iustitia & charitate munitos, & firmitate ac constãtia sectos, varijs vtitur artificijs & fortissimis tentationibus. Quem non tẽtabit, si Christum verum Deum tentare constituit? Vnde Paul. in epistol.
He. 4. ad Heb. ait: non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autẽ per omnia pro similitudine absq; peccato. Ne existimes eos esse à Deo derelictos qui tentatione exercentur. Pater duos habens filios, alterũ virtutis studiosum, viribus corporum robustũ, & animi
Simile. fortitudine præstantem, alterum deprauatum ingenio, deditum delicijs, imbecillum, & parui animi. Primum mittit ad bellum, & periculis exponit vt se laboribus exerceat, alteri indulget, secundas res facilè concedit, domi illum habet delicijs matris suæ delinitium. Sed ad extremum qui fortiter pugnauit, præmium magnum obtinuit, qui veró voluptatib9 ducebatur vacuus remansit. Sic pater noster cœlestis, homines fortes & cõstantes per varios casus interdum, & per acerbas calamitatũ angustias ducit, prælijs aduersus animæ inimicos exercet, eosq; per magnos labores in virtute roborat, atq; confirmat: hominibus autem fragilibus ab honestate abhorrẽtibus, fundamenta naturæ violantibus, res prosperas permittit, & ad volũtatẽ fluentes. Sed ad extremũ qui fortiter pugnauerunt æternam gloriam cõsequũtur, qui vero se illecebris, turpiq; otio dediderunt, & vtilitatem ab honestate separarunt, sunt ignominiosè consumpti, & in æternas pœnas relegati. Vide deliciarum detrimentum, & ærũnarum vtilitatem. Vt frumentum in
Similia. cellario, nisi pala & ventilabro versetur, & moueatur gurgulione absumitur: & vestis in depositorio, nisi cõcutiatur, & exerceatur, à tinea corroditur, sic homo nisi fuerit tẽtationibus agitatus, facilè corrũpetur. At ijs reb9 probatus redditur firmior, & fortiter pugnãs coronam gloriæ adipiscetur. Non coronabitur, inquit diuus Paul. 1. Thi. 2.
Nisi qui legitimè certauerit. Et alibi: 1. co. 10.
fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentũ, vt possitis sustinere. Sed opus est vt nos diuinis armis muniamus: nã hostes nos varie oppugnant, & fortiter tentant. Conficiunt aduersus nos excelsas turres vanitatis, vt inde nos expugnẽt. Et comportant aggeres, ad ducunt aduersus nos terræ diuitias, vt earum cupiditate, & affluentia fossas impleant, & euangelicam auferãt paupertatem, vt sic nos possint facilè expugnare. Quod designare volens Domin9 ait Ezechieli. Et tu filj hominis Ezechi. 4
sume tibi laterẽ & describes in eo ciuitatem Hierusalẽ. Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerẽ, & dabis contra eam castra, & pones arietẽ in Gyro. Quo in loco dominus describere vult pugnam spiritualem quam diabol9 aduersus fideles quotidie agit. Ac si diceret: nuntia animæ, esse à dæmone oppugnandam machinis superbiæ, aggeribus auaritiæ, & cæteris flagitijs, esseq; obsessam, & ex omni parte circũdatam. Et quia sæculi milites, in sinistro tantum latere clypeũ portant, & nos vndiq; oppugnamur, & oportet tegere vtrunq; latus, ideo scuto diuino indigemus nos vbiq; circũdante. Scutum hoc Christus est, veritas ipsa, de qua ait diuinus Vates, scu- Psal. 90.
to circundabit te veritas eius. Ipse nobis dat arma, quibus à dextris & à sinistris protegamur: de quibus ait aposto 1. Cor. 6.
lus

1.co.6. lus; Epistola prima ad Corinthios, per arma iustitiæ, à dextris, & à sinistris. Poterat quidem Deus terram promissionis tradere absque armis filijs Israel, sed voluit vt eam armis acquirerent, & gentes immanitate barbaras, & copijs abundantes debellarent, permittens vt semper aliquæ huiusmodi gentes, in terra illa manerent, aduersus quas Hebræi strenuè dimicarent. Eodem modo vult Deus vt diuinis armis pugnantes, vincamus tentationes, & in hoc bello spirituali nos ipsos exercentes, de animæ hostibus, Dæmone, Mundo, & Carne victoriam reportemus. Hæc sunt digna, quæ fama celebrentur, monimentis annalium mandentur, & nūquā vlla obliuione deleātur.

figura.

¶ Vult etiam Deus, vt ad eum confugiamus: si tentationes vincere cupimus. Quem admodum enim aues vt retia aucupum fugiant in altum volant, sic nos vt tentationum vincula declinemus, debemus ad Deum confugere, & in sublime nos efferre. Et quemadmodum volatilia quæ descendunt ad grana aucupum capienda, capiuntur, sic qui Dæmonis, Mundi, & carnis suggestionibus acquiescunt, qui istorum hostium persuasionibus Dei timore postposito, consentiunt: in eorum laqueos, atq; vincula incidunt: vbi misere pereunt, atq; occiduntur. Quemadmodum triplex est vita, nempe naturæ, gratiæ, & gloriæ: sic triplex est mors, nimirum naturæ, culpæ & gratiæ. Volemꝰ igitur animo ad Deū finē & scopū nr̄um, ne in hostiū laqueos, & vincula conijciamur, exēplo Christi ducis nr̄i qui in deserto positꝰ ante quā tētator accederet, orabat, precabatur, ac manus, mentem, atq; cor, ad cælum tendebat. Studeamus (vt verbis vtar Bernardi) furari aliquando nosmetipsos, & à pessimis cogitationibꝰ surripere, vel ad horam, si ab huius tētatoris insidijs liberari volumus.

Vult Deus vt ad eum cō fugiamus cum tentamur.

Simile.

D.Bern.

¶ Illud etiam aduertendum: non satis esse semel vincere tentationem, nō satis, inquam, esse semel superare mundum, diabolum, & carnē, sed oportet dum in hac militia vitam agimus, semel atq; iterum ac semper strenuè pugnare. Beatus enim vir (ait diuꝰ Iacobus in sua canonica. 1.) qui suffert tentationem, quoniam cū probatus fuerit accipiet coronā vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Quare oportet post semel partam victoriā metuere, timere, ac vigilare, & verba illa sancti Iob memoriæ repetere: militia est vita hominis super terram. Et illa: cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Hoc intelligēs diuus Pau. Timothæum ita alloquebatur: in prima sua epistola, cap. 1. Hoc præceptum commendo tibi fili Timothæe: secundū præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam. In terra promissionis, vt videre est apud Ezechielem, cap. 48. Prius erat Gad, deinde Thamar, deinde aquæ contradictionis, deinde Cades. Gad significat tentationem, Thamar verò palmam, vnde ciuitas illa quondam nomine Thamar, fuit postea Palmira, autore diuo Hieronymo, ob Palmarum multitudinē vocata. Sanctitas verò, cadès interpretatur. Sumus ergo à tentatione deuicta, ad palmam victoriæ venturi: & ex palma ad aquas contradictionis transituri, vsque ad Cadès: quod significat: vt diximus, sanctitatem. Eodem modo filij Israelis post victoriam de Aegyptijs mirabiliter

Non satis est semel vincere tē tationem, sed oportet semper strenuè pugnare.

Ia.c.1.b.

Iob.7.

Iob.14.

1.Tim.1.

Ezec. 48. figura.

Exo.15.d

mirabiliter reportatam, venerunt ad Mara: quæ ex amaritudine nomen accepit: sed post Mara, venerunt in in Elim. vbi erant duodecim fontes dulcium aquarum, & septuaginta palmæ. Nos igitur ne terreamur, si post victoriam in tentationis amaritudinem incidamus: quoniam verum pascha facientes, azima cum amaritudinibus comedebant: & tentatio parit probationem, probatio spem, spes autem non confundit, Nam post Mara peruenimus ad palmas victoriæ, & ad optatam animi refectionem, & dulcium aquarum suauitatem. Christus enim dux noster non semel, sed semper diabolum deuicit: & idcirco palmam resurrectionis obtinuit,

Exodi. 5. figura.

Exo. 12. numer. 9. Ro. 5.

Vt tentaretur à diabolo. Non ait, vt tentaretur à carnis illecebris, neque ait: vt tentaretur à mundo, sed vt tentaretur à diabolo, Carnis enim tentatio infirmorum atque imbecillium est: mundi vero tentatio insipientium atque imprudentium hominum, Diaboli vero tentatio, prudentium ac sapientium. Christus igitur quũ longè ab esset ab imbecillitate & insipientia, neque à carne, neq; à mundo tentari voluit. Quid enim imbecillius, & infirmius, quàm carnis illecebris, & voluptatibus cedere: atq; ob illas Deum verum, omnium deliciarum fontem derelinquere? Non Samsonem, non Herculem, viros strenuos & fortes appelles, quãdo ab infirmis mulieribus victi sunt: quando, vero Deo relicto, illarum amori succubuerunt. Hoc sane optimè intelligens quondam dux ille Abimelech imperium occupans, ac omnia oppida sibi non parentia vastans, cum mulier vna fragmine molæ confringeret cerebrum eius, vocauit cito armigerum suum & ait ad illum: euagina gladium tuum & interfice me, ne forte dicatur quod à fæmina interfectus sim. Et meritó quidem hæc, dux iste dicebat: nam indecorum profectó est, atque indecens, virum christianum, cuius est strenuè agere, ac fortiter se gerere in militia spirituali, à fæmina, hoc est, à vana carnis delectatione superari. Carnis ergo tentatio, infirmorum hominum facile succumbentium est. Quid autem insipiẽtius, quid stultius, aut imprudentius quã homines à mũdi vanitatibus vinci? Quam vanis titulis delectari? cũ parasitis, canibus, auibus, bona sua quam plurima prodigè consumere? Non videtur tibi esse vel viuens Deus? An non vides quanta comedat & bibat quotidie? Existimabat insipiens rex idolum suum cibos sibi paratos singulis diebus, atque appositos, comedere: cum eos Sacerdotes Idoli, ac vxores, filijque eorum, deuorarent. Ita mundus existimat viros nobiles omnia bona sua comedere: cũ reuera non ab illis, sed à suis adulatoribus, à suis parasitis, canibus, atque vanis mulieribus deuorentur: quæ maxima insipientia est. At diaboli tentatio sapientium est. Sic enim olim tentauit argumẽtis, & rationibus primum hominem omni sapientia præditum: cur, inquit, præcepit vobis Deus hoc? Cur præcepit illud, cur cõcessit hoc, cur vetauit illud? Et rursus: nequaquam moriemini: scit enim Deus, quod in quacunque hora comederitis, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij, scientes bonum & malum. Sic tentat hodie Christum (In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi) argumentis, & testi-

Quare Dominus sig nãter à diabolo tẽtari voluit.

Iudi. 9. Figura.

Dan. vlti.

Gene. 3.

Colo. 2.a.

& testimonijs sacræ scripturæ eum persuadere nititur: sic tentat sapientes fideles, vt eos in hæresim labi faciat. Hoc ergo tentationis genere dux sapientissimus probari voluit, ac vincere.

Tentatio diaboli omniū aliarū periculosissima.

¶ Deinde considera, & scito: hoc tentationis genus, omnium esse grauissimum, & periculosissimū. Idcirco illud eligere voluit, vt doceret, quā esset nobis à diabolo cauendum, quantum eius insidiæ timendæ: quantum vigilandum ne in manus eius leoninas incidamus. Quod intelligēs diuus Paulus flendo & deplorando miseriā nostram dicebat: non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Singula verba emphasim habent atq; annotatione digna sunt: quibus, hoc bellum intestinum, quod est inter nos & diabolum, atq; duces & antesignanos eius significat. Non est nobis, inquit, colluctatio aduersus carnem & sanguinem. Ac si diceret: pugnā, quæ cum carne & sanguine nobis est, licet in se considerata, tam molesta tamque grauis sit, vt dicat idem Paulus: infelix ego homo quis me liberabit à corpore mortis huius? Tamen collacta cum ea, qua contra dæmones dimicamus, nulla est: tantæ sunt vires tantæ sunt fraudes dæmonum. Vires ipsorum innuit apostolus dum ait: aduersus principes, aduersus potestates. Quemadmodum enim in bonis angelis alij principes dicūtur, alij potestates sic & in reprobis spiritibus, sunt principes & potestates: aduersus hos, ait, pugnamus, non aduersus quoscunq; dæmones. Rursum: aduersus mundi rectores. Notatio est diaboli, quem Christus vocauit principem mūdi. Ne quis autem mundi appellatione intelligeret cœlum vel terram, adiecit apostolus. Tenebrarum harum. Ac si dicat: contra mundi rectores, id est, aduersus dominos tenebrarum seculi eius. Dominantur enim dæmones hominibus mundo deditis, in horum cogitationibus, & consilijs efficaces sunt, quos tenebras appellari, tum ex alijs scripturarum locis, tum ex cap. 5. eiusdem epistolæ discimus: eratis, inquit, aliquando tenebræ. Cōtra spiritualia, inquit, nequitiæ: phrasis hebraica hæc est: ac si dicat: contra spirituales nequitias. Quibus verbis, tum naturam, tum ingenium dæmonum expressit apostolus: naturam, dum spiritus esse ait, quos nō intuemur: ne quo quo se vertant, videre possumus: ingenium, dum nequitias appellauit seu potius versutias: siquidē nequitia propriè ad libidinem & luxum pertinet, quod hæc vitia hominem perditum, & nihili declarant. Poneria verò, qua voce vsus est apostolus, præter malitiam, etiam versutiam significat, atque hoc significatum hoc loco exprimere voluisse Apostolum inde constat, quód in sequentibus, methodias, posúerit. Post quam dixit quàm vehementes habeamus hostes, arguēs primò ab arte ipsorum & fraude, dein de á potestate & viribus, & postremo à natura, deinde infert de loco. Sunt inquit, proximi nobis, agunt in aere hoc, qui supra nos est. Ibi sedem suam habent, hoc est, quod ait, in cœlestibus. Et talis phrasis, qualis illa: gloria in excelsis Deo. Sermo dilucidior fuisset si dixisset: contra spirituales versutias degentes in cœlestibus. Quod facere potuisset, adiectione vnius articuli ante præpositionem. Ad hunc modum aduertēdū est quod diuus

Paul. ad Ephes. 6. capite.

explicatur locus.

Rom. 7. d

Ioā. 16. c.

Ephe. 5.

Poneria.

Luc. 2.

D. Hiero.

D. Hiero. diuus Hieronimus interpretatur: omnium, inquit, doctorum opinio est, quod aer iste, qui cœlũ & terram medius diuidens inane vocatur, plenus sit cõtrarijs fortitudinibus. Hinc ergo disces, quã periculosum sit hoc bellũ, quod cum diabolo gerim9. Sequamur igitur ducem nostrum, atq; illum imitemur, si victores esse cupimus. Et ea arma quæ enarrat idem Paulus sumamus: quando tam vehementes hostes habemus, propterea, inquit, accipite armaturam Dei vt posꝭitis resistere in die malo, hoc est, in tempore tentationis. Et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lũbos vestros in virtute, & induti lorica iustitiæ, & calceati pedes in præparationem euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo posꝭitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod

Panoplia. est verbum domini. Sic ergo comparati sic probè instructi panoplia siue vniuersitate armorum poterimus stare, ait Paulus, sic vt nõ moueamur loco, impetu hostium. Sicut ergo milites primùm lumbos baltheo tegũt, sic nos spirituales lumbos munire debemus veritate dogmatum & doctrinæ. Deinde lorica iustitiæ euangelicæ siue christianæ vitæ: quod diligenter est aduertendum: nam multis hodie magna causa ruinæ in hæresin, est mala vita. Tertio promptos nos esse vult Paulus, & paratos non solum ad euangelium pacis, & retinendum & tuendum, sed ad propagandũ. Super omnia tamẽ in omni opere portare debem9 scutũ fidei, vt hoc clypeo muniti, ac tecti, posꝭim9 excipere veniẽtes sagittas & huc atq; illuc eas arte bellica declinare. Præterea galeam salutis, id est, spem regni cœlestis sumamus: vt sic facile contemnamus mundi libidines & voluptates. Tandem gladio spiritus, hoc est, verbo Dei vtamur exemplo ducis nostri, qui hoc vsus est hodie aduersus diabolum, non semel vel iterum, sed ad omnem congressum. Et quia satis non est his instructum esse armis, nisi accedat & oratio, ieiunium & vigilia, idcirco & Paulus adiecit: per omnem orationem orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes. Et Christus dominus adiecit ieiunium. Dum ieiunasset, inquit, quadraginta diebus, & quadraginta noctib9.

Vt tentaretur. Vincebat olim Deus sæpius per sanctos patres, dæmones: at nunc, vt expugnatu faciliorem redderet, per se vincit. Hæc sunt sanctitatis habendæ præludia, tentatio, ieiunium, hic informat Christus suos tyrones.

Et cum ieiunaßet quadraginta diebus. Numerus quadragenarius afflictiones plerumq; significat. Vnde Christus, Moyses, & Helias, quadraginta dies ieiunant. Et filij Israelis quadraginta annis in solitudine affliguntur. Hinc est, quod pars illa tẽpli quæ appellabatur sancta, erat quadraginta cubitorum in longitudine ab oriente ad occidentem, & ab ingressu ad sanctuarium. Quo significabatur, per multas calamitates oportere nos ingredi in regnum Dei. Cæterum lege quæ de ieiunio, & abstinentia dicemus cap. 6. in illa verba: cum ieiunatis. &c.

Numerus quadrage nari9 quid significet. Exo. 24. 3 Reg. 19 numer. 14. Deut. 29. Ezech. 41 Acto. 14.

¶ Deinde obserua: perpetuum fuisse miraculum, animam illam Christi semper pane illo cælesti, hoc est, felicitate superna pasci à momento suæ conditionis: corpus verò, famem, sitim q; pati. Interim tamẽ nota quòd non-

Perpetuum fuit miraculum animam christi dei visione

pasci, & corpus famem pati nõnulla vestigia Nobis ostẽdebat: & subtilitatis, & claritatis, & agilitatis, & impassibilitatis vestimentorum, quibus, post ressuscitationem suam induendum erat sanctissimum Corpus eius. Subtilitatis vestigium ostendit, cùm ex vtero virginis clauso egressus est homo: claritatis verò, cum astantibus apostolis tribus in monte transfiguratus est, resplenduitq; facies eius sicut sol: agilitatis autem, cum super marinas aquas deambulauit: impassibilitatis denique, cum hodie ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

Infr.c.17

Ioan. 6.

Inuidia diaboli notanda. ¶ Tandem perpende diaboli inuidiam. Inuidet enim bonis operibus, & inde ansam & tentandi & persequendi sumit. Præterea, suo exẽplo nos ad ieiunandum incitat Christus: vt inedia confecti, carnem aliàs rebellẽ, spiritui subijamus.

Merito diabolus cognominatur tentator. *Et accedens tentator*. Cognomen sanè diabolo maximè conueniens. Nullus enim latro, aut fur in furãdo, subtilior aut astutior reperiri potest in mundo quã tentator iste insignis, in tentãdo. Quis enim eius astutias, insidias, simultates, quis eius artes, & ingeniũ nisi nunnnec cœlesti sit preditus, aut intelligere, aut tupare poterit? eisdẽ enim armis quib illũ tẽtare nitimur, nos ipse tentare ac vincere cõnatur. Ieiunio, & abstinẽtia, Christus dux noster, hostem aggreditur atq; ieiunio & abstinentia conatur diabolus eum superare, ab his, occasionem tentandi sumendo. Similiter pij homines, ieiunijs, vigilijs, precibus ad Deũ fusis, eleemosynis in egenos erogatis, cæterisq; sanctis virtutum actionibus, curant hostem hunc oppugnare: & eisdẽ armis conatur hostis, ab illis victoriam reportare. Hanc tentandi subtilitatem volens exaggerare diuus Paulus dicebat: nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, hoc est, aduersus homines, quos videmus: sic enim facile nos ipsos aut defendere aut victoriam ab illis reportare possemus; sed aduersus spiritualia nequitiæ in cælestibus, idest, aduersus spirituales nequitias, quas non videmus: & quarum astutias minimè intelligimus. Merito diuus Petrus dicebat: sobrij stote & vigilate. Oportet enim vigilare, ac diabolo resistere, si volumus vt fugiat à nobis. Resistite diabolo & fugiet a vobis admonet diuus Iacobus.

Ephe.6.

1.Pe.5.

Iacob.4.

Dic vt lapides isti panes fiant. Famem maximam patiebatur modo Christus dominus & tamen panem accipere cõsilio & ordine diaboli recusauit. Et quanuis lapides essent panes, non eos de manu hui9 inimici sumere vellet. Obserua igitur nolle dominum à diabolo panem suscipere, sed ab angelis Dei. Accesserunt enim angeli, & ministrabãt ei: Ait noster Mathæus. Discamus igitur hinc, ab impijs nihil boni aut mali sperandum. Si enim iustus es, tibi impius nocere non poterit: si iustus es, à Deo solum bona aut mala esse suscipienda intellige. Sanctus ille Habrahamus eo noluit post reportatam ab hostibus victoriam recipere a rege Sodomorum quicquam pro premio. Da mihi animas (inquit rex ille Abrahamo) & cætera tolle tibi: qui respondit ei. Leuo manum meam ad dominum Deum excelsum, possessorẽ cæli & terræ, quod a filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua sunt, ne dicas ego ditaui Abram. Non enim diuites dicendi sunt, qui nonã Deo, sed à diabolo diuitias quærunt. Contra etiam iusti, non solum

A b impijs nihil boni, aut mali sperandum.

Ge.14.d

bona, sed neque mala de manu diabuli accipere existimant, sed de manu Dei. Non enim tanti faciunt eum, vt existiment se ab eo quicquam accipere. Abstulit diabolus à sancto Iob omnem rem familiarem, abstulit omnes eius liberos, abstulit salutem, & tamen ait: dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum. Secundo etiam lib. Reg. sacra narrat historia quod cum Semei malediceret Dauid, dicenti Abisai, quare maledicit canis hic moriturus domino meo regi? Vadam & amputabo caput eius: ait rex. Quid mihi & vobis est filij Saruiæ? Dimitte ei, vt maledicat, dominus enim præcepit ei vt malediceret. Et quis est qui audeat dicere quare sic fecerit? Neque enim magnanimus rex tāti faciebat Semei, vt existimaret ab illo posse lædi, sed à Deo, cuius permissu homo iste scelestus eum conuicijs afficiebat.

Iob.c 1.d

2.Re.16

Si filium Dei est dic vt lapides isti. Quasi dicat, si vera illa vox est qua filius Dei nuncuparis, tantus tu es, cuius & vitæ & salutis habenda sit ratio, quibus, & multis & magnis rebus in Dei honorē prospicies: iube igitur fieri hos lapides panes, cum facile possis. Nam quid non agunt homines vt suæ prouideāt indigentiæ; quam aliunde mederi non possunt. De tuo periculo & vita agitur: ac de tua conscientia. Magnum genus tentationis est cū vita suas patitur angustias.

Dic vt lapides isti panes fiant: Vbi panes non erant docebat diabolus illos è lapidibus educere. Sic etiam vbi feminæ non sunt, de luxuria tentat: vbi pecuniæ non sunt, de auaritia: vbi dignitates non sunt, de ambitione. Si ergo vbi hæc quæ enarrauimus nō sunt, diabolus tentat: quid quæso faciet vbi mulieres, vbi pecuniæ, vbi dignitates, & magistratus abundant?

Dic vt lapides isti panes fiant, &c. Mitte te deorsum, hæc omnia tibi dabo, &c. Non vno, sed multis, varijsq; modis, & Christum & sectatores eius diabolus per tentat. Exēplo tibi erit Ioseph: quem nō vno modo tantum, sed multis, antiquis ille serpens aggressus est. Neque enim solum modo (inquit Rupertus) per fraternam inuidiam cōsurregit, vt eum corporaliter occideret, sicut occisus fuerat Abel: neque solummodo per fœminam circūuenire voluit eum, vt animam eius occideret, sicut circumuenerat Adā, sed per vtrunque, & in vtroque conatus eius frustratus est: quemadmodum hodie in omnibus aduersus Christum tentationibus. Dixerunt namque fratres inuidētes, venite occidamus eum, & factum non est: dixit domina mulier, dormi mecum, & factum non est. Grandis pugna, grande spectaculum. Victus ille serpens, quia verum infligere non potuit, falsum confingit crimen, propter quod & humiliauerunt in compedibus pedes eius, & ferrum pertransiuit animā eius. Sed nonne hæc agendo serpens, super pectus suum gradiebatur, idest, suam intentionem conculcabat, sibimet contrarius. Tali namque via procedebat ad victoriam eloquium domini quod inflammauit eum: & ad hoc perducebatur vt prodessent illi somnia sua, verbo Domini consonantia. Vt scilicet vocata fame super terram consurgeret, & staret manipulus eius, fratrum que manipuli circum stantes, adorarent manipulum eius. Quemadmodum igitur Ioseph, varijs diuersisq; modis a serpente aggressus tandē vidit: ita iustus ac pius omnis, vndique à diabolo tentatus, tandem triūphat. Nam illum non derelinquit do-

Non vno sed multis modis pios diabolus tentat.

Vide Rupertum. 3 de victoria verbi Dei. ca. 8.

Gen. 37. d.

Gen. 39. i.

Psal. 104 b.

Ibidem.

gen. 37. b

eum. Vt de Ioseph docet scriptura sacra.

Verbis mollibus & specimẽ pietatis præ se ferentibus tentare solet iustos diabolus. *Dic vt lapides isti panes fiant &c. Mitte te deorsum &c. Hæc omnia tibi dabo.* Verba Hæc, mollia sanè videntur: scilicet vt ederet iam fame confectus; vt ab omnibus haberetur tanquam filius Dei, vt esset Rex regum, & Dominus dominantium. Sed tamen ipsa sunt iacula. Vnde merito Dauid dicebat: molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Psal. 54. Caueamus igitur à diaboli verbis, habet enim os butyro mollius: corde tamen, bellum aduersus pios, atque viros sanctitate præstantes semper gerit. Sermones profecto eius oleo sunt leniores, cum tamen acutissimi gladij sint atque strictissimi.

Sed in omni verbo &c. Dabar, nomen Hebræum, logos, græcum, verbum, Latinum, scripturæ more, pro qualibet re accipitur, vt diximus. Inquit ergo Christus quacũque velit re potest nos alere Deus: nec eius potentia, pani pro hominibus sustentandis, meaque subuenienda esurie, alligata est: ideo non necesse est in casum miraculum agi. Gratissima quadam allusione, facto Israelitarum in deserto alludit: qui in suæ infidelitatis pænam, mánà sustentati sunt: vt discerent Deo fidere: nec diuinas ligare manus: quum qualibet re posset Deus sustẽtare quũ velet. Nolo (inquit Christus) vt mecũ agatur tam dure, ac cum illis actũ est. Ego totus Deo fido, & inediam quam Deo volente patior, eo prouidente superabo. Ipse enim tempori loco, & indigentiæ, prospiciet. Docet hic locus in magnis laboribus non desperãdum, si semel spiritu Dei eos assumpseris, nullisque exteris artibus parandam vitam, sed Deo fidendũ. Pro hoc facit Sapien. cap. 16.

In magnis laboribus non desperandũ, si semel spiritu dei assumantur.

Tunc assumpsit eum diabolus, & statuit eum super pinnaculum templi. Ideo diabolus voluit Christum in templum ducere, quia eum suis monitis optabat ex pinnaculo precipitare: maior enim est eorum ruina, qui in templo Dei sunt, hoc est, qui sacerdotio sunt aucti, quàm eorum qui non sunt sacris initiati. Grauius enim peccat sacerdos, si in crimẽ aliquod incidit, ob exemplum & muneris obligationem quàm laicus idem scelus admittens. Vnde grauius punietur dicente apud Ezechielem domino: à sanctuario meo incipite. Ezechi. 9 Hoc est, à Sacerdotibus & Leuitis incipite internecionẽ. Quam sententiam protulit alijs verbis diuus Petrus inquiens: tempus est vt incipiat iudicium à domo Dei. 1. Pe. 4.

Grauius peccat sacerdos, quam laicus cæteris paribus

Deinde animaduerte: quod eos, quos diabolus assumit, & statuit super pinnam honoris aut dignitatis, præcipitare contendit: eò enim ascendere facit. Quanto enim magis ac magis ascendunt, tanto maior ab illis ruina expectanda est.

Ruina maior quanto maiore ascensus.

¶ Præterea illud animaduersione dignum esse existimaui: diabolum nõ duxisse Christum ad Sanctuarium, nec ad templi interiora, sed ad exteriora. Mos Satanæ est, ad carnis delitias, honores, fastus, diuitias, homines allicere, & inuitare, non verò ad interiora peccati, & sæculi vanitatem, hoc est, ad conscientiæ remorsũ, fœditatem peccati, & gehennæ timorem quæ interius latent, sicut anguis in herba, sub tegumento delitiarum. Vnde dominus interiora victimæ ei offerri mandabat. Leuiti. 1. Moyses Christi seruus minabat gregem ad interiora deserti. Exod. 3. Mina sensus tuos ad interiora peccati. Angelus Raphael dixit Tobiæ, exentera Piscem, & tolle cor eius, & fel: Tobia. 6.

Quare diabolus nõ induxit Christũ in sanctuarium, sed in pinnam templi.

& repone tibi: sunt enim hæc necessaria ad medicamenta. Sic tu exétera peccata & quicquid mundus habet, vt intuearis eorum amaritudinem. Bona enim hæc sunt, vt visum recipias. Mos ergo diaboli est nos ad exteriora, mos vero Christi nos ad interiora ducere, vt dediti spiritui mentem reuocemus à sensibus, cogitationem à mũdi consuetudine separemus, & centrũ nostrum in nobis ipsis, hoc est, Deũ, intra cor nostrum inquiramus. Vt diuinum lumen infundatur animæ no nostræ, oportet vt ipsa, vt luna ad solẽ sempiternum cõuertatur, & propriè mens sublimis fiat: mens autem propriè sublimis fiet, si diuinam mentem quæsierit centrum sui, sensuum autẽ deceptiones reliquerit. Si Deum quæsierit, pulchritudinẽ ipsam quæret: si Deum inuenerit, ipsam inueniet sapientiam: si Deum habuerit, ipsam secũ habebit sempiternã bonitatẽ. Recurrat ad fontem vitæ, & habebit vitam. Sed oportet relinquere quadammodo corpus, & in atrium interius introduci. Quem admodum olim introductꝰ

Ezec. 53. est vates Ezechiel, qui ait: & introduduxit me in atrium interius. Hæc est vere philosophia, etiam ex mente Platonis, solutio animæ à corpore, & cõuersio quædam ad interiora illa, quæ vera sunt, immortalia, & diuina: vt refert Alcinous in libro de doctrina Platonis. Semper ergo vir christianus debet interiora intueri, ne si retro aspiciat, in statuam salis instar vxoris Loth conuertatur. Vnde Apost. in episto. ad Philip. quæ quidem, inquit, retro sunt obliuiscens, ad ea veró, quæ sunt priora extendens me ipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Non ergo exteriora huius mundi bona, quæ splendida videntur, respiciamus: nam sunt hæc omnia laqueis diaboli plena: ideo enim super pinnaculum iustos diabolus statuit, vt inde præcipitare eos faciat.

Gen. 16.
Luc. 17.
Phili. 3.

Mitte te deorsum. Ex vna, quam in te sentit, virtute, calidissimus insectator, tentãdi ansam arripere solet. Expertus est in Christo, miram in Deo confidentiam, & ideo ait illi: mitte te deorsum quasi dicat: si tãtum apud te valet in Deo confidentia & siquidem filiorum est patri suo fidere, parentũ vero, filiorum curã gerere, mitte igitur te deorsum: vt, an vndiq; te fidas Deo, experimento discamus. Nec tibi malũ aliquod timeas, habes enim Dauidem qui te in psalmis hoc malo liberet. Si quidẽ ipse ait. Angelis suis mãdauit de te, &c. Facies insuper in hoc, rem minime ingratam Deo, si tuo ipsius exemplo hominibus præstiteris, quam sit Deus verax, suis que semper stet pollicitis: & quum te viderint sanum & incolumẽ, addiscant huic magnæ virtuti insudare. Specie fictæ religionis, & diuini cultus, magnos viros decipere solet dæmõ. Tanquã ergo à præsentissimo malo tibi cauẽdum est. diuinam que debes semper implorare opem, qua scias veram erga Deum pietatem, & cultum dignoscere.

Ex vna iustiuirtute tentandi ansam arripit diabolus.

Psal. 90.

Additio.

Statuit illum super pinnaculum templi, et dixit ei, Mitte te deorsum. De gloria inani tentat modo diabolus Christum. De qua tentare solet viros virtute præstãtes. Ab hoc ergo vitio maxime nobis cauendum est. Nolite inquit diuus Paulus fieri inanis gloriæ cupidi. Hoc enim est pinnaculum templi vbi hodie diabolus statuit Iesum dicens: Mitte te deorsum. Sed vide quoniam non est tanti gaudij excelsa tenere: quanti mæroris de excelsis corruere: nec tanta gloria sequitur hominẽ post victoriam, quanta cõfusio post ruinam. O, inquit

De inani gloria tentat diabolo & Christum & suos. Quare fugienda à nobis est hæc inanis gloria Galat. 5.

D. Augu. inquit Augustin. inanem gloriam, seculi huius vanitatem vanitatum: infructuosum laborem, & perpetuum timorem. Sed dicam passionem meam,
D. Hiero. inquit Hiero. passionem penè communem: non de diuitijs aut potentia, vel pulchritudine: hæc enim inter opera carnis nominantur: eleemosyna, longa oratio, pallor ex ieiunio, vestis solito asperior, & similia, si ob laudem fiant, inanis est gloria: & quod dudum timeo dicere: sed dicendum est, martyrium ipsum si ideo fiat, vt admirationi & laudi habeamur à fratribus, frustra sanguis effusus est. Quid tam Dei opus, quàm scripturas diuinas legere, prædicare, ante altare domino ministrare? Sed hæc, nisi diligẽter custodiamus cor nostrum, de cupiditate & desiderio laudis inanisq; gloriæ, oriũtur.
Infra. 6. Nesciat, inquit, sinistra tua, quid faciat dextera. Cõtra verò dicitur de quibus-
Infra. 23. dam: omnia opera sua faciunt vt videantur ab omnibus. O durum calamita-
Chryso. tis genus, & furiosam turbationẽ: quæ tinea demoliri non potest, nec fur violare: ea, inanis vẽtus dispergit. Hæc est enim tinea cœlestis thesauri. Cum enim bene uiuitur illud maxime timẽdum est, ne mens nostra despectis cæteris, de gloria singularitatis eleuetur, ne sub hoste prosternatur: qui, de culpa quam superat, gloriatur. Hoc est enim quod diabolus Christo persuadebat dicens: mitte te deorsum: per inanem gloriam, qui excelsior ipso es hoste per victoriam. Non inquit, sum si-
Luc. 18. cut cæteri hominũ. Quare cum prospexisset diabolus tam arietibus, quàm alijs belli machinis, esse inexpugnabile huius pharisæi præsidium: quod ieiunijs, eleemosynis, alijsq; pietatis actionibus munitus esse videretur: eum inani gloria expugnare contẽdit. Per hanc, multi in alieno certant spectaculo: hominibus tantum quærentes placere. quorum ossa iuxta regem Dauid: Deus dissipauit secus infernũ. Ex hac Psa. 52.
igitur peste, quæ vniuersa bona & destruit & exterminat, oriuntur pestes aliæ non minus nociuæ: hoc est, animi elatio, hypocrisis, pertinacia, discordia, inobedientia, contentio, atq; iactantia. Sic q; rerum versa conditio est vt Boetius ait; vt demum meri- Boetius.
to rationale animal nõ aliter sibi splẽdere, nisi inanis supellectilis possessione videatur: vt in vno herode videre est. De quo diuus Lucas in actis Apo- Acto. 12.
stolorum refert: cum omnis vera animæ nostræ gloria ab intus dimanet: Psal. 44.
vt regius vates affirmat. Et tamen huius mundi gloria quãuis inanis caducaq; sit, vt plurimum, fugientes sequitur, & insequentes fugit.

Mitte te deorsum. Iam hic vides diabolum neminem ad peccandum cogere posse. Consulere potest, suadere potest, instigare potest, mitte te deorsum dicere potest, compellere autem non potest. Quare si teipsum precipitẽ dederis, tua culpa erit. Sicut enim Canis catenis religatus, nisi accedas, tibi nocere minime potest, & si latrare possit, suisq; latratibus terrere: sic canis iste inferorum latrare poterit, hoc est, tentare atq; aures suis latratibus contundere, liberum tamen hominis arbitriũ ad crimen patrandum pertrahere nõ valet. Quare nostrum erit, illi non assentire: ad eum nõ accedere: sed potius ad Deum clamare: domine salua nos perimus. Illud tamẽ aduerte: quod diabolus illos pulsare negligit, quos, quieto iure se possidere sentit. Quos superbia erigit, auaritia tabefacit, ira inflammat, inuidia exulcerat, luxuria necat, sed absorbebit fluuium & non mirabitur vt Iob ait. Quare viri iusti sibi cauere debent.

[Right margin: Diabolus suadere potest cogere tamẽ ad peccandum non potest. Simile. Mat. 8. e. Iob. 40.]

Gen.49. dicéda est præpositio, iuxta, hoc est, iuxta viá maris. Gen. 49. ait Iacob. Neptalim ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis. Hoc impletum est in Christo, qui in terra Zabulon, & Neptalim incepit prædicare: & inde euangelium eius quasi ceruus emissus totã terram velocissime peruolauit. Vnde sequitur. Dans eloquia pulchritudinis, Quid enim pulchrius & iocũdius euangelio Christi?

Iuxta Mare Galilææ, prædicans Euangelium regni. Euangelium, id est, faustũ nuntium: quod nulla tristia nuntiet. Regni, dicit: nec fas est dicere cuius, cũ illud solum dici mereatur regnũ, vbi solum viuere regnare est: cætera tanto nomine non sunt digna. Commentitia enim & vmbrata sunt regna.

Caput. 4. Ad mores.

Tunc ductus est Iesus, vt tentaretur á diabolo. Genes. 22. dicitur. Quæ postquã gesta sunt, tentauit Deus Abrahã, quid est (ait Iob) Homo quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? visitas eum diluculo, & subito probas illum. Licet enim omnibus hominibus timenda tentatio sit, illis tamen maxime, qui ab eo extolluntur, aut illi familiares sunt, Cũ enim Christus præclara suæ laudis audiret á patre encomia, hic (inquit) est filius meus dilectꝰ in quo michi benè complacui: statim in desertum post hæc, ductus est, vt á diabolo tẽtaretur. Similiter diabolus cum gesta præclara sancti Iob audiret á domino, quod illi similis in terra nõ esset: quod esset simplex & rectus: statim á domino impetrata licentia, eũ in varias induxit tentationes. Sic sanctum Habraham postquam dominus tot præclara concesserat, quæ in præcedentibus capitibus enarrantur, grauissima eius animum tentauit & pulsauit tentatione. Vbi tu aduerte: distributas á domino tentationes, secũdum eorum qui tentãtur vires. Quia enim nouerat, neminem nisi Christum victorem euasurum, ex præsentata mũdi monarchia: eum solum voluit illa tentari. Similiter de dignitate Messiæ qua solum Ioannem tentari voluit: quia solum nouerat eam refutaturũ. Sic etiam quia nullum aut rarum inueniret, qui tam constanti animo ex filio holocaustũ faceret, quem admodum sanctus Habraham, ideo eum solum voluit hoc velut ariete pulsare.

Gen. 22. a. | Iob. 8. | Omnibus timẽda est tentatio, & maxime pijs hominibus, et Deo magis familiaribus. | Cap. 3. | Iob. 1. & 2. | Distribuuntur tentationes á Deo secũdum eorũ qui tentãtur vires.

Tunc ductus est Iesus in desertum? &c. Ante quam accessisset tentator, Christus fugit seculum, ieiunat, orat, quia vt diuus Gregorius ait, quodlibet certamen exuperat, qui mentem certamini ante certamẽ parat. Qui hijs armis munitus est, terribilis est dæmonibus vt castrorum acies ordinata.

D. Greg. | Cãt. 6. d.

Ductus est á spiritu. Magna opera & quæ nostum captum videntur excedere, incipienda non sunt: nisi spiritus sancti instinctu. Illi enim sunt filij Dei (vt Paulus ait) qui spiritu Dei aguntur.

Opa quæ captũ nostrum excedunt, instinctu spiritusancti incipienda sunt. | Roma. 8.

Tunc ductus est Iesus á spiritu. Sic christianus qui gratiam baptismatis habet á spiritu sancto regitur. Hij autẽ quos spiritus sanctus regit, & ducit: mundum contemnunt, carnem domãt, dæmoni, scripturis sanctis, tanquam armatura Dei muniti, fortiter resistunt, exemplo Christi, qui post baptismum in desertũ á spiritusancto agitur: vbi carnẽ ieiunijs & inedia domauit, atq; tenebrarum principem deuicit.

Iustꝰ á spiritu sancto regitur.

Vt tentaretur a diabolo. Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem,

Ephe. 6. b nem, vt Paulus ait: sed contra spiritua
Videlicet lia nequitiæ in cælestibus. Non igitur
secordes & somnolenti simus, sed vi-
1. Pe. 5. b gilemus: nam aduersarius noster dia-
bolus, tanquã leo rugiés, circuit quæ-
rens quem deuoret. Accipiamus igi-
tur armaturam Dei, hoc est, ieiunium
orationum, & scripturam: vt illi pos-
simus resistere exemplo Christi.

Ad regnũ cœlorum, nõ peruenitur absq; labore & tẽtatione. *Vt tentaretur à diabolo.* Hinc discamus
nos ad regnũ cœlorum peruenire nõ
posse, absque labore atque tentatione.
Idcirco intelligens apostolus aiebat,
In epist. ad Ephe. Induite vos armatu
Ephe. 6. ram Dei, vt possitis stare aduersus in
sidias diaboli, quia non est nobis collu
ctatio aduersus carnem & sanguinẽ:
Sed aduersus principes, & potestates,
aduersus mundi rectores tenebrarum
1. Pe. 5. harum. Et D. Pe. in sua prima ca. So-
brij estote & vigilate, quia aduersarius
vester diabolus tanquam leo rugiens,
circuit quærens quem deuoret. Sic ve
lim tibi persuadeas, te esse tentationi-
bus oppugnandum, cum primum ad
cœlum aspiraueris, Deoq; seruire con
tenderis. Vnde ait Ecclesiasticus: fili ac
Eccle. 2. cedens ad seruitutem Dei, sta in iusti-
tia & timore, & præpara animam tuã
ad tentationẽ. Christus Deus noster,
caput nostrũ, dux noster, ac exemplar,
statim post baptismũ, vt in hoc loco
vides, ductus est in desertum à spiritu
vt tentaretur á diabolo. Et per multas
tribulationes oportet nos intrare in
Acto. 14. regnum Dei, vt dicebãt Christi Apo
stoli. Nunquam tam durè fuerunt à
Exo. 5. Pharahone filij Israelis oppressi, quã
Figura. cum Aegyptum relinquere conaren-
tur. Eodem modo tunc nos dæmõ for
tius tentat, cum mundi dolos, vanita-
tes, voluptates, & flagitia fugere decer
nimus. Cum Christus eijceret quodã
dæmonium ab homine ab eo possesso,
exijt ab eo exclamans, & multum dis-
cerpens eum: vt euangelica narrat hi- Mar. 9.
storia. Cum homo ille vellet à dæmo
ne separari, tunc ab eo grauius premie
batur. Et licet diabolus nos interdum
non tentet, ne illi vnquam fidamus, ta
men si videamur in trãquillitate vitã
degere. Hoc considerans diuus Hiero. Hieronymus ad Heliodorum
ita ad Heliodorum scribebat: Erras fra-
ter, Erras, si putas vnquam christianũ
persecutionem non pati. Tunc maxi
me oppugnaris, si te oppugnari nes-
cis. Tranquillitas hæc, tempestas est.
Hinc sanctus ille Iob. Militia, inquit
est vita hominis super terram. Et pau Iob. 7.
lus: arma, inquit militiæ nostræ non
carnalia sunt, sed potentia Deo ad de- 2. Co. 10. a.
structionem munitionum. His armis
muniti superamus dæmonum tenta-
tiones, & victoriæ coronam adipisci-
mur. Ita enim d. Iacobus ait: beatus vir Iacob. 1.
qui suffert tentationẽ, quoniam quũ
probatus fuerit, accipiet coronam vi-
tæ. Hæc est corona illa de qua Dauid Psal. 20.
dixerat: posuisti domine super caput
eius coronam de lapide prætioso. Eam 2. Tim. 4.
vocat Pau. coronã vitæ, & Petrus im 1. Pe. 5.
marcescibilem coronam gloriæ. Di-
uus Cyprianus ait: semel vincit; qui Cyprian.
statim patitur, at qui manens semper
in pœnis & tentationibus cõgreditur
cum dolore, nec vincitur, quotidie co
ronatur. Hæc ille. Quoties dæmonis,
aut mundi, aut carnis tentationes vin
cimus, toties à Deo corona victoriæ
exornamur. Et quanto quis iustior est
tantò grauius aliquando tentatur. Vt
fragilis paries facilè ruit, & quacunq;
machina euertitur: sed fortissimus Simlie.
murus, seu arx munitissima fortiter
resistit, & opus est hostibus machinas
bellicas adhibere, & mœnia illa validis
simis tormentis, saxa, tela, globos fe-
rreos, & plumbeos iaculantibus tor-
quere, & fortiter concutere: sic diabo-
lus homines fragiles parumq; in virtu
te

te constantes quacunq; tētatione euertit, ad superandos viros iustitia & charitate munitos, & firmitate ac constātia sectos, varijs vtitur artificijs & fortissimis tentationibus. Quem non tētabit, si Christum verum Deum tentare constituit? Vnde Paul. in epistol. ad Heb. ait: non habemus Pontifem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autē per omnia pro similitudine absq; peccato. Ne existimes eos esse à Deo derelictos qui tentatione exercentur. Pater duos habens filios, alterū virtutis studiosum, viribus corporum robustū, & animi fortitudine præstantem, alterum deprauatum ingenio, deditum delicijs, imbecillum, & parui animi. Primum mittit ad bellum, & periculis exponit vt se laboribus exerceat, alteri indulget, secundas res facilè concedit, domi illum habet delicijs matris suæ delinitium. Sed ad extremum qui fortiter pugnauit, præmium magnum obtinuit, qui veró voluptatib9 ducebatur vacuus remansit. Sic pater noster cœlestis, homines fortes & cōstantes per varios casus interdum, & per acerbas calamitatū angustias ducit, prælijs aduersus animæ inimicos exercet, eosq; per magnos labores in virtute roborat, atq; confirmat: hominibus autem fragilibus ab honestate abhorrētibus, fundamenta naturæ violantibus, res prosperas permittit, & ad volūtatē fluentes. Sed ad extremū qui fortiter pugnauerunt æternam gloriam cōsequūtur, qui vero se illecebris, turpiq; otio dediderunt, & vtilitatem ab honestate separarunt, sunt ignominiosè consumpti, & in æternas pœnas relegati. Vide deliciarum detrimentum, & ærumnarum vtilitatem. Vt frumentum in cellario, nisi pala & ventilabro versetur, & moueatur gurgulione absumitur: & vestis in depositorio, nisi cōcutiatur, & exerceatur, á tinea corroditur, sic homo nisi fuerit tētationibus agitatus, facilè corrūpetur. At ijs reb9 probatus redditur firmior, & fortiter pugnās coronam gloriæ adipiscetur. Non coronabitur, inquit diuus Paul. Nisi qui legitimè certauerit. Et alibi: fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentū, vt possitis sustinere. Sed opus est vt nos diuinis armis muniamus: nā hostes nos varie oppugnant, & fortiter tentant. Conficiunt aduersus nos excelsas turres vanitatis, vt inde nos expugnēt. Et comportant aggeres, adducunt aduersus nos terræ diuitias, vt earum cupiditate, & affluentia fossas impleant, & euangelicam auferāt paupertatem, vt sic nos possint facilè expugnare. Quod designare volens Domin9 ait Ezechieli. Et tu filj hominis sume tibi laterē & describes in eo ciuitatem Hierusalē. Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerē, & dabis contra eam castra, & pones arietē in Gyro. Quo in loco dominus describere vult pugnam spiritualem quam diabol9 aduersus fideles quotidie agit. Ac si diceret: nuntia animæ, esse á dæmone oppugnandam machinis superbiæ, aggeribus auaritiæ, & cæteris flagitijs, esseq; obsessam, & ex omni parte circūdatam. Et quia sæculi milites, in sinistro tantum latere clypeū portant, & nos vndiq; oppugnamur, & oportet tegere vtrunq; latus, ideo scuto diuino indigemus nos vbiq; circūdante. Scutum hoc Christus est, veritas ipsa, de qua ait diuinus Vates, scuto circundabit te veritas eius. Ipse nobis dat arma, quibus à dextris & à sinistris protegamur: de quibus ait apostolus

Margin notes: Hе. 4. — Simile. — Similia. — 2. Thi. 2. — 1. co. 10. — Ezechi. 4 — Psal. 90. — 2. Cor. 6.

1.co.6. lus; Epistola prima ad Corinthios, per arma iustitiæ, à dextris, & à sinistris. Poterat quidem Deus terram promissionis tradere absque armis filijs Israel, sed voluit vt eam armis acquirerent, & gentes immanitate barbaras, & copijs abundantes debellarent, permittens vt semper aliquæ huiusmodi gentes, in terra illa manerent, aduersus quas Hebræi strenuè dimicarent. Eodem modo vult Deus vt diurnis armis pugnantes, vincamus tentationes, & in hoc bello spirituali nos ipsos exercentes, de animæ hostibus, Dæmone, Mundo, & Carne victoriam reportemus. Hæc sunt digna, quæ fama celebrentur, monimentis annalium mandentur, & nūquā vlla obliuione deleātur.

figura.

Vult Deus vt ad eum cōfugiamus cum tentamur. Simile.

¶ Vult etiam Deus, vt ad eum confugiamus: si tentationes vincere cupimus. Quem admodum enim aues vt retia aucupum fugiant, in altum volant; sic nos vt tentationum vincula declinemus, debemus ad Deum confugere, & in sublime nos efferre. Et quemadmodum volatilia quæ descendunt ad grana aucupum capienda, capiuntur, sic qui Dæmonis, Mundi, & carnis suggestionibus acquiescunt, qui istorum hostium persuasionibus Dei timore postposito, consentiunt: in eorum laqueos, atq; vincula incidunt: vbi misere pereunt, atq; occiduntur. Quemadmodum triplex est vita, nempe naturæ, gratiæ, & gloriæ: sic triplex est mors, nimirum naturæ, culpæ & gratiæ. Volem9 igitur animo ad Deū finē & scopū nīum, ne in hostiū laqueos, & vincula conijciamur, exēplo Christi ducis nīi qui in deserto posit9 ante quā tētator accederet, orabat, precabatur, ac manus, mentem, atq; cor, ad cælum tendebat. Studeamus (vt verbis vtar Bernardi) furari aliquando nosmetipsos, & à pessimis cogitationib9 surripere, vel ad horam, si ab huius tētatoris insidijs liberari volumus.

D.Bern.

Non satis est semel vincere tētationem, sed oportet semper strenuè pugnare.

¶ Illud etiam aduertendum: non satis esse semel vincere tentationem, nō satis, inquam, esse semel superare mundum, diabolum, & carnē, sed oportet dum in hac militia vitam agimus, semel atq; iterum ac semper strenuè pugnare. Beatus enim vir (ait diu9 Iacobus in sua canonica. 1.) qui suffert tentationem, quoniam cū probatus fuerit accipiet coronā vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Quare oportet post semel partam victoriā metuere, timere, ac vigilare, & verba illa sancti Iob memoria repetere: militia est vita hominis super terram. Et illa: cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Hoc intelligēs diuus Pau. Timothæum ita alloquebatur: in prima sua epistola, cap. 1. Hoc præceptum commendo tibi fili Timothæe: secundū præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam. In terra promissionis, vt videre est apud Ezechielem, cap. 48. Prius erat Gad, deinde Thamar, deinde aquæ contraditionis, deinde Cades. Gad significat tentationem, Thamar verò palmam, vnde ciuitas illa quondam nomine Thamar, fuit postea Palmira, autore diuo Hieronymo, ob Palmarum multitudinē vocata. Sanctitas verò, cadēs sinterpretatur. Sumus ergo à tentatione deuicta, ad palmam victoriæ venturi: & ex palma ad aquas contradictionis transituri, vsque ad Cadēs: quod significat: vt diximus, sanctitatem. Eodem modo filij Israelis post victoriam de Aegyptijs mira-

Ia.c.1.b.

Iob.7.

Iob.14.

1.Tim.1.

Ezec.48. figura.

Exo.15.d

& testimonijs sacræ scripturæ eum persuadere nititur: sic tentat sapientes fideles, vt eos in hæresim labi faciat. Hoc ergo tentationis genere dux sapientissimus probari voluit, ac vincere.

Tentatio diaboli omniū aliarū periculosissima.

¶ Deinde considera, & scito: hoc tentationis genus, omnium esse grauissimum, & periculosissimū. Idcirco illud eligere voluit, vt doceret, quā esset nobis à diabolo cauendum, quantum eius insidiæ timendæ: quantum vigilandum ne in manus eius leoninas incidamus. Quod intelligēs diuus Paulus flendo & deplorando miseriā nostram dicebat: non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Singula verba emphasim habent atq; annotatione digna sunt: quibus, hoc bellum intestinum, quod est inter nos & diabolum, atq; duces & antesignanos eius significat. Non est nobis, inquit, colluctatio aduersus carnem & sanguinem. Ac si diceret: pugnā, quæ cum carne & sanguine nobis est, licet in se considerata, tam molesta tamque grauis sit, vt dicat idem Paulus: infelix ego homo quis me liberabit à corpore mortis huius? Tamen collacta cum ea, qua contra dæmones dimicamus, nulla est: tantæ sunt vires tantæ sunt fraudes dæmonum. Vires ipsorum innuit apostolus dum ait: aduersus principes, aduersus potestates. Quem admodum enim in bonis angelis alij principes dicūtur, alij potestates sic & in reprobis spiritibus, sunt principes & potestates: aduersus hos, ait, pugnamus, non aduersus quoscunq; dæmones. Rursum: aduersus mundi rectores. Notatio est diaboli, quem Christus vocauit principem mūdi. Ne quis autem mundi appellatione intelligeret cœlum vel terram, adiecit apostolus. Tenebrarum harum. Ac si dicat: contra mundi rectores, id est, aduersus dominos tenebrarum seculi eius. Dominantur enim dæmones hominibus mundo deditis, in horum cogitationibus, & consilijs efficaces sunt, quos tenebras appellari, tum ex alijs scripturarum locis, tum ex cap. 5. eiusdem epistolæ discimus: eratis, inquit, aliquando tenebræ. Cōtra spiritualia, inquit, nequitiæ phrasis hebraica hæc est: ac si dicat: contra spirituales nequitias. Quibus verbis, tum naturam, tum ingenium dæmonum expressit apostolus: naturam, dum spiritus esse ait, quos nō intuemur: ne quo quo se vertant, videre possumus: ingenium, dum nequitias appellauit seu potius versutias: siquidē nequitia propriè ad libidinem & luxum pertinet, quod hæc vitia hominem perditum, & nihili declarant. Poneria verò, qua voce vsus est apostolus, præter malitiam, etiam versutiam significat, atque hoc significatum hoc loco exprimere voluisse Apostolum inde constat, quòd in sequentibus, methodias, posuerit. Post quam dixit quàm vehementes habeamus hostes, arguēs primò ab arte ipsorum & fraude, deinde à potestate & viribus, & postremo à natura, deinde infert de loco. Sunt inquit, proximi nobis, agunt in aere hoc, qui supra nos est. Ibi sedem suam habent, hoc est, quod ait, in cœlestibus. Et talis phrasis, qualis illa: gloria in excelsis Deo. Sermo dilucidior fuisset si dixisset: contra spirituales versutias degentes in cœlestibus. Quod facere potuisset; adiectione vnius articuli ante præpositionem. Ad hunc modum aduertēdū est quod

Paul. ad Ephes. 6. capite.

explicatur locus.

Rom. 7. d.

Ioā. 16. c.

Ephe. 5.

Poneria.

Luc. 2.

D. Hiero.

D. Hiero. diuus Hieronimus interpretatur: omnium, inquit, doctorum opinio est, quod aer iste, qui cœlũ & terram medius diuidens inane vocatur, plenus sit cõtrarijs fortitudinibus. Hinc ergo disces, quã periculosum sit hoc bellũ, quod cum diabolo gerim9. Sequamur igitur ducem nostrum, atq; illum imitemur, si victores esse cupimus. Et ea arma quæ enarrat idem Paulus sumamus: quando tam vehementes hostes habemus, propterea, inquit, accipite armaturam Dei vt possitis resistere in die malo, hoc est, in tempore tentationis. Et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lũbos vestros in virtute, & induti lorica iustitiæ, & calceati pedes in præparationem euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod Panoplia. est verbum domini. Sic ergo comparati sic probè instructi panoplia siue vniuersitate armorum poterimus stare, ait Paulus, sic vt nõ moueamur loco, impetu hostium. Sicut ergo milites primùm lumbos baltheo tegũt, sic nos spirituales lumbos munire debemus veritate dogmatum & doctrinæ. Deinde lorica iustitiæ euangelicæ siue christianæ vitæ: quod diligenter est aduertendum: nam multis hodie magna causa ruinæ in hæresin, est mala vita. Tertio promptos nos esse vult Paulus, & paratos non solum ad euangelium pacis, & retinendum & tuendum, sed ad propagandũ. Super omnia tamẽ in omni opere portare debem9 scutũ fidei, vt hoc clypeo muniti, ac tecti, possim9 excipere veniẽtes sagittas & huc atq; illuc eas arte bellica declinare. Præterea galeam salutis, id est, spem regni cœlestis summamus: vt sic facile contemnamus mundi libidines & voluptates. Tandem gladio spiritus, hoc est, verbo Dei vtamur exemplo ducis nostri, qui hoc vsus est hodie aduersus diabolum, non semel vel iterum, sed ad omnem congressum. Et quia satis non est his instructum esse armis, nisi accedat & oratio, ieiunium & vigilia, idcirco & Paulus adiecit: per omnem orationem orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes. Et Christus dominus adiecit ieiunium. Dum ieiunasset, inquit, quadraginta diebus, & quadraginta noctib9.

Vt tentaretur. Vincebat olim Deus sæpius per sanctos patres, dæmones: at nunc, vt expugnatu faciliorem redderet, per se vincit. Hæc sunt sanctitatis habendæ præludia, tentatio, ieiunium, hic informat Christus suos tyrones.

Et cum ieiunasset quadraginta diebus. Numerus quadragenarius afflictiones plerumq; significat. Vnde Christus, Moyses, & Helias, quadraginta dies ieiunant. Et filij Israelis quadraginta annis in solitudine affliguntur. Hinc est, quod pars illa tẽpli quæ appellabatur sancta, erat quadraginta cubitorum in longitudine ab oriente ad occidentem, & ab ingressu ad sanctuarium. Quo significabatur, per multas calamitates oportere nos ingredi in regnum Dei. Cæterum lege quæ de ieiunio, & abstinentia dicemus cap. 6. in illa verba: cum ieiunatis. &c.

Numerus quadragenari9 quid significet. Exo. 24. 3 Reg. 19 numer. 14. Deut. 29. Ezech. 41 Acto. 14.

¶ Deinde obserua: perpetuum fuisse miraculum, animam illam Christi semper pane illo cælesti, hoc est, felicitate superna pasci à momento suæ conditionis: corpus verò, famem, sitimq; pati. Interim tamẽ nota quòd non-

Perpetuum fuit miraculum animam christi dei visione

pasci, & corpus famem pati nõnulla vestigia Nobis ostẽdebat: & subtilitatis, & claritatis, & agilitatis, & impassibilitatis vestimentorum, quibus, post suscitationem suam induendum erat sanctissimum Corpus eius. Subtilitatis vestigium ostendit, cum ex vtero virginis clauso egressus est homo: claritatis veró, cum astantibus apostolis tribus in monte transfiguratus est, resplenduitq; facies eius sicut sol: agilitatis autem, cum super marinas aquas deambulauit: impassibilitatis denique, cum hodie ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

Infr.c.17

Ioan. 6.

¶ Tandem perpende diaboli inuidiam. Inuidet enim bonis operibus, & inde ansam & tentandi & persequendi sumit. Præterea, suo exẽplo nos ad ieiunandum incitat Christus: vt inedia confecti, carnem aliàs rebellé, spiritui subijamus.

Inuidia diaboli notanda.

Et accedens tentator. Cognomen sanè diabolo maxime conueniens. Nullus enim latro, aut fur in furãdo, subtilior aut astutior reperiri potest in mundo quã tentator iste insignis, in tentãdo. Quis enim eius astutias, insidias, simultates, quis eius artes, & ingeniũ nisi numine cœlesti sit preditus, aut intelligere, aut superare poterit? eisdẽ enim armis quib illũ tẽtare nitimur, nos ipse tentare ac vincere conatur. Ieiunio, & abstinẽtia, Christus dux noster, hostem aggreditur: atq; ieiunio & abstinentia conatur diabolus eum superare, ab his, occasionem tentandi sumendo. Similiter pij homines, ieiunijs, vigilijs, precibus ad Deũ fusis, eleemosynis in egenos erogatis, cæterisq; sanctis virtutum actionibus, curant hostem hunc oppugnare: & eisdẽ armis conatur hostis, ab illis victoriam reportare. Hanc tentandi subtilitatem volens exaggerare diuus Paulus dicebat: nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, hoc est, aduersus homines, quos videmus: sic enim facile nos ipsos aut defendere aut victoriam ab illis reportare possemus; sed aduersus spiritualia nequitiæ in cælestibus, idest, aduersus spirituales nequitias, quas non videmus: & quarum astutias minimé intelligimus. Merito diuus Petrus dicebat: sobrij stote & vigilate. Oportet enim vigilare, ac diabolo resistere, si volumus vt fugiat à nobis. Resistite diabolo & fugiet a vobis admonet diuus Iacobus.

Merito diabolus cognominatur tentator.

Ephe.6.

1.Pe.5.

Iacob.4.

Dic vt lapides isti panes fiant. Famem maximam patiebatur modo Christus dominus & tamen panem accipere cõsilio & ordine diaboli recusauit. Et quamuis lapides essent panes, non eos de manu huius inimici sumere vellet. Obserua igitur nolle dominum à diabolo panem suscipere, sed ab angelis Dei. Accesserunt enim angeli, & ministrabãt ei: Ait noster Mathæus. Discamus igitur hinc, ab impijs nihil boni aut mali sperandum. Si enim iustus es, tibi impius nocere non poterit: si iustus es, à Deo solum bona aut mala esse suscipienda intellige. Sanctus ille Habrahamus eo noluit post reportatam ab hostibus victoriam recipere a rege Sodomorum quicquam pro premio. Da mihi animas (inquit rex ille Abrahamo) & cætera tolle tibi: qui respondit ei. Leuo manum meam ad dominum Deum excelsum, possessorẽ cæli & terræ, quod a filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua sunt, ne dicas ego ditaui Abram. Non enim diuites dicendi sunt, qui non á Deo, sed à diabolo diuitias quærunt. Contra etiam iusti, non solum

A bimpijs nihil boni, aut mali sperandum.

Ge.14.d

bona, sed neque mala de manu diabuli accipere existimant, sed de manu Dei. Non enim tanti faciunt eum, vt existiment se ab eo quicquam accipere. Abstulit diabolus à sancto Iob omnem rem familiarem, abstulit omnes eius liberos, abstulit salutem, & tamen ait:
Iob.c 1.d dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum. Secundo
2.Re.16 etiam lib. Reg. sacra narrat historia quod cum Semei malediceret Dauid, dicenti Abisai, quare maledicit canis hic moriturus domino meo regi? Vadam & amputabo caput eius: ait rex. Quid mihi & vobis est filij Saruiæ? Dimitte ei, vt maledicat, dominus enim præcepit ei vt malediceret. Et quis est qui audeat dicere quare sic fecerit? Neque enim magnanimus rex tāti faciebat Semei, vt existimaret ab illo posse lædi, sed à Deo, cuius permissu homo iste scelestus eum conuicijs afficiebat.

Si filium Dei est dic vt lapides isti. Quasi dicat, si vera illa vox est qua filius Dei nuncuparis, tantus tu es, cuius & vitæ & salutis habenda sit ratio, quibus, & multis & magnis rebus in Dei honoré prospicies: iube igitur fieri hos lapides panes, cum facile possis. Nam quid non agunt homines vt suæ prouideāt indigentiæ; quam aliunde mederi non possunt. De tuo periculo & vita agitur: ac de tua conscientia. Magnum genus tentationis est cū vita suas patitur angustias.

Dic vt lapides isti panes fiant: Vbi panes non erant docebat diabolus illos è lapidibus educere. Sic etiam vbi feminæ non sunt, de luxuria tentat: vbi pecuniæ non sunt, de auaritia: vbi dignitates non sunt, de ambitione. Si ergo vbi hæc quæ enarrauimus nō sunt, diabolus tentat: quid quæso faciet vbi mulieres, vbi pecuniæ, vbi dignitates, & magistratus abundant?

Dic vt lapides isti panes fiant, &c. Mitte te deorsum, hæc omnia tibi dabo, &c. Non vno, sed multis, varijs q; modis, & Christum & sectatores eius diabolus pertentat. Exēplo tibi erit Ioseph: quem nō vno modo tantum, sed multis, antiquis ille serpens aggressus est. Neque enim solum modo (inquit Rupertus) per fraternam inuidiam cōsurregit, vt eum corporaliter occideret, sicut occisus fuerat Abel: neque solummodo per fæminam circūuenire voluit eum, vt animam eius occideret, sicut circumuenerat Adā, sed per vtrunque, & in vtroque conatus eius frustratus est: quem admodum hodie in omnibus aduersus Christum tentationibus. Dixerunt namque fratres inuidētes, venite occidamus eum, & factum non est: dixit domina mulier, dormi mecum, & factum non est. Grandis pugna, grande spectaculum. Victus ille serpens, quia verum infligere non potuit, falsum confingit crimen, propter quod & humiliauerunt in compedibus pedes eius, & ferrum pertransiuit animā eius. Sed nonne hæc agendo serpens, super pectus suum gradiebatur, idest, suam intentionem conculcabat, sibimet contrarius. Tali namque via procedebat ad victoriam eloquium domini quod inflammauit eum: & ad hoc perducebatur vt prodessent illi somnia sua, verbo Domini consonantia. Vt scilicet vocata fame super terram consurgeret, & staret manipulus eius, fratrum que manipuli circum stantes, adorarent manipulum eius. Quemadmodum igitur Ioseph, varijs diuersisq; modis a serpente aggressus tandē vidit: ita justus ac pius omnis, vndique à diabolo tentatus, tandem triūphat. Nam illum non derelinquit do-

Non vno sed multis modis pios diabolus tentat.

Vide Rupertum. 3 de victoria verbi Dei. ca. 8.

Gen. 37. d.

Gen. 39. i.

Psal. 104 b.

Ibidem.

gen. 37. b

eum. Vt de Ioseph docet scriptura sacra.

Verbis mollibus & specimē pietatis præ se ferentibus tentare solet iustos diabolus. *Dic vt lapides isti panes fiant &c. Mitte te deorsum &c. Hæc omnia tibi dabo.* Verba Hæc, mollia sanè videntur: scilicet vt ederet iam fame confectus; vt ab omnibus haberetur tanquam filius Dei, vt esset Rex regum, & Dominus dominantium. Sed tamen ipsa sunt iacula. Vnde merito Dauid dicebat: molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Caueamus igitur à diaboli verbis, habet enim os butyro mollius: corde tamen, bellum aduersus pios, atque viros sanctitate præstantes semper gerit. Sermones profectò eius oleo sunt leniores, cum tamen acutissimi gladij sint atque strictissimi. Psal. 54.

Sed in omni verbo &c. Dabar, nomen Hebræum, logos, græcum, verbum, Latinum, scripturæ more, pro qualibet re accipitur, vt diximus. Inquit ergo Christus quacunque velit re potest nos alere Deus: nec eius potentia, pani pro hominibus sustentandis, meaque subuenienda esuriei, alligata est: ideo non necesse est in casum miraculum agi. Gratissima quadam allusione, facto Israelitarum in deserto alludit: qui in suæ infidelitatis pænam, mānà sustentati sunt: vt discerent Deo fidere: nec diuinas ligare manus: quum qualibet re posset Deus sustētare quū velet. Nolo (inquit Christus) vt mecū agatur tam durè, ac cum illis actū est. Ego totus Deo fido, & inediam quam Deo volente patior, eo prouidente superabo. Ipse enim tempori loco, & indigentiæ, prospiciet. Docet hic locus in magnis laboribus non desperādum, si semel spiritu Dei eos assumpseris, nullisque exteris artibus parandam vitam, sed Deo fidendū. Pro hoc facit Sapien. cap. 16.

In magnis laboribus non desperandū, si semel spiritu dei assumantur.

Tunc assumpsit eum diabolus, & statuit eum super pinnaculum templi. Ideo diabolus voluit Christum in templum ducere, quia eum suis monitis optabat ex pinnaculo precipitare: maior enim est eorum ruina, qui in templo Dei sunt, hoc est, qui sacerdotio sunt aucti, quàm eorum qui non sunt sacris initiati. Grauius enim peccat sacerdos, si in crimē aliquod incidit, ob exemplum & muneris obligationem quàm laicus idem scelus admittens. Vnde grauius punietur dicente apud Ezechielem domino: à sanctuario meo incipite. Hoc est, à Sacerdotibus & Leuitis incipite internecionē. Quam sententiam protulit alijs verbis diuus Petrus inquiens: tempus est vt incipiat iudicium à domo Dei. 1. Pe. 4.

Grauius peccat sacerdos, quam laicus cæteris paribus. Ezechi. 9

Deinde animaduerte: quod eos, quos diabolus assumit, & statuit super pinnam honoris aut dignitatis, præcipitare contendit: eò enim ascendere facit. Quanto enim magis ac magis ascendunt, tantò maior ab illis ruina expectanda est.

Ruina maior quanto maiore ascensus.

¶ Præterea illud animaduersione dignum esse existimaui: diabolum nō duxisse Christum ad Sanctuarium, nec ad templi interiora, sed ad exteriora. Mos Satanæ est, ad carnis delitias, honores, fastus, diuitias, homines allicere, & inuitare, non verò ad interiora peccati, & sæculi vanitatem, hoc est, ad conscientiæ remorsū, fœditatem peccati, & gehennæ timorem quæ interius latent, sicut anguis in herba, sub tegumento delitiatiarum. Vnde dominus interiora victimæ ei offerri mandabat. Moyses Christi seruus minabat gregem ad interiora deserti. Mina sensus tuos ad interiora peccati. Angelus Raphael dixit Tobiæ, exentera Piscem, & tolle cor eius, & fel: & re-

Quare diabolus nō induxit Christū, in sanctuarium, sed in pinnam templi.

Leuiti. 1. Exod. 3. Tobia. 6.

D. Augu. inquit Augustin. inanem gloriam, seculi huius vanitatem vanitatum: infructuosum laborem, & perpetuum timorem. Sed dicam passionem meam, D. Hiero. inquit Hiero. passionem penè communem: non de diuitijs aut potentia, vel pulchritudine: hæc enim inter opera carnis nominantur: eleemosyna, longa oratio, pallor ex ieiunio, vestis solito asperior, & similia, si ob laudem fiant, inanis est gloria: & quod dudum timeo dicere: sed dicendum est, martyrium ipsum si ideo fiat, vt admirationi & laudi habeamur à fratribus, frustra sanguis effusus est. Quid tam Dei opus, quàm scripturas diuinas legere, prædicare, ante altare domino ministrare? Sed hæc, nisi diligēter custodiamus cor nostrum, de cupiditate & desiderio laudis inanisq; gloriæ, oriūtur. Infra. 6. Nesciat, inquit, sinistra tua, quid faciat dextera. Cōtra verò dicitur de quibusdam: Infra. 23. omnia opera sua faciunt vt videantur ab omnibus. Chryso. O durum calamitatis genus, & furiosam turbationē: quæ tinea demoliri non potest, nec fur violare: ea, inanis vētus dispergit. Hæc est enim tinea cœlestis thesauri. Cum enim bene uiuitur illud maxime timēdum est, ne mens nostra despectis cæteris, de gloria singularitatis eleuetur, ne sub hoste prosternatur: qui, de culpa quam superat, gloriatur. Hoc est enim quod diabolus Christo persuadebat dicens: mitte te deorsum: per inanem gloriam, qui excelsior ipso es hoste per victoriam. Luc. 18. Non inquit, sum sicut cæteri hominū. Quare cum prospexisset diabolus tam arietibus, quàm alijs belli machinis, esse inexpugnabile huius pharisæi præsidium: quod ieiunijs, eleemosynis, alijsq; pietatis actionibus munitus esse videretur: eum inani gloria expugnare contēdit. Per hanc, multi in alieno certant spectaculo: hominibus tantum quærentes placere. quorum ossa iuxta regem Dauid: Deus dissipauit sicut inferiū. Psa. 52. Ex hac igitur peste, quæ vniuersa bona & destruit & exterminat, oriuntur pestes aliæ non minus nociuæ: hoc est, animi elatio, hypocrisis, pertinacia, discordia, inobediencia, contentio, atq; iactantia. Sicq; rerum versa conditio est vt Boetius ait: vt demum merito rationale animal nō aliter sibi splēdere, nisi inanis supellectilis possessione videatur: vt in vno herode videre est. Boetius. De quo diuus Lucas in actis Apostolorum refert: Acto. 12. cum omnis vera animæ nostræ gloria ab intus dimanet: Psal. 44. vt regius vates affirmat. Et tamen huius mundi gloria quāuis inanis caducaq; sit, vt plurimum, fugientes sequitur, & insequentes fugit.

Mitte te deorsum. Iam hic vides diabolum neminem ad peccandum cogere posse. Diabolus suadere potest cogere tamē ad peccandum non potest. Consulere potest, suadere potest, instigare potest, mitte te deorsum dicere potest, compellere autem non potest. Quare si teipsum precipitē dederis, tua culpa erit. Simile. Sicut enim Canis catenis religatus, nisi accedas, tibi nocere minime potest, & si latrare possit, suisq; latratibus terrere: sic canis iste inferorum latrare poterit, hoc est, tentare atq; aures suis latratibus contundere, liberum tamen hominis arbitriū ad crimen patrandum pertrahere nō valet. Quare nostrum erit, illi non assentire: ad eum nō accedere: sed potius ad Deum clamare: domine salua nos perimus. Mat. 8. e. Illud tamē aduerte: quod diabolus illos pulsare negligit, quos, quieto iure se possidere sentit. Quos superbia erigit, auaritia tabefacit, ira inflammat, inuidia exulcerat, luxuria necat, sed absorbebit fluuium & non mirabitur vt Iob ait. Iob. 40. Quare viri iusti sibi cauere debent.

Deinde cōsidera qua arte volebat etiā
hac tentatione tentator iste probare
an esset verus Dei filius, Christus. Idē
enim modo facit, quod olim cum pri
mis parentibus fecerat. Quemadmo-
dum enim tunc de deo, dicebat: scito o-
ptime Deus, quod si comederitis, ape-
Gen. 3. rientur oculi vestri, propterea mini-
me vult vt manducetis, ne sitis sicut
ille scientes bonum & malum: sic mo-
do: frustra, inquit, te pater de cœlo fili-
um dilectum vocauit. aut si verum est
ostende nobis modo exemplum tātæ
virtutis, mitte te deorsum, agnoscent
enim angeli dominatorem cœli & ter
ræ. Et in manibus tollent te. Sed fal-
lax iste tētator omnino fallebatur, nā
Christi potentia, & infinita virtus in
saluando & erigendo lapsos ostenden-
da erat, non in eo quod ab angelis tolle
retur ille, qui portat omnia verbo vir
He. 1. tutis suæ. vt diuus Paulus affirmat in
epistola ad Hebræos, cap. primo.

*Angelis suis mandauit de te vt custodi-
ant te &c.* In libro iuditium cap. 14. sa-
cra referunt eloquia Sansonem occi-
Iud. 14. Figura. disse leonem: & deinde in ore eius in-
uenisse fauum mellis. Hoc idē impre-
sentiarum videbis, & experieris. Dia-
bolus enim hostis, perpetuusq; aduer-
sarius leo immanissimus, est interfe-
ctus à Deo, & in tartara precipitatus:
scriptura veró sacra fauo mellis est dul-
Psal. 118 n. cior. Dicente regio vate quàm dulcia
faucibus meis eloquia tua super mel o-
Psal. 18. c ri meo. Et rursum: dulciora super mel
& fauum. In ore ergo huius crudelissi-
mi ac ferocissimi leonis fauum hunc
inuenies. Audi quid ait: āgelis suis de-
Psal. 90. us mandauit de te, vt custodiant te in
omnibus vijs tuis. Lege totum psal-
mum & intelliges iustorum felicitatē,
custodiam angelorum, & refugium cæ-
Hie. 1. leste. Omnes, inquit Paulus sunt admi-
nistratorij spiritus in ministeriū mis- Custodia Angelorū ostenditur.
si, propter eos qui hereditatem capiūt
salutis. Isti enim sunt spūs administra
tores, qui ascendunt & descendunt su
per filium hominis. Hi sunt qui pro-
tegunt iustos, illisq; seruiunt. Ad Esa-
iam, enim, ad eius labia purganda, vo- Esai. 6.
lauit vnus de Seraphim, & in manu e-
ius calculus, idest, carbunculus, qui ob
coloris flammei similitudinem igne-
us appellatur: & tetigit labia eius dicēs
ecce tetigi labia tua, & auferetur ini-
quitas tua à te. Longum sanè erit mi-
nisterium angelorum recensere. His Multiplex ministeriū angeloaum.
enim mandat Deus vt purgent labia
prædicantium vt in Esaia vidisti. Vt
orationes iustorū perferant in cœlo. Tobi. 12
Perferebant enim & Tobiæ & Corne Acto. 10.
lij preces. Vt occasiones & impedimē
ta peccandi auferant: mittam, inquit Exo. 23.
dominus, angelum meum qui eijci-
et iebusæum ante faciem tuam. Vt tē
tationes mitigent vertentes fornacem
succensam in ventum roris: vt de tri- Danie. 3.
bus pueris in fornacē missis legimus.
Vt contra hostes inuisibiles adiuuēt,
quem admodum iuuarunt Elisæo di- 4. Reg. 4
centi: plures sunt nobiscū. Et Macha- 2. Mac. 5
bæis atq; regi Ezechiæ. Vt vias nostras Esai 37.
dirigant: quem admodum direxerunt, Tobi. 12. Exod. 13
& vias Tobiæ, & filiorum Israel post gene. 18. &. 19.
exitum da Aegypto. Vt mysteria & se
creta Dei reuelent: quod fecerunt tres
illi angeli ad subuersionem Sodomæ
missi. Vt ligatos soluant: quod videre Act. 5. & 12.
est in actis apostolorum. Vt esurien-
tes reficiant. Quem admodū quondā
Eliam & Danielem refecerunt. Deni 3. Reg. 19
que angelis Deus mandauit vt custo- Dan. 15.
diant nos in omnibus vijs nostris: &
in manibus portent nos, ne forte offē
damus ad lapidem pedem nostrum.
Sunt enim quasi aduocati, sunt quasi
tutores nostri: semper clamantes salua
[illegible] animam

gen.19. animam tuam, & noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac. Neque mirandũ est quod angeli nr̃i ministri sint, neq; quod de nostra salute tã solliciti sint, quando vnigenitus qui est in sinu patris, quando splendor ille gloriæ, qui portat omnia verbo virtutis suæ, quando ille, cui dictum est à Deo patre, sede à dextris meis: stetit in medio nostrum, tanquam qui ministrat. Nobis itaque laborãt, propter nos discurrunt, ascendunt, descendunt que: propter nos scalam illam Iacob frequẽter terunt. Felices ergo ac beatos fideles, tot, tantos, tanque insignes & illustres ministros habentes. Qui, & si ad Dei munera obeunda & exercẽda mittantur, semper tamen vident faciem patris. Nec enim sic à diuina visione foras exeunt, ait Gregorius, vt internæ contemplationis gaudijs priuentur. Quoniam si conditoris aspectum exeuntes amitterent, nec iacentes erigere, nec ignorantibus vera nuntiare potuissent, fontemq; lucis quem egredientes ipsi perderent, cæcis nullatenus propinarent. Quid autem angeli de ijs, quæ scienda sunt nesciunt, qui scientem omnia sciunt? Omnes tamẽ sunt administratorij spiritus propter salutem electorum: quoniam talis est diuinæ procurationis ordo, vt infima per media, ad suprema reducantur. Si ergo iustus est quis nostrum, spem suã erigat, diabolum non timeat, nam angelis cælestibus cura commissa est à Deo, vt custodiant illum, quocunque perrexerit.

Ioa.1. Ad He.1 Ps.109. Luc.22. gene. Infra.8. D.grego

Deute.6. 1.Re.17 *Rursum scriptum est: non tentaberis Dominum Deum tuum.* Eodem gladio iugulauit Dauid noster, hunc iniquum ac scelestrum Goliath. Hic est gladius ille, quo & diabolũ & omnes iniquos interficit dominus. Sic enim ait D. Ioannes in Apo. Et vidi cœlum apertũ & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis & verax: & cum justicia iudicat & pugnat. Oculi autem eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine, & de ore eius procedit gladius ex vtraque parte acutus, vt in ipso percutiat gentes. Quibus verbis depingit diuus Ioannes nostri ducis apparatũ & ornatum, quo ingressus est ad pugnandum cum mundi principe, atque eius militibus. Ascendit ergo Dei verbum super equum album, hoc est, super humanam naturam innocẽtia plenam, eamque vt volebat, agebat. Venitque in mundum ad iuste pugnandum, piosque suos incendendos, cui non mirum vt essent diademata multa, cum esset rex regum & dominus dominantium, & cui pater dedit nomen quod est super omne nomen, hoc est, Dei ineffabile nomen tetragrammaton: hoc enim nomine illum donauit Deus, cuius vim & energiam nemo planè nouit nisi solus deus. Hic passionis suplico cruentã habuit humanitatem: quæ dietatis fulgorem mortaliũ oculis nequaquam aspectabilem, vti vestis corpus tegebat. Hic vocatur etiã verbũ Dei, idest, vnigenitus, per quẽ mundo pater innotuit, vt per verbũ externum, animi conceptio. Et de ore eius procedebat gladius ex vtraq; parte acutus. Verbum enim Dei penetrabilius est, omni gladio ancipiti. Hoc gladio spiritus percutit hodie mundi principem dicens: non tentabis Dominum Deum tuum: & rursus: dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Hoc gladio percussit gentes inmanitate barbaras, & eas deuicit, atq; ad fidem traxit de hoc gladio intelli

Eodẽ gladio scripturæ Christus interfecit goliath, hoc est, diabolum. Apo.19. Exponitur locus Ioannis. Apo.19. c.Ph.2.b Heb.4.c. Psal.44.

Psal.44. gens, dicebat illi Rex Dauid: accingere gladio tuo super fæmur tuum, &c. ¶ Præterea nota in hoc loco: quod nó est nobis experiendum, præstet ne Deus, quæ pollicitus est. Ea enim tentamus, quorum non vndiq; certam fidem habemus. Quæréda sunt ergo humana consilia, Deo innixa: adhibédæ nostre vires, naturæ sequendus ordo, prudentia habenda in confidendo, habeas licet ipsum deum promittenté.

Non est nobis experiendú præster ne Deus quæ pollicitus est.

Iaco.2.d. Nam licet fides sine operibus mortua sit, sed confidentia nulla habita tuorú operum ratione, mortalissima: hominemq; in maxima vitia præcipitem dat. Promiserat Deus regnú Dauidi, 1.Reg. 21.&27. sed non se ingessit in manu Saulis inimici: cum sese casus obtigit. Deo igitur fidendum est, sed non quærendus casus.

¶ *Ostendit ei omnia regna mundi.* Diaboli munus est, huius mundi regna, diuitias, & gloriá magnoperè exaggerare vt in hoc loco vides. Lege in Apo. Ap.c.17. cap.17. Vbi ostenditur Babylon illa magna, circúdata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide præcioso, & margaritis: habens poculum aureú in manu sua. E contrario Dei officiú est, hæc omnia tanquam vana & inutilia extenuare. Lege cap.1. Ecclesia. Vanitas, inquit, vanitatum: & omnia vanitas. Diaboli etiá est, hominibus huius mundi regnum ostendere, Dei autem est, suis, non huius múdi, sed regnum Dei demonstrare. Iustum deduxit dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. De quo Psalmista ait. Gloriam regni tui dicent: & potentiam tuam loquentur: vt notam faciant filijs hominum potétiam tuam, & gloriam, &c. Regnum tuum regnú omnium seculorum. Regnum autem mundi vanum est: hodie est rex, & cras morietur. Ideo Psalmista inquit: nolite confidere in Principibus, in quibus non est salus: exiuit spiritus eius, & reuertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Eccle.1.a Sapi.10.a Psa.144.a Ecc.10.b Ps.145.a

Ideo Christus dicebat. Regnum meú non est de hoc mundo. Ideo etiam fugit cum voluerunt eum regem constituere. Ioa.18.g Ioa.6.b.

Hæc omnia tibi dabo si cadens in terram adoraueris me. Vel hinc colliges quá recte quidam dixerit, honoris appetitio sua est à Deo auersio, in Deú que blasphemia. Ab hac diabolus incepit, ad eamque vsque adhuc inardescit & anhelat. Cætera quæuis vitia vicissitudinibus patent, at superbiæ vicium si semel imbiberis, difficile excuties. Nec enim tempori aut ætati cedet. Babylonicos illos turrim ædifficantes, superbissimos suo tempore homines, vsq; adeo huic vicio deditos inuenit Deus, vt diceret scriptura: cæperunt hoc facere, ne desistent à cogitationibus, donec opere compleant. gen.11.a

Superbia detestáda

Si cadens in teram adoraueris me. Merito ergo Psalmista ait: superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Antea diabolus dicebat. Ascendam super altitudinem nubium, & ero similis altissimo: modò, inquit, cade in terram & adora me. Prius voluit à creatura adorari, modo ingentiori superbia elatus, vult coli & adorari à creatore. Psa.73.d Esai.14.e

Accesserunt Angeli & ministrabant ei. Sic etiam post partam à iusto victoriá accedút angeli vt ministrét illi. Hinc est quod Lucas ait cap.16. Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Habrahæ. Hinc etiam disce angelos non solum esse ministros, missos a Deo ob salute animorum, sed etiam propter saluté corporú. Sút enim orbis cælestis motores, motu cuius, omnia huius mundi temporalia bona proueniunt.

Post partá á iusto victoriá, accedunt angeli vt ministrét illi. Lu.16.a

Ambulans

Ambulans Iesus iuxta mare Galileæ, vidit duos fratres, Simonem qui vocabatur Petrus, & Andream fratrem eius. &c.

¶ Obserua hic non sine Dei magno consilio factum fuisse, vt per quos conuertendus esset mundus, primi à Christo electi essent homines rudes, & humiles: vt verè constaret regnum esse Dei, non mundi: vt soli Deo daretur gloria, non hominibus. Videte (inquit Paulus) vocationē vestrā fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, nō multi nobiles, sed stulta mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus vt confundat fortia & ignobilia mundi elegit Deus, & ea quæ non sunt tanquam quæ sunt, vt ea quæ sunt euacuarētur. Quid his verbis (inquit Augustinus) voluit Paulus dicere? Quid voluit ostendere? descendit dominus Iesus in spiritu, reparare genus humanum: & ne quelibet persona gloriaretur in carne, infirmos elegit: nam inde non est electus Nathanael ille etiam. Quid enim tibi videtur vt Publicanum in telonæo sedentem eligeret, & nō Nathanael: cui ipse dominus perhibuit testimonium dicens: ecce verus Israelita in quo dolus nō est? intelligitur ergo Nathanael esse doctus in lege: non quia doctos non erat electurus, sed si ipsos primo elegisset, doctrinæ suæ merito se electos putarent, & ita illorum scientia laudaretur: & laus Christi gratiæ minueretur. Perhibuit testimonium tāquam bono fideli in quo dolus non erat, sed tamen cum non assumpsit inter hos discipulos, quos primùm idiotas elegit. Sed vnde intelligimus quod ille peritus erat legis? quando audiuit ab vno ex istis, qui secuti sunt dominum: inuenimus Messiam, quod interpretatur Christus: quæsiuit vnde, & dictum est, à Nazareth. Et ille, à Nazareth potest aliquid boni esse? Hinc æstimatur doctus ille in lege fuisse. Quare nō est electus inter discipulos, ab illo, qui stulta mundi prius elegit. Elegit ergo dominus postea & oratores, sed illi superbirent si non prius elegerit piscatores. Elegit diuites, sed dicerent merito diuitiarum suarum se electos esse, nisi primo elegisset pauperes. Elegit imperatores postea, sed melius est, vt Romam cum venerit Imperator, deposito diademate ploret ad memoriam piscatoris, quàm vt piscator ploret ad memoriā imperatoris. Infirma enim mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi elegit, & ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt, vt ea quæ sunt euacuarentur. Et quid sequitur? conclusit Apostolus, vt non glorietur coram Deo omnis caro. Videte quemadmodum nobis abstulit gloriā, vt daret gloriā. Abstulit nostram, vt daret suam. Abstulit inanem, vt daret plenam. Abstulit nutantem vt daret solidam. Tanto ergo gloria nostra fortior & firmior, quia in Deo est. Merito igitur aiebat regius vates. date gloriam laudi eius. Lege Augustinum in hunc locū psalmi.

¶ Huius rei typum & figuram (vt idem Augustinus docet) asina Balaam gerebat: cuius lingua, voluit Deus coercere Vesaniam Prophetæ. Præfigurans fortasse, quia stulta mundi electurus esset Deus, vt confunderet sapientes. Pro illo spirituali, & vero Israel, hoc est, promissionis filio.

¶ Exodi octauo enarrat scriptura sacra, quod muscis pugnauit Deus aduersus Pharaonem, & aduersus omnes seruos eius. Et in libro Iob, cap. 40 ait dominus, Numquid illudes ei, quasi aui: aut alligabis eum ancillis tuis? bene

Marginalia: 1. Cor. 1. — D. Augu. — Ioan. 1. f. — Augu. in Psal. 65. — Figura. Aug. quæsti. super nu. q. 50. — Exo. 8. Figura. — Iob. 40.

bené profecto Leuiathan non seruis, Sed ancillis ligare se dominus adserit, quia ad redemptionem nostram, & suos contra mundi superbiam prædicatores mittens: relictis sapientibus insipientes: relictis fortibus debiles: relictis diuitibus pauperes elegit. De

Pro.9. his ancillis etiam Salomō ait Prouerbiorum. 9. sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, miscuit vinum, & posuit mensam suam, misit ancillas suas vt vocarent ad arcem. Si quis est paruulus veniat ad me. Sapientia enim diuina ecclesiam ædificauit: & multis doctoribus sanctis eā decorauit. (Sūt enim docto res sancti ecclesiæ catholicę colūnæ firmissimæ) misit Apostolos suos, homines pauperes, & nullius momenti, vt prædicatione inuitarent nos ad

Num.22. Figura. fidem. Num. etiā. 22. legimus, docuisse asinam, Balaam. Iud. etiam. 15. Sam

Iud.15. figura. son mādibula quadam maximam cædem & stragem fecit. De familia Iob

Iob.1. scriptum est: ac familia multa nimis.

D.grego. Vbi diuus Gregorius hoc pacto scribit: Quid est quod prius animalium multitudo describitur, ac familia in extremo memoratur, nisi quod ad cognitionem fidei prius stulta mundi collecta sunt, vt postea astuta etiam vocarentur? Paulo attestante, qui

1.cori.1. ait: non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mūdi, elegit Deus, vt confundat sapientes. Ipsa namque sanctæ ecclesiæ principia, literarum perhibentur ignara, vt videlicet cunctis in prædicatoribus suis redemptor ostenderet: quod ad vitam credentes populos non sermo, sed causa suaderet. Deus enim

Esa.42.b. gloriam suam alteri dare non vult.

Iudic.7. Hinc fit quod. Iudi. cap. 7. per paucissimos milites inumeram inimicorū multitudinē vincere voluit. ¶ Præterea homines idiotas & nō multum sapientes elegit Deus, qualis fuit Petrus, & qualis fuit Andreas, vt ostēderet: quod si humana sapientia domina esse vellet, & non ancilla, & pedissequa, maximo esse impedimento ad veram sapientiam comparandam. Curaturus ergo est humanarum disciplinarum studiosus, ne ancillarum amatorijs delectatus, dominam, hoc est veram sapientiam negligat. ¶ Quin etiam curaturus, vt si Agar ægyptia. Abrahami cōplexibus insolescat, eijciatur foras: atque exulet, nec sinatur, aut Ismael, Isaachi simplicitatem irridere, aut Agar, Saræ bonitatem contēnere. ¶ Affligat ancillam Domina & corrigat, habeat in manibꝰ, vtatur ea, vt lubitum fuerit: sic enim modesta, erit vtilis: quæ cum ei præter modum indulgetur, est etiam perniciosa.

Clemens. 1. strom. gene. 16. & 21.

Hi sermo in prophetis inculcatus aliquā da nō placuit.

¶ Præterea animaduerte: hos esse homines humiles in apostolos electos, De quibus Psalmista ait psalmo. 134. Psal.134. & eduxit nubes ab extremis terræ quæ verba explicās diuus Hieronimus inquit. Eduxit Deus nubes non à finibus terræ, non à cōsulibus, non à ducibus, non à diuitibus, sed ab extremis terræ. Beati enim pauperes, quoniam vestrum est regnum cœlorum. Vides quomodo ab extremis terræ educat Deus nubes & corporeas nebulas? propterea si volumus nubes fieri, ad quas peruenit veritas Dei, nouissimi omniū fiamus: & tam affectu quàm opere dicamus: Puto enim nos Deus Apostolos nouissimos ostēdit. Quod si non sum Apostolus: licet tamen mihi fieri extremum, vt educens nubes ab extremo terræ, educat & me, & fulgura in pluuiā faciat. Hæc Hieronim.

Educere nubes ab extremo terre quid significet.

Math 5.

1.co.4.

Venite

Exo. 3.

Quare Deus ad opera sua exequenda homines inhabiles assumat

Venite post me faciam vos Piscatores hominum. Exod. 3. ait Dominus Moysi pascenti gregem soceri sui, veni mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum. Ecce quos elegit Deus ad negotia sua: nempe qui inhabiles videntur vt habiles faciat. vt sciant homines opera Dei ad quæ assumuntur non esse sua, sed Dei. Quis enim non miretur videns Deum, hominem balbum, oratorem ad regem destinare; & pastorem pecudum ducem populi, & piscatores, prædicatores, & præsules suæ ecclesiæ constituere? Cogitaui sæpius quare dominus pastores, in reges & duces commutauerit: & piscatores, præsules ecclesiæ fecerit. Pondera quæso omne artificum genus & deprehendes, omnes pastores & nautas in maximo vitæ discrimine versari: nullumque artificium his laboriosius. Pastor enim non dormit, sed ferè continuo vigilat: vix vestitur, malè que vescitur: sic & piscatores nudi in laboribus ac vigilijs semper sunt. Vt ergo, tam reges, quàm Pontifices scirent, se non ad quietem, non ad delitias assumptos: aut diuitias, sed ad labores, sudores, & vigilias, hos, inter cæteros, deligere curauit.

Quare pastores & piscatores, Reges & præsules suæ ecclesiæ fecerit.

Christus, diabolus mūdus, & caro nos ad se vocāt

Inf. 11. d.

Venite post me. Christus, Diabolus, Mūdus, & Caro, Inuitant & vocant nos. Sed Christus ait: venite ad me omnes qui laboratis, & ego reficiā vos. diabolus vero: venite ad me, & ego interficiam vos. Caro autem ait, ego inficiam vos: Mundus autem ego decipiā vos. Eamus igitur & sequamur Christum, qui laborantes & defessos refocillat, & reficit: fugiamus diabolū, qui gladio iniquitatis suos sectatores interficit. Est enim iniquitas (vt ecclesiasticus ait) quasi romphæa bis acuta. Fugiamus carnem, quæ veneno suarum voluptatum, homines sibi deditos, inficit. Non audiamus mundum, nos ad se vocantem, qui suos amatores diuitiarum esca decipere solet. Christum solum sectemur, qui animum & corpus suorum recreare non cessat.

Eccle. 21.

Diuersis ætatibus ac temporibus vocat Christus suos.

Qui sunt qui ab oriente veniant.

Venite post me &c. Aliqui veniunt ad Christum ab orientali plaga, alij ab occidentali, alij vero ab aquilone, alij tandem vocati, veniūt a meridie. Qui enim florem iuuentutis suæ non Dæmoni, non Mundo, sed Christo præbent: ab oriente veniunt. Bonum est viro, ait Hieremias, si portauerit iugum, ab adolescentia sua. De hac vocatione explicare possumus illud, quod Dominus per Esaiam Prophetam dixit. cap. 46. Ego sum dominus vocans ab orientè auem: & de terra lōginqua, virum voluntatis meæ. Sepe enim deus homines vocat, & excitat: vt maxima cū celeritate tāquā aues, veniāt ab oriente, hoc est à iuuentute, ad amiciciam, & gratiam suam. Hi verò, non timore, sed amore, & dilectione affecti ad Christū veniūt. Sic vocauit Abel, Enoch, Noe, Dauidem, sic sanctū Iob, qui a iuuentute sua vocatus dicebat: vocabis me & ego respōdebo tibi. Sic denique paruulos: de quibus ait: sinite paruulos venire ad me: talīū est enim regnum cælorum. Et amplexabatur eos: vt Marcus scribit, cap. 10.

Tre. 3.

Esai 46.

Iob. 14.

Infra. 19.

Marco. 1.

Lu. 18.

Qui sunt qui veniūt ab occidēte.

Alij autem veniūt timore mortis & pænarum correcti, ab occidentali plaga, hoc est, à senectute. De quibus dici potest quod Esaias ait cap. 59. timebunt qui ab occidente, nomen domini: cum venerit quasi fluuius violētus, quem spiritus domini cogit. Timent enim maxime multi peccatores iam senectute confecti, dominum maiestatis: verentur eius iram, & iustum iudicium: & aiunt cum Hieremia: nō

Esai. 59.

Hiere. 10.

est

est similis tui in dijs domine: magnus es tu, & magnum nomen in fortitudine: quis non timebit te, ô rex gentiũ? & tunc præteritorum scelerum illos pænitet, tunc lachrimas effundũt, deũ obnixè præcantur: & sic tandem pariunt spiritum salutis, ita vt in cælo angelos Dei maximo gadio afficiant.

Luc. 15.

Alij vero veniũt ab Aquilone, hoc est ab aduersitatibus compulsi. Vnde Lucæ. 14. ait rex: compelle eos intrare. Hoc est, aduersis rebus. Ab Aquilone enim, vt Iob ait: venit aurũ. Tribulationibus enim & doloribus affectus homo, tanquam aurum in fornace purgatur. Mala (inquit Gregorius) quæ nos hic præmuniũt ad Deum ire compellunt.

Lucæ. 14. Iob. 37. D. grego.

Tandem veniunt multi à meridie prosperitatum, relinquentes propter Deum, omnia huius mundi bona: dignitates, honores, diuitias, voluptates. Multi enim sunt de quibus scriptura sacra testatur. Incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. Quos Deus ab austro veniens, ad se trahit. De his omnibus sic vocatis, intelligere possumus quod Esaias ait, capit. 44. Ab oriente adducam semen tuum, & ab occidente congregabo te: dicã Aquiloni da: & austro, noli prohibere.

Deut. 32. Abacuc. 3 Esa. 44.

Venite post me. Ad nos omnes hæc vocatio pertinet: nos Christus piscari vult. Ideo ait: venite: ac me sequimini. Obserua: quod multis, varijsq; modis, vocare nos solet dominus. Nũc signis, nunc verbis, nunc missis ad nos nuncijs, nunc denique literis. Vocat, inquam, nos signis, hoc est, sanctis inspirationibus. De quibus ipsemet dominus apud Ioannem intelligens, ait: ego sto ad ostium & pulso: si quis audierit vocem meam, & apperuerit mihi ianuam: introibo ad illum: & cenabo cum illo, & ipse mecum. Ne ergo sis tepidus, sed zelo feruens, & pænitentiam age: quando à Deo, internis signis, & inspirationibus vocaris. Quod si illi cor tuum aperueris, totum se tibi familiariter permittet. Vocat nos etiam verbo: quem admodum hodie vocauit Petrum & Andream ore enim suorum apostolorum, atq; apostolicorum virorum quotidie pro suggestu dicentium, nos vocat dominus: non enim illi sunt qui loquuntur, sed spiritus patris nostri qui loquitur per illos. Sed nos miseri aures obturamus, ne viuam eius vocem audiamus. Vnde vere conquæri ac dicere potest, quod sanctus Iob ait: seruum meum vocaui, & non respondit mihi: ore proprio deprecabar illum.

Multis modis vocat dominus homines.

A Apoca. 3.

Iob. 19.

¶ Vocabat dominus puerũ Samuelem, & ille non domino, sed Heli sacerdoti respondebat: qui illi, ad lectũ redire iubebat. Vocat nos dominus & ait venite, ac me sequimini: nos autẽ mũdum adimus, qui nobis ad ocium, ad requiẽ, ad voluptates, & illecebras redire præcipit. Nõ illi obsecro obediamus, sed semel domino nos vocanti, statim respondeamus: loquere domine quia seruus tuus audit. Atq; exemplo sancti Iob, dicamus: vocabis me & ego respondebo tibi. Non Heli, sed tibi: non mundo, non carni, non diabolo, sed tibi: & tu domine, operi manuum tuarum porriges dexteram.

1. re. 3. a.

Iob. 14.

¶ Vocat item nos per nũtios, hoc est, afflictiones, morbos, & aduersa: vocat per infamiam, ac senectam. De quibus intelligere possumus quod Salomon ait in prouerbijs. Misit (inquit) ancillas suas, vt vacarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. Pressuris enim, & ærumnis

Pro. 9.

nis, quas ancillas vocamus, vocat Dominus peccatores ad arcem illam cœlestem, ad mœniaque illa superna ciuitatis Dei: vocat inquam, sed in cassum. Idcirco ait: quia vocaui, & renuistis: ego quoq; in interitu vestro ridebo, & subsanabo, cum vobis id quod timebatis, aduenerit. ¶ Literis tandem sacrarum scripturarum nos vocat Dominus, cum omnia quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sint: vt per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus. Sed nos infelices, neque his literis à Deo de cœlo missis, venire curamus. Imitemur ergo Andræam, & Petrum: qui statim quod vocati sunt libenti animo secuti sunt Dominum Iesum.

Pro. 1.

Ro. 15.

Ambulans Iesus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres Simonem & Andreã fratrem eius. &c. Andræam, Simonem, Iacobum & Ioannem de littore maris esse vocandos prædixerat olim Iacob, cum benedicens filio suo Zabulon dixit: Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauium pertingens vsque ad Sidonem. Zabulon, idest, habitaculum fortitudinis ecclesiam significat (inquiũt Ambrosius, & Augustinus.) Hæc in littore maris habitat, & statione nauium, cum credentibus refugium, & periclitantibus demonstrat fidei portum. Hæc, contra omnes turbines seculi inconcussa firmitate solide expectat naufragiũ Iudæorum, & hæreticorum procellas, qui circunferuntur omni vento doctrinæ: quorum & si tunditur fluctibus, non tamen frangitur. Pertendit autem vsque ad Sidonem, hoc est, vsque ad gentes. Legimus etiam in hoc euãgelio, inde assumptos esse quatuor istos apostolos: legimus etiam, in his locis dominum sæpe docuisse. Sicut

Vaticiniũ de his. 4. Apostolis

Gen. 49. b

D. Ambr.
D. Augu.

scriptum est terra Zabulon terra Neptalim, populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam. Sidon, interpretatur venator, vel venatrix. Venatores qui sunt, nisi Apostoli: quia ex his locis assumpti sunt, de quibus dicitur: mittam venatores multos, & venabunt vos: Lege Augustinum. De benedictionibus Iacob. Ambrosium de benedictionibus Patriarcharum. Et glossam. Gen. 49. Ecce igitur quo pacto Dominus benedicere incipit terram Zabulon, vocando quatuor hos Apostolos, & Principes Ecclesiæ constituendo, ac taliter firmando, vt omnes inferni procellæ, vt omnes huius mundi fluctus, non præualeant aduersus eos.

Esai. 9.

Hiere. 16

Augusti.

Ambrosi.

Vidit Simonem, & Andræam fratrem eius, mittentes rete in mare (Erant enim piscatores.) Humilitas artis faciebat, (vt diximus) ad Dei gloriam: concordia fratrum Denotabat ecclesiæ consensum: piscatura, typus erat euangelici muneris, quod per sermonem dei, mortales immersos ignorantiæ tenebris, ac sordidis huius mundi curis extrahit ad lucem veritatis, ac cœlestium rerum amorem. Hos igitur piscantes, primum piscatus est Iesus, vt in hoc loco aperte vides.

Venite post me. Nemo domine potest venire ad te, nisi tu & pater tuus trahatis eum. Trahe nos ergo post te, & curremus (nedum sequemur) in odorem vnguẽtorum tuorum. Trahe nos obsecro post te, amore, & charitate tua. Trahe nos post te, desiderio cælestis patriæ. Trahe nos vel saltem timore ac formidine pœnæ, æternique cruciatus. Cõfige enim timore isto carnem nostram & fac, vt iudicia tua timeamus. Trahe nos denique, si aliter venire

Ioan. 6. e.

Canti. 1.

Psal. 118.

bona, sed neque mala de manu diabuli accipere existimant, sed de manu Dei. Non enim tanti faciunt eum, vt existiment se ab eo quicquam accipere. Abstulit diabolus à sancto Iob omnem rem familiarem, abstulit omnes eius liberos, abstulit salutem, & tamen ait:
Iob.c 1.d dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum. Secundo
2.Re.16 etiam lib. Reg. sacra narrat historia quod cum semei malediceret Dauid, dicenti Abisai, quare maledicit canis hic moriturus domino meo regi? Vadam & amputabo caput eius: ait rex. Quid mihi & vobis est filij Saruiæ? Dimitte ei, vt maledicat, dominus enim præcepit ei vt malediceret. Et quis est qui audeat dicere quare sic fecerit? Neque enim magnanimus rex tāti faciebat Semei, vt existimaret ab illo posse lædi, sed à Deo, cuius permissu homo iste scelestus eum conuicijs afficiebat.

Si filium Dei est dic vt lapides isti. Quasi dicat, si vera illa vox est qua filius Dei nuncuparis, tantus tu es, cuius & vitæ & salutis habenda sit ratio, quibus, & multis & magnis rebus in Dei honoré prospicies: iube igitur fieri hos lapides panes, cum facile possis. Nam quid non agunt homines vt suæ prouideāt indigentiæ; quam aliunde mederi non possunt. De tuo periculo & vita agitur: ac de tua conscientia. Magnum genus tentationis est cū vita suas patitur angustias.

Dic vt lapides isti panes fiant: Vbi panes non erant docebat diabolus illos è lapidibus educere. Sic etiam vbi feminæ non sunt, de luxuria tentat: vbi pecuniæ non sunt, de auaritia: vbi dignitates non sunt, de ambitione. Si ergo vbi hæc quæ enarrauimus nō sunt, diabolus tentat: quid quæso faciet vbi mulieres, vbi pecuniæ, vbi dignitates, & magistratus abundant?

Dic vt lapides isti panes fiant, &c. Mitte te deorsum, hæc omnia tibi dabo, &c. Non vno, sed multis, varijsq; modis, & Christum & sectatores eius diabolus pertentat. Exēplo tibi erit Ioseph: quem nō vno modo tantum, sed multis, antiquis ille serpens aggressus est. Neque enim solum modo (inquit Rupertus) per fraternam inuidiam cōsurregit, vt eum corporaliter occideret, sicut occisus fuerat Abel: neque solummodo per fæminam circūuenire voluit eum, vt animam eius occideret, sicut circumuenerat Adā, sed per vtrunque, & in vtroque conatus eius frustratus est: quemadmodum hodie in omnibus aduersus Christum tentationibus. Dixerunt namque fratres inuidētes, venite occidamus eum, & factum non est: dixit domina mulier, dormi mecum, & factum non est. Gen. 37. d.
Grandis pugna, grande spectaculum. Victus ille serpens, quia verum infligere non potuit, falsum confingit crimen, propter quod & humiliauerunt in compedibus pedes eius, & ferrum pertransiuit animā eius. Sed nonne hæc agendo serpens, super pectus suum gradiebatur, idest, suam intentionem conculcabat, sibimet contrarius. Tali namque via procedebat ad victoriam eloquium domini quod inflammauit eum: & ad hoc perducebatur vt prodessent illi somnia sua, verbo Domini consonantia. Vt scilicet vocata fame super terram consurgeret, & staret manipulus eius, fratrum que manipuli circum stantes, adorarent manipulum eius. Quemadmodum igitur Ioseph, varijs diuersisq; modis a serpente aggressus tandē vidit: ita iustus ac pius omnis, vndique à diabolo tentatus, tandem triūphat. Nam illum non derelinquit do-

Marginal notes: Non vno sed multis modis pios diabolus tentat. — Vide Rupertum. 3 de victoria verbi Dei. ca. 8. — Gen. 37. d. — Gen. 39. i. — Psal. 104 b. — Ibidem. — gen. 37. b

eum. Vt de Ioseph docet scriptura sacra.

Verbis mollibus & speciem pietatis præ se ferentibus tentare solet iustos diabolus.

Dic vt lapides isti panes fiant &c. Mitte te deorsum &c. Hæc omnia tibi dabo. Verba Hæc, mollia sanè videntur: scilicet vt ederet iam fame confectus; vt ab omnibus haberetur tanquam filius Dei, vt esset Rex regum, & Dominus dominantium. Sed tamen ipsa sunt iacula. Vnde merito Dauid dicebat: molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Caueamus igitur à diaboli verbis, habet enim os butyro mollius: corde tamen, bellum aduersus pios, atque viros sanctitate præstantes semper gerit. Sermones profecto eius oleo sunt leniores, cum tamen acutissimi gladij sint atque strictissimi. Psal. 54.

Sed in omni verbo &c. Dabar, nomen Hebræum, logos, græcum, verbum, Latinum, scripturæ more, pro qualibet re accipitur, vt diximus. Inquit ergo Christus quacunque velit re potest nos alere Deus: nec eius potentia, pani pro hominibus sustentandis, meaque subuenienda esuriei, alligata est: ideo non necesse est in casum miraculum agi. Gratissima quadam allusione, facto Israelitarum in deserto alludit: qui in suæ infidelitatis pœnam, mannà sustentati sunt: vt discerent Deo fidere: nec diuinas ligare manus: quum qualibet re posset Deus sustētare quē velet. Nolo (inquit Christus) vt mecū agatur tam durè, ac cum illis actū est. Ego totus Deo fido, & inediam quam Deo volente patior, eo prouidente superabo. Ipse enim tempori loco, & indigentiæ, prospiciet. Docet hic locus in magnis laboribus non desperādum, si semel spiritu Dei eos assumpseris, nullisque exteris artibus parandam vitam, sed Deo fidendū. Pro hoc facit Sapien: cap. 16.

In magnis laboribus non desperandū, si semel spiritu dei assumantur.

Tunc assumpsit eum diabolus, & statuit eum super pinnaculum templi. Ideo diabolus voluit Christum in templum ducere, quia cum suis monitis optabat ex pinnaculo precipitare: maior enim est eorum ruina, qui in templo Dei sunt, hoc est, qui sacerdotio sunt aucti, quàm eorum qui non sunt sacris initiati. Grauius enim peccat sacerdos, si in crimē aliquod incidit, ob exemplum & muneris obligationem quàm laicus idem scelus admittens. Vnde grauius punietur dicente apud Ezechielem domino: à sanctuario meo incipite. Hoc est, à Sacerdotibus & Leuitis incipite internecionē. Quam sententiam protulit alijs verbis diuus Petrus inquiens: tempus est vt incipiat iudicium à domo Dei. Deinde animaduerte: quod eos, quos diabolus assumit, & statuit super pinnam honoris aut dignitatis, præcipitare contendit: eò enim ascendere facit. Quanto enim magis ac magis ascendunt, tanto maior ab illis ruina expectanda est.

Grauius peccat sacerdos, quam laicus cæteris paribus. Ezechi. 9. 1. Pe. 4.

Ruina maior quanto maiore ascensus.

¶ Præterea illud animaduersione dignum esse existimaui: diabolum nō duxisse Christum ad Sanctuarium, nec ad templi interiora, sed ad exteriora. Mos Satanæ est, ad carnis delitias, honores, fastus, diuitias, homines allicere, & inuitare, non verò ad interiora peccati, & sæculi vanitatem, hoc est, ad conscientiæ remorsū, fœditatem peccati, & gehennæ timorem quæ interius latent, sicut anguis in herba, sub tegumento delitiarum. Vnde dominus interiora victimæ ei offerri mandabat. Moyses Christi seruus minabat gregem ad interiora deserti. Mina sensus tuos ad interiora peccati. Angelus Raphael dixit Tobiæ, exentera Piscem, & tolle cor eius, & fel: & re-

Quare diabolus nō induxit Christū in sanctuarium, sed in pinnam templi. Leuitl. 1. Exod. 3. Tobiæ. 6.

D. Augu. inquit Augustin. inanem gloriam, seculi huius vanitatem vanitatum: infructuosum laborem, & perpetuum timorem. Sed dicam passionem meam, inquit Hiero. passionem penè communem: non de diuitijs aut potentia, vel pulchritudine: hæc enim inter opera carnis nominantur: eleemosyna, longa oratio, pallor ex ieiunio, vestis solito asperior, & similia, si ob laudem fiant, inanis est gloria: & quod dudum timeo dicere: sed dicendum est, martyrium ipsum si ideo fiat, vt admirationi & laudi habeamur à fratribus, frustra sanguis effusus est. Quid tam Dei opus, quàm scripturas diuinas legere, prædicare, ante altare domino ministrare? Sed hæc, nisi diligēter custodiamus cor nostrum, de cupiditate & desiderio laudis inanisq; gloriæ, oriūtur. Nesciat, inquit, sinistra tua, quid faciat dextera. Cōtra verò dicitur de quibusdam: omnia opera sua faciunt vt videantur ab omnibus. O durum calamitatis genus, & furiosam turbationē: quæ tinea demoliri non potest, nec fur violare: ea, inanis vētus dispergit. Hæc est enim tinea cœlestis thesauri. Cum enim beneuiuitur illud maxime timēdum est, ne mens nostra despectis cæteris, de gloria singularitatis eleuetur, ne sub hoste prosternatur: qui, de culpa quam superat, gloriatur. Hoc est enim quod diabolus Christo persuadebat dicens: mitte te deorsum: per inanem gloriam, qui excelsior ipso es hoste per victoriam. Non inquit, sum sicut cæteri hominū. Quare cum prospexisset diabolus tam arietibus, quàm alijs belli machinis, esse inexpugnabile huius pharisæi præsidium: quod ieiunijs, eleemosynis, alijsq; pietatis actionibus munitus esse videretur: eum inani gloria expugnare contēdit. Per hanc, multi in alieno certant spectaculo: hominibus tantum quærentes placere: quorum ossa iuxta regem Dauid: Deus dissipauit secus inferi ū. Ex hac igitur peste, quæ vniuersa bona & destruit & exterminat, oriuntur pestes aliæ non minus nociuæ: hoc est, animi elatio, hypocrisis, pertinacia, discordia, inobedientia, contentio, atq; iactantia. Sic q; rerum varia conditio est vt Boetius ait: vt demum merito rationale animal nō aliter sibi splē dere, nisi inanis supellectilis possessione videatur: vt in vno herode videre est. De quo diuus Lucas in actis Apostolorum refert: cum omnis vera animæ nostræ gloria ab intus dimanet: vt regius vates affirmat. Et tamen huius mundi gloria quāuis inanis caducaq; sit, vt plurimum, fugientes sequitur, & insequentes fugit.

D. Hiero. · Infra. 6. · Infra. 23. · Chryso. · Luc. 18. · Psa. 52. · Boetius. · Acto. 12. · Psal. 44.

Mitte te deorsum. Iam hic vides diabolum neminem ad peccandum cogere posse. Consulere potest, suadere potest, instigare potest, mitte te deorsum dicere potest, compellere autem non potest. Quare si teipsum precipitē dederis, tua culpa erit. Sicut enim Canis catenis religatus, nisi accedas, tibi nocere minime potest, & si latrare possit, suisq; latratibus terrere: sic canis iste inferorum latrare poterit, hoc est, tentare atq; aures suis latratibus contundere, liberum tamen hominis arbitriū ad crimen patrandum pertrahere nō valet. Quare nostrum erit, illi non assentire: ad eum nō accedere: sed potius ad Deum clamare: domine salua nos perimus. Illud tamē aduerte: quod diabolus illos pulsare negligit, quos, quieto iure se possidere sentit. Quos superbia erigit, auaritia tabefacit, ira inflammat, inuidia exulcerat, luxuria necat, sed absorbebit fluuium & non mirabitur vt Iob ait. Quare viri iusti sibi cauere debent.

Diabolus suadere potest cogere tamē ad peccandum non potest. · Simile. · Mat. 8. c. · Iob. 40.

gen. 19. animam tuam, & noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac. Neque mirandũ est quod angeli nr̃i ministri sint, neq; quod de nostra salute tã solliciti sint, quando vnigenitus qui est in Ioa. 1. Ad He. 1 sinu patris, quando splendor ille gloriæ, qui portat omnia verbo virtutis suæ, quando ille, cui dictum est à Deo patre, sede à dextris meis: stetit in me- Ps. 109. Luc. 22. dio nostrum, tanquam qui ministrat. Nobis itaque laborãt, propter nos discurrunt, ascendunt, descendunt que: propter nos scalam illam Iacob frequẽ gene. ter terunt. Felices ergo ac beatos fideles, tot, tantos, tanque insignes & illustres ministros habentes. Qui, & si ad Dei munera obeunda & exercẽda mit Infra. 8. D. grego tantur semper tamen vident faciem patris. Nec enim sic à diuina visione foras exeunt, ait Gregorius, vt internæ contemplationis gaudijs priuentur. Quoniam si conditoris aspectum exeuntes amitterent, nec iacentes erigere, nec ignorantibus vera nuntiare potuissent, fontemq; lucis quem egredientes ipsi perderent, cæcis nullatenus propinarent. Quid autem angeli de ijs, quæ scienda sunt nesciunt, qui scientem omnia sciunt? Omnes tamẽ sunt administratorij spiritus propter salutem electorum: quoniam talis est diuinæ procurationis ordo, vt infima per media, ad suprema reducantur. Si ergo iustus est quis nostrum, spem suã erigat, diabolum non timeat, nam angelis cælestibus cura commissa est à Deo, vt custodiant illum, quocunque pertexerit.

Deute. 6. *Rursum scriptum est: non tentaberis Dominum Deum tuum.* Eodem gladio iugu 1. Re. 17 lauit Dauid noster, hunc iniquum ac scelestrum Goliath. Hic est gladius ille, quo & diabolũ & omnes iniquos interficit dominus. Sic enim ait D. Io- Eodẽ gladio scripturæ Christus inter annes in Apo. Et vidi cœlum apertũ, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis & verax: & cum iusticia iudicat & pugnat. Oculi fecit goliath, hoc est, diabolum. Apo. 19. autem eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine, & de ore eius procedit gladius ex vtraque parte acutus, vt in ipso percutiat gentes. Quibus verbis depingit diuus Ioannes nostri ducis apparatũ & ornatum, quo ingressus est ad pugnandum cum mundi principe, atque eius militibus. Ascendit ergo Dei verbum super equum album, hoc est, super humanam naturam innocẽtia plenam, eamque vt volebat, agebat. Venitque in mundum ad iuste pugnandum, piosque suos incendendos, cui Exponitur locus Ioannis. non mirum vt essent diademata multa, cum esset rex regum & dominus dominantium, & cui pater dedit nomen quod est super omne nomen, hoc est, Apo. 19. c. Ph. 2. b Dei ineffabile nomen tetragrammaton: hoc enim nomine illum donauit Deus, cuius vim & energiam nemo planè nouit nisi solus deus. Hic passionis suplico cruentã habuit humanitatem: quæ dietatis fulgorem mortaliũ oculis nequaquam aspectabilem, vti vestis corpus tegebat. Hic vocatur etiã verbũ Dei, idest, vnigenitus, per quẽ mundo pater innotuit, vt per verbũ externum, animi conceptio. Et de ore eius procedebat gladius ex vtraq; parte acutus. Verbum enim Dei penetrabilius est, omni gladio ancipiti. Hoc gladio spiritus percutit hodie mundi principem dicens: non tentabis Dominum Deum tuum: & rursus: domi- Heb. 4. c. num Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Hoc gladio percussit gentes immanitate barbaras, & eas deuicit, atq; ad fidem traxit de hoc gladio intelli- Psal. 44

Psal. 44. gens, dicebat illi Rex Dauid: accingere gladio tuo super fæmur tuum, &c. ¶ Præterea nota in hoc loco: quod nō est nobis experiendum, præstet ne Deus, quæ pollicitus est. Ea enim tentamus, quorum non vndiq; certam fidem habemus. Quærēda sunt ergo humana consilia, Deo innixa: adhibēdæ nostre vires, naturæ sequendus ordo, prudentia habenda in confidendo, habeas licet ipsum deum promittentē.

Non est nobis experiendū præstet ne Deus quæ pollicitus est.

Iaco. 2. d. Nam licet fides sine operibus mortua sit, sed confidentia nulla habita tuorū operum ratione, mortalissima: hominemq; in maxima vitia præcipitem dat. Promiserat Deus regnū Dauidi, 1. Reg. 21. & 27. sed non se ingessit in manu Saulis inimici: cum sese casus obtigit. Deo igitur fidendum est, sed non quærendus casus.

¶ *Ostendit ei omnia regna mundi.* Diaboli munus est, huius mundi regna, diuitias, & gloriā magnoperè exaggerare vt in hoc loco vides. Lege in Apo. cap. 17. Ap. c. 17. Vbi ostenditur Babylon illa magna, circūdata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide præcioso, & margaritis: habens poculum aureū in manu sua. E contrario Dei officiū est, hæc omnia tanquam vana & inutilia extenuare. Lege cap. 1. Ecclesia. Eccle. 1. a Vanitas, inquit, vanitatum: & omnia vanitas. Diaboli etiā est, hominibus huius mundi regnum ostendere, Dei autem est, suis, non huius mūdi, sed regnum Dei demonstrare. Iustum dedu- Sapi. 10. a xit dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. De quo Psalmi- Psa. 144. a sta ait. Gloriam regni tui dicent: & potentiam tuam loquentur: vt notam faciant filijs hominum potētiam tuam, & gloriam, &c. Regnum tuum regnū omnium seculorum. Regnum autem mundi vanum est: hodie est rex, & cras Ecc. 10. b morietur. Ideo Psalmista inquit: noli- Ps. 145. a te confidere in Principibus, in quibus non est salus: exiuit spiritus eius, & reuertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Ideo Christus dicebat. Regnum meū Ioa. 18. g non est de hoc mundo. Ideo etiam fugit cum voluerunt eum regem consti- Ioa. 6. b. tuere.

Hæc omnia tibi dabo si cadens in terram adoraueris me. Vel hinc colliges quā recte quidam dixerit, honoris appetitio sua est à Deo auersio, in Deū que blasphemia. Ab hac diabolus incepit, ad eamque vsque adhuc inardescit & anhelat. Cætera quæuis vitia vicissitudinibus patent, at superbiæ vicium si semel imbiberis, difficile excuties. Nec enim tempori aut ætati cedet. Babylonicos illos turrim ædificantes, superbissimos suo tempore homines, vsq; adeo huic vicio deditos inuenit Deus, vt diceret scriptura. cæperunt hoc facere, ne desistent à cogitationibus, donec opere compleant. gen. 11. a

Superbia detestāda

Si cadens in teram adoraueris me. Merito ergo Psalmista ait: superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. An- Psa. 73. d tea diabolus dicebat. Ascendam super Esai. 14. e altitudinem nubium, & ero similis altissimo: modò, inquit, cade in terram & adora me. Prius voluit à creatura adorari, modo ingentiori superbia elatus, vult coli & adorari à creatore.

Accesserunt Angeli & ministrabant ei. Sic etiam post partam à iusto victoriā accedūt angeli vt ministrēt illi. Hinc est quod Lucas ait cap. 16. Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Habrahæ. Hinc etiam disce angelos non solum esse ministros, missos a Deo ob salutē animorum, sed etiam propter salutē corporū. Sūt enim orbis cælestis motores, motu cuius, omnia huius mundi temporalia bona proueniunt.

Post partā à iusto victoriā, accedunt angeli vt ministrēt illi.

Lu. 16. a

Ambulans

Ambulans Iesus iuxta mare Galileæ, vidit duos fratres, Simonem qui vocabatur Petrus, & Andream fratrem eius. &c.

¶ Obserua hic non sine Dei magno consilio factum fuisse, vt per quos conuertendus esset mundus, primi à Christo electi essent homines rudes, & humiles: vt vere constaret regnum esse Dei, non mundi: vt soli Deo daretur gloria, non hominibus. Videte (inquit Paulus) vocationẽ vestrã fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, nõ multi nobiles, sed stulta mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus vt confundat fortia & ignobilia mundi elegit Deus, & ea quæ non sunt tanquam quæ sunt, vt ea quæ sunt euacuarẽtur. Quid his verbis (inquit Augustinus) voluit Paulus dicere? Quid voluit ostendere? descendit dominus Iesus in spiritu, reparare genus humanum: & ne quelibet persona gloriaretur in carne, infirmos elegit: nam inde non est electus Nathanael ille etiam. Quid enim tibi videtur vt Publicanum in telonæo sedentem eligeret, & nõ Nathanael: cui ipse dominus perhibuit testimonium dicens: ecce verus Israelita in quo dolus nõ est? intelligitur ergo Nathanael esse doctus in lege: non quia doctos non erat electurus, sed si ipsos primo elegisset, doctrinæ suæ merito se electos putarent, & ita illorum scientia laudaretur: & laus Christi gratiæ minueretur. Perhibuit testimonium tãquam bono fideli in quo dolus non erat, sed tamen cum non assumpsit inter hos discipulos, quos primùm idiotas elegit. Sed vnde intelligimus quod ille peritus erat legis? quando audiuit ab vno ex istis, qui secuti sunt dominum: inuenimus Messiam, quod interpretatur Christus: quæsiuit vnde, & dictum est, à Nazareth. Et ille, à Nazareth potest aliquid boni esse? Hinc æstimatur doctus ille in lege fuisse. Quare nõ est electus inter discipulos, ab illo, qui stulta mundi prius elegit. Elegit ergo dominus postea & oratores, sed illi superbirent si non prius elegerit piscatores. Elegit diuites, sed dicerent merito diuitiarum suarum se electos esse, nisi primo elegisset pauperes. Elegit imperatores postea, sed melius est, vt Romam cum venerit Imperator, deposito diademate ploret ad memoriam piscatoris, quàm vt piscator ploret ad memoriã imperatoris. Infirma enim mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi elegit, & ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt, vt ea quæ sunt euacuarentur. Et quid sequitur? conclusit Apostolus, vt non glorietur coram Deo omnis caro. Videte quemadmodum nobis abstulit gloriã, vt daret gloriã. Abstulit nostram, vt daret suam. Abstulit inanem, vt daret plenam. Abstulit nutantem vt daret solidam. Tanto ergo gloria nostra fortior & firmior, quia in Deo est. Merito igitur aiebat regius vates. date gloriam laudi eius. Lege Augustinum in hunc locũ psalmi.

1. Cor. 1.

D. Augu.

Augu. in Psal. 65.

¶ Huius rei typum & figuram (vt idem Augustinus docet) asina Balaam gerebat: cuius lingua, voluit Deus coercere Vesaniam Prophetæ. Præfigurans fortasse, quia stulta mundi electurus esset Deus, vt confunderet sapientes. Pro illo spirituali, & vero Israel, hoc est, promissionis filio.

Figura. Aug. quest. super nu. q. 50.

¶ Exodi octauo enarrat scriptura sacra, quod muscis pugnauit Deus aduersus Pharaonem, & aduersus omnes seruos eius. Et in libro Iob, cap. 40 ait dominus, Numquid illudes ei, quasi aui: aut alligabis eum ancillis tuis? bene

Exo. 8. Figura.

Iob. 40.

Ioan. 1. f.

bené profecto Leuiathan non seruis,
Sed ancillis ligare se dominus adserit,
quia ad redemptionem nostram, &
suos contra mundi superbiam prædi-
catores mittens: relictis sapientibus
insipientes: relictis fortibus debiles:
relictis diuitibus pauperes elegit. De
Pro.9. his ancillis etiam Salomō ait Prouer
biorum. 9. sapientia ædificauit sibi
domum, excidit columnas septem,
miscuit vinum, & posuit mensam
suam, misit ancillas suas vt vocarent
ad arcem. Si quis est paruulus veniat
ad me. Sapientia enim diuina eccle-
siam ædificauit: & multis doctoribus
sanctis eā decorauit. (Sūt enim docto
res sancti ecclesiæ catholicę colūnæ fir
missimæ) misit Apostolos suos, ho-
mines pauperes, & nullius momen-
ti, vt prædicatione inuitarent nos ad
Num.22. fidem. Num. etiā. 22. legimus, docuis-
Figura. se asinam, Balaam. Iud. etiam. 15. Sam
Iud.15. figura. son mādibula quadam maximam cæ-
dem & stragem fecit. De familia Iob
Iob.1. scriptum est: ac familia multa nimis.
D. grego. Vbi diuus Gregorius hoc pacto scri-
bit: Quid est quod prius animalium
multitudo describitur, ac familia in
extremo memoratur, nisi quod ad co-
gnitionem fidei prius stulta mundi
collecta sunt, vt postea astuta etiam
vocarentur? Paulo attestante, qui
1. cori. 1. ait: non multi sapientes secundum
carnem, non multi potentes, non
multi nobiles, sed quæ stulta sunt mū
di, elegit Deus, vt confundat sapien
tes. Ipsa namque sanctæ ecclesiæ prin
cipia, literarum perhibentur ignara,
vt videlicet cunctis in prædicatori-
bus suis redemptor ostenderet: quod
ad vitam credentes populos non ser-
mo, sed causa suaderet. Deus enim
Esa.42.b. gloriam suam alteri dare non vult.
Iudic.7. Hinc fit quod. Iudi. cap. 7. per paucis-
simos milites inumeram inimicorū
multitudinē vincere voluit. ¶ Præ-
terea homines idiotas & nō multum
sapientes elegit Deus, qualis fuit Pe-
trus, & qualis fuit Andreas, vt ostē-
deret: quod si humana sapientia do-
mina esse vellet, & non ancilla, & pe-
dissequa, maximo esse impedimento
ad veram sapientiam comparandam.
Curaturus ergo est humanarum disci
plinarum studiosus, ne ancillarum a-
matorijs delectatus, dominam, hoc est
veram sapientiam negligat. ¶ Quin Clemens. 1. strom.
etiam curaturus, vt si Agar ægyptia. gene. 16. & 21.
Abrahami cōplexibus insolescat, eij-
ciatur foras: atque exulet, nec sinatur,
aut Ismael, Isaachi simplicitatem irri- Hi. sermo in prophetis incultus aliquā da nō placuit.
dere, aut Agar, Saræ bonitatem contē
nere. ¶ Affligat ancillam Domina &
corrigat, habeat in manibꝰ, vtatur ea,
vt lubitum fuerit: sic enim modesta, e-
rit vtilis: quæ cum ei præter modum
indulgetur, est etiam pernitiosa.

¶ Præterea animaduerte: hos esse
homines humiles in apostolos electos,
De quibus Psalmista ait psalmo. 134. Psal.134.
& eduxit nubes ab extremis terræ quæ Educere nubes ab extremo terre quid significet.
verba explicās diuus Hieronimus in-
quit. Eduxit Deus nubes non à fini-
bus terræ, non à cōsulibus, non à du-
cibus, non à diuitibus, sed ab extremis Math. 5.
terræ. Beati enim pauperes, quoniam
vestrum est regnum cœlorum. Vides
quomodo ab extremis terræ educat
Deus nubes & corporeas nebulas?
propterea si volumus nubes fieri, ad
quas peruenit veritas Dei, nouissimi
omniū fiamus: & tam affectu quàm
opere dicamus: Puto enim nos Deus 1.co.4.
Apostolos nouissimos ostēdit. Quod
si non sum Apostolus: licet tamen mi
hi fieri extremum, vt educens nubes
ab extremo terræ, educat & me, & ful-
gura in pluuiā faciat. Hæc Hieronim.

Venite

Exo. 3.

Quare Deus ad opera sua exequenda homines inhabiles assumat

Venite post me faciam vos Piscatores hominum. Exod. 3. ait Dominus Moysi pascenti gregem soceri sui, veni mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum. Ecce quos elegit Deus ad negotia sua: nempe qui inhabiles videntur vt habiles faciat. vt sciant homines opera Dei ad quæ assumuntur non esse sua, sed Dei. Quis enim non miretur videns Deum, hominem balbum, oratorem ad regem destinare; & pastorem pecudum ducem populi, & piscatores, prædicatores, & præsules suæ ecclesiæ constituere? Cogitaui sæpius quare dominus pastores, in reges & duces commutauerit: & piscatores, præsules ecclesiæ fecerit. Pondera quæso omne artificum genus & deprehendes, omnes pastores & nautas in maximo vitæ discrimine versari: nullumque artificium his laboriosius. Pastor enim non dormit, sed ferè continuo vigilat: vix vestitur, malè quevescitur: sic & piscatores nudi in laboribus ac vigilijs semper sunt. Vt ergo tam reges, quàm Pontifices scirent, se non ad quietem, non ad delitias assumtos: aut diuitias, sed ad labores, sudores, & vigilias, hos, inter cæteros, deligere curauit.

Quare pastores & piscatores, Reges & præsules suæ ecclesiæ fecerit.

Christus, diabolus mūdus, & caro nos ad se vocāt

Inf. 11. d.

Venite post me. Christus, Diabolus, Mūdus, & Caro, Inuitant & vocant nos. Sed Christ9 ait: venite ad me omnes qui laboratis, & ego reficiā vos. diabolus vero: venite ad me, & ego interficiam vos. Caro autem ait, ego inficiam vos: Mundus autem ego decipiā vos. Eamus igitur & sequamur Christum, qui laborantes & defessos refocillat, & reficit: fugiamus diabolū, qui gladio iniquitatis suos sectatores interficit. Est enim iniquitas (vt ecclesiasticus ait) quasi romphæa bis acuta. Fugiamus carnem, quæ veneno suarum voluptatum, homines sibi deditos, inficit. Non audiamus mundum, nos ad se vocantem, qui suos amatores diuitiarum esca decipere solet. Christum solum sectemur, qui animum & corpus suorum recreare non cessat.

Eccle. 21.

Venite post me &c. Aliqui veniunt ad Christum ab orientali plaga, alij ab occidentali, alij vero ab aquilone, alij tandem vocati, veniūt a meridie. Qui enim florem iuuentutis suæ non Dæmoni, non Mundo, sed Christo præbent: ab oriente veniunt. Bonum est viro, ait Hieremias, si portauerit iugum, ab adolescentia sua. De hac vocatione explicare possumus illud, quod Dominus per Esaiam Prophetam dixit. cap. 46. Ego sum dominus vocans ab oriente autem: & de terra lōginqua, virum voluntatis meæ. Sepe enim deus homines vocat, & excitat: vt maxima cū celeritate, tāquā aues, veniāt ab oriente, hoc est à iuuentute, ad amiciciam, & gratiam suam. Hi verò, non timore, sed amore, & dilectione affecti ad Christū veniūt. Sic vocauit Abel, Enoch, Noe, Dauidem, sic sanctū Iob, qui a iuuentute sua vocatus dicebat: vocabis me & ego respōdebo tibi. Sic denique paruulos: de quibus ait: sinite paruulos venire ad me: taliū est enim regnum cælorum. Et amplexabatur eos: vt Marcus scribit, cap. 10.

Diuersis ætatibus ac temporibus vocat Christus suos.

Qui sunt q ab oriente veniant.

Tre. 3.

Esai 46.

Iob. 14.

Infra. 19.

Marco. 1.

Lu. 18.

Alij autem veniūt timore mortis & pœnarum correcti, ab occidentali plaga, hoc est, à senectute. De quibus dici potest quod Esaias ait cap. 59. timebunt qui ab occidente, nomen domini: cum venerit quasi fluuius violētus, quem spiritus domini cogit. Timent enim maxime multi peccatores iam senectute confecti, dominum maiestatis: verentur eius iram, & iustum iuditium: & aiunt cum Hieremia: nō est

Qui sunt qui veniūt ab occidēte.

Esai. 59.

Hiere. 10.

est similis tui in dijs domine: magnus es tu, & magnum nomen in fortitudine: quis non timebit te, ô rex gentiũ? & tunc præteritorum scelerum illos pænitet, tunc lachrimas effundũt, deũ obnixè præcantur: & sic tandem pariunt spiritum salutis, ita vt in cælo angelos Dei maximo gadio afficiant.

Luc. 16.

Alij vero veniũt ab Aquilone, hoc est ab aduersitatibus compulsi. Vnde Lucæ. 14. ait rex: compelle eos intrare. Hoc est, aduersis rebus. Ab Aquilone enim, vt Iob ait: venit aurũ. Tribulationibus enim & doloribus affectus homo, tanquam aurum in fornace purgatur. Mala (inquit Gregorius) quæ nos hic præmunt ad Deum ire compellunt.

Lucæ. 14. Iob. 37. D. grego.

Tandem veniunt multi à meridie prosperitatum, relinquentes propter Deum, omnia huius mundi bona: dignitates, honores, diuitias, voluptates. Multi enim sunt de quibus scriptura sacra testatur. Incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. Quos Deus ab austro veniens, ad se trahit. De his omnibus sic vocatis, intelligere possumus quod Esaias ait, capit. 44. Ab oriente adducam semen tuum, & ab occidente congregabo te: dicã Aquiloni da: & austro, noli prohibere.

Deut. 32. Abacuc. 3. Esa. 44.

Venite post me. Ad nos omnes hæc vocatio pertinet: nos Christus piscari vult. Ideo ait: venite: ac me sequimini. Obserua: quod multis, varijsq; modis, vocare nos solet dominus. Nũc signis, nunc verbis, nunc missis ad nos nuncijs, nunc denique literis. Vocat, inquam, nos signis, hoc est, sanctis inspirationibus. De quibus ipsemet dominus apud Ioannem intelligens, ait: ego sto ad ostium & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam: introibo ad illum: & cenabo cum illo, & ipse mecum. Ne ergo sis tepidus, sed zelo feruens, & pænitentiam age: quando à Deo, internis signis, & inspirationibus vocaris. Quod si illi cor tuum aperueris, totum se tibi familiariter permittet. Vocat nos etiam verbo: quem admodum hodie vocauit Petrum & Andream ore enim suorum apostolorum, atq; apostolicorum virorum quotidie pro suggestu dicentium, nos vocat dominus: non enim illi sunt qui loquuntur, sed spiritus patris nostri qui loquitur per illos. Sed nos miseri aures obturam9, ne viuam eius vocem audiamus. Vnde verè conquæri ac dicere potest, quod sanctus Iob ait: seruum meum vocaui, & non respondit mihi: ore proprio deprecabar illum.

multis modis vocat dominus homines.

A Apoca. 3. Iob. 19.

¶ Vocabat dominus puerũ Samuelem, & ille non domino, sed Heli sacerdoti respondebat: qui illi, ad lectũ redire iubebat. Vocat nos dominus & ait venite, ac me sequimini: nos autẽ mũdum adimus, qui nobis ad ocium, ad requiẽ, ad voluptates, & illecebras redire præcipit. Nõ illi obsecro obediamus, sed semel domino nos vocanti, statim respondeamus: loquere domine quia seruus tuus audit. Atq; exemplo sancti Iob, dicamus: vocabis me & ego respondebo tibi. Non Heli, sed tibi: non mundo, non carni, non diabolo, sed tibi: & tu domine, operi manuum tuarum porriges dexteram.

1. re. 3. a. Iob. 14.

¶ Vocat item nos per nũtios, hoc est, afflictiones, morbos, & aduersa: vocat per infamiam, ac senectam. De quib9 intelligere possumus quod Salomon ait in prouerbijs. Misit (inquit) ancillas suas, vt vacarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. Pressuris enim, & ærumnis.

Pro. 9.

nis, quas ancillas vocamus, vocat Dominus peccatores ad arcem illam cœlestem, ad mensaque illa superna ciuitatis Dei: vocat inquam, sed in cassum. Idcirco ait: quia vocaui, & renuistis: ego quoq; in interitu vestro ridebo, & subsanabo, cum vobis id quod timebatis, aduenerit. ¶ Literis tandem sacrarum scripturarum nos vocat Dominus, cum omnia quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sint: vt per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus. Sed nos infelices, neque his literis à Deo de cœlo missis, venire curamus. Imitemur ergo Andræam, & Petrum: qui statim quod vocati sunt libenti animo secuti sunt Dominum Iesum.

Pro. 1.

Ro. 15.

Ambulans Iesus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres Simonem & Andreã fratrem eius. &c. Andræam, Simonem, Iacobum & Ioannem de littore maris esse vocandos prædixerat olim Iacob, cum benedicens filio suo Zabulon dixit: Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauium pertingens vsque ad Sidonem. Zabulon, idest, habitaculum fortitudinis ecclesiam significat (inquiũt Ambrosius, & Augustinus.) Hæc in littore maris habitat, & statione nauium, cum credentibus refugium, & periclitantibus demonstrat fidei portum. Hæc, contra omnes turbines seculi inconcussa firmitate solide expectat naufragiũ Iudæorum, & hæreticorum procellas, qui circunferuntur omni vento doctrinæ: quorum & si tunditur fluctibus, non tamen frangitur. Pertendit autem vsque ad Sidonem, hoc est, vsque ad gentes. Legimus etiam in hoc euãgelio, inde assumptos esse quatuor istos apostolos: legimus etiam, in his locis dominum sæpe docuisse. Sicut scriptum est terra Zabulon terra Neptalim, populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam. Sidon, interpretatur venator, vel venatrix. Venatores qui sunt, nisi Apostoli: quia ex his locis assumpti sunt, de quibus dicitur: mittam venatores multos, & venabunt vos: Lege Augustinum. De benedictionibus Iacob. Ambrosium de benedictionibus Patriarcharum. Et glossam. Gen. 49. Ecce igitur quo pacto Dominus benedicere incipit terram Zabulon, vocando quatuor hos Apostolos, & Principes Ecclesiæ constituendo, ac taliter firmando, vt omnes inferni procellæ, vt omnes huius mundi fluctus, non præualeant aduersus eos.

Vaticiniũ de his. 4. Apostolis

Gen. 49. b

D. Ambr.
D. Augu.

Esai. 9.

Hiere. 16

Augusti.

Ambrosi.

Vidit Simonem, & Andræam fratrem eius, mittentes rete in mare (Erant enim piscatores.) Humilitas artis faciebat, (vt diximus) ad Dei gloriam: concordia fratrum Denotabat ecclesiæ consensum: piscatura, typus erat euangelici muneris, quod per sermonem dei, mortales immersos ignorantiæ tenebris, ac sordidis huius mundi curis extrahit ad lucem veritatis, ac cœlestium rerum amorem. Hos igitur piscantes, primum piscatus est Iesus, vt in hoc loco apertè vides.

Venite post me. Nemo domine potest venire ad te, nisi tu & pater tuus trahatis eum. Trahe nos ergo post te, & curremus (nedum sequemur) in odorem vnguẽtorum tuorum. Trahe nos obsecro post te, amore, & charitate tua. Trahe nos post te, desiderio cælestis patriæ. Trahe nos vel saltem timore ac formidine pœnæ, æternique cruciatus. Cõfige enim timore isto carnem nostram & fac, vt iudicia tua timeamus. Trahe nos denique, si aliter venire

Ioan. 6. e.

Canti. 1.

Psal. 118.

nire

nire ac te sequi contemnimus, malis & præsuris huius vitæ: vt mala quæ nos hic presserint, ad te venire compellant.

D. grego.

¶ Memineris Domine, quod & si perditio nostra ex nobis sit: salus autem nostra ex te proficisci debet. Memineris quod sensus & cogitatio nostri cordis sint proni in malum, ab adolescentia nostra. Eò quod corpus quod corrumpitur, aggrauet animam: & deprimat terra inhabitatio sensum multa cogitantem. Trahe nos ergo post te, mentem, animumque nostrum, tuo fauore, tuo interno auxilio iuuando. Memineris iam te exaltatum esse á terra, quo tempore omnia ad te ipsum tracturum, nobis pollicebaris. Trahe nos ergo hisce modis, & tunc non solum veniemus, sed istis funiculis alligati, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Vt curriculo quidem te insequemur, in odorem famæ nominis tui, & in odorem miraculorum tuorum, quæ veluti vnguenta suauissima ac præciosissima sunt. Deduc ergo nos in semitam mandatorum tuorum, quia ipsam voluimus: ipsam dileximus: & ardenter amauimus. Non dubium quod si hæc, á Domino ingenti desiderio petierimus, quin præteriens secus cor nostrum, & audiens nos, extensis brachijs & expansis manibus dicat: quod his Apostolis: Venite post me. Tanta est eius pietas, tanta bonitas, tantúque eius desiderium salutis nostræ. Postulauit Dauid, hoc diuinum auxilium, vocatus á Domino, & exauditus est. Idcirco dicebat Psalmo septuagesimo secundo. Tenuisti manú dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti, & cum gloria suscepisti me postulemus & nos, & exaudiemur. Dat enim Dominus omnibus affluenter, & non improperat. Vt diuus Iacobus testatur in sua cano. cap. 1.

Osęæ. 13. c. — Gene. 8. — Sap. 9. — Io. 12. e. — Can. 1. — Psa. 118. — Ps. 72. d.

Venite post me. Nisi Christus mundi seruator, ac redemptor vocaret eos, nequaquam sequerentur. Ipso autem vocante, protinus relictis retibus secuti sunt eum. Vt hinc discas (quod Pauloante dicere incipiebamus.) Neminem conuerti ad Dominum, nisi sit Dei misericordia & voluntate præuentus: & eius voce interius clamante, vocatus. Dixisti (ait regius ille vates, Psalmo octuagesimo nono loquens sine dubio ad Dominum Deum suum) conuertimini filij hominum. Nec immerito sane, (inquit diuus Bernardus) á filijs quidem hominum videtur exigenda conuersio, peccatoribus vtique necessaria. Nam supernis spiritibus ea magis, quæ rectos decet, indicta laudatio est, eodem Propheta Dauide, psalmo. 147. psallente: lauda Deum tuum Sion. Cæterum quod ait, dixisti: meo quidem iudicio non negligenter prætereundum est, nec simpliciter audiendum. Quis enim humanis comparare audeat dictis, quod dixisse dicitur Deus? Viuus profectó est, & efficax sermo Dei: & vox eius, in magnificencia, & virtute. Denique ipse dixit, & facta sunt. Dixit: fiat lux & facta est lux. Dixit: conuertimini filij hominum, & conuersi sunt. Dixit: Venite post me: & continuo relictis retibus secuti sunt eum. Ita plané conuersio animarum, opus Diuinæ vocis est, non humanæ. Simon, & Andreas, Iacobus, & Ioannes, piscatores hominum in hoc ipsum in hoc loco, vocati & constituti á Domino, incassum tamen & ipsi labora-

Iaco. 1. — Quod nemo côuerti ad dominû nisi dei voluntate præuêtus & eius voce interius clamante possit. — Psa. 89. a. — D. bernardus de côuersione ad clericos. c. 1. — Ps. 147. — He. 4. — Ps. 32. b. — Gen. 1. a. — Luc. 5. a.

Luc. 5. a. borantes tota nocte nihil capient, do nec in verbo Domini recti a iactantes concludere possint multitudinem copiosam.

Ad hanc ergo interiorem vocem venite post me, aures cordis erigi admonemur, vt loquentem Deum intus audiamus. Illa enim vox magnificenciæ & virtutis, deserta discutiens, torporem excutiens animarum.

Psa. 28. a. ¶ Nec sanè laborandum est, vt ad vocis huius perueniatur auditum, labor est potius aures obturare ne audias. Nimirum vox ipsa se offert, ipsa se ingerit: ipsa præteriens iuxta mare cordis ait: venite post me. Nec pulsare cessat ad ostia singulorum. Denique quadraginta annis, inquit, proximus fui generationi illi, & dixi, semper hi errant corde. Adhuc nobis proximus est, adhuc loquitur, & non est forte qui audiat. Adhuc dicit hi errant corde: adhuc sapientia clamitat in plateis: redite præuaricatores ad cor. Hoc nempe initium loquendi domino: & hoc verbum ad omnes qui conuertuntur ad cor, præcessisse videtur, & non modo reuocans eos, sed reducens & statuens contra faciem suam. Est enim non tantum vox virtutis, sed & radius lucis, annuntians pariter hominibus peccata eorum, & illuminans abscondita tenebrarum. Aperitur siquidem conscientiæ liber, reuoluitur misera vitæ series, tristis quædam historia replicatur; illuminatur ratio, & euoluta memoria velut quibusdam eius oculis exhibetur. Vtraque verò non tam ipsius est animæ, quàm anima ipsa: vt eadem sit & inspiciens & inspecta: contra suam statuta faciem. Et à violentis quibusdam apparitoribus immissarum vtique cogitationum coacta: proprio interim iudicanda assistere tribunali. Quis sanè iudicium hoc sine tribulatione sustineat? Ad me ipsum anima mea turbata est (ait Propheta Domini,) Et tu contra faciem tuam sine argutione, sine turbatione, sed confusione, statui non posse miraris? Pf. 141. a

[Margin: Quod ipsa vox domini omnibus sese offert D. ber. de conue. ad cler. c. 2. — Pf. 94. b. — Pro. 8. a — Esa. 46. c. — Psa 84. b. — Pf. 49. d.]

Quando ergo hæc vox Domini, Venite post me, omnibus se offert: & animam sibi ipsi nolentem præsentat: continuò relictis omnibus quæ impedire possunt, relicta peccatorum sarcina, relictis rebus omnibus, exemplo istorum apostolorum, Christum sequamur.

Faciam vos fieri piscatores hominum.

Ecce iam vides, quo pacto iam Dominus occurrere incipit humanæ impacienitæ, quam olim prophetæ in sua persona exprimebāt: inter quos vnus occurrit Habacuc: qui dicebat C. P. mundi sunt oculi tui ne videas malū, & respicere ad iniquitatem non poteris: quare non respicis super iniqua agentes, & taces deuorante impio iustiorem se: & facies homines quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem. Miratur Propheta, & causam inuenire non potest, cur tanto tēpore sæuiat cetus, hoc est, diabolus, & omnia deuoret: non solum minores pisciculos, sed maiores. Cur tot hominum millia piscari sinatur. Imò quod magis mirandum est, cur tanta potentia sit præditus, vt absorbeat fluuium cetus iste, & non miretur si Iordanis influat in os eius. Non enim diabolus absoruet solum innumeram infidelium multitudinem, sed non mirum profectò illi aliquādo fuit, etiam fideles ipsos deglutire. Iam ergo dominus Iesus de cœlo descendens, hominum miser-

[Margin: Eligendo piscatores animarum occurrit Deus humanæ impatientiæ. Haba. 1. — Vi. gregi libro. mo. Iob. 40. & 41.]

tur: huic tanto malo succurrere volens, Andream, & Simonem, Iacobũ, & Ioannem, piscatores hominum instituit: vt hamo cœlesti, atque rete euangelij piscarentur illos, atque hamo verbi Dei, de faucib9 ceti extra herent.

Esa.19 ¶Ecce iam adest tempus quando impleri incipit, quod olim Esaias prædixerat. Et mærebunt piscatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen Hamum: & expandentes rete super faciẽ aquæ, & arescent. Et confundẽtur qui operantur linum: plectentes & texentes subtilia: & erunt irrigua eius flaccentia, omnes qui faciebãt lacunas ad capiẽdos pisces. Piscatores enim Aegyptij, qui valde contrarij erant, & modo sunt piscatoribus domini, lugebunt. Lugebunt etiam, qui mittebant Hamum in flumen, & expãdebant rete super faciem aquæ. Qui singulos quosque decipiunt (inquit Hieronymus.) Hamum mittunt in aquas turbidas: Qui autem plures simul, ita vt in Synagogis Satanæ loquantur publicè, & populorum ab ducant greges: isti rete super aquas mittunt Aegyptias: isti ergo videntes adueniente Domino, fluminum siccitatem, mærebunt. Videntes inquam, dæmones, eos, iam huius mũdi homines relinquere, atque ab idolatria deficere, ab erroribusque ad veram fidem reuocari, dolore cruciabuntur. Videntes iam dæmones, atque eorum satellites, qui operabantur linũ, hoc est, qui faciebant retia ex lino, tantam animarum multitudinem, relictis turbidis huius mundi lacunis, ad retia euangelij venire, dolore maximo afficientur. Ecce adest jam dies illa, expectata satis. Audi Dominum dicẽtem. Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. Piscabatur Andræas innumeram hominum multitudinem, & cruciabatur diabolus, atque ægæas iniquus pro consul. Mittebat retia Petrus, & capiebat circiter tria millia hominum vno iactu, & mærebant iudæi, diaboli piscatores. Act. 2.

D. hieron.

Faciam vos fieri piscatores hominum.

Non dicit piscatores diuitiarum, non dignitatum, non nominis, nõ opum, sed hominum. Debent cõcionatores animas quærere, non autem ad humanas inanes que opes aspirare.

Faciam vos fieri piscatores hominum.

Hi sunt piscatores illi, de quibus mysticè intelligebat regius vates, cum canebat: qui descẽdunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis. Ipsi viderunt opera domini, & mirabilia eius in profundo. Apostoli enim electi sunt ad prædicandam mundo salutem, quibus iniunctum est hodie à domino, mare istud magnum & spaciosum pernauigare, id est, mundum vniuersum perambulare, in omnem terrã & in fines orbis terræ, prædicandæ salutis gratia exire: qui missi sunt facere operationem in omnibus populis (qui sunt aquæ multæ) docere scilicet omnes gentes, prædicare eis, & testificari de salute & præceptis Dei, eosque baptizare in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, docentes eos seruare quæcunq; præcepisset me dicus ille, qui à Deo Patre venerat mũdo. Qui sic (inquam) in mare istud pernauigandum missi à Deo, descenderũt & quibus cõmissum fuit, sic operari operationes in aquis multis, idest populis, ipsi viderunt & experti sunt mirabilia opera Domini, quæ potentissimè cum eis egit, & per eos exercuit in varijs signis, prodigijs, atque

Ps. 106. Explicatur locus iste mysticè:

Ps. 18.

Io. 28.

atq; ostetis virtutis Dei quibus Deus operabatur, ipsis operantibus in aquis multis. Ipsi viderunt mirabilia quæ Deus fecit cum eis, & per eos, in profundo, idest, in mari quod per nauigabant missi à Deo. Vidit in Tracia Andreas, vidit in Epiro, vidit in Scythia Europæ (quæ ei ad fidē Christi disseminandam obtigit) vidit mirabilia, quæ per illum in illis aquis operatus est dominus: eademq; viderunt Petrus, Iacobus, & Ioannes, cæteriq; apostoli in piscaturam animarum vocati.

Alij in ecclesia sunt piscatores alij sunt pisces: nō omnes pastores, nō omnes subditi, sed debit' est ordo & conuenientia.

Faciam vos fieri piscatores hominum. Non omnes piscatores, non omnes pisces in ecclesia: sed alios, vocauit Deus, vt essent piscatores, alios verò, vt essent pisces: alios, qui docerent Dei legem, & illam explicarent: alios, qui ab his instruerentur. Errant ergo hæretici existimantes nullum in hac re esse ordinem, nullumq; discrimen sed scripturam sacram & eius intelligentiam peruiam omnibus esse. Edocemur enim per apostolorum traditiones, ecclesiasticos ordines suo quenq; loco diuinitus contineri: dum & maiores, qui piscatores sunt animarum, ac regni cœlorum claues habēt, sacrosancta scripturæ sacræ mysteria, quibus quoque & tempore & loco dignū visum fuerit, aperiunt: & minores, ab ecclesiæ magistris, libri clausi sacramēta percipiunt. Alioqui nulli essent ecclesiæ doctores, sed quiuis quamlibet plebeius & rudis, earum per se rerum sine præceptore quæreret intelligentiam, quas apostolorum interpretatione & literis obuias expositasq; haberet.

At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum. Relinquamus igitur & nos huiusmodi bona, Apostolorum exemplo, quæ nos potius irretire suis illecebris quàm beatos efficere possunt. Nullus enim, quantumuis diuitijs & honoribus abundet, felix in hac vita aut esse aut dici potest. Nam aut bona quæ habet amat, aut minimè amat. Si hoc dederis, iam ergo erūt ei potius oneri grauissimo quàm requiei. Si verò illa ex animo diligit, erit ergo obnoxius & omnibus malis, quibus illa subiecta esse solent. Quæ profectò tam innumera sunt, vt enumerari non facilè possint. Non ergo beatum aut felicē efficere possunt aliquem. Quare merito sunt contemnenda, & solus Christus sequendus & imitandus.

Nullus huius mundi bona beare possunt hominem, deo meritò sunt relinquenda.

At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum. Discant præsules ecclesiæ, discant religiosi, ab apostolis, omnia huius mundi bona non amplecti sed cōtemnere, non quærere in ecclesia, sed fugere, & omnino relinquere si non mercenarij, sed veri pastores habere volunt. Nullum enim viciū deterius est auaritiā in principibus rempublicam spiritualem regentibus. Væ peccatori (inquit ecclesiasticus) ingredienti terram duabus vijs. Qui enim Deo, & Māmonæ in ecclesia seruire contendit, terrā duabus vijs ingreditur. Væ pastoribus Israel (inquit Propheta) qui pascebant semetipsos. Leuitici, 10 narrat scriptura sacrā quòd cūm Dominus ignem cœlestē misisset, in quo solo sacerdotes ei incensum offerrent Nadab, & Abiu filij Aaron, acceptis thuribulis imposuerunt ignem & incensum desuper, offerentes coram Domino ignem alienum: egressusq; ignis à Domino deuorauit eos coram Domino. Ignis de cœlo missus, Dei amorem significat, Dei enim amore affecti sacerdotes veri, offerre quotidie debent. Ignis verò alienus, ambitio & auaritia est. Vnde diuus Bernardus sic inquit.

Ezec. 34. leuiti. 10.

figura.

D. bern.

Rom. 8. b. in carne carnem oblicti audiút ab apostolo: vos autem in carne non estis sed in spiritu. Corio carent: quia nitorē & distentionem mundanarum sollicitudinum non habentes, in pace in idipsum dormiunt & requiescūt. Nihil morari intra se patiuntur, quia neque modicum quidem offendiculum tolerabile reputant aut intra se, aut in conscienciis singulorum. Non est dolor sicut dolor eorum: quia nihil tam horrendū & horribile est sicut murmur, & dissentio inter fideles. Clausi sunt labijs ne videantur: sic viri isti perfecti nunc domibus nunc desertis, nūc materialibus vallis circum cinguntur, ne secularium oculis & accessui pateant. Indecens est si appareāt, nisi interdum forte ad risum: quia nihil turpius quā tales per vrbes & castella discurrentes, nisi cum illa cogit, quæ operit multitudinem peccatorum. Charitas enim risus est, quia Hilaris est. Læta quidem non tamē dissoluta. Toti corpori masticant cibum dentes: quia ipsi pro toto ecclesiæ corpore videlicet tā viuis quàm mortuis orare sunt constituti. Nullum inde saporem habere debent, nullam sibi gloriam asignare: sed dicere cum propheta: non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriā. Non facile consumuntur: quia quanto annosiores tanto feruētiores: & eo rapidius currunt quo vicinius appropinquant ad palmam. Per ordinē positi sunt. Vbi enim aliquid ordinatum est si hic non est, vbi cibus & potus, vigilare & dormire, laborare & quiescere, ambulare & sedere, & cætera omnia, in numero, & mensura, & pondere constituuntur? Superiores & inferiores sunt. Quia inter eos prælati & subditi sunt, & sic superiores inferiobus iunguntur, vt inferiores à superioribus non discordent. Cum autem inferiores moueantur, superiores nū quam moueri debent: quia & si subditi quandoque turbentur, prælatorum est in mente composita perdurare. Sicut grex tonsarum inquit. Quam benè viri perfecti tonsis ouibus comparantur, quia reuera tonsi sunt, quibus nec corda, nec corpora, neque aliquid mundanum in proprietate relictum est. Relictis enim omnibus mundi bonis secuti sunt dominum pauperē & nudum. Quæ ascenderunt de lauacro. Lauacrum baptismus est, de quo ascendit qui ad celsitudinem vitæ perfectioris intendit. Descendit autem qui se vitæ mancipat inhonestæ. Omnes gemellis fœtibus. quia & verbo pariunt & exemplo. Et sterilis non est in eis. quia nullus est infœcundus omnes enim filios spirituales gignunt Christo. Ad hoc enim vocati sunt, ad hoc hominum piscatores instituti. Dentibus ergo istis assimilemur. Illi protinus ad vocem Christi omnia relinquentes illum secuti sunt, imaginemque eius expresserunt: cum intus & foris induti sunt: nos, hos saltem imitemur: nos, hos sequamur.

At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum. Tria sunt nobis necessaria ad salutem. Dei voluntas tanquam efficiens præcipuaque causa, vnde rex Dauid ait: eduxit me in latitudinem saluum me fecit quoniam voluit me. Quasi diceret. Sua enim dominus validissima potentia, quasi vir pugnator, de manibus inimicorum me liberatū, cōstituit in latitudinem libertatis, extra omne periculum, omnem à me angustiam animi, & cordis anxietatem repellens: ipse me ab omnibus inimicorum intuitibus saluū fecit, illæsumque abire: non propter meæ iustitiæ cōdignum meritum, sed propter bene-

Marginal notes: Corio carent. — Nihil morari intra se patiuntur. — Nō est dolor sicut dolor eorum — Clausi sūt — Non apparent nisi ad risum charitatis 1. pe. 4. b. — Corpori masticant cibum. — Saporem non habēt Ps. 113. b — Per ordinem sunt positi. — Superiores & inferiores sunt — Inferiores & si moueantur superiores tamen nunquam. — D. Ber ser par. ser. 63 — Tria sunt ad salutē necessaria Dei voluntas, Christi passio, obediētia & subiectio nostra. Psal. 17.

persecuti sunt prophetas qui fue-
2.pe. c.3. *rũt ante vos. Vos estis sal terræ.*
Quod si sal euanuerit, in quo sa
lietur? ad nichilum valet vltra,
nisi vt mittatur foras, & concul
cetur ab hominibus. Vos estis lux
mundi. Non potest ciuitas abs-
condi supra montem posita, ne-
que accendunt lucernam, & po-
Mar. 9. g. *nunt eam sub modio, sed super*
Lu. 14. g. Mar. 4. c. *candelabrum, vt luceat omnibus*
Lu. 8. c. 11. e. *qui in domo sunt. Sic luceat lux*
vestra coram hominibus: vt vi-
deant opera vestra bona, & glo-
rificent patrem vestrum qui in
cœlis est. Nolite putare quoniam
veni soluere legẽ aut prophetas:
non veni soluere: sed adimplere.
Lu. 16. d *Amen quippe dico vobis, donec*
transeat cœlũ & terra, iota vnũ
aut vnus apex non præteribit à
Iacob. 2. b *lege donec omnia fiant. Qui ergo*
soluerit vnum de mandatis istis
minimis, & docuerit sic homines.
minimus vocabitur in regno cæ-
lorum, qui autem fecerit & do-
cuerit: hic magnus vocabitur in
regno cœlorum. Dico autem vo-
bis quia nisi abundauerit iustitia
vestra plusquam scribarum &
pharisæorum nõ intrabitis in re
gnum Cœlorum. Audistis quia
dictum est antiquis. Nõ occides Ex. 19. c. Deut. 5. b
qui autem occiderit reus erit iu-
dicio. Qui autem dixerit fratri
suo, Raca: reus erit concilio. Qui
autem dixerit, fatue: reus erit ge
henna ignis. Si ergo offers munus
tuum ad altare, & ibi recorda-
tus fueris, quia frater tuus habet
aliquid aduersus te, relinque ibi
munus tuũ ante altare, & va-
de prius reconciliare fratri tuo:
& tunc veniens offeres munus
tuum. Esto cõsentiens aduersa- Lu. 12. g.
rio tuo cito dum es in via cum eo,
ne forte tradat te aduersarius iu
dici, & iudex tradat te ministro,
& in carcerem mittaris. Amen
dico tibi non exies inde, donec red
das nouissimum quadrantem.
Audistis quia dictum est anti-
quis. Non mœchaberis. Ego au-
tem dico vobis: quia omnis qui vi
derit mulierem ad concupiscen-
dum eam iam mœchatus est eam
in corde suo. Quod si oculus tu-
us dexter scandalizat te, erue eũ
& proijce abs te. Expedit enim ti
bi, vt pereat vnum membrorum
tuorum, quam totum corpus tu-
um mittatur in gehennam ignis.
Et si dextra manus tua scan-
dalizat te, abscinde eam, & pro-
ijce

ijce abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorũ, quam totum corpus tuum, eat in gehennam. Dictum est, quicunque dimiserit vxorem suam det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis: quia omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari. Et qui dimissam duxerit, adulterat. Non periurabis: reddes autem domino iuramenta tua.

Deu. 24. a
Infr. 19. b
Mar. 10. b
Luc. 16. d
1 Cor. 7. b
Luc. 19. d
Exo. 20. b
Deut. 5. b.

Ego autem dico vobis non iurare omnino, neque per cœlũ: quia thronus Dei est, neque per Terram: quia scabellũ est pedũ eius. Neque per Hierosolymã: quia ciuitas est magni regis. Neque per caput tuum iuraueris: quia non potes vnum capillum album facere, aut nigrum. Sit autem sermo vester, est, est, non, non: quod autem his abundantius est, a malo est. Audistis quia dictum est oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis nõ resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillã tuã præbe illi, et alterã, et ei qui vult tecũ in iudicio cõtẽdere, et tunicam tuam tollere: dimitte ei & palliũ, & quicũque te angariauerit mille passus: vade cũ illo & alia duo. Qui autem petit a te, da ei: & volenti mutuare a te, ne auertaris. Audistis quia dictum est, diliges proximum tuum & odio habebis inimicum tuum. Ego autẽ dico vobis, diligite inimicos vestros, bene facite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos: vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne & ethnici hoc faciũt? Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est.

Iac. 5. c.
Exo. 21. d
Deu. 19. d
Leu. 24. d
Luc. 6. c.
1. co. 6. b.
Deu. 15. b
leui. 19. d
luc. 6. d. e.

Cap. V. Ad literam.

VIDENS *autem turbas ascendit in montem.* Quando aliquid noui facere vult dominus, miracula edere consueuit: vt ex ijs, quæ videntur, ea, quæ non sunt visa demonstret. Sic cum hominem esset facturus primum mundum creauit: & tunc demum facto homine, legem in paradyso,

Quando aliquid noui vult dominus facere miracula prius ædere solet.

Gen. 1. a.
Gen. 2. c.
Exo. 19. e

paradyso tolit. Iudæis etiam legem daturus prius miracula plurima ostendit, Ita etiam hodie ascensurus in mõtem, ad introducẽdam nouam & inauditam christianorum disciplinã, prius circuiuit totam Galilæam, & sanauit omnem langorem, & omnem infirmitatem in populo: vt euangelista capite præcedenti testatur.

Regula. D. scriptura aliquando ex tempore aliquãdo ex loco causas designat, quas aperto sermone non indicat: Ioã. 10.

Ascendit in montem, Diuina scriptura aliquando ex tempore, aliquando ex loco, causas designat; quas aperto sermone nõ indicat. Ex tempore enim, sicut prædicante iudæis Domino, per euãgelistam dicitur, hyems erat. Inter illa enim mysteria quæ veritas loquebatur, quæ causa fuit vt nomẽ hyemis adderetur, nisi vt per qualitatem temporis, frigus ostenderet cordis? Quia cũ verba veritatis acciperent, frigida iudæorum corda remanebant. Aliquando vero ex loco; sicut carnali israelitico populo descendente de mõte, Moysi lex in campestribus data est. Et sanctis apostolis dominus in monte sedens, summa & spiritualia præcepta locutus est. Vt ex locis videlicet monstraretur, quia & illis, tanquam carnalibus, mandata minima dabantur in valle terrarum: & isti tanquam spirituales & sancti, in monte mandata audirent. Quatenus aperte mõstraretur, quod ascendentes corde ad cælestia, infirma mundi relinquerent, & in montis culmine starent. Sic per Ezechielẽ dicit dominus, surge egredere in campum. Quia prophetiæ suæ gratiã, postmodum dignatus est in latitudine gẽtium demonstrare.

Ex. 24. b.

Ezech. 3. Greg. ho. 12. in Ezechi. Ambr. lib. 10. super Lucã.

Quis fuerit mons ste ex di. Hierony.

Ascendit in montem. Ex antecedentibus & consequentibus percipi debet scripturæ sensus, vt alias ostendimus. Hinc Hieronymus, exponens hunc locum, existimat ascendisse dominum in montem Thabor, & non in montem Oliueti, vt aliqui affirmauẽrũt: erat enim Thabor in Galilæa, quam Christus tunc temporis circuibat; vt euangelista testatur in fine capituli præcedentis. Denique postquam finiuit sermones suos descendit de hoc monte, & intrauit Capharnaum, vt dicit idẽ Euangelista, cap. octauo. Capharnaũ vero erat in galilæa. Ex quibus colligitur hunc montẽ vel Thabor, vel quẽlibet alium excelsum mõtem in galilæa fuisse.

Nihil sine magna causa à Christo factum est. D. Hiero.

Ascendit in Montem, & cum sedisset &c. Docebat eos dicens Beati. &c. Nichil sine magna causa à domino factũ vel dictum est. Causæ igitur quærendẽ sunt (inquit Hiero.) Ascendit igitur in montem (inquit Origenes) ne putares doctrinam eius esse vulgarẽ. Incipit à beatitudine sicut incipit Dauid, vt ostẽderet (inquit Theodo.) esse filium eius secũdum carnem: in die Paschæ immolatus est, vt ostẽderet (inquit Origines) se esse verũ Pascha, & ita iudaicum Pascha dissolueretur: reddit tributum Cæsari pro se & pro Petro, vt ostẽderet (inquit Hier.) Petrum omnibus Apostolis esse præferẽdum: quod intelligentes Apostoli statim ad Christum accedentes quæsierunt, quis putas maior est in regno coelorum? Lucæ. 12. cũ quidam diceret magister dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem: statim deinde auaritia disserit, quia forte alter portionem detinebat partem hæreditatis: Ioãnes nichil de tẽtatione domini meminit, quia de diuinitate quæ tentari nõ poterat tractat (vt ait Origines.) Christus cum matre, dimisso Ioseph, ad nuptias venit, & illam in cruce Ioanni commendauit, quia nimirum eo tẽpore mortuus erat Ioseph. Nichil igitur si-

Orig.

Theo. Augu.

Orige.

D.Hiero.

Luc. 12.

Origenes

tur sine maxima causa à Domino dictum aut factum esse credendum est.

Quid per spiritũ in hoc loco intelligatur.

Beati Pauperes Spiritu. Sub nomine spiritus videtur spiritus sanctus esse significatus. Idest beati qui ex spiritu sancto sunt pauperes, hoc est, pusilli, & parui in oculis suis, qui non in se, neque in suis viribus, aut rebus, sed in Deo solo confidunt. Vide cap. præcedens ibi: ductus est à spiritu.

Esa. 57.

Vel sub nomine spiritus potest à nobis etiã in hoc loco intelligi animus & spiritus hominis. Vt pauperes spiritu intelligantur pusilles animo, non tumore animoso. Sic Esaias. 57. pro eo quod Hieronymus trãstulit pauperes spiritu, Septuaginta transtulerunt pusillanimes, idest, pusilles animo, nõ superba animositate tumidi. Huic interpretationi congruit doctrina Augustini, homilia festiuitatis omnium sanctorum: & doctrina Bernardi interpretantis, spiritu, idest, spirituali voluntate. Verum siue hoc, siue illo modo interpretemur, sub eo quod dicimus, pauperes spiritu, in sacra scriptura intelligũtur humiles, secundum eam humilitatem, quæ est spiritus sancti opus. Quæ iuxta Bernardũ est duplex, altera cognitionis, altera affectionis. Priore cognoscimus quod nichil sumus, & hanc discimus à nobis ipsis, & ab infirmitate propria: posteriori calcamus gloriam mundi, & diuitias huius seculi. Contra vero diuites spiritu sunt, qui multitudine diuitiarũ gloriantur: qui cupidi sunt honorum & diuitiarum. Fuerunt quidam philosophi voluntariè relinquentes omnia huius mundi bona, contemnentes etiã gloriam eius: sed tamen non pauperes spiritu, quia suis viribus fisi, suam voluerunt cõstituere iustitiam: arbitrãtes suis studijs se fieri iustos, interim etiam sibi placentes, & sibi viuere cupientes pro inde non secundum spiritum pauperes.

Augusti.

Bernar.

Duplex humilitas

Diuites spiritu qui

Esa, 5. e.

Pauperes spiritu nunc agni nunc tauri, nũc fortes vocantur.

Beati Pauperes Spiritu. Hi sunt quos Esaias nunc Agnos, nunc tauros, nũc fortes vocat. Pascentur (inquit capite quinto) agni iuxta ordinẽ suum. Vbi Chaldæus paraphrastes, pro agnis, interpretatur sanctos pauperes. Et septuaginta interpertes habent, pascentur direpti, quasi Tauri. Hoc est, hi, quos Christus eripuit à dæmonis potestate, pascentur vt Tauri. Et capite vigesimo quinto ait idẽ Esaias: super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robustarum laudabit te. Vbi septuaginta habent: propterea benedicet te populus pauperum. Pauperes igitur Christi agni appellantur, propter innocentiam: tauri verò, quoniã in mundo tanquam in ludorum circo ab immanissimis tyrannis exagitantur, donec inauditis supplicijs confossi, sanguinem pro Christo fundãt: fortes autem, eo quod sua virtute regnũ cœlorum capiãt: regnum enim cœlorum, vim patitur, & violenti rapiunt illud. Cum enim sit regnum cœlorũ ipsorum pauperum, aperte concluditur ipsos pauperes fortes esse.

Esa. 25. d.

Ma. 11. b.

Mites qui Dicantur.

Beati Mites. Mites, dicuntur in scriptura qui prædicationi euãgelicæ nõ solum non resistunt, sed acquiescunt, qui formandos se prebent, & docendos. Hi sunt de quibus Esaias capi. 29. dicebat: & addent mites, in Domino lætitiam, & pauperes omnes in sancto Israel exultabunt. Modo enim lætantur mites, audientes, beati mites quoniam ipsi possidebunt terram: hoc est, æternam illam beatitudinem, de qua psaltes ille Dauid ait. Credo videre bona domini in terra viuentium. Paupe-

Esa. 29.

Psal. 26. b.

res

res etiam lætantur audiêtes: beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Beati estis cum maledixerint vobis homines. Solet in scriptura, id quod ad diuersorum temporum homines pertinet ita promitti: quasi de vna eiusdem ætatis generatione dicatur. Sic Petrus ait, vos autem genus electum, regale sacerdotium. Psalmo. 23. hæc est generatio quærentium eum &c. & in hoc loco Beati estis &c. denique ferè semper cum dominus ad apostolos loquitur, non tam ad illos quàm ad vniuersum populũ Christianum, cuius erant veluti seminarium, sermonem dirigit. Ad hunc modum loquitur cũ ait: hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Vos estis sal terræ. Ego vobiscum sum vsque ad cõsumationem sęculi & infra. 24. Amẽ dico vobis nõ præteribit generatio hæc donec omnia fiant. Stote parati quia nescitis qua hora veniet Lucæ. 12. simili modo scriptura loquitur de improborũ generatione Psalmo. 11. Custodies nos à generatione hac in æternũ. Filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua. Et alibi: generatio praua & adultera signũ quærit. Quibus in locis non de præsenti generatione aut seculo intelligit: sed de vniuersa improborũ generatione & seculo.

Regula.
Ambr. de vocatione gẽtiũ. c. 3.
1. pe. 2.
Psal. 23. b
Luc. 22. b
Inf. c. vlt.
Inf. 24.
Luc. 12.
Psal. 11.
Luc. 16. b.
Inf. 16. a.

Et dixerint omne malum. Omne, Pro, Quouis. Hebrai. & dixerit quouis malũ. Sic Iacobi primo. Omne datũ optimum de sursum est, idest, quouis datũ optimum.

Iaco. 1.

Merces vestra copiosa est in cælis. Vnde satis patet quod apud Deũ etiãest respect9 operũ nostrorũ. Quãuis enim scriptura rarissimè vtatur meriti vocabulo (ne scilicet occasionẽ superbiendi det, cum non sit nostrum, opera nostra magni æstimare, sed dicere serui inutiles sumus) alijs autem vtitur vocabulis æquiualentibus: qualia sunt, merces, retributio, reddere &c. Sic Christus in hoc loco merces vestra, &c. Sic Hieremias est merces operi tuo. Sic Paulus. Reddet vnicuique secundum opera sua. Hæc satis ostendunt apud Deum esse respectum operum nostrorum. Vnde Genesis septimo ait ad Noe. Ingredere, te enim vidi iustum coram me.

Apud deũ etiam est respectus operũ nostrorum:
Hiere. 31
c. Ro. 2. a.
Genesis. 7.

Vos estis Sal terræ. Sal, in scriptura, multa significat. In hoc loco significat Apostolos, quia per ipsos vniuersum hominum conditur genus. Ad Colossenses. 4. Significat gratiã Spiritus sancti. Sermo (inquit) vester sit in gratia sale cõdit9, & ita si fuerit sermo acheris, Hoc est, sine gratia, insulsus dicitur. Mar. 9. in primo loco Sal, significat Apostolos siue doctores ecclesiæ: in vltimo significat gratiã spiritus sancti. Bonũ est (inquit) sal. Quod si sal insulsum fuerit in quo illud condietis? Habete igitur in vobis salẽ & pacem habete inter vos. quasi dicat: sicut Sal carnem prohibet, & nõ sinit vermes procreari, ita & sermo doctorum si recens & mordax sit, carnales homines constringẽs, nõ sinit in ipsis generari vermem irrequietum. Si autẽ doctor insulsus fuerit, cum nichil habeat quod cõstringat & cohibeat in quo salietur? Hoc est cõdietur? habete igitur in vobis metipsis salem, hoc est spiritus sancti gratiam, quæ cohibeat, ita vt pacifici sitis. Nam qui constringitur charitate erga proximum, hic salem habet & pacificus est cum fratre suo,

Sal in scriptura multa significat:
Colo. 4.
Mar. 9.

¶ Sal etiam significat intelligentiæ occultæ virtutem. Vnde Gregorius exponẽs illud Iob: aut poterit comedi insulsum

D. grigo.

Iob 6. insulsum quod nō est sale conditum? Ait, in lege, sal literæ, est intelligētiæ virtus occultæ. Quisquis ergo obsequijs carnalibus intentus, hanc intelligere spiritualiter noluit, quid aliud quàm insulsum cibum comedit? Sed hoc in cibo sal cognita veritas misit, cum latere in lege saporem occultæ intelligentiæ docuit, dicens: Si crederitis Moysi, credetis vtique & michi, de me enim ille scripsit. Hæc Gregorius. Per sal denique increpationē Hieronymus intelligit in illo loco: habete in vobis sal & pacem habete inter vos. Hoc est salsitudinē correctionis, amor proximi temperet, & dilectionem proximi sal iustitiæ condiat.

Sal virtus occultæ intelligentiæ.

Ioan. 5. g.

Sal increpatio.

Mar. 9.

Quod si sal euanuerit. Vel infatuatus fuerit, insipidus factus fuerit, *In quo salietur?* Sub. ipsum sal, id est, qua re restitueretur illi sapor amissus? ex Marco, cap. 9. g.

Mar. 9. g

Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi. Locus iste probat ecclesiam non esse occultam, neque ex solis prædestinatis constare. Ecclesia enim manifesta & cognita fidelibus est, sicut ciuitas supra montem posita, & sicut Sol, & lucerna super candelabrum, quæ non esset si ex solis prædestinatis cōstaret.

Ecclesia, non est occulta.

Amen quippe dico vobis. Idest, veritatem siue id quod res habet, aut quod verum est dico vobis. *Amen.* Vox Hebraica est, quæ apud Hebræos eum habet vsum, vt per eam cōfirmemus quæ dicimus, vel quæ ante dicta sunt. Idem enim significat quod, fiat, vel verè. Et vt vocem Hebræis peculiarem nemo vertit.

amē, quid significet.

Qui ergo soluerit vnum de mādatis istis minimis, minimus vocabitur in regno cœlorum. Multa in scripturis dicuntur iuxta opinionem illius temporis, quo gesta referuntur, non iuxta quod rei veritas continebat. Vt in Hieremia. Tulit Ananias propheta catenam de collo Hieremiæ, & erat pseudopropheta. Sic Ioseph appellatur pater Christi. Sic in hoc loco Christi mandata appellātur minima, quæ etsi maxima sint, hominibus minima videntur. Qui ergo soluerit vnum de mādatis istis minimis, idest, qui neglexerit mandata mea, quæ & si maxima sint, hominibus minima videntur. Minimus vocabitur in regno cœlorum, id est, excludetur à regno cœlorum. Minimus vocatur, quia minima, idest, maxima præcepta contempsit. ¶ Men, præpositio, id est, in. ex. de. a. ab. apud Hebræos exclusiua siue negatiua esse solet. Minimus ergo vocabitur in regno cœlorū, siue à regno cœlorum, siue ex regno cœlorū, idest, excludetur à regno cœlorum. ¶ In, præpositio, aliquando accipitur pro ex. Phili. 3. secundum iustitiam quæ in lege est, conuersatus sine querela. Aliquando pro. de. Roma. 11. An nescitis in Elia quid dicat scriptura. Aliquando pro. a. vel. ab. Ioa. 1. In principio erat verbum. Particula ergo. men. quæ has omnes significat, exclusiua siue negatiua esse solet. Genes. 31. secundum Hæbraicum textū dicitur: caue tibi à loquendo, id est, ne loquaris, pri. Reg. 13. Repulit te Deus ab essendo regē. i. ne sis rex. Esai. 5. & nubibus mandabo de pluēdo super eam. i. ne pluāt super eam. Minimus vocabitur in regno cœlorum. i, de regno cœlorum. i. excludetur à regno cœlorum.

Regula Hierony.

Hier. 28.

Men, præpositio exclusiua esse solet apud Hebræos.

In, præpositio diuersis modis accipitur in sacra scriptura.

Phi. 3.

Ro. 11.

Gen. 31.

1. reg. 13.

Esa. 5.

Reus erit iuditio. Id est, condemnabitur.

Ego autem dico vobis quia omnis qui irascitur fratri suo. Frater pro quocunque Hæbra. sic Leuit. 19. non oderis fratrē tuum in corde tuo, sed publicé argue eum,

Leui. 19

eum. Frater pro quocũque proximo. Sic etiam Genes. 9. De manu fratris eius requiram animam hominis, idest de manu vniuscuiusque proximum eius requiram.

Gen. 9.

Raca quid

Qui autem dixerit fratri suo Raca &c. Raca, vox est Chaldaica, quæ hominẽ nequam & nullius frugis significat. Qui ergo alicui dixerit, nequam, aut nullius frugis, reus erit iudicio, obnoxius erit consessui iudicum, idest, trahetur in ius.

Qui dixerit, fatue, reus erit gehennæ. Non intelligit vniuersaliter, sed de illo qui contumeliæ causa id dixerit. Alioqui Christus & Apostoli essent rei, appellãtes discipulos suos stultos & insensatos. Vnde Christus apud Lucam ait. O stulti & tardi corde ad credendum. &c.

Luc. 24. d

Relinque munus tuum ante altare & vade prius reconciliare fratri tuo. Nisi hæc præcepta (inquit driedo) & quæ in cõsequentibus docet Dominus hyperbolicè intelligantur, absonus erit intellectus: quæ, neq; Christus, nec apostolus ad literam obseruarunt, veluti quod docet de relinquẽdo munere ante altare, de maxilla altera offerenda, de pallio dimittendo ei qui nos vult in ius trahere tunicamq; tollere: & de itinere duorum milliarium cum aduersario qui nos ad vnũ milliare coegerit, & de non iurãdo omnino. Hæc & id genus alia, hyperbolicè dicta sunt contra iustitiã pharisæorum, qui nõ resecabant de cordibus suis cupiditatem, auaritiam, superbiam, odium, inuidiam, iram, ambitionem, æstimantes etiam licere vt malum malo compensarent, iniuriam iniurijs, contumeliam contumelijs. Phylosophia verò christiana hæc omnia condemnat, ita vt si opus fuerit relinquere munus ante altare, relinquendum sit. Si ergo hæc fuisse præcepta dicas, vt existimat driedo hyperbolicè intelligẽda sunt. Si autem consilia & non præcepta, nõ hyperbolicè dicta intellige. Multi nã q; sancti ea ad literam seruarunt.

Hyperbolyce loquitur Christus hic & in sequentibus. Vid. Driedo. lib. 3. de dogmat. tract. 3. c. 4. Et lib. eodem tract. 1. c. 3.

Esto consentiens cum aduersario tuo. Vel fac conuenias cum aduersario tuo. In auaros debitores inuehitur qui reddere non curant.

Omnis qui viderit mulierem. Vel vxorem, scilicet alterius ad concupiscendum eam, iam, &c.

Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eũ. &c. Idest, si quod oculo vides est tibi causa ruinæ missum illud fac.

Et si dextera manus tua scandalizat te, &c. Idest, si quod agis offendiculo tibi fuerit.

Reddes autem Domino iuramenta tua. Idest, quæ iurando promiseris.

Ego autem dico vobis non iurare omnino. Non hic prohibet iuramentum quicquid Anabaptistæ velint. Qui enim iuramentum è medio tollere conantur, omnem nimirum obedientiam, qua vel magistratibus, vel priuatim proximo deuincti sumus tollunt. Tãtum ergo Christus vult, vt à quotidianis illis blasphemijs, & friuolis iuramentis abstineamus, ideo signãter addit: neque per cœlos, neque per terrã. Sanctissimus erat Habraham & non abnuit iuramentum præstare. Ego inquit iurabo. Gen. cap. 22. Et rursum. cap. 31. iurauit Iacob per timorem patris sui Isaac.

Non hic prohibet iuramentũ, aliẽs licitum, sed tantũ uult vt à quotidianis illis blasphemis & friuolis iuramẽtis abstineamus.

Gen. 21. & 31.

Sit autem sermo vester, est, est, non, non, quod autem his abundantius est à malo est. Quod vltra hæc adiungitur ex malo est. Nota quod ista conduplicatio non ad eundem pertinet, sed prior pars ad interrogantem pertinet, posterior ad respondentem.

Siquis

Si quis te percußerit in dexteram maxillam. Propriè si quis te palma ceciderit, siue de palmarit. Nota quod hæc dicta Christi de offerenda altera maxilla & de pallio dimittendo hyperbolicè dicta intelligunt nonulli contra iustitiam pharisæorum. Vide supra, ibi. Relinque munus tuum ante altare.

Non ne publicani hoc faciunt? Publicanos tunc fouebant Romani, apud Iudæos autem infames erant.

In Mathæū. Cap. V. Ad mores,

Additio. quare christus in montem conscendit.

ASCendit in Montem. Iam dominus Iesus monte cōscenso cœlestis philosophiæ doctorem agere incipit, ipsa loci celsitudine declarans, se nihil plebeium aut humile traditurum, sed ardua cœlestiaq; omnia: simul Moysi referēs exemplū, qui legem proditurus populo, montē ascendisse legitur.

Quare sedit Christus.

Et cum sedisset. Consedit Iesus, non vti fessus, sed velut ardua quædam magisque seria docturus, quæ attentum auditorem requirerent. ¶ *Et aperiens os suum docebat eos dicens.* ¶ In primis hic animaduerte huius cœlestis legislatoris benignitem, qui nec præcipere, nec prohibere, nec comminari voluit, sed præmiorum dulcedine, obseruantiæ legum suarum difficultatē temperauit. Verè lex clementiæ in ore eius. Non sic mūdi legislatores qui innumera legum ac prohibitionum multitudine viam regni cœlorū hominibus obstruunt: qui omnia vi, metuque serui li agere volūt. Deinde perpende huius legislatoris autoritatem, quæ maxima est. Quare certū erit præmium, certa corona, certa merces, si leges quas tātus autor tulit, seruaueris. Doctrina hæc ex ore altissimi prodijt quare maximi faciēda est. Si enim quæ saluatorem tetigerūt vestimenta, pro reliquijs habentur, Quid verba ex eius ore sanctissimo prolata in maximo precio non habebuntur? Quid nō plurimi æstimabuntur, maximaq; religione obseruabuntur? Diligenter ergo ea audiamus, atq; accuratiꝰ memoriæ mandemus & infigamus. Si enim sapiens dicebat: ego os regis obseruo: cur nos regis nostri legisq; latoris nostri cœlestis os non attētè notabimꝰ cur non ab eius ore pendebimus: ne quid pereat, ne quid decidat, aut à memoria fugiat? Ardua sunt quæ docet. Quare attētos nos esse vult, pro primus illū sedentem, exemplo apostolorum cingamus, ne quid illius sacræ doctrinæ possit effluere. Attenti etiam simus nam os eius omni loquendi dulcedine ac suauitate pollet. Diffusa enim est (vt Dauid ait) gratia in labijs suis. Attēti simus, & tunc mirabimur omnes, in verbis gratiæ quæ procedūt de ore eius. Atque anima nostra liquefiet vt dilectus locutus fuerit.

Christi legislatoris benignitas consideranda:

Pro. 31. d

Autoritas Christi legislatoris notanda.

Eccle. 24. Maxime faciēda est Christi doctrina quādo ex ore suo prodijt.

Eccles. 8.

Psal. 44

Luc. 4.

Tertio obserua: quod superato mōtis fastigio consedens aperuit os suū, & ibi proposuit abscondita cœlestis ethicæ. Ibi aperuit os suū, vt rectè viuendi regulas traderet: ibi aperuit os suū, vt prima principia moralis philosophiæ, quibꝰ veritas vitæ ostēditur, & æterna felicitas non tam infertur, quàm confertur, & discipulos & turbam illum sequentem, & omnes nos doceret. Ibi aperuit os suū, vt ex illo ore suauissimo prodiret sol diuinæ sapientiæ, qui radios octo, quibus eius ecclesia illuminaretur, emitteret: ex illo

Can. 5.

Quare aperuit legislator noster os suum:

illo, inquam, nouum testamentum tã quam paradisi fluuius efflueret, atque egrederetur: cuius typus erat torrens ille, de quo Propheta Ezechiel, capite

Eze. 47.b quadragesimo septimo dicebat. Viuent omnia ad quæ venerit torrens.

Cui etiam fluuio aptari potest illud,

Eccl. 24.d quod Ecclesiastes ait, capite vigesimo quarto: Ego quasi fluuius dorix, & quasi aquæ ductus exiui de paradiso. Os enim quod hodie apertum fuisse Mathæus noster in hoc loco commemorat, verè vena vitæ fuit. Si enim os

Pro. 10. iusti est vena vitæ, vt Salomon in Prouerbijs capite decimo affirmat: quid de ore Christi Domini, seruatorisque nostri dicendum est: qui non solum iustus sed ipsa iustitia fuit? Aperuit olim Moyses os suum, vt legis illius obseruatoribus bona externa polliceretur, abundandiam que rerum temporalium promitteret: transgressoribus verò, ærumnas, ac aduersa in hac

Deu. 28. vita, multa. Vt videre est in libro Deuteronomij, capite vigesimo octauo. At Christus Dominus aperiens os suum, suæ legis cultoribus, & in hac vita, & in futura, perpetuam felicitatẽ, ac æternam requiem, diuinarumq; rerum abundantiam spondet, libenterq; pollicetur. Ibi aperiẽs os suum ostẽdit nobis veram illam scalam quam,

Gen. 28.c narrat Moyses, in libro Geneseos, capite vigesimo octauo, vidisse Iacob, cuius non altera solum, sed vtraq; extremitas cœlum tangit. Primus enim ac vltim9 huius admirabilis scalæ gradus, regnum cœlorum pollicetur, beati inquit pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum: beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

¶ Aperto denique sacro ore suo, euangelicæ doctrinæ atque christianæ philosophiæ, nondum audita dogmata cæpit depromere, plurimum aborrentia ab omnium opinione, & sentẽtia, qui mundum videntur admodum sapere. Beatitudinẽ pollicentur omnes qui se doctores sapientiæ profitentur. Beatitudinem expetunt omnes, cuiuscunque status sint aut conditionis. Sed quibus in rebus sita sit hominis felicitas & beatitudo, hinc multa inter antiquos sapientes ac philosophos controuersia, multus in vita mortalium error. Hic quoniam scopus est, & fundamentum totius sapientiæ, primum id explicat Dominus Iesus in monte sedens: paradoxa docens sed verissima. Et ideo vt iam in superioribus diximus, miraculis multis, ac signis mirabilibus, præstruxit fidem sermoni incredibili, vt qui virtutem ipsius experti essent efficacem in sanandis corporis morbis, confiderent, & doctrinam esse veracem, qua mederetur morbis animorum. Hæc tunc audierunt discipuli pauci, & beatitudinẽ suntamplexi. Audiant modo omnes quotquot in mũdo sunt homines, nã omnibus locut9 est, & omnes reddẽtur felices, reddẽtur beati, ac sui voti, & desiderij compotes.

¶ *Beati pauperes spiritu.* Certa res est ac omnibus viris sapientibus comperta, quod ex falsis opinionibus oriantur omnia peccata vitæ. His igitur eximendis ante omnia studendum est. Et quoniam perniciosissimus animorum morbus est ferocitas & arrogantia, quæ non sinit hominem esse capacem veræ doctrinæ: imo fons est vnde ferè scatet quicquid est capitalium viciorum: huic primum medetur Iesus: beati (inquiens) pauperes spiritu. — Ex falsis opinionibus oriuntur oia peccata vitæ.

¶ Quorum aures tulissent vocem tam inopinabilem, nisi post tot testimonia Ioannis, patris, columbæ, postremò præsentibus signis fuisset autoritas commendata, & conciliata fides? Mundus ignarus ac cœcus, beatum dicit populum cui hæc sunt. quæ? Quorum filij videlicet, sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. quorum filiæ compositæ: circumornatæ, vt similitudo templi. Quorum promptuaria plena, eructantia ex hoc in illud. Quorum oues fætosæ, abundantes ingressibus suis, quorum boues crassæ. Beatum vocat populum cuius non est ruina maceriæ, neque transitus: neque clamor in plateis eorum. At diuina sapiētia, quæ tangit à fine vsque ad finem fortiter, quæ omnia prospicit, penetrat, atque visibilia & inuisibilia, externa & interna, diuina & humana, penitus intuetur: non hos beatos vocat, sed pauperes spiritu, mundi bona propter Dei amorem cōtemnentes, Deum, veras diuitias, reputantes. Non homines arrogantes, felices appellat: sed corde & animo sese Deo subdentes. Non eos beatos vocat, qui alios contemnunt præ se: sed homines seipsos agnoscentes. Simia si loqui posset: nucem, amaram diceret: ob corticis amaritudinem. At vir sapiens, qui nucem scit frangere: & ad nucleum vsque peruenire, dulcedinē in ea inuenit. Sic mundi amatores, Christi paupertatem, diuitiarum tenuitatem, amaram iudicant: at qui spiritu Dei aguntur, dulcem ac suauem ac beatitudinem afferentem. Multos rei familiaris tenuitas, generis humilitas, conditionis obscuritas, fortunæ aduersitas, reddit abiectos, & humiles, sibique displicētes. Sunt hi quidē viciniores euangelicæ beatitudini, si quo vocat fortuna sequantur animo. Verum hæc spiritus humilitas in affectu sita est, non in rebus externis. Vnde Bernardus. Diligenter attende quod non simpliciter pauperes nominat, propter plebeios pauperes, necessitate miserabili, non voluntate laudabili. Spero equidem profuturā eis apud diuinæ bonitatis, mĩsericordiā hāc ipsam afflictionis suæ miseriā. Scio tamen hoc in loco Dominum non de huiusmodi fuisse locutum, sed de his qui possunt dicere cum Propheta: voluntariè, sacrificabo tibi. Attamē nec voluntaria quidem paupertas omnis, laudem habet apud Deum. Nam & Philosophi sua omnia reliquisse dicū tur, vt expediti mūdi curis, studio vanitatis possent vacare liberius, & nolebant sensu abundare in sensu suo. Hos discernit quod dictum est, *spiritu.* Id est, spirituali voluntate. Beati pauperes spiritu: spirituali scilicet intentione, desiderio spirituali, propter solum Dei beneplacitum atque animorum salutem.

Quos iudicat mund⁹ beatos. Psal. 143. Sap. 8. a. Quos vocet Deus beatos. Simile. d. Bernar. Psa. 53. b.

¶ *Quoniam ipsorum est regnum cœlorū.* Hæc vna ac præcipua causa est, quare pauperes spiritu beati ac felices appellentur. Quòd ipsorum sit regnum cœlorum. Sed ais, vnde regnum huic, qui nihil arrogat sibi, qui cedit omnibus, qui sibi displicet, qui neminem protrudit ac lædit, qui omnia mundi bona contemnit? Is enim propriorasininæ seruituti videtur, quàm regno. At qui verum est quod dixit in hoc loco Christus Dominus ac veritas ipsa. Horum tantum est regnū sed cœlorum: hoc est, gratia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. An tu regnare putas istos feroces ac violentos? Seruitutem seruiunt, multos que semper patiuntur tyrannos. Discrucian

Causa prima Quare beati dicātur paupe res spiritu. Quid per regnū cœlorū intelligatur. Ro. 14. e Tyrani et si regnare vide.

antur pro prie tamē nō regnāt sed qui vere regnant sunt paupe res spiritu

cianturauaritia, ira, liuore, cupiditate vindictæ, metu, spe. Vix viuunt tantum abest vt regnent. At qui liber est his curis omnibus, fretus innocentia sua, fretus Deo, fretus præmijs futuri seculi, tranquillo pectore contemnit ea, quæ sunt huius mundi, & sequitur bona cœlestia: nonne regnum obtinet longè pulchrius ac magnificentius regno tyrannorum? Non huic imperat libido, non auaritia, non liuor, non ira, non ceteræ pestes animorum. Et armatus fide, quotiens res postulat, imperat morbis, & fugiunt: imperat vndis, & conquiescunt: imperat dæmonibus, & emigrant, tam potens est regnum animi, sibi diffidentis ac Deo fidentis, humanis diffisi præsidijs & ex cœlo pendentis. Non diadema, non vnguentum, non satellitium dant regnum. Hæc sunt quæ verè regem faciunt, ac denique ad cœlestis æternique regni consortium euocant, vbi nulla iam erit rebellio. Regnum mundanum paratur violentia: ferocia defenditur: hoc regnum parit modestia, tuetur & constabilit humilitas. Mundus non iudicat regno gerendo idoneos, nisi qui generoso præditi spiritu ingētes tollunt animos: Deus ad suum regnum eos potissimum euehit, qui se maxime deijciūt. Mundus eos diuites iudicat, & si nihil possideant, qui ad dignitatem aliquam magnā sunt electi, aut qui diuitias multas quas habent, in tuto reposuerunt: aut qui principum ac regum sunt hæredes futuri. Meritò ergo pauperes spiritu, diuites vocari debent: meritò beati, ac nimium felices. Dicente Iacobo, cap. 2. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide & hæredes regni? Iaco. 2.

¶ Verum etiam est, quod ait veritas pauperum spiritu esse regnum cœlorum, hoc est, cœlestem patriam ac æternam illam felicitatem. Superbis enim ac ferocibus resistit Dominus humilibus autem dat gratiam. Cum ergo pauperes spiritu & humiles capaces sint gratiæ cœlestis, capaces etiam erunt æterni regni. ¶ Fideles similiter in modico, super multa constituuntur a Domino: cum ergo humiles ac pauperes fideles sint Domino, dicente Bernardo: fidelis reuera famulus es, si de multa gloria Domini tui, & si non exeunte de te, tamen transeunte per te, nil manibus tuis adhærere contingat: cum humiles, inquam, omnia in gloriam Dei referant: non mirum quod super multa constituantur: non mirum quod regnum cœleste possideant.

Secunda causa ob quam beati dicūtur pauperes spiritu. Iacob. 5. Infr. 25. b D. Bern.

¶ Iure etiam emptionis, solet hominibus pertinere regnum aliquod: pauperes ergo spiritu omnia contemnentes, hoc iure sane gaudent. Pauperib9 (ait Bernardus) pariter & martyribus regnum cœlorum promittitur, quia paupertate quidem emitur, sed in passione pro Christo absque omni dilatione percipitur. D. Bern.

¶ Veri ergo pauperes simus si beati esse volumus: mundana superbia derelicta, humilitati nos ipsos tradamus: si regnum cœlorum possidere appetimus.

¶ Paupertatem amemus: nam paupertas, (vt Chrysostomus ait.) Est manuductrix quædam in via, quæ ducit ad cœlum, vnctio athletica, exercitacio quædam magna & admirabilis, portus tranquillus. Nihil opulentius eo, qui paupertatem sponte diligit & cum alacritate suscipit.

Chry. se. 18. super episto. ad Hebræ. Commendatur paupertas spiritus.

Leo.papa. Se.4.d.40 ¶ Paupertatem spiritus diligamus nam (vt Leo ait) semper diues est christiana paupertas, nec pauet in isto mũdo indigentia laborare, cui donatũ est in omnium rerum domino omnia possidere. ¶ Paupertatem spiritus amplexemur: quæ cum Dei timore in cœlum incedit. Si enim timentium est, quæ fugæ cursum impediunt abijcere: & quæ euasioni obstant proijcere: ad pauperes spiritu Dei timorem pertinere confiteri necesse est: quum omnia mundi bona, æquo animo ne viam cœlestem impediant contemnant, conculcent, & pro nihilo pendant. Quod si timentiũ etiam est, homines hominibus se subdere ac inclinare, pauperes verò spiritu verè humilientur sub potẽti manu Dei: quod verè Deum timeant, fateri oportet.

Paupertas spirit' aptatur Dei timori.

¶ Hanc denique rerum exterarum inopiam libenter propter Deum sectemur, si in cœlis summa rerum omnium abundantia pollere concupiscimus, dicente Domino: quoniam ipsorum est regnum cœlorum, hoc est, immensæ opes, diuitiæ, ac omnium bonorum affluentia. ¶ Hinc intelliges quare huic primæ beatitudini, atque vltimæ, regnum cœlorum promittitur. Qua enim ratione regnum hoc secum omnia diuitiarum genera continet, Christi pauperibus, omnia huiusmodi bona quæ externa dicuntur, abijcientibus: promittitur. Qua verò ratione regnum hoc, summum honorem secum affert, abiectis & interfectis propter iustitiam pollicetur:

Quare primæ beatitudini & vltimæ, regnũ cœlorũ promittitur.

¶ Ama paupertatem quando eam Dominus Iesus tãtopere amauit. Vt ab incunabulis ad mortem vsque, eam amplexaretur. Recenter enim natus pannis non sericis est inuolutus, & in præsepio collocatus, quia non erat ei locus alicus in diuersorio. In mundo cum hominibus vitam agens tam pauper fuit, vt non haberet vbi caput reclinaret, nec vnde Cæsari tributum solueret. In morte verò vestimentis suis exui voluit. Tam vehemẽter hãc virtutem dilexit vt ob pauperes, & inopes se in mundum venisse apud regium vatem confiteatur his verbis: propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus. Et apud Esaiam: euangelizare pauperibus misit me. Luc. 2. Luc. 9. g. Infra. 17. Infr. 17. Psa. 11. a Luc. 4. c. Esa. 62. a.

¶ Ama paupertatem. Nam pauperes Christus (quod iam diximus) beatos prædicat: diuites vero infelices, apud Lucam. Pauperes ad mẽsam suam vocat. Pauperes adiuuat. Adiuuit, inquit pauperem de inopia. Illis parcit: pauperum suorũ (ait Esaias) miserebitur. Illos eligit. Elegi (inquit) te in camino paupertatis. Eos exaudit. Desiderium pauperũ exaudiuit Dominus. Illorũ est memor. Non in finem obliuio erit pauperum. Illorum est solicitus. Ego autem mendicus sum & pauper: & dominus solicitus est mei. Illorum est refugium & fortitudo. Factus est dominus refugium pauperi. Et alibi factus est fortitudo pauperi. Illos ab omni periculo seruat: parcet enim pauperi & inopi & animas pauperum saluas faciet. Luc. 6. Luc. 14. Ps. 106. d Esa. 49. Esa. 48. Ps. 9. g. Ps. ibidem Ps. 39. d. Ps. 9. b. Esa. 25. Psa. 71. c.

¶ Ama paupertatẽ. Nam pauperum societatem Dominus quærit. Qui nõ renuntiauerit (inquit) omnibus quæ possidet non potest meus esse discipulus. Secũdo. lib. Reg. c. 30. Sacra refert historia: Dauidem, seruum Aegyptium assumpsisse, quem Dominus suus omnino destituerat: sic verus Dauid in sotios sumit, quos mundus iste despicit, ac procul à se abijcit. Luc. 14. 2. re. 30. Figura.

¶ Ama

¶ Ama paupertatem, quoniam pauperum est Deus. Vnde in libro numerorum cap. 18. ait: in terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem ego enim pars & hæreditas tua. Quo quid felicius? quid beatius? tempus sane deficeret, si quæ bona, ex amore paupertatis spiritus hominibus proueniant, persequi velem.

Num. 18.

¶ Ama deniq; paupertatem, & te Dominus vultu alacri respiciet. Audi quid ipse apud Esaiam dicat: ad quem, inquit, respiciam nisi ad pauperculum &c. Intuere hic obsecro mecum parumper quantum distet voluntas diuina ab humana. Homines habitare volunt cum diuitibus, Deus verò cum pauperculis, vt ibi docet Esaias. Homines quærunt hospitia amæna, Deus verò animas pauperculas. Mundus pauperes infelices iudicat, Deus in hoc loco eos esse beatos, ipsorumque esse regnum cœlorum ostêdit. Merito ergo lactantius aiebat: hoc vno beati esse in hac vita possumus, si minime beati esse videamur. Et rectè quidem. Nam quid iuxta mũdi opinionem infelicius paupertate? Et tamen oculi Domini in pauperẽ respiciunt, hoc est, pauperibus fauet, & sibi chari sunt. Contra verò mundus nihil beatius diuitijs, nihil gratius ad vitam trãsigendam existimat: cum Deus eas, spinas vocet apud nostrum euangelistam, cap. 13. Et alibi dicat: væ vobis diuitib9. Et diuus Paulus, prima ad Timoth. c. 6. Qui volunt diuites esse incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & desideria multa, & inutilia, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Ex quibus vides, quàm periculosa sit diuitiarum affluentia. Vt nauis graui mercium pondere onusta, in immenso mari procella iactata, proijcit ad mare merces, ne funditus pereat: vtilius ducens opes potius amittere, quàm vitam, quoniam exonerata securius, & velocius nauigat. Sic homines diuitijs circumfluentes in hoc mundo, debent se diuitijs exonerare, pauperibus distribuendo: ne illis abutentes mergantur, atque ad ima tartara præcipitentur. Ita namque poterunt maris cursum securius transigere: atque ad beatitudinis portum velotius accedere. Sed dices: non posse eum esse felicem, qui opibus caret: quod nullam habeat nominis claritatem. Hæc est mundi opinio, sed falsa. Luna cum longius distat à Sole, totum suum splendorem terris ostendit: ad cœlum autem claritatem non mittit: cum veró Soli coniungitur, tota in superiori parte illuminatur: inferius autem nullum lumen ostendit: & tunc eam inspiciẽtes obscuram arbitrantur. Sic qui longè à Christo separantur, humanam solùm gloriã quærunt: totum suum splendorem in terra defigunt: atque animi candoris obliti, in falsis diuitijs beatitudinẽ constituunt. At qui Soli illi iustitiæ Christo Deo nostro coniuguntur, animi splendorem sursum emittunt: & tunc à mundi amatoribus obscuri iudicantur: cum sint animo fulgentissimi. Ex quo efficitur, vt ad cœlum aspirent: omnem veram claritatem in charitate constituentes, & gloriã in ipsius gloriæ contemptu collocantes. Beati ergo tales merito vocari ac dici à nobis debẽt.

Esa. 66.
Maxime distat voluntas diuina ab humana.
Lactãtius
Ps. 10. b.
Jn. 13. & Luc. 1. 1. Tim. 6.
Similitudo.
Simile.

Beati mites. Qui nam sunt mites? qui nulli vim faciunt, qui læsi facile commodant iniuriam, qui malunt rem perdere quàm contendere, qui pluris faciunt concordiam & animi

Qui dicantur mites.

 tran

tranquillitatem, quam latifundium: quibus optabilior est quieta paupertas, quàm rixosæ diuitiæ.

Quid sit mansuetudo. Hinc colligetur, quæ nã sit mansuetudo. Est enim mansuetudo, moderati animi trãquillitas, quæ nulla incurrẽtiũ rerum tribulatione agitatur. Nec immerito hæc virtus paupertatem spiritus sequitur: nam qui terrena mũdi bona non amat, sed propter Deum omnino contemnit, longe abest ab animi perturbatione aliqua. Quemadmodum enim terra si aqua misceatur omnino turbatur: sic animus terrenarum rerum amore commixtꝰ, multis perturbationibus afficietur: at si rerum humanarũ expers sit, omni trãquillitate gaudet. Hos ergo, homines felices appellat Christus. Ex quo fit vt iracundi, infelices dicantur. Longè enim à mansuetis distãt. Quod his verbis docet eleganter Chrysostomus.

Simile.

Ho. 6. in acta. aposto.

Mites & iracundi comparãtur inter se.

In quibus putas esse iracundum, in quibus etiam tolerãtem malorum ac mansuetum? Nonne huius anima solitudini cuipiam, habenti multã quietem comparatur, illius verò foro & turbæ, in quo multus clamor sequentium camelos & mulos, ac asinos, multum ad accedentes exclamantium, ne conculcentur. Nonne illa quidem medijs quidem ciuitatibus comparata, in quibus hinc argentifabrorum, inde ærifabrorum magnus auditur sonitus, & alij quidem inuadunt, alij autem inuaduntur: sed hæc vertici cuidam montis est similis, in quo leuis flat aura, & purus splendor fulget, & perspicua fontium ebulliunt fluenta, & multiplex florum producitur gratia, vti sunt verna prata ac horti, florentibus arboribus & flosculis, & defluentibus aquis. Quod si & sonus auditus fuerit, dulcis est, & multã effundit voluptatem: nam vel aues cantillantes summis arboribus insident, & cicadæ, & philomelæ, & hirundines concorditer vnam quandam perficiũt musicam: vel zephyrus blandè allidit arborum ramos, in quercubus & pinis stridens etiam olores, imitatur: vel pratum rosas producens & lilia inter se collisa & commota, quasi pelagus parum vndabundum referunt. Imo multas quis inuenerit similitudines, nam quando quis rosas aspexerit, itidem putabit videre: quando autem violas, mare vndabundum: quando verò lilia, cœlum. Neque spectaculo solo, & aspectu oblectatur tunc talis sed & ipso corpore: nam & refrigeratur, & respirat, ita vt in cœlo potius quàm in terra videatur esse. Est & alius sonus quidam, quandò aqua à summa altitudine per tubos suo motu fertur, & blando strepitu subiectis silicibus obstrepit, ita relaxat membra nostra voluptas, vt etiam oculis somnũ membra fouentem immittat. Libenter audiuistis narrationem, forsan etiam solitudinis facti amatores, sed hac solitudine multo suauior longanimis anima: non enim, vt pratum describeremus, neque vt ad ostentationem sermonem ducamus, hanc attigimus similitudinem, sed vt per hanc descriptionem videremus quanta sit longanimorum voluptas, & quod multo suauius sit, viro mansueto cõuiuere, maioraque emolumenta ab illo accipiantur quàm si in talibus versetur locis. Hos imitemini. Quando enim neque validus ventus ex tali anima egreditur, sed benigni quidam sermones ac blandi, & zephyro placido rectè comparantur, dum admonitiones nihil habent asperum, sed aues cantilantes imitantur. Quo

Simile.

Simile.

Simile.

mo

modo igitur hoc non melius? Non enim corpori accedit sermonis aura, sed animas reficit. Non ita statim medicus febricitantem hominem à febribus libararit sua cura, vt longanimus vir, & iracundum, & præ ira flagrantem apprehensum refrigerabit per spiritum propriorũ sermonum. Et quid de medicis dico? Neque ferrum ignitum & aquæ intinctum, ita statim calorem amittit, sicut si incidat in animã longanimẽ homo iracundus. Sicut autem si in forum ingrediantur cantilantes aues & nugæ esse videtur, ita etiã nostra præcepta in animas iracundas immissa. Nonne suauior mansuetudo quàm ira & temeritas: & non hoc solum sed etiam hoc idem diabolus, illud verò Deus imperauit. Videte quod nõ temere dixi, quod si etiam non esset diabolus, neque Deus: illa tamen præcepta sufficiant vos ad abducendum. Nam mansuetus quidem sibi ipsi dulcis, & alijs est vtilis. Iracũdus verò & sibi insuauis & alijs dãnosus. Nihil insuauius hõe iracũdo, nihil onerosius, nichil molestius nihil fædius, quemadmodũ scilicet nihil suauius est eo qui nescit irasci. Melius est cohabitare bestiæ, quã homini tali: nam illa quidem si semel cicuretur, seruat suam legem, illum autem quoties placaueris iterum exasperatur. Sibi enim habitum quẽdam talem indidit semel. Quemadmodum enim dies cãdidus ac lucidus, & hyems plena conturbatione inter se multum distant, ita etiam iracundi ac mansueti animi. Hæc Chrysostomus. Mites ergo eiusmodi felices appellat dominus: contra verò iracundos & immites, infelices esse colligere licebit.

Simile.

Simile.

Simile.

Simile.

Quoniam ipsi possidebunt terram. Hoc est mansuetorum precipuum ac primum premium, cuius causa, beati iure vocantur. Sed ais, qui nam fieri potest vt hoc hominum genus terrã possideat, cum soleat suis agris deturbari, tantumq; absit, vt aliena sibi parent, vt habitis etiam possesionibus pellãtur? Ad hoc illud obserua, quod hæc est noua dilatandæ possesionis ratio, vt plus impetret abvltro largientibus mansuetudo, quàm per fas nefasq; paret aliorum rapacitas. Immitis ac ferox dominus, nec hoc posidet quod habet: placidus autem qui mauult sua cedere, quàm pro his digladiari, tot locis habet fundum, quod locis reperit amantes euangelicæ mansuetudinis. Inuisa est omnibus peruicatia: mãsuetudini fauẽt & æthnici. Postremo si perit possesio miti, damnum non est, sed ingens lucrum. Perijt ager, sed incolumi tranquillitate animi. Magno cum lucro vendidit fundum, qui vitauit tumultum, & seruauit animi quietem. Postremo vt omnibus excludatur mitis, tanto certior est illi cœlestis terræ possesio, vnde depelli non potest: stat enim sententia: quoniam ipsi posidebunt terram.

Primum. premium mansuetudinis

Objectio.

Respõsio

¶ Secundum verò mansuetudis premium est, homines immunes reddere à malis quæ secum iracundia afferre solet: quæ tot tantaque sunt, vt vix à doctis explicari posint. De quibus aliàs diximus.

Secundũ premium

¶ Tertium autem huius virtutis premium est, eam posidentes innumeris opibus spiritualibus ditare. Lege quæ annotauimus Lucæ, cap. 10. in illa verba discite à me quia mitis sum.

Tertium premium

Luc. 10.

¶ Hæc autem virtus comes est pietatis. Qui enim in proximum pius ac misericors est, is eius malis & compatitur, & illi minime iniuriam inferre

aut nocere vult. Qui ergo pius est, vt mitis ac mansuetus sit oportet. Qui etiam pius in Deum est, illum colit, illũ veneratur, illius iugo leui ac suaui, sese libenter subdit: quod & mansuetos ac mites facere certum est: quare qui mansuetus est, pius etiam est.

Beati qui lugent. In primis obserua: multos in mundo esse, qui lugeant ob rerum familiarium amissionẽ. Quod solẽt facere auari: de quibus poeta ait: ploratur lachrymis, amissa pecunia veris. Multos similiter esse, qui doleãt lugeant ac aliorum miseriæ compatiantur: sine modo tamen, ac mensura: sine debito ordine ac certa regula. Vnde Augustin9. Cogebar (inquit) plorare didonem mortuam, quæ se ob amorem occiderat, cum interea meipsum in ijs à te morientem, Deus vita mea, siccis ferrem oculis miserrimus. Quid enim miserius misero nõ miserẽte se ipsum? Multos deniq; esse futuros, qui perpetuas in inferno lachrymas sunt effusuri. De hijs alijsque hui9 generis lachrymis, non loquitur in præsentiarum dominus: quum eiusmodi homines, potius infelices & miseri dicendi sint, quàm beati. Sed eos beatos vocat, qui vehementer dolent de malo quod accidit, vel bono quod deficit. Vulgo misera res est orbitas, adeo vt quidam orbati suis affectibus, puta vxore, parentibus, fratribus aut liberis, nonnũquam sibi manus adferant. Et ob hoc adhibentur amici, qui luctus acerbitatem consolatione leniant. Sed neque hi beati dicendi sunt. Sed beati qui lugent ob amorem meuangelij, qui vel distrahuntur à suis affectibus, qui quos habent charissimos vident ob euangelicam iustitiam affligi trucidariq;, qui spretis huius mundi voluptatibus, in lachrymis, in vigilijs, in ieiunijs, vitã transigũt. Qui pro peccatis anteactis lachrymas effundere non cessant: exẽplo Dauidis dicentis. Exitus aquarũ deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam. Qui aliena peccata deplorant exemplo Hieremiæ dicentis: quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei. qui lugent, sedentes super flumina Babylonis, hoc est, super flumina mundi huius, memores cœlestis patriæ, cœlestis Sion.

Quoniam ipsi consolabuntur. Hæc prima causa est quare lugentes beati appellentur. His enim spiritus cœlestis adest, qui temporarium luctum inæstimabilimẽtis gaudio pẽsat interim, mox ad æterna gaudia transferendis. Humana consolatio frequenter ægritudinem, dum mederi studet exasperat: at spiritus ille verus cõsolator, Sic intus exhilarat animum sibi bene conscium, deque futuræ vitæ premijs certum, vt in attrocissimis etiam corporum afflictionibus sibi gratulẽtur, tantum abest vt sibi videantur infelices. Sic intus, inquam, exhilarat animũ, vt luctu suo pascatur cum ad superna gaudia flendo subleuatur. Et intus quidem doloris sui gemitum tolerat, sed eo refectionis Pabulum percipit, quo vis amoris per lachrymas emanat: vt Gregorius docet. Atque hoc est quod in libro Thobiæ. cap. 5. dicitur post lacrymationẽ & flectum exultationem infundis. Exemplo huius veritatis esse nobis poterit Augustinus qui de seipso loquens ait: quantũ fleui in hymnis & canticis tuis suauẽ sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter, & currebãt lachrymæ & bene michi erat cum eis. Hæc est tristitia de qua dominus ait: tristitia vestra

Marginalia (left): De quibus lachrymis nõ intelligatur ista beatitudo poeta. — D. august. — Quos lugẽtes vocet hic Christus beatos.

Marginalia (right): Ps. 118. — Hier. 9. — Ps. 136. — Pirm. causa beatitudinis lugẽtium. — D. grego. — Tobiæ. 5. — August. libr. confessio. — Io. 15.

stra conuertetur in gaudium: Quod olim prædixerat idem Dominus per os Hieremiæ.cap.31. Conuertam, inquit, luctum eorum in gaudium. Huius rei typus erat aqua in nuptijs in vinum conuersa. Præterea eiusdẽ erant imago, aquæ illæ Mara: quæ versæ sunt in dulcedinem vt exo.cap.15. sacra narrat historia.

Hier. 13.
Io. 2. fig.
Exo. 15. figura.

Secunda vero causa, ob quam, lugẽtes, beati dicendi sunt, ea est: quod tandem in vita illa cœlesti perpetuò cõsolabũtur. Tunc absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorũ, & iam non erit luctus, neque dolor, neque clamor, quoniam priora transierunt. Hinc est quod diuiti illi in inferno posito ait Abraham: Nunc hic cõsolatur, tu verò cruciaris. Tunc in illa cœlesti Hierusalem cõsolabuntur iusti, videbunt & gaudebunt. Quod Esaias testatur, capit. vltimo.

Secunda causa.
Apo. 21.
Luc. 15.
Es. vltim.

Tertia autem causa ea est, quod huius modi lugentes immunes omnino sunt ab huius seculi tristitia, quæ mortem infert ac operatur vt Paulus docet in posteriori Epistola ad corint.7. id circo.d.Bernardus consulit: in omnibus operibus, inquiens, tuis, memorare nouissima tua, mortis horrorẽ, iudicij tremendum valdè discrimẽ, ardentis gehennæ metum ab oculis cordis tui elongari nullatenus patiaris. Cogita peregrinationis tuæ miseriã, recogita annos tuos in amaritudine animæ tuæ, & cogita humanæ vitæ pericula: cogita fragilitatem propriã, & in eiusmodi cogitatione si perseueraueris, dico tibi parum senties, quicquid foris videtur esse molestum, dũ toto corde circa interiorem molestiã occupaueris. Sed nec patietur dominus sine cõsolatione te esse: quoniã est pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. Et complebitur omnino quod pollicetur veritas: Beati qui lugent.

Tertia causa.
2.co.7.
d.Bernar.
2.co.1.2.

Tandem Beati iure optimo dicendi sunt qui ob Dei amorem, in lachrymis vitam transigunt: cum tãta sit vis lachrymarũ, quas fundunt, vt omnia bona veniant pariter cum illis. Nam lachrymæ animos mundãt, mortis literas delent, diabolum submergunt, cordis terram irrigant ac fœcundant: immoderatos appetitus sedant, mentem humiliant: cor mitigant, omnibus animi morbis medentur, quicquid volunt à Deo impetrant, mentis oculos claros reddunt, vitam iam amissam reparant, regnum cœlorum vi quadam rapiunt, in cœlis, in terris, in inferis vim habent, in deum, in angelos, in dæmones, in homines possunt. Quæ omnia vera esse intelliges si quæ sequuntur audias.

Vltima. causa.
Nota quã ta sit vis lachryma rum.

Quod animum à peccatis omnino mundent, docere voluit Hieremias, cum dicebat: laua à malitia Hierusalem cor tuum, vt salua fias. Sic Magdalena lachrymis lota, audire meruit dimittuntur tibi peccata tua. Huius aquæ salutaris figuram gerebat mare illud æneum, in quo ingressuri templum, aut tabernaculum, manus pedes que lauabant. Cæterum quemadmodũ Christus dominus deleuit proprio sanguine chirographum nobis contrarium: ita & nos, saltem lachrymarum effusione: literas quas, peccantes in libro conscientiæ scribimus, delere debemus: ne coram iudice comparentes, cum libri omnium sunt aperiendi, debita aliqua scripta inueniantur, ad quæ soluenda dãnemur. Quod autem lachrymis diabolus submergãtur, dubium nõ est, in his enim aquis, contribulat dominus capita dracõnũ.

Hier. 4.
Luc. 7.
figura. Exo. vlti. 3. reg. 7.
Colo. 2
Dan. 7.
Ps. 73.c.

Figura. Exo. 14. Quarum typus fuit Mare Rubrum, vbi Pharao atque omnis eius exercitus submersus est. ¶ Hæc est aqua illa quæ cordis nostri terram & irrigat, & fœcundat. Cuius figura fuit fons ille
Figura. Gene. 2. qui ascendebat de terra, irrigans vniuersam terram. Felices qui seminant
Ps. 125. a in lachrymis: nam in exultatione metent.

¶ Quod efrenes appetitus coerceāt ac moderentur lachrymæ, his verbis
D. grego. docet beatus Gregorius. Flammā suggestionum diaboli, citius extinguit vnda lachrymarum. ¶ Hæ, nos maxime humiliant: dicente in prouerbijs
Pro. 12. Salomone: mœror in corde iusti, humiliauit eum. ¶ Hæ, animum indomitum mitem reddunt. Equum indo
D. Berna. mitum, ait Bernard9, flagella domāt. animam immitem contritio spiritus & assiduitas lachrymarum. ¶ Hæ, omni langori medentur. Hinc est quod
Iob. 5. sanctus Iob ait: mœrentes erigit sospitate. ¶ Hæ, quod postulant, à Deo impetrant. Anna flens largiter, à domi
1. re. 1. Esa. 38. no exaudita est: Ezechias lachrymas fundens, ab incurabili morbo est liberatus: Tobias & Sara cum lachrymis
Tobiæ. 3. orantes, quod petebant, obtinuerunt. Hanc lachrymarum virtutem intelligens sancta illa Iudith, hortabatur su-
Iudith. 8. os his verbis: indulgentiam eius cum lachrymis postulemus. Hanc persentiens rex Dauid aiebat: auribus perci-
Psa. 38. c. pe lachrymas meas. Atq; rursum iam exauditus dicebat: posuisti lachrymas
Ps. 55. b. meas in conspectu tuo. Hanc virtutē docere volens dominus Iesus, in cruce positus, cum lachrymis preces offe-
Heb. 5. c. rens, exauditus est pro sua reuerentia, vt diuus Paulus narrat. Quid plura? lachrimæ, mentis oculos puros reddunt
D. Greg. dicente Gregorio: mens lachrymis baptizata in contemplatione videt lim pidius. Et rursum: sæpe, inquit, quod torpentes latuit, flētibus subtilius innotescit. Idem. Istarum figura erant aquæ illæ Siloe, de quibus cœcus à natiuitate dicebat apud Ioannem: abij in natatorium Siloe, & Laui, & vidi. Ioa. 9. Figura.

¶ Quod vitam iam amissam reparent, docet diuus Gregorius, tempus inquiens, redimimus, quando anteactam vitam, quam lasciuiendo perdidimus, flendo reparamus. D. Greg. Atq; idem affirmat, eas, vi, cœlorum regnum occupare, his verbis: regnum cœlorum rapi vult nostris fletib9, quod nostris meritis non debetur. Idem.

¶ Lachrymæ in cœlo, terra, infernoq; operantur. In cœlo, dicente Ecclesiastico: nonne lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? à maxilla enim ascendunt vsque ad cœlos, & dominus exauditor delectatur in illis. Eccle. 35. In terra verò, cum multa bona nobis ob eas contingant: in inferis autem, quū ab illorum æternis pœnis nos omnino liberent, eas in hac vita fundētes.

¶ In Deum vim habent: quum cū quasi cogant ad misericordiam nobis præstandam. Oratio (ait Ambr.) Deū lenit, lachryma cogit. Ambro. ¶ In angelos similiter: delitiæ enim angelorum (ait Bernard.) Sunt lachrymæ pœnitentium. D. Berna. Quod significare volens apud Lucam, Dominus ait: gaudium est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agenti. Luc. 15. ¶ Deniq; in dæmones tantum lachrymæ possunt, vt eos omnes fugent, ac submergant. Quod in superioribus ostendimus.

¶ Hic sanctorum luctus, scientiæ donum comitatur: ac illud sequitur. Luctus sāctorum cōmitatur donū sciētiæ. Illustrātur enim hi qui lugent scientiæ spiritu, quo afflati, quibus in hoc mundo malis inuoluātur, intelligūt: ac proin-

ac proinde lugent, flent, & dũ in hac mortali vita sunt, perpetuas lachry-
Ecclesi. 1. mas fundunt. Hoc idem insinuare volens Salomon aiebat: qui addit scientiam addit & laborem, siue dolorem. Quis enim rite sciens mala innumera quibus in hoc mundo circundatus est non lugeat, non doleat, & non lachrymetur? quoquo se homo vertat, omnia plena malis. Hinc obortæ sunt la-
Luc. 19. chrymæ illæ Christi, fussæ ob mala ventura ciuitati Hierusalẽ. Hinc vox illa tristis: si cognouisses & tu.

Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Merito ergo nos dominus ad lachrymas vocare solet, vt Esaias ait: ca.
Esa. 22. 22. Et vocabit (inquit) domiuus exercituum in die illa ad fletum & ad planctum. Nam beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Mundus vocat ad voluptates quæ penas æternas pariũt. iuxta illud quod veritas ait: væ vobis diuitibus quia habetis hic consolationem vestram. Væ vobis qui nunc ridetis, quia lugebitis, & flebitis. Christus verò ad lachrymas, quæ semina sunt gloriæ. Nam qui seminat iu lachrymis in exultatione metet. Et in hoc loco appellantur felices, qui lachrymas fundunt, quibus perpetuã dominus consolationem pollicetur. Hinc est quod dominus per Esaiam ca. 30. ait: populus Sion habitabit in Hierusalem: plorans nequaquam plorabis. q. d. quanuis affligaris, ô popule christiane qui habitas in ecclesia, & pro Christo crucieris piasque lachrymas fundas intus tamen in spiritu senties diuinam quãdam consolationem & pro lachrymis vitam æternam consequeris, & ita plorans foris, intus nõ plorabis. Et in hac vita plorans, in altera gaudebis. Stat enim sententia: beati qui lugent, quoniam ipsi consolabũtur.

Mundus vocat ad risum Christus ad lachrymas & merito. Luc. 6. Psal. 125. Esa. 30. Ps. 136.

Nos igitur qui iuxta flumina Babylonis sedemus, in salicibus, in medio eius suspendamus organa nostra, & oculos ad cælestem terram leuemus eamq; contemplantes vim lachrymarum profundamus. Quomodo nõ lugebimus in terra aliena: exules cum simus á propria? Habeat sua instrumẽta musica, quibus oblectetur Rex Babylonis & quibus consonantibus vniuersarum gentium populi prosternãtur: & statuam æream adorent: habeãt mundi sectatores suas voluptates, quibus idolis, hoc est, mundo, & dæmoni & carni seruiãt, & obtemperẽt. Sit cythara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuijs suis. Nos verò exules à cœlesti patria lugeamus. Nã beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.

Daniel. 3. Figura.

¶ Gene. c. 4. dicitur: Eua adiecit, & peperit fratrem eius Abel. Cur hic secundus filius dictus sit Abel, quod interpretatur Luctus vel vanitas, non exprimitur in textu. Forte tamẽ ideo sic dictus est: quod magno dolore matris effusus sit. Vel quod tã Adæ, quã Euæ, causa luctus fuit: cum a Cain occisus esset: vel quod primus fuit verè in hoc mundo lugentium. De quibus textus in hoc loco ait: beati qui lugẽt. Imitemur igitur nos primum iustum. &c.

Gen. 4. Quare secundus filius euæ vocatus sit Abel.

Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Id est, felices sunt illi, qui famẽ & sitim à rebus perituris, quæ animum saturare nõ possunt, transferunt ad expectendam iustitiam euangelicam: vbi semper est quod esuriatur, semper quod sitiatur: & beata satietas est, & hoc ipsum beatitudinis pars est, esurire panem illum animi, de quo, qui ediderit viuet in æternum, sitire aquam illam viuam de immeri

Io. 6. E. Io. 4. B.

te ſequetur, tecum perpetuo permane
bit, te verum diuitē efficiet. Cibus iſte
te in futura vita ſemper paſcet ac ſatu
Pſal. 44. rabit: aqua illa tuam ſitim extinguet:
tunc aſtabis ſicut regina á dextris do-
mini in veſtitu deaurato, circundatꝰ
Pro. vltimo. varietate bonarum actionum. Tūc di
cet dominus: date illi de fructu manu
um ſuarum. Et comedes, & ſaturabe-
ris, comedes & impinguaberis.

¶ Cæterum hæc eſuries iuſtitiæ,
glo. inter. ſpiritu fortitudinis fulcitur, ne in via
laſſeſcat.

*Beati miſericordes: quoniam ipſi miſeri-
cordiam conſequentur.* His verbis incita
Ex cōſideratione propriæ miſeriæ incitabimur ad proxi mi miſeriā ſubleuandam. re vult dominus nos, ad ſubleuandam
noſtrorum proximorum miſeriam:
quam libenter, vt mea fert opinio, am
plexabimur ſi prius alta mente conſi-
deremus noſtram miſeriam. Homo
enim, ait ſanctus Iob, natus de mulie-
re breui viuens tēpore, repletur mul-
Iob. 14. tis miſerijs. Innumeræ nos circundāt
Hominis miſeriæ multæ enumerantur. miſeriæ, quare innumera ſunt ob
quæ, diuina indigemus miſericor-
dia. Indiget miſer homo Dei miſeri-
cordia qua fingatur, ac formetur. Ma-
Iob. 10. nus tuæ Domine (ait Iob) fecerūt me
& plaſmauerunt me totum in circui-
tu. Quemadmodum enim figulus de
Simile. maſſa luti manibus ſuis fingit opus fi
ctile quod voluerit, ipſiuſq; partes va
rias, iuxta proportionem & conueni-
entiam operis, vario modo diſponit:
ſic figulus cœleſtis tam animam, quā
corpus, variaſq; eius partes, condit. In
diget homo miſer Dei miſericordia,
vt iam in mundum editus conſerue-
tur, viuat, ac moueatur. In ipſo (in-
quit Pau.) Viuimus, mouemur, & ſu-
Acto. 17. f mus. Sicut enim infans niſi matris
Simile. manu teneatur conſiſtere mini-
poteſt: ſic nec nos vitam agere, aut cō-
ſiſtere, ſine Dei aſsiſtentia ac manu te-
nentia poterimus. Indiget etiam mi-
ſer, Dei miſericordia, vt cibum quo
nutriatur, ab ea quotidie accipiat: ocu
li omnium, ait Dauid, in te ſperant Pſ. 144. c.
Domine & tu das illis eſcam in tem-
pore opportuno, aperis tu manum
tuam & imples omne animal benedi
ctione. Mitto modo alias corporis mi
ſerias, quibus hæc mortalis vita obno
xia eſt: ad animi ærumnas veniamus.
Omnes (vt ait Paulus,) ſumus natura Ephe. 2. a.
filij iræ: quare Dei benignitate opus
habemus, quæ nos ad fidem ſuam vo-
cet, trahat ac in ſuā gratiā, amicitiāq;
gratis conciliet. Nemo, inquit, poteſt Io. 6. c.
venire ad me, niſi pater meus traxerit
eum. Fides enim qua venitur ad Chri
ſtum, non cōtingit temere, ſed patris
afflatu, & virtute ad ſe ſuauiter trahen
te mentes hominum. Attracti veró,
ſi iterum prolabamur in priſtina ſce-
lera, Dei pietate vt erigamur, egemus.
Cōuerte me, inquit, Domine ad te & Hier. 31. d
conuertar: poſtquam enim conuerti-
ſti me egi pœnitentiam. Erecti autem
á carnis illecebris liberari minime
poſſumus, niſi Dei miſericordia ad
iuti. Infelix ego homo, dicebat Paulus Ro. 7. d.
quis me liberabit, á corpore mortis
huius? gratia, inquit, Dei per Ieſum
Chriſtum. Erecti, inquam, vt ſobrij ſi
mus ac vigiles, vt Dei miſericordiam
petamus, oportet: ſi á diaboli laqueis,
inſidijs, vi, ac ferocitate liberari volu-
mus. Nam tamquam Leo rugiens cir- 1. pe. 5. b.
cuit nocte ac die quærēdo quos deuo-
ret, quos dilaniet ac laceret: quare fide
illi reſiſtendum eſt, ac Dei auxilio &
miſericordia muniri neceſſe eſt, ſi eū
deuincere, ac de illo triumphare cupi
mus. Tandem Dei pietas, benignitas,
ac miſericordia nobis perneceſſaria eſt
ſi ad finem vſq; in virtute conſiſtere,
ac perſeuerare libet. His ita in ſumma
expli-

explicatis: iam vides, quot quantisq; pressuris, laboribus ac miserijs sis plenus. Qui eas euadere minime poteris nisi adsit misericordia Dei: quæ te iã conditum seruet, nutriat, ad fidem trahat, quæ prolapsum conuertat, erigat ac in pristinam Dei amicitiam reducat: quæ te à carnis mille laqueis, atq; à diaboli machinamentis liberet: quæ te denique in bonis actonibus stare faciat. Si ergo hanc diuinam misericordiam semper adesse tibi vis, esto misericors: proximi tui malis indolesce: namstat sentẽtia: beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam cõsequentur. ¶ Vulgus existimat, eos felices qui iuuantur aliena beneficentia, & subleuato gratulãtur magis quàm subleuãti. At Christus eos beatos pronunciat misericordes, qui pro charitate fraterna, alienam miseriam suam esse ducunt, qui calamitatibus aliorum illachrymant: qui de suo pascunt egentem, vestiunt nudum, monẽt errantem, docent ignorantem: cõdonãt peccata: breuiter qui quicquid habent dotis, id alijs subleuandis ac refocillandis impendunt. Non enim is sumptum facit sed lucrum. Siquidem misericors ac benefic9 in proximum, sentiet Deum erga se multo magis misericordem, benigniusq; beneficum. Condonasti proximo delictũ aliquod leuissimum, tibi Deus condonabit omnia peccata. Remisisti fratri temporariam vindictam, tibi Deus remittet, pœnam æternam. Subleuasti tua pecunia fratris inopiam, tibi reddet Deus opes suas cœlestes. Apud homines pauperescunt misericordes, dum largitione exhauriuntur facultates, sed apud Deũ locupletãtur, dũ exhausto scrinio, pectꝰ pietatis fructibus cumulatur. Beati ergo misericordes quoniã ipsi misericordiam consequentur.

Mundus felices vocat eos, qui iuuantur ab alio, subleuatoq; gratulãtur: at Deus subleuãtẽ potius felicẽ vocat, illique gratulatur.

¶ Quanta sit virtus & excellentia misericordiæ vix à doctis explicari potest. Lege quæ annotauim9 in Luc. cap. 12. super verba illa Domini. Vendite quæ possidetis & date eleemosynam. Vbi inter alias huius virtutis excellentias, ea non minima est, quod nõ sinat eius cultores ac sectatores æternam pati pœnam, dicente Hieronymo: nõ memini me legisse mala morte mortuum, qui libenter opera charitatis exercuit. Habet enim multos intercessores, & impossibile est multorum preces non exaudiri.

Quanta sit virtus misericordiæ non satis explicari potest.

D. Hiero. in epist. ad nepo.

¶ Hic obiter obserua: nõ eos esse beatos, qui de rebus alienis non tamen de suis misericordes esse volunt. Sed is verè misericors dicendus est, is verè beatus vocandus, qui quicquid habet suorum bonorum, id alijs subleuandis impẽdit: qui de suo & non de alieno pascit egentem, vestit nudũ, ac captiuum redimit &c. Sunt enim ait Bernardus, quidam misericordes de his, quæ ad ipsos non pertinent: qui scandalizantur, quod non datur omnibus abundanter: sic tamẽ vt ipsi nec in modico quidem grauentur: qui si misericordes essent, de suo facere deberẽt misericordiam: si non possent de terrena substantia de voluntate bona darẽt eis qui contra eos fortasse peccare videntur, dare dulce signum, verbum bonũ: quod est super datum optimum, vt eorum mentes ad pœnitentiam reuocarent. Denique his omnibus, quos in peccato esse cognoscerent, compassionem impenderent, & orationẽ. Alioquin misericordia illorum nulla est, & misericordiam consequentur nullam. Hæc ille.

Non dicũtur beati qui de alienis & non de suis misericordes esse volũt.

Ber. se. 4.

¶ Deinde considera: misericordiã, donum consilij sequi. Eget enim (vt glossa

Misericordia aptatur dono consilij.

Misericordia aptatur dono consilij.

glos. ait.) Misericordia spiritu cõsilij: sine quo nemo verè pius, ac misericors esse, aut dici potest. Initium misericordiæ est sui misereri, finis verò pro fratre, si opus fuerit, libenter mori. Ordo enim misericordiæ rectè institutæ, à seipso inchoare debet: finem verò hui9 virtutis dñus Iesus suo exẽplo monstrauit: qui libẽti animo, pro nobis sceleratis, ac peccatoribus, mortuus est, misericordia commotus. Si ergo tu vis perfect9 esse, si vis esse beatus vade, & vendi omnia quæ habes, & da pauperibus. Si vis Dei misericordiã cõsequi, esto pi9 ac misericors.

Math. 19.

Variè se Deus nobis ostendit nimirũ misericordem misericordib9 & crudelibus seuerum.

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Variè se Deus nobis ostendit, nimirum misericordem misericordibus, crudelibus seuerum. Id intelligens regius vates aiebat: retribuit mihi dominus secundum justitiam meam & secundum puritatẽ manuum mearum in conspectu oculorum ejus: cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Ac si diceret: justus es domine, nam bonos beneficijs afficis, improbos verò dignis pœnis. Et licet alij aliter hunc Psalmum interpretentur, tamen Diuus Athanasius, & Theodoretus asserũt, voluiesse Dauidem his verbis significare, qualem quisque se ostenderit, talem aduersus eum se deum ostendere. Quare in illum qui justitiã coluerit, & pietatem, conferet Deus magna benefitia, in eum verò, qui jura diuina & humana peruerterit, seuerus ac acerbus existet, ita vt peruersus existimet Deum aduersus se peruerse agere, cùm tamen justissimè agat. Vt speculum quicquid obijcias, refert. Si te placidum & benignum illi ostendis, placidũ & benignum se tibi ostendit. Si verò iratus es, & exagitatus excandentia, vultum speculi sentis similiter trucem, & furore commotum, cũ tamen speculum sit vnum atque idẽ: sic cum Deus sit vnus semper idem, immutabilis, & sempiternus, & vt dicitur in libro sapientiæ, speculum sine macula, modo comparatur agno mansueto, modo leoni terribili. De eo ait Esaias: sicut ouis ad occasionem ductus est, & tanquam agnus coram tendente se obmutescet. Et diuus Ioãnes baptista: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et ipse de seipso ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Vide eius mansuetudinẽ. At de illo ait Esaias: Iratus est furor domini in populũ suum. Et Paulo post: rugitus eius vt leonis. Et Amos: leo rugiet, quis non timebit? Esse Deum misericordem erga misericordes, asserit ipse dicens in hoc loco: beati misericordes quoniam ipsi misericordiã consequentur. Et infra cap. 25. Etiam dominus ait dicturum se esse bonis in vltimo iudicio: venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim & dedistis mihi manducare, &c. Esse autem immanem & seuerum cũ immanibus, asserit diuus Iacobus. Iuditium sine misericordia illi, qui non facit misericordiã. Et impijs rursum in die iuditij dicet: discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & ãgelis ei9. Esuriui enim & non dedistis mihi manducare, &c. Si ergo Deum misericordem ac benignum tibi esse desideras: frange esuriẽti panem tuum, nudum operi vestimẽto tuo. Quo modo vis, vt se tibi mitẽ ostendat Deus, si tu te immitem pauperibus ostendis? Quo modo vis, vt te audiat si tu eum non putas audiendũ? Quo corde audes ab eo petere regnũ, cui

Ps. 17.

Simile.

Sap. 7.

Esa. 53.

Io. 1.

Infr. 11.

Esa. 5.

Amos. 3.

Infr. 25.

Iaco. 2.

Infr. 25.

Esa. 58.

Eze. 18.

cui non vis buccellam panis porrigere? Quomodo tibi dabit vestem gloriæ immortalē, qui eius pauperi nudo, frigore tabescenti vnam ex vestibus superuacaneis corruptibilem dare recusas? Quid adhoc respondebunt vani homines qui diuitias suas in res inanes profundunt, & magnificis apparatibus inaniter delectantur. Canes & accipitres alūt, pauperes & inopes neq; in extrema inopia curant: induūt parietes pretiosis aulæis, & Christi pauperes nuditate deficiunt: cooperiunt lapides, qui nihil sentiūt, & carnes proximorum nuditatem suā sentientium cooperire nolunt. In phaleris consumunt aurum, in collo ferunt torques, & in auribus inaures pendentes, & pretiosa monilia, quibus possent captiuos redimere, viduas indigentes alere, virgines pupillas dotare, & miseris inopibus subuenire. Væ illis, quia Deum sibi seuerū sentient. Væ etiam illis, qui conferre solent in aliquos opes suas illis nō indigentes, non charitate, & misericordia, sed vanitate & inani gloria ducti, & repentino quodam quasi vento impetu animi cōcitati: similes flu minibus aquas suas in mare mittentibus terras autem sitientes minime rigantibus. His judicium etiam erit sine misericordia qui miseris & egentibus nō succurrunt: sed vanitatis gratia bona prodigè consumunt.

Indiuites opes suas in res inanes profundentes.

Inmagnantes opes suas nō indigetibus largiētes, inanis gloriæ causa. Simile.

Iaco. 2. c.

Beati mundo corde. Hæc via regia est & quæ ad coelum vsque ducit. Sed per pauci sunt qui iter faciant ac ambulēt per eam. Quis enim poterit dicere (ait Salomon in Prob.) Mundum est cor meum, purus sum à peccato? Et sanctus Iob ait: quid est homo, vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere? Coeli non sunt mundi in conspectu eius, quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem? Si rem illā impuram & immundam appellāt homines, quæ scoria aut spurcitia aliqua immixta est: quis nam nostrum affirmare audebit mundum se habere cor, & non permixtū aut scoria peccati, aut spurcitia rerum humanarum? Felices ac beati ergo illi, quibus coelitus donatum est, vt cor habeant ab inquinamētis omnibus purum & illibatum.

Mūdities cordis via regia est ad cœlum vsque perducēs: sed pauci sunt qui ambulent per eā. Pro. 20. Iob. 15.

¶ Si ergo hanc cordis mundiciem affectas: eam à Domino ex animo postula, exemplo Dauidis precantis ac dicentis: cor mundum crea in me Deus & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Cor postulat mundum, nā de immundo exeunt ea, quæ hominē contaminant, qualia sunt, cogitationes malæ, homicidia, adulteria, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sūt quæ coinquinant hominē. Hæc sunt, quæ mentis oculos tenebris obfundunt, ne Deum aspiciant. Hoc erat quod monebat Paulus in Epistola ad Ephe. cap. 4. Renouamini, inquiens, spiritu mentis vestri. Quod si ardenti desiderio hanc cordis puritatem flagitemus, audiemus dominum respondētem: ego dabo vobis cor nouum & spiritum nouum. Idest, dabo vobis animi puritatem, quam tam obnixè postulatis. Dabo uobis vim illam, per quam nihil nisi rectum, justum, & pium expetitur.

Cordis mundities à domino postulāda. Ps. 50.

Inf. 18.

Eph. 4.

Ezech. 36.

¶ Interim tamen intellige: varijs, diuersis que modis, Deum cor suorū electorum, ab inquinamentis emundare: nunc aqua nunc lixiuio, nunc scopis, nunc lima, nunc fornace: Solet namque dominus aqua diuini verbi, ac salutaris sapientiæ corda suorū illibata reddere. Iam vos mundi estis, ait

Varijs modis Deus pios emundat: primo aqua diuini verbi.

Ioa. 14.

ait Christus, propter sermonē, quē ego locutus sum vobis. ¶ Et rursum ait: pater sanctifica eos in veritate: quia sermo tuus veritas est. Diuinus enim ac coelestis sermo cor emundat, & inquinamenta animæ tanquam purum speculum ostendendo, & veram spiritualemque aquam, hoc est, supernam gratiam infundendo. Cuius rei imaginem ac typum gerebat labrum illud AEneum, quod fecit Moyses cū basi sua, de speculis mulierum quæ excubabāt ad ostium tabernaculi. Dei verbum, speculum est: in quo maculas omnes animi videre poteris: labrum aqua plenum etiam est, in quo omnes mentis ignorātias, & errores, abstergere, abluere, ac auferre etiam poteris. mitto, quód studium diuinæ sapientiæ, otium è medio tollat: quod nō minimum emolumentum, nec minimum commodum est: cum otium, omnium vitiorum sit fons, & origo: dicente D. Bernardo: omniū tentationum & cogitationum malorum & inutilium sentina est otium. At studium diuini sermonis est vinū germinans virgines, Hoc est, illibatas animi affectiones. Sapientia, ait idem Bernardus, dum sensum carnis infatuat, purificat intellectum cordis, palatum sanat & reparat. Sano palato sapit iam bonum, sapit ipsa sapientia, qua in bonis nullum mellius. O vtinam saperes, ait idem, & intelligeres, ac nouissima prouideres: saperes quæ Dei sunt: intelligeres quæ mūdi sunt: prouideres quæ inferni sunt: profectò inferna horreres, superna adpeteres, quæ ad manus sunt contemneres. Aqua ergo diuinæ sapientiæ cor nostrum ab omni labe atque immunditia emundat dominus. ¶ Aliorum veró corda purificat lixiuio (vt ita dicam) spirituali. Cinis enim hoc est, cognitio sui ipsius, cum aqua lachrymarum mixtus, purum facit peccatorum cor. Hoc enim vtebatur rex Dauid frequenter: vnde ait in quodam psalmo: lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stractū meum rigabo. ¶ Scópis præterea confessionis pauimentum animi verrit: omnemq; operam aranearū, hoc est, malarum cogitationum perdit, & texturam improbam. Huius typū habes 1. lib. Mach. c. 4. Vbi sacra retulerūt eloquia, iudam, templū dn̄i à gentibus coinquinatum purificasse: atq, prius hæc dixisse astanti populo: ecce contriti sunt inimici nostri: ascendamus nunc mūdare sancta, & renouare. Cōtritio inimicorum, iudæ emundationem præcessit: sic etiam spiritualis cōtritio de peccatis, quæ aduersātur animæ, præcedere debet cōfessionem in iuda figuratam. Iudas enim confessionem significare omnibus compertū est. Hæc est vera Iudæa illa, quæ facta est sanctificatio eius, vt Dauit ait. Hæc est aqua Iordanis, vbi Naaman Syrus septies lotus, purus ac mundus egreditur. Vade (ait dominus peccatori) & lauare septies in Iordane. Septies in Iordane lauatur, qui cum animi humilitate omnia scelera confitetur. Idcirco diuus Bernardus virgini cuidam consulebat, vt confessionem diligeret. Audi, inquit, cui places, ama vnde places. Ama confessionem ob quam amaris: ama cōfessionem si affectas decorem. Confessioni iungitur decor, iungitur pulchritudo. Confessionem, inquit Rex Dauid, & decorē induisti. Et rursum ait: cōfessio & pulchritudo in cōspectu eius. Vbi ergo cōfessio quæcunque sit, siue peccatorum, siue diui-

Ioan. 18.

Figura. Exo. 38.

Studiū diuinæ sapiētiæ, otium omniū vitiorū sentinā, tollit

D. Bern.

Zach. 9.

Ber. super can.

Ber in epistro. quadā

Secundo emundat nos Deus

cinere & aqua, hoc est, vera pœnitētia.

Psal. 6.

tertio nos emundat scopis confessionis.

1 Mac. 4. Figura.

Psal. 113.

4. reg. 5. Figura.

Ber. In epistol.

Ps. 113.

Psa. 95. h.

diuinarum laudum, ibi pulchritudo, ibi decor. Quare ama confessionem si illibatum habere cor desideras. ¶ Lima similiter correptionis, emundatur cor nostrum a domino. Si cordis munditiem magnopere desideras, fraternam correptionem non fugias, sed potius appetas. Vnde D. Bernardus: sunt, inquit, qui peccata sua sic confitentur, vt videri possint ex desiderio cordis mūdādi, id agere: omnia enim in confessione lauantur, nisi quod ea, quæ sponte dicunt alijs, ab alijs patiēter audire non possunt. Qui si verè mundari desiderarent, vt videtur, nō irritarentur: sed haberēt eis gratiam, qui suas illis maculas demonstrarent. Diuus Gregorius nō ita faciebat: sed potius corripienti maximas referebat gratias. Vnde dicebat: ille solus amicus meus erit, qui ante aduentum districti iudicis maculas mentis meæ tergit. Heu miseros illos, ac nimiū infelices, qui cū ex correptiōis lima, mūditiē ac cordis puritatē cōtrahere debuissent: potiꝰ rubiginē cōtrahunt: Dū corrupti potius tragædias excitēt ac iracūdia in ardescant quám corrigantur: dum correptione deteriores ac multo peiores fiant. ¶ Igni denique afflictionis, electorū corda purgari ac purificari solēt à dño quemadmodum aurum, igni expurgatur.

Quarto emundat nos Deus lima correptionis.

B. in serm.

D. Greg.

Tandē igni afflictionis emundat nos Deus.

Quare maximo gaudio immensaque animi alacritate affici debet vir iustus, ac pius: cū igni eiusmodi probatur. Hoc enim est quod D. Iacobus monet his verbis: omne gaudium existimate, fratres, quū in varias tentationes incideritis. Hinc colligere licebit, quod is, qui in hoc fornace positus, per impatientiam exuritur, paleam & non triticum, scoriam & nō aurum, se esse ostendit. Quare maximè extimescendū est, ne de illo dicatur: paleam hanc cōburite igni inextinguibili. Qui verò patienter atque æquo animo, præssuras, & ærumnas, aliaque aduersa fert: is aurum purum ac perfectum dicendus est. Vnde D. Ambrosius: sicut aurum, inquit, bonum, ita ecclesia cum vritur, detrimenta non sentit, sed magis fulgor eius augetur. Præcemur ergo dominū vt quo quomodo velit, cor nostrum ab omni macula purū reddat, vt beati esse mereamur.

Iaco. 1.

Supr. c. 3.

Ambr. super beati immaculati.

¶ *Quoniam ipsi Deum videbunt*. Iam vides causam potissimam, ob quam, qui mundo sunt corde, beati appellentur à Christo domino. Et meritò quidem. Nam quid beatius, aut quid felicius, quam Deum optimum maximū puris oculis intueri? Vulgus hominum infelices appellat orbatos oculis: & qui hoc sensu longè gratissimo carent negant se viuere, sed mortuorum similes in tenebris agere. Hinc est quod sanctus Tobias hoc sensu orbatus dicebat angelo: quale gaudium mihi erit. Qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video? Tam suauis res videtur oculis intueri lucem, & hoc pulcherrimum mūdi theatrum contemplari. Quod si res tam optanda videtur aspicere solem oculis corporeis, quanto felicius est oculis animi contueri Deum solis & omnium rerum conditorem? Vidistis exilientes gaudio, quibus adempta cæcitate contigit intueri, neque aliter sibi gratulari, quàm si redijssent ab inferis. Quanto beatiores quibus adempta mentis caligine, datum est intus cernere Deum, totius lætitiæ fontem, quem videre summa est felicitas? Quod sol est puris oculis, hoc Deus est puris

Nihil felicius quàm Deum videre.

Tob. 5. b.

ris mentibus. Quod pituita, aut squamæ sunt oculis, hoc peccata sunt animis. Beati igitur quibus cor est ab inquinamentis omnibus purum. Nam his dabitur, quod est omnibus huiusmodi voluptatibus optabilius, videre Deum. Videbunt enim huiusmodi Deum, facie ad faciem. Qua in re est summa felicitas, summa voluptas, & gaudium. Hæc est vita æterna cognoscere in regno illo cœlesti verum Deum, & quem misit Iesum Christum. Hæc nostra tota merces vt ostendat nobis dominus in regno illo salutare suū, hoc est, Christum in magestate.

Ioan. 17.

Psa. 90. c.

Si Regina Saba peracta peregrinatione sua, videns sapientiam Salomonis, & domum quam ædificauerat, & cibos mensæ eius, & habitacula seruorum & ordines ministrantium, vestesque eorum, & pincernas & holocausta quæ offerebat in domo domini: nō habebat vltra spiritum: dicebatque ad regem, verus est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis, & super sapientia tua: & non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probaui quod media pars mihi nuntiata non fuerit: maior est sapientia, & opera tua, quam rumor quem audiui: quid rogo dicet anima sancta, peracta iam huius vitæ longa peregrinatione, & ingressa ciuitatem illam cœlestem veramque Hierusalem, cum viderit verum Regem Salomonē tanta magestate, tanta gloria & splendore fulgentem? Cum eum aspexerit tanta sanctorum hominum & angelorum stipatum caterua? Cū eius sapientiam immensam audierit? Cum eius aulam, mensam, domusque apparatum, prandiorum magnificentiam intuita fuerit? Non habebit vltra spiritum. tunc exclamabit & dicet: probaui quod media pars mihi nuntiata non fuerit. maior est sapientia, & opera tua, quā rumor, quem audiui &c.

3. re. 10. Figura.

Quando igitur tale ac tantum præmium puris ac mundis paratum est, hanc cordis munditiem diligamus: hanc pro nostra virili quęramus: hanc ex animo assiduè postulemus. Audiamus dominum dicentem sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Et rursum: perfectus eris absque macula, cum Deo tuo. Curemus diligenter, vt omni tempore vestimenta nostra sint candida: satagamus immaculati & inuiolati inueniri. Vt Petrus admonet. Lauemus à malitia cor nostrum qui conciues sumus Hierusalem cœlestis. Mundemur denique, quando ferimus vasa domini. Nihil enim tam naturale esse potest, nihil tam consentaneum animæ nostræ saluti, quàm hæc puritas. Dicente Bernardo: sicut corporis natura est sanitas, ita cordis natura est puritas.

cordis mūdities quę rēda ac postulanda.

Leu. 11. 19. 20.

Deu. 19.

Eccle. 9.

1. pe. 3.

Hier. 4.

Esa. 5.

Bernar. in ser.

Hanc animi puritatē diligamus: quando Christus dominus ob eam de cœlis descenderit. Cum sit, inquit paulus, splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portans omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens. Quando eam, tanto ope re discipulis commendauit. Si ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Illa enim corporalis ablutio, typus erat huius spiritualis, de qua disserimus. Quādo ob eā tot, tātisq; expēsas facere voluerit: expēdit sanguinē suū, erogauit vitā, cōsumpsit propter illā cōparādā omnia bona sua. voluit .n. nos, mūdare sanguine suo. Dedit

quare cor dis mūdities quærenda est.

Heb. 1.

Ioan. 13.

D. Aug.

 inquit

inquit Paulus, semetipsum pro no-
ad tit. 2. bis, vt nos redimeret ab omni iniqui
tate, & mūdaret sibi populū acceptabi
lē. Et D. Ioānes in lib. apo. ait dilexit
apo. 1. nos & lauit nos à peccatis nostris in
sanguine suo. Ob eam denique, septē
nobis fontes, hoc est, 7. sacramenta re
liquit: quibus puri aut puriores redde
remur. Quando ergo dominus hanc
cordis puritatem tam ardenter ama-
uit, cur nos miseri, non eam, magna
cura ac solicitudine curabimus?

Quod si hæc, tibi satis nō sunt: me
mineris, Deum eos solum qui ab om
ni inquinamento peccati mūdi sunt,
in suum consortium & amicitiam tā
in hac vita, quam in illa cœlesti recipe
re. Quis ascendet in mōtem domini,
Psa. 23.a. ait rex Dauid, aut quis stabit in loco
sancto eius? innocēs manibus & mū-
do corde. Et rursum dominus ait Pe
tro: si non lauero te non habebis par-
Ioan. 13. tem mecum. Et Ioannes in apo. Non
Apo. 21. intrabit in ea aliquid coinquinatum:
loquens de ciuitate superna. Memine
ris præterea quod mundis corde innu
mera bona dominus largitur. Largi-
tur virtutem ac fortitudinem. Mun-
Iob. 17. dis manibus, ait Iob, addet Deus forti-
tudinem. Largitur feruorem spiritus.
Psal. 64. Pinguescunt enim tunc speciosa de-
serti. Largitur amicitiā, largitur gra-
Pro. 22. tiam labiorum. Qui diligit cordis mū
ditiam, ait sapiens, propter gratiam la
biorum suorum, amicum habebit re-
gem. Memineris quod qui mūdo sūt
corde, Dei habitaculum efficiuntur.
D. Augu. Idcirco Augustinus ait: munda tan-
tum cubiculum cordis, intus est qui
exaudiat. Et. 1. lib. parali. dicitur: opus
1. par. 29 grande est, non homini paratur habi-
tatio sed Deo. Si enim templum illud
Figura. paratum domino opus grande erat:
multo maius est templum cordis no-
stri, quod præparatur Deo, vt in eo ha
bitet. Memineris denique quod beati
sunt mundo corde quoniam ipsi Deū
videbunt.

Cæterum spiritus intelligentiæ, Mūditiea
huic gradui beatitudinis aptari solet: cordis ap
quod intellectus mentis oculus sit, & tatur do-
expletio mandatorum Dei intellectū no intelli
illustret aperiatque. gentiæ.

¶ *Beati pacifici.* Grec. eirynopoioi
Vt intelligas, non satis esse christia-
nis, ipsos esse pacatos, nisi accesserit &
inter alios pacis conciliandæ studiū.

Beati pacifici. Vulgus mortaliū bea
tos iudicat qui rebus ex animi senten
tia compositis, degunt in ocio, neque
quemquam habent, qui sibi facessat
negocium at Christo in hoc loco
iudice, beati sunt, qui postquam ipsi Qui dicen
cupiditatum omnium rebellionē in tur à Chri
animo suo compræsserunt, student sto pacifi
& inter alios dissidentes sarcire con- ci.
cordiam, non solum non vlciscen-
tes si quid læsi sunt à quo quam, ve-
rum etiam vltro inuitantes ad pacem
à quibus sunt offensi. Hi sunt, qui
habent tantam animi quietem, &
tranquilitatem, vt facilè iniuriam
condonent: facilè ad pacem alios in
uitent. Hanc animi quietem appel-
labat Democritus summam huius Democri
sæculi fœlicitatem. Diuus Augusti- tus.
nus. De ea loquens ait: in rebus D. Augu.
creatis nihil gratiosius solet audiri,
nihil delectabilius concupisci, ni-
hil vtilius possideri. Qui hanc ha
bent à Christo in hoc loco beati vo
cantur. ¶ Istorum typum gere-
bant quatuor illæ rotæ animalium
ab Ezechiele propheta visæ. De Ezec. 10.
quibus inter alia ait: & aspectus ea Figura.
rum similitudo vna quatuor. Ac si
dice-

Figura. diceret: omnes quatuor habebant vnam & eandem similitudinem, erât enim similimæ & maximè côcordes, Tales ergo sunt pacifici per has rotas significati. Quemadmodū in horologio certo rotæ tēperatæ, & debita pro portione distinctæ, circulos suos æquabiliter conficiunt, & mota vna, aliæ similiter mouentur, & quiescente quiescunt, ita, vt cum multæ sint numero, sint vna tantum conformatione, & consonantia, sic in hominibus his pacificis omnibus esse solet eadem voluntas, & tanta côcordia & animorum coniunctio virtute côciliata, vt cū multi sint corpore, sint tamen vnus homo consensu, & vnanimitate. Ad hoc venit Christus, vt verbis vtar Zachariæ ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Quam ob causam monet nos diuus Paulus in epistola ad Ephesios, vt simus soliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. Et ad Romanos: non est, inquit, regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax. At nefarij homines discordiam seminant: iuxta id, quod est apud Esaiam: non est pax impijs, dicit dominus. Eos autem connumerat Salomon in Prouerbijs in catalogo inimicorum Dei, dicens: sex sunt, quæ odit Deus, & septimum detestatur anima eius. Explicans autem hoc septimum, quod est capitalius, inquit, eum, qui seminat inter fratres discordiam. Hi nunquam quiescunt, quin potius illis turbulenta desidia statum animi conuellunt. Nihil esse existimo homine discordiæ amatore dementius, nihil eo furijs odij concitato detestabilius. Ardent oculi eius, toto ex ore crudelitas emicat, portum quietis & securitatis non agnoscit, semper in procelloso mari versatur, flutibus agitatus, scelere atq; furore incensus, & in graui periculo constitutus. Quid potest esse discordia turbulentius? Quid insuauius? quid execrabilius? contra verò quid potest esse pace suauius & ad vitæ dulcedinem iocundius: quid ad vtilitatem accomodatius? quid ad veram animi pulchritudinem elegantius? Hanc nobis Christus in testamento reliquit, dicens: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Quam ob causam hereditatem Domini non poterit adipisci, qui noluerit testamentū pacis obseruare. Quemadmodum humanus spiritus nunquam vegetat mēbra, nisi fuerint coagmentata, sic spiritus sanctus non viuificat ecclesiæ mēbra, nisi fuerint pace coniuncta, qui enim non diligit, manet in morte. Diuus Augustinus, de verbis domini in hunc modum pacem definit: pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, consortium charitatis. Gregorius in pastorali, qui seruare, inquit, pacem non curat, fructum spiritus recusat. Cyprianus libro primo epistolarum. Concordia simul iuncta, vinci non potest. Cicero in Philipicis. Nomen pacis dulce est, & res ipsa salutaris. Et Silius italicus libro secundo. Pax optima rerum, quas homini nouisse datum est, pax vna, triumphis innumeris melior, pax custodire salutem, &c. Scilurus scytha, homo prudētia præditus, & pacis studiosus, cum vocaretur ad exitum vitæ, porrexit singulis filijs suis iaculorum fasciculum, vt ea confringerent: cum autem singuli recusassent, quod videretur fieri nō posse: ipse iacula diuisit, & ita vnum quodque facile confregit: filios admonens, vt amicitiam, & concordiam conseruarent: nam si essent pace animi

Margin notes (left column): Simile. — Luc. 1. — Ephe. 4. — Ro. 14. c. — Esa. 48. — Pro. 6. — Nihil homine discordiæ amatore demētius.

Margin notes (right column): Nihil pace suauius. — Io. 14. — Simile. — 1. Io. 3. — Pacis definitio. — D. Greg. — Cyprianus — Cicero. — Silius ital. — Scilurus.

Psa. 33.c. pacē, inquit Rex, vates que Dauid, & persequere eam. Quod si eam inuenire cupimus, à peccatis caueam9. nā cū placuerint dño viæ nostræ, inimicos quoq; nostros cōuertet ad pacē: vt Salomon testa tur. Hæc enim cœlestis pax, nō iniquis, sed hominib9 bonæ volūtatis cōfertur, nō inobediētibus sed deo parētib9. Quis enim resistet ei & pacē habebit? ait sanct9 Iob. Si eam persequi volumus, terrena omnia cōtemnam9. Nam quid quietius, ait Gregorius, quàm nihil in hoc mundo appetere? Quid laboriosius, quàm terrenis desiderijs æstuare? Hinc est quod Israel sabbatū accepit in munere: Aegyptus percutitur muscarum multitudine. Si eam inueniendi flagram9 desiderio, māsuetudinem diligamus. Mansueti enim hereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Otium fugiamus: inertia enim, vt Seneca ait, est impatiens sui. Nimiam occupationem vitemus, ne nobis dicatur quod o i m iethro Moysi: stulto labore consumeris: vltra vires tuas est negotium. Vbi mihi videtur, inquit Augustinus, significari, nimis internum humanis actibus animum, Deo quodam modo vacuari, quo fit tanto plenior, quanto in superna & æterna liberius extenditur. Quod nostra nō interst minime curemus: qui enim se iactat, & dilatat, iurgia concitat ait Salomon. Idcirco dominus reprehendit Petrum inuestigantem quid esset de Ioanne futurum. Quid, inquit, ad tè? tu me sequere. Diuina sacraq; eloquia diligamus. Nam pax multa diligentibus legem Domini & non est illis scādalum. Quæ desursum est sapientia, (inquit Iacobus) primum quidem pudica est, deinde pacifica. Et quemadmodum piscis in aqua viuit, quiescit ac in tuto est: extra aquam verò palpitat, ac interit: sic vir pi9 sacris eloquijs deditus, in aqua sapientiæ submersus viuit, ac quiescit, in tranquilloq; positus est: extra verò, turbatur atq; periclitatur.

(Margin notes: Pro. 16. — Iob. 9. — D. grego. — Exo. 20. b — Exo. 8. f. — Psal. 36. b — Seneca. — Exo. 18. — Aug. glo. — Pro. 18. — Ioan. vlti. — Ps. 118. x — Iaco. 3. — Simile.)

¶ *Quoniam filij Dei vocabuntur.* Durū fortasse alicui videbitur, non solum debere non vlcisci si quid læsi sint à quoquam, verum etiam vltro inuitare ad pacem, à quibus sunt offensi, vt verè pacifici vocentur: audiat ergo ille, quisquis est præmium pacificis huiusmodi propositum. Quoniam, inquit, filij Dei vocabuntur. Quid honorabilius hoc elogio? Imò quid beatius? Nec enim est inanis titulus. Qui filius sit, idem & hæres sit, oportet. Sed nothū arguit morum dissimilitudo, germanum & gnesion patris imitatio. Deus gratis condonans omnia peccata, mortales omneis à quibus fuerat offensus inuitat ad pacem, & amicitiam. Vltro se præbet propitium omnibus, qui resipiscunt & de peccatis commissis dolent. Is non agnoscet pro filijs suis, nisi qui tales se præbuerint aduersus fratres suos: Qualem ipse se præbuit aduersus vniuersos. Patres carnales exhæredant filios, quibus non conuenit cum reliquis fratribus, ita pater cœlestis abdicaturus est pacis osores, ac dissidiorum autores. Qui non filij Dei sed filij diaboli dicendi sunt. Si enim pacifici, filij Dei vocantur, erunt proculdubio à contrario sensu diaboli filij, qui animi flutibus & perturbationibus concitati, nullam habēt quietem, nullam tranquillitatem, sed pacem cōfundunt & conuellunt. Imo ipsi confunduntur, & conuelluntur, & pereunt: omne enim quod est, tandiu est, quandiu vnum est, ens enim & vnum conuertuntur.

(Margin note: Premiū eximium pacificorum.)

Cum autem homines inquieti dissidia & contentiones quærentes, & non solum cum alijs, sed etiam secum pugnantes, se distrahant & dissoluant, & in varias partes fundant & separent, perspicuum est eos vnitatem non habere, nec vnum esse, & ex consequenti non esse. Si nulla domus tam stabilis, nulla ciuitas tam firma, quæ si cōcordia caruerit, non odijs ac dissidijs funditus euertatur, qui fieri potest, vt homo diuisus, & contentiosus, ex cōtrarijs deuersisq; inter se pugnantib9 naturæ studijs, & discordijs quasi conflatus, possit ita existere, vt vnū quippiam appelletur? Et non potius ædificium euersum & diruptum dicatur?

Plat. Id intelligens Plato in libris de republica asseueranter affirmat, nihil esse ciuitati perniciosius diuisione, nihil vtilius pace. Pacem amantes, Deum pacis autorem amant, eiusq; filij iure optimo vocantur. Et non modo cum hominibus, & secum, pacem habent, sed cum virtutibus & probis morib9, cum bellum perpetuum inferant vitijs & impietatibus. Et ita eam animi quietem & securitatem possident: vnde vera dignitas efflorescit.

¶ Non ergo tanto proposito præmio indigni efficiamur: sed si verè filij Dei vocari cupimus, patrem nostrum imitemur. Psa. 75.a. Ipse enim confregit potentias, arcum, & scutum, gladium & bellum Colo. 1.c. pacificans per sanguinem suum siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. factusq; est pax nostra. Ipse etiam vt Esa. 53.c. pacem faceret tanquam agnus coram tondente se obmutuit: tanquam agnus inquam coram rege Herode tacuit. Patrem ergo tantum sequamur & tunc non diaboli filij, sed filij Dei vocabimur: quo nihil felicius.

Pax dono sapiæ cō- ¶ Hæc verò beatitudo, dono sapiētiæ à sanctis doctoribus applicatur: & me- uenit. rito. Nam qui animi trāquillitatē ha- Ps. 33.d. bent, Deo vacant: & vident quàm suauis est. Sapientiam, (inquit Salomon) Eccle. 38. scribe in tempore vacuitatis. Pacifici enim sunt veluti à consilijs Dei: sunt veluti cælestes cubicularij.

Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Exo. 24. legimus quod vi- Exo. 24. Figura. notanda. derunt Moyses & Aaron. Et. 70. de senioribus Deum Israel, sub pedibus eius quasi opus lapidis Saphyrini, & vt alij vertunt, quasi opus lateris Saphyrini. Legimus enim quod premebantur filij Israel in Egypto operibus duris, luti & lateris. Nunc igitur laterem, quo anxiè premebantur, pretiosum vident splēdere sub pedibus Dei. Vt discas quid valeant labores, sudores, persecutiones, & quæcunq; mala propter Deum perpessa. Lutosa, & lateritia ac immunda tibi videbuntur: & his, qui terrena sapiunt: sed apud Deum pretiosi lapides sunt, quibus sedes eius decoratur. Expende ergo quā ti Deus faciat hæc. Visi sunt oculis in- Sap. 3.a. & c. 5.a. sipientium mori, & insensati vitam sanctorum æstimabant insaniam, sed illi, in pace sunt, Et lutum laboris illorum in saphyrum versum est, & margaritam. Cuncta opera abiectionis vilia & inutilia, & penè nullius momēti esse videntur, sed nihil apud Deum æstimabilius, & pretiosius. Excelsus Ps. 137.b Dominus, ait Dauid, sed humilia respicit, eaq; miratur, alta verò, aut negligit, aut à longè cognoscit. Beati ergo qui persecutionem patiuntur, beati qui lugent, beati pauperes: quoniā persecutio, lachrymæ, paupertas, sunt pretiosæ apud Deum.

¶ Præterea ex hoc loco intelliges, quod & si possimus cedere, & dare locum iræ, & alium declinare, sed ob tēpora-

Vbi iustitia & pietas periclitantur cedēdum nō est nec dandus locus iræ.

poralia tantum (exēplo Isaac Gen. 26) Et ita vt iustitia non deseratur. Cæterum vbi iustitia & pietas periclitantur, ibi non est cedendum. Beati enim (inquit in hoc loco Dominus) qui persecutionē patiuntur propter iustitiā.

¶ *Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiam.* Quoniam autem plures vbique sunt improbi, nō potest cum omnibus constare pax, nisi tolerātia malorum. Piorum est omnibus modis adniti, ne quod habeant dissidium cum ullis hominibus, siue boni sint siue mali: omnes comitate, lenitate, beneficentia sunt, quoad fieri potest, ad amorem & concordiam inuitandi. Sed quorumdam tanta est peruersitas ut benefactis etiam irritentur, & affligant benemerentes, sæuiant in beneficos, seruare cupientes ducant pro hostibus. Hic si pax vtrinq; constare nō potest, tamen illi interim ob pacis studium erunt beati, quū illos impij persequentur, non ob aliud, nisi ob iustitiam euangelicam, quæ nullum lædit, prodest omnib9. Siquidem hoc ipsum concitat illorum odium, ob quod amare debuerant: nec ob aliud referunt iniurias, nisi cuius nomine debebant agere gratias. Hi ergo à Christo impresentiarum beati appellātur. Et à diuo Petro in prima sua canonica, cap. 3. Si quid, inquit, patimini propter iustitiā beati. Hanc ob causam gloriabatur diuus Paulus dicens: mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Vbi per crucē Christi, afflictiones intelligit: in quibus ipse apostolus propter Christum versabatur: nam omnes, vt ipse ait in epistola secunda ad Timotheum, qui piè volunt viuere in Christo persecutionē patientur. Gloriantur etiam omnes

1. Petri. 3

Gal. 6.

2. timo. 3

iusti, dicente eodem Paulo: gloriamur in tribulationibus, &c. Intelligentes, felices ac beatos à Christo vocari quod mala patiēter ferant ob iustitiam euāgelicam, non ob aliqua delicta, nam si ob scelera sua paterentur non idcirco beati dicerentur. Quam ob causam dicebat diuus Petrus in prima sua canonica, cap. 4. Nemo vestrū patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autē vt Christianus, non erubescat: glorificet autē Deum in isto nomine. Roma. 5. 1. pe. 4.

¶ Sed quæres fortassis, cur Deus pmittit electos suos ab iniquis hominibus persequi propter iustitiam euāgelicam. Noli hæc scrutari nec rationes cōsiliorum Dei quæ ad te non attinent curiosè intueri. Et vt verbis vtar apostoli, noli altū sapere sed time. Verum Deus ideo mala permittit vt ex illis eliciat bona. Tyranni affligunt & affligent semper iustos, sed dat dabitq; illis Deus gratiam & patientiam, quibus plus mereantur. Conficere monile pretiosum & elaboratum industria ex auro excellenti non est mirum, sed ex villi plumbo efficere purum aurū, hoc est, absq; dubio mirabile. Ex auro quilibet artifex conficiet monile, sed ex infimo cupro pretiosum aurum educere, & aureum monile cōflare emblemate pictum & mirabiliter elaboratū, est alchimia cœlestis. Ita ex bono bonum facere bonū est, sed humanū, at ex vitio depromere virtutem, hoc est diuinum. Homines ex auro virtutum efficiunt monilia meritorum, sed aurifex ille, qui ex scelerum plumbo extrahit virtutum aurum, Deus est. Ille ex impiorum sceleribus aduersus iustos admissis ipsorum iustorum elicit gloriam & vtilitatem: ex nostris calamitatibus Deus ingentia bona depro-

Cur Deus permittat pios ab impijs persequi:

Ro. 11.

Simile.

calamitate quam patimur, quadragessima horæ pars nobis concederetur qua Deum liceret intueri.

¶ *Quoniam ipsorum est regnū cælorum.* Strenue vt vides, pro justitia pugnantibus, regnum cœlorum cōceditur. Tum quod in extremo iudicio, Christo iudice pro tribunali sedendo, eadē ipsa iustitia pro cuius defensione iusti egregiè certauerunt, eos defendet, ac tuebitur ab inimicorum calumnijs. Idcirco consulebat sapiens in ecclesia-
Eccl.c. 4. stico ca. 4. vsque ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Quæ sententia non solum in hac vita verificatur: sed in futura etiā, firma certaque permanebit. Tum etiam quod regnum cœlorum
Math. 11 autore Christo, vim patitur & violēti rapiūt illud. Hi ergo quum tā strenui milites sint, non mirum quod vi sibi arripiant cœlorum regnum. Tū similiter quia si regnum cœlorum venale est, vt verè est, minime mirandū quod his cōcedatur hoc regnū. Hinc
D. Augu. est quod diuus Augustinus in persona domini loquens ait: venale habeo: Quid domine? Regnum cœlorum. Quo emitur? Paupertate regnum, dolore gaudium, labore requies, vilitate gloria, morte vita. Tum præterea quod hi socij fuerunt Christi in vigilia præssuturum & aflictionū, quare æquum est, vt eius sint consocij in fe-
Ro.8. sto æternæ felicitatis. Hinc est quod diuus Paulus inquit ad Romanos. cap. 8. cohæredes autem Christi: si tamen compatimur, vt simul & glorifi-
2.Tim.2. cemur. Et in posteriori ad Tim. ca. 2. ait: si cōmortui sumus, & cōuiuemus si sustinemus, & cōregnabimus. Et. 2.
2.Cori.1. Cori. 1. sicut socij passionū estis, sic eritis & consolationū. Et idē dominus
Luc. 22. apud Lucam: vos estis qui permansistis mecum in tribulationibus meis, & ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater regnum, vt edatis & bibatis super mēsam meam in regno meo.

¶ Denique si tales in hac vita terq; quaterque miseri, pondus ac onus ferūt æternę hereditatis, hoc est labores & afflictiones: quid mirū quod in futura, emolumentum eius sentiant?

¶ Quando ergo tantum præmium nobis proponitur, vt ad hanc palestram nos paremus oportet, si nos capiant euāgelicæ felicitatis brauia. Nō est quod nos terreat hominum crudelitas. Nemo nos lædere poterit si mordicus tenuerimus justitiam. Persecutio enim malorum non auferet innocentiam nostram, sed augebit beatitudinem. Audiamus Apostolū admonentem in epistola ad colossensēs & Colo.3.
dicentem: induite vos sicut electi Dei patientiam. Et ad Hebræos: per patiē Heb.12.
tiam curramus ad propositū nobis certamen, aspicientes in autorē fidei, & consumatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem cōfusione contempta. Oportet enim nos in calamitatibus cōstitutos atque ab impijs oppressos ad dominum confugere, eumque precari, vt ope sua tanquam splendidissimi solis fulgore dissipet noctem ærumnarum nostrarū, ne crescentibus malorum tenebris arctissimo peccatorum somno consopiamur, ne obdormiamus in morte, ne dicat enimicus noster: præualui ad- Psa.12.
uersus eos. Si enim Deum fuerimus toto corde amplexati, erimus absque dubio tutissimi. Et si flagitiosi homines impietate barbari, & immanitate feri, pios homines propter justitiam euangelicam affligant, seque efferant insolenter, quod potētia, ad perniciē virorum justorum tolerantia insig-

nium

nium abutantur, tamen boni præualebunt, & ad gloriam æternam perducentur, dicente domino in hoc loco quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Et vt ait regius vates, patientia pauperum non peribit in finem. Et si enim ad tempus sinat eos Deus afflitionibus angi ad virtutis perfectionem, & maiorem vitæ futuræ gloriã: tempore tamẽ illis opportuno eos ex omnibus molestiarum ictibus, ac procellis eripit, & consortes efficit regni sui in gloria sempiterna. Id volens significare in eodem psalmo diuinus propheta, subdit Paulo post: tibi derelictus est pauper orphano tu eris adiutor. Impij autem qui Dei cultores calamitatibus premunt, pænas luẽt suæ, immanitati debitas, & ad cæcas inferorũ tenebras tandem detrudentur. Nec solum post mortem, sed in hac etiam vita exercet Deus aliquando in impios iuditium suum, illos coercẽdo & flagellãdo, vt intelligãt se esse mortales & caducos, & calamitatibus obnoxios, resq; mundi prosperas & florentes nullam habere firmitatem, nullam perpetuitatem: esseque illos infelices, qui in illis spem suam locant & figunt, illos autem felices qui per varios casus plerunq;, & magnas calamitatum angustias patientia induti, rerumq; humanarum tolerantia muniti ad vitam immortalem perducũtur. Qui possident animas suas, consequẽtur immortalitatem, at qui sunt patiẽtia induti, eas possident, dicente Christo: in patientia vestra possidebitis animas vestras, illi igitur immortalitatem adipiscentur. Hoc intelligens diuus Iacobus ait in epistola sua: patiẽtes estote & vos, & confirmate corda vestra. Et diuus Gregorius: nos sine ferro & flamma martyres esse possumus si patientiam in animo verè custodierimus. Postquam Deus minitatus est Hebræis ærumnas & tempestates, excitat eos ad patiẽtiam, ne calamitatibus adhibeant desperationem, sed eas æquo animo ferant, nam illis promittit se esse eos ab illa captiuitate erepturum, in quam illos coniecerat, non vt perderet, sed vt ad sui cognitionem adduceret. Nos autem qui Christiano nomine gloriamur, eo animo esse oportet, quem veritas & ratio præscribit, vt nihil præter culpam & peccatũ homini accidere posse arbitremur, quod sit horribile aut pertimescendum: oia alia humana placatè & moderatè feramus: cum nos abiectos, afflictos, calamitatum flutibus vehemẽter agitatos viderimus, euenta sanctorum, memoria repetamus: qui innumera mala propter iustitiam perpessi sunt, nihilque nobis noui accidisse cogitemus. Adsit nobis princeps fortitudo, quæ nobis animum eriget, & aduersa obruet memoria virorum illustrium, qui varijs fuerũt ærumnarum procellis concussi: leuat enim molestiam communis quasi legis, & humanæ conditionis recordatio. Sed nullum est salutarius remedium, nulla promptior & efficatior medicina quam confugere ad Christum deum nostrum, tanquam ad arcem tutissimã quia ait: clamabit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Ipse est pater misericordiarum, vt verbis vtar apostoli, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

Psa. 9. — Ibidem. — Luc. 21. — Iaco. 5. — D. grego. — Psa. 90. — 1. Co. 1.

¶ *Beati estis cũ maledixerint vobis homines.* Ita dominus apud Esaiam. Audite me quia scitis iustum, nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias

mias eorum ne metuatis, sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis & sicut lanã, sic deuorabit eos tinea, salus autẽ mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generationes generationum. Et apud nostrum Mathe. nolite timere qui accidunt corpus, animã autem nõ possunt accidere. Et in hoc loco. Beati estis cum maledixerint vobis homines. Vnde apostoli ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni essent qui pro nomine Iesu contumeliam paterentur.

Inf 10.

Acto. 5.

D. Hieronymus dicebat in quadam epistola gratias ago Deo meo quia dignus sum, quem mundus oderit. Videte honores & dignitates ob quas vir sanctus Deo gratias agit, ob iniurias in se iactas. Non te lædit qui vult tuã gloriam obscurare: & virtutis florem infringere sed se ipsum. Vt enim pyransta volens extinguere lucernam se ipsam comburit manente integro cãdelæ lumine & splendore, sic qui intẽ cõtumeliam facit & vult nomini tuo tetram maculam inurere, & tuæ gloriæ splendorem pœnitus extinguere: ipse odij ac malitiæ incendio flagrat, & virtutis splendore destitutus in scelere & ignominia versatur, & tantum abest vt tuam amplitudinem scelerati hominis iniuria obscuret, vt eam potius mirabiliter illustret. Sed quoniã Christus sciebat suos discipulos esse impiorum hominum iniurijs afficiẽdos, & grauiter vexandos, eos antea præparat & ad tolerãtiã exhortatur, nemini enim tã nocet calamitas, quã ei qui rerum humanarum prosperitatem expectabat. Illis maxime est grauis afflictio, quibus est repẽtina & inopinata. Quam sententiam ferunt imperatorem Adrianũ portauisse in annulo aureo scriptam. vi. infra cap. 10.

D. Hiero.

Simile.

Ibi nolite timere eos qui occidũt corpus.

¶ *Beati eritis cum maledixerint vobis homines & persecuti vos fuerint & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me.* Hic primum obserua quantũ differat piorum felicitas & gloria ab impiorum atque huius mundi hominum gloria & felicitate. Hæc enim, au tore Cicerone, ex tribus integra perfectaque consistit. Si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiratione quadam honore nos dignos putet: illa vero sic ait: beati eritis cum maledixerint vobis homines, & tanquam falsos prophetas pſecuti vos fuerint: & dixerint omne malũ aduersus vos. Tria opposuit dominus primus tribꝰ: sed nos miseros: nam potius hac tempestate auditur Cicero quã Christus. Non enim eos felices ac beatos iudicat mũdus, quos diris execrationibus homines deuouerint, quos omni malorum genere impetierint: quũ probrorum & criminum omne genus in eos torserint, idque mentientes, non sua culpa, sed odio virtutis aut odio Christi: sed eos beatos prædicat, quos videt, homines suspicere ac venerari, quanuis sceleratissimi sint: quos videt à multitudine amore prosequi, quanuis indigni sint, vt diligantur: quos videt audire populum, ac fidem in omnibus eis adhibere, quanuis falsa proferant.

Piorũ felicitas differt in hac vita ab impiorum felicitate.

Cicero.

Secundo discamus ex hoc loco qualis debeat esse euangelicus concionatur. Non enim timere debet, sed intrepide verã nũtiare, & si maledictis vulneretur: & si omni malorum genere opprimatur, sic enim hanc vltimam beatitudinem consequentur. Idcirco alibi dicebat etiam Christus discipulis suis: nolite timere pusillus grex.

Qualis debeat esse euangelicus cõcionator.

Luc. 12.

Et

Et rursum in alio loco: non turbetur
Simile. cor vestrum, nec formidet. Vt aqua quieta & tranquilla ostendit nobis eã intuentibus imaginem nostrã instar speculi: sed mota & perturbata nequaquam, sic cor nostrum, si placidum est & sedatum: representat nobis figurã nostram, vt nos ipsos agnoscamus, id quod fieri non potest, si ex concitatione agitatum, & metu perterritũ sit. Eã ob causam oportet, vt cor nostrum nõ perturbetur, neque formidet. Vt sera
Simile. pensilis, cum turbata est, nõ potest claue aperiri, quia non illi accurrit artificium ob intemperiẽ suam, sic cor nostrum, cum est perturbatione concitatum, nulla vult exhortationis claue reserari, quia non obtemperat rationi appetitus: quo fit, vt cor impij ob artificij intemperiẽ nõ aperiatur. Deo
Pro. 23. per Salomonem clamanti: præbe fili mi cor tuum mihi, aperiatur autem dæmoni claue adulterina abutenti.
Psal. 54. Cor meum dicebat quidam, conturba
Psal. 56. tum est in me. Et alibi: dormiui conturbatus. Sed qui suam conturbationem dolebat: Deo volebat aperiri. Ille in magno versatur periculo, cuius cor perturbatione & formidine motum, Deo clauditur, nolens veritatem nũtiare, & munere concionandi intemperanter abutens. Quid timet, qui secum Deum habet adiutorem? Domi
Psal. 19. nus protector vitæ meæ, aiebat Rex Dauid, à quo trepidabo? & alibi. Non
psal. 22. timebo mala quoniam tu mecum est. Et Salomon in prouerbijs: iustus quasi
prou. 28. leo confidens absque terrore erit. & D. Paulus in epistola ad Romanos: si
Rom. 20. Deus pro nobis, quis cõtra nos? Quid potest esse tutius nobis quàm arma diuina induere, & animũ habere Christi gratia roboratum? Quid fortius? quid munitius? quid inexpugnabilius?

Si alte spectare voles, & ad veritatem mentis oculos reuocare: videbis aperte, nihil posse esse vel ad vitæ suauitatem iucundius, vel ad vtilitatem accommodatius, vel ad animi pulchritudinem elegantius, vel deniq; ad fortitudinem & firmitatem obtinendam & conseruandam præstantius. His armis indutos mittebat Christus disci- Infr. 10.
pulos suos, dicens illis: ecce ego mit- Luc. 10.
to vos sicut oues in medio luporum. Ac si diceret: mitto vos oues inter lupos, vt lupos in oues cõuertatis. Oues estis, quarum lana alij induentur, quarum lacte & caseis vescentur. Vos mãsuetudine vestra eorum iram vincetis, vestra tolerantia eorum excandẽtiam, vestra humilitate eorum superbiam, vestra lenitate eorum duritiem, vestra virtute eorum iniquitatem, vestra verborum suauitate eorum maledicentia, vestra patientia eorum persecutionem, vestra veritate eorum falsitatem superabitis. Et tamen his armis de illis mirabiliter triumphabitis: ideo vos beatos, vos felices iudicate: nam beati eritis cum maledixerint vobis homines &c.

¶*Gaudete & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cælis.* Non ergo est quare viri christiani ob verã religionem persecuti deplorent seipsos, vt afflictos, vt explosos, vt infames, quin potius ob hæc ipsa gaudeant & exultent, quod quo magis impij sæuierint persequendo, hoc magis eis crescit & accumulatur præmium eis à patre repositum in cælis. Illorum malũ Deus vertet in bonum iustorum, damna ab illis illata vertet in lucrum, ignominiam ab illis illatam vertet in æternã veramque gloriam, crimina probraq; ab illis falso intentata, vertet in titulos & elogia veræ pietatis: execrationem

nem illorum vertet in laudes & gratulationes, non solum apud Deum, cui placuisse abunde satis est etiam si toti mundo iusti displiceant, sed interim etiam apud homines. Nam ab impijs, ob pietatem vituperari, laudari est: ab osoribus Dei cruciari, coronari est. Non est affectanda apud homines gloria, sed hæc vltro veram virtutem solet commitari.

Premium iustorum altamente considerandum. Quod si hæc experiri desideras, altamente considera, copiosam illá mercedem sanctis omnibus cœlorum regnum ingressis collatam. contemplare virginem gaudentem & exultantẽ sole amictam, stellarum diademate coronatam, lunam sub pedibus suis habentem. Non iam timore perterritã, neque audientẽ Simeonis triste præsagium: non iam fugientem tyrannidem Herodis, studentis ac curãtis interficere puerum Iesum: non iam stãtem iuxta crucẽ ac sanguinis filij sui guttas in tegmine ac velamento suo suscipientem: non iam sub cruce verba illa doloris & angustiæ plena dicẽ-

2.Re.18.g tem: quis mihi det vt moriar pro te fili mi Absalom. Iam hæc omnia transierunt: & quæ præ omnibus martyribus à mundo exosa, contempta ac persecuta fuit propter filium suum, præ omnibus regno cœlorum gaudet. Et quo magis mundus seuierit illam persequẽdo, hoc magis illi creuit merces à Deo reposita in cœlis. Quæ tanta fuit, vt nulla (vna excepta filij) maior, aut accumulatior. Contemplare deinde cæterorum sanctorum præmium ob pressuras ac persecutiones comparatum: ac peculiariter & signãter omnium martyrũ, qui amicti iá

Apho.7.c sunt stollis albis & palmæ in manibus eorum, triumphorum suorum insignia: intuere illa vndecim millia virginum: ac decem millia martyrũ Christi crucis amatorum. Aspice gloriosum illum diaconum sua craticula insignitum, omnibus carbonibus incẽsis super quos fuit positus, splendiorem, ac candidiorem: gloriosam illam virginem Catharinam lilijs ac rosis decoratam, post celebrem victoriam ex impio imperatore partam: considera torquem illum aureum, quem in collo habet sanctus ille Baptista, qui potius caput periculo exponere elegit: quàm veritatem tacere. Dies, menses, anniq; deficerent si dignè explicanda esset sanctorum illorum copiosa merces: quã pro suis laboribus, præssuris ac calamitatibus propter Christũ perpessis, in cœlesti regno, atque in superna ciuitate reportant. Hos igitur imitemur, hos alacri animo sequamur, si mensuram illam bonam, confertam, & coagitatam & superfluentem in cœlis recipere volumus. Luc.6.f.

¶*Sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos.* Exemplo prophetarũ, prouocat suos Christus dominus, ad patienter tolerandum præssuras, ob eius amorem & gloriam ferendas. Nihil enim tunc temporis prophetarũ memoria sanctius, aut venerabilius. Et tamen hos cum inuiuis agerent, omni malorum genere sunt persecuti impij ac scelerati homines, quibus & Christi discipulos & sectatores persequuntur, & ad finem mundi vsque persequẽtur. Illos persecuti sunt odio patris: hos persequũtur odio filij eius. Non ergo est quare animo spondeamus, sed fortes & constantes in virtute & in confessione veritatis simus: æquo animo quæ mundus mala obtulerit, propter virtutem ferentes. Fortia sunt hæc, fateor, & humanam mediocri-

Exemplo prophetarum incitat suos Christus ad patienter tolerãdas præssuras ob eius gloriam.

diocritatem superantia, quis enim nostrum nō horret corporis cruciatus? Quis non ad vitæ discrimen tentatus expauescit? quis nō exardescit in vindictæ cupiditatem, atrocibus conuicijs incitatus? quis impunè toleret famæ suæ labem præter meritum asper gi? Magna, inquā, sunt hæc, fateor, sed ingentius præmium, præstantior merces, excellior gloria ob quam parā dam non solum hæc omnia æquanimiter perferre, sed nos ipsos beatos iudicare debemus.

Sed si hāc sublimè & heroicā patiētiæ ac tollerātiæ virtutē præstare volumus, per gradus illos, quos ante proposuit Christus, vt peruniamꝰ oportet. Si enim tumorem animi prorsus abijciamus, si vindictæ cupiditatem expellamus, si voluptates omnes huiusmundi spernentes vitam asperam amplectamur: si prorsus extincta rerū humanarum cupiditate nihil magnopere sitiamus præter iustitiam & pietatem: si sic fuerimus affecti, vt omniū malis succurrere cupiamus, & omniū seruire commodis studeamus: si mentem habuerimus ab omnibus vicijs prauisque cupiditatibus purā ac syncerain, nec aliò spectantem, nec aliò semet oblectantem, quām Deo. Si ipsi pacatis animis vbiq; studeamus alēdæ sarciendæque concordiæ, tunc demum præstabimus hæc, quæ cœteri mortales ne per somnium quidem ad huc possunt attingere. Hoc præstiterunt apostoli, hoc martyres: in hoc delecti à Christo vt non vnam aut alteram ciuitatem, sed vniuersum mundum adducerent ad cognitionem euāgelicæ sapientiæ. Vnde qui sanabiles erant, qui mentis non omnino deploratæ, admirati tolerantiam simul & bonitatem apostolorum, cœterorumque martyrum, intellexerunt rem non esse fucatam, perspexeruntque non esse virium humanarum, suoque exemplo commoti versi sunt ad meliorem frugem. Hoc ergo idem nobis eueniet si prophetarum, si apostolorū, si martyrū exempla sequamur.

¶*Vos estis sal terræ*. Hac etiam similitudine docere vult dominus munus esse concionatoris euangelici vicia liberè reprehendere. Ideo enim dominus discipulos suos, quos præsules & concionatores constituit, cum sale cō parauit exulcerante, non cum melle deliniente. Vę concionatori, qui principum & magnatum gratiam aucupans & populi laudes affectans, loco salis vtitur melle: loco, inquā, reprehē sionis vtitur adulatione, & cum loquendi libertatem ostendit, tunc magis adulatur. Cicuta herba est venenosa autore Plinio, cuius succo Athenienses iudicio capitis damnatis necem inferre solebant. Sed vinum est promptum aduersus eam remedium, nam eius venenū pœnitus extinguit: at si cicutæ parum vini admisceas, reddetur venenum perniciosius, & prorsus immedicabile, quod vini calor & vis venenum citius deferat ad cor. Sic adulatio est vitæ christianæ venenū: sed exhortādi & reprehendendi libertas extinguit adulationem: atsi nōnihil libertatis cum adulatione coniūgas, vt tum maximè blandiaris cū maximè reprehendere videris, iam huiusmodi adulatio immedicabilis est. Totius enim assentationis nulla est capitalior illa, quā vtūtur illi, qui ita blandiuntur, vt libertatis amantissimi esse videantur. Tunc impletur id quod ait regius psalmographus: laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. At meliꝰ est,

Munus cōcionatoris est vitia libere reprehendere: ideo enim cum sale exulcerante comparatur.

Plinius. lib. 25 ca. 13.

Adulatio est vitæ Christianæ venenum: quare à cōcionatoribus fugienda.

Psal. 9.

Pro. 27. est, vt ait Salomon in prouerbijs, à sapiēte corripi, quàm stultorū adulationib9 decipi. Et D. ille Pau. admirabilis cōcionator, an quæro inquit, hōib9 placere? si adhuc hōib9 placerē chri sti seruus nō essem. Et iterū: nec enim aliquando fuimus in sermone adulationis sicut scitis. Intueris igitur quā ta arguendi libertate per salem significata debeat vti euangelicus concionator. Hanc significare volens dominus dicebat olim illius temporis cuidam concionatori. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Quibus verbis significat dominus quod non solùm debet loqui euangelicus concionator, sed clamare, nec solum clamare, & statim tacere, sed à clamore non desistere. Ideo ait: clama ne cesses. Sed non contentus Deus his dumtaxat verbis, adiecit: quasi tuba exalta vocem tuam, & annūtia populo meo scelera eorū. Et D. Paulus, imo Deus per illum Timotheo ait: prædica verbum, insta oportunè importunè: Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Lauans Christus pedes discipulis suis ostendit debere magistros & præsules & concionatores subditorum immunditias abluere repræhensionibus, & cæteris remedijs salutaribus. Et quemadmodum in omni sacrificio ponebatur sal, vt est leuitici literis consignatū, ita in omni cōcione debet esse aliqua reprǽhēsio. Hinc est quod Salomō dicebat in ecclesiaste: verba sapientiū sicut stimuli.

Gal. 1. 1. thes. 2. Esai. 58. a 2. Tim. 4. Ioan. 13. Eccl. 12. d

Illud tamen est obseruādum quod quemadmodum omnium ciborum sal est salubre condimentum, si adsit mensura: alioquin si sine modo est, & ipse perit, & quod salierit perdit: amarat enim nimietas quod condiret mēsura: sic in cōcionibus apponenda est repræhensio cum debita tamen proportione. Quemadmodum enim periti medici pharmacis amaris dulce aliquid admiscent, vt eos quorū ægrotationibus mederi cupiunt, illiciant, sic prudentes concionatores repræhēsionum acerbitatem debent suauitate quadam, si opus sit moderari, & ex asperitate & lenitate salutarem medicinam conficere. Omnibus enim quæ fiunt & dicuntur adhibenda est modestia & temperantia vt perturbationū sedatio cernatur, & decorum cōseruetur. Est enim in omni re considerandum quid actum sit, & cōsentaneum tempori & personæ: tum quid in dictis actioneque dedecēt. Vt periti oratores in causis agendis non vtuntur semper eodem statu, sed illud, accommodant ad locū, tempus & personas prout controuersiæ ac litis postulant qualitates, sic prudentes concionatores & præsules non semper asperitate, nec semper lenitate vtuntur, sed quid postulet ægritudo & quam quisque curationem recipere possit diligenter aspiciunt. Quando igitur necessaria sit repræhensio apponēda est: nec tamen opus est multo sale, sed efficaci, vt quicquid contigerit afficiat, & ex insipido reddat sapidū: nec op9 est, inquā nimia immoderataq; repræhēsione, sed moderata & quæ efficax sit ad efficiēdū ex peccatoribus iustos, ex impijs pios, ex incredulis fideles. Ingēs est terra & tamen hoc quod habet salsitatis, habet à paululo salis admixto: videm9 etiā copiosū cibū, alioqui fatui diluti q; saporis paululo salis aspso cōdiri: sic hominū animi nō nimia repręhēsiōe, sed moderata cōdiēdi sūt.

Chryso. Reprehensio in concionatoris adesse debet mod9 & mensura. Simile. Simile.

Edocentur etiam Ecclesiæ præ-

Præsules ecclesiæ quali correptione vti debent

sules correptione vti. correptio enim vt ex Hieronymo didicimus per salé intelligitur: vnde Christus dominus ait. Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos. Hoc est salsitudinem correctionis amor proximi temperet: & dilectionem proximi sal iustitiæ condiat, quibus verbis docentur præsules quem modum in correptionibus seruare debeant. Sunt enim nõnulli, qui illos maximè corrigere conãtur: quos nullo amore prosequuntur. Quorum correptio, nõ correptio, sed vindicta potius dicenda est. Ex amore quidem correptio egredi debet vt salutaris sit: hinc est quod D. Paulus ait in posteriori epistola ad thesa. cap. vltimo. nolite quasi inimicum existimare illum, sed corripite vt fratrẽ. Discant prælati a Christo correptione vti. Christus, quos amat, arguit & castigat: ipsi similiter amore affecti aduersus subditos, salem correptionis & iustitiæ adhibeant. Deinde vt correptio modũ teneat, nec limites suos egrediatur: ex misericordia atque animi compassione oriri debet. Nam nequaquam iacẽtem erigit, vt Gregorius ait, nisi qui status sui rectitudinem per compassionem flectit: & D. Augustinus duo inquit, sunt nomina, homo, peccator, quia peccator est corripe: quia homo est, miserere. Corripiet me iustus ait psalmographus, in misericordia & increpabit me. Lumen sanè iustitiæ, misericordia est: iustitia sine misericordia cœcus furor est. Quæ meritò comparatur cœco sagittario feram aliquã intendẽti occidere & occidenti hominem: quod contigisse Lamech tradũt Hebræi. Intendẽs enim Lamech ferã interficere, homicidam Cain interemit. Ignis ergo zeli in misericordiæ

Mar. 9.

1. Thes. vltimo.

Apo. 4.

D. Greg.

D. Augu.

Ps. 140 a.

Simile.

oleo ardere debet. zeli sancti districtio ait Gregorius, de virtute misericordiæ necesse est, vt ardeat.

D. grego. in Ezech.

Correptio præterea præsulum ex mansuetudine emanatura est, vt peccatorum animos insulsos, salsos reddat. Vitia enim animi, ait Seneca, sicut vitia corporis leniter sunt tractãda. Plus quidem proficit, vt autor est Ambrosius, amica correptio, quã accusatio turbulenta. Illa pudorem incutit, hæc indignationem mouet. Idcirco dicebat D. Paulus ad Galatas scribens: vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. In arca testamenti mãna & virga reposita erant: vt intelligeremus correptioni per virgam significatæ apponendum esse manna, hoc est, lenitatem & mansuetudinem. Ira ergo in correptione maximè cauenda est. Impedit enim vt Cato ait, ira animum ne possit cernere verum. Ira, inquit Grego. in illa verba Iob, virum stultum interficit iracundia, per zelum turbat. Ipse namque zelus rectitudinis dum aciem mentis agitat, turbat. Ideo viri virtute præstantes correptioni supersedere solent, donec ira abeat, ac animi tranquillitas, adsit: imitari volentes dominum cui sapiens ait: tu dominator virtutis cum tranquillitate iudicas: & meritò quidem. Nam ira viri, iustitiam Dei nõ operatur, vt D. Iacobus ait. Diogenes cum cuidam seruo iratus esset: iam te, inquit, nisi iratus essem, verberibus enecassem. Sal ergo repræhensionis, amore, compassione, misericordia, ac mansuetudine temperatus, cibos spirituales: suaues ac sapidos reddet. Tales vult dominus esse præsules suorum: quibus si adsit prudentia in omnibus, nihil

Seneca.

Ambro.

Gala. 6.

Figura.

Cato.

Grego. Iob. 5. a.

Sap. 12.

Iaco. 1.

Diogenes

am-

Correptio salutaris prælatorū à subditis libēter suscipienda.

amplius desiderari poterit. ¶ Ceterum studeant subditi libēter suscipere salem correptionis: intelligentes esse animo suo maxime salutarem. Quod enim flagellū grano, quod lima ferro, quod fornax auro, hoc correptio & reprehensio viro prudenti atq; suam salutem spiritualem amāti. Sed quibusdam profecto nostrū dici potest quod Ieremias olim aiebat, cap. 6. frustra cōflauit conflator. Malitiæ enim eorum non sunt consumptæ: argentum reprobum vocate eos, quia Deus proiecit eos. Maledictū ferrum quod ex lima contrahit rubiginem. Non aurū, sed paleam sese ostendit qui igne correptionis non expurgatur, sed per animi impatientiam crematur. Huiusmodi paleas conburet dominus igne inextinguibili. maledictæ carnesque sale increpationis non corrigūtur: & ab omni peccati corruptione nō præseruātur. Qui eiusmodi sunt mittentur foras, hoc est, in tenebras illas longè à luce cœlesti semotas, quod verterunt virgam in colubrum, hoc est, salutarem correptionem suorum prælatorum in iram viperinam.

Hiere. 6.

Math. 3.

¶ Illos miseros: nam perpetuas pœnas dabunt: sic enim ait Salomon in prouerbijs: qui increpationes odit, morietur. Et rursum: viro qui corripientē se dura ceruice contemnit, repētinus superueniet interitus. Et alibi; qui odit, inquit, correptionem minuetur vita. Vita scilicet & corporis & animæ. Homo sane qui disciplinam salutarem contemnit, terrenis adhæret, æterna non curat. Sic enim ait Iacob⁹ cap. 16. cor eorum longè fecisti à disciplina, propterea non exaltabuntur. Qui per disciplinam vitam suam custodire minime studēt, semper animi desiderio in imis iacent. Qui sine disciplina est, in maximo periculo est cōstitutus: dicente Salomone in prouerbijs: qui abijcit disciplinā, despicit animam suam. Quemadmodum enim carnes cō temnit ac despicit qui eas sale condire nō vult, putrescunt enim. Sic qui disciplinam & correptionem contemnit, putrescit animo. Quo fit vt omni bono priuetur. Sapientiam, inquit idem Salomon, & disciplinam qui abijcit, infelix est. Fugiunt enim eum omnia bona. Talis diabolo qui incorregibilis est, omnino assimilatur. Qui odit correptionem, inquit idem, vestigium est peccatoris: cum ergo diabolus, per antonomasiam peccator dicatur: talis vestigium diaboli dicetur. Contrà vero viri suæ salutis amatores, intelligentes quod virga atq; correptio tribuat sapientiam vt Salomon ait: & quod diligens disciplinam, diligat sciētiam: qui autem odit increpationes insipiens sit: eam amplectāntur, eam suscipiuut. Ac non solum non obmurmurant, aut incandescunt ira, sed potius corripiētes prælatos amore prosequuntur. Sic enim sapiens ait: vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus: & in prouerbijs scribit in hunc modum: argue sapientē & diliget te. Hi, sale, hoc est, correptione condiuntur.

Pro. 15. Pro. 39. Eccle. 19. Iacob. 16. Pro. 15. Simile. Sapien. 3. Eccle. 21. Pro. 19. Pro. 12. Eccle. 10. Pro. 9.

Vos estis sal terræ. Quasi dicat dominus: munus vestium est, homines condire, ac sapidos reddere: quod tum exequemini, cum eos vestra doctrina vestisq; suauibus verbis consolati fueritis. Sunt enim concionatores euangelij, veri hominum consolatores. Eorū enim spem in cœlestia erigunt, eis pacem, gratiam, bonumq; nuntium afferunt: eos virtutes docent, vicia extirpant. Hoc munus ab eis exequendum monet dñus apud Esaiam dicēs loqui-

Concionatorem est sua doctrina homines sapidos reddere, hoc est, eos verbis suauibus consolari.

mini ad cor Hierusalem & aduocate eam quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius. Quæ verba exponens diuus Hieronymus super Ezechielem sic ait: idioma scripturarũ est, qui enim mœrenti loquitur, & blandiens consolator est, ad cor loqui dicitur, Doceat nos sichem filius hemor, qui corrupta dina, locutus est ad cor eius, & consolatus est eam, & vbicunque simile quid inueneris hunc sensum habet. Cum ergo dominus cõcionatoribus suis dicat: loquimini ad cor, id est, cõsolamini mœrentes. tum eos sale cõdient, cũ cõsolati eos fuerint: quũ auté vera pax, verũ gaudiũ, veraq; consolatio in comparatione cœlestiũ virtutum sit: qui eas populum docent veri consolatores dicentur: qui verò eas animo suscipiunt, saliti, sapidi, ac consolati, beati denique appellabuntur. Et meritò sanè. Nam gloria & diuitiæ in domo eorum, ac iustitia eorũ manet in seculũ seculi. Omnis enim gloria eorum ab intus: quam ex testimonio conscientiæ reportant.

Hieron. Ezec. 18.
Gene. 34.
Ps. 111.a
Psa. 44.

¶*Vos estis sal terræ*. Hoc est, vos estis sapientia, qua, homines terreni, sapiẽtes efficiendi sunt. Sal enim, sapiẽtiæ typus est.

Concionatorũ sale, hoc est, sapientia cæteri sapiẽtes fieri debẽt.

Hinc primùm colliges, oportere concionatorem in studium diuinarũ literarum toto pectore incumbere: sunt enim sal, sunt lucerna, sunt lux populi. Est enim cõcionator ignarus, sal sed infatuatum, est lucerna sed extincta, & fumigans. Verbũ verò Dei est lucerna & lux, vt ait Salomon in prouerbijs, vitæ verò via & correptio & castigatio. Et vt ait diuus Paulus in secunda ad timotheum: omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, & ad erudiendum in iustitia. Sunt nonnulli qui prius quam diuinam scrutentur scripturam, volũt cõcionari, & vi ventorum inanis gloriæ verba sua proijciunt satis contenti si conciones ab alijs compositas pro suggestu referant: quo fit vt aut tandem in errorem ruant: aut verba ventodantes nullam populo afferant vtilitatem. Vt poma immatura, quæ vento decutiuntur, nec suauitatem habent, nec stomacho prosunt, sed quæ sunt matura & manu collecta, hæc grata & suauia sunt, sic huiusmodi conciones quæ humani fauoris gratia habentur, quæ ante tempus vi venti decidunt, nec dulcedinem habent spiritualem nec vtilitatem mentibus afferunt: at quæ sunt tempore oportuno ex sacris literis collectæ, & ad Dei honorem dispositæ, hæ laudabiles sunt, & vtiles, & suaues & salubres Sed de hoc inferius.

Concionator debet literis diuinis incõbere cũ sal sit.
Pro. 6.
2. Tim. 3.
Simile.

Colliges deinde opus esse vt ecclesiæ præsules qui sal, qui lux, qui lucerna ecclesiæ, imo totius mundi sunt: sapientia sint præditi. Si enim in laicis, vt ait Leo papa, videtur intolerabilis Inscitia, quanto magis in his qui præsunt, nec excusatione est digna nec venia. Et si iuxta apostolum Paulum, ait Hieronymus, Christus Dei virtus est, & Dei sapientia, & qui nescit scripturas nescit Dei virtutem, eiusque sapientiam, scripturarum ignorantia Christi est ignorantia. Prælati ergo scrituras ignorantes Christum ignorare dicendi sunt. Væ illis quoniam à domino ignorabuntur. Vnde diuus Gregorius sic ait: qui ea quæ Dei sunt sapiunt, à domino sapiuntur: & qui ea quæ Dei sunt nesciunt, à domino nesciuntur: Paulo attestante qui ait: si quis ignorat ignorabitur. Atque idem

Oportet præsules sapiẽtia esse præditos
D. 38. c. si in laicis.
Ibidem. c. si iuxta.
Ibidem. c. qui ea.
1. Corin. 14. g.

idem diuus Gregorius inquit: quicũque stultus est in culpa, erit sapiens in pœna. Non sine maxima causa factum fuit in principio conditionis rerum omnium vt homini conferret Deus scientiam rerum cunctarum. Nam quum omnia propter illum creata essent, atque ab illo regenda & disponẽda, necesse erat vt horum omnium illi scientia tribueretur. Non enim est Deo, inquit Paulus, cura de bobus. Istorum ergo aliorumque animalium Deus homini curam, & visibilẽ prouidentiam reliquit, vt dominationi eius subijcerentur, & ratione illius gubernarentur: idcirco sapientiam contulit. Quo intelligere poterunt præsules ecclesiæ, qui constituti sunt, nõ vt præsint piscibus maris, aut bestijs terræ, sed hominibus rationis participibus, animis ad cœlũ tendentibus: quã necessaria sit illis sapiẽtia: qua suos doceant, regant, gubernẽt, ac in cælorum regnum dirigant. Erudimini ergo qui iudicatis terrã. Diligite sapiẽtiam: præponite illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse ducatis in cõparatione illius: nec cõparetis illi lapidem pretiosum. Quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimãdum est argẽtum in conspectu illius. Super salutem & speciem diligite illam, & proponite pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen eius. Venient vobis omnia bona pariter cum illa. Inquirite sapientiã quoniam estis sal terræ, lux mundi, & lucerna super cãdelabrum posita: qui cæteros sale vestro cõdire, & luce vestra illuminare debetis. Quærite totis viribus illam quoniam estis capitą ecclesiarum. Et quemadmodum natura comparatum est, vt caput, præ cæteris corporis mẽbris vigeat sensibꝰ: ita rationi cõsentaneũ est, vt præsul qui caput est corporis mystici, præceteris mẽbris vigeat doctrina, prudẽtia ac sapiẽtia: quibus mẽbra dirigãtur ac gubernẽtur. Si enim imperitia omnibꝰ hominibꝰ est aduersa, multo magis sacerdotibus ac ecclesiæ præpositis. quoniã si per ignorãtiã cæcitatis alijs ducatũ præstare cæperint, ambo in foueã cadẽt. vnde dicitur in psalmo: obscurẽtur oculi eorũ ne videãt: & dorsum eorũ semper incurua. Cũ enim obscurãtur illi qui præeunt, ad ferenda onera peccatorũ facile sequentes inclinantur. Elaborãdum itaq; est sacerdotibus vt ignorantiã à se quasi quadã pestẽ abijciant. licet enim seruus nesciens voluntatem domini sui, & non faciens, dicatur vapulare paucis: Non tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur. ait enim apostolus vt superius retulimus, qui ignorat, ignorabitur. Quod de eo intelligendum est, qui noluit intelligere vt benè ageret. Tenẽtur ergo quando sal terræ sunt: sal sapientiæ sibi parare: vt eo sale terram sibi commissam condiant.

Liber. 2. sent. p. 23

Psal. 2.

Sapi. 7.

Simile.

Psal. 48.

Lu. 12. f.

1. co. 14.

D. 37. ca. Ideo.

Tertio colliges non grãmaticam, nõ rethoricam, nõ philosophiã, non aliquã iuris ciuilis scientiam esse, qua præsules ecclesiæ sal terræ efficiãtur: sed sciẽtiã, qua virtutes docẽtur. hinc fuit, quod quũ ascendisset hodie Christus in montẽ, salutiferã suam philosophiã auspicaturus, vertit oculos nõ in turbã, sed in discipulos, & docuit illos octo illa dogmata cælestia, quę beatos homines faciũt: quibꝰ dictis addit statim: vos estis sal terræ, vos estis lux mũdi. ac si diceret: vos cõstituti estis vt alios vr̃a doctrina saliatis, sed hæc doctrina nõ huius mũdi esse debet, sed quã modo à me audistis. Vestrũ. n. erit

Qua sciẽtia pollere debẽt præsules vt sal terræ dicãtur.

docere populum paupertatem spiritus, mansuetudinem, sitim iustatiæ, munditiem cordis, & cætera euangelica dogmata à me exposita, si beati, si sapidi, si dulces ac suaues esse volunt. præterea non aliam scientiam à prælatis, nec ab ecclesiasticis apostolicisq; viris expostulat dominus, quam sciętiam sanctorum: quàm sapientiā perfectorum: quæ mysteria cœlestia ac si dei nostræ dogmata docet: de qua Paulus: sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam verò non huius sæculi. Sed loquimur Dei sapientiā in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante sæcula, in gloriā nostram, quam nemo principum huius saculi cognouit. Sapientiam huius sæculi vocat Paulus sapientiā humanam & temporariam, quæ aboletur & euanescit cum suis fautoribus: sapiętiā verò euāgelicā appellat sapięntiā in mysterio abconditā. Hac caruęrunt mundi rethores, ac philosophi hac caruerūt Herodes, pilatus & iudæi: Si enim illa præditi essent, nūquā dominum gloriæ crucifixissent: hanc ergo habere debent viri ecclesiastici si alios beatos ac verè sapientes reddere volunt: si eos salsos ac esui præparatos esse desiderant: si verè sapientes esse ac vocari volunt: nam autore Hieronymo literas non nouit qui sacras ignorat.

Contemnāt qui huiusmodi sunt, scientias huius sæculi præ christiana sapientia. Nam illarum aliquæ, omni vento mutantur. Secundum enim tēporum varietatem variantur: at hæc, in æternum stat: cœlum enim & terra potiꝰ trāsibuntquā verba Christi. iustitia tua, (ait Dauid) iustitia in æternū & lex tua veritas. Illæ, terrenæ sūt: quare quemadmodum terra aqua cōmixta in causa est, vt in aqua nihil cōspiciatur ita hæc scientiæ multoties in causa sunt, vt eas habentes non rectè iudicent: at hæc cœlestis sapiētia quæ contemptum rerum terrenarū prædicat, docet, ac suadet, quasi aqua pura, limpida ac perspicua omnibus est. Quid ergo tibi vis ô homo, in via AEgypti vt bibas aquam turbidam, & dereliquas fontē aquæ viuæ? Vt totis viribus incumbas turbidis mundi sciētijs, & veram scientiā cōtemnas? Illæ inflant, ac mentes hominum cōturbant. Similes enim sunt AEgyptiorum ranis: de quibus Dauid ait: & didit terrā eorum ranas, in penetralibus regum ipsorum. Hæc autem non inflat animum, sed humiliat: non conturbat, sed pacificat: pax multa, ait psalmographus, diligētibus legem tuam & non est illis scandalum. Et per Esaiam dñs ait: vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua. Adde his: quod mundi scientiæ, animum hominis minime satiāt, minime famem aut sitim extingūt: sed potius cupiditatē acuunt: quare ergo vos appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrū nō in saturitāte? Ad rem hanc facit quod D. Hieronymus super. 1. caput epistolæ ad titum scribit: Geometria & aurithmetica, inquit, & musica habent in sua scientia veritatē: sed non est scientia illa, sciētia pietatis. Scientia pietatis est nosse legē, intelligere prophetas, euangelio credere, apostolos nō ignorare, grammaticorū autem doctrina, etiam potest proficere ad vitā dum fuerit in meliores vsus assūpta. Hæc ergo sciētia pietatis præcipuè addiscenda est, hæc imprimis paranda à primoribus ecclesiæ.

¶ Quare merito repræhenduntur

Marginal notes: 1. cor. 2. — D. Hiero. — Psa. 118. — Hiero. 2. — Ps. 104. — Ps. 118. — Esa. 48. — Esa. 48. — D. Hiero. D. 37. c. si quis.

præsules atque cæteri sacerdotes qui secularibus disciplinis solum dāt operam & qui diebus ac noctibus in illis torquentur. Vnde D. Hieronymus sic scribit: nonne vobis videtur in vanitate sensus & obscuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquætur, qui phisicus per scrutator oculos trans cœlos leuat, & vltra profundum terrarum & abyssi in quoddam inane demergitur, qui iā bum feruet, qui tantam metrorum syluam in suo studiosius corde distinguit & congerit: quanuis ergo hæ seculares scientiæ addiscendæ sint ab alijs, non decet tamen viros ecclesiasticos, quibus cura de ouibus mandata est: illis solum incumbere: sed præcipua cura ac diligentia adhibenda est, in cognitione rerum diuinarum. Illæ enim si adsint, tanquam ancillæ seruire debent veræ sapientiæ, caueant ergo præsules qui sola philosophia, aut iuris doctrina sunt præditi, ne ob illam, veram dominam contemnant: ne audiant quod olim Abraham ab vxore Sara audire meruit. Inique, (inquit Sara) agis contra me, ego dedi ancillam meam in sinum tuum, quæ videns quod conceperit, despectui me habet. ancilla scripturæ sacræ, quælibet alia scientia est: etiam iuris aut decretorum peritia: hæc solet scripturarum diuinarum cognitionem & peritiam præ se contemnere, quod pecunias pariat, diuitias comparet, bona temporalia & externa lucretur. Sed hoc quâm alienum á recta ratione sit omnibus compertum esse debet. Qui ergo pater est spiritualis multarum animarum, Saram, hoc est, scientiam rerum diuinarum ducat in vxorem: quod si ancillam agar, hoc est, iuris peritiam aut aliam scientiam sibi copulauerit, liceat illi quidem, ita tamen vt Sara sit domus suæ domina. Illa enim est quæ gignit legitimos filios, hoc est, Dei filios, hæredes regni cœlestis, cohæredes autem Christi.

D. Hie. ad cap. 4. episto. ad Ephe. lib. 2. commen. & habentur. D. 37 c. nonne.

Gene. 16. Figura.

¶*Vos estis sal terræ.* Sicut sale conditur cibꝰ & præseruat sal carnes á corruptione & putrefactione sic sacerdotes, & doctores, & prælati ecclesiæ bonis exemplis & probatis moribus populum debēt instruere, ne in vitiorum corruptionem labatur. Quod significare volens Christus dn̄s prius vertens oculos in discipulos solū ait illis: beati pauperes spiritu, beati mites, beati qui lugent: beati eritis cum maledixerint vobis homines. & statim addit. vos estis sal terræ. ac si diceret: ad vos pertinet esse pauperes, mites, puros, misericordes. Ad vos pertinet virtutibus cæteros præstare: vt eos vestris moribꝰ atq; sancta vita, vestroq; exēplo ab omni peccatorū corruptione præseruetis. Id enim est munus salis. Hoc idem signare volens dn̄s, præcipiebat olim, vt sacerdotes sui vestibus lineis induerentur vt tradit Ezechiel cap. 44. Signū, vt definiūt philosophi, est, quod aliud sensui, aliud intellectui repræsentat. Vestis ergo illa sacerdotalis repræsentabat sensui esse lineā & candidā. Sed intellectus iudicabat eā animi cādorē significare. Eodē modo Christiani sacerdotes ac prælati in ecclesijs lineis vestibꝰ superinduuntur, animi puritatem, quæ in sacerdotibus requiritur, significantibus. Hæc intelligens Elisæus Eliam vocabat currū Israel & Aurigā eius. Auriga est, qui ducit, & viam ostendit, currus veró qui supra se pondera suscipit, illa efficiens quæ alijs præcipit faciēda. Debet christianꝰ cocionator ac christianꝰ præsul aperire, qd sit

Doctores & sacerdotes & præsules nō solū sua doctrina, sed suis probatis moribꝰ debent populum instruere.

Ezec. 44.

4. reg. 2. Figura.

de sanctissimo nomine sentiendum, quæ sit vera sanctimonia quæ pura & pia religio, quid in vita sequendum, quid fugiendum iuxta ecclesiæ catholicæ documenta, ne subditi in errorũ tenebris versentur, sed ad virtutes excitẽtur, & ad labores pro Christo subeundos moueantur. Hoc idem est aurigæ officium, & præsulis Christiani munus. Sed non sat esse putãdum est, quod errantibus viam indicarit, & recta suaserit, nisi ipse portauerit ōnera, quæ alijs portãda monuerit, & hoc quidem est, currum esse pondera sustinentem. Inuenies præsulem, qui currus vocari potest, sed non auriga, aliũ qui nomine aurigæ gaudet, sed currus appellari non valet, alium, qui nec currus nec aurigæ nomen meretur, alium qui vtroq; dignus est. Talis est qui Dei scientiam habet, & iuxta illã operatur. Hoc intuens Salomon aiebat: mitte domine sapientiam de coelis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ vt mecum sit, & mecum laboret. Non sat esse existimabat alios excitare ad laborem nisi ipse etiã laboraret. Non solum habebat in optatis, vt sapientia cum eo esset, sed vt cum eo laboraret. Hebræorũ magnates in murorum instauratione vna manu faciebant opus, altera tenebãt gladium, vt in libro Nehemiæ scriptum legimus. Gladius acutus, vt ait in epistola ad Ephesios D. Paulus, est verbum Dei. Hic est gladius quem de ore Christi procedentem vidit in Apocalypsi diuus Ioannes. Quid est principem altera manu tenere gladium, altera in opus incumbere nisi debere eum, qui inter altos obtinet principatum, non solum docere, sed id quod docet efficere? Hic est verè præsul qui verbo & opere omnibus consulit, qui omnia prouidet, tanquam ex aliqua specula futura prospiciens. Hunc appellat Deus per Ezechielem speculatorem, qui cum sit in loco eminentiori constitutus, debet esse solicitudine affectus, & in illam curam & cogitationem semper incũbere, quæ illi summam afferat dignitatem. Hoc suo modo complectens animo latinus poeta, volensq; Aeneam suum laudibus efferre, ait: illũ semper secum habuisse achatem comitem indiuulsum, dicitur autẽ achates à verbo græco acheos, quod curam significat, innuens debere principem in perpetua cura versari, & dorsum esse quod populi onera sustineat. Si hæc cura & solicitudo seculi principibus cõuenit, quanto magis pastori ecclesiastico, qui debet animam suam dare pro ouibus suis, illũque imitari qui ait: egõ sum pastor bonus qui pro ouium salute sanguinem suum fundere non dubitauit. In legis veteris victimis sacerdos sibi animalis pectus, & dextrum brachium sumebat, vt in pectore scientiam & bonam cogitationem, in brachijs vero opera significaret. Sed quoniam non opera impia & sinistra, sed recta & dextra debent esse in sacerdote cum scientia copulata, ideo non brachium sinistrum assumebat, sed dextrũ: vt quod prè & sapienter mente conceperat, exẽplo vitæ probaret. Eratque brachium illud separatum: Ad innuẽdum, debere in sacerdote tantum esse virtutum fastigium, vt sint eius opera à cũctis hominibus separata, eorumq; operibus multo excellentiora. Eam ob causam vocat eum dominus vt diximus speculatorem apud Ezechielem. Cũ autem speculatores sint in excelso collocati, debent esse præsules non in imo peccatorum, sed in vertice virtutum, vt

Sap. 9.
Nehem. 4.
Eph. 6.
Apo. 1. & 19.
Ezec. 3. d.
Ioa. 10. b.
Leui. 9.
Figura.

vt ſint in excelſitate verè dignitatis cōſtituti. Vnde ait Eſaias: ſuper mōtem excelſum aſcende tu, qui euangelizas Sion. Et D. Gregorius: quis quis, inquit, populi ſpeculator ponitur, in ſublimi debet ſtare per vitam, vt poſsit prodeſſe per prouidentiā. Ideo in hoc loco prius dominus ait: vos eſtis ſal terræ. poſtea: vos eſtis lux mūdi: vt apertius innueret ſacerdotem & præſulem oportere eſſe virtutibus & ſciētia præditum ſed præcipuè virtutibus incūbere debet. Quare ſal non erit qui illa reprehēderit vitia quibus ipſe eſt imbutus & inquinatus. Sal conficitur ex aqua maris ſed quandiu eſt in mari non eſt ſal. Oportet ęgredi è mari, & penetrare terram vt in foſsis marinis exiſtens, radijs ſolis superuenientibus, & flatu aeris ſpirante, aqua illa condenſetur, & in talem cōuertatur. Mundus hic mare eſt: quandiu in mūdo verſamur, tumidis ſuæ ſuperbiæ fluctibus traditi, æſtibus ſuæ mutabilitatis accedentibus & recedētibus exagitati, amariſsimis ſuorum ſcelerum vndis ſubmerſi, ſal adhuc non ſumus. Egreſſuri ſumus è mundo, & terram, hoc eſt, nos ipſos penetraturi, noſtrā imbecillitatem & miſeriam conſiderantes, & ita interueniente radio ſolis iuſtitiæ, & ſpirante diuina gratia, erimus fauore ſplendoris diuini illuſtrati, & in ſalem admirabilem conuerſi. Et tunc in aliorū ſcelera inuehemur, moderatè tamen vt par eſt, ſed exclamantes & aduerſus crimina præſertim aperta; vocem extollentes.

Esa. 40.

D. Greg.

Simile.

¶ Qui alios docet quid ſit faciendū, ipſi verò in recto facta illa, ad quæ alios hortatur, non incūbit; qui alijs ſuadet vitia ſua videre, vt ea declinēt, ipſe autem ſeipſum non cognoſcit, ſimilis eſt claro ac perſpicuo ſpeculo, quod alijs maculas ſuas oſtēdit, ipſum autem ſeipſum non videt. Vt enim ſpeculum imagines obiectas illud intuentibus repræſentat, vt ſe præclarè poſsint colere & ornare, cum illud ſe ipſum minime perſpiciat, ſic eloquēs ſed deditus vitijs præſul aut concionator, verum virtutum cultum & ornatum auditores docet, quū ſeipſum non doceat, nec curet. In huiuſmodi magiſtros inuehitur Paulus in epiſtola ad Romanos: qui alium doces teipſum non doces: qui prædicas non furandum furaris, qui dicis non mechādū mecharis. Marcus Tullius in verrem has voces emittit: non modo accuſator, ſed ne obiurgator ferendus eſt is, qui quod in altero vitium repræhendit, in eo ipſe depræhenditur. Et in ſaluſtiū: omni vitio debet carere, qui in alterum paratus eſt dicere. Eos qui recta dicerent, nec facerent comparabat Diogenes apud Laertium cū cythara, quæ cum ſuauem concētum efficiat, quo alios oblectet, ipſa tamen ſeipſam nec audit, nec ſentit. Imò plerunq; & ſi delectet, parum tamen aut nihil prodeſt. Nam vt ait in moralibus D. Gregorius: loquendi autoritas perditur, quando vox operibus nō iuuatur. Et iterum: tunc eſt ſermo viuus & efficax, quūm eſt prædicātis pura ſanctitas & virtus perfecta. Si ſciētia eſt cum virtute coniuncta, admirabiles habet effectus, & hæc eſt ſcientia, quam ſummopere oportet comparare. Nam velle ſcire, tantum vt ſcias, curioſitas eſt, velle ſcire, vt ſciaris, vanitas eſt, velle ſcire, vt opes aut honores adquiras turpis quæſtus eſt, velle autem ſcire vt ardentius diuino amore inflammeris, & alios excites ad eiuſdem amoris flammam virtus eſt. Sed heu miſeros nōnullos: qui volunt di-

Simile.

Rom. 2.

Cicero.

Diogenes Simile.

D. Greg.

Et rursum in alio loco: non turbetur
Simile. cor vestrum, nec formidet. Vt aqua quieta & tranquilla ostendit nobis eã intuentibus imaginem nostrã instar speculi: sed mota & perturbata nequaquam, sic cor nostrum, si placidum est & sedatum: repræsentat nobis figurã nostram, vt nos ipsos agnoscamus, id quod fieri non potest, si ex concitatione agitatum, & metu perterritũ sit. Eã ob causam oportet, vt cor nostrum nõ perturbetur, neque formidet. Vt sera
Simile. pensilis, cum turbata est, nõ potest claue aperiri, quia non illi accurrit artificium ob intemperiẽ suam, sic cor nostrum, cum est perturbatione concitatum, nulla vult exhortationis claue reserari, quia non obtemperat rationi appetitus: quo fit, vt cor impij ob artificij intemperiẽ nõ aperiatur. Deo
Pro. 13. per Salomonem clamanti: præbe fili mi cor tuum mihi, aperiatur autem dæmoni claue adulterina abutenti.
Psal. 54. Cor meum dicebat quidam, conturba
Psal. 56. tum est in me. Et alibi: dormiui conturbatus. Sed qui suam conturbationem dolebat: Deo volebat aperiri. Ille in magno versatur periculo, cuiꝰ cor perturbatione & formidine motum, Deo clauditur, nolens veritatem nũtiare, & munere concionandi intemperanter abutens. Quid timet, qui secum Deum habet adiutorem? Domi
Psal. 29. nus protector vitæ meæ, aiebat Rex Dauid, à quo trepidabo? & alibi. Non
psal. 22. timebo mala quoniam tu mecum est. Et Salomon in prouerbijs: iustus quasi
prou. 28. leo confidens absque terrore erit. & D. Paulus in epistola ad Romanos: si
Rom. 20. Deus pro nobis, quis cõtra nos? Quid potest esse tutiꝰ nobis quàm arma diuina induere, & animũ habere Christi gratia roboratum? Quid fortius? quid munitius? quid inexpugnabiliꝰ?

Si alte spectare voles, & ad veritatem mentis oculos reuocare: videbis aperte, nihil posse esse vel ad vitæ suauitatem iucundius, vel ad vtilitatem accommodatius, vel ad animi pulchritudinem elegantius, vel deniq; ad fortitudinem & firmitatem obtinendam & conseruandam præstantius. His armis indutos mittebat Christus discipulos suos, dicens illis: ecce ego mit- Infr. 10. Luc. 10.
to vos sicut oues in medio luporum. Ac si diceret: mitto vos oues inter lupos, vt lupos in oues cõuertatis. Oues estis, quarum lana alij induentur, quarum lacte & caseis vescentur. Vos mãsuetudine vestra eorum iram vincetis, vestra tolerantia eorum excandẽtiam, vestra humilitate eorum superbiam, vestra lenitate eorum duritiem, vestra virtute eorum iniquitatem, vestra verborum suauitate eorum maledicentia, vestra patientia eorum persecutionem, vestra veritate eorum falsitatem superabitis. Et tamen his armis de illis mirabiliter triumphabitis: ideo vos beatos, vos felices iudicate: nam beati eritis cum maledixerint vobis homines &c.

¶*Gaudete & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.* Non ergo est quare viri christiani ob verã religionem persecuti deplorent seipsos, vt afflictos, vt explosos, vt infames, quin potius ob hæc ipsa gaudeant & exultent, quod quo magis impij sæuierint persequendo, hoc magis eis crescit & accumulatur præmium eis à patre repositum in cælis. Illorum malũ Deus vertet in bonum iustorum, damna ab illis illata vertet in lucrum, ignominiam ab illis illatam vertet in æternã veramque gloriam, crimina probraq; ab illis falso intentata, vertet in titulos & elogia veræ pietatis: execrationem

nem illorum vertet in laudes & gratulationes, non solum apud Deum, cui placuisse abunde satis est etiam si toti mundo iusti displiceant, sed interim etiam apud homines. Nam ab impijs, ob pietatem vituperari, laudari est: ab osoribus Dei cruciari, coronari est. Non est affectanda apud homines gloria, sed hæc vltro veram virtutem solet commitari.

Premium iustorum altamente considerandum.

Quod si hæc experiri desideras, alta mente considera, copiosam illã mercedem sanctis omnibus cœlorum regnum ingressis collatam. contemplare virginem gaudentem & exultantẽ sole amictam, stellarum diademate coronatam, lunam sub pedibus suis habentem. Non iam timore perterritã, neque audientẽ Simeonis triste præsagium: non iam fugientem tyrannidem Herodis, studentis ac curãtis interficere puerum Iesum: non iam stãtem iuxta crucẽ ac sanguinis filij sui guttas in tegmine ac velamento suo suscipientem: non iam sub cruce verba illa doloris & angustiæ plena dicẽtem: quis mihi det vt moriar pro te fili mi Absalom. Iam hæc omnia transierunt: & quæ præ omnibus martyribus à mundo exosa, contempta ac persecuta fuit propter filium suum, præ omnibus regno cœlorum gaudet. Et quo magis mundus seuierit illam persequẽdo, hoc magis illi creuit merces à Deo reposita in cœlis. Quæ tanta fuit, vt nulla (vna excepta filij) maior, aut accumulatior. Contemplare deinde cæterorum sanctorum præmium ob pressuras ac persecutiones comparatum: ac peculiariter & signãter omnium martyrũ, qui amicti iã sunt stollis albis & palmæ in manibus eorum, triumphorum suorum insignia: intuere illa vndecim millia virginum: ac decem millia martyrũ Christi crucis amatorum. Aspice gloriosum illum diaconum sua craticula insignitum, omnibus carbonibus incẽsis super quos fuit positus, splendiorem, ac candidiorem: gloriosam illam virginem Catharinam lilijs ac rosis decoratam, post celebrem victoriam ex impio imperatore partam: considera torquem illum aureum, quem in collo habet sanctus ille Baptista, qui potius caput periculo exponere elegit: quàm veritatem tacere. Dies, menses, anniq, deficerent si dignè explicanda esset sanctorum illorum copiosa merces: quã pro suis laboribus, præssuris ac calamitatibus propter Christũ perpessis, in cœlesti regno, atque in superna ciuitate reportant. Hos igitur imitemur, hos alacri animo sequamur, si mensuram illam bonam, confertam, & coagitatam & superfluentem in cœlis recipere volumus.

2. Reg. 18. g

Apho. 7. c

Luc. 6. f.

Exemplo prophetarum incitat suos Christus ad patienter tolerãdas præssuras ob eius gloriam.

¶ *Sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos.* Exemplo prophetarũ, prouocat suos Christus dominus, ad patienter tolerandum præssuras, ob eius amorem & gloriam ferendas. Nihil enim tunc temporis prophetarũ memoria sanctius, aut venerabilius. Et tamen hos cum inuiuis agerent, omni malorum genere sunt persecuti impij ac scelerati homines, quibus & Christi discipulos & sectatores persequuntur, & ad finem mundi vsque persequẽtur. Illos persecuti sunt odio patris: hos persequũtur odio filij eius. Non ergo est quare animo spondeamus, sed fortes & constantes in virtute & in confessione veritatis simus: æquo animo quæ mundus mala obtulerit, propter virtutem ferentes. Fortia sunt hæc, fateor, & humanam mediocri-

diocritatem superantia, quis enim nostrum nõ horret corporis cruciatus? Quis non ad vitæ discrimen tentatus expauescit? quis nõ exardescit in vindictæ cupiditatem, atrocibus conuicijs incitatus? quis impunè toleret famæ suæ labem præter meritum asper gi? Magna, inquã, sunt hæc, fateor, sed ingentius præmium, præstantior merces, excelsior gloria ob quam parã dam non solum hæc omnia æquanimiter perferre, sed nos ipsos beatos iudicare debemus.

Sed si hãc sublimẽ & heroicã patiẽtiæ ac tollerãtiæ virtutẽ præstare volumus, per gradus illos, quos ante proposuit Christus, vt peueniamus oportet. Si enim tumorem animi prorsus abijciamus, si vindictæ cupiditatem expellamus, si voluptates omnes huiusmundi spernentes vitam asperam amplectamur: si prorsus extincta rerũ humanarum cupiditate nihil magnopere sitiamus præter iustitiam & pietatem: si sic fuerimus affecti, vt omniũ malis succurrere cupiamus, & omniũ seruire commodis studeamus: si mentem habuerimus ab omnibus vicijs prauisque cupiditatibus purã ac syncerã, nec aliò spectantẽm, nec aliò semet oblectantem, quàm Deo. Si ipsi pacatis animis vbiq; studeamus alẽdæ sarciendæque concordiæ, tunc demum præstabimus hæc, quæ cœteri mortales ne per somnium quidem adhuc possunt attingere. Hoc præstiterunt apostoli, hoc martyres: in hoc delecti à Christo vt non vnam aut alteram ciuitatem, sed vniuersum mundum adducerent ad cognitionem euãgelicæ sapientiæ. Vnde qui sanabiles erant, qui mentis non omnino deploratæ, admirati tolerantiam simul & bonitatem apostolorum, cœterorumque martyrum, intellexerunt rem non esse fucatam, perspexeruntque non esse virium humanarum, suoque exemplo commoti versi sunt ad meliorem frugem. Hoc ergo idem nobis eueniet si prophetarum, si apostolorũ, si martyrũ exempla sequamur.

¶*Vos estis sal terræ*. Hac etiam similitudine docere vult dominus munus esse concionatoris euangelici vicia liberè reprehendere. Ideo enim dominus discipulos suos, quos præsules & concionatores constituit, cum sale cõparauit exulcerante, non cum melle deliniente. Væ concionatori, qui principum & magnatum gratiam aucupans & populi laudes affectans, loco salis vtitur melle: loco, inquã, reprehẽsionis vtitur adulatione, & cum loquendi libertatẽm ostendit, tunc magis adulatur. Cicuta herba est venenosa autore Plinio, cuius succo Athenienses iudicio capitis damnatis necem inferre solebant. Sed vinum est promptum aduersus eam remedium, nam eius venenũ pœnitus extinguit: at si cicutæ parum vini admisceas, reddetur venenum perniciosius, & prorsus immedicabile, quod vini calor & vis venenum citius deferat ad cor. Sic adulatio est vitæ christianæ venenũ: sed exhortãdi & reprehendendi libertas extinguit adulationem: at si nõ nihil libertatis cum adulatione coniũgas, vt tum maximè blandiaris cũ maximè reprehendere videris, iam huiusmodi adulatio immedicabilis est. Totius enim assentationis nulla est capitalior illa, quã vtũtur illi, qui ita blandiuntur, vt libertatis amantissimi esse videantur. Tunc impletur id quod ait regius psalmographus: laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. At melius est,

Munus cõcionatoris est vitia liberè reprehendere: ideo cum sale exulcerante compa ratur.

Plinius. lib. 25 ca. 13.

Adulatio est vitæ Christianæ venenum: quare à cõcionatoribus fugienda.

Psal. 9. A.

Pro. 27. est, vt ait Salomon in prouerbijs, à sapiéte corripi, quàm stultorũ adulationib⁹ decipi. Gal. 1. Et D. ille Pau. admirabilis cõcionator, an quæro inquit, hõib⁹ placere? si adhuc hõib⁹ placerẽ christi seruus nõ essem. Et iterũ: 1. thes. 2. nec enim aliquando fuimus in sermone adulationis sicut scitis. Intueris igitur quãta arguendi libertate per salem significata debeat vti euangelicus concionator. Hanc significare volens dominus dicebat olim illius temporis cuidam concionatori. Esai. 58. a Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Quibus verbis significat dominus quod non solùm debet loqui euangelicus concionator, sed clamare, nec solum clamare, & statim tacere, sed à clamore non desistere. Ideo ait: clama ne cesses. Sed non contentus Deus his duntaxat verbis, adiecit: quasi tuba exalta vocem tuam, & annũtia populo meo scelera eorũ. Et D. Paulus, imo Deus 2. Tim. 4. per illum Timotheo ait: prædica verbum, insta oportunè importunè: Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Ioan. 13. Lauans Christus pedes discipulis suis ostendit debere magistros & præsules & concionatores subditorum immunditias abluere repræhensionibus, & cæteris remedijs salutaribus. Et quemadmodum in omni sacrificio ponebatur sal, vt est leuitici literis consignatũ, ita in omni cõcione debet esse aliqua repræhẽsio. Hinc est quod Salomõ dicebat in eccle. Eccl. 12. d siaste: verba sapientiũ sicut stimuli.

Chryso. Illud tamen est obseruãdum quod quemadmodum omnium ciborum sal est salubre condimentum, si adsit mensura: alioquin si sine modo est, & ipse perit, & quod salierit perdit: amarat enim nimietas quod condiret mẽsura: sic in cõcionibus apponenda est repræhensio cum debita tamen proportione. Reprehẽsio in concionatoris adesse debet modus & mensura. Quemadmodum enim periti medici pharmacis amaris dulce aliquid admiscent, vt eos quorũ ægrotationibus mederi cupiunt, illiciant, Simile. sic prudentes concionatores repræhẽsionum acerbitatem debent suauitate quadam, si opus sit moderari, & ex asperitate & lenitate salutarem medicinam conficere. Omnibus enim quæ fiunt & dicuntur adhibenda est modestia & temperantia vt perturbationũ sedatio cernatur, & decorum cõseruetur. Est enim in omni re considerandum quid actum sit, & cõsentaneum tempori & personæ: tum quid in dictis actioneque dedecẽt. Vt periti oratores in caussis agendis non vtuntur Simile. semper eodem statu, sed illud, accommodant ad locũ, tempus & personas prout controuersiæ ac litis postulant qualitates, sic prudentes concionatores & præsules non semper asperitate, nec semper lenitate vtuntur, sed quid postulet ægritudo & quam quisque curationem recipere possit diligenter aspiciunt. Quando igitur necessaria sit repræhensio apponẽda est: nec tamen opus est multo sale, sed efficaci, vt quicquid contigerit afficiat, & ex insipido reddat sapidũ: nec op⁹ est, in quã nimia immoderataq; repræhẽsione, sed moderata & quæ efficax sit ad efficiẽdũ ex peccatoribus iustos, ex impijs pios, ex incredulis fideles. Ingẽs est terra & tamen hoc quod habet salsitatis, habet à paululo salis admixto: videm⁹ etiã copiosũ cibũ, alioqui fatui dilutiq; saporis paululo salis aspso cõdiri: sic hominũ animi nõ nimia reprẽhẽsiõe, sed moderata cõdiẽdi sũt.

Edocentur etiam Ecclesiæ præ-

 sules

amplius desiderari poterit. ¶ Ceterum studeant subditi libẽter suscipere salem correptionis: intelligentes esse animo suo maxime salutarem. Quod enim flagellũ grano, quod lima ferro, quod fornax auro, hoc correptio & reprehensio viro prudenti atq; suam salutem spiritualem amãti. Sed quibusdam profecto nostrũ dici potest quod Ieremias olim aiebat, cap. 6. frustra cõflauit conflator. Malitiæ enim eorum non sunt consumptæ: argentum reprobum vocate eos, quia Deus proiecit eos. Maledictũ ferrum quod ex lima contrahit rubiginem. Non aurũ, sed paleam sese ostendit qui igne correptionis non expurgatur, sed per animi impatientiam crematur. Huiusmodi paleas conburet dominus igne inextinguibili. maledictæ carnesq; sale increpationis non corrigũtur: & ab omni peccati corruptione nõ præseruãtur. Qui eiusmodi sunt mittentur foras, hoc est, in tenebras illas longè à luce cœlesti semotas, quod verterunt virgam in colubrum, hoc est, salutarem correptionem suorum prælatorum in iram viperinam.

Correptio salutaris prælatorũ à subditis libẽter suscipienda.

Hiere. 6.

Math. 3.

¶ Illos miseros: nam perpetuas pœnas dabunt: sic enim ait Salomon in prouerbijs: qui increpationes odit, morietur. Et rursum: viro qui corripientẽ se dura ceruice contemnit, repẽtinus superueniet interitus. Et alibi: qui odit, inquit, correptionem minuetur vita. Vita scilicet & corporis & animæ. Homo sane qui disciplinam salutarem contemnit, terrenis adhæret, æterna non curat. Sic enim ait Iacob, cap. 16. cor eorum longè fecisti à disciplina, propterea non exaltabuntur. Qui per disciplinam vitam suam custodire minime studẽt, semper animi desiderio in imis iacent. Qui sine disciplina est, in maximo periculo est cõstitutus: dicente Salomone in prouerbijs: qui abijcit disciplinã, despicit animam suam. Quemadmodum enim carnes cõtemnit ac despicit qui eas sale condire nõ vult, putrescunt enim. Sic qui disciplinam & correptionem contemnit, putrescit animo. Quo fit vt omni bono priuetur. Sapientiam, inquit idem Salomon, & disciplinam qui abijcit, infelix est. Fugiunt enim eum omnia bona. Talis diabolo qui incorregibilis est, omnino assimilatur. Qui odit correptionem, inquit idem, vestigium est peccatoris: cum ergo diabolus, per antonomasiam peccator dicatur: talis vestigium diaboli diceretur. Contrà vero viri suæ salutis amatores, intelligentes quod virga atq; correptio tribuat sapientiam vt Salomon ait: & quod diligens disciplinam, diligat sciẽtiam: qui autem odit increpationes insipiens fit: eam amplectãntur, eam suscipiunt. Ac non solum non obmurmurant, aut incandescunt ira, sed potius corripiẽtes prælatos amore prosequuntur. Sic enim sapiens ait: vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus: & in prouerbijs scribit in hunc modum: argue sapientẽ & diliget te. Hi, sale, hoc est, correptione condiuntur.

Pro. 19.

Pro. 29.

Eccle. 19.

Iere. 16.

Pro. 15.

Simile.

Sapien. 3.

Eccle. 21.

Pro. 19.

Pro. 12.

Eccle. 10.

Pro. 9.

Vos estis sal terræ. Quasi dicat dominus: munus vestrum est, homines condire, ac sapidos reddere: quod tum exequemini, cum eos vestra doctrina vestisq; suauibus verbis consolati fueritis. Sunt enim concionatores euangelij, veri hominum consolatores. Eorũ enim spem in cœlestia erigunt, eis pacem, gratiam, bonumq; nuntium afferunt: eos virtutes docent, vicia extirpant. Hoc munus ab eis exequendum monet dñus apud Esaiam dicẽs loqui-

Concionatorum est sua doctrina homines sapidos reddere, hoc est, eos verbis suauibus consolari.

mini ad cor Hierusalem & aduocate eam quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius. Quæ verba exponens diuus Hieronymus super Ezechielem sic ait: idioma scripturarũ est, qui enim mœrenti loquitur, & blandiens consolator est, ad cor loqui dicitur, Doceat nos sichem filius hemor, qui corrupta dina, locutus est ad cor eius, & consolatus est eam, & vbicunque simile quid inueneris hunc sensum habet. Cum ergo dominus cõcionatoribus suis dicat: loquimini ad cor, id est, cõsolamini mœrentes. tum eos sale cõdient, cũ cõsolati eos fuerint: quũ autẽ vera pax, verũ gaudiũ, veraq; consolatio in comparatione cœlestiũ virtutum sit: qui eas populum docent veri consolatores dicentur: qui verò eas animo suscipiunt, saliti, sapidi, ac consolati, beati denique appellabuntur. Et meritò sanè. Nam gloria & diuitiæ in domo eorum, ac iustitia eorũ manet in seculũ seculi. Omnis enim gloria eorum ab intus: quam ex testimonio conscientiæ reportant.

Hieronу. Ezec. 18.
Gene. 34.
Ps. 111.a
Psa. 44.

¶*Vos estis sal terræ.* Hoc est, vos estis sapientia, qua, homines terreni, sapiẽtes efficiendi sunt. Sal enim, sapiẽtiæ typus est.

Concionatorũ sale, hoc est, sapientia cæteri sapiẽtes fieri debẽt.

Hinc primum colliges, oportere concionatorem in studium diuinarũ literarum toto pectore incumbere: sunt enim sal, sunt lucerna, sunt lux populi. Est enim cõcionator ignarus, sal sed infatuatum, est lucerna sed extincta, & fumigans. Verbũ verò Dei est lucerna & lux, vt ait Salomon in prouerbijs, vitæ verò via & correptio & castigatio. Et vt ait diuus Paulus in secunda ad timotheum: omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, & ad erudiendum in iustitia. Sunt nonnulli qui prius quam diuinam scrutentur scripturam, volũt cõcionari, & vi ventorum inanis gloriæ verba sua proijciunt satis contenti si conciones ab alijs compositas pro suggestu referant: quo fit vt aut tandem in errorem ruant: aut verba vento dantes nullam populo afferant vtilitatem. Vt poma immatura, quæ vento decutiuntur, nec suauitatem habent, nec stomacho prosunt, sed quæ sunt matura & manu collecta, hæc grata & suauia sunt, sic huiusmodi conciones quæ humani fauoris gratia habentur, quæ ante tempus vi venti decidunt, nec dulcedinem habent spiritualem nec vtilitatem mentibus afferunt: at quæ sunt tempore opportuno ex sacris literis collectæ, & ad Dei honorem dispositæ, hæ laudabiles sunt, & vtiles, & suaues & salubres Sed de hoc inferius.

Concionator debet literis diuinis incũbere cũ sal sit.
Pro. 6.
2. Tim. 3.
Simile.

Colliges deinde opus esse vt ecclesiæ præsules qui sal, qui lux, qui lucerna ecclesiæ, imo totius mundi sunt: sapientia sint præditi. Si enim in laicis, vt ait Leo papa, videtur intolerabilis Inscitia, quanto magis in his qui præsunt, nec excusatione est digna nec venia. Et si iuxta apostolum Paulum, ait Hieronymus, Christus Dei virtus est, & Dei sapientia, & qui nescit scripturas nescit Dei virtutem, eiusque sapientiam, scripturarum ignorantia Christi est ignorantia. Prælati ergo scrituras ignorantes Christum ignorare dicendi sunt. Væ illis quoniam à domino ignorabuntur. Vnde diuus Gregorius sic ait: qui ea quæ Dei sunt sapiunt, à domino sapiuntur: & qui ea quæ Dei sunt nesciunt, à domino nesciuntur: Paulo attestante qui ait: si quis ignorat ignorabitur. Atque idem

Oportet præsules sapiẽtia esse prẽditos
D. 38. c. si in laicis.
Ibidem. c. si iuxta.
Ibidem. c. qui ea.
1. Corin. 14. g.

idem diuus Gregorius inquit: quicūque stultus est in culpa, erit sapiens in pœna. Non sine maxima causa factum fuit in principio conditionis rerum omnium vt homini conferret Deus scientiam rerum cunctarum. Nam quum omnia propter illum creata essent, atque ab illo regenda & disponēda, necesse erat vt horum omnium illi scientia tribueretur. Non enim est Deo, inquit Paulus, cura de bobus. Istorum ergo aliorumque animalium Deus homini curam, & visibilē prouidentiam reliquit, vt dominationi eius subijcerentur, & ratione illius gubernarentur: idcirco sapientiam contulit. Quo intelligere poterunt præsules ecclesiæ, qui constituti sunt, nō vt præsint piscibus maris, aut bestijs terræ, sed hominibus rationis participibus, animis ad cœlū tendentibus: quā necessaria sit illis sapiētia: qua suos doceant, regant, gubernēt, ac in cælórum regnum dirigant. Erudimini ergo qui iudicatis terrā. Diligite sapiētiam: præponite illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse ducatis in cōparatione illius: nec cōparetis illi lapidem pretiosum. Quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimādum est argētum in conspectu illius. Super salutem & speciem diligite illam, & proponite pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen eius. Venient vobis omnia bona pariter cum illa. Inquirite sapientiā quoniam estis sal terræ, lux mundi, & lucerna super cādelabrum posita: qui cæteros sale vestro cōdire, & luce vestra illuminare debetis. Quærite totis viribus illam quoniam estis capitą ecclesiarum. Et quemadmodum natura comparatum est, vt caput, præ cæteris corporis mēbris vigeat sensib⁹: ita rationi cōsentaneū est, vt præsul qui caput est corporis mystici, præceteris mēbris vigeat doctrina, prudētia ac sapiētia: quibus mēbra dirigātur ac gubernētur. Si enim imperitia omnib⁹ hominib⁹ est aduersa, multo magis sacerdotibus ac ecclesiæ præpositis. quoniā si per ignorātiā cæcitatis alijs ducatū præstare cæperint, ambo in foueā cadēt. vnde dicitur in psalmo: obscurētur oculi eorū ne videāt: & dorsum eorū semper incurua. Cū enim obscurātur illi qui præeunt, ad ferenda onera peccatorū facile sequentes inclinantur. Elaborādum itaq; est sacerdotibus vt ignorantiā à se quasi quādā pestē abijciant. licet enim seruus nesciens voluntatem domini sui, & non faciens, dicatur vapulare paucis: Non tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur. ait enim apostolus vt superius retulimus, qui ignorat, ignorabitur. Quod de eo intelligendum est, qui noluit intelligere vt benè ageret. Tenētur ergo quando sal terræ sunt: sal sapientiæ sibi parare: vt eo sale terram sibi commissam condiant.

Liber. 2. sent. p. 23

Psal. 2.

Sapi. 7.

Simile.

Psa. 48.

Lu. 12. f.

1. co. 14.

D. 17. ca. Ideo.

Tertio colliges non grāmaticam, nō rethoricam, nō philosophiā, non aliquā iuris ciuilis scientiam esse, qua præsules ecclesiæ sal terræ efficiātur: sed sciētiā, qua virtutes docētur. hinc fuit, quod quū ascendisset hodie Christus in montē, salutiferā suam philosophiā auspicaturus, vertit oculos nō in turbā, sed in discipulos, & docuit illos octo illa dogmata cælestia, quę beatos homines faciūt: quib⁹ dictis addit statim: vos estis sal terræ, vos estis lux mūdi. ac si diceret: vos cōstituti estis vt alios vr̄a doctrina saliatis, sed hæc doctrina nō huius mūdi esse debet, sed quā modo à me audistis. Vestrū. n. erit

Qua scientia pollere debēt præsules vt sal terræ dicātur.

præsules atque cæteri sacerdotes qui secularibus disciplinis solum dãt operam & qui diebus ac noctibus in illis torquentur. Vnde D. Hieronymus sic scribit: nonne vobis videtur in vanitate sensus & obscuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquætur, qui phisicus per scrutator oculos trans cœlos leuat, & vltra profundum terrarum & abyssi in quoddam inane demergitur, qui iã bum feruet, qui tantam metrorum syluam in suo studiosius corde distinguit & congerit: quanuis ergo hæ seculares scientiæ addiscendæ sint ab alijs, non decet tamen viros ecclesiasticos, quibus cura de ouibus mandata est: illis solum incumbere: sed præcipua cura ac diligentia adhibenda est, in cognitione rerum diuinarum. Illæ enim si adsint, tanquam ancillæ seruire debent veræ sapientiæ. caueant ergo præsules qui sola philosophia, aut iuris doctrina sunt præditi, ne ob illam, veram dominam contemnant: ne audiant quod olim Abraham ab vxore Sara audire meruit. Inique, (inquit Sara) agis contra me, ego dedi ancillam meam in sinum tuum, quæ videns quod conceperit, despectui me habet. ancilla scripturæ sacræ, quælibet alia scientia est: etiam iuris aut decretorum peritia: hæc solet scripturarum diuinarum cognitionem & peritiam præ se contemnere, quod pecunias pariat, diuitias comparet, bona temporalia & externa lucretur. Sed hoc quàm alienum à recta ratione sit omnibus compertum esse debet. Qui ergo pater est spiritualis multarum animarum, Saram, hoc est, scientiam rerum diuinarum ducat in vxorem: quod si ancillam agar, hoc est, iuris peritiam aut aliam scientiam

D.Hie. ad cap. 4. episto. ad Ephe. lib. 2. commen. & habentur. D. 37 c. nonne.

Gene. 16. Figura.

sibi copulauerit, liceat illi quidem, ita tamen vt Sara sit domus suæ domina. Illa enim est quæ gignit legitimos filios, hoc est, Dei filios, hæredes regni cœlestis, cohæredes autem Christi.

¶*Vos estis sal terræ.* Sicut sale conditur cib9 & præseruat sal carnes à corruptione & putrefactione sic sacerdotes, & doctores, & prælati ecclesiæ bonis exemplis & probatis moribus populum debẽt instruere, ne in vitiorum corruptionem labatur. Quod significare volens Christus dñs prius vertens oculos in discipulos solũ ait illis: beati pauperes spiritu, beati mites, beati qui lugent: beati eritis cum maledixerint vobis homines. & statim addit. vos estis sal terræ. ac si diceret: ad vos pertinet esse pauperes, mites, puros, misericordes. Ad vos pertinet virtutibus cæteros præstare: vt eos vestris morib9 atq; sancta vita, vestroq; exẽplo ab omni peccatorũ corruptione præseruetis. Id enim est munus salis. Hoc idem signare volens dñs, præcipiebat olim, vt sacerdotes sui vestibus lineis induerentur vt tradit Ezechiel cap. 44. Signũ, vt definiũt philosophi, est, quod aliud sensui, aliud intellectui repræsentat. Vestis ergo illa sacerdotalis repræsentabat sensui esse lineã & candidã. Sed intellectus iudicabat eã animi cãdorẽ significare. Eodẽ modo Christiani sacerdotes ac prælati in ecclesijs lineis vestib9 superinduuntur, animi puritatem, quæ in sacerdotibus requiritur, significantibus. Hæc intelligens Elisæus Eliam vocabat currũ Israel & Aurigã eius. Auriga est, qui ducit, & viam ostendit, currus verò qui supra se pondera suscipit, illa efficiens quæ alijs præcipit faciẽda. Debet christian9 cóciona tor ac christian9 præsul aperire, qd sit

Doctores & sacerdotes & præsules nõ solũ sua doctrina, sed suis probatis moribꝰ debent populum instruere.

Ezec. 44.

4. reg. 24. Figura.

de sanctissimo nomine sentiendum, quæ sit vera sanctimonia quæ pura & pia religio, quid in vita sequendum, quid fugiendum iuxta ecclesiæ catholicæ documenta, ne subditi in errorũ tenebris versentur, sed ad virtutes excitẽtur, & ad labores pro Christo subeundos moueantur. Hoc idem est aurigæ officium, & præsulis Christiani munus. Sed non sat esse putãdum est, quod errantibus viam indicarit, & recta suaserit, nisi ipse portauerit; õ&e ra, quæ alijs portãda monuerit, & hoc quidem est, currum esse pondera sustinentem. Inuenies præsulem, qui currus vocari potest, sed non auriga, aliũ qui nomine aurigæ gaudet, sed currus appellari non valet, alium, qui nec currus nec aurigæ nomen meretur, alium qui vtroq; dignus est. Talis est qui Dei scientiam habet, & iuxta illã operatur. Hoc intuens Salomon aiebat: mitte domine sapientiam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ. vt mecum sit, & mecum laboret. Non sat esse existimabat alios excitare ad laborem nisi ipse etiã laboraret. Non solum habebat in optatis, vt sapientia cum eo esset, sed vt cum eo laboraret. Hebræorũ magnates in murorum instauratione vna manu faciebant opus, altera tenebãt gladium, vt in libro Nehemiæ scriptum legimus. Gladius acutus, vt ait in epistola ad Ephesios D. Paulus, est verbum Dei. Hic est gladius quem de ore Christi procedentem vidit in Apocalypsi diuus Ioannes. Quid est principem altera manu tenere gladium, altera in opus incumbere nisi debere eum, qui inter alios obtinet principatum, non solum docere, sed id quod docet efficere? Hic est verè præsul qui verbo & opere omnibus consulit, qui omnia prouidet, tanquam ex aliqua specula futura prospiciens. Hunc appellat Deus per Ezechielem speculatorem, qui cum sit in loco eminentiori constitutus, debet esse solicitudine affectus, & in illam curam & cogitationem semper incũbere, quæ illi summam afferat dignitatem. Hoc suo modo complectens animo latinus poeta, volensq; AEneam suum laudibus efferre, ait: illũ semper secum habuisse achatem comitem indiuulsum, dicitur aũt achates à verbo græco acheos, quod curam significat, innuens debere principem in perpetua cura versari, & dorsum esse quod populi onera sustineat. Si hæc cura & solicitudo seculi principibus cõuenit, quanto magis pastori ecclesiastico, qui debet animam suam dare pro ouibus suis, illũque imitari qui ait: ego sum pastor bonus, qui pro ouium salute sanguinem suum fundere non dubitauit? In legis veteris victimis sacerdos sibi animalis pectus, & dextrum brachium sumebat, vt in pectore scientiam & bonam cogitationem, in brachijs vero opera significaret. Sed quoniam non opera impia & sinistra, sed recta & dextra debent esse in sacerdote cum scientia copulata, ideo non brachium sinistrum assumebat, sed dextrũ: vt quod prè & sapienter mente conceperat, exẽplo vitæ probaret. Eratque brachium illud separatum: Ad innuẽdum debere in sacerdote tantum esse virtutis fastigium, vt sint eius opera à cũctis hominibus separata, eorumq; operibus multo excellentiora. Eam ob causam vocat eum dominus vt diximus speculatorem apud Ezechielem. Cũ autem speculatores sint in excelso collocati, debent esse præsules non in imo peccatorum, sed in vertice virtutum, vt

Margin notes: Sap. 9. — Nehem. 4. — Eph. 6. — Apo. 1. & 19. — Ezec. 3. d. — Ioa. 10. b. — Leui. 9. — Figura.

vt ſint in excelſitate verè dignitatis cõſtituti. Vnde ait Eſaias: ſuper mõtem excelſum aſcende tu, qui euangelizas Sion. Et D. Gregorius: quis quis, inquit, populi ſpeculator ponitur, in ſublimi debet ſtare per vitam, vt poſsit prodeſſe per prouidentiã. Ideo in hoc loco prius dominus ait: vos eſtis ſal terræ. poſtea: vos eſtis lux mũdi: vt apertius innueret ſacerdotem & præſulem oportere eſſe virtutibus & ſciẽtia præditum ſed præcipuè virtutibus incũbere debet. Quare ſal non erit qui illa reprehẽderit vitia quibus ipſe eſt imbutus & inquinatus. Sal conficitur ex aqua maris ſed quandiu eſt in mari non eſt ſal. Oportet egredi è mari, & penetrare terram vt in foſsis marinis exiſtens, radijs ſolis ſuperuenientibus, & flatu aeris ſpirante, aqua illa condenſetur, & in ſalem cõuertatur. Mundus hic mare eſt: quandiu in mũdo verſamur, tumidis ſuæ ſuperbiæ fluctibus traditi, æſtibus ſuæ mutabilitatis accedentibus & recedẽtibus exagitati, amariſsimis ſuorum ſcelerum vndis ſubmerſi, ſal adhuc non ſumus. Egreſſuri ſumus è mundo, & terram, hoc eſt, nos ipſos penetraturi, noſtrã imbecillitatem & miſeriam conſiderantes, & ita interueniente radio ſolis iuſtitiæ, & ſpirante diuina gratia, erimus fauore ſplendoris diuini illuſtrati, & in ſalem admirabilem conuerſi. Et tunc in aliorũ ſcelera inuehemur, moderatè tamen vt par eſt, ſed exclamantes & aduerſus crimina præſertim aperta, vocem extollentes.

¶ Qui alios docet quid ſit faciendũ, ipſi verò in rectè facta illa, ad quæ alios hortatur, non incũbit; qui alijs ſuadet vitia ſua videre, vt ea declinẽt, ipſe autem ſeipſum non cognoſcit, ſimilis eſt claro ac perſpicuo ſpeculo, quod alijs maculas ſuas oſtẽdit, ipſum autem ſeipſum non videt. Vt enim ſpeculum imagines obiectas illud intuentibus repræſentat, vt ſe præclarè poſsint colere & ornare; cum illud ſe ipſum minime perſpiciat, ſic eloquẽs ſed deditus vitijs præſul aut concionator, verum virtutum cultum & ornatum auditores docet, quũ ſeipſum non doceat, nec curet. In huiuſmodi magiſtros inuehitur Paulus in epiſtola ad Romanos: qui alium doces teipſum non doces: qui prædicas non furandum furaris, qui dicis non mechãdũ mecharis. Marcus Tullius in verrem has voces emittit: non modo accuſator, ſed ne obiurgator ferendus eſt is, qui quod in altero vitium repræhendit, in eo ipſe depræhenditur. Et in ſaluſtiũ: omni vitio debet carere, qui in alterum paratus eſt dicere. Eos qui recta dicerent, nec facerent comparabat Diogenes apud Laertium cũ cythara, quæ cum ſuauem concẽtum efficiat, quo alios oblectet, ipſa tamen ſeipſam nec audit, nec ſentit. Imò plerunq; & ſi delectet, parum tamen aut nihil prodeſt. Nam vt ait in moralibus D. Gregorius: loquendi autoritas perditur, quando vox operibus nõ iuuatur. Et iterum: tunc eſt ſermo viuus & efficax, quum eſt prædicãtis pura ſanctitas & virtus perfecta. Si ſciẽtia eſt cum virtute coniuncta, admirabiles habet effectus, & hæc eſt ſcientia, quam ſummopere oportet comparare. Nam velle ſcire, tantum vt ſcias, curioſitas eſt, velle ſcire, vt ſciaris, vanitas eſt, velle ſcire, vt opes aut honores adquiras turpis quæſtus eſt, velle autem ſcire vt ardentius diuino amore inflammeris, & alios excites ad eiuſdem amoris flammam virtus eſt. Sed heu miſeros nõnullos: qui volunt di-

Marginal notes: Eſa. 40. — D. Greg. — Simile. — Simile. — Rom. 2. — Cicero. — Diogenes Simile. — D. Greg.

uinam habere scientiam, sed nolunt iuxta illam operari. Hi sunt scientia illustrati, sed factis suis obscuri: intelligunt enim temperãdum esse ab omni maleficio, esseq; mentem ipsam ab omni nefario contagio puram integramque seruandã, sed sceleribus nihilominus pascuntur, & omni vitiorum genere contaminantur. Vt sol mense decẽbri & si eos illuminet, qui Noruegiam regionem septẽtrionalẽ incolunt, non tamẽ illos calefacit, sic scientia multos quos instruit quid sit faciendum, non continuo ad faciẽdũ accendit: eos attingit ad sciẽdum, nõ ad operandum. Quemadmodum non ille dicitur diues, qui multas intelligit diuitias, sed qui possidet eas: sic nõ ille iustus est, qui scit de virtute disserere, eiusq; definitionem cognoscit, sed qui illa præditus, eã collit & exercet. Sciẽtia vt ait apostolus inflat, charitas verò ædificat. Quod intelligitur de scientia, quæ est absq; charitate. Curent igitur præsules tã ardenter exercere officium suum, vt non solũ alios incendant, sed ipsi sint diuino quodã amore inflammati. Vt enim facilius gemmis insculpes quæ voles, si terebra ferueat, sic magis mouebunt præsules & concionatores, si exarserint, & diuini numinis charitate flagrauerint. Si sacerdotibus Dianæ, quã gẽtiles absque fide inter falsorum numinum vanitates numerarunt, tria tempora erant constituta, vt ex antiquorũ monimentis constare videmus, primum, in quo sapientiam discerent & virtutes, alterũ, in quo eas exercerent, tertium, in quo alios instruerẽt: quid faciendum censes euangelicis concionatoribus, quid ecclesiæ primoribus, qui debent esse admirabili sapientia præditi, insigni vitæ puritate ornati, & in magna authoritate cõstituti? Vt lucerna vna alteram incendere nõ potest, si illa fuerit extincta, sic præsul, aut concionator alios non inflamma bit amore diuino, si ille fuerit lumine eiusdem amoris destitutus. Non tamẽ me fugit fieri posse vt Deus per vnũ flagitiosum præsulem aut concionatorem, si velit, peccatores conuertat. Nam vt herus per iniquum famulũ aliquando porrigit Eleemosynam, sic Deus ministerio scelerati hominis potest ad se impios auicere. Nihilominus tamẽ daturus est operam præsul, vt careat omni vitio, & tunc vitia vituperet. Forcipes, & emunctoria quæ erant in templo Salomonis quibus lãpades emungebantur, ex auro erãt purissimo, ad significãdam eorum puritatem, qui aliorum immunditias purgare & corrigere tenentur. Sed de his hactenus nam inferius plura dicemus in illa verba qui autem fecerit, & docuerit.

[Simile.] [Pau. 1. co. 8.] [Simile.] [Simile.] [3. reg. 17. Figura.]

¶ *Vos estis sal terræ.* His verbis ostendit Christus esse proprium optimorum præsulum, spiritu affligi & attenuari cum subditorum scelera viderint. Vnde Pau. Quis (inquit) infirmatur & ego nõ infirmor? Quis scãdalizatur & ego non vror? Et de Moyse ait psa. Vexatus est Moyses propter eos quia exarcerbauerunt spiritũ eius. Vt enim sartago alijs præparat cibum, ipsa autem igni applicata incẽditur & flammis comburitur, sic præsules pij & charitate præstantes, alios pabulo doctrinæ & exemplo nutriũt, ipsi autem visis aliorum flagitijs dolore præmuntur & feruentis charitatis ardore inflammantur, eam ob causam fortasse Deus apud Ezechielẽ ferreæ sartigini charitatem comparauit, ita enim ait: Et tu sume tibi sartaginem ferreã

[Optimi præsulis est spiritu affligi & attenuari cum subditorum scelera viderit.] [2. cor. 11.] [Psal. 15.] [Simile.] [Ezech. 4.]

ferream & pones eam in murum ferreum inter te & inter ciuitatē. Et hæc est causa ob quam Christus apostolos suos in hoc loco salem vocauit. Vos (inquit) estis sal terræ. Perspicuum est enim salem vt ollam condiat, seipsum exinanire & attenuare, quemadmodum lucerna, quæ vt alios illuminet seipsam absumit & liquefacit. Ideo eos etiam Christus cum luce comparauit. Vos, inquit, estis lux mundi.

Iusti nō solū sunt sal si sed & sal non solum benedicti, sed & benedictio & lux, quo alii saliuntur, benedicūtur & illuminantur.

¶*Vos estis sal terræ*. Genesis. 12. dicitur quod fecit dominus Habraham non solum vt esset benedictus, sed vt esset benedictio. vbi vides, quāti Deus faciat iustos, qui non solum sibi prosunt benedicti, sed etiam alijs sunt benedictio. Nō solum sunt salsi, sed etiā sal quo alij saliuntur. Neque solum illuminantur sed alios illuminant, vos (inquit) estis sal terræ, vos estis lux mūdi. Et Esaias. 49. dedi te in lucem gentium vt sis salus mea. Et rursum. cap. 60. ambulabūt gētes in lumine tuo.

Esa. 49. & cap. 60.

Ephe. 4.

Per tenebras peccatores, per lucē iusti significantur.

¶*Vos estis lux mundi*. Per tenebras in scriptura peccatores significātur. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autē lux in domino. Et Ioannes ait Lux in tenebris lucet. Per lucē vero iusti. Vos (inquit) estis lux mūdi. Nam quemadmodum præsente sole lux est, eo verò absente sequuntur tenebræ. Sic viri iusti sole iustitiæ illuminati appellantur lux. Contra verò impij diuinæ gratiæ claritate destituti, vocātur tenebræ. Est igitur vir pius & iustus, lux. Sed qualis ea sit indicat Christus de Ioanne Baptista inquiens. Ille erat lucerna ardens & lucens. Ardebat charitate & lucebat vita & exēplo. Prius est ardere quàm lucere. Luna lucet & nō ardet, quia luce aliena rutilat, ideo mutabilis & instabilis est. Vnde in ecclesiastico ita scriptum est. Stultus vt luna mutatur. De sapiente verò dicitur. In eodē capite homo sanctus in sapientia manet sicut sol. Est enim sol moderator & princeps reliquorum astrorum, tāta magnitudine vt omnia suo splendore illustret & cōpleat. Cuius luci ob eam causam vir iustus cōparatur, quia ardet & lucet.

Io. 1.

Simile.

Ioa. 5.

Eccle. 27.

Ibidem.

Gen. 13.

Pulchre autem Genesis. 13. Carnales filij Habrahæ, pulueri terræ comparantur. Vbi dicitur. Si quis potest puluerem terræ numerare, numerabit & semen tuum: tum quia tantum terræ inhiant, tum quia sicut puluis leui momento hinc inde proijcitur, Sic apud impios nihil stabile sed omnia caduca, & ipsi & ea quæ ambiunt. Iusti autē & spirituales filij Abrahæ, Genesis. capite. 15. stellis cœli comparantur. Ibi: numera stellas si potes, sic erit semen tuum. Propter lucem. Pij enim, lucent vt luminaria in firmamēto cœli. Et in hoc loco dicit Christus. Vos estis lux mundi, sic luceat

Ge. 15. c

Phi. 2.

Mali principes & iniqui præsules titiones vocantur in sacra scriptura boni verò appellantur lux & quare.

¶*Vos estis lux mundi*. Mali principes & iniqui præsules titiones appellantur in scriptura. Sic enim vocat Deus regem Syriæ & Samariæ, apud Esaias. capite. 7. Cor tuum (inquit) ne formidet à duabus caudis titionum fumigātium istorum. Cōtra vero principes illi & præsules, qui vitam ad certam rationis normam dirigunt, iustitiam que humanis opibus anteponūt, quia virtute & doctrina mundum illuminant, lux in hoc loco appellantur. Et meritò quidem, nam bonus, lux est, splendens, ardens & illuminans. Iniquus vero torris est siue titio, nullum splendorem emittens, sed comburēs, exulcerans, fumigans, oculos aggrauans, & ad lachrymas prouacans, & totam denique domum, hoc est, totā congregationem contaminans, & nigredine

gredine afficiens. Et aduerte: non cõparatur iniquus gubernator titioni, ex vna tãtum cauda fumiganti, sed ex vtraque. quoniam nulla parte eum poteris accipere quin cõburaris: si eum mones, exulcerat te vehementerque opprimit: si eum laudas adulationib9 que fallas, te ipsum perdis & animo tuo perniticm moliris. Sed melius est vt in afflictiones incidas, dummodo à virtute non discedas, quàm vt per flagitia perpetuum principis fauorẽ cõsequaris. Est enim talis fauor veluti: hedera arborem amplectens caducam corruptis defixam radicibus, ruinam quotidie minantem. Nam & si princeps dum vixerit te fauore prosequatur, fluxus est tamen, infinitisque periculis expositus, & velis, nolis, est à vita excesurus, & tu fauore destitutus corrues. Tu verò qui subditus es, mũdi fauorem non curans: ne timeas iniquos iudices & præsules, si in Deo spẽ tuam posueris. Non formidet cor tuum à duabus caudis titionum fumigantium. Nam si Deus pro nobis (vt ait apostol9) quis contra nos. Sed dic cũ Dauide. Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo?

Simile.

Ro. 8. f.

Psa. 26. a.

¶ *Vos estis lux mundi.* Principum & prælatorum interest, non solum viã veritatis & virtutis alijs ostendere, sed etiam anteire. Vt enim teda siue fax non retro manet sed præit, sic principes & præsules & concionatores, debent alijs virtute & exemplo anteire, eisque non solum verbis sed etiã vitæ splendore illuminare. Ideo eos in hoc loco Christus lucem appellat. Vnde id quod Esaias ait capite. 62. transite transite per portas, præparate viam populo, planum facite iter, & eligite lapides. Alij vertunt. Procedite ante eos, procedite ante eos & proijcite lapides. Alloquitur Esaias principes & præsules. Quorum est, alios vita & exemplo anteire: & omnia impedimenta & scandala quibus possunt alij lædi, & a via veritatis retardari, tollere.

Principis & præsulis est, non solum viam virtuis alijs ostẽdere sed suo exẽplo anire

Esa. 62. c.

¶ *Non potest ciuitas abscondi supra mõtem posita.* His verbis apostolos & cõcionatores ecclesiæ dominus excitat, ad veritatem forti erectoque animo prædicandam. Quod idem fecerat per Esaias capite. 40. dicens. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion. Exalta in fortitudine vocem tuam qui euangelizas Hierusalem. Exalta noli timere. Alloquitur propheta (quantum videtur) concionatoribus iudæorum ante aduentum Christi. Quos hortatur vt annuntiẽt Messiam venturum, esse Christum Deum & hominẽ. Propter hæc quæ sequuntur. Dic ciuitatibus iudæ, hoc est, iudæorum sinagogæ, ecce Deus vester, ecce dominus Deus in fortitudine veniet. Vos igitur estis (inquit dominus) veluti ciuitas in ædito monte sita, longe lateque conspicua viatoribus. Hæc est enim doctrinæ euangelizæ natura, vt non sinat sui professores latere, quanuis ipsi hominum furorem timentes, quærant latebras. Quare nolite latere sed in publicum prodite, fortique animo viam viatoribus ostendite. Mons enim imminenti vertice qui substinet ciuitatem, velit, nolit, reddit omnibus conspicuam: vt iter monstret errantibus.

Veritas forti erectoque aio predicãda est.

Esai. 40.

¶ *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.* Oportet euangelicum prædicatorem, super eleuatum virtutis montem situm esse. Est enim virtus mons altissimus, quanuis à nobis ob eius magnam distantiam, paruus abiectusque existimetur. Vt enim Apenninus

Oportet dei cõcionatorẽ super montem virtutis situm esse

ninus mons altissimus, à genua nobili liguriæ emporio incipiens paruus apparet, mediterraneum mare procul nauigantibus, illumque magno interiecto spatio aspicientibus: sic virtus cũ sit adeò sublimis vt nubes trãscendat, minima tamen nobis videtur ob lõgum interuallum inter nos & illam interiectũ. Mundi enim mare nauigantes ab ea longissime abiumus, obeamque causam, aut eam non aspicimus aut paruam abiectamque iudicamus.

Sunt præsules qui dũ vitam agerent priuatam iusti vidibãtur et in dignitatibus constituti nullam ostẽdũt virtutem: sed potentia fiunt deteriores.

¶ *non potest ciuitas abscondi supra montem posita.* Animaduerẽt prælati quod sunt veluti ciuitas in ædito monte sita longè latèque cõspicua viatoribus. Celari nõ potest eorũ vita etiam si cupiant. Sunt enim nonnulli, qui & si dum vitam agerent priuatam, iusti viderentur: cum tamen in dignitatibus constituuntur, & publicam induunt personam, nullam ostendunt virtutem, nullum splendorem: imo potentia fiunt deteriores. Pauci sunt quibus velle & posse simul non afferant detrimentum. Multos vidimus in aduersitate fulgere, quos in rerum prosperarum abundantia aspeximus obscurari: Vt gemmæ quædam sunt in obscuro splendidiores quàm in luce: sic nonnulli in vita quieta latitantes: probitatis claritatem ostẽdebant, qui postea ad magistratus & gubernandæ reipublicæ munus euecti, vitia occulta præse ferunt & in dedecore & ignominia versantur. Dum erant priuati & absconditi lucebant, sed exeuntes in lucem, & ad rempublicam ministrandam accedentes, lucem amiserũt.

Simile.

Christus est mons super quẽ ciuitas ecclesiæ est posita.

Cæterum quis sic mons iste super quem capita ecclesiæ, Sint posita, explicatione non indiget cum omnibus compertum sit esse Christum. Sic enim de illo ait Daniel: lapis, qui percussit statuam factus est mons magnus & impleuit vniuersam terram. Eum appellat Esaias montem præparatum domus domini in vertice mõtium. Similiter & michæas: ad quem confluunt omnes gentes. Hoc est primum & præcipuum huius ciuitatis fundamentum, de quo ait apostolus: fundamẽtum alium nemo potest ponere, nisi id quod positum est, quod est Christus Iesus. de hoc mõte loquebatur Ezechiel propheta cum dicebat: ista est lex domus, in summitate montis omnes fines eius, in circuitu sanctum sanctorum est.

Daniel. 2.

Esaias. 2.

Mich. 4.

1. Cori. 3.

Ezech. 43

¶ *Non potest ciuitas* &c. Christiana respublica quæ sita est supra mõtẽ Christum non ex lateribus sed ex lapidibus quadratis constructa esse debet. Hoc est, ex viris constantia & fortitudine munitis, quales erant apostoli, & esse debent veri principes & præsules, & euangelici cõcionatores. Lapides quadrati sunt ad ædificationem apti, rotũdi verò & globosi nequaquam, quoniam non nisi in puncto se tangunt. Homines quadrati facile conueniunt inter sese, at rotundi, nullam inter se habent concordiam. Sunt autem quadrati illi, qui ex quacunque parte ceciderint firmi manent & stabiles, quales erant apostoli, martyres &c. Quales etiam sunt viri principes, qui siue in prosperitate, siue in aduersitate fuerint constituti, semper virtutem exercent, animique firmitatem & cõstantiam ostendunt. Aristotiles. libr. 1. Morali. Nicomachiorum, hominem sapientem, quadratũ vocat, quia in quãcunque partem voluatur sui similis est, at verò mali præsules, & principes, similes sunt lapidibus rotundis, & ideo apti non sunt aduersũ & fir-

Christiana respublica sita supra Christum non ex lateribus sed ex lapidibus quadratis esse debet hoc est ex viris virtute constantibus.

Aristo. 1. Moralis

& firmum ædificium. Sunt enim mobiles & inconstátes, & ideo facilè à virtute ruūt. Ad viros igitur virtute cōstátes pertinet: vos estis ciuitas supra montem posita.

Non potest ciuitas abscondi supra montē posita: neq; accēdunt lucernam & ponunt eā sub modio, sed super candelabrum vt luceat omnibus qui in domo sunt. His verbis atq; præcedentibus docere vult dominus præsules ac euangelicos concionatores qui vita & doctrina sunt prædíti: vt in publicum prodeant, vt non taceant, & populum instruere non cessent, ad hoc enim positi sunt, ad hoc vocati sunt atq; electi. Hæc est enim euangelicæ doctrinæ natura, non sinere sui professores latere: quanuis ipsi famam hominum fugitantes quærant latebras. Cur autem abscondatur quod in hoc ipsum paratum est, vt ex æquo prosit omnibus? Ideo sal adhibetur vt condiat: ideo sol datus est orbi, vt luceat: ideo ciuitas in montis cacumine construitur, vt omnibus sit cōspicua: ideo noctu lucernam accendūt in ædibus, vt luceat omnib9 qui in domo versantur. Et ideo non condunt accensam sub modio, sed imponūt cādelabro, quod lumen ei9 magis ad omnes perueniat, & vnici luminis vsus ad quamplurimos manet. Sic non est concionatoribus affectandum vt famam & opinionem parent apud homines: sed tantum curare debent, vt lucem quam in illis dominus accēdit nec obscurent, nec abscondant. Nam vt ait ecclesiasticus: sapientia abscondita, & thesaurus occultus: quæ vtilitas in vtrisq;? Vt enim hominum maledictis vulneratur, qui triticum abscōdit, ne famæ laborantibus subueniat, laudibus verò effertur qui vēdit illud: sic obiurgandus est præsul qui nō vult scientiam suam cum subditis communicare, neq; illis horreum doctrinæ aperire: ille verò laudibus extollendus qui docet, concionatur, & speculatoris munus, ac lucis super candelabrū positæ, exercet. Vnde Salomō in prouerbijs: qui abscondit frumenta maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium. Hinc Hieremias: maledictus, qui prohibet gladiū suum à sanguine. Hic est gladius, de quo ait Psalmographus: gladius meus deuorabit carnes. Et quia Esaias gladium prohibuerat à sanguine, hoc est, verbo Dei non reprehenderat peccata, dixit: væ mihi, quia tacui. Et diuus Ioannes in Apocalipsi: & qui audit, dicat: veni: at tacet præsul, dormit naucierus, cum periclitatur nauis: medicus, cum grassatur pestilentia: ianitor, cum deprædatur fur: speculator, cum hostium exercitus aduentat: vigil cū ciuitas obsidetur. Id intuens Chrysostomus in epistolam ad hæbreos, miror, inquit, si quem ex his, qui obtinēt principatum, cōtigerit æternam beatitudinem comparare in tanta eorum desidia, & in tot Dei aduersus eos cōminationib9. Dormiebāt Petrus, Ioānes, & Iacobus, & soli Simoni dixit Deus: Simō dormis? Quare nisi quia voluit innuere, quid inter somnum præsulis & subditorū interesset? Credo equidē innumerabiles esse in Dei ecclesia Pontifices, præsules, & concionatores, quibus lucis ac lucernæ speculatorisq; nomina aptissimè conueniunt, qui curam habent subditorum qui animos à corporum cōtagiose vocarunt, seq; ad Christi imitationē contulerunt. Sed ego in eos dumtaxat inuehor, qui non curāt de officio & ministerio, sed de honoribus & redditibus, qui dediti voluptatibus vitam in silentio

Marginalia: Concionatores vita & doctrina prædíti tacere non debēt: sed in publicū prodire vt populū instruant. — Eccle. 20 — Simile. — Pro. 11. — Hie. 48. — Psa. — Esa. 6. — Apo. 22. — Chrisost. — Mar. 14.

silentio transeunt veluti pecora, quæ natura prona, ventrique obtemperātia finxit. Hi si attentè hæc verba domini legerent, multo aliter fortasse vitæ suæ rationem instituerent.

¶ *Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videāt opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est.* Nihil ex omnibus bonis operibus ac miraculis quālibet admirandis sibi concionatores aut præsules vindicare debent: sed in Deum omnem gloriam ac laudem transferre, a quo proficiscitur, quicquid apud homines cum laude geritur. Illorū erit nihil aliud habere curæ, quàm Delegato munere, grauiter bonaque fide fungi: præmium autem dominus suo tempore persoluet abūdè magnum, cuius gloriæ militant. Hoc idem est quod D. Petrus in prima sua canonica ait: ex operibus vos considerantes glorificent Deū in die visitationis. Ita intelligitur id quod Christus docuit petendum: sanctificetur nomen tuum Dei enim nomē in se sanctum est. Quare nos petimus, vt nobis sanctificetur, quo alij opera nostra videntes, Deum summis laudibus efferant.

P. Petri. 2
Infra. 6.
Luc. 11.

Pulchrè hoc in loco docentur sancti viri, ad quid miracula & bona opera facere debent in conspectu hominum omnium. Non vt ipsi exaltētur à populo aut glorificentur, sed ad gloriam Dei. Et hoc est, ni fallor, quod adumbrabatur nu. 20. vbi dicitur: quod apparuit gloria domini super Moysen & Aaron. Locutusque est dominus ad Moysen dicens: tolle virgam & congrega populum tu & Aarō frater tuus, & loquimini ad Petram corā eis, & illa dabit aquas. Quo in loco cōsidera quàm benè occurrat dominus vanitatibus nostris: ne putaret Moyses se propria virtute miracula facere, iubetur virgam in manu sua gestare. Igitur propter gloriam domini, tam miracula quàm opera præclara, cuius virtute operantur, semper facienda sunt. Semper enim apparere debet, & resplendere gloria domini in operib9 nostris. Vt videant (inquit) opera vrā bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est.

Miracula & bona opa ad Dei gloriam facere debēt sancti.
Num. 20.
Figura.

¶ *Non veni soluere legem sed adimplere.* Christus dominus fuit finis totius legis, fuit ei9 perfectio & cōsumatio: in illum tendebant omnia illa tanquam in scopum: quare non venit in mundum vt legem solueret, sed vt eam perficeret ac consumaret: quando lex & prophetæ vsque ad Ioānem. Hoc etiā est quod D. Paulus ad ro. ait: quod impossibile erat legi &c. Deus filiū suum mittens in similitudinem carnis peccati de peccato damnauit peccatum, vt iustificatio legis impleretur in nobis. Et ad Gala. lex pædagogus noster fuit. Est igitur christus finis legis, hoc est, cōsummatio ac perfectio: Christ9 autem ita legem pro omnibus crediturus adimpleuit, vt iam nemini ad iustificationē lege vetere opus sit. Hinc factum fuit quod cum Christus sit legis consummatio, & ad illū omnia in lege ferantur, sitque finis quo omnia nostra tendere debent, septuaginta interpretes in psalmo. 5. & in multis alijs præfixerunt hunc titulum: in finem pro ea, quæ hæreditatem consequitur, psalmus Dauid. In Christum enim legis consummatorē & finē psalmus ille tendit. Id enim quod aiunt, pro ea, quæ hæreditatem consequitur periphrasis est Ecclesiæ. Ac si apertius diceretur. Psalmus Dauid in Christum, pro ecclesia.

Christus finis fuit & cōsummatio legis.
Math. 11
Rom. 8.
Gala. 3.
Psa. 5.

¶ *Qui ergo solueris ect. qui autem fecerit*

&

& docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Qui dicit, nec id efficit quod docet, cotis vsurpat officium, quæ ferrum reddit acutum, cum ipsa inutilis sit ad secandum. Et vt pictor qui pulchram depingit imaginem & elegantem cum ipse sit turpi quadam fœditate insignitus. Sic est qui virtutem coloribus exornat verborum, cum ipse nullo virtutis colore, nullis verbis honestatis ornamētis sit decorat9. Quid tibi prodest alios in portum dirigere, eisq; viam demonstrare, quum tu nolis e medijs fluctibus discedere? Discant igitur prædicatores euangelici, nō solum benedicere, sed etiam bene facere. Nam qui fecerit & docuerit hic magnus vocabitur &c. Quiescant agere peruersè, nam qui soluerit vnum de mandatis istis minimis &. Psa. 18. Vbi nos habemus: in omnem terram exiuit sonus eorum: pro sonu, est in Hebræo: Kau, quapropter potest verti rectè ex Hebræo: in omnem terrā exiuit regula eorum, vel norma, vel directorium, vel perpendiculum, vel ædificatio, vel architectonia eorum. Omnia enim hæc, quæ hoc nomē significat apostolorum prædicationi optimè accōmodātur: & ex Pau. in epist. ad Ro. constat esse locum illū de apostolorum prædicatione intelligendū. Nitatur Christianus cōcionator, qui Christi apostolos imitari desiderat, vt sit eius contio, regula: vitæque Christianæ perpendiculum, atq; ædificandi ars & structura. Tunc enim cōcionator ædificabit cum eius vita verbis responderit. Et vt regula vt rem dirigat, recta esse debet, sic cōcionator qui alios ad virtutem hortatur, summa ope niti decet, vt sit virtutis rectitudine conspicuus. Quod si ita fecerit magnus vocabitur in regno cœlorū.

Qui dicit & non facit quibus assimiletur.

Similitudo.

Similitudo.

Similitudo.

Psa. 18.

Ro. 10.

¶ *Qui autem fecerit & docuerit hic magnus vocabitur in regno cœlorum.* Hic iam apertè docet Christus quod in superioribus dicebamus: duo scilicet esse necessaria euangelico prædicatori ac doctori ecclesiæq; præsuli: bonitatem & doctrinam. Multi tamen istorū sunt, quibus horum alterū deest: multi etiā, quibus deest vtrumque. Est enim maximè necessaria in prædicatore doctrina, quoniam primus scopus ad quem tendere debet ipsa prædicatio, est auditores docere. At qui doctus non est, alios docere nō potest. Fons qui aqua caret alios potare non valet, corpus quod lucidum non est, alios illuminare nequit: sal infatuatum carnes salire non valet, speculator si cæcus sit hostes videre non potest. Neque suos admonere, vt ab illorum insidijs caueāt. Necesse igitur est, vt cōcionator scientia ac doctrina sit munitus, qui aliorū docendorum suscipit curam. ¶ Nec satis est prædicatori, vt rectè suum exequatur officium & munus, ipsum esse doctum: nisi sit etiam virtute præditus, vt non solum verbo: sed etiam exemplo prodesse auditoribus possit. Sepè enim potentiora ac efficatiora sunt exempla, quàm verba. Plato, & & aristotiles, & omnis in diuersum abiens philosophorum turba, plus ex moribus, quàm ex verbis socratis accepit. Plus etiam apostoli, plus cæterique Christi seruatoris nostri discipuli, ex illius exemplis, quā ex illius verbis ad virtutem capessendam profecerunt. Ob quam causam Christus dominus supremus omnium magister, qui suorum discipulorū profectum summè cupiebat, primum, vt Lucas refert, studuit, vt faceret, deinde, vt doceret. Ad Christi igitur exemplum, cuius locum in prædicatione tenent, opor-

Bonitas & doctrina sunt necessariæ præsuli & prædicatori.

Similia.

actuū, 1.

oportet prædicatores vitam suam optimè componere, vt opere simul & verbo prædicare curent. Nam qui alios mundare debet, oportet, vt prius ipse sit mundus. Qui alios ardentes & Dei amore feruentes efficere optat, necesse est, vt ignem cœlestem in se habeat, quo auditores inflammare posit. Fieri enim non potest vt qui frigidus est, aut tepidus, alios calefaciat. Si ad carbones extinctos quis alios eiusdem conditionis carbones iũxerit nunquã accendentur: Si tamen alijs ardentibus carbonibus illos admouerit, facile ardebunt. Sic etiam, qui prædicatorem, quem nouit esse vitijs infectum, audit: nisi Deus adsit, qui illum intus ardentem faciat, nunquam ab illo concionatore accenditur. Hinc est, quod de Christo summo concionatore, omniumque concionatorum magistro, propheta regius dixit: ignis à facie eius exarsit,
Ps. 17.b
carbones succensi sunt ab eo. Esaias
Esai. 6.
Propheta quoniam labia habebat immunda, (vt ipsemet dolens, & gemens fatetur) purificari debuit antequàm ad prædicandum mitteretur. Ad quã purificationem faciendam missus est angelus, qui tollens carbonem igneũ de medio altaris, tetigit labia illius, & linguam, & sic purgauit eam, qua pura reddita, statim ad concionandum est missus. Quandiu labia impura & immunda habuit, non est iniunctum Esaiæ prædicationis onus, vt autem mundata fuerunt, è vestigio dignus habitus est, cui meritò posset prædicatio demandari. Ascendens Christus seruator ad cœlos: Vnde pro nostra salute descenderat: Apostolos in mundum vniuersum
Mar. 16.
mittit, vt prædicarent euangelium omni creaturæ. Nec tamen eos statim abire, & mandatum adimplere permisit: Sed præcepit eis (vt Lucas Act. 1.
ait) ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris, vt priusquam abirent inducerentur virtute ex alto, & igne cœlesti inflammarentur, quo alios in amore Dei feruentes efficere possent. Hinc est, quod Dauid, vt vias Dei alios rectè docere posset, triplicem prius postulauit sibi dari spiritum, videlicet rectum, & sanctum, & principalem. spiritum rectum (inquit ille) innoua in Psa. 50.
visceribus meis. Et iterum: spiritum sanctũ tuũ ne auferas á me. & postea: spiritu principali, siue (vt Hier. trãstulit) potenti, cõfirma me. Et postquam hunc triplicẽ petit spiritũ, statim subdidit: docebo iniquos vias tuas: & impij ad te cõuertentur. Quo petitionũ ordine ostendit triplicẽ illũ spiritũ necessariũ esse, vt quis vias Dei rectè docere posit. Est quidẽ necessario spũs rectus, vt auditores recta via ad cœlestẽ patriam ire doceat: spiritus sanct9 vt auditores sanctos & Dei amore flagrãtes efficere queat: spũs principalis, siue potens, vt aduersus omnes tentationũ incursus constantem, & infractũ semper habeat animum: ita vt nec minis terreatur, nec muneribus flectatur: nec deijciatur aduersis, nec prosperis erigatur, & insolescat. Sunt enim hæc duæ validissimæ machinæ quibus semper oppugnantur prædicatores & expugnantur sæpe, blanditiæ scilicet & terrores. Hi, timore concutiũt animũ, illæ spe inuadũt. Hi, dolorũ grauitate mentẽ absorbent, & in desperationis barathrum sæpe inijciũt, illę, falsa quadam dulcedine malè securos nos reddunt, quo facilius interficere posint. Aduersus vtramque machinam spiritum potentẽ adesse

oportet, qui prædicatoré docens sic illum in bono cōfirmet & constantem reddat, vt nec minis terreatur: nec blāditijs seducatur: sed semper officium prædicationis sibi commissum recte exequatur intrepidus. Duo igitur ista bonitas, scilicet & doctrina (vt satis ex his quæ diximus constat) maximè necessaria sunt concionatoribus omnibus, vt munus suū rectè exequātur. Quæ duo in cœlesti illo igne, qui in die pentecostes super Apostolos descendit apertè designata, ac significata nobis sunt. Est.n. ignis natura lucidus & calidus, & ideo in figura ignis spiritui sancto super Apostolos venire placuit, vt hoc ipso nos doceret, illis suo aduentu & lumen doctrinæ & amoris Dei ardorem dedisse. Rari tamen sunt vt ingenuè loquar, qui illa duo habeant. quo fit vt rari sint prædicatores qui prædicationis munus pro eius dignitate, ac merito agant. Nam aliqui malè sunt morigerati, qui & si doctrina præditi sint, suis tamen prauis moribus prædicationis vires impediunt. Alij sunt, saltem in his quæ videntur foris, verè studiosi & virtutis cultores, ac amatores, sunt tamen adeò indocti, vt potius illos doceri, quàm docere oporteret. ob quam rem non paruam præbent ambitionis suspitionem, propterea quod onus suscipere non verentur, quod notissimum est vires suas longè superare. Quæ res non paruum fidei catholicæ dispendium efficere solet. Sunt rursum alij tam impudentes, vt quum nec docti, nec studiosi sint, quadam tamen efronti temeritate prædicare non dubitant. Horum omnium non est opus paucula quædam exempla proferre: quando plura quàm vellemus quotidie passimque omnes cernamus. Tales quidem multos digito signare poteris, qui more psitacorum aliena referentes loquuntur. Statim tamen se produnt cum eandem sæpè repetānt cantilenam, & si de his, quæ dixerunt eos interroges non magis quam psitaci respondebunt. Si verò vt de re alia differant, petieris, obmutescent, tanquam prorsus ignari, aut forte ne coram populo apud quem sapientes videri volunt se nescire fateantur, non dubitabant mille ineptias effutire. Et sic impudenti audacia loquentes suam produnt inscitiam, qui tacentes potuissent docti existimari. Veri autem ac euangelici prædicatores, & sapientia ac doctrina pollent: & quæ docent præstant: quare meritò, admirandi & magni habentur in regno cœlorum.

¶ Hi similes sunt pictoribus egregijs, qui vt alios depingere doceant non verbo solum, sed exemplo suo docent. Graphicè enim propria manu imaginem pulcherrimam depingendo discipulos instruere solent. *Simile.*

¶ Curent ergo concionatores verbi Dei imprimis sacram scripturam discere, & post docere poterunt: meminerint quid contigit Ezechieli antequam prodiret in publicum: *Ezec. 3.* quod ipse capite tertio sui vaticinij memoriæ reliquit. Dominus, inquit, dixit ad me: comede volumen istud & vadens loquere ad filios Israel, & aperui os meum, & cibauit me volumine illo. Et dixit ad me fili hominis venter tuus comedet & viscera tua complebuntur volumine isto quod ego do tibi. Et comedi illud & factum est in ore meo sicut mel dulce. Et dixit ad me fili hominis vade ad domum Israel, & loqueris

verba

verba mea ad eos. quibus verbis imprimis docere voluit dominus, quod nisi ante comederimus apertum volumē docere non poterimus. Deinde quod principia lectionis & simplicis historiæ eius voluminis sit: quando verò assidua meditatione in memoriæ thesauro librum domini condiderimus tunc impleatur spiritualiter venter noster & saturentur viscera: vt habeamus cū Apostolo Paulo viscera misericordiæ, & impleatur ille venter, De quo Hieremias loquitur: ventrē meū, ventrem meum ego doleo, & sensus cordis mei conturbant me. Tandem significare vult dominus Dei eloquia esse dulcia ac suauia, quod intelligens & experiens Dauid rex dicebat: quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo: & alibi dulciora super mel & fauum. Cuius rei typus erat fauus mellis inuentus à Santone in ore Leonis. Et fauus à Christo post resurrectionem comestus. postquam ergo hæc omnia acciderunt concionatori Ezecheli, ait illi dñs: vade & ingredere ad domum Israel, & loqueris verba mea ad eos. Prius igitur necesse est, vt concionatores discant legē dñi ac meditētur in ea die ac nocte, ac dulcedinē eius degustent: quā in publicū ad concionandum prodeant. Secūdo oportet, vt quod docere statuunt, primum præstent: nam plus multo proficit sanctitas, ac prædicatoris cognita virtus, quā sermonis exercitata scientia.

Vi. Hier. & glos.

Hier. 4.

Psal. 118.

Ps. 18.

Iudi. 14.

Luc. 24.

Non præstare quod doces, & tibi pudorē affert, & Deo displicet, & ecclesiæ nocet.

¶ Docere sanè cœlestem doctrinā, & non præstare quod doces, & tibi valde indecorum & verecundum est, & deo maximè displicet, & ecclesiæ catholicæ plurimum profecto nocet. tibi, inquam, verecundum: quum deferas ante te lucernam quæ te prodat, atque animi tui impuritatem & immūditiem ostendat. mandatum lucerna est, & lex lux est, vt ait Salomon: verbum Dei pedibus tuis lucerna est, & lumen demonstrans tibi semitas tuas. tibi, inquam, indecorum: quum alios milites ad strenuè pugnandū exhortaris tuis verbis, tu verò fugā primus arripias. nonne miser vides, quemadmodum in quo aliū iudicas te ipsum condemnas? nonne vides, quod bene loqui & male uiuere, nihil aliud sit quam teipsum tua voce damnare? nōne animaduertis, quod tibi ipsi cōtradicas atq; teipsum confundas? nō confundant opera tua sermonem tuum (Hieron. ait) ne cum in ecclesia loquaris, tacitus quilibet respondeat: Cur ergo hoc quod dicis ipse non facis? Delicatus magister est, quod pleno vētre de ieiunijs disputat. Accusare auaritiā etiam latro potest. Sacerdotis Christi mens manusque cōcordent. mōstruū sanè esset habere aliquem, linguā brachio manuq; longiorē. Vnde D. Gregor. ait: monstruosa res est manus remissa & lingua magniloqua. Caue ergo qui concionator es, ne de te per ironiam dicimus: vox quidem vox Iacob est, manus autē Esau. Audi quid sponsus petat à sponsa, atque dilecta sua: ostende mihi faciē tuā sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis. primū postulat faciē ostendere: deinde vocē suā sonare. primū ergo exigit dñs à te, vt opera præstes, deinde vt doceas.

Pro. 6.

Rom. 2.

Hiero.

D. Greg.

Gen. 27.

Can. 2. d

¶ Quantū verò Deo ingratum sit nō præstare quod prædicas, satis tibi cōpertum ac perspicuum, satisq; euidēs esse poterit: si legas quid apud Math. c. 23. dicat dñs scribis & pharisæis, nullū bonorū operum fructum ferentibus. quod significare volens dominus maledixit, vt idem Math. refert, si-

Inf. 23.

 cul-

culneæ folia tantum proferenti: quæ
Mat. 21. continuo arefacta est. ¶ Quantum autem nocumentum qui eiusmodi sunt ecclesiæ afferant, probatione aliqua non eget. qui enim non ardet, non incendit: vnde D. Gregorius: magis, inquit, valet ad prædicandum sancti amoris conscientia, quàm exercitati sermonis scientia. Et rursum ait: nulla est dulcedo linguæ, nisi condiatur sapore vitæ. atque in Ezechielem scribens inquit: sermo dulcedinem nō habet, quem vita reproba intra consciētiam remordet, & quod pernitiosius est; ipsa veritas ab huiusmodi hominibus sceleribus contaminatis prædicata, suspicionem nonnullam præ se fert. Quis enim nostrum fidem aliquam illi adhiberet, qui viam aliquā latronibus plenam esse affirmaret: neminemq; absque periculo capitis per eam posse transire: videret tñ hæc asse-
Simile. rentem statim per eam iter arripere? ¶ Quanta verò mala ecclesiæ euenerint propter vitam concionatorū, ac doctorum moribus deprauatam, satis nos docere poterit testimoniū illud Hieremiæ Thren. c. 4. non crediderūt
Thre. 4. reges terræ, & vniuersi habitatores vrbis, quoniam ingrederetur hostis & inimicus per portas Hierusalē, propter peccata prophetarū eius, & iniquitates sacerdotū eius, qui effuderūt sanguinē iustorū. Suo. n. malo & distorto exercitio effundunt cōcionatores, ac ecclesiæ prælati sanguinē eorū, qui iusti ac sancti essent, si vita & doctrina docerentur.

¶ *Dico autem vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra, plusquam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.* Non immeritò hæc ita affirmat dñs: nam iustitia scribarum & pharisæorum erat imponere onera importabilia in aliorum humeris, digito autem suo nolebāt ea leuare, vt apud no- Inf. 23. Luc. 11.
strum Matthæum & Lucā, licet videre à qua onerū importabiliū seruitute liberati sunt fideles per euangelicā libertatē, vt copiosè ostēdit Apostolus in epistola ad Gala. Præterea scribæ & Gal. 4. & 5.
pharisæi cæremonijs tantū insistebāt intus enim vacui erāt & alieni à virtute. Fateor non solū virtutes prodesse, sed etiā bonas ceremonias cū virtutibus cōiūctas. virtutes. n. sunt cibi animi excellētes, quibus homo alitur ad æternitatē, cæremoniæ autē sunt folia cōferentia salutarē medicinam. Et quēadmodū folia licet non ferant fructum, eos tamen sustentant, & arborē ornant: sic licet in cæremonijs non sit per se religionis substantia, cōducunt tamen ad religionis substantiam conseruandam, & ad pulchrum vitæ christianæ ornamentum. Arundines in vineis, seu ligna vites sustentantia non ferunt vuas, sed sustinent: sæpes in agro arboribus consito non nutrit plātas, sed seruat: sic cæremoniæ rectè institutæ, nō sunt ipsæ quidē per se, ipsa religio, sed ad eam ornādam & conseruandam mirum in modum conducūt. D. Dionysius. c. 1. de cœlesti hierarchia ait, diuina manifestari hominibus, sub aliquibus similitudinibus se sensui obijcientibus, animum ad intellectiua eleuantibus. Cum autem cæremoniæ se offerant oculis, mouent quidem animos, & homines excitant ad Dei obsequium, quod nō solum interioribus actibus, sed etiam exterioribus profitentur. At si cæremoniæ fuerint à charitate seiunctæ, tegentes scelera specie sanctitatis ad hoc factæ, vt virtutem simulent, & flagitia cooperiant, & homines decipiant, nō modo non prosunt ad vitam

Cæremoniæ tunc maximè prosunt cum iunguntur virtutibus.
Simile.
Simile.
D. Dion.

tam

tam immortalem habētibus illas, sed interitum illis æternum machinantur. Huiusmodi erat istorū pharisæorū iustitia, in ostentatione consistens, nō in propositi rectitudine: folia tātū habebat & exteriores apparētias, sed nullū pietatis fructū, nullā interiorē puritatē, nullā germanā virtutem. Id intuens dn̄s ait in hoc loco discipulis suis, nisi abundauerit iustitia vestra, pluſquā scribarum & pharisæorū, nō intrabitis in regnū cœlorū. nomen tātū virtutis vsurpabant, quid ipsa valeret, nesciebant. Vtinam non essent hodie multi, qui iustitia pharisaica gloriarentur. Olim induebantur homines vili fustanico thorace, cum limbis & fimbrijs manicarū sericis & bōbycinis pretiosis foris apparentibus. intus latebat vile, foris apparebat pretiosum. Hæc antiqua indumēti consuetudo mutata est apud nonnullos ex corpore ad animam. Intentiones impie fimbrijs extremitatibusq; virtutum ornantur, & corda fustanica sceleribus imbuta bombycinis signis & eximiæ sanctitatis fuco extrinsecus muniuntur. folia pulchra habent, sed nullū fructū, ideo dicebat dn̄s: omnis arbor quæ non facit fructum bonum

Iaf. 7. excidetur, & in ignem mittetur. excidetur eius vita, eius lætitia non solum corporis, sed animæ: separabitur infelix arbor a cœtu beatorum, & in ignē

Hypocrita describitur. relegabitur in æternum. Est enim hypocrita arbor secus viam folijs ornata fructu autem destituta, quæ arescet in æternum. Id volens Christus significare, videns ficulneam secus viam, venit ad eam, & nihil in ea inueniens præter folia, ait illi: nunquam ex te

Iof. 21. Mar. 11. fructus nascatur in æternum. Et arefacta est continuo ficulnea. Huiusmodi folia viriditatem habent, non vtilitatem. ab his arboribus penitus discrepare debent Christi discipuli, si intrare volunt in regnum cœlorum: non enim folia solum, sed fructum ferre debent. De huiusmodi enim arboribus olim dicebat vates quidam. Et super torrentem orietur in ripis Ezec. 47.
eius ex vtraque parte, omne lignum pomiferum: non defluet folium ex eo: & non deficiet fructus eius: & erūt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam. Vbi vates viros iustitia non pharisæorum, sed Christi præstantes, cum arboribus comparat fœcundis, iuxta dulces salutarium aquarum fluuios satis, pulcherrimos fructus, & illos quidem tempestiuos ferentibus, virentibus omni tempore, nullosq; æstus formidantibus. Nam qui iustitiam christianam colunt, & charitatis flagrant studio, aquisq; diuinarum literarū irrigantur, hic admirabiles virtutum fructus producunt, ex quibus vera gloria efflorescit. Speciem gloriæ despiciunt, collectam ex vanis splendoris insignibus, verum Deus in virtute, christianaq; iustitia consistere absque dubio credunt. Id voluit psalmographus verbis illis ostendere, quibus virum beatum describit: erit tanquam lignum, Psa. 1.
quod plantatum est secus decursus aquarum, quód fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet. Et subdit statim: Et omnia quæcunq; faciet, prosperabūtur. Ac si dicat, & fructus edit, qui nō pereunt, qm̄ illi omnia vertuntur in vtilitatē, siue prosperis rebus vtatur, siue rerū aduersarū ictibus oppugnetur. In dignitate excelsa cōstituti sunt iusti quoniam iustitiam exercēt ex æqualitate consistentem, abiecti veró, & sceleratorū tyrannide præsi, sunt etiam iusti,

 quo-

quoniã non solũ non eos occidũt, sed neq; illis irascuntur,neq; ira cõcitati erumpũt in vocem,aut manifesto aliquo cõuicio percutiũt: sed iniuriam sibi illatam patienter tolerãt,iniurias que in bonũ suum cõuertunt. Simile. Vt calor naturalis in eo,qui rectè valet,habetq; sanam & robustã complexionẽ omnia cõcoquit alimẽta, in bonũque digerit sanguinem: sic qui Deum diligit,eiusq; amore inflammatur, quicquid accidit, bene vertit, & ita digerit, vt ei cooperetur in bonum.

Quantum intersit inter iustitiã pharisaicã & christianam. Tertio his verbis docere vult dñs quãtũ intersit inter iustitiã pharisaicam & christianã, inter Moysi discipulum,& Christi. Illa enim Pharisæorum iustitia, aut exteras actiones prohibebat,aut docebat: de interioribus autem nihil,aut parũ curans. Illa enim solum dicebat non occides. at Christi iustitia non solum hoc iubet: sed conuicium manifestum, iram, & odium ex animo prohibet: pharisæorum iustitia dicebat diliges amicũ tuũ & odio habebis inimicum tuũ: Christi verò iustitia: diligite inimicos vestros benefacite ijs, qui oderunt vos. Pharisæorum iustitia offerre Deo sacrificium, maximum esse præceptum docebat: at Christi iustitia Deum toto corde diligere, esse maximum mandatum, prædicat. Denique vt vno verbo absoluam, pharisæorum atque hominum iustitia, manus solum sanctas postulabat: at Christi iustitia totũ hominẽ, hoc est cor, linguã, manus, pedes, sensusque omnes sanctos, ac puritate euangelica plenos exigit. Cor mũdũ esse vult cũ dicat: non concupisces: Ps. 50. idcirco regius vates hanc cordis munditiẽ postulabat his verbis: cor mundũ crea in me Deus & spiritum rectũ innoua in visceribus meis. oculos verò puritate præditos esse præcipit, cum sanciat: qui viderit mulierem ad cõcupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo. linguam vero: cũ in hoc loco affirmet qui dixerit fratri suo, Racha: reus erit concilio: qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis. Hactenus igitur legi Mosaycæ videbatur fecisse satis, si malũ aliquod nõ perpetrasset, & is videlicet & vir iustus & innocens recipiebatur in synagogã: sed Christus huic iustitiæ pharisaicæ quantum adiecerit satis ostẽditur in hoc capite.

¶ *Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.* Si hominũ mores, sententias, naturã, & ingeniũ cõsideremus, satis huius euãgelicæ doctrinæ admirabimur. Si quis hominum ingenia, & mores intueatur satis huius euangelicæ doctrinæ mirabitur, quæ vult omnes eẽ eiusdẽ moris. Considera obsecro ingeniũ & naturã & mores Esau & Iacob fratrũ, Marthæ, & Mariæ sororũ, animaduerte sententias diuersas Christi & matris eius. Ioan. 2. Mater ait: vinũ non habẽt: filius autẽ: quid mihi & tibi est mulier? Luc. 7. Maria sedet secus pedes dñi vt audiat verbum ipsius: Martha solicita est & turbatur erga plurima, atq; de sorore sua cõqueritur. Gen. 27. Iacob fugit metu fratris sui Esau, & Esau mortẽ fratri minatur. Et quod magis mirabile videri debet: in vno eodẽq; Christo sentẽtiæ atq; affectus inter sese maximè pugnabant. Infr. 26.d Inferior.n. affectus dicebat: trãseat à me calix iste, superior verò dicebat: fiat tñ volũtas tua. sicut enim sunt mille hominũ species & aspectus lõgè lateq; distãtes, sic mille hominũ mores, diuersæq; sententiæ, atq; ingenia, varijq; affectus & volũtates. Vult ergo dñs in hoc loco pro suis viribus cõtendere, vt omnium suorum discipulorum sit anima vna, voluntas vna, cor vnum, sententia vna: idcirco

non

non solum præcipit vt neminem occidamus, sed etiam ne alicui irascamur, nec manifestum aliquod cõuincium proximo dicamus, si perpetuas pœnas dare nolumus. Vult vt omnibus benè velimus omnibus prodesse curemus. Huius rei typus erat arca illa à Noe fabricata, quæ diuersas animalium species intra se continebat, absque aliquo detrimento alicuius speciei: neq; enim tunc leo, alijs animalibus nocebat: neque alia quantuncunque ferocissima animalia cum Leone pugnabant: sed omnia inter se pacem vnitatem, & concordiam, ac si oues essent, intra arcam illam seruabant. Sic fideles ex diuersis populis, tribus, nationibusque venientes, vult dominus vt intra ecclesiam, pacem, ac concordiam, & animi vnitatem profiteãtur. Atq; hoc erat quod olim prædixerat Esaias cap. 11. his verbis: & erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius. Habitabit lupus cum agno & pardus cum hædo accubabit: vitulus & Leo & oues simul morabuntur: vitulus & vrsus pascentur, simul requiescent catuli eorum; quibus verbis significare voluit vates, Christi doctrina, reges & priuatos, diuites & pauperes, iudæos & gentiles, denique homines varijs moribus, ad ecclesiæ pacem & concordiam, mansuetudinem, modestiam, tolerantiam & amorem venturos. Quod etiam figuratum fuisse scimus in illa animalium varietate, quæ fuit diuo Petro in linteo ostensa.

Figura. Gene. 7.

Esa. 11.

Acto. 10.

Adde his, tam gratam fuisse hãc hominum vnitatem Deo, vt propter illum parandam, mortem vellet libenter subire. Expedit inquit Caiphas, vt vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat: & statim subdit euangelista: hoc aũt à semetipso non dixit, sed cũ esset põtifex anni illius prophetauit, quod Iesus erat moriturus pro gente, & nõ tãtum pro gẽte, sed vt filios Dei, qui erãt dispersi cõgregaret in vnũ, hoc est in vnam pacẽ, & amicitiã, atq; vnanimitatẽ. Sic enim nõ solũ non se inuicẽ occiderent, sed neq; alter alteri irasceretur, essetq; eorũ religio & iustitia multo maior ac perfectior quã eorũ, qui apud iudæos, omnibus numeris absoluti videbantur.

Ioa. 11.

Hinc fuit, vt vna fides, vnũ baptismã, vnus panis fuerint omnibus nobis institutꝰ, vt vnũ corpus oẽs efficiemur. Hanc iustitiã euãgelicã se habere, volẽs D. Paulus ostendere, charitate in suos flagrans aiebat in epist. ad ro. c. 9. optabã & ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, & si ego cõtristor vos, quis est qui me lætificet? Atq; ad hoc, tã insigne tã arduum tamq; sublime negotiũ, à Deo charitas diffunditur in cordibꝰ nostris. Est. n. charitas, vt verbis vtar Pauli, vinculũ perfectionis, idest, perfectissimũ. Astringit. n. cœlestis charitas diuersis moribꝰ & ingenijs homines. Vnde D. Pau. in epist. ad Eph. c 4. ait: solliciti seruare vnitatem spũs in vinculo pacis. Vt ergo pacẽ seruemus, eã prius inquiramus & inuẽtam persequamur: vt regiꝰ vates hortatur dicẽs: inquire pacẽ, & persequere eã. Magna. n. diligentia inquirenda est, atq; magna prudẽtia habẽda, vt eã persequi atq; apprehendere possimus. Habete, inquit Christus, in vobis sal: habete pacem inter vos. Prudẽtis. n. est sufferre multa, dissimulare multa, ob pacẽ, & cõcordiã cõseruãdã.

Rom. 9. 1. cor. 2.

Colo. 3.

Eph. 4.

Psa. 33.

Mar. 9. g.

¶ *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquã scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.* Considera hic mecum obsecro ac dole: quanta sit re-

Quanta sit rerum publicarum Vicissitudo.

rum publicarum multatio & vicissitudo. Olim constituerat Deus legis peritos, & præsules vt, populum doctrina & moribus docerent: vt suis exemplis populum ad cœlestem patriam ducerent: olim dicebat dominus populo suo, hos imitamini, hos sequimini, quæ hi faciunt facite, sunt enim duces vestri, sunt oculi vestri, sunt exempla vestra. modo tamen mutata rerum conditione, mutatis ac peruersis istorum moribus ait: nisi abundauerit iustitia vestra plusquàm scribarũ & pharisæorum non intrabitis in regnum cœlorum: nunc ait: quæcunq; dixerint vobis facite, quæ autem ipsi fecerint, nolite facere. Hoc idem, quod magis dolendum est, iam nunc nobis cõtingere experimẽto probamus. Olim enim constituit dominus legisperitos suos & præsules, vt essent sal ecclesiæ, lux mundi, ciuitas super montem posita, lucerna super candelabrum: vt suæ vitæ sanctitate & doctrina, sua religione & iustitia christiana, cæteros ad Deum traherent. Olim seniores & præsules atque pastores ecclesiæ pascebant moribus suis gregem: forma

1. pet. 5. a facti gregis, vt D. Petri vtar verbis: olim vnus illorum dicebat nobis omnibus; imitatores mei estote fratres.

Colo. 3. d. At modo, in tantam ruinam Christiana respublica peruenit, vt de multis legis euãgelicæ doctoribus, de multis ecclesiæ primoribus, de multis religionem Christianam profitentibus, hæc christi verba intelligi ac dici possint. Quare nisi abundauerit iustitia nostra plusquàm istorum, non erit nobis aditus ad regnum cœlorum.

Thre. 4. a. Heu quo modo iam obscuratum est aurũ, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij. Heu quo mo-

Esai. 1. f. do argentum nostrum versum iam est in scoriam, vinum nostrum mixtum est aqua. nulla sanè apud nonnullos istorum quos retulimus, est mera atq; germana virtus, iustitia mixta est crũdelitate, vltione, ira, conuincijs, fortitudo mixta est temeritate, & animi elatione: temperantia coniuncta est cum negligentia & ignauia: prudentia malitiam sibi & calliditatem copulauit. Nullam denique virtutem tenẽt puram ac solidam: vmbra tantum virtutum ac imaginibus vtuntur. Qui vitam monasticam profitentur, tunc dicuntur aquam miscere vino, quando mũdi oblectationibus deliniũtur, quandò rebus sanctis & feruentibus inferunt res viles & frigidas, quando denique propriam retinent voluntatem. quare nisi abundauerit iustitia aliorum religiosorum eandem vitam profitentium plusquàm istorum, nõ intrabunt in regnum cœlorum. Qui populo concionantur aquam vino miscent, si veris falsa; si reprehensionibus adulationes adiungant: & purã ac vtilem veritatem silentio transeãt. Præsules ac reipublicæ gubernatores aquam vino miscent quando, correptioni aut iustitiæ, crudelitatem & vltionem inferunt. Hi sunt de quibus

idẽ vates subdit statim: principes tui infideles, socij furum: omnes diligunt munera; sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant & causa viduæ nõ ingreditur ad illos. Hi sunt de quibus Esai. 1.

Amos dicebat. Vnguento optimo delibuti bibentes in phialas vinum. Hi, quorum infelicitatem deplorando Amos. 6.

dicebat alius vates: væ pastoribus Israel, qui pascunt semetipsos, nonne greges pascuntur à pastoribus? Hi, de qui- Ezech. 34

bus Oseas: quasi fauces virorum latronũ principes sacerdotũ. Hi, qui iustificant impium pro muneribus. De Osea. 6.

qui

Esai. 5. quibus Esaias loquens ait: væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Hi deniq; sunt, qui vt Hieremias etiá testatur, Hier. 5. causam viduæ non iudicant, causam pupilli non dicunt. Nisi ergo abundauerit iustitia nostra plusquàm istorũ, non intrabimus in regnum cœlorũ: quare audiamus sapientissimum regẽ admonentem singulos nostrũ in prouerbijs cap. 1. fili ne ambules cum eis. Pro. 1.

¶ *Audistis quia dictum est antiquis: non occides: qui autem occiderit reus erit iuditio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.* Ac si his verbis diceret Christus: hactenus legi videtur fecisse satis, qui neminem occiderit, & legis minas effugit. Is videlicet & vir iustus & innocens, recipietur in synagogam. Nunc audite quantum ego adijciam. Siquidem illud affirmo vobis, quisquis vel irascitur fratri suo, obnoxius erit iuditio. Professionis sublimitas exaggerat culpam, vt quod in veteri lege sit homicidium, hoc in noua sit impotens animi motus ad vindictã. Primus enim ad homiccidium gradus est irasci. Nõdum ille quidem perfecit homiccidiũ, sed tamen iam tendere cœpit ad homiccidium. Itaque iam nunc graue facinus admisit apud Deum iudicem, qui fratri maleuoluit. Quod intelligẽs D. Paulus ait in epist. ad Ro. cap. 12. Non vos metipsos defendentes, sed date locum iræ: scriptum est enim mihi vindictam, & ego retribuam dicit dominus. Vbi participiũ, defendentes, non accipitur pro, se protegere, vimq; vi repellere, & bona sua tutari, id enim cuiq; licet, dum modo bono fiat animo. Nam ipse apostolus dedit operam, vt se á iudæorum coniuratione per milites tribuni tuere-

Ro. 12.
Deu. 32.
Ezech. 9.
Declaratur locus Pauli.
Acto. 23.

tur. Vult enim natura esse conseruatrix sui, estq; omni animantium generi à natura tributum, vt se, vitam, corpusq; tueantur, declinentque ea, quæ eis nocitura videntur. Estq; lex hæc non solum scripta, sed nata, quam nõ solum didicimus, accepimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expræssimus: ad quam non modo docti, sed facti, non solum instituti, sed imbuti sumus: vt si vita nostra in hostiũ incidat insidias, si vim nobis inimici inferant, si nos ad excidium vocauerint, liceat nobis defendere nos ipsos cum moderamine inculpatæ tutelæ. Quis non videt honestam esse rationem expediendæ salutis? Potest accidere aliquando, vt laudabilius sit seipsum non protegere, iuxta id, quod dixit dominus: si quis te percusserit in vna maxilla, præbe ei & alteram. Et id quod ait apo. in. 1. ad co. quare nõ magis iniuriam accipitis, quare non magis fraudẽ patimini? Verum id, quod ait Christus, de maxilla altera præbenda, est animi præparatione præcipue obseruandum. Vt cum opus fuerit, non solũ maxillam, sed corpus, & vitam, pro Dei fide & honore iniurijs, & opprobijs, & vulneribus, & gladijs, & flammis offeramus. Sed communiter vnicuique se protegendi datur facultas. Quare defẽdere, loco illo apud D. Paulum non significat protegere, sed vlcisci. Id quod ostẽditur ex sequẽtibus: subditur enim sed date locum iræ: scriptum est enim mihi vindictã & ego retribuam. Vbi vides vindictã esse prohibitam, non autem defensionem. Solent tamen literæ diuinæ verbum, defendere, pro vindicare & vlcisci aliquãdo vsurpare, vt in lib. Iudith, vbi scriptum legimus iurasse Nabuchodonosorem se esse defensurum de

In hoc. c.
1. cor. 6.
Defẽdere in sacra scriptura aliquando pro vindicare.
Iudith. 2.

regionibus his, à quibus nũtij fuerãt sui cum dedecore repulsi. Et loco illo apud apostolum modo citato. Nec existimes prohibitam esse omnem vltionem, sed eam, quæ propria fit potestate, potest enim quis iure per publicã potestatem aduersarium punire, vt iustitia exerceatur, & hominũ societas conseruetur: dummodo absit ira, & spiritus nõ iustitiæ sed vltionis. Ideo ait: sed date locum iræ. Hoc est, deponite iram, cum qua nihil rectè, nihil consideratè fieri potest. Vel date locũ iræ inferentis iniuriam. Vel relinquite locum iræ Dei, ipse enim vltionẽ sumet, qui ait: mihi vindictam, & ego retribuam.

Vltio & gloria deo reseruãtur Duo sunt quæ Deus sibi retinere voluit, vltio scilicet & gloria. *Esa. 42.b.* Vt aliâs diximus: de gloria legimus, gloriam meam alteri non dabo: & angelorum militia aiebat nato Christo, *Luc. 2.* gloria in altissimis Deo. De vltione *Ezec. 9 a. D. Hiero* verò ait per prophetam Ezechielem: apropinquauit vltio orbis. Vt septuaginta verterunt, vbi propheta habet: appropinquauerunt visitationes orbis. Omnisq; vltio visitatio est, quasi ægrotantis, quasi habẽtis vulnera, quasi medicas expectantis manus. Iuxta illud quod scriptum est: *Psal. 88.* visitabo in virga iniquitates eorum & in verberibus *Deut. 32.* peccata eorum. Item Deu. cap. 32. ait dominus: mea est vltio & ego retribuã in tẽpore: vnde locus ille à Paulo ad- *Rom. 12.* ductus mihi vindictam & ego retribuam, desumptus est. Id est, ad me pertinet vindicandi officium, & ego hoc munus vbi mihi videbitur exequar. Non ergo nostrum est, in fratrem incandescere, sed relinquere vindictam Deo, ipse enim mittet suo tempore iram suam, & deuorabit omnes inimicos nostros: non est nostrum propria autoritate fratrem interficere, aut illi irasci, aut conuinciũ dicere, Dei enim munus est vindictam sumere: reuolue obsecro animo sacras historias & experimẽto disces quàm hæc vera sint; qualem enim vindictã sumpserit dominus de Cain & omnes nouimus, & inferius eam ad longũ explicabimus: qualem sumpserit de impio illo pharaone satis diuinæ literæ declarãt. Sic enim de illo Esaias ait: nunquid non *Esai. 51.* tu domine percussisti superbum, vulnerasti draconem? Nunquid nõ tu siccasti mare? Et rex Dauid: tu confregi- *Psal. 73.* sti capita draconis. Volat enim gladius domini, hoc est, ira domini super impios tyrannos, vt docet Ezechiel vo- *Ezec. 32.* lasse super regem AEgypti: volat super impios homicidas, volat super illos qui fratribus suis irascuntur: de quibus hominibus Salomon dixit in prouerbijs: ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetũ concitati spiritus ferre quis poterit? Volat super persequentes homines *Prou. 27.* inopes: quos impios mitis Dauid innumeris maledictionibus replet. Fiãt (inquit) dies illorum pauci, & episcopatum eius accipiat alter &c. Pro eo quod non est recordatus facere misericordiam. Et persecutus est hominem inopem. Lege totum psalmum & in- *Psal. 108.* uenies quas pœnas dominus de huiusmodi hominibus sumere solet, vt tibi caueas. Tempus deficeret si referẽda essent exempla scripturarum quibus ostenditur sumpsisse Deum pœnas de homicidis, ac tyrannis qui veluti leones didicerunt prædam capere & homines deuorare: qui didicerunt viduas facere, ac terram desolare. Lege quid Ezechiel propheta c. 19. scribat *Ezec. 19.* de impio rege Ioachaz, qui ob suã crudelitatem fuit à Deo regno expulsus, & infinitis ærumnis oppressus.

¶ Audi-

¶ *Audistis quia dictum est antiquis non occides, qui autem occiderit reus erit iudicio: ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo &c.* Nihil in scriptura sacra magis acclamatum atque minatũ, quàm sanguinem diffundere, vitamque fratris è medio tollere; viri sanguinum & dolosi, inquit psalmographus, non dimidiabunt dies suos. quæ sententia si adverbum intelligatur, in multis eam veram esse scimus, quotidieque experimur: ante tempus scilicet iusto Dei iudicio, homines sanguinolentos occumbere. Plerũque enim mala atque infelice morte subitò ante tempus maturitatis suæ abripiũtur casu aliquo, Deo sic iusto suo iudicio, vt iam diximus, disponente, vt qui alios vita ante tempus per vim priuare desiderant, ipsi similiter ante tẽpus eodem vulnere cadant. Exemplũ habemus in Saule, qui optimum Dauidem tam obstinato animo vsq; in diẽ mortis suæ non desijt persequi, ad auferendam animam eius. Ipse verò ante tempus sublatus est, in proprio gladio cadens super montes Gelboe, pariter cum filijs ac seruis suis. Nam & hos iste vir sanguinum impius secũ in hoc pertraxit, vt non dimidiarent dies suos, quo manifestior esset Dei vltio pro sanguine Dauid, quem ille tãta auiditate quæsierat. Dauid autem in multã senectutẽ vixit, diuino munere: neque tantum dimidiauit, sed & potius compleuit dies vitæ suæ. Exẽplum habemus etiam in puero Absalomne, & in impio Achitophele in alijsque quàm plurimis viris sanguinum, qui non dimidiarunt dies suos. Et quanuis hæc non in omnibus certa sententia sit, cum etiam videamus plerosque homines Belial, impios & crudeles pauperum oppressores, vsq; in multam caniciem vitam producere: omnibus tamen illis hoc est cõmune non pertingere ad dimidium dierũ atque temporum, quæ sibi præstituũt aut quę concupiscunt. Optant enim senper viuere, vt semper peccare possint, & sua impia semper adimplere desideria, & licet secundum contemplationem cognoscant plurimi se nõ posse semper viuere, sed debere aliquã do morte deficere, semper tamen diem mortis elongant à se, & longissimum tempus imaginantur vitæ suæ, sic quasi lõgissimè adhuc absit tempus mortis eorum, ita vt in multa canicie vix iam de mortis propinquitate valeant cogitare: sicque ad dimidium dierum quos ipsi somniant & quibus se victuros putant non perueniunt. Cũ enim tempus mortis aduenerit, tunc iudicant non nisi horulã sese in vita transegisse. Denique sic viuunt homines impij ac sanguinolenti, quibus nõ est Deus in oculis, quasi persuasum habeant se in perpetuum victuros, nihil cogitantes, neque de mortis necessitate, neque de diuini iudicij distinctione, neque de terribilibus tormentis, quæ illos manent in venturo seculo. Itaque fit, cum post paululum abscedere coguntur, qui sibi æternitatem modo quodam spõdebant, vt rectè dicamus, illos non ad dimidium, imo lõgè citra dimidium, ac vix etiã ad principium perduxisse dies suos. At verò homines iusti, in quorum oculis versatur Deus, hi quandocunque tandẽ mortem obierint, semper dies suos cõpleuerunt: quoniam nulla sibi vitæ tẽpora præfigũt, sicque viuunt semper quasi cras morituri, imo quasi per horas singulas diuino iudicio præsentãdi, neque diutius cupiunt viuere, quã Deo placitum sit ipsos hinc suscipere.

Marginal notes: Ps. 54. d; 1. Re. 31; 3. Reg. 1.

Phili. 1. re. Cupiunt enim dissolui & esse cum Christo, scientes se meliorem expectare mansionem, ædificationem, ex Deo, non manufactam (vt ait D. Paulus) & æternam in cœlis. Atque ita fit vt quacunque hora Deus illos euocauerit, ipsi compleuisse se reputét dies suos: maximè cum de tempore hoc labili transeant ad æternitatem stabilé. vt ergo redeamus vnde digressi sumus, maximas pœnas minatur, vbiq; Deus homicidis, fratrumque suorũ impijs occisoribus, horrẽdumque iudicium est ab illis expectandum: cum horrẽdum sit, incidere in manus Dei viuentis, cui vltio & vindicta seruata est. quod significare volens dominus dicebat olim impio fratricidæ Cain. Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. vbi imprimis obseruandum est, quod in hebræo habetur, vox sanguinũ, in plurali, quod ideo fit, primo, vt ostẽdatur Cain reus non vnius sanguinis tantum, sed multorum, omnium scilicet qui ex Abel progeniti fuissent. Deinde vt sciamus, quod nec minima quidem gutta sanguinis fraterni effusi impunita erit: omnes enim sanguines, quotquot guttæ sunt clamant ad Deum. Quod autem sanguis Abel non simpliciter loqui, vel testari, sed clamare dicitur, homicidij grauitatem indicat. Propterea quod in homine est imago Dei, præsentissima, & quod homo præcipuum est opus Dei, singulari cõsilio Dei creatus, carè redemptus, nempè sanguine Christi. Potest & ex alijs, homicidij grauitas ostendi. Nempè ex eo, quod etiã in lege morte punitur: deinde quod etiam bestia occidens hominem interfici iubetur. Propterea etiam Deus brutorum sanguinem sibi offerri voluit, vt ostenderet quod si brutorum sanguis tam pretiosus est: multò magis hominis. Ex eo autem quod signanter dicitur sanguis Abel clamare ad Deum, ostenditur quod Deus sicut custos sanctorum, sic & vindex eorum est: raro enim vindicatur ab hominibus. Plerunque enim perit iustus & nemo est qui recogitet corde. Ad Deum igitur clamant, cui soli relicti sunt pauperes: qui & solus etiam si totus mundus dissimulet: inultum non sinet contra suos sit: qui enim tangit (inquit) vos; tangit pupillam oculi mei. Huc pertinet quod in fine additur: clamat ad me de terra: ac si diceret: & si frater parcit tibi, terra tamen non parcet: sic in Esaia, terra reuelabit sanguinem iustorum. Quem igitur non exterreat verbum hoc: maximè si meminerit tam multum sanguinis innocentis super terram effusum, vocem occisorum multipliciter auctam: Denique & tempus instare quo Christus sanctorum suorum animas exauditum iri prædixit.

2. cor. 5.

Gen. 4.

1. pet. 1.

Gen. 9.

Exo. 21.

Esai. 57.

Zac. 2.

Esai. 26.

Apo. 6.

¶ Qua verò pœna plectantur qui eiusmodi sunt, vel in vno iam memorato Cain videre poteris. Et nunc, inquit, maledictus tu super terram quæ aperuit os suum & suscepit sanguinẽ fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam non dabit tibi fructus suos, vagus & profugus eris super terram. Sic impius Cain reus factus est concilio, primo punitur in anima, cũ ei dicitur maledictus tu super terrã: secundo in rebus externis, cum dicitur: terra non dabit tibi fructum: tertio in corpore, cum dicitur: vagus & profugus eris super terram. quas pœnas explicare libet. Maledictus tu super terram. Obserua hic: quod grauius punitur Cain, quàm Adã. Adæ enim dicta est maledicta terra in opere

re tuo, huic autem dicitur: maledictus tu. nec mirum, nam Cain grauius peccauit fratrem occidēdo. Adam si quidem peccauit ex negligentia & condescensione quadam ad vxoris voluntatem atque beneplacitum. Hic autem Cain peccauit ex inuidia. Imo ferme eandem accepit sententiam cum serpēte, vel diabolo: nec immeritò: quia similis fuit ei in peccato. Sicut enim serpens organum instrumentumque fuit diaboli, sic & Cain. Et quemadmodum diabolus sola inuidia ductus, hominem decepit, sic Cain ex inuidia occidit fratrem. Denique Cain quàm maximè restitit spiritui sancto. quàm paternè enim ante admonuerat eum Deus? Sed contempsit. meritò igitur audit maledictus super terram. Secunda verò pœna huic homicidæ illata subiūgitur statim: cū operatus fueris terram, non dabit tibi fructus suos. Propter peccatum Adæ terra maledicta est, nunc autem secundo repetitur eadem pœna, vt sciamus vnde proueniat sterilitas terræ, nimirum ex peccatis, & peculiariter ex sanguinis effusione, ex tyrannide, & hominum occisione. Omnes conquerimur de sterilitate &c. Nemo tamen cogitat causam. Tertia pœna additur. Vagus, inquit, & profugus eris super terram. Omnes deliciæ Cain erant in hac terra, quas ab illo aufert Deus. Quod enim impij homicidæ potissimum amant in terra, hoc ab eis auferetur, & insuper perpetuas pœnas in futuro sustinebunt. Alij legunt: gemens & tremens eris, quasi dicat: quia abusus es robore ac viribus corporis, propter hoc continuum perpetuumque tremorem ac membrorum motum tibi infero, vt non solum ipse habeas iugem admonitionem peccati tui, sed vt etiā omnes qui te viderint, discant è pœna tua ne talia audeant, vel gemens eris propter præsentia mala, & tremens propter futura in alio seculo. Discamus igitur potius mala ab alijs illata patienter ferre, quàm alijs mala inferre, quādo quidem videmus Deum tam seuerè vindicare in homicidas. maximè cum homicidam istū non solum prædictis pœnis punitū fuisse sciamus, sed adhuc alijs in hac vita grauioribus, nempè desperatione, perpetuoque pauore, ita vt nullo certo loco consistere posset: priuatione à Dei vultu, assiduoq; mortis metu. quas pœnas etiā dedisse explicuit statim his verbis sacra scriptura: maior est iniquitas mea, quā ut veniā merear. Ecce eijcis me hodie à facie terræ & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra: omnis igitur qui inuenerit me occidet me.

¶ Sed ne quis nostrum se immunē putet ab hoc scelere, liberumq; ab eius pœna, cogitet homicidium tripliciter committi: omittendo scilicet, & prouocando, & perficiendo. Cogitet secundo quod Christus dominus in hoc loco homicidij reum declarat, qui vel irascitur fratri suo. Ego, inquit, dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Imo & iudices possunt fieri rei sanguinis, si vel sententiam dicant in insontem, vel si iudicant animo se vindicandi, aut ex cupiditate &c. vel tertio si supra demeritum puniunt &c.

¶ Nec solum pœnarum timor, nos ab hoc vitio semouere ac longè deuiare debet, sed natura ipsa, cuius est, amorem inter animalia sibi similia conciliare: ratio ipsa, quæ dictat, vt quæ nobis nolumus, nec cæteris hominibus velimus: nemo enim est qui mortem

non

non abhorreat, non metuat, non fugiat, non ergo rationi consonum est, vt eam alijs inferamus. adde his, quod homicida omnis, similis diabolo efficitur, ille enim homicida erat ab initio. adde etiam, quòd talis, in ferarum imaginem transformatur: quarũ est, sanguinem humanum sitire: vnde Seneca. ferina rabies est ista, sanguine & vulnere lætari.

Ioan.8.

Senec.

¶ *Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit concilio.* Imprimis hic obseruãdum est, iram, quæ appetitus est vindictæ, non solum esse in hoc loco prohibitam à Christo domino, sed in multis alijs sacræ paginæ locis. Leuit. enim. c. 19. ait dominus: ne quæras vltionẽ: nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Genesi. etiam 45. suadet Ioseph fratres suos dicens: ne irascamini in via: redditque rationem quod fratres essent, cum ergo omnes nos fratres simus, non ex sanguinibus, sed ex Deo nati, minimè decet, vt inuicem irascamur. Præterea Iob. cap. 36. admonet hoc idem: non te superet, inquit, ira, vt aliquem opprimas. quando igitur ira hostis est animi nostri, pro nostra virili conemur ne à tanto hoste superemur: rursum Ecclesiasticus hortatur: ne sis velox ad iram.

Ira vbiq; prohibetur.

Leui.19.

Gene.45

Eccl.7.

¶ Atque non immeritò dominus iram tam vehementer vbique detestatur: cum illa sit, quæ turbet locum habitaculum, hospitiumque suum. Dũ enim ira, inquit, Greg. animum pulsat, spiritui sancto suam habitationẽ perturbat. cum illa, imaginem Dei in templo eius collocatam euellat, dissipet ac destruat. mansuetudo enim (inquit idem Grego.) imaginem Dei in nobis seruat, qui semper tranquillus est: ira dissipat, quæ multis virtutibus priuat, quæ dum quietem mentis tollit, spiritus sanctus non requiescit. cũ illa sit, quæ templum Dei violare audeat: nescitis (inquit Diuus Paulus) quod templum Dei estis vos, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Cum denique illa, hominem, Deum facere contẽdat: dum sibi vindictam vsurpare non vereatur: hoc enim munus, vt iam superius diximus, proprium est Dei dicentis: mihi vindictam & ego retribuam.

Mala quæ ab ira proueniant.

D. Greg.

Idem.

1.cor.3.

Ezec. 9 a

Ro. 12.d

Deu. 32.e

¶ Quantum verò noceat fratribus animi iracundia, explicatione non eget, graue est saxum, ait Salomon, & onerosa arena, sed ira stulti vtroq; grauior est. & rursum ait: impetum concitati spiritus sustinere quis poterit? & alibi: spiritum ad irascendum facilem sustinere quis poterit?

Prou. 27.

Ibidem.

Pro.18.

¶ Quare non sine magna causa cõsulebat Salomon ne cum homine iracundo amicitiã contraheremus. Noli, inquit, esse amicus homini iracundo. tum quod cum amicitia perpetua esse debeat, hanc parum duraturã certum est. Ignis enim inextinguibilis iræ, amoris vinculum subito comburit. tum etiam quod huiusmodi homines iracundi, similes omnino sunt ligno ignito comburenti quæcumq; attingit. similes etiam spinis pungentibus quotquot illas amplectuntur. amandi ergo sunt omnes, amicitia tamen ac nimia familiaritas iracũdorũ hominum declinanda ac penitus vitanda est.

Pro.22.

Simile.

¶ Quantum autem nobis ipsis etiã ira nobis obsit, omnibus compertum est. Obest enim corpori dicente Salomone: zelus & iracundia minuent dies. Obest rei familiari: obiurgatio enim & iracundia, ait idem, adnihilabunt

Eccle.30.

Eccle.26.

bunt

buntsubstantiam. Obest animæ, eam excæcando: turbatus est, inquit psalmographus, à furore oculus meus: ab ea bona omnia spiritualia auferendo: aufert enim misericordiam. Prou. 22. ira non habet misericordiam, neque irrumpens furor. aufert veram christianamque iustitiam: ira enim viri iustitiam Dei non operatur. Obest, inquam, animæ omnia mala introducendo. Vnde Grego. Ianua omnium vitiorum est iracundia, qua clausa, virtutibus intrinsecus datur quies: aperta, ad omne facinus armabitur anim9. qui enim ad indignationē facilis est, ait Salomō. ad peccata est procliuior. Fugiamus igitur homines iracūdos, qui sunt veluti dæmoniacus atque arreptitius ille euangelicus cuius immūdi spiritus illum allidebat: sunt veluti olla, quæ ob nimium suppositum ignem, ebullit ac emittit quod intus continebat. Vnde Salomon. ait: cor fatui ebullit stultitiam. Sunt veluti homines insani, quamuis non perpetuò insaniant. Vnde Horatius: Ira furor breuis est, & philosophorum princeps, inquit, irrogata iniuria, eius est insania qui facit. Nunquid nō insanus est, qui seipsum gladio iræ, vel odij occidit? sunt veluti Rhānus ad ventorum impetum ignem ex seipso producens autore Iosepho: ad elationis superbiæq; impetum iræ igne ardent iracundi homines. Denique sunt veluti aper in gladium iræ, aut odij impingentes: quare pro nostra virili cauēdi sunt qui eiusmodi sunt, fugiendi sunt, omninoq; vitandi.

Psalm. Pro. 22. Iac. 1. D. Greg. Pro. 29. Similia. Mar. 9. Pro. 15.

¶ Quanta autem stultitia laborent qui ira concitati, atque odio animi cō moti vindicare seipsos appetunt probatione non eget. maxima sanè stultitia est, alieno vulnere velle aliquē suo vulneri mederi, alieno morbo, à suo morbo liberari: alieno malo suum bonum quærere: hoc enim est in igne aquam quærere, & in spinis vuas, & in tribulis ficus. Hoc insinuare volēs D. Augustinus ait: læsus & iniuriam passus vindicari vult, quasi cuiquam pœna posit prodesse aliena, de aliena pœna quærit sibi medicamentum, & acquirit grande tormentum. maxima etiam stultitia est, velle se, qui eiusmodi est, tanto periculo exponere, periculo animæ, periculo corporis, periculo famæ, periculo rei familiaris amittendæ. Quibus omnibus multisque alijs malis, seipsos, huiusmodi subijciunt: nolentes expectare à dn̄o vindictam inimicorum. non ergo dicas reddam malum pro malo, sed expecta dominum & ipsum liberabit te, vt Salo. admonet, maxima præterea insania dicenda est eius, qui vt tunicā fratris dilaniare posit, seipsum velit occidere. Vnde Augustinus ait: quasi quis per corpus suum gladium mittit, vt tunicam alterius scindat. Differit. n. de persecutoribus ita insanientibus. ¶ Insania etiam non minima est, velle aliquem de seipso faculam efficere quo alterum incendat: non videns quod seipsum prius accendit ac comburit. Vnde D. Augustinus in Psalmum 34. sic scribit: ita fratres mei credite, ita certi estote: nemo malus non nisi sibi prius nocet. Sic enim esse putate malitiam, quo modo ignem. incēdere vis aliquid aliud, illud quod admouēs prius ardet: nisi ardeat non incendit. Facula est: hanc faculam apponis, vt aliquid incendat: nunquid non ipsa facula quam apponis prior ardet, vt aliquid posit incendere? malitia autem procedit ex te, & quem prius vastat nisi te? qui profundum ramū lædit,

D. Aug. Pro. 20. D. Aug. D. Aug.

dit, vbi radicem habet non lædit. Malitia tua, vt alteri non noceat fieri potest: quod autem tibi non noceat fieri non potest, hæc ille. Stultitia præterea est quem amas sanum odio prosequi infirmum: sic enim ait boetius: apud sapientes locus nullus prorsus odio relinquitur. Nam bonos quis nisi stultissimus oderit? malos autem odisse ratione caret. Nam sicut corporis languor, ita vitiositas, quasi quidã morbus est animarum. Cum ergo ægros corpore minime dignos odio, sed potius miseratione iudicemus, multò magis tales miserendi sunt, nõ insequendi, quorum mentes improbitas omni languore atrocior vrget. Ridicula etiam res esset ob pallium amissum omnem rem familiarem amittere velle: Sic ridiculum est, ait Seneca, odio nocentis innocentiam perdere. Imò multo magis ridiculum & stultũ esset, velle cœlestem hæreditatẽ perdere: ab illaq; cœlesti patria perpetuô priuari, ob illatam iniuriam.

Boetius.

Seneca.

¶ Quod si hæc non tibi persuadẽt vt ab animi ira & odio longè fugias, caue obsecro ne Dei maledictionẽ experiaris. Audi quid de huiusmodi pater Iacob prædicebat. Maledictus furor eius, quia pertinax, & indignatio eius quia dura. Audi quid D. Ioan. in prima sua cano. affirmet secutus doctrinam domini: qui odit, inquit, fratrem suum homicida est. Quo fit, vt qui talis est, homicidiarum pœnas sit subiturus. Animaduerte quæso naturam tuam, cuius est, mansuetudinem, & misericordiam appetere: est namq; homo animal mansuetum, & natura mite, & inerme. quod eius effigies & figura testatur, longè distans à figura cæterorum animalium, cæterarumq; ferarum.

Gen. 49.

1. Ioan. 3.

¶ *Quia omnis qui irascitur &c. Et omnis qui viderit mulierem &c.* Admonentur in hoc capite & in sequenti prælati, vt cum velint præcepta sua a subditis seruari, prohibeant initia transgressionum. Ideo enim Christus initia peccatorum, tam seuerè interdicit ne contingat in grauiora ruere. Ob hanc causam forte dominus Euæ prohibuit (ea teste) arboris interdictæ cõtactum, ne contingeret eam venire ad esum. Sic Exo. 19. non solum prohibet montis ascensum, sed & cõtactũ. Cauete (inquit) ne ascendatis montẽ ne tangatis fines illius. Ideo ergo prohibet tangi, ne contingeret ascendere. Optimũ est, si quid præcepto prohibes, murum addere. Quoniam vt apud prouerbiũ est: in arca aperta etiã iustus peccat. Vbi simul disce, quã sit cauendum peccati terminos accedere si vis non peccare.

Si voluñt prælati sua præcepta à subditis seruari, prohibere debẽt initia transgressionũ exemplo Christi.

Gen. 3.

Exo. 19.

¶ *Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit concilio.* Obserua: quod irasci fratri peccatum grande est: at irasci peccato, non peccatum, sed virtus maxima est. Hinc est quod olim regius vates dicebat: perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi. Hinc quod filius eius aiebat: melior est ira risu. Ac si diceret, per vultus tristitiam, delinquentis animus corrigitur. Maxima sanè prudentia, maxima charitas, maximusque iustitiæ zelus necessarius est, vt quis fratrem amore prosequi possit: ac simul eius scelera odio habere: eum amare: atq; vt delicta eius supplicio afficiantur contendere: benefacere odio habenti: & odio prosequi propter Deum vitium eius. Sic Christus amore maximo ac pietate immensa commotus, videns ciuitatem Hierusalem fleuit super illam: ira verò & indignatione excitatus, videns eius peccata:

Psa. 138.

Eccl. 7.

peccata, eam penitus destruxit. Ecce amor & odium, pietas & ira, mansuetudo & indignatio simul in vno Christo. Hoc idem vel in vno Moyse videre est. Peccante populo in deserto ait dominus Moysi: dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te ingentem magnam. Moyses autem orabat dominũ dicens: quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui: recordare Abraham & Isaac & Iacob &c. Qui amore suorum commotus hæc orabat, zelo Dei affectus, postea dicebat: si quis est domini iungatur mihi &c. Cecideruntque in die illa, quasi triginta tria millia hominum. En in vno Moyse iustitia & pax osculatæ sunt. Odio ergo prosequi vitia proximorum sanctum est, at irasci illis, impium & scelestum.

Exo. 32.

¶ Sed ais: quid igitur faciam vt fratri non irascar? Considera primum Christi acerbissimam mortem. Nam si passio domini, ait Grego. ad memoriam reuocetur, nihil adeò durũ, quod non æquo animo toleretur. quemadmodum enim filij Israel in serpẽtem illum æneum respicientes, à morsibus ignitorum serpentum sanabantur, sic nos ab ira, & furore, qui serpentes igniti sunt, si Christum crucifixũ intueamur.

D. Greg.

Nu. 21. Figura.

¶ Deinde Sile. Nam fatuus, vt verbis vtar Salomonis, statim indicat iram suam. In quæ verba gloss. sic ait: natura iræ est vt prolata magis ferueat, occultata languescat. ¶ Tertiò animaduerte nihil in mundo contingere absque Dei prouidentia, quod maximum pijs in tribulationibus & afflictionibus constitutis solatiũ esse debet, vt patienter atq; æquo animo quoduis malũ tolerent. Idcirco Christus dñs dicebat: calicem quẽ dedit mihi pater non vis, vt bibam illum? Et quemadmodum non est plurimum timenda virga puero, quæ in manu est matris sibi charissimæ: ita nõ est plurimum timenda tribulatio iustis, quę à manu diuinæ misericordię proficiscitur. Diligit enim nos tam vehemẽter vt apud vatem quendam dicat: nũquid obliuisci potest mulier infantẽ suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego autẽ non obliuiscar tui. Hanc Dei ordinationem respiciebat rex Dauid, cum Abisai dicebat à Semei maledictus: dimitte ei vt maledicat iuxta pręceptum domini. ¶ Præterea tecum perpende commodum & vtilitatem, quam ex illata iniuria reportare poteris, si eã patienter feras. Sũt.n. persecutores apes illæ de quibus regius vates aiebat: circundederunt me sicut apes. Nam & si aculeo persecutionis pungant: tamen mel dulcedinis cœlestis quodãmodo conferunt: cum materiam æternæ coronæ tibi ministrent.

Pro. 12. Ioan. 18. Esa. 49. 2. Re. 16. Psal. 117.

¶ Adde his, hominem te iniuria afficientem non satis sanũ esse, vt Arist. docet: idcirco potius compati, quàm irasci ei debemus.

¶ Mitto modo, quantum medicamentum sit, propriam miseriam propriosque defectus considerare. Facilius enim alienos defectus quis tolerat, quando ipse suos nouit, quos ab alijs tolerari necesse est: ideo in Pro. Salomõ dicebat: homo indigens, misericors est. Hinc multi impatienter aliorum defectus ferunt, quod suos nõ animaduertant. Vnde Aug. irasceris seruo tuo, ne peccet: irascere tibi ipsi ne tu pecces.

Pro. 19. D. Augu.

¶ Memento deniq; nouissimorũ, & desine inimicari, & subditur: memẽto

timore domini, & ne irascaris proxi
Eccl. 28. mo. Hæc ergo omnia alta mente per pende & desines ab ira, & derelinques furorem imo & nunquam proximo irasceris.

¶ *Qui autem dixerit fratri suo Racha reus erit concilio qui dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.* Graue facinus admittit apud Deum iudicem qui fratri irascitur & illi male vult vt hactenus diximus. quod ni mox represserit animũ efferuescentem, sed ira impotens erũpat in vocem, quæ nullo quidem certo conuicio percutiat fratrem, sed tñ eum manifesto contemptus indicio contristet: veluti si dicat Racha, aut simile quiddam, quod animi maleuolentiam declaret: iam vt proprior homicidio, non solum obnoxius erit iudicio, daturus pœnam apud iudicem inferiorem & ordinarium, leuiorem, sed tamen Iudaico homicidio parẽ, verumetiam concilio, consessuique senatorum atque superiorum iudicũ, grauius etiam condemnandus. Porro si rebellis animi motus huc proruperit, vt fratrem suum manifesto iam certoque conuicio percutiat, vt fatuum, aut aliud simile appellet, iam grauissimæ pœnæ erit obnoxius, nimirum gehennæ. Tot modis plectitur, qui nondum progressus est vsque ad homicidium. Sed homicidio confinis est, quisquis excidit à charitate fraterna. Nondum exemit gladium, sed percussit animo quisquis iratus male voluit. Percussit lingua, quisquis iratus conuicium dixit, fortassis & occisurus, ni pœnam metueret. Itaque lex euangelica, quæ punit etiam iracundum non aduersatur præcepto legis, non occides: sed longius arcet, aut submouet ab eo, quod lex puniri iubet. Tutior est ab homicidio, quisquis iram & odium penitus exemit ex animo, qua quidem ex radice pullulant homicidia. Quisquis igitur sibi pararit charitatem euangelicam, quæ bene vult etiam maleuolentibus, quæ beneficio pensat iniuriam, nihil eget Mosaicæ legis minis, ad vitandum homicidium. Odij extrema linea est occidere, charitatis etiam extrema linea est, etiã occidenti benevelle.

¶ Imprimis obseruandum: omnem speciem odij penitus euellere legem euangelicam: odium videlicet cordis, dicendo diligite inimicos vestros: & adjciendo pœnam: reus inquit erit iudicio. Odium linguæ, præcipiẽdo vt oremus pro persequẽtibus nos: quod si nõ fecerimus rei erimus & iudicio, & gehẽnæ, hoc est, grauiori ac grauissimæ pœnæ. Odium operis: iniungendo vt benefaciamus ijs, qui oderunt nos, & minando legis pœnam si fratrem occiderimus. Omnẽ speciem odij penitus euellit lex euãgelica.

¶ Deinde considera tria esse genera pœnarũ quibus peccata puniri solebant. Cum enim res quæ agebatur grauis erat, apud iudicem ordinariũ agebatur: à quo pœna grauis iniungebatur, quando verò res grauior erat, tunc superioribus multisq; iudicibus committebatur: pœnaq; tunc grauior dabatur: quando autem delictum grauissimum committebatur, tunc grauissimo supremoq; consessui res deferebatur: extremaq; pœna reus afficiebatur. Secundum mensuram ergo delicti pœna reis dabatur. Sic etiam apud Deum interior ira graui pœna: prorumpens verò in vocem, quæ nullo certo conuicio percutit fratrem, sed tamen eum manifesto cõtemptus indicio cõtristat, grauiori: porro in manifestũ cõuiciũ prorumpens grauissi-
Tria genera pœnarũ quibus peccata & crimina puniebantur.

Prælati debent prudenter discernere delictorũ grauitatẽ, vt pœnam debitã singulis imponant.

uissima pœna plectitur. Hinc discãt prælati, atq; qui pœnitentias pro peccatis iniungunt, prudenter discernere delictorũ grauitatem: quod.n.leue peccatum est, ac facili pœna dignũ non illum tanquam mortiferum, extremoque supplicio dignum iudicent. Secundũ enim delictorum mẽsuram, rationem, ac põdus, ita est pœna adhibenda. Non.n.in iudicando ac damnando præcipitandũ est iudiciũ, sed maturo consilio crimina singula pensanda sunt: quod.n.veniale peccatum est, pro veniali, & non pro mortifero iudicandum, ac nõ statim gehennæ damnandũ, quod facere solent ignari & imprudẽtes iudices, nõ considerantes modum & mensuram ac speciem delictorum: quibus rectè dicere possumus quod D.Paulus ait: nolite perdere illũ pro quibus Christus mortuus est. Intuere obsecro Heli sacerdotem damnantem Annã illam matrem Samuelis orantem ac preces ad dominum multiplicãtem: ac illam ebriam temulentamque vocantem: at filios sacrilegos ac fures, non sacrilegos, sed filios appellantẽ. Intuere impium iudicem Pilatũ seruantem Barrabam & condemnãtem Christum. non enim hi iudices scelératissimi causam remq; perpẽdere curabant. Sic olim Aman, vt in lib. Hester sacra narrat historia, omnem Iudęorũ nationẽ penitus perdere decreuit: quod vel vnus Mardochæus non flecteret sibi genu. quasi grauissimũ crimẽ esset, nõ illi honorẽ illũ exhibere: ita extremo supplicio nõ solũ Mardochæũ, sed vniuersum populũ afficere voluit. Tã leue crimẽ, quod sola minima reprehensione dignũ erat, maximũ esse iudicauit. aliter verò dñs, iustissimus iudex cũ sit, culpas põderat,

Rom.14.
1.Reg.1.
1.Reg.2
Inf.27.c
Esther.3.

aliter eas metitur: vnicuiq; reddẽs secundũ opera sua. Hinc factũ est, vt Sodomorum peccatũ, quod maximum erat, igne: Babylonis verò turrim ædificantiũ, linguarũ cõfusione & diuisione puniret. Giezi auaritiam, lepra: Iudæorũ verò prophetas irridentiũ, idolatriã: morte plecteret. Sunt.n.delictorũ aquę, aliæ, quæ vsq; ad talum, aliæ, quæ ad genu vsq;, aliæ autẽ, quæ vsq; ad os, aliæ denique, quæ demergunt homines in abyssum & in profundũ malorũ. Singulis ergo sua certa, debitaq; pœna taxata designataque est. Discant igitur veri iudices animarũ ac corporũ, omnia in põdere & mẽsura agere: Discant non immaturo consilio iudicare. Erudimini qui iudicatis terram: apprehendite disciplinam ne quando irascatur dñs & pereatis de via iusta.

Gen.19.
Gen.11.
4.Reg.5.
3.Re.18.
Psa.2.

¶ *Qui dixerit fratri suo Racha reus erit concilio: qui dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis.* Quanta cura ac diligentia dominus Iesus, postquam factus est homo, ac frater noster honorem nostrum seruare contendat, satis superque docet locus iste. Nõ enim solum apertum conuicium in fratrem iactũ acriter punit, sed vel minimum contemptus indicium. Nec de hoc mireris, est enim iam caro nostra, est iã cognatus noster, ac frater primogenitus: quare qui nos vel minimo verbo percutit, eum percutit: qui nos inhonorat, eum inhonorat: qui nos aliqua iniuria afficit, illum afficit: non ergo paruum crimen esse iudicemus, quod Deum ipsum percutit & cruciat, sed maximum. Res enim nullius momenti videbatur pomum vetitum edere, & tamen miseri illi homines, in qua hora comederunt, pœna mortis percussi sunt, non

Maxime curat christus, postquam homo ac frater noster effectus est, honorẽ nostrũ seruare.

ergo rem parui momenti esse iudicemus irasci fratri, aut eum Racha, aut fatuum appellare: quando hæc iniuria, ac contumelia domino, qui est primogenitus frater, iam fit. Ipse enim maximo amore prosequitur oẽs nos, quare qui tangit nos tangit pupillam oculi sui.

Maximus faciendus est à nobis proximi honos, atque bonũ nomen nostrum & aliorum.

¶ Præterea docet locus iste quanti faciendus sit honor, quanti habendũ nomen bonum: quando tam grauissima pœna plectitur, qui suis conuicijs illud à fratre aufert. Meritò sapiens dicebat: melius est nomen bonum quam diuitiæ multæ. Hinc intelliges quare lingua diuitis illius, qui bysso & purpura induebatur, igne mortifero in inferno percussa est: non quod Lazarũ, Racha, aut fatuũ, aut stultũ, insanumq; vocasset: sed quod eũ stultũ, fatuũq; esse, ob suã paupertatẽ existimasset: exẽplo impiorũ dicẽtiũ: nos insensati vitã illorũ stimabamus insaniam: Si ergo impius diues tanta pœna, tantoq; supplicio affectus est, quod pauperẽ intra seipsum fatuũ & stultũ vocasset quo supplicio digni existimabuntur, quotquot, ore, linguaq; sua, fratrẽ suũ fatuum dicãt? Indignus factus est rex Saul ob suam inobediẽtiã regno: Dignusq; vt à Samuele ob tantum patratum scelus conuicijs plurimis publicè afficeretur: noluit tamen: sed potius corã populo tanquã regẽ honorauit: regnũ abstulit, honorem tunc sibi tanquã regi debitũ nõ abstulit. Scidit, inquit, dñs regnũ Israel à te. Nõ scidit honorem regium, sed regnũ à domo tua, vt hic intelligas quanti faciat dñs honorem hominũ etiam impiorum: hoc docere volens Christus dñs nõ cõqueritur neq; incandescit in eos, qui eũ cruci affixerunt, sed potius preces pro eis ad patrẽ fundit dicẽs: Pater dimitte illis: conqueritur tamen quum à Iudæis Samaritanus & Dæmoniacꝰ appellatur: ego, inquit, dæmonũ non habeo, sed honorifico patrẽ meum, & vos inhonorastis me: Sed est, qui quærat, & iudicet. ac si diceret: iudicẽ habemus qui vindictã sumet de tam manifesto cõuicio. Sic sanctus ille ac iustus Noe euigilãs ex vino, cum didicisset quæ fecerat ei filius suꝰ minor quod. s. eũ non debito honore affecisset: maledixit non solum ei, sed omni posteritati suæ dicens: maledictus Chanaan, seruus seruorũ erit fratribus suis. Dura sanè sententia, tamen iusta. Nam & lex maledicebat dehonestantem parẽtes. vt hinc discant filij qua pœna plectentur, si debitum honorem non deferant parentibus, visitat. n. dñs peccata parentũ etiã in filijs. Idcirco Cham non solum in persona sua maledictus est, sed etiam in filijs temporaliter punitus. Honoris enim negocium erat de quo agebatur. Cõtẽptus etiam indicium, in causa fuit, vt Sara Abrahæ vxor, & maximo dolore teneretur, & Agar ancillã suã vehementer affligeret: ait. n. scriptura sacra quod Agar ancilla cõcepisse se vidẽs, despexit dominã suã: idcirco & à domina afflicta est & de domo sua eiecta. Anna etiã mater Samuelis flebat, & non capiebat cibũ, quod æmula eius eam exprobraret eò, quod dominus conclusisset vuluã eius, vt hinc intelligamus quanti faciebãt etiã viri sanctitate præclari honorem suum, Secundo Regum cap. 6. legimus quod Michol filiæ Saul non est natus filius vsq; in diẽ mortis suæ: pœna quidẽ tunc tẽporis grauissima, quod despexisset regẽ Dauidẽ Saltãtẽ coram dño. quã gloriosus, inquit illa, fuit hodie rex Israel discooperiens se ante ancillas seruorum suorũ, & nudatus

Marginalia: Pro. 22. a; Sap. 5. a; 1. Re. 15.; Luc. 23.; Ioan. 8.; Gen. 9.; Deut. 27.; Exo. 20.; Gen. 16.; 1. Re. 1.; 2. Reg. 6.

datus est, quasi si nudetur vnus de scurris. Capite etiam decimo eiusdem libri eloquia sacra referunt, vlũ fuisse regem Dauidē iniuriā suis nuntijs illatam ab ammonitis. In lib. quoque 4. Regũ. c. 2. scriptum legimus egressos fuisse duos vrsos ex saltu, & lacerasse quadraginta & duos pueros: quod sanctum Elisæum irrisissent dicentes: ascende calue, ascende calue. Vt his exēplis satis pateat etiam sanctos piosque viros in pretio habere honorem, bonumque nomen suum. Reges præterea atq; amici Iob maximo supplicio afficerentur à Deo: nisi sanctus idem Iob preces pro illis fudisset: quod manifestis conuicijs eũ percutiebāt: quod illi insultabant, quod eum hypocritā vocabant. nihil etiam magis in Babylonica captiuitate populum Dei excruciauit, quàm conuicium. Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bibebāt vinum: posui vestimentum meum cilicium & factus sum illis in parabolam, dicebat regius vates, maximo dolore cruciatus, quod ab impijs hominibus inhonoraretur: & addit: tu scis improperium meum, & cõfusionem meam & reuerentiam meam.

2. Re. 10. 4. Reg. 2. Psa. 68.

¶ *Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis.* Longè sanè nos arcere debent ac submouere à conuicio multa mala quæ ex illo subsequuntur. Conuicium enim maximè vulnerat cor eius cui dicitur. Flagelli plaga, ait Salomon, liuorem facit: plaga autem linguæ comminuet ossa: quare sicut homo cauet, vt verbis vtar Hieronymi, ne percutiat aliquem cum baculo: sic cauēre debet ne percutiat eum conuicio. Conuicium amicitiam & charitatē dissoluit, dicente Salo. mittens lapidē in volatilia, deijciet illa: sic & qui conuiciatur amico, dissoluit amicitiā. Adde his, quod difficile est in pristinā amicitiam redire. Ad amicum enim ait idem, & si produxeris gladium, nō desperes: est enim regressus ad amicũ: Si aperuit os triste, non timeas: est. n. concordatio: excepto conuicio, & improperio, & superbia, & mysterij reuelatione, & plaga dolosa. Adde etiā, quod homo conuicijs dicendis assuetus vix corrigitur. Homo, inquit Salomon. assuetus verbis improperij, in omnibus diebus suis non erudietur. Quod si hæc mala non homines ab hoc vitio arceant: arceat saltem quod idem ait: qui pergit, inquit, dicere quæ vult, audiet quæ non vult. Et rursum: impius confundit & confundetur. Et alibi: qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. Submoueat tandem nos à tanto scelere pœna, qua plectitur quisquis fratrem suum manifesto, apertoque conuicio percutere non veretur. Talis. n. iā grauissimæ pœnæ erit obnoxius, nimirum gehennæ, vt in hoc loco testatur dominus.

Conuiciũ arcere à nobis debemus, & quare. Eccl. 28. Eccle. 22. Ibidem. Eccl. 23. Pro 13. Pro. 26.

¶ *Si offers munus tuum &c.* Plus diligit Deus iustorum paupertatem, quàm diuitum ex rebus malè acquisitis munera. Dicitur enim in Prouerbio. Honora dominum de tua substantia. Et Thobias: ex substantia (inquit) tua, fac eleemosynam. Et dñs in hoc loco: Si ergo offers munus tuum &c. Semper pronomen, tuũ, apponitur. Id autē quod est rapina cōparatũ, non est tuum, sed alienum: ideo dicebat dominus per Esaiam: Ego diligēs iudicium & odio habens rapinam in holocaustum.

Plus diligit Deus iustorum paupertatem, quā diuitũ munera ex rebus malè partis. Pro 3. Thob. 4. Esa. 61.

¶ *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuũ ante altare, et vade, prius reconciliare fratri tuo.*

Hinc colliges quāto amore Deus hominem prosequatur quando nullum munus nullúq; sacrificiū est sibi gratū & acceptabile quod non sit cū amore & charitate proximorum comitatum. Non enim vult dominus vt in eius capite coronam imponamus, cōculcando pedes eius, hoc est, pauperes ac filios eius. Huius rei typus erat altare illud quod olim dominus ædificare præcepit de lapidibus calce leuigatis, quo significare volebat nihil illi acceptum quod non calce charitatis sit copulatum. Hinc est quod dominus apud Esaiam dicebat: cum extēderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationē nō exaudiam: manus.n. vestræ sanguine plenæ sunt. Et apud Hiere. quid niteris ostendere viā tuā bonam ad quærendam dilectionem, quæ insuper & malitias tuas docuisti vias tuas, & in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum & innocentum. Nihil sanè prodest contemplatiua vita, nihil religio in alis significata, si odio & homicidio coniuncta sit: quare qui tales sunt, frustra se cupiunt verborum arte defendere, & quasi bona ostendere opera sua, vt mereantur dilectionem Dei, si in alis suis, hoc est, in vita contemplatiua sua, in operibus religionis suæ, in sacrificijs, & oblationibus suis inuenitur ira, liuor, odium conuicium, ac homicidium. Olim in lege nolebat dominus sacrificia suscipere de manu leprosi: eum reijcere à castris necdum à templo præcipiebat: semper os veste contectum leprosus adducebat: qua figura designare nobis volebat munera nostra accepta non esse, si lepra, hoc est, odio intestino, aut conuicio aliquo manifesto comitata sunt

Nullū munus est gratum Deo, quod non sit cū amore proximi comitatum.

Deu. 27. a

Esai. 1.

Hier. 2. g

Num. 5.
Leu. 13.

si ergo acceptum gratumque esse vis sacrificium tuum, aufer prius lepram à corde, ab ore, atq; à manibus tuis. Hanc etiam causam apertè reddit dn̄s apud Esaiam Iudæis quærētibus quare ieiunauimus & non aspexisti? Humiliauimus animas nostras & nescisti? Ecce, inquit, in die ieiunij vestri inuenitur volūtas vestra. ecce ad lites & cōtētiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Ac si diceret: ecce tempore ieiunij vacatis iræ, conuicijs, litibus, & contentionibus, idcirco acceptum mihi non est ieiuniū vestrum aliàs sanctū & piū. Dissolue ergo colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes &c. Frange esurienti panem tuum &c. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum &c. Tunc inuocabis & dominus exaudiet: clamabis & dicet: ecce adsum. En vides nihil esse acceptum Deo, quod non sit cū proximi amore implicatum. Hinc intelliges, quare interrogatꝰ dn̄s à quodam legisperito, quod esset maximū mandatum in lege, respondit: diliges dominum Deum tuum: & ne laboraret ignorātia legisperitus ille, aut aliquis nostrū existimādo hoc ad salutē satis esse: addit statim nō rogatus: secūdū autē simile est illi: diliges proximū tuum tanquam teipsum, quod approbans legisperitus ait: benè magister in veritate dixisti, quia vnus est Deus & non est alius præter eum, & vt diligatur ex toto corde, & diligere proximum tanquam seipsum: maius est omnibus holocaustomatibus, & sacrificijs: vt igitur hoc doceret dominus ait hoc in loco: ne pius ac religiosus sibi videatur, qui male cogitans fratri suo, munus aliquod defert ad altare, quum Deo nullum sacrificium sit acceptum absque fraterna

Esai. 58. a

Mar. 12.

terna concordia, quare nobis prima debet esse cura pacis & mutuæ concordiæ. Nam Deo nullum est gratũ obsequium, quod non commendet charitas; quod si mihi dixeris: ego nihil commerui, prior ille redeat in gratiam vnde nata est offensa, non audiam. Qui iubetur & inimicum diligere, non grauabitur sarcire gratiam, licet aliena culpa resciffam. Vltro condona noxam, & fratrem hoc mœrore subleua, qui te sibi putabat iratum, non experieris Deũ tibi propicium, nisi proximus senserit te sibi propicium.

¶ *Si offers munus tuum &c. Vade prius reconciliare fratri tuo.* Ac si diceret dominus: nolo, vt mihi modo cõtingat quod alibi homini regi, cum seruo nequam, cui dimisit rogatus decem
Inf. 18. millia talenta, & egressus suffocabat conseruum debentem centum denarios: quare vade tu prius reconciliari fratri: vltro condona illi prius noxã. Nulla enim erit apud me muneris tui gratia, nisi prius tibi constiterit cum fratre gratia.

¶ Cæterum vt ad Deum conuertatur oratio, quid domine ais si offers munus tuum: & non potius, si offers munus meum ad altare? nonne omne datum optimũ desursum est,
Iac. 1. c procedens à te ò pater luminũ? quid
1. cor. 7. b enim habemus quod non accepimus? quæ de manu tua accepimus reddimus tibi. quid ergo vocas munus nostrũ, munus tuũ? cõsidera obsecro Dei bonitatẽ, ac liberalitatẽ, vt munera quæ illi offerim9, & si ab illo nobis collata fuerint, appellet nostra: coronareq; vellit in nobis dona sua: ac præmio afficere bona, quæ, sua gratia & adiutorio à nobis operantur. Hinc fuit quod olim dicebat Abrahæ: ego

Sua munera vocat dñs nostra qua in re ostẽditur eius bonitas & liberalitas.

ero merces tua magna nimis. Maximas ergo dño Deo nostro gratias agamus, cuius tanta est magnificentia, vt vellit munera sua, nostra vocare ac tãto præmio remunerare. Gene. 15

¶ Deinde considera quod quẽadmodum loquens D. Paul. de negocio prædicationis euangelicæ ait cõcionatori: argue, obsecra, opportunè & importunè, vt ostendat tã necessariũ esse hoc negociũ ad salutẽ hominum vt omne tẽpus videatur opportunũ: sic hoc in loco volens dñs docere quã necessaria sit cõcordia, ait: nõ esse differẽda, sed si opus fuerit apud ipsam arã relicto munere, domũ properem9 efficiamusq;, vt ante omnia sarciatur nobiscũ fratre amicitiæ dulcedo quo confecto redire poterimus ad altare, peracturi sacrificiũ nostrum. Adeò Deo nullum donarium gratius, quã consensus hominum. ¶ *Ego autẽ dico vobis. Diligite inimicos vestros.* Obserua diligẽter, nõ solũ Christũ præcepisse, aut prohibuisse externas actiones, sed internos animi affectus. Nõ solum voluit, vt nemo nostrũ noceret proximo, sed voluit vt ne in illũ incãdescerem9: vt nemo fornicaretur, sed neq; vxorẽ alterius cõcupisceret. Ego, inquit, dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio, & omnis qui viderit mulierẽ ad cõcupiscẽdũ eã, iã mœchatus est eã in corde suo. In hoc etiã loco illud à nobis suæ doctrinæ sectatoribus exigit, vt diligamus inimicos nedũ vt eos nõ persequamur, quod si horũ præceptorũ rõnè quæras, facile eã tibi reddemus. Ideo ergo initia peccatorũ Christus dñs tã seuerè interdicit, ne contingat in grauiora ruere. Ob hanc causam forte dominus Euæ prohibuit (ea teste) arboris interdictę contactum

2. Ti. 4. a

Quàm necessaria sit concordia inter fratres & proximos satis in hoc loco ostenditur.

Nõ solum externas, sed internas actiones prohibet Christus.

ne contingeret eam venire ad esum. Sic Exo. 19. non solum prohibet mõtis ascensum, sed contactum. Cauete, inquit, ne ascendatis in montem, ne tangatis fines illius. Ideo enim prohibet tangere ne contingeret ascendere. Optimum est si quid præcepto prohibes murum addere. Quoniá vt apud prouerbium est in arca aperta iustus etiam peccat. Vbi simul disce quam sit cauendum peccati terminos accedere si vis non peccare, sed de hoc iam superius diximus.

Exo. 19.

Prima causa ob quá inimicos diligere debeamus

¶ *Ego autem dico vobis.* A Equũ profecto & maximè rationi consentaneũ est, vt par pari referamus. Si ergo Christus dominus nos, aliàs inimicos suos tanto amore prosecutus est, tot tantisque muneribus ac beneficijs affecit, quotidieque afficit: cur nos miseri & ingrati ob eius amorem inimicos nostros non etiã amore amplexabimur, non eis beneficia si necesse fuerit impendemus? Ego, inquit, ego sum qui hoc vobis præcipio. Ego, inquam, Deus vester, finis vester, in quem pondus vestri amoris natura fertur. Ego sum qui hæc præcipio, quem summè diligere debetis, qui vos feci cum non eratis, redemi quum perieratis: qui de nihilo vos feci, non lapidem, non arborem, non aliquod de animalibus, sed homines volui vos esse: dedi vobis viuere, sentire, discernere, reduxi vos de exilio, redemi de seruitio, vocaui vos nomine meo, vt memoriale meum semper esset apud vos. Vnxi vos oleo lætitiæ, quo ipse erã vnctus, vt ab vnctione vncti, & à Christo diceremini christiani. Hæc aliaque huiusmodi considerabat olim D. Aug. & ad diligendum Deum, & inimicos propter Deum excitabatur. Hæc alia quæ his similia considerans. D. Bern. & Deum diligebat, & inimicos amore prosequebatur. Quando ignorabã, (dicebat vir iste egregius) me instruxit, quando errabam me reduxit, quando peccabam me correxit, quando fleti me tenuit, quando cecidi me erexit, quando iui me duxit, quando veni ad ipsum me suscepit &c. Nec pro his omnibus quid rependam habeo, nisi tantum vt diligam. Non enim meliꝰ & decentius quàm per dilectioné rependi potest, quod per dilectionem datum est. Hæc Berna. Si ergo tu eadem cum Bernardo affirmas, si cum illo in his omnibus consentis, audi quid ipse, cui tantum debere fateris, præcipiat. Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros. Neque enim benè conueniunt, neque in vna sede morantur Dei perfectus amor, & odium proximorum. Amor enim perfectus, inquit, Bernardus, neque abducitur blãdicijs, neque seducitur fallacijs, neque iniurijs frangitur. Et Seneca: nihil est quod non tolleret qui perfectè diligit. Perfectus enim amor est veluti lapis maximus impetu suo si de cœlo descenderit, secum trahẽs omnia, quæ sibi occurrit obuiaque fiũt. Nec enim curat amor omnibus numeris absolutus, ac charitate præditus an amicus, aut inimicus occurrat, omnes secum impetu maximo ad Deum in qué tendit trahere conatur. In medio rubi ardentis aderat angelus domini, sed neque spinæ, neque flamma illi quicquã nocere potuerunt. Sic vir iustus in medio inimicorum atque persequutionum positus, non commouetur, non ardet ira, non incandescit odio, non comburitur impatientia: Sed ex æquo tam amicos quàm inimicos amore prosequitur, quod non tam in eos quàm in Deum, quem maximè

D. Augu. De spiritu & anima.

D. Augu.

D. Ber. su per illud Psa. quid retribuã dño &c.

Ber. super can. Seneca in prouer.

Exo. 3.

ximè diligit, & quem audit dicẽtem: ego autem dico vobis, oculos suos conuertit. Hæc ergo pręcipua ac maxima ratio, nos, ad inimicorũ amorẽ trahere debet, quod id præcipiat Christus nobis suis sectatoribus, quos tanta dilectione ac tantis beneficijs prosequitur atque afficit. Hãc potissimam causam extollere volẽs
Ro. 5.b D. Paulus, ait in epist. ad Ro. commendat autem in nobis charitatem suam Deus, quod cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Si ergo nos Dei inimicos, ita dilexit Deus, vt vitam libenter morti pro nobis exponeret, quid nos miseri saltem ob eius amorẽ inimicos non diligimus? quid illos odio intestino ac perpetuo prosequi-
Simile. mur? Si rex aut princeps aliquid mortẽ pro te reo subire æquo animo vellet, vt tu incolumis ac saluus maneres, ac dum in mortem abiret, à te, aliquid, quamuis graue ac difficile, exigeret nõne ei libenter annueres: nonne ei libenter petita cõcederes? Concederes sanè, nisi omnino insanus esses, nisi penitus desiperes. Considera ergo Christum regem regum ac dominum dominantium pro te peccatore, in pœnas æternas damnato, mortem doloribus & ærũnis plenam, subire volentem, pro tanto beneficio, vt tu quoque inimicos hostesque tuos diligas, ames, ac si opus fuerit beneficijs afficias, postulat, ac pręcipit: cur ergo non ei parebis? cur eius voluntatem non exequeris? cur resistes? caue ergo tibi, si sapis: time,
Eccle. 28. ne tibi eueniat quod Salomõ ait: qui vindicari vult, à domino inueniet vindictam, & peccatum illius seruãs seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc peccanti tibi peccata soluentur. Homo homini reseruat iram, & à Deo quęrit medelam? In hominem similẽ sibi non habet misericordiam & de peccatis suis deprecatur? Ipse dum caro sit, reseruat irã, & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius? memento nouissimorum & desine inimicari. Caue ergo ab ira & odio aduersus proximos tuos: audi potius dominũ, qui de te benemeritus est, qui volens huiusmodi odium, maximè hominum naturæ repugnans, è cordibus eradicare, ait: ego autem dico vobis diligite inimicos vestros. Audi Paulum in epistola ad Ephe. hæc scribentem: Eph. 4.
sol non occidat super iracundiam vestram. Audi D. Ioannem in prima 1. Io. 3.
sua canonica affirmantem, quod qui odit fratrem suum homicida est. Et paulo post: Charissimi diligamus nos inuicem, qui non diligit nõ nouit Deum. Odia nostra in scelera ardere debent, non in personas. qui diligitis dominum, inquit rex Dauid, Ps. 96.
odite malũ. Et alibi, iniquitatẽ odio Psal. 118.
habui, & abominatus sum.

¶ Quod si te hæc ratio non persuadet, considera obsecro, inimicos, ac persecutores tuos esse Dei flagella, Dei gladium, imò Dei manus, quibus, benignus ac iustus pater, te corrigere, in viamque salutis dirigere: quibus, tuam animi tolerantiam ac patientiam probare vult. esse, inquã, pedagogos tuos, qui curam tui gerũt, & salutem operantur. quod si mihi fidem adhibere minime vis, adhibe domino apud Ezechielem dicenti: ecce ego ad te, & eijciam gladium meũ de vagina sua, & occidam in te iustũ & impium. Hoc est, educam exercitum Babyloniorum de Chaldæa qui te interficiat. Exercitum sceleratorũ
Secunda causa diligendi inimicos.
Ezec. 21.

vocat gladium suum quo occidit populum suum quando deficit ab eo, seque sceleribus contaminat. Hunc gladium appellauerat capite superiori
Ezec. 20. apud eũdem prophetam flammam, quæ erat saltum, hoc est, Hierosolymam combustura. Apud Esaiam Se-
Esai. 10. nacheribus Assyriorum rex, qui Samariam euertit virga furoris Dei appellatur. Et id quod ait psalmogra-
Psal. 16. phus: Eripe animam meã ab impio, frameam tuã ab inimicis manus tuę, vertit D. Hiero. ex hebræo: salua animam meam ab impio, qui est gladius tuus; à viris manus tuę. vel vt alij vertunt à vitis, qui sunt manus tua. Loco ergo armorum sæpenumero Deus vtitur hominibus flagitiosis, ad improborum facinora castiganda, & iustorum virtutem exercendam. Et nõ solum impios homines appellat gladium Dei, sed manum: illis enim vtitur Deus ad maleficia punienda impiorum, & ad piorum tolerantiam de-
2. Re. 16 clarandam. Hoc ita intelligens rex Dauid conuicia, ac lapides Semei patienter tulit, neque vt à suis occideretur sinere voluit: Dicebat enim dimittite eum vt maledicat. Dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid, & quis est qui audeat dicere quare sic fecerit? dimittite vt maledicat iuxta pręceptum domini, si forte respiciat dominus afflictionem meam, & reddat mihi bonũ pro maledictione hac. Eandem rationem reddidit
Psal. 38. idem vates Psalm. 38. dicens, opprobrium insipienti dedisti me, ob mutui & non aperui os meum, quoniam tu fecisti. Nos igitur hunc imitemur & tunc patienter hostes nostros tolerabimus atque ex animo diligemus. Imitemur filium, patri suo obedien-
Simile. tem: qui, flagellum quo vapulat, osculari solet. Quando igitur inimici nostri flagella sunt, quibus, nos pater misericordiarum cædere ac verberare ob nostram commoditatem ac animi salutem solet: eos libẽter deosculemur: eis ex animo reconciliemur. Atque illorum misereamur, nam si resipiscere atque ad se redire noluerint ęternas pœnas dabunt, illisque eueniet quod flagellis euenire solet. Nã postquam pater filium suum flagellauit solet flagellum in ignem proijcere. sic eos dominus in æternas flammas præcipitabit. quare non est cur terreamur, dicente paulo ad Phil. 1. in nul- Phili. 1.
lo terreamini ab aduersarijs, quia illis est causa perditionis, vobis autem salutis.

¶ Diligendi præterea inimici sunt quod sint veluti chirurgi sectione, aut vstione morbos nostros curantes. Et quemadmodum nemo nostrũ in chirurgum vulnera nostra vrentẽ incãdescit, sed potius gratias maximas refert, pecunijsque laborem eius repẽdit: sic vult dominus, vt & nos, chirurgis, hoc est, inimicis nostris grati simus, eisque pro tanto nobis collato beneficio gratias agamus, ac precib9 assiduis debitum rependamus, confitentes salutem ex inimicis nostris.

Tertia causa dilectionis inimicorum.

Simile.

¶ Diligendi item sunt, quod illis inuitis nobis seruiunt, atque sua persecutione efficiunt, vt lapides perpoliti ac quadrati simus in structurã cœlestem præparati. De his enim lapidibus mater ecclesia canit: tunsionibus pressuris expoliti lapides, suis coaptãtur locis per manum artificis. Impiorum typus erat Esau de quo ait cœleste oraculum: maior seruiet minori. Non enim legimus Esau seruisse aliquando Iacob, sed potius contrà, Iacob adorasse timuisseque fratrẽ suum Esau.

Quarta causa dilectionis inimicorum.

Gen. 25. Figura.

Esau. Impij ergo, quorum imaginem
gerebat Esau, seruire dicuntur electis,
quorum typus erat Iacob, in eo quod
hi, impiorum tunsionibus ac pressu
ris præparantur in cœleste ac super-
num ædificium: quare nō est, cur nos
ipsos miseros, sed illos potius infeli-
ces iudicemus. quum nobis minimū,
sibi autem maximum nocumentum,
hoc est, mortem inferāt. Si enim quis
Simile. tuam vestem indutus seipsum pugio
ne suo interficeret, quid rogo magis
dolores, vestem tuam aliquātulū ictu
pugionis scissam, An mortem fratris
tui? non dubium quin eius mortem.
Non ergo tam doleas quod hostes tui
vestem tuam, hoc est, carnem tuā, quæ
vestimentum est animi, suis persecu
tionibus scindant, dilacerent, atq; vn-
dique opprimant: quàm illorum ani-
mas, sanguine Christi redēptas, quas
Psalm. 9. suis sceleribus interficiunt. Infixæ
sunt gētes, ait Dauid, in interitu quē
fecerunt.

Quinta causa. ¶ Amore etiam prosequendi sunt
aduersarij, quod eorum conuicijs pa-
tienter toleratis, debita quæ pro pec-
catis nostris contraximus, domino
Deo nostro soluimus. Dicito obse-
cro mihi quisquis es tu: Si quis nu-
mos aureos, quibus creditori solue-
Simile. res in manum tuam sæpe iaceret, Nō-
ne æquo animo, ac libenter pro tanto
beneficio ictus perferres aureos? mini
mè profectò dubium. Conuicia ergo
ac maledicta, ictus aurei cum sint, per
facilè ferenda sunt. Conuicia, inquā,
vasa illa sunt, quæ mutuò, consilio
4. Reg. 4. Figura. Elisæi, vidua à vicinis petijt: quibus
oleo impletis ac venditis debitum sol
uit creditori suo, vixeruntque illa ac
filij sui de reliquo. Iniurias ergo libē-
ter colligamus, si vsque ad vltimū qua
drantem creditori Deo debita persol
uere cupimus, ac illis persolutis, vi-
tam cœlestem atque spiritalem age-
re, in illaque iamdiu permanere desi-
deramus.

Sexta causa. ¶ Præterea si amicum phrenesi aut
febri maxima laborantem, aut ani-
mam iamiam exhalare volentem, au-
disses in te, sui non compotem, male-
dicta proijcere: nunquid non suā po-
tius quàm tuam vicem, doluisses? nū-
quid eius conuicia curares? nunquid
non eius miseram sortem defleres? iā
ergo tibi pro certo compertum sit ho
stes tuos, phreneticos esse ad insaniā
furoremque perductos, cum in te pro
bra emittunt: certum inquam, sit eos,
febribus pestiferis affectos esse: iāiāq;
ad inferos properare: quemadmodū
ipsi fatentur apud psalmographū his
verbis: dissipata sunt ossa nostra secus
infernum. Deplora ergo potius eorū Ps. 140.
insaniam: Deplora potius eorum pe-
riculum, ac amore tuo, lachrymis pre
cibusque tuis ad Deum pro eorum sa
lute missis, illorum morbo mederi
cura, quàm iniuriam tibi illatam æsti
mare. quod si tua beneuolentia ac be-
neficijs collatis, ad se curatus redierit:
lucratus es fratrem tuum: qui de te lo
quens dicet quod olim Hierem. De Thre. 1. d
excelso misit ignem in ossibus meis,
& erudiuit me, expandit rete pedibus
meis, & conuertit me retrorsum. Be-
neficentia enim & misericordia, rete
quodam est, quo homines feris ipsis fe
rociores facile capiuntur.

Septima causa. ¶ Age iam nonne inimici apes
sunt, qui, & si aculeos quibus te feriūt,
habeant: tamen mella ferunt: sunt. n.
eorum conuicia in causa vt mel gra-
tiæ, tibi cōpares: in causa sunt, vt ani-
ma tua locuples fiat: abundetq; meri-
tis: dulcissimisq; cœli charismatibus,
cœliq; sudoribus ac mele superno.

¶ Sed

Vltima causa.

¶ Sed quid rogo opus est tempus in adducendis rationibus & afferendis similitudinibus terere: quando id natura comparatum sit vt animalia ferè omnia sub eadem specie contenta inter se se pacem & amorem habeant? quod videre est in Elephantis, in ouibus, in vaccis, ceruis, delphinis, in auibus cœli, hoc est, irũdinibus, ciconijs, gregatim ambulantibus aut volantibus. Pacem verò ac ordinem ac naturalem amorem quem formicæ & apes inter se se habeant omnibus compertum esse scio. Inter feras etiam aliàs crudelissimas ac immanissimas concordiam esse, certa etiam res est. Non enim belligerantur inter sese. Canis caninam non est, leonum inter se feritas non dimicat: draconi cum dracone pax est; inter venena conuenit, at homini nulla fera perniciosior quàm homo. Et magis etiam admirabitur, quisquis animum ad ipsam rerũ vim & naturam perspiciendam conuerterit, ac hominis imaginem, verè philosophicis oculis aliquantisper contempletur. Primùm igitur, si quis habitum modò figuramq; corporis humani consideret, an non protinus intellecturus est, naturam vel potius Deum, animal hoc nõ bello, sed amicitiæ, non exitio, sed saluti, non iniuriæ, sed beneficentiæ genuisse? Nã cæterorum animalium vnumquodque suis instruxit armis. Taurorum impetus armauit cornibus, leonum rabiẽ vnguibus. Apris fulmineos affixit dẽtes: Elephantos præter cutem & molem, promuscide quoque tutatus est. Crocodillum crustis velut laminis cõmuniuit, delphinis teli vice pinnas addidit, histricem spinis iaculis aculeis defendit, gallis calcar affixit. Alia testis, alia corio, alia cortice communiuit. Sunt quorum incolumitati pernicitate prospexit, veluti columbis. Sunt rursum quibus venenum teli vice tribuit. Addidit his speciem tetrã ac beluinam, addidit oculos truces, vocis stridorem, inseuit natiua quædam dissidia. Solum hominem nudũ produxit, imbecillem, tenerum, inermẽ, mollissima carne, cute leui. Solũ hoc animal totum amicitiæ nasci, quę mutuis officijs, & coit, & cohæret potissimum. Proinde natura voluit hominem vitæ munus non tam sibi, quàm beneuolentiæ acceptum ferre, quo videlicet intelligeret se se gratijs esse dicatum, ac necessitati. Tum speciẽ dedit non tetram & horridam vti cæteris, sed mitem ac placidam, amoris ac beneuolentiæ notas præ se ferentem. Tribuit oculos amicos, & in his animi signa. Dedit brachiorum sinus ad complexum; dedit osculi sensum, quo ceu copularentur, & se coniungerent animi. Vni risum attribuit, alacritatis indicium: vni lachrymas clementiæ & misericordiæ symbolum. Quin & vocem dedit non minacẽ & horrendam sicuti beluis, sed amicam & blandam. Nec his contenta natura, sermonis & rationis vsum vni tribuit, quæ quidem res ad parandam & alendam beneuolentiam imprimis valet, ne quid omnino per vim inter homines gereretur. Fecit vt quod est saluberrimum, idem sit & suauissimũ. Quid enim amico iucundius? & rursum, quid æquè necessarium? Proinde si maxime liceret absque mutuo commercio commodè vitam agere, nihil tamen iucundum videri possit absq; sotio, nisi si quis prorsus hominem exuerit, & in feram degenerarit. Addidit insuper liberalium disciplinarũ studium, & cognitionis ardorem: quæ

res vt potissimum abducit hominis ingenium ab omni feritate, ita ad conciliandas necessitudines præcipuam vim habet. Siquidem nec affinitas, nec sanguinis propinquitas, altioribus, aut firmioribus amicitiæ vinculis astringit animos quàm societas honestorum studiorum. Super admirabili quadam varietate, dotes tum animorum, tum corporum inter mortales partita est, nimirum vt singuli in singulis inuenirent, quod vel amarent, ac suspicerent ob excellentiam, vel ob vsum, & necessitatem ambirent & amplecterentur. Denique indidit diuinæ mentis scintillulam, vt nullo etiā ostenso præmio, tamen per se iuuet bene mereri de omnibꝰ, id enim Deo maxime proprium ac naturale, suo beneficio consulere vniuersis. Alioqui quid illud est, quod haud vulgarē animo sentimus voluptatem, vbi quēpiam per nos seruatum intelligimus? & ob hoc ipsum homo charus est homini, quod insigni quopiam beneficio obstrictus est? proinde Deus in hoc mundo velut simulacrum quodā sui constituit hominem, vt ceu terrenum quodam numen saluti prospiceret omnium. Sentiunt hoc ipsa etiam bruta, cum videamus non mitia solū, verum etiam pardos & leones, & his immitiores bestias in magnis periculis ad hominis opem confugere. Hoc extremum omnibus asylum, hæc ara est satissima vniuersis, hæc nulli non sacra est anchora. Si ergo hæc, quam depinximus, est hominis effigies, quid est quod miser homo sit feris ipsis immitior, ferocior atque crudelior? quid est quod non cæteros sibi similes amicitia prosequatur? non beneficijs afficiat, atq; preces nō pro illis fundat?

¶ *Orate pro persequentibus & calumniantibus vos.* Quod hic docet verbis, ipse in cruce ostendit exemplo. Pater (inquit) dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Vt discant præsules & concionatores, vt in eas virtutis actiones incūbant, ad quas fuerint alios exhortati. Sūt qui existimēt sat esse alios in viā dirigere, cū ipsi nolint ab inuio vitiorū nemore exire, quā eorum opinionem magni errores cōsecuti sunt. Luc. 23.

¶ *Qui solem suum facit oriri super bonos & malos &c.* Expende quod nostra misericordia à diuina misericordia in hoc distare videtur, quod nostra ad nostros tantum se extendit, diligentes solum eos qui nos diligunt amicos & non inimicos. Misericordia vero domini, præcipuè est ad inimicos. Qui solem suum oriri facit super iustos & iniustos. Hinc est, quod cum sanctus Dauid interrogaret. 2. Reg. 9. An de domo Saulis aliquis esset relictus addidit. Vt cum illo misericordia domini vteretur. Vocat enim misericordiā domini, quam erga domum Saulis inimici volebat exercere. Præterea Gen. 27. ait Isaac filio suo Esau: in pinguedine terræ, & rore cœli erit benedictio tua quasi dicat in bonis temporalibus nō eris fratri tuo inferior, cœlū & terra non tibi negabunt officium suum. Deus enim solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit etiam super iniustos. Hanc ergo tam insignem Dei virtutem imitari debemus si veri eius filij esse volumus, inimicos diligamus &c. atque in omnibus patrem cœlestem referamus qui cum sit omnipotens, tñ sua bonitate prodest omnibus, nihil à quoquā expectās mercedis. Mitis & clemēs erga vniuersos solē.n. suum oriri facit super bonos & malos, quum possit ilico si velit vlcisci. 2. Reg 9. Gen. 27.

Caput

¶ Quomodo eleemosyna danda, ieiunandum, orandum, Deo seruiendum.

Caput VI.

ATtendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cœlis est. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: ut sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Et cũ oratis nõ eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuũ in abscõdito: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Orantes autem nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt: putant enim, quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis: scit enim pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum. Sic ergo vos orabitis. Pater noster Luc. 11.a
qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnũ tuũ. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra. Panem nostrum su- Mar. 11.c
persubstantialẽ da nobis hodie. Eccl. 18.a
Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. & ne nos inducas in tentationem: sed libera nos a malo. Amen. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Cum autem ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes, exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperũt mercedem suam. Tu autem cũ ieiunas, unge caput tuum & faciem tuam laua, ne videaris ho-

minibus

minibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscõso: & pater tuus qui videt in absconso reddet tibi.
Luc. 12. d *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo: vbi neque ærugo nec tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt nec furantur, vbi est thesaurus tuus ibi est, & cor tuũ. Lucerna corporis tui est oculus tuus. si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, si autẽ oculus tuus fuerit nequam: totũ corpus tuũ tenebrosum erit. si ergo lumen quod in te est tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt?*
Luc. 16. c *Nemo potest duobus dominis seruire, aut enim vnũ odio habebit, & alterum diliget, aut vnum substinebit & alterum cõtemnet, non potestis Deo seruire & mammonæ. ideo dico vobis, ne soliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini, non ne anima plus est quam esca? & corpus plus quam vestimentum? Respicite volatilla cæli quæ nõ serunt neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester cælestis pascit illa, nõne vos magis pluris estis illis?* Luc. 12. c 1. pet 5. b Psal. 54. d *Quis autem vestrum cogitans, potest adijcere ad staturam suam cubitũ vnum? & de vestimentis quid soliciti estis? considerate lilia agri quomodo crescunt. non laborant neque nent. Dico vobis quoniã nec Salomon ita omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. si enim fœnum agri quod hodie est & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quãto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo soliciti esse, dicentes. Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operimur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei & iustitiam eius & hæc omnia adijcientur vobis. Nolite ergo soliciti esse in crastinum, crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi, sufficit diei malitia sua.*

Ad Literam.

A Ttendite ne iustitiam vestram faciatis. Græcis est eleemosynam, idest misericordiam. tamen si Hieron. iustitiam legit: sed

ſed interpretás eleemoſynam. inquit ergo Chriſtus. Cũ voletis in pauperes eſſe beneuoli, Attendite ne talem beneuolentiam præſtetis coram hominibus quo ſpectemini ab illis.

¶ *Sicut hypocritæ faciunt in ſynagogis & in vicis.* Ideſt in congregationibus vel conciliabulis, ideſt locis in quibus Iudæi ad tractanda ſacra conueniebant.

¶ *[illegible] oratis nolite multum loqui.* ΜΗ ΒΑΤΤΟΛΟΓΗΣΗΤΕ. Græcis eſt dictio compoſita prouerbialis, a batto quodam ballo, & hæſitanti ore, cui videlicet hominum generi peculiare videmus, cum nec ſemel quidem quod cupiunt poſsint efari, voces eaſdem iterum atque iterum repetere. Non ergo hic prohibet Chriſtus immodicas preces ac prolixas, cum alioqui Paulus iubeat, nos citra intermiſsionem orare, & ipſe Chriſtus legatur oraſſe prolixius; ſed ieiunam & vanã & ſuperſtitioſam verborum multiplicationem & ſine affectu, in orantibus eſſe fugiendam docet.

Ieiuna & vana & ſuperſtitioſa & ſine affectu oratio hic prohibetur.

¶ *Pater noſter qui es in cœlis.* Vbique Deus noſter eſt. Cogitato (inquit Moyſes) in corde tuo, quod dominus ipſe eſt Deus in cœlo ſurſum & in terra deorſum. Et Dauid in Pſalmo. Si aſcendero in cœlum tu illic es &c. Et per Hieremiam ipſe Deus ait. Nũquid non cœlum & terram ego impleo? Item. Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. quo teſtimonio vſus eſt Stephanus Acto 7. ad hanc veritatem probandam. Eſt enim Deus excelſior cœlo, longior terra, latior mari, omni profunditate profundior, totus vbique præſens, non per partes diuiſus, ſed totus in omnibus locis, nõ localiter, ſed potentialiter, incomprehenſibilis, omnem creaturam excedens. Si enim quæras magnitudinem maior eſt: ſi pulchritudinem pulchrior: ſi ſplendorem ſplendior: ſi claritatem illuſtrior. Ipſe ſolus eſt qui de ſe ait. Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. Vbi per cœlũ omnia cœleſtia corpora intelligit, quemadmodum in principio Geneſis, In principio creauit Deus cœlum & terram. Iuxta Diui Chryſoſtomi ſententiam. Dicitur tamen, patrem noſtrum eſſe in cœlis, & non in terra, ob ipſius cœli admirabilem pulchritudinem, excellentes influxus & actiones, & quod ſit amplius toto orbe terrarum, illuſtrius, & præſtantius, poſitũ in ſublimi, ornatum innumerabilibus aſtris, quę globoſa & rotunda, ſplẽdidiſsimo candore fulgentia, circulos ſuos orbeſq; conficiunt, admirabili celeritate, ordine & conſtantia. Ideo in cœlis eſſe dicitur, cœlumq; appellantur eius ſedes & thronus.

Deut. 34. Quare cũ Deus ſit vbique dicatur peculiariter eſſe in cœlo, hoc loco. Pſal. 138. Hier. 23. Acto. 7. Eſa. 61. Gene. 1. Chryſo.

¶ *Sanctificetur nomen tuum.* Vel ſanctè obſeruetur, aut ſanctè prædicetur, vel ſanctitas tribuatur nomini tuo ſanctè colatur.

¶ *Sanctificetur nomen tuum fiat voluntas tua.* Imperatiuus in ſcriptura interdum optantis eſt, vt in hoc loco. Et in Pſalm. 44. intende proſpere, procede & regna. Et illud. Exurgat Deus & diſsipentur inimici eius, & in Can. Oſculetur me oſculo oris ſui. Et apud Iob. Pereat dies in qua natus ſum. Pro vtinam ſanctè colatur nomen tuum, vtinam intendas proſperè &c. Interdum comminationis vim obtinet, & debet proferri cum irriſione quadam: Si ignoras (inquit) o pulchra inter mulieres abi poſt veſtigia gregum tuorũ & paſce hœdos tuos, ideſt alienos, á me, abi, & paſce, comminantis verba ſunt. Eccleſ. 12. lætare iuuenis in adoleſcen-

Regula. Imperatiuus diuerſis modis ſumitu. in ſacra ſcriptura. Pſa. 44. Pſ 67. Can. 1. a Iob 3. b. Can. 1.

Eccle. 11. Mat. 10. scentia tua à me. Interdum desideriũ & consilium exprimit: illud.n. Mat. 10. Nolite portare æs in zonis vestris, consilium est, idest iter facere sine pecunijs potestis, eo quod dignꝰ sit mercenarius mercede sua. Alioqui Christus hoc non seruauit, loculos enim habebat. 1. Co. 7. Frequentissimè tamen imperatiuus imperium significat. alligatus es vxori, noli quærere solutionem: solutus es ab vxore noli quærere vxorē, in hoc loco primus imperantis est, secundus verò consulentis, in illo verò, Psal. 76. b vouete & reddite Deo: primus est consulentis, & secundus imperantis: Tandem imperatiuus deprecãdi vim habet, maximè si nominibus diuinis apponatur, quod in Psalmis sæpe videmus, Psal. 50. vt Miserere mei Deus secũdũ magnam misericordiam tuam.

Regula. Sæpe in sacra scriptura res fieri dicũtur cũ innotescunt. ¶ *Sanctificetur nomen tuum*. Sæpe in sacra scriptura res fieri dicuntur cũ innotescũt, semper.n. sanctũ fuit nomē dñi. Sed tunc sanctum fieri dicitur, cũ sanctũ fieri innotescit, & sanctè à nobis colitur & prædicatur. Aug. libr. 83. q. 13. quæst. 69 lib. 3. locuti, in Leu. Ad hũc modũ loquitur Deus cum dicit. Sanctificabor in medio filiorum Israel, idest, sanctus habebor. Ad hũc modum ait Paulus. 1. cor. 15. Cum reddiderit regnum Deo & patri, (idest, cum patrem regnare demonstrauerit) euacuabit omnem principatum & potestatem. manifestando vtique regnum patris, vt omnibus notum sit, nullum principum aut potestatum per se, habuisse aliquid principatus & potestatis, sed ab illo ex quo sunt omnia. Sic etiam loquitur ad Philippen. 2. Phill. 2. Propter quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. Io. 17. Et illud. Clarifica me pater, & clarifica nomen tuum. Io. 12. Et post resurrectionem ait. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Infr. vlt. Nam quamuis ante resurrectionem innotuerat angelis, post eam innotuit hominibus. Rom. 3. Ad Roman. 3. sit Deus verax, idest manifestetur verax & omnis homo mendax. Hebr. 1. Ad Hebræos. 1. tãto melior angelis effectus idest demonstratus.

¶ *Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra*. Cyprian. terra, quid hoc loco signi ficat. Terra (vt Cyprianus docet) accipitur pro populo, qui terrena huius mundi bona diligens: hunc mundum habitationem ac patriam, & finē sibi constituit, quemadmodum enim adimpletur voluntas tua in populo cœlesti, ita etiam adimpleatur in populo huius mundi terreno.

¶ *Panem nostrum*. Noster, quomodo accipiatur. Noster, tam dicitur de re propria quàm de illa quæ nobis obuenit ex liberalitate alterius. Ecce panem nostrum dicimus, & tamen vt detur oramus Dei ergo est ex munere, & noster fit per acceptionem. Sic iustitia nostra dicitur, non quæ ex nostro, nostra est, sed quæ diuina largitate fit nostra. Greg. 14. mo. 5. 9.

¶ *Panem nostrum quotidianum*. De quo pane loquatur Christus. Vel substantialem, idest, quo substētamur. De pane spirituali intelligit. Neque enim in oratione tam cœlesti: Christus de hoc loqueretur pane, quem à suis parentibus accipiunt & gentiles. q. d. quemadmodum patres terreni, respiciunt liberis suis panem quo corpus alatur, ita tu nobis prospice panē cælestem animi cibũ, qui pater es cœlestis & pater spirituum.

¶ *Dimitte nobis debita nostra*. Ecclesia non ex solis illis qui omne labe sunt immunes cõstant. Sunt ex lutheranis Anabaptistæ, qui non putant illic ecclesiam habere partem, vbi non est solida vitæ puritas & integritas, cum Christus in hoc loco docens orare discipulos, qui ecclesiæ nimirum partes erant, dicat. Cum oratis

P 2 dicite;

dicite: dimitte nobis debita nostra, & 1. Ioan. 1. Ioan. si dixerimus quod peccatum nō habemus ipsi nos seducimus. & Iac. 3. Iacob. in multis offendimus omnes. Item, non intres in iuditium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: cæteraque similia quæ ex Salomone, Iob, Daniele referri solent. Pro. 20. Eccl. 7. Iob 9. & 14. Dan. 9.

¶ Præterea Cephas sine dubio ecclesiæ pars erat, qui ecclesiæ columna erat, & tñ in faciem ei apostolus restitit quia reprehensibilis erat. Gal. 2. Non igitur necesse est, vt omnia ecclesiæ mēbra omni prorsus culpa vacent, aliàs nulla profecto in terris esset ecclesia: qm̄ nemo vnquā mortaliū est, vt prædicta testimonia cōprobant, qui omni ex parte perfectus sit. 1. The. 1. ¶ Item in 2. The. 3. Thess. ecclesiam agnoscebat Pau. & tamen in illis quosdam notabat ambulantes inquietè, quos docet non tanquam alienos existimandos, sed corrigendos vt fratres. Item idem Apostolus paruulos quosdam & imbecilles in ecclesia esse affirmat, tanquam paruulis in Christo (ait) lac potum dedi 1. cor. 3. non escam. Ro. 14. Et rursum: Infirmum in fide assumite. Non igitur omnia ecclesiæ membra, vndique consumata sunt.

¶ Sed ais in scriptura ecclesia vocatur colūba, perfecta, sancta, sine ruga, Obiectio. sine macula, tota denique pulchra, nō ergo ex peccatoribus & iustis, sed ex solis iustis constat? Fateor, hæc & alia multa id genus de ecclesia dici, sed per Synecdochen quæ figura totum pro parte accipere solet, maxime cum de ciuitate, populo, regno, omnique omnino cetu loquitur. Populum enim robustum, gentem bellicosam appellamus. Non quod omnes in ea republica robusti sint, sed quod viri ex ea ad bellum selecti, huiusmodi soleant esse. Sic etiam de humano corpore loquimur. Dicitur.n. homo agere vel pati, quæ manus agit aut patitur. Dicitur mundus aut immūdus, si facies aut munda aut immunda sit. Ad hūc ergo modū ecclesia dicitur, amica, pulchra, immaculata, sancta, videlicet ratione bonorum. Hortus conclusus, fons signatus, ratione electorum, qui cum optima pars sint ecclesiæ, imo vero cum sint principes regni cœlestis, quamuis in mundo despicatissimi, verè ac iure quæ in eos cōueniūt, in totam ecclesiam transferuntur.

¶ Sed ais secundo. Si mali ecclesiæ Secunda obiectio. mēbra sunt, mēbra etiā Christi erūt. Sunt autem re vera membra diaboli, quare & ijdem ciues Hierusalē & Babyloniæ simul erunt, & mēbra quoq; simul Christi & diaboli, quo quid absurdius excogitari potest? nisi forte societas sit luci ad tenebras; conuentio Christi ad Belial. Membra certè eiusdem corporis, sibi vicissim contraria esse non possunt. At contra bonum, malum est: contra vitam, mors: cōtra iustum, peccator vt sapiens ait, nō ergo iustus & peccator ecclesiæ corporis membra sunt. Ad hoc fateor, aliud esse partes ecclesiæ esse, aliud membra ecclesiæ esse, nā pars ad omnia refertur, mēbrum vero ad animantis corpus, ita pars sine vita inuenitur, vt in lapide, ligno &c. ac cæteris eiusmodi. Membrum autem verè & propriè sine vita, ne dici ne intelligi quidē potest. Quare improbi partes quidem ecclesiæ sunt, membra autem ecclesiæ aut Christi propriè & simpliciter nō sunt, sed diaboli. At in ecclesia esse cēsentur, ciuesq; ciuitati huic annumerati, ciues tamen mali & flagitiosi. Quo verò pacto boni & mali eūdem popu-

populum conflent, ne sit tamen societas lucis ad tenebras, conuentio Christi ad Belial. D. August. egregiè explicat contra Donatistas post colla. c. 6.

Tertiā obiectio. ¶ Tandem addis, ecclesiam si boni simul ac mali cõstituerent, qua ratione propter paucos iustos sancta dicitur, eadem ac multo etiā maiori propter iniquos plurimos iniqua ecclesia diceretur, quare idem cœtus esset in ecclesia Christi, & in synagoga sathanæ. Ad hoc dixerim non abhorrere à sacrarum literarum consuetudine, si eundem omnino populū, nunc propter iustos fœlicem, nūc propter improbos infœlicem dicamus. En Moyses, Israelem modò vocat populum electum, beatum, gentem sanctā, populū Dei peculiarem, modo durissimæ ceruicis populum, stultum & insipientem. Atque Esa. interdum populum Gomorreæ, interdum etiam populum Dei appellat. Et re vera si scripturæ vsus est, perinde populum reprehendere, ac si omnes mali essent atque ita consolari, vt si omnes boni essent, consequens etiam est, vt populus idem in reprehensione vocetur iniquus, & in consolatione sanctus. Quod si hoc præsidium nobis defuisset, habemus alterum, quod in huiusmodi, maior quædam vis boni quā mali est. Plusquam omnino valet pauci boni vt plebs bona sit, quàm multi mali vt nominetur mala. Ecclesiam præterea sanctā dicimus, quòd Deo peculiariter sacra sit, qua ratione quāuis mali in ea sint plurimi, synagoga sathanæ appellari, nec debet nec põt.

Con. constātien. Hinc. n. in concilio Constan. eius impudens maledicentia damnata est, qui Romanam ecclesiam, synagogam Sathanę appellauit.

¶ *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Hoc loco non conditio, sed similitudo significatur, id quod euidentius explicat Luc. c. 11. a. Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem & nos dimittimus omni debenti nobis. Sentit enim alterum fieri inter filios cœlestis patris, alterum rogat vt fiat. Sicut, quid hic significet. Luc. 11. a

¶ *Sed libera nos à malo.* Apò tū ponerū ab illo malo. Articulus Græcus facit vt magis referatur ad diabolum quàm ad rem, nam diaboli est tentare, & hunc apponit patri à quo cœpit oratio. Nota.

Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Vide infra c. 10. in illa verba. Omnis ergo qui cõfitebitur me coram hominibus.

¶ *Exterminant enim faciem suam.* Vel deformant, obscurant. Tu autem faciem tuam laua & vnge caput tuum. Metaphorica locutio. pro eo quod est humanam laudem in ieiunio tuo cõtemne, vt cum ieiunas te lętum esse monstres.

¶ *Lucerna corporis tui est oculus.* Oculus pro animo, & corpus pro operibꝰ.

¶ *Quod si oculus tuus nequam fuerit.* Id est vitiosus.

¶ *Non potestis Deo seruire & mammonæ.* Mammona vox chaldæa, quæ significat opes & diuitias.

¶ *Ne soliciti sitis animæ vestræ.* Hebraismus est. pro eo quod dicas, ne soliciti sitis pro vita vestra, quid edatis, aut quid bibatis. Anima pro vita sępe numero capitur, in sacra scriptura. Gen. 37. Non interficiamus animam eius, & 19. salua animam tuam. Psal. 40. Qui quærunt animam meā, idest, qui inuestigant me interficere. Deuteronom. 12. Hoc solum caue, ne sanguinem comedas, sanguis. n. eorū pro anima regula. Anima ꝓ vita. Gene. 37. & 19. Psal. 40. Deut. 12.

anima est, vbi anima vitá significat.

¶ *Considerate lilia campi, vel flores. Si ergo fœnum agri quod hodie est.* Sub in agro.

¶ *Lilia agri.* Non ociosè addit, agri, quo.i hortensia nonnihil debere videri poterant curæ humanæ, quemadmodum ante dixerat volucres cœli, vt distingueret ab altilibus.

Regula. ¶ *Nolite ergo soliciti esse de crastino.* Cras & crastinus, pro futuro tempore sumitur in scriptura. Sic Iacob. Respondebit mihi cras iustitia mea. Et Samuel ad Saulem: Cras eris mecum. Et dominus in oratione dominica, in euangelio, secundum Hebræos. Panem nostrum crastinũ, da nobis hodie, idest, panem nostrum futurum da nobis hodie. Sic in hoc loco. Non sitis soliciti de crastino, idest de futuris, ne sitis nimis anxij & soliciti.

Gene. 30. 1. Re. 28.

¶ *Nam crastinus dies solicitus erit sibi ipsi.* Vel solicitus erit de suis rebus.

¶ *Sufficit diei malitia sua.* Vel sufficit sua diei afflictio, idest labor quotidianus, non est augendus cura futuri. Malum & malitia, pro pœna & afflictione sumitur interdum in scriptura, vt est illud. Non est malum in ciuitate, quod non fecerit dominus, & in hoc loco. Sufficit diei malitia sua, & Esaias. Completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius, idest cõpleta est pœna & afflictio eius.

Malum & malitia p pœna & afflictione sumitur, in sacra scriptura. Amos. 3. Esa. 40. a

Cap. VI. Ad mores.

Sunt iusti in oculis hominum & sunt iusti in oculis Dei.

A*ttendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.* Admonet locus iste esse, iustos in oculis vulgi, de quibus Christus hic ait recepisse mercedem suam alios verò in oculis domini; qui miserabiles & cœci prædicantur: quare illi soli verè iusti dicendi sunt, qui in oculis domini inuenti sunt iusti, qualis inuentus est Noe. De quo dicit dominus Gene. 7. c. Te vidi iustum coram me. Quamobrem dicebat Paulus 1. corint. 4. Mihi pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die, qui autem iudicat me dominus est qui vel neque falli, neque fallere potest.

Gen. 7. 1. cor. 4.

¶ *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.* Vult Christus dominus in hoc capite, vt bona opera nostra signemus sigillo intentionis in ipsum, ne ea amittamus, vult nobis merces nostras securas redere, ne post longã nauigationé in ipsa mercatura spoliemur. Spoliabimur auté, si bona opera non propter Deum, sed ad humanã & inanem gloriam captandam faciamus. in moralibus, finis, vt aiũt phylosophi, habet eandem vim mouendi, quã habet principium in naturalibus. Cum autem charitas sit finis, vt ait Paul. ad Timo. ea nos debet mouere, cum autem charitas nos mouerit, dirigẽtur opera nostra in Deum, & tunc poterunt perfecta appellari. Perfectio bonorum operum in duabus rebus præcipuè consistit, in directione ad vnũ finem qui realiter sit bonus, & in electione mediorum illi accommodatorũ, & tunc ille finis est realiter bonus, qñ est etiã principiũ. vis cognoscere, sit ne bonũ opus perfectũ, considera eius finẽ ad quẽ dirigitur: si ille fuerit etiã talis operis principium & prima causa, poteris quiescere, & tale opus bonũ existimare. Ob eã causam asserũt matematici, circulũ esse per fectã figurã quia principiũ & finis idẽ est in illo. Cũ auté Deus sit principiũ & prima

Opera nostra propter Deum & nõ propter mũdi gloriam sunt faciẽda vt digna sint premio cœlesti.

1. Tim. 1.

prima causa aperte concluditur, tunc opera nostra esse perfecta, si eorum finis sit Deus, & ad illum fuerint directa, illique dedicata. Si Deum quæsierimus medijs opportunis, & conuenientibus, si denique sit finis ille, qui est etiam principium. Esse autem Deum principium & omnium rerum primam causam, asserit ipse, qui apud Ioannes de se loquens. Ego, inquit, principium qui & loquor vobis. Et idem Ioannes de Deo loquens, ita ait, omnia per ipsum facta sunt. Et Paulus ad Romanos 11. ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Nec solum Theologi, sed etiam Philosophi, radio naturali illuminati, Deum esse primã causam testantur, sed viri iusti opera sua in Deum dirigunt, eaq. propter illum efficiunt. Pugnantes Iudæi cum Amalech, quandiu Moyses manus leuabat, victoriam consequebantur: Cũ auté eas remisisset, victoriã amittebant: ita literæ diuinæ in Exo. affirmant, quid per manus nisi opera intelligimus: quę cum leuamus & ad Deum dirigimus vincimus, & de hostibus nostris, diabolo, mundo, & carne, victoriã reportamus: si autem ea deprimimus in terram, laudem humanam captantes, & inanis gloriæ desiderio flagrantes, ipsam laudem amittimus, & ab inimicis superamur. Nulla reclarius gloriã consequimur, quã gloriæ cõtemptu: Nam qui appetitu inanis gloriæ ducũtur, & hominũ rumusculos intuetur, clarissimis signis ostendũt, ad Deum sua opera nõ dirigere, nec veræ glorię amplitudinẽ cõtemplari. Qñ Christ9 in suis actionib9 oculos leuabat in cœlos, nos instruere volebat, vt in nostris actionibus intentionẽ leuaremus ad Deũ, ad illũq; mentis aciẽ intenderemus. Quid .n. per oculũ nisi intentio significatur? ita intelligitur quod christus dicebat apud Matt. Si oculus tuus fuerit simplex, totũ corpus tuũ luciđũ erit. Hinc effectũ est: vt cum dicimus oculum dextrum, bonã intentionem significemus: quando sinistrũ, malam: & vt qui sagittã emittit, vt scopũ attingat claudit oculum sinistrũ: aperit dextrum: sic nos in actionibus nostris si volumus verũ scopũ attingere, debemus intentionẽ sinistrã claudere, dextrã vero aperire: debemus inanẽ gloriã paruipendere, Dei autẽ gloriã nostris actionibus quærere, easq; ipsi Deo dedicare, & qñ diabolus intelligit quantũ nobis prosit bona intẽtio, summa diligẽtia conatur, eã à nobis auferre. id significat scriptura li. 1. reg. dicens. conatũ fuisse Naam, vt oculos dextros erueret habitatoribus Iabes Galaad. Naas, serpentẽ significat, quid per Naam, nisi diabolũ serpentẽ antiquum: & quid per oculos dextros, nisi intentionẽ ad Christũ directam intelligimus? Est igitur summa ope nitendum, vt in nostris actionibus inanem gloriam euitemus, instar illius de quo dicitur Neemiæ 4. vna manu. sua faciebat opus, & altera tenebat gladiũ. Nos itaque in virtutum actiones incumbamus toto pectore: gladiũq; ad populi rumusculos resecandos manu teneamus. Magnus Basilius ad hoc propositum, hac elegãti similitudine vtebatur. Faber Ferrarius quando aliquod opus conflat & cudit, debet memoria tenere illũ à quo illud instrumẽtũ ex pacto accepit, pręscriptãq; sibi ab illo formã & magnitudinẽ in animo versari, vt rectè opus efficiat, & iuxta eius volũtatẽ qui illud effici iussit, manũ dirigere: alioqui si eius memoriã ex animo patiatur excidere, aliud qui-

Marginalia (left column): Ioan. 8. — Ioan. 1. — Rom. 11. — Exo. 17. Figura. — Mat. 6.

Marginalia (right column): Simile. — lib. 1. reg. Figura. — Neemi. 4. — Simile.

piam omnino, aut longe dissimile efficiet, ab eo quod facere debet. Eodem modo christianus dum virtutem exercet, debet ita Deũ ante oculos mentis habere, vt nulla eius memoriã deleat obliuio: debet omnes actiones suas ad Deũ dirigere, & iuxta eius voluntatẽ qui eũ rectè operari iubet, manũ mouere. Debet ipsius in mente insidere Dei voluntas, vt illã intuens, in illaq; defixus, omnem cogitationẽ ad eã implendã conferat, vt concitatæ multitudinis gloriã cõtemnẽs, sit vera gloria cumulatus, is egregiè opus perficit, assiduamq; illius memoriã conseruat, à quo id iussus est facere, vereq; illud Dauid cũ dicere poterit. Prouidebã dñm in cõspectu meo semper, qm̃ à dextris est mihi ne cõmouear. Hæc Basilius. Hanc doctrinã voluit nobis Deus in Exod. significare, qñ Moysi iussit, vt duo cherubin essent in propiciatorio vnde Deus ipse loquebatur, vtrunque latus propitiatorij alis expansis tangẽtes. Deus summè benefactor est, & nihilominus tectus, vt nos doceat benè facere, sed nolle ab hominibus videri & gloriã aucupari. Oportet igitur nos solũ Dei gloriã in nostris actionibus quærere, & quẽadmodũ Abrahã, volucres super carnes immolatas descẽdentes abigebat: sic nos inanẽ laudẽ fugere, eãq; à nostris operibus abigẽtes, penitus aspernari. Sectemur Pauli doctrinã dicentis. 1. Cor. c. 10. Siue mãducatis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia in gloriã Dei facite. Nã si opes & thesauros actionum nostrarum ostentauerimus, sicut rex Ezechias viris Babylonis ostendit, amittemus eas, spoliabimur à Babylonijs, & direptioni nimiæq; calamitati comitemur, ex quo efficietur, vt gloriã quęrentes simus omni gloria destituti, cũ ob culpam nostram opes Hierosolymæ sint Babylonẽ translatæ: opes Aegyptias ad terrã promissionis asportare permissum erat, hebræorumq; gloriæ tribuebatur, vt in Exodo, literæ diuinæ testantur: & similiter Babylonias, vt ex c. 1. Esdræ. At non poterãt absq; eorum ignominia, opes Hierusalem Babylonem transferri. Oratorum gentilium eloquentiam, & salutaria phylosophorum præcepta, quæ sunt mundi diuitiæ & thesauri, possumus ad religionem pietatis plenissimam adducere: at ipsius religionis excellentes diuitias amittere, easq; in cõfusionẽ cõuertere nõ poterimus, quin simus magna infamia notati.

Ps. 15. · Exo. 25. Figura. · Figura. Gen. 15. a · 1. Cor. 10 · Esai. 39. c Figura. · Exo. 11. Figuræ. Esdræ. 1.

¶ *Pater noster.* Genesi. 16. dicitur, quod Agar sic nominauit Deum, Tu Deus qui vidisti me, sic eũ nominat, cuius nomen absconditum est, & ineffabile. Mirabatur Dei dignationem quod se, & ancillam & peccatricem, & in deserto, respexerat: ab hoc beneficio eum cognominat, neque enim eum aliter nominare potest, sic & alias Deus nomina sortitur, ab ijs, quæ circa hominem agit. Sic Dauid vocat eũ virtutem & fortitudinem suam, refugium & protectorem, quia talem illum expertus fuerat. Sic Christus iubet in hoc loco, vt eum patrem nominemus, propterea quod paternè se erga nos exhibuit, & semper exhibet. Sic Agar eum è visione nominauit, propterea quod eam, & miseram & afflictam consolatus sit. Sic Dauid. Tu laborem & dolorem consideras, tibi derelictus est pauper. Magni æstimanda sunt quæ Deus nobiscum agit verè enim magna sunt. Vnde & Dauid. Quid est homo, quia visitas eum? &c. Patrem & protectorem & consolatorem agit. Quare sine metu & du-

Gene. 16 · Deus nomina sortitur ab iis quæ circa hominem agit. · Psal. 17. · Psa. 9. · Ps. 8.

dubitatione dicamus, Pater noster qui es in cœlis &c.

Per cælos iusti per terrã peccatores hoc loco intelligi meritò possunt. Origenes D. Greg. ¶ *Pater noster qui es in cœlis.* Per cœlos intelligere poteris, viros pios & iustos, qui ob excellẽtem charitatẽ & contemplationẽ, cœlo comparantur ab origine & Diuo Gregorio. & meritò quidem, cum adhuc in terra constituti, se ferunt in sublime, iamque in cœlis quodammodo habitent: ita enim ait Apostolus. Phili. 3. Nostra enim conuersatio in cœlis est. Simile. Hilarius. Quemadmodum enim rota (vt Diui Hilarij similitudine vtar) licet in terra voluatur, magna tamen ex parte, dum steterit est à terra leuata, parua tamen pars in terra consistit, sic licet pars corporis sit ambulans in terra, anima tamen iusti, quæ maior pars est hominis, conuersatur in cœlis. Est igitur vir iustus sedes Dei, iuxta illud Sap. 7. anima iusti, sedes sapientiæ. Hæc sapientia Christus est. Christus (inquit Paulus) 1. cor. 1. factus est nobis sapientia à Deo. Cum autem sedes Dei sit cœlum: vt ipse ait Esaias. Esai. 66. a Acto 7. F Cœlum mihi sedes est, & in hoc loco. Pater noster qui es in cœlis. Apertè colligitur, iustum esse cœlum. De quo ipse dominus ait: cœlum mihi sedes est. & iustos esse cœlos de quibus intelligit Christus quum ait. Pater noster qui es in cœlis. At per terram, quã per Esa. 66. a Esai. appellat dominus scabellũ pedũ suorum, peccator intelligitur, quem Deus, veluti pedibus conculcat, in quo sensu licebit explicare, quod statim sequitur in hac domini precatione. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra.

Gene. 16 ¶ *Fiat voluntas tua.* Genesis 16. ait Sara. Ecce conclusit me dominus vt non pariam. En ipsa Sara probam & piam se ostendit, idest, non impatienter fert sterilitatem, quemadmodum Genesis 30. de Rachel dicitur: Gen. 30. nec quisquam asperum contra Deum loquitur. Non deplorat sterilitatem suam; nec alijs inuidet fœcunditatem pro magno quidem dono filium accepisset, verum quia Deus non dabat, iudicabat se indignam, bonique consulebat, quomodocunque Deus suã promissionem adimpleret. Verè pius animus. Et hinc igitur nos discamus, in omnibus diuinæ voluntati attẽperare, vt verè possimus dicere. Fiat voluntas tua. Vide etiam quæ Ferus ait Gene. 17. Piorũ est, in omnibus diuinę voluntati attemperare.

Luc. ait. Exo. 16. ¶ *Panem nostrum quotidianum.* Exodi 16. ait dominus: Egrediatur populus & colligat per singulos dies &c. Dignum inquisitione est, cur Deus non dederit eis panem ad mensem, aut quemad hebdomadem saltim seruare possent, sed ad singulos dies? Vult Deus, nos semper ab eius prouidentia pendere, quoniam nouit, nos non adituros eum, nisi indigeamus. Qua in re melior est pauperum, quàm diuitum, conditio. Vult deus nos semper ab eius prouidentia pendere. Sunt enim singulis diebus pauperum oculi ad Deum, vt eorum misereatur, & necessaria, saltim ad illum, tribuat diem. Vt etiam nullus transeat dies, quo Dei circa se non sentiãt beneficia, & ob id saltem sint semper memores Dei. & voluit (meo Nota. iudicio) nos docere, vt etiam si frumẽtum & alia ad vitam necessaria penes nos recondita habeamus, ita tamẽ grati simus, ac si singulis diebus ab eo recepissemus. Quamobrem hebræi arbitrantur, voluisse Deum terram septimo quoq; anno quiescere, vt illam anxietatẽ, quolibet septennio, diuites paterentur, quã pauperes, singulis dieb9 ac annis patiuntur: in quẽ sensum arbitror: cum in hac oratione docuisse:

 panem

panem nostrum quotidianum, da nobis hodie, ac si diceret: Panem quem quotidie à te expectamus, da nobis hodie illum.

Gen. 18. ¶ *Sanctificetur nomen tuum*. Gene. 18. Iusti & pij vt in omnibus, & ab omnibus sanctus & gloriosus Deus habeatur, contẽdũt. ait Abraham domino. Nunquid perdes iustum cum impio? Quo verbo admonet Deum nominis & gloriæ suæ, quasi dicat, esto, sunt mali Sodomitæ non dubium. tamen cum inter eos multi boni sint, iusti autem iudicis non minus sit eripere bonos, quã punire malos: Si igitur cum impijs etiam bonos perdideris, peribit nomen tuum & gloria tua, omnes te immitem & immisericordem clamabũt, qui nec seruitoribus tuis parcas. Nullus iustitiam sequetur, si viderint nullum iustitiæ præmium, sin autem propter iustos, etiam impijs parcas, mirũ in modum crescet gloria tua. Vides quid Abraham prætendat. Nempè gloriam nominis domini: atque hoc vno, vel maximè mouetur Deus. Hoc

Exo. 3. autem etiam Moses orauit. Obsecro (inquit) domine, ne dicant Aegyptij, calidè eduxit eos. Sic docuit hic Christus ante omnia orare vt sanctificetur nomen domini.

¶ *Cum autem ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes*. Merito Chryso. diffinit hypocrisim dicens. Est autem hypocrisis, subtile malum, secretum virus, venenum latens, virtutum fucus, tinea sãctitatis. Et iudicio meo, perniciosior est aperta iniquitate, quoniam in virtutis imagine delitescit, nam vt in magno mare perniciosiores sunt scopuli, qui breui operti aqua, tristem ac cæcum & miserabilem, non obseruantibus inferunt interitum, quã rupes eminentes, quas nautæ facilè vitare possunt, sic hypocritæ qui in animi latebris malitiam retinentes, speciem pietatis foris ostendunt, tetriores sunt omnibus illis improbis, qui sunt ab omni virtutis simulatione alieni, quoniam horum pestem poteris facilè fugere, illos autem virtutis personam induentes: nec cito cognosces, neque eorum dolum & perniciẽ quam moliuntur, facilè declinabis. Vt enim argentum cum sit candidum, nigras tamen ducit lineas, sic homo hypocrita, cum religionis candorem foris ostendat, intus tamen niger est, sordidasq; ieiuniorum suorum, cæterarumque actionum lineas ducit. lege in cap. 22. ibi quid me tentatis hypocritæ?

D. Chry. Hypocrisis descriptio. Hypocrisis peior est aperta iniquitate Sil. Simile.

¶ *Cum ieiunatis &c.* Quatuor vitia legimus apud Ezechielẽ in causa fuisse vt Sodoma penitus deleretur. Superbiam, abusus diuitiarum, gulam, & otium. Tribus ergo vitijs omissis, de gula, ac de eius opposita abstinentia, ac ieiunio impresentiarum agere opportunum esse iudicaui. Est ergo gula multorum vitiorum mater. De hebræis vitulum aureum colentibus ait scriptura. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, vbi ludere capitur pro adorare idolum. Ita interpretantur etiam nonnulli illud Genesis: vidit Sara Ismaelem ludẽtem cum Isaac. Hoc est adorãtem idolum, illudq; Isaac ostendentẽ, vt illud veneraretur. In libro Deut. loquens Deus de hebræis, ait: Cum comederint, & saturati, crassiq; fuerint, auertentur ad Deos alienos. Et per Oseam, saturati sunt & leuauerunt cor suum, & obliti sunt mei. Vnde ait dominus apud Lucã væ vobis, qui saturati estis, quia esurietis. Gula est lignorum strues, quibus inflammatur libido. eam ob causam ait in epistola ad furiã D. Hieronymus: non Ethnæ ignes, nõ vulcania

Ezec. 16. Gula multorum vitiorũ mater. Exo. 32. Gen. 21. Deut. 32. Osea. 13. Luc. 6. d Simile. D. Hiero.

cania tellus, non Vesuuius, & Olympus tantis ardoribus æstuant, vt iuueniles medulæ vino plenæ & dapibus inflammatæ. Dan. 13. Figura. Colens rex Babylonis belum idolum, quod viuum esse & comedere existimabat, cum eius sacerdotes omnia quæ idolo apponerentur comederent, & regem deciperent, iussit escas poni in altari idoli. Sed Daniel accipiens cinerem, cribrauit per totum templum corā rege, qui ostio clauso & signato abiuit. Sacerdotes autem ingressi sunt nocte, & omnia comederunt. Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cū illo, & aperiens ostium, respiciens ad altare carnium & epularum exclamauit: Magnus es bele, existimauit enim idolum suum omnia deuorasse. at Daniel subridens orauit regem, vt videret pauimentū, & pedum vestigia in cinere expressa. Cum verò rex aspiceret ad cinerē pauementi, statim ei fuerunt sacerdotū fraudes perspectæ. Dum locum carnium & escarum intueretur, deceptus est: Cum verò cinerem contemplatus esset, intellexit veritatem. Si ad escas, ad gulam, ad ebrietatē respexerimus, si in his rebus voluptatem constituerimus, erimus absque dubio decepti. Et idolum colemus & in erroribus intolerandis versabimur. At si cinerē, si puluerem, in quem sumus conuertendi, animo contemplati fuerimus, reuocabimus ad veritatem rationem: & abstinentiæ studentes, nostrāq; fragilitatē cōtemplantes, dabimus operā vt carnē animo subijciamus, eamque nullis flagitijs deformemus. Commendatur ieiunium. Simile. Simile. Ieiunium est eos, vbi anima acuitur, & perpolitur. Quemadmodum auceps in escario tendit rete ad aues capiendas, sic dæmon, vt Euam caperet, in gula ei tetendit tentationem: & Gen. 3.

in ea volebat etiam Christum irretire, cum illi dixit: Si filius Dei es, dic vt lapides hi panes fiant. Supra 4. c. Dæmon qui Euam decepit, qui filium Dei etiam decipere conabatur, qui multos ad gulam incitauit, his nostris temporibus persuasit Luthero, eiusque sectatoribus, vt ieiunia ab Apostolis instituta, & ab ipsis vsq; ad nostra tempora semper ab ecclesia catholica approbata & obseruata, contemnerent & eijcerēt, & eorum loco colerent voracitatem, intemperantiam, & gulam. D. Hiero. in episto. ad Lætam de institutione filiæ, & lib. 2. aduersus Iouinianum, & in Esaiam c. 58. miris laudibus extollit ieiunium quadragesimale, & asserit esse ab Apostolis constitutum. Ieiunium 40. ab apostolis constitutum. Ieiunauit Christus 40. diebus, & 40. noctibus, & eam ob causam Apostoli quadragesimale ieiunium constituerunt. Dixit enim idem dominus: qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Vnde Hieron. ad marcellam aduersus montanum ait: Nos quadragesimam secundum traditionem Apostolorum ieiunamus. D. Hiero. Id quod vniuersa tenet ecclesia, & semper tenuit, quod neq; est in sacra scriptura constitutum, nec cōcilijs, neque decretis summorum pōtificum, rectè ab Apostolis traditum esse creditur. Cum enim consuetudinem videamus in tota ecclesia obseruatam, cuius origo est adeò antiqua, vt nullum demus concilium, ante quod iam nō esset, nullum decretum patrum, quod ipsa non præcedat, nullum doctorem ecclesiasticum, ad quē possit referri, cum ante ipsum fuerit, & ad Apostolorum vsque tempora retrotrahatur, est absque dubio ab ipsis Apostolis profecta. Huiusmodi est consuetudo ieiunandi, quæ fuit ab

Apostolis constituta. Huius mentionem facit Augustinus ad Casulanum epist. 86. & ad Ianuarium epist. 118. & 119. Ambro. ser. 25. & 38. Chrysol ad populum Antioche. hom. 3. & 26. Basilius in concione de ieiunio, & in ea, quam habuit in ebriosos. Origen. hom. 10. in Leuit. Irenæus apud Eusebium, c. 24. lib. 5. Ecclesi. histo. & lib. 3. c. 1. suorum operum. Thelesphorus Papa vicinus temporibus Apostolorum in epist. ad vniuersos. Ignatius epistol. 4. ad Philip. Theophilus Alexandrinus lib. paschali. 1. & 3. Epiph. hæresi 80. Leo Papa in concione de pentecoste, quæ incipit, plenissime. Sozomenus histo. tripar. c. 10. Maximus episcopus, & multi alij, quos longum esset recensere. Habemus etiam canonem Apostolorum. 68. Probatū etiam à Trulla synodo, canone 9. & 20. In conc. Niceno. cap. 5. expressa fit mentio ieiunij, ea tanquam rei in ecclesia cōsuetissimæ. Et refertur caput illud. 8. d. c. habeatur. Concilium etiā Agatense, Aurelianēse, & Laudicēse, ieiunij meminerunt, illudque laudibus extulerunt. Nullus est catholicus doctor, siue recens, siue antiquus, qui ieiunij mentionem faciens, illud non laudet, qui non dicat, sanctam esse Dei legem de ieiunio. Solum hæretici illud damnant & irrident, quibus nihil est magis in optatis quam se in epulas ingurgitare, & Epicureum dogma contra Christi doctrinam sequi, & gētium cæcarum bacchanalia restituere. In euangelio aiebat Christus Deus noster: venient dies, cum auferetur ab eis sponsus & tunc ieiunabunt. Illud opere impleuerunt Apostoli: nam vt ait in Act. D. Lu. ministrantibus illis domino, & ieiunantibus, dixit illis spiritus sanctus: segregate mihi &c. Et rursus: Cum constituissent illi, super singulas ecclesias, presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, commendauerunt eos domino. In epist. 1. ad Co. ait ita D. Paul. In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros in multa patientia, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs. Ipsemet dominus ita in hoc loco ait cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes &c. Tu autem cum ieiunas vnge caput tuum & faciem tuam laua, ne videaris ab hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Si pater cœlestis reddet mercedem ieiunanti, ergo ieiunium meritorium est. Christus ait ieiunium esse bonum & meritorium, D. Pau. ait, vt exhibeamus nos Dei ministros, in ieiunijs, Apostoli ieiunauerunt, & legem de ieiunio obseruando tulerunt. Concilia hoc asserunt, omnes sancti patres hoc affirmant, tota ecclesia catholica hoc præcipit & seruat: lutherani illud execrantur. Cui credemus Christo, an luthero? Apostolis, an hæreticis? ecclesiæ Christi, an synagogæ diaboli? Christum sequentibus an epicurum imitātibus? Miror absque dubio hæreticorum nostri temporis cæcitatem, impudentiam, & intemperantiam, qui vt se totos tradāt comessationibus & ebrietatibus, conantur auferre ab ecclesia id, quod in ea non solum catholici, sed etiam ethnici admirantur, & summis laudibus extollunt. Ieiunium enim & ciborum abstinentiam, etiam gentes à fide alienatæ laudarunt. Liu. lib. 35. ita ait: prodigiorū causa libros sibyllinos ex senatus consulto decem viri cum adijssent, renunciarunt ieiunium instituendum cereri esse. Et Ouidius in fastis ait: Numam Pompilium,

Margin notes: D. Aug. · D. Ambr. · D. Chry. · D. Basi. · Orige. · Irenæus. · Thelesphorus. · Ignatius. · Theophi. · Epipha. · Leo. · Sozome. · Maxim. · Inf. 9. · Luc. 5. · Act. 13. · Act. 14. · 1. Co. 6.

lium, quando orationem habuit pro frugibus, carnium Esu abstinuisse. Seneca epist. 61. Ventri, inquit, obedientes brutorum animalium loco numeremus, non hominum. Est praeclara epistola Platonis ad Dionis propinquos, in qua scriptum est his ferè verbis: nullo modo placuit bis in die saturum fieri. Niniuitæ in calamitatibus constituti, ad ieiunium cōfugerunt, quo Dei iram aduersus seipsos placarunt. Contra veró gula causa fuit excidij Sodomorū vt asserit Ezechiel his verbis. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & abstuli eos, sicut vidisti. Ne ergo nobis idem contingat coerceamus carnem ieiunijs & abstinentia: atque iuxta Pauli sententiam, cum vitijs & concupiscentijs crucifigamus. Vt enim equo ferocienti & sessori minime obtemperanti pabulum subducitur, & pro hordeo tribuitur ei palea, sic carni nostræ spiritui aduersatrici, & ob dapes, & delicias, & epularū varietates ratione rebellatrici subducenda est escarum copia, & cibus sobrius suppeditandus: vt sedata & castigata: animo sessori suo libenter obediat. Audi D. Paulum dicentem: Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Domato corpore & in seruitutē redacto, liberius insurgit spiritus ad obsequium Dei, ad diuina mysteria contemplanda. Nam vt ait idem Apostolus licet is, qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is, qui intus est renouatur de die in diem. Vt inimici in obsidione se dedunt hostibus, si illis alimenta auferantur, ita caro & sensualitas hostes animæ, ablatis epulis se tradunt ipsi animæ, & ieiunio inutilia desideria coercentur. His causis adducta sancta mater ecclesia Romana catholica ieiunia instituit à tempore Apostolorum non sine exemplo Iesu Christi seruatoris nostri, qui in deserto quadraginta diebus ieiunauit. Cum autē ipse dicat: si quis vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur. Oportet nos ieiunare, vt illum sequamur. Si commortui sumus, inquit Apo. in 2. ad Tim. conuiuemus: si sustinebimus, cōregnabimus, & in 2. ad Cor. sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis. Et ad Ro. si filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autē Christi: si tamen compatimur, vt & cōglorificemur. Nonne aspicis apertè opus esse compati cum Christo, vt cum illo glorificemur? Id intelligens Chryso. ait: Si vis regnare cum Christo, patiaris cum Christo. Nostra in hac vita beatitudo in Christi imitatione consistit. Sed cum imitamur eos, qui Christum imitati sunt, Christum ipsum imitamur. Eam ob causam aiebat. D. Paul. in 1. ad Cor. Imitatores mei estote, sicut ego Christi. Sed diabolus qui Christum tentauit, vt frangeret ieiunium, & comederet, videns nihil aduersus Christum profecisse, se ad eius membra cōuertit, christianis suadens, vt ieiunio repudiato, epulis se dedant, & corporis voluptatibus. Et his suggestionibus & insidijs magnā hominum multitudinem hac nostra ætate decepit, & animo superauit, qui contempto ieiunio, defecerunt à fide seq; ad lutheranos contulerunt, qui à diabolo possesi ieiunia irrident, vt diximus, alimentorum abstinentiam subsannant, seseque totos in turpes voluptates ingurgitant. Tandem sequun-

Margin notes (left column): Seneca. — Plato. — Ion. 3. — Ezec. 16. — Gal. 5. — Simile. — 1. cor. 9. d — 1. cor. 4. — Simile.

Margin notes (right column): Supra 4. — 2. Tim. 2. — 2. cor. 1. — Ro. 8. — D. Chry. — 1. cor. 4. d

quuntur magistrum suum lutherum hominem deditum ventri, libidinũ facibus in censum, qui nocte quadam ob nimiam comessationem & ebrietatem fuit morte subita correptus, & à dæmone suffocatus. Ieiunium vituperant quod Christus obseruauit, & miris laudibus extulit. Tanta est ieiunij vis, vt interrogantibus discipulis quare non potuissent dæmonium quodam eijcere, responderit Iesus, vt asserit D. Marcus: hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. Sed quoniam ieiunium eijcit dæmonium: præcipit ipsum dæmoniũ lutheranis ieiuniũ penitus repudiare. Neque solum Christus ieiunauit, & ieiunium laudauit, sed etiam voluit eius in hoc euangelio modum docere, ne res tam eximia ob inanem gloriam amitteretur: vt statim docebimus. Per Ioelem ita ait Deus: conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. In lib. Tobiæ sunt hæc verba literis consignata: bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna, magis quàm thesauros auri recondere. In libr. Iudith: scitote quoniã exaudiet dominus preces vestras: si manentes permanseritis in ieiunijs. Diuinus psaltes cecinit: genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum. Et alibi, humiliabam in ieiunio animã meã. Et iterũ: operui in ieiunio animã meã. Esdr. li. 1. prædicaui ieiuniũ iuxta fluuium Ahaua, vt affligeremur corã dño Deo nostro. Moyses ieiunauit 40. dies, similiter & Helias: quã ob causam ait D. Hier. eos apparuisse in mõte cum Christo transfigurato, qui quadraginta dies ieiunauerat. Sed nõ opus est in re tam certa multis immorari valeant hæretici qui proprio iudicio subuersi sunt. Nos verò fideles Christum sequamur, Christum imitemur, doctrinam sanctam ac salubrem amplexemur: carnemq; nostrã ieiunijs & abstinentia spiritui subijciamus. Carnem nostram diuini amoris igne comburamus, & totam Deo immolemus. Si enim eam effrænatã, sibique præsidentem exultare & nutrire reliquerimus, abijciet moderationem & continentiam, & animum perturbabit, & ad perniciem sempiternam adducet. Hæc est Eua nos ad pomum prohibitum inuitans. Hæc est Aegyptia Putipharis vxor Iosephum ad falsas voluptates volens allicere. Hæc est Iael Sisaram ficto amore seducens, sed vere occidens. Hæc est Dalila, quæ Samsonem in sinum suũ blandè excepit, eique capillos amputauit, tradiditque philistæis hostibus suis, qui illum oculis priuarunt, & ad ignominiã traduxerũt. Hæc est puella saltatrix, quæ Io. caput petiuit: Hæc est ancilla ostiaria, ad cuius vocẽ Christum negamus. Eam debemus coercere & castigare iuxta id, quod ait Apostolus in 1. ad corint. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Et ad Rom. Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequiũ vestrum. Hostia occidebatur & Apostolus monet vt carnẽ mortificemus, vt sit hostia viuens, vt sit victima viua. Si victima est, occisa est: Si occisa, quomodo viua? qui fieri põt vt mortua & viua eodem tempore sit? vult significare Apostolus, ita nos debere carnem mortificare vt sit mortua peccato viua autem gratiæ, mortua concupiscentiæ viva verò virtuti. Imo viua esse non poterit nisi hoc modo fuerit

Ieiunij vis maxima. Mar. 9. | Ioelis 1. | Tob. 12. | Iudi. 4. | Psal. 108. | Psa. 34. | Psa 68. | 1. Esd. 8. | Gen. 3. | Figuræ. | Gene. 39. | Iud. 4. | Iud. 16. | Mar. 6. | Io. 18. | 1. co. 9. | Rom. 12. | Explicatur locus Pauli.

Rom.8. rit mortua: ait enim Aposto. Si secúdum carnem vixeritis, moriemini: sin autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Viuere secundú carnem est eius imperio subesse, eius legibus obtemperare, eius desiderijs duci. Ro.13. Ideo ait postea in eadem epistola Apostolus: Curam carnis ne feceritis in Colo.3. desiderijs. Et ad colossen. mortificate membra vestra, quæ sunt super terrá. Gal.5. Et ad Galat. qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cú vitijs, & concupiscentijs.

¶ *Nolite fieri sicut hypocritæ tristes, exterminant enim facies suas vt appareant hominibus ieiunantes: amen dico vobis receperunt mercedem suam.* Modus ieiunandi præscribitur. Iam hic modum ieiunandi præscribit dominus vt ieiunium meritorium sit, & imprimis docet vt quotiescunque nos pietas hortata fuerit ad ieiunandum, non velimus imitari quosdam non ieiunatores, sed ieiunij simulatores, frontis tristitia ieiunij personam præ se ferentes, cú re ipsa non hoc agant, ob quod ieiunium debet adhiberi, nimirú vel ob placandum Deum, vel ob corporis castigationem, quo liberior sit animus sacris rebus vacaturus: sed hoc fuco laudem inané captant apud homines, quibus Deo contempto, fabulam hanc agunt. In hoc enim ad pallorem & tristitiam, obnubilant facies suas, quo vel ipso corporis habitu cóspicuum sit omnibus eos ieiunare. Et Simile. quemadmodum nautæ qui ventorú cursu feruntur, existétes in portu nó soluunt absque venti prosperitate ad voluntatem flantis, & sępè longi temporis interuallo expectant ventum, aliás non nauigaturi, sic huiusmodi hypocritæ in suis ieiunijs cæterisque actionibus populi plausum quærunt hominumque rumusculos & inané fauorem aucupantur, alioquin nulli bono studio operam daturi. Hi non rectè facta, sed rectè factorú præmia sequuntur, Deumque minimè intuétur. Hos nullo modo imitari debemus vt in hoc loco admonet Christ9: sed imitemur regem Dauidem dicentem: prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne cómouear: ac si diceret: Deus mihi semper ante oculos obuersatur: nihil cogito, aut loquor, aut efficio, quin illud ad eum dirigá, illumquo adesse cogitem. Psal.15. Et merito quidem, nam ille mihi animi fortitudinem & constantiam tribuit, ne vlli ærumnarum oneri succumbam. In episto.1.ad cor. ait D.Paul. siue manducatis, siue bibitis, siue quod aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. 1.cor.10. Vt nemus vmbriferum, prima fronte amœnum táta oblectatione pascit oculus virentium plantarum varietate & densitate, vt videatur voluptatis causa comparatum, cum intus sit plenum serpentibus venenosis, lupis rapacibus alijsque feris nociuis & immanibus, sic hypocrita, cum foris sanctus appareat, omnibusque virtutum ornamentis excultus oblectat oculos videntiú: at intus latet superbia, auaritia, inuidia, cæteraque scelera indomitarum ferarum more, in cordis sylua passim vagátia. Simile. Et vt ego existimo illi sunt teterrimi iudicandi, qui cum maximè fallunt, tunc id agunt, vt virtute præditi esse videantur. Illud tamen velim tibi persuadeas, me inané gloriam vituperare, non eam, quæ solida est, & virtutum cósectatrix, quæ altis radicibus innititur quę est honestatis præmium & virtutis splendor. Hæc gloria est inanis gloriæ contemptrix, ambitionis expultrix, non popula-

Inanis gloria vituperanda est, non tamé ea quę ex virtute oritur, quæ Dei gloria delectatur ad quá refertur.

pularem auram affectat. nō ambit præfecturas, sed Dei gloria delectatur, ad quam absque dubio refertur. Qui viris magnanimis, sapientia atque virtute illustribus, qui se ad literarum studia excolenda, vel ad rempublicam pace aut bello administrandam contulere, hanc veram solidamque gloriam prohibere voluerit, is mihi videtur nautis præcipere, vt onerariā nauim vi remorum dumtaxat impellant, & in mari nauigent absque velis & ventis. Præceptum quidem asperum & difficile. Possumus igitur veram gloriam ad Dei gloriam relatam appetere, ad quem pennas & alas nostras, extendere & dirigere debemus. At hypocrisim omnem detestemur quæ pessima est, comparat dominus apud Ezechielem hypocritis vulpibus dicens: quasi vulpes in deserto prophetæ tui Israel erant. Appellat eos fallaces, omnia mendacijs ac fraudibus & simulationibus peruertentes. Vt vulpes insidiantur auibus domesticis, sic illi familiares suos decipere conabantur. Quidam hunc locum vertunt, quasi vulpes in macerijs. Latent enim vulpes in vinearum macerijs, vt insparatò prodeuntes eas vastent. Eodem modo hypocritæ malitiam suam sub virtutis tegumento operiunt, vt cum vires. Et tempus habuerint, incautis alijs inferant detrimentum. Vipera quamuis pestilens, dum tamen frigore torpet, tutè tractatur, non quod desit venenum, sed quod illud nō possit exercere. Sic hypocritis perniciosis ad impia facinora sua executioni mādanda tempus deest aliquando & potestas, non voluntas, quæ in dies crescit. Ideo danda opera est, vt statim in principio capiantur, ne eorum flagitia in immensum augeantur. Id quippe est, quod ait sponsus in cano. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. viro sapienti vita sua vinea est, plena vitibus virtutum, & botris bonarum actionum: vinea impij tota spinis syluescit. Pessima vulpes hypocrita est, & blandus adulator. Dabit autem vir iustus operam, vt illos Deo capiat monitis salutaribus, precibus feruentibus, beneficijs præstantibus, ne spirituales vineæ, cultæ & fructiferæ deuastētur. Vt pellis vulpis in pretio est, caro autem nihil valet, sic exteriora hypocritæ magni æstimantur, interiora autem nihil pendun tur. Volens carbo prudens homo Syllam crudelem & fallacem vocare, aiebat, vt refert plutarchus, eum leonem esse & vulpem. Et lysander addēdam esse dicebat vulpinam pellem, si leonina non satis esset, hoc est, addēdam esse calliditatem & fraudem quādo vires deessēnt. Itaq; omnes veteres per vulpen intelligebant hominē vafrum, & versipellem, & dolos sub virtutum tegumento conflantem, & vno verbo comprehendam, hypocritam. vnde fluxit vetus prouerbiū vulpes annosa haud capitur laqueo. Explicans diuus cyrillus locum illū euāgelij: vulpes foueas habēt & volucres cœli nidos, filius autē hominis nō habet, vbi caput suum reclinet: quæ verba Deus dixit cuidā dicēti velle eum sequi intelligitur per vulpem hypocrisim, per auem iactantiam. Ac si diceret Christus: cum vulpes & volatilia in corde tuo habeant mansionem: qui fieri potest, vt in te Christus requiescat? Non eum sequitur hypocrita, neque arrogans. Hypocrita est pomum foris pulchrū, intus verò corruptum, & totum labefactatum. Arrogās est populus arbor procera, quæ fertur

Hypocrisis detestanda à nobis est. Ezec. 13. Similia. Simile. Can. 2. Explicatur locus. Simil. D. cyrill. Luc. 9. Simile.

fertur in sublime, sed nullum fructū producit. Cū Herodes vellet per sum mum scelus Christum occidere, & flagitium hoc virtutis specie occultaret dixit Christus illis, qui hoc ad illum, Luc. 13. referebant: Ite, & dicite vulpi illi &c. Iac. 7.c Et discipulis suis: attēdite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimētis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: á fructibus eorum cognoscetis eos. De ijs, ait Apostolus in epi- 2.Tim.3. stol. 2. ad Timot. speciem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegan 2.cor.11. tes. Et in 2. ad cor. Sathanas transfigurat se in angelum lucis: non ergo est mirum si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ, quorum Iob 13. finis erit secundum opera eorum. Iob: spes, inquit, hypocritæ peribit: nō ei placebit vecordia sua, & sicut tela aranearum fiducia eius. Et rursum: gau- Iob 20. dium hypocritæ ad instar puncti. Et Ps. 54. psalmographus: molliti sunt sermones eius super oleū, ipsi autē sunt iacula. Eam ob causam sunt magnopere euitandi. Vnde aiebat Christus: attendite à fermento pharisæorum, Luc. 18. in quo est hypocrisis. Pythagoras nō Pythagoras. ob aliam causam aiebat, nō esse ea gustanda, quibus nigra erat cauda, nisi vt nos doceret esse hypocritarum insidias declinandas. Et si enim candorem & animi puritatem prima facie habere videantur, cauda tamen & finis tetra est, & propositum deprauatū. Dulces sunt verbis, sed ita dediti vitijs, vt cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio. Infelices homines, furijs depravatæ conscientię cruciati: induūt personam sanctorum, intus autē alūt alta mente dolos, quibus ipsi torquentur. At magna voluptas est æqualem ac parem verbis & cæremonijs vitam agere, atq; ita viuere, vt omnis oratio moribus consonet, & exteriora cum interioribus cohęreant. Qui ita vitā degunt cum ouibus possunt comparari, non autem cum vulpibus quemadmodum hypocritæ de quibus aiebat, vt sursum diximus, Ezechiel quasi vulpes in desertis. De eisdem hypocritis loquebatur dominus apud eun- Ezec. 22. dem vatem c. 22. cum dicebat: omnes isti, æs, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis: æs, propriè species est metalli rubro colore, similitudinem quandam habentis auri: cum aurum non sit. Stannum etiam argētum imitatur, cum nihil minus sit quàm argentum. Tunc tetriores sunt, quum se candidiores ostendere nituntur. Totius enim improbitatis nulla perniciosior est, quàm eorū, qui cum maximè fallunt: tunc id agunt vt viri virtute præditi esse videātur. Et quamuis cum laudantur ab hominibus, exultent: eorum tamen voluptas fluit statim, & euanescit. Id intelligēs Sophar, dicebat apud Iob, laus im Iob 20. piorum breuis est, & gaudium hypocritæ instar puncti. Et Salomon in ec Eccle. 8. clesiaste: vidi impios sepultos, qui etiam cum adhuc viuerent, & in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum. Sed & hoc vanitas est. Et quemadmodum qui fi- Simile. cto boue perdices aucupatur, non est ille bos, sed sub specie illius simplicis animalis auibus illis insidiatur, vt eas capiat, & occidat, sic qui ficta virtute flagitia tegit gloriam quærens humanam, non est ille iustus, sed sub specie iustitiæ alijs perniciem machinatur, vt eorum diuitias possideat, & nominis celebritatem consequatur. Et quā uis ex hypocritis nonnulli opes suas relinquant eas in pauperes conferendo, hoc tamen efficiunt, vt alias multo

Simile. to ampliores obtineant. Vt enim falco accipitrum velocissimus arripere cupiens ardeam auem alte volantem, de qua ait latinus poeta: atque altam supra volat ardea nubem, non statim cũ primũ eam videt, ad eam recto tendit volatu, sed potius primo cursu & anfractu videtur eam relinquere, & contemnere, & ab ea fugere, & separari, at secundo volatu, aut tertio, ad eã admirabili tendit impetu & incredibili velocitate, vt illã vnguibꝰ rapiat in aeris altitudine, sic hypocritæ primo anfractu videntur aliqñ mũdi opes & dignitates relinquere, & aspernari, sed hoc fingũt, vt eas altiores aucupentur, cũ illustriore nominis amplitudine, & celsitate. Secundo.n.aut tertio volatu mira celeritate & industria eas arripere conãtur. Nihil est illis magis cordi, nihil magis in optatis, quã ea cõsequi quæ despicere vidẽtur: id quod in nõnullis cõspeximus, qui ad ea, quæ cõtẽnere fingebant, cupiditate incitati rapiebantur. Sed qm̃ ea, cum flagitiosi essent, cõsequi non possent, flagitia sua charitatis colore ornabant, & æs vanitatis & malitiæ auro charitatis & virtutis cooperiebant. Est.n.charitas aurũ ignitũ. De Apo. 3. quo ait Deus in Ioan. Apocal. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatũ. Hypocrita est falsum nunisma æneum, sed deauratum, virtutem fin-Simile. gens, cum sit vitio imbutus. Omnis homo numisma est, in quo est imago D. Hiero. Dei. Sed vt ait D. Hiero. & si ad imaginem & similitudinẽ Dei conditi simus, ex vitio tamen nostro, personas nobis plurimas induimꝰ. Adami pec-Epiph. catũ, vt ait Epiphanius, imaginẽ Dei non perdidit, sed cõtaminauit. Tetri & scelerati homines Dei imaginẽ sceleribus suis quantũ in se est, polluũt, & cõtaminãt: & vt ait in lamẽtis suis Hiere. Denigrata est super carbones facies corũ. Nihilominus tñ numus Thre. 4. Dei sunt, eius imagine insigniti: quare reddendi sunt Deo, quẽadmodum numus Cæsaris Cæsari. Quærit Christus numũ suũ, quærit Cæsar suũ. Il-Luc. 20. le.n.ait, reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. At vult vt numus suus sit ex auro aut argẽto, nõ autẽ ex ære & stanno. Cupit virtutẽ solidã & expressam, nõ fictã & adulterinã: eos diligit qui pietatẽ & iustitiã diligunt & colunt, non qui harũ rerũ vmbris solũ vtuntur. Hi sunt de qui-Eccle. 2. bus ait scriptura: væ duplici corde & labijs scælestis, & manibus malefaciẽtibus: & peccatori terrã ingredienti duabus vijs. Duabus vijs terrã ingreditur hypocrita, cũ aliud recõdit in animo, aliud factis ostẽdit: aliud eloquitur, aliud agit. De eo dicitur in Deut. nõ indueris vestimento quod ex lana linoq; cõtextum est. Ac si dicat, quod Deut. 22 subtilitatẽ malitiæ lino designatæ co-Figura. operit, & simplicitatẽ innocẽtiæ lana significatæ exterius fingit. Quẽadmodũ fecit Herodes, qui magis orienta-Mat. 2. libus deuotionem in Christũ exteriꝰ demõstrabat, sed gladiũ acuẽs, nefariã cordis immanitatẽ colore virtutis depingebat, huiusmodi erãt habitatores hierosolymæ regnãte Sedechia, qui Dei lege gloriabantur, sed eã seruare nolebãt. Vera virtus est æqualẽ ac parẽ verbis vitã agere, atq; ita viuere, vt verba cõsonẽt factis. Sunt qui, cũ iustitiã oppugnent, verbis consequi volunt, vt iusti esse videantur. Vt.c.grac-C. Grac. chus cum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærariũ, Verbis defendebat ærariũ. Eodem modo Hebræi illi vocibus protegebãt virtutẽ, factis verò eam de medio tollere nitebãtur.

cos

eos apud Ezec. loco superius adducto non aurum & argentum, sed æs, & stã num appellat. Vocat eos etiam ferrũ ob cordis duritiam & contumaciam, & ob nimiam scelerum ferruginem; plumbum ob effrænatam libidinem, qm̃ metallum hoc ad ignis calorẽ confestim liquescit, & ob graue: peccatorũ pondus, Relinquamus ergo hypocritas istos virtutẽ fingentes & nihil ab eis magis alienum quam virtus ipsa. Veneno enim plenũ est cor eorũ.

Simile. Vt. n. in pharmacopolæ officina & miropolio inter alia vasa sunt nõnulla ornata literis me dicamẽtũ aliquod salutare illic inclusum significãtibus cum tamẽ nihil præter toxicũ contineãt, & remediũ aduersus venenũ pręse ferentia, sunt plena veneno, sic hypocritæ fingunt se virtute præditos, & sapiẽtia ornatos, cum sint nefarijs sceleribus imbuti, & pestilẽtibus hæresibus cõtaminati, & omni vera sapiẽtia destituti. Et vt verbis vtar diui

Rom. 1. Pau. repleti sunt omni iniquitate malitia, fornicationi, auaritia, nequitia, inuidia, homicidio, contentione, & dolo. Itaq; aut nõ docent virtutes sed vitia, aut si virtutes docẽt nihil hoc prodest illis, cũ id quod verbis docẽt operibus destruũt. Vt saltandi magister non poterit commode discipulos suos verbis instruere, nisi ipse ludũ saltatoriũ ingrediatur, & saliat ac tripu

Simile. diet: sic qui se magistros vẽditant virtutũ, debent eas exercere & operibus instruere, eaq; actis efficere, quæ verbis alios docent. Exeant ad circũ, exerceant tripudiũ virtutũ, & ita plus operibus proficient vno die, quàm verbis multis annis, si facta discrepant à verbis. Oleum perdunt & operã plerunq;, qui honestatem in ore cõtinẽt dũ taxat, in corde verò, & manibus impia flagitia. Sed de hoc alias diximus. Vt os plenũ medulla est vtilis esca, & optimũ alimẽtũ at absq; medulla cibus est canis, sic ceremoniæ exteriores sic abstinentia & eleemosynæ cũ animi virtute cõiũctæ, & species honestatis refertæ medulla & substantia religionis, epulæ sunt excellentes & salutares: at exteriorũ apparẽtia absq; virtute cibus est dæmonis, qui nõ virtutis substantia, sed vitio sub specie virtutis delectatur. Non comedit cœlũ sed terrã, iuxta id, quod ei dixit deꝰ. Terram comedes cunctis diebus vitæ

Simile.

Gen. 3. tuæ. Has exteriores superficies, hæc ossa virtute vacua, sepelient viri iusti dantes operã, vt vera virtus splendescat, hypocrisis verò extinguatur: neq; est mirum ministros satanæ transfigurare se in ministros iustitiæ, cũ ipse satanas, vt verbis vtar Pauli, transfiguret se in angelum lucis. Vtrunque ergo splendorem & interiorem & exteriorem quæramus si verè iusti dici & esse cupimus. Et quamuis bonus sit vterq; virtutis splendor tamen ille lõgè præstat, qui intus in rectè factorũ conscientia inuenitur. Id intelligens D. Pau. aiebat: hęc est gloria nostra testimonium conscientiæ nostræ. Vt pyrum & nucis nucleũ comedimus, putamina autẽ & operimenta in terram deijcimus: sic virtute oblectamur speciẽ aũt virtutis à virtute separatã cõtẽnimus. Virtus est veluti substãtia exterior verò superficies oculis exposita veluti accidẽs: sed vt superficies nucleũ custodit, sic exteriora virtutẽ cõseruãt. Bonæ cærimõiæ ad honestatẽ & Dei cultũ pertinẽtes nõ sunt per se religionis substãtia, sed sunt ipsiꝰ substãtiæ ornatrices & cõseruatrices: & veluti folia q̃dã: q̃ cedũt in fructuũ pulchritudinẽ & custodiã. hoc de sũpficie

2. cor. 11.

1. cor. 1.

Simile.

illa exteriore intelligendū duco, quæ est cum interiore virtute coniuncta: nā qui tetra scelera alba virtutū specie cooperit, simulans sanctitate, non religiosus est, sed hypocrita, cygno similis, qui plumas oēs candidas fit, carnes autē nigras: foris albus, intus niger. Eā ob causam lex vetus esum cygni prohibebat. Similis etiam Hiero. imagini, præ se ferenti sanctitatē, pœnitentiā, & pectoris cum lapide in manu existente percussionē, nunquā tñ se percutienti. quare hypocrita nihil aliud est quā sancti alicuius effigies depicta. Est etiā hypocrita latro ille, qui à sinist: a cū dño pepēdit: & Simō cyrenæus crucē ferēs alienā: qm̄ inanis gloriç auiditate incensus, ea facit, quę nō diligit. Vt arūdo foris pulchra intus vana, lanuginē pro fructu producit: sic hypocrita specie exteriore virtutis ornatus foris, intus aūt à vera virtute penitus alienus pro solido gloriæ fructu ramusculos producit, inanes illos quidē, & vento vndiq; agitatos. Vnde ait in li. Sap. scriptura: spes impij quasi lanugo. Meritò ergo in hoc loco, imo in hoc toto ferè capite, atq; sæpe aliàs hortatur dñs vt ab hypocritarū imitatione longè fugiamus.

Simile. Leu. 11. Simile. Mar. 15. Infr. 27. Simile. Sap. 5.

¶ *Cū ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ.* Cū omnia opera nostra operetur in nobis dñs: idcirco vult vt non nobis: sed nomini eius demus gloriam. Operatur in nobis fidem quemadmodum aperte testatur ipse apud Ioannem his uerbis hoc est opus Dei vt creditis in eum, quem misit ille. Operatur peccatorum conuersionem. Conuerte me domine ad te, & conuertar ait Hieremias, postquam enim conuerti sti me egi pœnitentiam. Operatur cœlestem amorem. Charitas enim Dei, vt verbis vtar Apostoli, diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctum qui datus est nobis. Operatur sanctorum prudentiam, quam, eā ob causam, tam ardenti desiderio postulabat ab eo olim Salomon his verbis: da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis: mitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit & mecum laboret. Deniq; si ieiunia preces si eleemosyna si cætera bona opera nostra accepta, ac grata esse debent, apud Deum ab eius gratia proficisci debent. Ideo dicebat idem dominus, apud Ioannem suis discipulis ego sum vitis vera & vos palmites, omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, &c. & tandem concludens similitudinem ait: sine me nihil potestis facere. Si ergo dominus omnem operam, omnesque expensas in spirituali ædificio adhibet, nos autem solum consensum, solumq; liberum arbitrium, solasq; manus in hac cœlesti structura apponimus: non est quare à Deo præcipuo bonarum actionum autore gloriam auferamus. Cum illarum nobis maneat certum præmium. Volens ergo dominus suos reuocare ab hypocritarum more & consuetudine sibi solis in suis actionibus gloriam & nomen captantium, idcirco ait, vt ieiunia, eleemosynas cæteraq; studiosa opera propter Deū solum faciant: à quo tanquam à vero, primo, præcipuoque fonte dimanant.

Oīa opera nostra studiosa operatur in nobis dñs & ideo est illi danda gloria. Io. 6. Hier. 31. Ro. 5. Sap. 9. Io. 15.

¶ *Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes, exterminant.n. facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes.* Si non licet de ieiunio alijsque studiosis sanctisque actionibus gloriari, quanto minus fas erit, de diuitiis, de dignitatibus,

tibus, de genere, gloriam vanam captare: in vestitu ne glorieris vnquam, inquit sapiens, nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, & inuisa opera illius. Ecce inter nos multi sunt qui istarum rerum per cupidi alijs inuideant, alios liuore & odio prosequantur. quam ob causam dicebat D. Paulus: non efficiamini inanis gloriæ cupidi: inuicem prouocantes, inuicem inuidentes: quod si verum est, vt verè est, non fas esse de his rebus gloriari, quanto minus licebit gloriari de sceleribus à nobis iam cõmissis: ac ob illa gloriam ab hominibus venari? quot enim inter homines scelestos inuenies, qui sua facinora, tanquam res strenuè gestas narrent, referant, ac miris laudibus celebrari velint? Si intrauerit sapientia cor tuum, ait Salomon, prudentia seruabit te ab homine qui peruersa loquitur, qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas. qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Narrat Diuus Ioannes in Apocalypsi: Se vidisse bestiam habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata. Heu nos miseros & infelices: qui non satis nobis esse existimamus ira, superbia, liuore, cæterisque vitijs capitalibus esse præditi, sed quod in illis gloriemur, illaque pro diademate & corona nostra habeamus.

Eccl. 11. a

Gal. 5. d

Pro. 2.

Apo. 13.

¶ *Amen dico vobis receperunt mercedem suam.* Nihil ergo est quod hypocritæ ob sua benefacta mercedem expectent à Deo. Iam enim habent præmium suum, hoc assequuti, quod aucupabantur ieiunio. quàm vanum, quàm paruum, quam breue sit hoc mundi præmium, nemo est qui non videat. Iustorum autem præmiũ gloria sempiterna est, corona est quæ nõ marcescet: sic. n. ait D. Petrus in priori sua canonica: cum apparuerit princeps pastorũ, percipietis immarcescibilẽ gloriæ coronã. mundi gloria hypocritis exhibita, corona rosarũ est, quæ statim marcescit: coronem9 nos (inquiunt ipsi) rosis, antequam marcescant. Corona vero quæ iustis hominibus ob sua præclara gesta exhibetur in cœlis, immarcescibilis est.

1. pet. 5.

¶ *Tu autem cum ieiunas vnge caput tuũ & faciem tuam laua.* His verbis docet dñs, ne inanem gloriam nostro ieiunio aucupare velimus, ne hypocritis, sceleratisque hominibus similes esse videamur. Et meritò quidem tales à nobis imitandi non sunt: nam si exitus prosperos aliquando, & nominis celebritatem consequuntur, aut inanis illa gloria est, aut non diu huiusmodi permanent in illo florente rerum statu, qui illos laudibus efferebant, postea de illis penitus cõticescunt. Nam illi gloriam illam falsam, positam non in virtute, sed in populi temeritate amittunt in vita, aut saltẽ post vitam, quando in æternas miserias præcipitantur. Non est igitur in falsa mundi gloria nitendum, quoniã vt ait Esaias: omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Et Eccle. omnis caro, inquit, sicut fœnũ veterascet, & sicut foliũ fructificãs in arbore viridi: alia generantur, & alia deijciuntur. Loquens Dauid de impio potente, & mundi fama celebrato, ait: Cum interierit, non sumet omnia, non descendet cum eo gloria eius. Quod ait, non sumet omnia, hebraismus est, pro quo nos dicimus: Nihil sumet. Et Ecclesiasticus:

Esai. 40.
Eccl. 14.

Psal. 48.

memoriā superborū perdidit Deus: & reliquit memoriam humiliū. Ideo aiebat Esaias: auferetur gloria Moab. Et rursus: auferetur gloria Cedar. Et postea inducit Deum his verbis loquentem: ego gloriosos terræ humiliabor. Similiter Oseas ita aduersus impios Iudæos Deum hæc verba dixisse testatur: gloriam eorum in ignominiam commutabo. Oportet ergo nos fideles, Dei gloriam & non nostram quærere, & vt admonet Apostolus, omnia in gloriam eius facere, vt gloriam immortalem cōparemus. pater enim qui videt nos dissimulare ieiunium, preces, eleemosynas, qui videt vncto capite lotaque facie lætitiam præ nobis ferre, ne nos sentiant homines ieiunare &c. pro inani laude mortalium solidam mercedē reponet nobis. hanc mercedem appetamus: nam mundi gloria fluxa est, & caduca, qm̄ obruitur hominum interitu, & obliuione posteritatis extinguitur. Audi D. Paulum aientem: nō efficiamur inanis gloriæ cupidi. Si gloriam cupis, inquit Chryso. gloriā despice, & omnibus eris gloriosior. Et Hiero. Si verè laudabilis esse cupis laudes hominum non requiras. Falsa gloria est veræ pœnæ procreatrix: & quāuis te dilatet, & magnum oculis populi efficiat, in summo te tamē periculo constituit. Quemadmodum Sagittarius scopum magnum facilè attingit, à paruo autem aberrat, sic diabolus eum, qui se inani mūdi gloria amplificat, ictu sagittarum suarū facile percutit, submissum autem & abiectum non item. Omnis inanis glorię cupidus insipiens est, quoniam apud dæmonē inflatur, vt eius transfigatur telo & sagitta. Ideo ait in Prouerbijs Salomon: nescit, quod ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius. Vera gloria in virtute consistit, quæ radices agit, ac longius propagatur: vana omnia celeriter decidunt, nec inane quicquam potest esse perpetuū. Ammonitæ & Moabitę in omnium ore quondam cum gloria versabantur. Sed ita ab illa deciderunt, vt non esset eorum memoria in gentibus, vt ait Ezechiel. c. 25.

Esa. 16. Esaia. 21. Esa. 45. Osee 4. 1. Cor. 10. Gal. 5. D. Chry. D. Hiero. Simile. Prou. 7.

¶ *Et pater qui videt in abscondito.* Nō hæc ait dominus, quod impium sit aliquos habere nostri ieiunij cōscios sed quod animus debeat ab affectione laudis abhorrere. Tunc nemo mortalium videt nos ieiunantes, quando nos non in hoc ieiunamus, vt à quoquam videamur. Tunc solus Deus videt nos ieiunantes, quando ieiunamus hoc animo, vt nihilominus libēter simus ieiunaturi, etiam si nemo viderit mortalium. Hæc vulgus hominū non animaduertens, dū visibilia quædā apud homines præmiola venatur, sese frustratur inuisibili veroque bono, quod pro rectè factis largitur Deus. Is. n. qui cernit in occulto, tām magnificus est vt pro ieiunio, atq; nostra carnis maceratione nō vnū aut alterū, sed innumeras præmia reddat ac in præsenti futuraque vita nobis reponat.

¶ *Reddet tibi.* Reddet nobis Deus gratiā, gloriā, pœnarū remissionem, reddet rerū diuinarū amorē & humanarū cōtēptum, Christi passionis ac eius ærūnarū memoriā, reddet nobis diuinā sapiētiā atq; scientiā prudentiāq; sanctorū, reddet vim ac virtutē impetrandi à Deo quicquid petierimus, reddet nobis pro præmio vt expressam effigiē & imaginē Christi referamus, eiq; similes simus, reddet vitæ

Quæ sint ieiunii præmia.

tæ longitudiné, corporis valetudiné, honoré, rerũ humanarũ ac diuitiarũ abundátiá, lætitiam, & iucunditaté: à quibus omnibus lógè alieni sunt homines gulæ dediti. De quibus sigillatim libet pauca dicere: vt ardétiori animo virtuté abstinétiæ ac ieiunij amplexemur.

Primus effectus ieiunii. ¶ Prima ergo ac præcipua huius virtutis, excellentia est: gratiá nobis & gloriá parare: certa.n. apud oés catholicos res est, oés actiones nostras è virtutũ fontibus, & maximè ex fonte charitatis emanantes, certũ gratiæ gradũ & ex cósequéti certũ gradũ gloriæ nobis cõparare: cũ ergo ieiunatio á virtute téperantiæ: atq; à virtute obedientiæ (qñ fit vt ecclesiæ mádatis obtemperemus) proficiscatur: inde fit vt si in gratia fiat, meritoria sit, & maioris gratiæ & maioris gloriæ. Pater ergo qui videt ieiunium tuũ in occulto, reddet tibi hanc mercedem, quæ maxima est.

2. effectus ieiunii. ¶ Secunda excellẽtia ieiunij est, pœnarũ pro pristinis peccatis debitarũ cõdonatio. Ieiunio.n. ac carnis maceratione, Deo, pro commissis criminibus satisfacere, sancta ac vniuersalis docet, ac definit ecclesia. Hic.n. huius virtutis effectus, & si cæteris virtutibus cõmunis esse videatur, proprius tñ ac peculiarius ieiunio, ac orationi, ac eleemosynæ, à cõcilijs atq; á sanctis ecclesiæ catholicæ patribus tribuitur. His.n. signanter, Deo satisfacimus. quod hæc tria peculiaré corporis pœná, ac carnis nostræ spiritui rebellis, macerationé, afflictioné & mortificationé secũ ferát. nullũ aũt mediũ accõmodatius, ac proportionabilius, quo pro carnis nimia voluptate satisfacere possimus, inueniri in hac vita mortali ac reperiri potest: quã labor, afflictio, atq; carnis & sui spõte præssura, volũtariè sumpta. Vnde obseruia: quẽadmodũ.n. qui leges imperatorias frágit, pœnis ab illis sancitis iure tenetur, sic qui leges diuinas trásgreditur, supplicijs quibusdá subijciatur quũ ac rõni cõsentaneũ fuit. hæc aũt, aut in hac vita mortali, aut in futura soluẽda sunt: hoc est, aut in inferno, aut in purgatorio, aut in hoc visibili mũdo: in inferno perpetuas pœnas dãdo. in purgatorio nõ perpetuas sed téporarias: adeò tñ horribiles ac intolerabiles, vt nullis huius mũdi tormẽtis (autore Aug.) cõparari possint, à quibus, per ieiunia, preces ac eleemosynas volũtariè sumptas, & si proportióe lógè inferiores, liberamur. Nõ.n. Deus qui iustus ac misericors est, tam respicit in his, laboris ac pœnæ magnitudiné, quá sacrificii nostri volũtaté & animũ: pœna.n. quã pro sceleribus cõmissis subimus, volũtaria est: at purgatorii pœna, necessaria: hinc ergo est vt sacrificiũ volũtariè sumptum in hac vita, plus multo satisfactoriũ sit: quãuis minimũ esse videatur: quá in purgatorio ppessũ, & si maximũ appareat. Sacrificiũ.n. Deo maxime gratũ est, cor cõtritũ, & humiliatũ, hoc nõ despicit dñs sed respicit: hoc nõ cõtẽnit sed acceptat. ieiunijs ergo incũbe & pater qui videt in abscõdito reddet tibi. Imitare Niniuitas qui ieiunio & abstinẽtiæ tribꝰ diebꝰ ac tribꝰ noctibꝰ tã pueri quá iuuenes, tá viri quá senes operá dãtes, Dei irá omnino placauerunt. Imitare regem Achab qui operiendo cilicio carnem suá, & ieiunãdo & dormiendo in sacco, & ambulãdo dimisso capite, durá ac terribilem *3. Re. 21.* Dei sentẽtiá mutauit: ita vt admiratꝰ dñs eius, has voces cũ Elia loquẽs emitteret: nõne vidisti humiliatũ Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causa, nõ inducá malũ in diebus suis. quibus exẽplis cõmota mater ecclesia in die cinerũ ait. canite tuba in Sion vocate cœtum, sanctificate ieiuniũ. Ac si diceret: missas facite carnis

voluptates, delicias, ac oblectamenta, ieiunijs, lacrymis, vigilijs, tristitiæq; ac animi amaritudini operā date vt pro sceleribus commissis ac pro pœnis debitis satisfaciatis.
Ho. 35. Super euāgel. Cogitandū, inquit D. Greg. summopere est, vt qui se illicita meminit cō misisse, à quibusdā & etiā licitis studeat abstinere, quatenus per hoc cōditori suo satisfaciat, vt qui cōmisit prohibita, sibi metipsi abscindere debet & cōcessa, & se reprehēdat in minimis, quem meminit in maximis deliquisse.
3. effectus ieiuniorū. ¶ Tertia ieiuniorū excellentia est, tertiusque fructus, ac tertiū premiū parare animæ, sese propter Dei amorē affligenti, ac carnē suā castiganti, mundiq; voluptates ac delicias contemnenti, spiritus sancti oblectamenta, ac voluptates. Cum. n. munus ad officiū cœlestis spiritus sit, propter eum mærētes ac tristitia, pœnitudineq; affectos consolari: cū animā ieiunantē, vigilantē, carnē suāq; affligentē intuetur, tunc ei de spiritu solamine libenter prouidet. Nō. n. pōt hominis animus sine oblectamēto aliquo, sine voluptate ac refrigerio in hac vita mortali cōsistere: quare se se à corporis delectationibus priuāti propter Deū, cōfert ipse sanctus spirituales delicias. Sic. n. idē dn̄s apud Salom. præcipit: date sicéram mærentibus, & vinum his qui amaro sunt animo, bibant & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius. Pro. 31. Hoc. n. cœleste vinū quo in die pentecostes Christi discipuli inebriati fuerunt, minime hominibus musto humanarū voluptatū madentibus conceditur: sed ijs, qui ob Dei honorē ac gloriā ab illis longè absunt. Nam quemadmodum non ad hominem sanum, bonaque valitudine præditum, sed ad infirmum, malaque valitudine affectum, medicus mittitur: sic, nec spiritus sanctus, paracletus, ac animarum consolator, non ad homines, humanis oblectamentis atq; solatijs plenos, sed ad tristes, mærentes, ac propter Deum veram pœnitentiam agentes de cœlo in terrā mandatur.

¶ Præterea: quum dominus semel atq; iterum pollicitus fuerit, sese ab illū quęrētibus inueniendū, (maximè si cum amaritudine ac cōtrito corde quæratur) illi signāter profecto dn̄m quærunt, qui non precibus solū, (hæ enim faciles omnibus sunt) nec solū oculorū lachrymis, (quæ etiā multis sunt in prōptu) sed etiam ieiunijs, abstinentia, delectuq; ciborū ac carnis mortificatione illum quærunt. Solēt matres infantulis vbera petētibus nō statim ea præbere: si autem eos flentes acclamantes videant sese cōtinere nō Simile. possunt quin eorum desiderio morē gerant: sic diuina illa sapientia (quam viscera erga suos materna habere do- Esa. 49. cet Esaias) quamuis aliquando nō statim respondere videatur pulsantibus precibus ac clamoribus, cū videt tñ nos, clamoribus, ieiunia, vigilias, flagella, ac carnis afflictionē addere, minime se se continere potest, quin lachrymas in gaudiū, & mærorē in alacritatem, ac tristitiam in voluptatem conuertat: ita vt vnusquisq; nostrum cum regio vate dicere possit: secundum multitudinem dolorum meorū Psa. 93. consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

4. effectus ieiuniorū. ¶ Quid quod ieiuniū, flagella, asperitas vestiū, lecti duricies, cæteræque carnis afflictiones propter Deū volūtariè susceptæ nobis Christi passionē in memoriā reuocāt? tūc. n. asperitatibus oppressi, memores sumus Christi dn̄i in cruce pendētis, clauis duris af-

affixi, dolorum viri, & scientis infirmitates. Tunc in memoriam reducimus flagra, probra, spinas, fel & acetũ eius, & exemplo tanti ducis commoti ad pœnitentiam maiorem agẽdam excitamur, videntes quid patiatur ipsamet innocentia pro malitia, ipsa iustitia pro culpa, ipsa sanctitas pro iniquitate Deus ipse pro homine. Contra verò saturitas, ingluuies, & gula in causa sunt vt Dei penitus obliuiscamur. quod ipse dominus apud vatẽ Oseam apertè testatur dicens: Saturati sunt, & eleuauerunt cor suũ. Et obliti sunt mei. Quemadmodum enim fames ac mendicitas in causa sunt vt Deum dies noctesque inuocemus ac eius auxilium & misericordiã imploremus: sic contrà saturitas & diuitiarum abundantia in causa sunt, vt eius omnino obliuiscamur. Idem dominus apud Esaiam his verbis affirmat: vitam manus tuæ inuenisti, propterea non rogasti. Nemo enim ad fores eius, cuius opera nõ indiget, pulsare solet.

Oseæ. 13.

Esai. 57.

5. effectus ¶ Hæc item virtus viam comparandi diuinam sapientiam nobis parat. Quam gula omnino destruit, dicente Isidoro: gulæ saturitas nimia, mentis aciem obtundit, ingeniumq; auertere facit: dicente etiam Casiano: nec prænalet mens discretionũ gubernacula moderari: ciborum pondere suffocata. Non enim sola crapula vini mentem inebriare consueuit: verum etiã cunctarum escarum nimietas vacillãtem eam, ac nutabundam reddit, omnique integritatis ac puritatis contẽplatione dispoliat. Quemadmodum enim in hoc mũdo maiori quem græci vocant megacosmion, nubes è terræ vaporibus exalatis confectæ, cœlum obstruunt, lucemque nobis irradiantem impediunt: sic in hoc mundo minori, hoc est, in homine, gulę dedito, vapores ex stomacho suboriuntur, atque in caput ascendentes, sensus, potentias, ac vires animæ ita obruunt vt eam nihil sanctũ, nihil cæleste, nihil spirituale ac diuinum cogitare sinãt. At abstinẽtiæ virtute decorati, propti sunt ad diuinas literas adiscẽdum: faciles, ad rerum cælestium studio operam dandum: atque ad rerum diuinarum contemplationi incumbẽdum. Quod intelligentes, ac experimento discentes sancti illi in vasta ægypti eremo habitantes, abstinentiam amplexi sunt: eamque maximo amore prosecuti. Eãdem ob causam Basilius ille magnus, Gregor. Hieron. Bernardus, cæterique viri sapiẽtia ac sanctitate præstantes hanc virtutem dilexerunt. Imo sapientissimus ille Salomõ eandem ob causam decreuit sese à vino abstinere: Cogitaui, inquit, in corde meo abstinere à vino carnem meã, vt animum meum transferrem, ad sapientiam, deuitaremque stultitiam.

Isido. li. 1. De sũ. bo. Io. casia. De instit. monach.

Eccl. 2. a

6. effectus ieiunii. ¶ Hæc etiam virtus, orationem sororem suam comitata cœlum penetrat, atque à Dei misericordia ambæ, quod volunt assequũtur, impetrant & obtinent. Quis enim nunc explicare breui sermone poterit, victorias, supernas reuelationes, virtutes, charismata ac munera cœlestia à ieiunio & oratione impetrata? Propter hęc diuinus ille Daniel meruit cœlestiũ mysteriorum accipere explicationem vt in. c. 10. Sui vaticinii testatur his verbis: ego Daniel lugebam triũ hebdomadarum diebus, panem desiderabilẽ non comedi, & caro & vinum nõ introierunt in os meũ &c. Die autẽ vicesima & quarta mẽsis primi, ecce vir vnus vestitus lineis &c. & ait ad me: noli

Dan. 10.

noli metuere Daniel: quia ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conspectu Dei, exaudita sunt verba tua &c.

Dan. 6. ¶ Hoc ieiunio idē Daniel in Leonū lacum coniectus eorū ferocitatem ac feritatem vicit: eosq; ieiunare fecit. Iudith. 9. His armis pulchra ac venusta Iudith caput superbi holofernis sui populi infestissimi hostis præscidit: atq; suos à misera seruitute liberauit: his eisdē, Esther. 4. Esther regina, assueri regis irā & animi indignationem placauit: duramq; in gentē suā à facie regis egressam sententiā reuocauit. cęterū quando filij Israel cōuersi sunt ad dñm ieiunio & precibus, quam veniā à dño atq; libertatē non consequebātur? 3 Re. 17. Ieiunus Helias solo verbo aquas in cęlo cōtinuit: 3. Re. 18. ieiunꝰ, viduæ filiū ad vitā reuocauit: 4. Reg. 1. ieiunꝰ fecit vt plueret super terrā: 4. Reg. 2. ieiunus præcepit vt ignis de cœlo subito descēderet aduersus iniquitatis ministros: ieiunus in cœlū curru igneo raptus est: atque ieiunio quadraginta dierum meruit intueri cœlestem illā visionem, quam referunt eloquia sacra lib. 3. reg. c. 19. 3. Re. 19. lege D. Basilium tum aliàs, tum in sermone de laudibus ieiunij, vbi mira de ieiunio disserit: inter quæ hæc scribit: ieiuniū prophetas generat, potentibus addit robur, legumlatoribus subministrat sapientiam, bona animæ custodia, corpori tutus conuictor, armatura fortiter belligerantibus, athletis exercitiū hoc tentationes depellit, hoc vngit ad pietatem, vigiliæ familiaris comes sobrietatis architectus; in bellis addit fortitudinē in pace docet quietē. Nazaræū sanctificat, sacerdotē reddit sacris idoneū. longū sanè est referre ieiunij virtutē, ad omnia sanè munera obeūda vtilissima est hęc virtus abstinentiæ, quod vt doceret Christus dñs antequā ad prædicandū in publicum prodiret, ieiunauit 40. diebus & 40. noctibus vt noster Math. atq; alij euāgelistæ referunt. Mat. 4. Mar. 1. Luc. 4. Si ergo quid à Deo impetrare desideras, ieiuna, atq; preces funde: nā & si hæc solæ virtutes non impetrent, alijs tñ adhibitæ, & additę, maxime ad impetrandum iuuant: nā & si solæ non sint causæ, sunt tñ concausæ, vt ita loquamur, vt superioribus exēplis ac testimonijs visum est.

¶ Adde etiā his, quod ieiunijs, & abstinētiæ, cæterisq; carnis afflictionibus propter Deū operā dātes Christi Iesu imaginē expressā præ se ferunt. 7. effectus ieiunii. quid. n. rogo tota vita Christi fuit quā perpetua crux perpetuus dolor, ac labor: quid aliud quā vita fame, siti, lassitudine, probris, exilijs, persecutionibus, ac innumeris calamitatibꝰ plena? idcirco. n. eū dominus quidā vates virū dolorū appellat, Esai 53. atq; regius psaltes, illius nomine hæc verba protulit: Ps. 87. pauper sū ego & in laboribus à iuuētute mea. Cū ergo dñi vita perfectissimū omnibusq; numeris obsolutū exēplar sit vitæ perfectæ, ille profecto perfectior erit cuius vita magis hoc exemplar diuinū retulerit: illa verò generatim loquēdo magis exprimet vitam Christi, quæ plenior fuerit ærūnis, & laboribus ob eius amorē perpessis: inter labores vero hos, nō infimū locū tenēt, qui corporis labores nominantur: cū de illis D. Pa. in 2. ad co. c. 11. maxime glorietur; 2. cor. 11. in vigilijs, inquit, multis, in fame, & siti, in ieiunijs multis, in frigore, & nuditate, quæ omnia æquo animo à Christi fidelibus perferēda docet idē Apost. ad Galat. scribēs, Gal. 5. qui sunt Christi, inquit, carnē suam crucifixerunt cū vitijs & cōcupiscentijs. ad hanc Christi crucē nos D. Pet. 1. Pe. 4.

in

in prima sua cano. c.4. inuitat dicẽs: Christo igitur passo in carne & vos ea dẽ cogitatione armamini: nã si fuerimus socij passionis eius & cõsolationis erimus, & si cõpatimur, & cõglorificabimur vt D Pau. affirmat in epist. ad Ro. Hæc est gloria illa de qua idem Apost. in eodẽ loco ait: quos præsciuit, & prædestinauit, conformes fieri imagini filij sui quos aũt prædestinauit, hos & vocauit, quos autẽ vocauit, hos & iustificauit: quos autẽ iustificauit, hos & glorificauit. Electi namq; expressam gerũt imaginẽ filij Dei, & in hac vita & in futura: in hac inquã, eũdẽ dolorũ atq; amaritudinũ calicem bibendo: in futura verò deliciarũ eius calicẽ participando. Et cũ multa se se nobis in hac vita mortali offerãt media, quibus huius calicis Christi participes fiamus, nullũ accõmodatius, nullũ propitius, nullũ facilius, quã carnis afflictio voluntaria, ieiunijs, abstinentiæ, vigilijs, fami, sitiq; operã dando. Ad bibendũ.n. hũc Christi calicẽ, neque Pharisæis, neq. Neronibus, neq; Diocletianis egemus, neq; opus est, vt exẽplo Pauli mundũ peragremus, multa mala tolerando: nam hæc omnia, domi suæ quisq; nostrũ facilè inuenire poterit: aduersus carnẽ suã dioeletianũ alterũ agẽdo, atq; ab illa, inedia, ieiunijs & cilicio vindictã sumẽdo.

2. cor. 1. Ro. 8.

8. effectus ieiunij. ¶Iam verò si sermonẽ cõuertã ad corporis vtilitates quas secũ abstinentia affert tẽpus sanè deficeret si illas ad lõgũ recẽsere curarẽ. Sũma tñ quadã rẽ agã. Si ergo vitã desideras, nihil salubrius ad vitã conseruandã atq; parãdã, dilatandã, & augendã, in longũq; protrahendã quàm ieiuniũ & abstinẽtia. cõsule philosophos, cõsule medicinæ peritos & intelligẽs hanc virtutẽ esse præstatiorẽ atq; vtiliorẽ ad vitã cõseruandã cæteris medicamentis, cæteris herbarũ aut lapidũ pretiosorũ virtutibus. Cõsule scripturã sacrã & idẽ cõperies. ait. n. spũs sanctus apud Salo. noli auidus esse in omni epulatione, & nõ te effundas super oẽm escã, in multis. n. escis erit infirmitas & auiditas appropinquabit vsq; ad cholerã. Propter crapulã multi obierũt: qui aũt abstinẽs est, adijciet vitã. neq; ad hoc probandũ aut medicorum aut scripturarũ testimonijs egemus, quũ ipsa experiẽtia nos doceat eos esse vita longiores qui abstinẽtię virtutis sunt obseruantiores. Oẽ. n. agens (vt philosophi affirmant, in agendo repatitur, quod in serra videre est, quæ, quanto magis scindẽdo agẽdoq; opus suũ laborat, tãto magis aciem acumẽq; suũ amittit. quum igitur calor naturalis in cibũ semper agat, quanto plus laborauerit, tanto plus suffocabitur, quo amisso, vitã amitti & exhalari necesse est in hominibus ergo inediæ deditis parũ, in alijs verò gulę vẽtriq; seruientibus, plurimũ calor ille naturalis laborabit: quare citius in his, quàm in illis vires suas amittet, omninoq; extinguetur. Quo fiet vt hi breuiorem, illi verò longiorem vitam agant.

Eccle. 37. Aplestia. Aplestia.

9. effectus ieiunii. ¶Iam verò quantũ prosit abstinentia ad corporis salutem bonamq; valetudinem & parandã & cõseruandam: contrà verò quantum ad hoc nocet gula probatione nõ indiget: cum hoc ipsum & ratione medicorum & experimento constet. Multos morbos, ait Sene. fercula multa fecerũt: innumerabilesque morbi: innumerabiles coquos numerat. Cõtra verò legimus (inquit Hier.) quosdã morbo articulari, & podagræ humoribus laborãtes, proscriptione bonorũ, ad simplicẽ mensam & pauperes cibos redactos conualuisse. ¶Honorẽ præterea secũ affert abstinẽtia & sobrietas; infamiã verò maximã

Sen. epi. 9. Hier. li. 2. ad Iouin.

 gula,

gula, ingluuies, & crapula. Abstinentes enim in pretio habentur, laudanturque ab omnibus, at gulæ & ebrietati dediti contemnuntur, & porcis assimilantur.

¶ Neque solum honorem, sed etiã maximam vtilitatem adducit, quod raro euenire solet. Gula enim egestatem tandem inducit: sic enim ait Salomon. in prouerbijs:
Pro. 21. qui diligit epulas in egestate erit: qui amat vinũ & pinguia non ditabitur. Et rursum ait: no
Pro. 23. li esse in cõuiuiis potatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt: quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio. Si ergo gula in causa est vt homines illius amatores & si ditissimi sint pauperescant: abstinentia contrà in causa erit vt diuitiæ conseruentur atque in dies magis ac magis accrescant.

¶ *Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi.* Gene. 18. dicit angelus Abrahæ, vbi est Sara vxor tua? Ex quo loco videmus Saræ verecundiam & grauitatem, sciebat hospites esse: videbat maritum summo studio eis seruire, non tamen curiosa quærit qui sint, non exit ad eos, non alloquitur alienis viris, non prodit in conspectum virorum sed sua curat.
Vera ornamenta mulierũ sunt verecũdia & grauitas. Hæc sunt vera ornamenta mulierum, quæ & Paulus docet. 1. Tim. 2.
1. Ti. 2. Quamuis autem Sara non exit, non se ostendit, tamen dominus eius meminit, non obliuiscitur. Vt sciamus, etiam Deum videre eos, qui in secreto bene operatur. Vnde Christus in hoc loco. Pater qui videt in abscondito reddet tibi.

In auaros ¶ *Nolite thesaurizare thesauros in terra &c. Vbi enim est thesaurus tuus ibi est cor tuum.* Cur ergo quæris thesauros in terra, cum patrem habeas in cœlo? Pereunt Christi pauperes, fame & nuditate, premuntur inopia, & tu pecuniam qua illi poterant viuere in arcula recondis? nonne intelligis te habere vitam pauperum inclusam? quid dico? imo sepultam. Quid est arcula auari, nisi sepulchrum vbi sepelitur vita pauperum? Cur sepelis vitam? sed quid loquor? imo cur sepelis te ipsum? Gazophylazium tuum tumulus est tuiipsius. Audi quid in hoc loco ipsa veritas dicat. Ibi est cor tuum vbi est thesaurus tuus. Cum autẽ thesaurus tuus sepeliatur, apertissimè colligitur, te ipsum cum eo sepultũ: cur denique conculcas animam tuam pedibus tuis? vbi enim est thesaurus tuꝰ ibi est anima tua, quoniam anima plꝰ est vbi amat, quàm vbi animat, cũ autem in terra sit thesaurus tuꝰ, ibi etiã erit anima tua. Non ergo adhæreat pauimento anima tua, ne pedibus tuis conculcetur, sed sta supra pedes tuos, sicut stabat Ezechiel. Psa. 118. Ezec. 2. vir enim pius & liberalis, terram conculcat, quoniam ea, quæ præstantia mundi amatoribus videntur, parua ducit, eaque, ratione stabili firmaque negligit, & ad cœlestia semper aspirat, ibique recõdit thesauros suos, quapropter cor eius, igni Simile. ad cœlum tendenti meritò comparatur. auarus verò & seipsum cum thesauro in terra sepelit, & animã suam pedibus suis calcat, atque cor eius simi Simile. le esse dicitur arboris trunco, terræ affixo & intra illam collocato: vt enim truncus arboris diuersas habet radices sed omnes intra terram ad diuersa tendentes, sic cor hominis auari, multas habet curas & cogitationes, sed omnes terram spectantes, sed hi viuunt absque vita. Conculcantibus autem terram, tribuit Deus spiritum & gra-

Esa. 42.

tiam, sic enim licet intelligere, quod dominus per Esaiam ait. Hæc dicit dominus dans flatum populo qui est super terram, & spiritum calcantibus eam.

Sapientia Dei cómendatur, & quàm sapienter agat reformatorem.

¶ *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, sed thesaurizate vobis thesauros in cœlis.* Expende hic sapientiam Dei, & quàm sapienter agit reformatorem. sunt multi qui malos hominum mores, in melius mutaré volentes: statim à principio cuncta mala euellere conantur, & quia homines peccatores, non statim malos mores relinquere possunt, destruunt homines, neque mores reformant. Qui veró huius rei boni artifices sunt, non statim malas consuetudines omnino auferunt, sed eas relinquentes, malum ab eis auferre conantur. Cum enim seruator noster (vt hic docet Matth.) viderit hodie homines auaros, pecunias studiose includere ac seruare, nec facile abduci posse, ne thesauros facerent: vt sapiens, non præcepit pecunias non asseruari, quoniam hoc assuetis ad contrarium impossibile videbatur: quare non præcepit ne thesaurizarent: sed vt hoc facerent in locis tutissimis: dicens. Nolite thesaurizare vobis super terram, vbi ærugo & tinea molitur &c. Sed thesaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi nihil horum lædere potest reconditá pecuniam. Sic de timore. Cum ei difficile videretur ab hominibus timorem mortis auferre, non præcepit non timere occisorem, sed timere magis eũ qui posset æternam mortem infligere. Illum (inquit) timete qui postquá occiderit, habet potestatem in gehennam mittere. Sic Pau. cum difficile reputaret, hominibus persuadere ne gloriam quærerent: non docuit gloriam omnino relinquere, sed quod si gloria-

Luc. 12. a

ri vellent, non quærerent vanam huius mundi, qui solum ad momentum durat, sed qui gloriatur (inquit) in domino glorietur. Sic Deum. Leuit. 17. fecisse deprehendes idẽ. nouerat quippe hominum conditor, Iudæos ita sacrificijs & culturæ deditos, vt vix hác extirpare ex eis cõsuetudinem posset. Non enim homo diu sine vero aut falso Deo cui culturam præbeat esse potest, ideó non eos à cultura & sacrificijs auocauit, sed quæ dæmonibus in campis offerebant, sibi in templo offerri præcepit. Ideo dicit adolebit (scilicet sacerdos) adipem in odorem suauitatis domino, & nequaquam vltra immolabũt hostias suas dæmonibus. Discant enim hoc, qui reformandis monasterijs incũbunt, vt non ex imperfectis, statim adducere velint ad summam perfectionem, sed quædam eis imperfecta & informia permittãt, & sic paulatim eos ducant ad summũ perfectionis apicem.

1. co. 1.
Leu. 17.

¶ *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.* Non immerito suadet Christus dominus ne studiosi simus in acquirendis & parãdis diuitijs terrenis: nã mundi opum affluentia maximè profectò periculosa est, cum apud Lucam idem dominus dicat: væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationẽ vestram. Et D. Pau. qui volunt diuites fieri in hoc mundo, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli. Cap. 39. asserit Hieremias omnes hebræos qui opibus abundabant, ductos fuisse à Nabuchodonosore captiuos Babylonem, solum autem pauperes Hierosolymæ mansisse. Hierosolyma idem est quod visio pacis, Babylon idem quod confusio. Illi sunt in mundi cõfusionem, in scelerum vincula á dæmone coniecti, qui Deo contempto,

Diuitiæ & affluentia contemnẽda, quia maxime periculosa
Luc. 6.
1. Tim. 6.
Hier. 39.
Figura.

amore

Simile. to ampliores obtineant. Vt enim falco accipitrum velocissimus arripere cupiens ardeam auem alte volantem, de qua ait latinus poeta: atque altam supra volat ardea nubem, non statim cũ primũ eam videt, ad eam recto tendit volatu, sed potius primo cursu & an fractu videtur eam relinquere, & contemnere, & ab ea fugere, & separari, at secundo volatu, aut tertio, ad eã admirabili tendit impetu & incredibili velocitate, vt illã vnguib9 rapiat in aeris altitudine, sic hypocritæ primo anfractu videntur aliqñ mũdi opes & dignitates relinquere, & aspernari, sed hoc fingũt, vt eas altiores aucupentur, cũ illustriore nominis amplitudine, & celsitate. Secundo.n. aut tertio volatu mira celeritate & industria eas arripere conãtur. Nihil est illis magis cordi, nihil magis in optatis, quã ea cõsequi quæ despicere vidẽtur: id quod in nõnullis cõspeximus, qui ad ea, quæ cõtẽnere fingebant, cupiditate incitati rapiebantur. Sed qm̃ ea, cum flagitiosi essent, cõsequi non possent, flagitia sua charitatis colore ornabant, & æs vanitatis & malitiæ auro charitatis & virtutis cooperiebant. Est.n. charitas aurũ ignitũ. De Apo. 3. quo ait Deus in Ioan. Apocal. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatũ. Hypocrita est falsum nunisma æneum, sed deauratum, virtutem fin- Simile. gens, cum sit vitio imbutus. Omnis homo numisma est, in quo est imago D. Hiero. Dei. Sed vt ait D. Hiero. & si ad imaginem & similitudinẽ Dei conditi simus, ex vitio tamen nostro, personas nobis plurimas induim9. Adami pec Epiph. catũ, vt ait Epiphanius, imaginẽ Dei non perdidit, sed cõtaminauit. Tetri & scelerati homines Dei imaginẽ sceleribus suis quantũ in se est, polluũt, & cõtaminãt: & vt ait in lamẽtis suis Hiere. Denigrata est super carbones facies eorũ. Nihilominus tñ numus Thre. 4. Dei sunt, eius imagine insigniti: quare reddendi sunt Deo, quẽadmodum numus Cæsaris Cæsari. Quærit Christus numũ suũ, quærit Cæsar suũ. Ille.n. ait, reddite quæ sunt Cæsaris Cæ Luc. 20. sari, & quæ sunt Dei Deo. At vult vt numus suus sit ex auro aut argẽto, nõ autẽ ex ære & stanno. Cupit virtutẽ solidã & expressam, nõ fictã & adulterinã: eos diligit qui pietatẽ & iustitiã diligunt & colunt, non qui harũ rerũ vmbris solũ vtuntur. Hi sunt de qui- Eccle. 2. bus ait scriptura: væ duplici corde & labijs scælestis, & manibus malefaciẽtibus: & peccatori terrã ingredienti duabus vijs. Duabus vijs terrã ingreditur hypocrita, cũ aliud recõdit in animo, aliud factis ostẽdit: aliud eloquitur, aliud agit. De eo dicitur in Deut. nõ indueris vestimento quod ex lana linoq; cõtextum est. Ac si dicat, quod Deut. 22 subtilitatẽ malitiæ lino designatæ co- Figura. operit, & simplicitatẽ innocẽtiæ lana significatæ exterius fingit. Quẽadmodũ fecit Herodes, qui magis orienta- Mat. 2. libus deuotionem in Christũ exteri9 demõstrabat, sed gladiũ acuẽs, nefariã cordis immanitatẽ colore virtutis depingebat, huiusmodi erãt habitatores hierosolymæ regnãte Sedechia, qui Dei lege gloriabantur, sed eã seruare nolebãt. Vera virtus est æqualẽ ac parẽ verbis vitã agere, atq; ita viuere, vt verba cõsonẽt factis. Sunt qui, cũ iustitiã oppugnent, verbis consequi volunt, vt iusti esse videantur. Vt.c. gracchus cum largitiones maximas fecis- C. Grac. set, & effudisset ærariũ, Verbis defendebat ærariũ. Eodem modo Hebræi illi vocibus protegebãt virtutẽ, factis verò eam de medio tollere nitebãtur.

cos

eos apud Ezec. loco superius adducto non aurum & argentum, sed æs, & stãnum appellat. Vocat eos etiam ferrũ ob cordis duritiam & contumaciam, & ob nimiam scelerum ferruginem; plumbum ob effrænatam libidinem, quĩ metallum hoc ad ignis calorẽ confestim liquescit, & ob graue: peccatorũ pondus, Relinquamus ergo hypocritas istos virtutẽ fingentes & nihil ab eis magis alienum quam virtus ipsa. Veneno enim plenũ est cor eorũ.

Simile. Vt. n. in pharma copolæ officina & miropolio inter alia vasa sunt nõnulla ornata literis me dicamẽtũ aliquod salutare illic inclusum significãtibus cum tamẽ nihil præter toxicũ contineãt, & remediũ aduersus venenũ prę se ferentia, sunt plena veneno, sic hypocritæ fingunt se virtute præditos, & sapiẽtia ornatos, cum sint nefarijs sceleribus imbuti, & pestilẽtibus hæresibus cõtaminati, & omni vera sapiẽtia destituti. Et vt verbis vtar diui Pau. repleti sunt omni iniquitate malitia, fornicationi, auaritia, nequitia, inuidia, homicidio, contentione, & dolo. Itaq; aut nõ docent virtutes sed vitia, aut si virtutes docẽt nihil hoc prodest illis, cũ id quod verbis docẽt operibus destruũt. Vt saltandi magister non poterit commode discipulos suos verbis instruere, nisi ipse ludũ saltatoriũ ingrediatur, & saliat ac tripudiet: sic qui se magistros vẽditant virtutũ, debent eas exercere & operibus instruere, eaq; actis efficere, quæ verbis alios docent. Exeant ad circũ, exerceant tripudiũ virtutũ, & ita plus operibus proficient vno die, quàm verbis multis annis, si facta discrepant à verbis. Oleum perdunt & operã plerunq;, qui honestatem in ore cõtinẽt dũ taxat, in corde verò, & manibus impia flagitia. Sed de hoc alias diximus.

Rom. 1. Simile.

Vt os plenũ medulla est vtilis esca, & optimũ alimẽtũ at absq; medulla cibus est canis, sic ceremoniæ exteriores sic abstinentia & eleemosynæ cũ animi virtute cõiũctæ, & species honestatis refertæ medulla & substantia religionis, epulæ sunt excellentes & salutares: at exteriorũ apparẽtia absq; virtute cibus est dæmonis, qui nõ virtutis substantia, sed vitio sub specie virtutis delectatur. Non comedit cœlũ sed terrã, iuxta id, quod ei dixit deus. Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Has exteriores superficies, hæc ossa virtute vacua, sepelient viri iusti dantes operã, vt vera virtus splendescat, hypocrisis verò extinguatur: neq; est mirum ministros satanæ transfigurare se in ministros iustitiæ, cũ ipse satanas, vt verbis vtar Pauli, transfiguret se in angelum lucis. Vtrunque ergo splendorem & interiorem & exteriorem quæramus si verè iusti dici & esse cupimus. Et quamuis bonus sit vterq; virtutis splendor tamen ille lõgè præstat, qui intus in rectè factorũ conscientia inuenitur. Id intelligens D. Pau. aiebat: hęc est gloria nostra testimonium conscientiæ nostræ. Vt pyrum & nucis nucleũ comedimus, putamina autẽ & operimenta in terram deijcimus: sic virtute oblectamur speciẽ aũt virtutis à virtute separatã cõtẽnimus. Virtus est veluti substãtia exterior verò superficies oculis exposita veluti accidẽs: sed vt superficies nucleũ custodit, sic exteriora virtutẽ cõseruãt. Bonæ cærimõniæ ad honestatẽ & Dei cultũ pertinẽtes nõ sunt per se religionis substãtia, sed sunt ipsius substãtiæ ornatrices & cõseruatrices: & veluti folia quędã: quę cedũt in fructuũ pulchritudinẽ & custodiã. hoc de superficie

Simile. Gen. 3. 2. cor. 11. 2. cor. 1. Simile.

illa exteriore intelligendũ duco, quæ est cum interiore virtute coniuncta: nã qui tetra scelera alba virtutũ specie cooperit, simulans sanctitate, non religiosus est, sed hypocrita, cygno similis, qui plumas oẽs candidas fit, carnes autẽ nigras: foris albus, intus niger. Eã ob causam lex vetus esum cygni prohibebat. Similis etiam Hiero. imagini, præ se ferenti sanctitatẽ, pœnitentiã, & pectoris cum lapide in manu existente percussionẽ, nunquã tñ se percutienti. quare hypocrita nihil aliud est quã sancti alicuius effigies depicta. Est etiã hypocrita latro ille, qui à sinist: a cũ dño pepẽdit: & Simõ cyrenæus crucẽ ferẽs alienã: qm inanis gloriç auiditate incensus, ea facit, quç nõ diligit. Vt arũdo foris pulchra intus vana, lanuginẽ pro fructu producit: sic hypocrita specie exteriore virtutis ornatus foris, intus aũt à vera virtute penitus alienus pro solido gloriæ fructu ramusculos producit, inanes illos quidẽ, & vento vndiq; agitatos. Vnde ait in li. Sap. scriptura: spes impij qua si lanugo. Meritò ergo in hoc loco, imo in hoc toto ferè capite, atq; sæpe aliàs hortatur dñs vt ab hypocritarũ imitatione longè fugiamus.

Simile. Leu. 11. Simile. Mar. 15. Infr. 27. Simile. Sap. 1.

¶ *Cũ ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ.*

Cũ omnia opera nostra operetur in nobis dñs: idcirco vult vt non nobis: sed nomini eius demus gloriam. Operatur in nobis fidem quemadmodum aperte testatur ipse apud Ioannem his uerbis hoc est opus Dei vt credatis in eum, quem misit ille. Operatur peccatorum conuersionem. Conuerte me domine ad te, & conuertar ait Hieremias, postquam enim conuertisti me egi pœnitentiam. Operatur cœlestem amorem. Charitas enim Dei, vt verbis vtar Apostoli, diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum qui datus est nobis. Operatur sanctorum prudentiam, quam, eã ob causam, tam ardenti desiderio postulabat ab eo olim Salomon his verbis: da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis: mitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit & mecum laboret. Deniq; si ieiunia preces si eleemosyna si cætera bona opera nostra accepta, ac grata esse debent, apud Deum ab eius gratia proficisci debent. Ideo dicebat idem dominus, apud Ioannem suis discipulis ego sum vitis vera & vos palmites, omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, &c. & tandem concludens similitudinem ait: sine me nihil potestis facere. Si ergo dominus omnem operam, omnesque expensas in spirituali ædificio adhibet, nos autem solum consensum, solumq; liberum arbitrium, solasq; manus in hac cœlesti structura apponimus: non est quare à Deo præcipuo bonarum actionum autore gloriam auferamus. Cum illarum nobis maneat certum præmium. Volens ergo dominus suos reuocare ab hypocritarum more & consuetudine sibi solis in suis actionibus gloriam & nomen captantium, idcirco ait, vt ieiunia, eleemosynas cæteraq; studiosa opera propter Deũ solum faciant: à quo tanquam à vero, primo, præcipuoque fonte dimanant.

Ois opera nostra studiosa operatur in nobis dñs & ideo est illi danda gloria. Io. 6. Hier. 31. Ro. 5. Sap. 9. Io. 15.

¶ *Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes, exterminant .n. facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes.* Si non licet de ieiunio alijsque studiosis sanctisque actionibus gloriari, quanto minus fas erit, de diuitiis, de dignitatibus,

tibus, de genere, gloriam vanam captare: in vestitu ne glorieris vnquam, Eccl. 11. a inquit sapiens, nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera altissimi solius, & gloriosa, & abscondita, & inuisa opera illius. Ecce inter nos multi sunt qui istarum rerum per cupidi alijs inuideant, alios liuore & odio prosequantur. quam ob causam Gal. 5. d dicebat D. Paulus: non efficiamini inanis gloriæ cupidi: inuicem prouocantes, inuicem inuidentes: quod si verum est, vt verè est, non fas esse de his rebus gloriari, quanto minus licebit gloriari de sceleribus à nobis iam cõmissis ac ob illa gloriam ab hominibus venari? quot enim inter homines sceleStos inuenies, qui sua facinora, tanquam res strenuè gestas narrent, referant, ac miris laudibus celebrari velint? Si intrauerit sapientia cor Pro. 2. tuum, ait Salomon, prudentia seruabit te ab homine qui peruersa loquitur, qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas. qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Narrat Diuus Apo. 13. Ioannes in Apocalypsi: Se vidisse bestiam habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata. Heu nos miseros & infelices: qui non satis nobis esse existimamus ira, superbia, liuore, cæterisque vitijs capitalibus esse præditi, sed quod in illis gloriemur, illaque pro diademate & corona nostra habeamus.

¶ *Amen dico vobis receperunt mercedem suam.* Nihil ergo est quod hypocritæ ob sua benefacta mercedem expectent à Deo. Iam enim habent præmium suum, hoc assequuti, quod aucupabantur ieiunio. quàm vanum, quàm paruum, quam breue sit, hoc mundi præmium, nemo est qui non videat. Iustorum autem præmiũ gloria sempiterna est, corona est quæ nõ marcescet: sic. n. ait D. Petrus in priori sua canonica: cum apparuerit princeps pastorũ, percipietis immarcessibilẽ gloriæ coronã. mundi gloria hypocritis exhibita, corona rosarũ est, quæ statim marcescit: coronemꝰ nos (inquiunt ipsi) rosis, antequam marcescant. Corona vero quæ iustis hominibus ob sua præclara gesta exhibetur in cœlis, immarcessibilis est. 1. pet. 5.

¶ *Tu autem cum ieiunas vnge caput tuũ & faciem tuam laua.* His verbis docet dñs, ne inanem gloriam nostro ieiunio aucupare velimus, ne hypocritis, sceleratisque hominibus similes esse videamur. Et meritò quidem tales à nobis imitandi non sunt: nam si exitus prosperos aliquando, & nominis celebritatem consequuntur, aut inanis illa gloria est, aut non diu huiusmodi permanent in illo florente rerum statu, qui illos laudibus efferebant, postea de illis penitus cõticescunt. Nam illi gloriam illam falsam, positam non in virtute, sed in populi temeritate amittunt in vita, aut saltẽ post vitam, quando in æternas miserias præcipitantur. Non est igitur in falsa mundi gloria nitendum, quoniã vt ait Esaias: omnis caro fœnum, & Esai. 40. omnis gloria eius quasi flos agri. Et Eccl. 14. Eccle. omnis caro, inquit, sicut fœnũ veterascet, & sicut foliũ fructificãs in arbore viridi: alia generantur, & alia deijciuntur. Loquens Dauid de impio potente, & mundi fama celebrato, ait: Cum interierit, non sumet Psal. 48. omnia, non descendet cum eo gloria eius. Quod ait, non sumet omnia, hebraismus est, pro quo nos dicimus: Nihil sumet. Et Ecclesiasticus:

memoriã superborũ perdidit Deus: & reliquit memoriam humiliũ. Ideo aiebat Esaias: auferetur gloria Moab. Et rursus: auferetur gloria Cedar. Et postea inducit Deum his verbis loquentem: ego gloriosos terræ humi liabor. Similiter Oseas ita aduersus impios Iudæos Deum hæc verba dixisse testatur: gloriam eorum in ignominiam commutabo. Oportet ergo nos fideles, Dei gloriam & non nostram quærere, & vt admonet Apostolus, omnia in gloriam eius facere, vt gloriam immortalem cõparemus. pater enim qui videt nos dissimulare ieiunium, preces, eleemosynas, qui videt vncto capite lotaque facie lætitiam præ nobis ferre, ne nos sentiant homines ieiunare &c. pro inani laude mortalium solidam mercedẽ reponet nobis. hanc mercedem appetamus: nam mundi gloria fluxa est, & caduca, qm̃ obruitur hominum interitu, & obliuione posteritatis extinguitur. Audi D. Paulum aientem: nõ efficiamur inanis gloriæ cupidi. Si gloriam cupis, inquit Chryso. gloriã despice, & omnibus eris gloriosior. Et Hiero. Si verè laudabilis esse cupis laudes hominum non requiras. Falsa gloria est veræ pœnæ procreatrix: & quãuis te dilatet, & magnum oculis populi efficiat, in summo te tamẽ periculo constituit. Quemadmodum Sagittarius scopum magnum facilè attingit, à paruo autem aberrat, sic diabolus eum, qui se inani mũdi gloria amplificat, ictu sagittarum suarũ facile percutit, submissum autem & abiectum non item. Omnis inanis glorię cupidus insipiens est, quoniam apud dæmonẽ inflatur, vt eius transfigatur telo & sagitta. Ideo ait in Prouerbijs Salomon: nescit, quod ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius. Vera gloria in virtute consistit, quæ radices agit, ac longius propagatur: vana omnia celeriter decidunt, nec inane quicquam potest esse perpetuũ. Ammonitæ & Moabitę in omnium ore quondam cum gloria versabantur. Sed ita ab illa deciderunt, vt non esset eorum memoria in gentibus, vt ait Ezechiel. c. 25.

Esa. 16. Esaia. 21. Esa. 45. Oseę 4. 1. cor. 10. Gal. 5. D. Chry. D. Hiero. Simile. Pro. 7.

¶ *Et pater qui videt in abscondito.* Nõ hæc ait dominus, quod impium sit aliquos habere nostri ieiunij cõscios sed quod animus debeat ab affectione laudis abhorrere. Tunc nemo mortalium videt nos ieiunantes, quando nos non in hoc ieiunamus, vt à quoquam videamur. Tunc solus Deus videt nos ieiunantes, quando ieiunamus hoc animo, vt nihilominus libẽter simus ieiunaturi, etiam si nemo viderit mortalium. Hæc vulgus hominũ non animaduertens, dũ visibilia quædã apud homines præmiola venatur, sese frustratur inuisibili veroque bono, quod pro rectè factis largitur Deus. Is. n. qui cernit in occulto, tàm magnificus est vt pro ieiunio, atq; nostra carnis maceratione nõ vnũ aut alterũ, sed innumeras præmia reddat ac in præsenti futuraque vita nobis reponat.

¶ *Reddet tibi.* Reddet nobis Deus gratiã, gloriã, pœnarũ remissionem, reddet rerũ diuinarũ amorẽ & humanarũ cõtẽptum, Christi passionis ac eius ærũnarũ memoriã, reddet nobis diuinã sapiẽtiã atq; scientiã prudentiãq; sanctorũ, reddet vim ac virtutẽ impetrandi à Deo quicquid petierimus, reddet nobis pro præmio vt expressam effigiẽ & imaginẽ Christi referamus, eiq; similes simus, reddet vitæ

Quæ sint ieiunii præmia.

tæ longitudiné, corporis valetudiné, honoré, rerũ humanarũ ac diuitiarũ abundãtiã, lætitiam, & iucunditaté à quibus omnibus lõgè alieni sunt homines gulæ dediti. De quibus sigillatim libet pauca dicere: vt ardẽtiori animo virtuté abstinẽtiæ ac ieiunii amplexemur. ¶ Prima ergo ac præcipua huius virtutis, excellentia est: gratiã nobis & gloriã parare: certa.n.apud oẽs catholicos res est, oẽs actiones nostras è virtutũ fontibus, & maximè ex fonte charitatis emanantes, certũ gratiæ gradũ & ex cõsequẽti certũ gradũ gloriæ nobis cõparare: cũ ergo ieiunatio à virtute tẽperantiæ: atq; à virtute obedientiæ (qñ fit vt ecclesiæ mãdatis obtemperemus) proficiscatur: inde fit vt si in gratia fiat, meritoria sit, & maioris gratiæ & maioris gloriæ. Pater ergo qui videt ieiunium tuũ in occulto, reddet tibi hanc mercedem, quæ maxima est. ¶ Secunda excellẽtia ieiunij est, pœnarũ pro pristinis peccatis debitarũ cõdonatio. Ieiunio.n. ac carnis maceratione, Deo, pro commissis criminibus satisfacere, sancta ac vniuersalis docet, ac definit ecclesia. Hic.n. huius virtutis effectus, & si cæteris virtutibus cõmunis esse videatur, proprius tñ ac peculiarius ieiunio, ac orationi, ac eleemosynæ, à cõcilijs atq; à sanctis ecclesiæ catholicæ patribus tribuitur. His.n. signanter, Deo satisfacimus. quod hæc tria peculiaré corporis pœnã, ac carnis nostræ spiritui rebellis, macerationé, afflictioné & mortificationé secũ ferãt. nullũ aũt mediũ accõmodatius, ac proportionabilius, quo pro carnis nimia voluptate satisfacere possimus, inueniri in hac vita mortali ac reperiri potest: quã labor, afflictio, atq; carnis eiusdé præssura, volũtariè sumpta. Vnde obserua: quẽadmodũ.n. qui leges imperatorias frãgit, pœnis ab illis sancitis iure tenetur. sic qui leges diuinas trãsgreditur, supplicijs quibusdã subijciæ quũ ac cõni cõsentaneũ fuit. hæc aũt, aut in hac vita mortali, aut in futura soluẽda sunt: hoc est, aut in inferno, aut in purgatorio aut in hoc visibili mũdo: in inferno perpetuas pœnas dãdo. in purgatorio nõ perpetuas sed tẽporarias: adeò tñ horribiles ac intolerabiles, vt nullis huius mũdi tormẽtis autore Aug.) cõparari possint, à quibus, per ieiunia, preces ac eleemosynas volũtariè sumptas, & si proportiõe lõgè inferiores, liberamur. Nõ.n. Deus qui iustus ac misericors est, tam respicit in his, laboris ac pœnæ magnitudiné, quã sacrificii nostri volũtaté & animũ: pœna.n. quã pro sceleribus cõmissis subimus, volũtaria est; at purgatorii pœna, necessaria. hinc ergo est vt sacrificiũ volũtariè sumptum in hac vita, plus multo satisfactoriũ sit: quãuis minimũ esse videatur: quã in purgatorio perpessũ, & si maximũ appareat. Sacrificiũ.n. Deo maxime gratũ est, cor cõtritũ, & humiliatũ, hoc nõ despicit dñs sed respicit: hoc nõ cõtẽnit sed acceptat. ieiunijs ergo incũbe & pater qui videt in abscõdito reddet tibi. Imitare Niniuitas qui ieiunio & abstinẽtiæ trib⁹ dieb⁹ ac trib⁹ noctib⁹ tã pueri quã iuuenes, tã viri quã senes operã dãtes, Dei irã omnino placauerunt. Imitare regem Achab qui operiendo cilicio carnem suã, & ieiunãdo & dormiendo in sacco, & ambulãdo dimisso capite, durã ac terribilem Dei sentẽtiã mutauit: ita vt admirat⁹ dñs eius, has voces cũ Elia loquẽs emitteret: nõne vidisti humiliatũ Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causa, nõ inducã malũ in diebus suis. quibus exẽplis cõmota mater ecclesia in die cinerũ ait, canite tuba in Sion vocate cœtum, sanctificate ieiuniũ. Ac si diceret: missas facite carnis

Margin notes: Primus effectus ieiunii. — 2. effectus ieiunii. — 3. Re. 21.

affixi, dolorum viri, & scientis infirmitates. Tunc in memoriam reducimus flagra, probra, spinas, fel & acetũ eius, & exemplo tanti ducis commoti ad pœnitentiam maiorem agẽdam excitamur, videntes quid patiatur ipsamet innocentia pro malitia, ipsa iustitia pro culpa, ipsa sanctitas pro iniquitate Deus ipse pro homine. Contra verò saturitas, ingluuies, & gula in causa sunt vt Dei penitus obliuiscamur. quod ipse dominus apud vatẽ Oseam apertè testatur dicens: Saturati sunt, & eleuauerunt cor suũ. Et obliti sunt mei. Quemadmodum enim fames ac mendicitas in causa sunt vt Deum dies noctesque inuocemus ac eius auxilium & misericordiã implorẽmus: sic contrà saturitas & diuitiarum abundantia in causa sunt, vt eius omnino obliuiscamur. Idem dominus apud Esaiam his verbis affirmat: vitam manus tuæ inuenisti, propterea non rogasti. Nemo enim ad fores eius, cuius opera nõ indiget, pulsare solet.

Oseæ.13.

Esai.57.

5.effectus ¶ Hæc item virtus viam comparãdi diuinam sapientiam nobis parat. Quam gula omnino destruit, dicente Isidoro: gulæ saturitas nimia, mentis aciem obtundit, ingeniumq; auertere facit: dicente etiam Casiano: nec præualet mens discretionũ gubernacula moderari: ciborum pondere suffocata. Non enim sola crapula vini mentem inebriare consueuit: verum etiã cunctarum escarum nimietas vacillãtem eam, ac nutabundam reddit, omnique integritatis ac puritatis contẽplatione dispoliat. Quemadmodum enim in hoc mũdo maiori quem græci vocant megacosmon, nubes è terræ vaporibus exalatis confectæ, cœlum obstruunt, lucemque nobis irradiantem impediunt: sic in hoc mundo minori, hoc est, in homine, gulę dedito, vapores ex stomacho suboriuntur, atque in caput ascendentes, sensus, potentias, ac vires animæ ita obruunt vt eam nihil sanctũ, nihil cæleste, nihil spirituale ac diuinum cogitare sinãt. At abstinẽtiæ virtute decorati, prõpti sunt ad diuinas literas adiscẽdum: faciles, ad rerum cælestium studio operam dandum: atque ad rerum diuinarum contemplationi incumbẽdum. Quod intelligentes, ac experimento discentes sancti illi in vasta ægypti eremo habitantes, abstinentiam amplexi sunt: eamque maximo amore prosecuti. Eãdem ob causam Basilius ille magnus, Gregor. Hieron. Bernardus, cæterique viri sapiẽtia ac sanctitate præstantes hanc virtutem dilexerunt. Imo sapientissimus ille Salomõ eandem ob causam decreuit sese à vino abstinere: Cogitaui, inquit, in corde meo abstinere à vino carnem meã, vt animum meum transferrem, ad sapientiam, deuitaremque stultitiam.

Isido.li.1. De sũ.bo.
Io.casia. De instit. monach.

Eccl.2.

¶ Hæc etiam virtus, orationem sororem suam comitata cœlum penetrat, atque à Dei misericordia ambæ, quod volunt assequũtur, impetrant & obtinent. Quis enim nunc explicare breui sermone poterit, victorias, supernas reuelationes, virtutes, charismata ac munera cœlestia à ieiunio & oratione impetrata? Propter hęc diuinus ille Daniel meruit cœlestiũ mysteriorum accipere explicationem vt in c.10. Sui vaticinii testatur his verbis: ego Daniel lugebam triũ hebdomadarum diebus, panem desiderabilẽ non comedi, & caro & vinum nõ introierunt in os meũ &c. Die aũtẽ vicesima & quarta mẽsis primi, ecce vir vnus vestitus lineis &c. & ait ad me:

6.effectus ieiunii.

Dani.10.

noli metuere Daniel: quia ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conspectu Dei, exaudita sunt verba tua &c.

Dan. 6. ¶ Hoc ieiunio idē Daniel in Leonū lacum coniectus eorū ferocitatem ac feritatem vicit: eosq; ieiunare fecit. His armis pulchra ac venusta Iudith
Iudith. 9. caput superbi holofernis sui populi infestissimi hostis præscidit: atq; suos à misera seruitute liberauit: his eisdē,
Esther. 4. Esther regina, Assueri regis irā & animi indignationem placauit: duramq; in gentē suā à facie regis egressam sententiā reuocauit. cęterū quando filij Israel cōuersi sunt ad dñm ieiunio & precibus, quam veniā à dño atq; liber-
3.Re.17. tatē non consequebātur? Ieiunus Helias solo verbo aquas in cęlo cōtinuit:
3.Re.18. ieiun9, viduæ filiū ad vitā reuocauit:
1.Reg.1. ieiun9 fecit vt plueret super terrā: ie-
4.Reg.1. iunus præcepit vt ignis de cœlo subito descēderet aduersus iniquitatis ministros: ieiunus in cœlū curru igneo raptus est: atque ieiunio quadraginta dierum meruit intueri cœlestem illā visionem, quam referunt eloquia sa-
3.Re.19. cra lib. 3. reg. c. 19. lege D. Basilium tum aliàs, tum in sermone de laudibus ieiunij, vbi mira de ieiunio disseruit: inter quæ hæc scribit: ieiuniū prophetas generat, potentibus addit robur, legumlatoribus subministrat sapientiam, bonæ animæ custodia, corpori tutus conuictor, armatura fortiter belligerantibus, athletis exercitiū: hoc tentationes depellit, hoc vngit ad pietatem, vigiliæ familiaris comes: sobrietatis architectus, in bellis addit fortitudinē in pace docet quietē. Nazaræū sanctificat, sacerdotē reddit sacris idoneū. longū sanè esset referre ieiunij virtutē, ad omnia sanè munera obeūda vtilissima est hęc virtus abstinentiæ, quod vt doceret Christus dñs antequā ad prædicandū in publicum prodiret, ieiunauit 40. diebus & 40. noctibus: vt noster Math. atq; alij euan- Mat. 4.
gelistæ referunt. Si ergo quid à Deo Mar. 1. Luc. 4.
impetrare desideras, ieiuna, atq; preces funde: nā & si hæc solæ virtutes non impetrent, alijs tñ adhibitæ, & additę, maxime ad impetrandum iuuant: nā & si solæ non sint causæ, sunt tñ concausæ, vt ita loquamur, vt superioribus exēplis ac testimonijs visum est.

¶ Adde etiā his, quod ieiunijs, & ab- v. effectus ieiunii.
stinētiæ, cæterisq; carnis afflictionibus propter Deū operā dātes Christi Iesu imaginē expressā præ se ferunt. quid.n. rogo tota vita Christi fuit quā perpetua crux perpetuus dolor, ac labor? quid aliud quā vita fame, siti, lassitudine, probris, exilijs, persecutionibus, ac innumeris calamitatib9 plena?
idcirco.n. eū diuinus quidā vates virū Esai 53.
dolorū appellat, atq; regius psaltes, il- Ps. 87.
lius nomine hæc verba protulit: pauper sū ego & in laboribus à iuuētute mea. Cū ergo dñi vita perfectissimū omnibusq; numeris absolutū exēplar sit vitæ perfectæ, ille profecto perfectior erit cuius vita magis hoc exemplar diuinū retulerit: illa verò generatim loquendo magis exprimit vitam Christi, quæ plenior fuerit ærūnis, & laboribus ob eius amorē perpessis: inter labores vero hos, nō infimū locū tenēt, qui corporis labores nominantur:
cū de illis D. Pau. in 2. ad co. c. 11. ma- 2.cor.11.
xime glorietur; in vigilijs, inquit, multis, in fame, & siti, in ieiunijs multis, in frigore, & nuditate; quæ omnia æquo animo à Christi fidelibus perfe-
rēda docet idē Apost. ad Galat. scribēs, Gal. 5.
qui sunt Christi, carnē suam crucifixerunt cū vitijs & cōcupiscen-
tijs. ad hanc Christi crucē nos D. Pet. 1.Pe.4.
in

in prima sua cano. c.4. inuitat dicēs: Christo igitur passo in carne & vos ea dē cogitatione armamini: nā si fuerimus socij passionis eius & cōsolationis erimus, & si cōpatimur, & cōglorificabimur vt D Pau. affirmat in epist. ad Ro. Hæc est gloria illa de qua idem Apost. in eodē loco ait: quos præsciuit, & prædestinauit, conformes fieri imagini filij sui quos aūt prædestinauit, hos & vocauit, quos autē vocauit, hos & iustificauit: quos autē iustificauit, hos & glorificauit. Electi namq; expressam gerūt imaginē filij Dei, & in hac vita & in futura: in hac inquā, eūdē dolorū atq; amaritudinū calicem bibendo: in futura verò deliciarū eius calicē participando. Et cū multa se se nobis in hac vita mortali offerāt media, quibus huius calicis Christi participes fiamus, nullū accōmodatius, nullū prōptius, nullū facilius, quā carnis afflictio voluntaria, ieiunijs, abstinentiæ, vigilijs, fami, sitiq; operā dando. Ad bibendū.n. hūc Christi calicē, neque Pharisæis, neq. Neronibus, neq; Diocletianis egemus, neq; opus est, vt exēplo Pauli mundū peragremus, multa mala tolerando: nam hæc omnia, domi suæ quisq; nostrū facilè inuenire poterit: aduersus carnē suā diocletianū alterū agēdo, atq; ab illa, inedia, ieiunijs & cilicio vindictā sumēdo.

2. cor. 1. Ro. 8.

8. effectus ieiunij. ¶ Iam verò si sermonē cōuertā ad corporis vtilitates quas secū abstinentia affert tēpus sanè deficeret si illas ad lōgū recēsere curarē. Sūma tñ quadā rē agā. Si ergo vitā desideras, nihil salubrius ad vitā conseruandā atq; parādā, dilatandā, & augendā, in longūq; protrahendā quàm ieiuniū & abstinētia. cōsule philosophos, cōsule medicinæ peritos & intelligēs hanc virtutē esse præstātiorē atq; vtiliorē ad vitā cōseruandā cæteris medicamentis, cæteris herbarū aut lapidū pretiosorū virtutibus. Cōsule scripturā sacrā & idē cōperies. ait.n. spūs sanctus apud Salo. noli auidus esse in omni epulatione, & nō te effundas super oēm escā, in multis.n. escis erit infirmitas & auiditas appropinquabit vsq; ad cholerā. Propter crapulā multi obierūt: qui aūt abstinēs est, adijciet vitā. neq; ad hoc probandū aut medicorum aut scripturarū testimonijs egemus, quū ipsa experiētia nos doceat eos esse vita longiores qui abstinētiæ virtutis sunt obseruantiores. Oē.n. agens (vt philosophi affirmant, in agendo repatitur, quod in ferra videre est, quæ, quanto magis scindēdo agēdoq; opus suū laborat, tāto magis aciem acumēq; suū amittit. quum igitur calor naturalis in cibū semper agat, quanto plus laborauerit, tanto plus suffocabitur, quo amisso, vitā amitti & exhalari necesse est in hominibus ergo inediæ deditis parū, in alijs verò gulæ vētriq; seruientibus, plurimū calor iste naturalis laborabit: quare citius in his, quàm in illis vires suas amittet, omninoq; extinguetur. Quo fiet vt hi breuiorem, illi verò longiorem vitam agant.

Eccle. 37. Aplestia. Aplestia.

9. effectus ieiunii. ¶ Iam verò quantū prosit abstinentia ad corporis salutem bonamq; valetudinem & parandā & cōseruandam; contrà verò quantum ad hoc noceat gula probatione nō indiget cum hoc ipsum & ratione medicorum & experimento constet. Multos morbos, ait Sene. fercula multa fecerūt: innumerabilesque morbi: innumerabiles coquos numerāt. Cōtra vero legimus (inquit Hier.) quosdā morbo articulari, & podagræ humoribus laborātes, proscriptione bonorū, ad simplicē mensam & paupores cibos redactos conualuisse.

Sen. epi. 9 In epist. ad Iouin.

¶ Honorē præterea secū affert abstinētia & sobrietas; infamiā verò maximā

gula, ingluuies, & crapula. Abstinentes enim in pretio habentur, laudanturque ab omnibus, at gulæ & ebrietati dediti contemnuntur, & porcis asimilantur.

¶ Neque solum honorem, sed etiã maximam vtilitatem adducit, quod raro euenire solet. Gula enim egestatem tandem inducit: sic enim ait Salo-
Pro. 21. mon. in prouerbijs: qui diligit epulas in egestate erit: qui amat vinũ & pinguia non ditabitur. Et rursum ait: no-
Pro. 23. li esse in cõuiuiis potatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt: quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio. Si ergo gula in causa est vt homines illius amatores & si ditissimi sint pauperescant: abstinentia contrà in causa erit vt diuitiæ conseruentur atque in dies magis ac magis accrescant.

¶ *Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi.* Gene. 18. dicit angelus Abrahæ, vbi est Sara vxor tua? Ex quo loco videmus Saræ verecundiam & grauitatem, sciebat hospites esse: videbat maritum summo studio eis seruire, non tamen curiosa quærit qui sint, non exit ad eos, non alloquitur alienis viris, non prodit in conspectum
Vera ornamenta mulierũ sunt verecũdia & grauitas. virorum sed sua curat. Hæc sunt vera ornamenta mulierum, quæ & Paulus docet. 1. Tim. 2. Quamuis autem Sara non exit, non se ostendit, tamen dominus eius meminit, non obliuiscitur.
1. Ti. 2. Vt sciamus, etiam Deum videre eos, qui in secreto bene operatur. Vnde Christus in hoc loco. Pater qui videt in abscondito reddet tibi.

¶ *Nolite thesaurizare thesauros in ter-*
In auaros *rã &c. Vbi enim est thesaurus tuus ibi est cor tuum.* Cur ergo quæris thesauros in terra, cum patrem habeas in cœlo? Pereunt Christi pauperes, fame & nuditate, premuntur inopia, & tu pecuniam qua illi poterant viuere in arcula recondis? nonne intelligis te habere vitam pauperum inclusam? quid dico? imo sepultam. Quid est arcula auari, nisi sepulchrum vbi sepelitur vita pauperum? Cur sepelis vitam? sed quid loquor? imo cur sepelis te ipsum? Gazophylazium tuum tumulus est tuiipsius. Audi quid in hoc loco ipsa veritas dicat. Ibi est cor tuum vbi est thesaurus tuus. Cum autẽ thesaurus tuus sepeliatur, apertissimè colligitur, te ipsum cum eo sepultũ: cur denique conculcas animam tuam pedibus tuis? vbi enim est thesaurus tuꝰ, ibi est anima tua, quoniam anima plꝰ est vbi amat, quàm vbi animat, cũ autem in terra sit thesaurus tuꝰ, ibi etiã erit anima tua. Non ergo adhæreat pauimento anima tua, ne pedibus tuis conculcetur, sed sta supra pedes tuos,
sicut stabat Ezechiel. vir enim pius & Psal. 118.
liberalis, terram conculcat, quoniam Ezec. 2.
ea, quæ præstantia mundi amatoribus videntur, parua ducit, eaque, ratione stabili firmaque negligit, & ad cœlestia semper aspirat, ibique recõdit the-
sauros suos, quapropter cor eius, igni Simile.
ad cœlum tendenti meritò comparatur. auarus verò & seipsum cum thesauro in terra sepelit, & animã suam
pedibus suis calcat, atque cor eius simi- Simile.
le esse dicitur arboris trunco, terræ affixo & intra illam collocato: vt enim truncus arboris diuersas habet radices sed omnes intra terram ad diuersa tendentes, sic cor hominis auari, multas habet curas & cogitationes, sed omnes terram spectantes, sed hi viuunt absque vita. Conculcantibus autem terram, tribuit Deus spiritum & gra-

tiam

Esa. 42. tiam, sic enim licet intelligere, quod dominus per Esaiam ait. Hæc dicit dominus dans flatum populo qui est super terram, & spiritum calcantibus eam.

¶ *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, sed thesaurizate vobis thesauros in cœlis.* Expende hic sapientiam Dei, & quam sapienter agit reformatorem. Sunt multi qui malos hominum mores, in melius mutare volentes: statim à principio cuncta mala euellere conantur, & quia homines peccatores, non statim malos mores relinquere possunt, destruunt homines, neque mores reformant. Qui verò huius rei boni artifices sunt, non statim malas consuetudines omnino auferunt, sed eas relinquentes, malum ab eis auferre conantur. Cum enim seruator noster (vt hic docet Matth.) viderit hodie homines auaros, pecunias studiose includere ac seruare, nec facile abduci posse, ne thesauros facerent: vt sapiens, non præcepit pecunias non asseruari, quoniam hoc assuetis ad contrarium impossibile videbatur: quare non præcepit ne thesaurizarent: sed vt hoc facerent in locis tutissimis: dicens. Nolite thesaurizare vobis super terram, vbi erugo & tinea molitur &c. Sed thesaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi nihil horum lædere potest reconditā pecuniam. Sic de timore. Cum ei difficile videretur ab hominibus timorem mortis auferre, non præcepit non timere occisorem, sed timere magis eū qui posset æternam mortem infligere. Illum (inquit) timete qui postquā occiderit, habet potestatem in gehennam mittere. Sic Pau. cum difficile reputaret, hominibus persuadere ne gloriam quærerent: non docuit gloriam omnino relinquere, sed quod si gloriari vellent, non quærerent vanam huius mundi, qui solum ad momentum durat, sed qui gloriatur (inquit) in domino glorietur. Sic Deum. Leuit. 17. fecisse deprehendes idē. nouerat quippe hominum conditor, Iudæos ita sacrificiis & culturæ deditos, vt vix hāc extirpare ex eis cōsuetudinem posset. Non enim homo diu sine vero aut falso Deo cui culturam præbeat esse potest, ideo non eos à cultura & sacrificiis auocauit, sed quæ dæmonibus in campis offerebant, sibi in templo offerri præcepit. Ideo dicit adolebit (scilicet sacerdos) adipem in odorem suauitatis domino, & nequaquam vltra immolabūt hostias suas dæmonibus. Discant enim hoc, qui reformandis monasteriis incubunt, vt non ex imperfectis, statim adducere velint ad summam perfectionem, sed quædam eis imperfecta & informia permittāt, & sic paulatim eos ducant ad summū perfectionis apicem.

Sapientia Dei cōmēdatur, & quām sapienter agat reformatorem.

Luc. 12. a

1. co. 1.

Leu. 17.

¶ *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.* Non immeritò suadet Christus dominus ne studiosi simus in acquirendis & parādis diuitiis terrenis: nā mundi opum affluentia maximè profectò periculosa est, cum apud Lucam idem dominus dicat: væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationē vestram. Et D. Pau. qui volunt diuites fieri in hoc mundo, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli. Cap. 39. asserit Hieremias omnes hebræos qui opibus abundabant, ductos fuisse à Nabuchodonosore captiuos Babylonem, solum autem pauperes Hierosolymæ mansisse. Hierosolyma idem est quod visio pacis, Babylon idem quod confusio. Illi sunt in mundi cōfusionem, in scelerum vincula à dæmone coniecti, qui Deo contempto, amore

Diuitiæ & affluentia contemnēda, quia maxime periculosa

Luc. 6.

1. Tim. 6.

Hier. 39.

Figura.

amore diuitiarum ducantur, illi verò hierusolymam colunt, in visione tranquilla, & solitaria quietè vitam degunt, qui propter Deum paupertatem amplexantur. Ea quæ sunt ad finem aliquem directa, debent habere cum illo aliquam similitudinem, & proportionem: Cum autem nos simus ad æternam beatitudinem tanquam ad vltimum finem directi, in quo quiescit desiderium nostrũ, oportet habere ad illam beatitudinem aliquam proportionem. Est autem hæc propositio seruare octo beatitudines, à Christo in euãgelio explicatas: quarũ prima est paupertas spiritus. Et in fine harum beatitudinum est æterna beatitudo: illa est vltima & fruitiua, hæ autẽ sunt dispositiuæ & præparatiuæ. Per has ambulauerũt sancti, qui fuerunt æternam felicitatem consecuti. Ibunt, inquit, diuinus psaltes, de virtute in virtutẽ, videbitur Deus Deorũ in Sion. Si rex quidam domum haberet clausam, plenam auro & gemmis, & monilibus pretiosis, quæ omnia, promitteret ei, qui eã aperiret, & duas tibi claues porrigeret, vnam auream ex resticula pendentem ex filis sericis & aureis confecta, sed quæ domum illam non aperiret: alteram veró ferream ferrugine labefactatam, ligatam vili funiculo, sed quæ domum aperiret, vt vtranuis eligeres, nõne melius & vtilius esset ferream accipere quàm auream? quis dubitat? Aurea pretiosior est: sed quid refert cum sit ad aperiendum inutilior? Pascit oculos, sed non conducit ad aperiendos & consequendos thesauros; ferrea verò abiectior est, sed præstãtior. Hic rex Deus est, hæc domus est cœlestis illa habitatio, vbi sunt thesauri inexhausti, gaudia æterna, & bona inenarrabilia, quæ

Supra. 5. Quare paupertas spiritus amãda.

Ps. 83.

Simile.

non possunt pro dignitate explicari: quæ vt verbis vtar Apostoli, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽderunt, quæ præparauit dominus diligentibus se. Hæc omnia promittit Deus illis, qui illuc ingressi fuerint. Clauis aurea est diuitiarum abundantia, cum auaritia coniuncta, quæ domum illam cœlestẽ bonis plenissimam non aperit, quin potius obscurum mundi domicilium sceleribus repletum frequenter patefacit: clauis ferrea, & vilis est paupertas spiritus, quę aperit regnum cœlorum: ait. n. Christus: beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Iam ob causam nos clauem auream & mundi opes, quæ vtiles plerisque, & præclaræ videntur, propter Christum contemnamus, & pro nihilo putemus: paupertatem verò, & ea, quæ abiecta & acerba videntur, quæ multa & varia in hominum vita versantur, placatè & moderatè feramus, & pio animo amplectamur. Quæramus eas opes quæ animum amplificant, ex quibus vera dignitas redundat. De diuitibus delinitis delicijs dicitur in libro Iob: ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt. Et Dauid, relinquent, inquit, alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in æternum. Et Salom. in Prouer. non proderunt diuitiæ in die vltionis: iustitia autem liberabit à morte. Et in lib. Sap. quid profuit nobis superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? transierunt omnia illa tanquam vmbra, & sicut nuncius præcurrens. Et ideo ait D. Paulus. in epi. ad Tim. 1. diuitibus huius seculi pręcipe. nõ sublime sapere nec sperare in incerto diuitiarum. Et Christus Deus noster, facilius est camelum

1. cor. 2.

Iob. 21.

Psa. 16.

Pro. 11.

Sap. 5.

1. Tim. 6

Inf. 19.

lũ per foramẽ acus introire, quã diuitem intrare in regnum cœlorũ. Camelus est restis ex filis contorta. Et quemadmodum huiusmodi funis & si per foramen acus introire nõ possit, si tamen in fila diuiditur, ingreditur, singulis per se filis ingredientibus, sic diues & si cum diuitijs ligatus in regnum cœlorum introire nõ possit, si tamen diuitiarum suarum fila distribuit, hoc in pauperem, illud in viduam, hoc in ægrotum, illud in pupillum, hoc in peregrinum, illud in coniectum in carcerẽ. Si subuenit misero, si opitulatur inopi, si deniq; opes suas ob Christi amorem inter egenos destribuit, easque piè & rectè dispensat, regnum cœlorum penetrabit. At si fuerit auaritia ductus in infernum relegabitur, vbi in tormentis viuens in æternum moritur. Imò in hac vita iam mortuus est, & suijpsius sepulchrum. Chrysost. ait: auari animum sepulchrum esse. Præcepit Iosue, ne aliquis ex Iericho quicquam acciperet, & cum Acham regula quandam caperet auream, fuit iure interfectus. Imò propter eius auaritiã amisit Iosue victoriam. Iosue, qui potuit solem sistere, ne procederet, auaritiã hominum non potuit sistere, ne serperet: ad vocem eius stetit sol, auaritia Cham non stetit. Stante sole confecit Iosue triumphum: auaritia procedente amisit victoriam. Licet christianis diuitias possidere, sed non licet ab auaritia possideri. Musca accedens ad patinam mellis, si se totam non immittit in illud, sed ore tantum attingit & prælibat, atque necessarium sumit, tutò abscedit, & aliò aduolat sin autem se totam ingurgitat in mel, inuiscatur in eo, & nõ valens volare, perit omnino. Sic homo si ex diuitijs eas tantum sumit, quibus indiget, vt possit seipsum honestè sustentare, potest eripi & volare ad cœlum, sin autem auaritiæ stimulis agitatus, se totum in diuitias immergit, colligatur illis, & inuiscatis animalis perniciẽ sibi machinatur. Plutarchus ait contemptum diuitiarum esse philosophiæ instrumentum. Et seneca breuissimam ad diuitias viam esse per diuitiarũ cõtemptionem. Si gentium philosophi paupertatẽ magnis laudibus efferũt, quid acturi sunt christiani, quorum, dux, quorum magister. quorum De9 paupertatem dilexit, & docuit, nascẽs inter paleas, & nudus in cruce moriens? Priusquam Christus appareret in carne, poterat inopia mortalibus acerba videri & ignominiosa: at postquam vniuersi rector dese dixit: vulpes foueas habent filius autem hominis non habet vbi caput suũ reclinet, quis non videt esse paupertatem decoram & honoratam, & christianæ nobilitatis clarissimum signum?

[Iosue 6.] [Simil.] [Plutar.] [Seneca.] [Inf. 8.]

¶ *Thesaurizate vobis thesauros in cœlis &c.* His verbis excitare vult dominus diuites omnes ad eleemosynarũ largitionem, qua via diuitiæ & magis conseruantur, & in tuto reponũtur, & indies magis ac magis augentur, quod vix ab auaris credi potest. Sed si fideles sunt meminerint, quod vidua illa Elisæi quandiu ex vase suo oleum infudit in vasa vacua, sensit crescere oleum, cum verò non infudit, stetit oleum, & fuit retentum, vt amplius non cresceret. Si vasa vacua, hoc est pauperes oleo eleemosynarum impleueris, augebuntur tibi diuitiæ, sin autem sistere eleemosynam volueris, cessabit diuitiarum affluentia. Ait. n. dominus apud Luc. date. & dabitur vobis. Et apud nostrum Mathæum: om-

[Eleemosyna commendatur.] [4. Reg. 4.] [Luc. 6.] [Inf. 19.]

omnis qui reliquerit aliquid propter me, centuplum accipiet, & vitã æternam possidebit. Nonnulli huius temporis christiani non relinquunt opes pauperibus, nisi in morte, quando illæ eos relinquunt. Sunt veluti pecora, quæ non manducantur, nisi mortua & cocta. Non potest ex illis pauper quidam comedere, nisi eos concoquat prius mors. Dum viuunt, nullã tribuunt pauperibus eleemosynam, sed in testamento legata quædam relinquunt post mortem. At quanto tutius esset in vita consiliũ sequi Christi, ac thesauros in cœlis quotidie augere, in vita manum pauperi porrigẽdo. Non damno legata inopibus post mortem tribuenda, sed illis eleemosynas in vita antepono. Considera homo si Christi monita exequi vis vnde nomen sumpseris, ab humo vtiq;, quæ nihil eripit cuiquam, sed multa largitur omnibus, & varios in vsum omnium animantium fructus producit, & ministrat. Vide quid in Prouerbiis dicat Salomon: qui miseretur pauperis, beatus erit. O quanta beatitudo pro paruis magna recipere: pro fluxis æterna, pro morituris semper viuentia, & dominum denique habere debitorem. Et iterum idem Salomon. fœneratur domino, qui miseretur pauperis. Et rursus: qui obturat aurẽ suam ad clamorem pauperis, ipse clamabit, & non exaudietur. Et Ecclesiasticus: aqua extinguit ignem, & eleemosyna resistit peccato. D. Paul. auaritiam appellat idolorum seruitutem, & auarum ait non habere hæreditatẽ in regno Dei. Qui non diligit fratrẽ suum, quem videt, inquit D. Ioann. Deum, quem non videt, quo modo potest diligere? ideo ait dominus apud Luc. facite vobis sacculos, qui nõ veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis. & apud nostrum Math. in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, & beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Anima auro auarè retento non solum nõ liberatur, sed perit. Væ illis, qui cupiditatis stimulis commoti, non modo indigentibus non subueniunt, sed eos spoliant, quoniã in dæmonum laqueis capti detinentur, vt inde in æternas pœnas proijciantur. Auro parietes, auro laquearia, auro fulgent capita columnarum: & nudi atque esurientes ante fores pauperes Christi moriuntur. Longè aliter faciebat misericors ille Dauid, qui aiebat: liberauit me à laqueo venantium & à verbo aspero. Sed videamus quisnam sit hic venator, à cuius laqueo anima Deo deuota se ereptam esse lætatur. Explicet nobis hoc D. Pau. Apostolus: qui volunt, inquit, diuites fieri in hoc seculo, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. Heu quã paucos inueniemus, qui ab hoc laqueo liberari velint, & ab hoc venatore se esse ereptos exultent, quã multi sunt, qui sibi videntur parum irretiti, qui se in dies in hoc dæmonis laqueo inuoluere & intricare contendunt, quibus nihil est magis cordi, quàm esse se in fallacium diuitiarum vincula perpetuò coniectos. quid habent hi miseri, quid consequuntur, quid possidẽt, si seipsos non possident? habent velũ oculis, viscũ alis, laqueum pedibus. illos ego felices voco, qui reliquerunt omnia, & secuti sunt Christum, qui gaudio affecti gratiasq; Deo agentes concinunt cum Dauid: ipse liberauit nos de laqueo venantium. Diuidebat quodam flumen duo regna, quod ob nimiam latitudinem pontem nõ habebat,

Marginalia: Simile. — Pro. 14. — Pro. 21. — Pro. 21. — Eccl. 3. — Eph. — 1. Io. 4. — Luc. 12. — Infr. 7. & c. 5. — Ps. 90. — 1. Tim. 6. — Psal. 90.

bebat,& ob impetum fluctuum, atq; ingentes aquarum moles vi procellarum concitatas cymbam non admittebat. Itaque nullus erat per illud trãsitus: transibat illud, sed nemo illo trãsibat. Volebãt homines regnum ditissimum vltra id penetrare, sed transire minime valebant. Venit quidam rex diuitijs affluens, & illic pulchrũ, sumptuosumque pontem suis expensis fabricatus est. per quem omnes trãsirent, dummodo numum aliquem suis famulis soluerent, quos illic posuit ad pecuniam recipiendam. Hæc duo regna sunt cœlum & terra, regnum ęternum, & regnum caducum hic mundus & alter. Ante aduentũm Christi nullus erat transitus, nulla via à terra ad cœlum. Fluuius diuidẽs erat peccatum, iuxta id, quod ait Esa.
Esa. 54. peccata vestra diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Eam ob causam nemo in cœlum introibat. quis est homo, qui viuet, inquit David, & non
Ps. 88. videbit mortem, & eruet animã suã de manu inferi. q. d. nullus: venit filius Dei, immensus ille Deus de Deo, mundi conditor & conseruator, vt homines è tenebris inexplicabilibus ad veritatis splendorem adduceret, transitumque pararet, viamque muniret ad gloriam æternam, ad regnũ immortale: & cõstituit firmum & magnificum pontem, qui iter præberet omnibus à terra ad cœlũ transire cupientibus. Sed non sine magnis suis sumptibus & laboribus: nam propter eius structionem, & tanti operis fabricam fuit alapis percussus, & cruciatibus affectus. Illi enim quibus pons fabricabatur, eius capillos indignè auulserunt, eius corpus duris flagellis ceciderunt, & mansuetissimum illũ ac innocentissimum agnum iactis in illum infinitis contumelijs immaniter vulnerarunt. Ardebant in illum detestanda Iudæorum odia, qui diabolico furore incensi, & impijs inuidiæ stimulis concitati eum, quem summè venerari deberent, in crucis patibulo tormentis terribilibus affectum, totũ vulneribus sauciatum suspenderunt: vbi sanguine suo sacratissimo fuso migrauit è vita, vt nobis viam muniret ad vitam immortalem consequendã. Mortuus est, vt nos eius morte, immortalitatem obtineremus. Aspicis igitur, quemadmodum pro ponte illo construendo & ædificando fuerit eius sanguis effusus, & vita sublata. Huius pontis fundamentum est bonitas diuina, eius arcus & fornices sunt ex charitate, eius rostra versus fluctus exporrecta sunt ex firmitudine, & tota moles ædificij appellatur pons misericordiæ. Qui noluerint aliquid dare huic domino, pontis conditori, nullum habebunt aditum per illum. Famuli pecuniam accipientes sunt pauperes de quibus ait idem dñs: quod vni ex his minimis fecistis, mihi fecistis: oportet tamen eleemosynas cũ iuditio distribuere, iuxta id, quod ait
Infr. 25.
David: iucũdus homo qui miseretur, & cõmodat, disponit sermones suos in iuditio. Per sermones intelligũtur res, verbum enim hebraicum rem significat, & opes, & verbum. Est igitur sensus: vir ille bonus est, qui miãm colit, qui beneficus est & liberalis, & de substantia sua, de rebus suis familiaribus impartitur egentibus, sed iudiciũ in distribuendo adhibet, omniaque sapiẽter, & ordine recto ministrat. Nos igitur ponte hoc transire volentes, si diuites sumus eleemosynas pauperibus tribuamus, si verò pauperes bona saltem voluntas non desit quia ędificium
Psa. 115.

mitosum, quo Deus viros non deserit misericordia præstantes. Et rursus Psa. 111. disperſit, dedit pauperib9, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Audi Chri- Lu. 16. ſtum dominum, ita apud Lu. dicētem: facite vobis amicos de mammona ini quitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Ac ſi dicat diſtribuite inter pauperes diuitias veſtras, vt cum migraueritis è vita, recipiamini, ob eleemoſynas veſtras in gloria ſempiterna. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quod prudē ter feciſſet, nam aliena pecunia comparauit ſibi amicos, qui eum reciperent. Sed dices, ſi villicus iniquus erat, ſi inique fecit, cur fuit à domino laudatus? Audi obſecro. Vt in Simile. crudeli homicidio eleganter depicto artem pictoris miris laudibus effers, rē verò ipſam deteſtaris, ſic dominus induſtriam villici laudat, rem verò ipſam vituperat. Iniquū enim erat domini ſubſtantiam ſibi traditam perdere, ſed induſtria fuit amicos, qui eum reciperent, eique poſtea conſulerent, acquirere. Eodem modo qui pauperibus diuitias largiūtur, prudētes ſunt, quoniam comparant amicos, quorū precibus in æterna gloria recipiātur. Et licet pauperes pro illis non fundāt preces, ipſæ tamen eleemoſynæ pro illis dominum deprecantur. Et non ſunt villici iniquitatis, ſed misericordiæ, nec villicū iniquitatis in eo imitantur, quod ſubſtantiam à domino ſubripiebat, ſed in eo, quód diuitijs amicos qui in eum conferrent beneficia comparābat.

¶ *Vbi eſt theſaurus tuus ibi eſt cor tuū.* Ac ſi dicat Chriſtus: anima tua illi rei adhæret, quam ſingulari amore proſequitur in eamq; trāsformatur. Amor D. Dionisius. enim vim habet vnitiuam, & vt ait Dioniſius transfert amantem in amatum. Et Auguſtinus etiam ait, animā D. Augu. magis eſſe vbi amat, quàm vbi animat. Hinc eſt quod iuſti cum Deum amore proſequantur, illi adhæreant vnusq; ſpiritus fiant cum eo dicente 1. co. 6. Paulo: qui adhæret Deo vnus ſpiritus fit cum eo: in illumq; transformētur: dicente etiam eodem: nos autem reuelata facie gloriam domini ſpeculātes, 2. cor. 3. in eandem imaginem trāsformamur à claritate in claritatem, táquam a domini ſpiritu. Deus ergo theſaurus ſit noſter, vt illi adhæreamus, Deus beatitudo ſit noſtra vt in illa maneamus, Deus gloria ſit noſtra, vt in ea ſit cor noſtrum, ſpes, & deſideriū. Stat enim ſentētia; vbi eſt theſaurus tuus ibi eſt & cor tuum.

¶ *Si oculus tuus ſimplex fuerit, totū corpus tuum lucidum erit.* Vide quæ annotauimus in principio capitis. Oculū enim ideſt, intentionem in Deum dirigere ſemper oportet, vt actiones noſtræ Deo gratæ & acceptæ ſint. Vi. etiam huius loci expoſitionem aliam Lucæ cap. 11. ad longum poſitam.

¶ *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire.* Neque multo fortius, duobus aut pluribus dijs: quos triginta millia in orbe fuiſſe hiſtoriæ prodeunt, vide ergo quo modo pauper homo, qui vni Deo vix ſufficit, poſſet triginta millibus miniſtrare. Gratias ergo age Deo tuo, qui te ab hoc onere liberauerit, volens vt illi ſoli ſeruires & non mamonæ alijsque dijs gētium. Ego ſum (inquit) dominus Deus tuus Deuter. 5. Deute. 5.

xxx. u fuiſſe gētiū deos quos colebāt hiſtoriæ prodicerunt.

Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, nō poteſtis Deo ſeruire & mammonæ. Damnat auaritiam quam damnarat per Eſaiam, dicens. Repleta eſt terra auro & Eſai. 2. argento, & non eſt finis theſaurorum

ô amentiam intolerabilem: ô summam abiectionem, & incredibilem cæcitatem. Quid est mundus cui seruimus, nisi sepulchrum mortuorum, carcer viuorum, officina vitiorum, contemptus virtutum, carnifex ac cruciator vitam ad rationis normam dirigentium, fautor ad malitiam vigilãtium, inimicus præsentium, obliuio præteritorum rerumque præclarè gestarum, splendoris maculator & extinctor? Reuertamur igitur ad nos: & quando non possumus duobus dominis seruire, contẽpto mundo Christo seruiamus & ad cælestia aspiremus.

Mundi descriptio

Additio.

¶ *Nemo potest duobus dominis seruire. &c.* Nemo ergo secundum hanc domini sententiam seruire Deo & diabolo: Deo & peccato: Deo & diuitijs potest. De quorum singulis pauca subijciamus. Imprimis nemo potest seruire Deo & diabolo. Cum Pharao permitteret hebræis, vt Deo in ægypto victimas immolarent, respondit Moyses: non potest ita fieri: abominationes enim AEgyptiorum immolabimus Deo nostro? Fieri nõ potest, vt Pharaoni, hoc est, diabolo, & Deo simul seruiamus. In templo dagonis non potuit eius simulacrum cum arca Dei erectum esse, & coli. Et Elias illis, qui & Deo vero, & Baali Deo cõmentitio seruire gloriabantur, vsque quo, inquit, claudicatis in duas partes? Si dominus est Deus, sequimini eum, si autem Baal, sequimini illum. Id explicans D. Paul. in epist. 2. ad Cori. Quæ, inquit, participatio iustitiæ cũ iniquitate? Quæ societas luci ad tenebras? quæ cõuentio Christi ad belial?

Nemo potest seruire Deo, & diabolo & quare. Exo. 8. Figura. 1. re. 5. 3. re. 18. 2. cor. 6.

¶ Nemo præterea potest seruire Deo & peccato. Nulla profecto est maior seruitus quàm seruire peccatis. Qui facit peccatum, inquit, dominus, seruus est peccati. Contrà nulla maior libertas, quam seruire Deo: seruire Deo regnare est. Qui spiritu Dei ducitur, liber est. Nam vt ait D. Paul. in epist. 2. ad cor. Vbi spiritus domini ibi libertas. Eam ob causam in epist. ad Galat. ait: non sumus ancillæ filij, sed liberę, qua libertate Christus nos liberauit. quemadmodum ergo nemo simul liber & seruus esse potest sic nemo Deo seruire & peccato.

Nemo potest seruire Deo & peccato. Io. 8. 2. cor. 3. Gal. 4.

¶ Nemo deniq; seruire potest Deo & mãmonæ vt statim subijcit in hoc loco dominus, dicens: non potestis seruire Deo, & mammonæ. Nam maximè inter se pugnant Deus & mammona, quare nemo duob9 his seruiet cum imperent tam diuersa. Deus imperat vt tua largiaris egenti, mammona iubet, vt per fas nefasq; rapias aliena. Deus imperat vt cõsulas fratri tuo periclitanti, mammona iubet, vt tibi viuas, Deus imperat sobrietatem, mammona luxum docet. Frustra igitur auari sibi blandiuntur, si credunt fieri posse, quod fieri non potest, vt simul & Deo, seruiant & mammonæ. Eius quisq; seruus est, cui vehemẽter est addictus. At viri sapientes & charitate præstantes non se diuitiarum seruituti subijciunt: idcirco non opum direptione, non tectorum excisione, nõ oppidorũ vastitate ita mouentur, vt de gradu honestatis & constantiæ deijciantur. In harum rerum amissione dicunt cum Iob: dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictum. Eam ob causam non tam earum facultatem & copiam expetendam putant, quàm in vtendo rationem, & in carẽdo patien-

Nemo potest seruire Deo & mammonæ iniquitatis i. auaritię. Iob. 1.

tiam. Et quanuis diuites sint, magis in illis virtus elucescit, quàm opum abundantia. Vt obscuratur luce solis lumen lucernæ, sic rerum corporearum æstimatio, virtutis splẽdore euanescit, & quasi tenebris obfuscatur. Et licet diuitiæ ex se malæ non sint, sunt tamen periculosæ, & eam ob causam non est illis seruiendũ neque cor tradendum. Ideo enim aiebat ecclesiasticus: multos perdit aurũ & argentum. Et Christus in hoc loco: nemo potest duobus dominis seruire. Non potestis seruire Deo & mammonæ. Et Dauid: diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Ac si dicat: si mũdi opes obtinueritis, nolite eas ardenter diligere, nõ illis adijciatis animũ: possidete si volueritis diuitias, sed non illis seruiatis: seruate cor Deo: erga diuitias autem perinde affecti sitis, ac si nihil possideatis. Transit enim breui imago caducarum rerum inanis & adumbrata: Quam ob causam sunt pro nihilo putandæ: Deus aũt, qui semper est, summa charitate diligendus. Non ergo seruiamus diuitijs, non auaritiæ sed potius Deo. Audiamus Paulum admonentem in epist. ad Colosen. mortificate auaritiam quæ est simulacrorum seruitus. Audiamus Augustinum dicentem, auarus antequam lucretur pecuniam, seipsum perdit, priusquàm aliquid capiat, capitur. Audiamus Chrysostomum inquientem: auaritia est crudelis tyrannus. Diuitiæ sunt idola, quibus illud accommodari potest, quod dicit Deus per Hieremiam: seruietis dijs alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem. Volentes antiqui philosophi carminibus auaritiam describere, finxerunt tantalum apud inferos in medio aquarum siti cruciari, significantes esse auaritiam baratrum quoddam vbi cupidi amore diuitiarum flagrantes eas ardenter appetunt, quibus abundant, & quo magis illis affluunt eo vehementiori cupiditate torquentur. Et si auarus sit auro onustus, & diuitiarum plenior naue illa, quæ veniebat ad salomonem ex ophir, nunquam tamen saciabitur. Quo amplius thesaurus diuitis augetur, eo magis populi opes extenuantur, & hauriuntur. Imperator Trajanus thesaurum diuitum cum liene comparabat, authore sexto Aurelio in vita Iuliani. Vt enim crescente liene reliqui artus tabescunt, sic crescente fisco tyranni, debilitantur diuitiæ subditorum, cum eas illis diripiat vt se locupletem faciat. Et quemadmodum crescente liene, decrescunt alia membra, sic crescente auaritia, deficiunt penitus virtutes, arescit benignitas, liberalitas, charitas, veritas, iustitia, & cæteræ huiusmodi excellentes qualitates. Quod si diuitiarum abundantia animi sitim extingueret non maximè mirandum esset quod diuites illis seruirent: sed non solũ nõ satiant, & sitim extingunt, sed nocent, & secum detrimentum & mortem ducunt. Vt enim quæ non sunt apta nostræ naturæ, nullamque cum ea habent proportionem, veluti ignis & sulphur, & cætera huiusmodi, manducata, non modo vtilitatem non afferunt, sed lædunt, & necant, sic falsæ mundi diuitiæ nimis optatæ, non solum, animam non alunt ad æternitatem, neque eius impia desideria mitigant, & sedant, sed

Marginalia: Simile. — Eccle. 8. — Psal 61. — Colo. 3. — D. Augu. — D. Chry. — Ier. 16. — Similitu. — Simile.

ſed etiam excidium illi ſempiternum machinantur. Cibus illi conueniens virtus eſt, cuius eſt proprium, Deum ſummè diligere, illum optare illi adhærere, illi ſeruire, omnia propter illum contẽnere. poſſunt quidem diuitiæ poſsideri abſque peccato, ſed ſitiens earum rerum cupiditas, & ambitio quam D. Pau. radicem omniũ malorum vocat, abſque peccato poſsideri non poteſt. Quarè quando ex hac radice tanta mala ſuboriuntur, eam erradicemus ex animo: quãdo ex illa tanquam ex ſtirpe cæteræ flagitiorũ peſtes oriuntur, quę cordis occupant terram, & admirabilia illa virtutum ſemina noſtris ingenijs innata adoleſcere non ſinunt: eam pœnitus extirpemus. Beatus vir, inquit eccleſiaſticus, qui poſt aurum nõ abijt, neq; ſperauit in pecunia & theſauris. Omnia animantia manus habentia illis terrã attingunt præter hominẽ qui manus à terra habet eleuatas. Cum enim bruta creata non ſint ad poſsidendum cœlum, ſed terram, decet eam manibus terere & attingere: at homo ad Dei imaginem & ſimilitudinem creatus ad cæleſtem beatitudinem poſsidendam non terit manibus terram, ſed pedibus eã conculcat. Voluit Deus vt ipſa noſtra compoſitio nos moneret, vt vellemus cõtẽnere terram, & ad cœlum ſemper aſpirare. Eam ob cauſam cum cæteros animantes natura abiciſſet ad paſtum, ſolũ hominem erexit, eius manus abduxit à terra & oculos ad cœli conſpectum quaſi ad proprium domicilium excitauit. Si conſiderare velimus quæ ſit in natura hominis excellentia, quid differat à cæteris animantibus, & ad quod fuerit creatus, intelligemus quàm turpe ſit duci auaritia, diuitias ardentius quam cætera omnia cupere, & pro rebus fluxis velle amittere æternas: quẽadmodum aquila fertur in ſublime, ad terram autem non deſcendit niſi ad neceſſarium victum quærendum, capta autem præda ſtatim volat neq; in ima terra detinetur: ſic nos debemus in cœlo animo verſari, & depoſita ſuper uacanea rerum humanarum ſolicitudine, Deum mentis oculis contemplari, & quieta ac tranquilla mente conſiſtere. Ad terram non debemus deſcendere, niſi vt ea, quæ ſunt vitæ neceſſaria accipiamus: quibus obtentis debemus ad ipſum Deum cogitatione volare & animo cõfugere. Ad id nos hortatur D. Paul. in epiſt. 1. ad Timo. His verbis: habentes alimẽta & quibus tegamur, his contenti ſimus: nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tẽtationem, & in laqueum diaboli. Salomon ille, qui antiquitatis memoriam ſapiẽtia ſuperauit, fundens ad Deum præcationes ſuas, has voces emiſit: tribue tantum victui meo neceſſaria, ne forte ſatiatus illiciar ad negandum: & rurſus: melius eſt parum cum timore domini, quàm theſauri magni, & inſatiabiles. Id quod his verbis dixerat eius pater: melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas. Eam ob cauſam dixit eccleſiaſticus: noli anxius eſſe in diuitijs iniuſtis: non enim proderũt tibi in die obductionis & vindictæ. Paupertas, vt ait Chryſoſto. in epiſt. Ad he. Eſt manudutrix in viam, quæ ducit ad cœlum. Et diuus Auguſtinꝰ in Pſalm. 76. oĩs, inquit, philoſophiæ magiſtra nobis eſt inopia. Sed quid mirãdum, cum gentiũ philoſophi id ipſum cõteſtẽtur? plutarchꝰ cõtẽptꝰ, inquit,

1. Tim. 6. — Eccl. 31. — Simile. — Simile. — 1. Tim. 6 — Pro. 30. — Pſal. 30? — Eccl. 5. b. — D. Chry. — D. Augu.

inquit, diuitiarum est instrumentum philosophiæ. Bias. quis diues? Qui nihil cupit. Quis pauper? auarus. Seneca: breuissima ad diuitias per contemptum diuitiarum via est. Crates ille Tebanus, qui opibus affluebat, cum se Athenas ad philosophandum tanquam ad bonarum artium mercaturã conferret, magnum dicitur auri pondus in mare coniecisse, quoniam non putauit, se posse simul & virtutes & diuitias possidere: & cum illud in altum gurgitem profunderet, dixisse aiunt: abite pessum malæ cupiditates, ego vos mergam, ne ipse mergar à vobis. melius fecisset si diuitias illas propter Deũ inter pauperes distribueret. neque ego in eo laudo perdere illas, sed eas aspernari. Felices illi, qui paucis contenti, opes suas propter Christum inopibus largiuntur & ad eas opes aspirant, ex quibus credunt posse verum decus reflorescere, veráq; dignitatem Redũdare: qui possunt dicere cum apostolis; ecce nos reliquimus omnia. Sed de hoc aliâs: nõ ergo diuitijs sed Deo seruiendum est.

Bias. Seneca. Crates. Mat. 19.

¶ *Ideo dico vobis ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis &c.* His atque sequentibus verbis vsque ad illa quæri te primum regnum Dei & iustitiam eius & hæc omnia adijcientur vobis pro sua virili contendit dñs persuadere oẽs nos, vt pendeamus toti à Deo, suisque fidamus præsidijs atq; prouidẽtiæ. Et vt nolimus discrutiari sollicitudine de parandis cibis, sine quibus nõ viuitur: de parãdo vestitu quo tegitur corpus, & frigoris iniuria defenditur. Multa etiã extant sacræ scripturæ alia testimonia, multa extant exẽpla quibus ad hanc eãdem fiduciã excitamur. In pro. ait Salomon: habe fiduciam in dño ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. Sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio ossium tuorum. Ac si diceret: si totus pendeas à dño illique fidas ac eum timeas, totum corpus tuum bene habebit. Per vmbilicum aluntur pueri in vteris matrum, vnde per eũ totũ corpus intelligit. Qua similitudine insinuare vult dñs nos esse filios suos, ipsiusq; esse nos alere, & de rebus necessarijs prouiderẽ sine sollicitudine nostra, si illi fidamus: quemadmodũ matrum est, pueros in vteris existentes sine illorum cura sustentare.

Pro sua virili conatur dominus homines persuadere, vt illi eiusque prouidentiæ fidant. Pro. 3. a.

¶ Nihil dñs intentatum relinquit, vt nos ad fiduciam habendam persuadeat. Pete tibi signũ, inquit Esaias infido Achaz, à dño Deo tuo, siue in profundũ inferni, siue in excelsum supra: ac si dicat, quod miraculũ velis, quantũuis maximũ, edet dñs: vt illi fidas. Stabit sol, aperietur mare, mortui si volueris suscitabuntur, dum modo illi credas, in eumq; fiduciam habeas.

Esai. 7.

¶ Ad hanc fiduciam habendã hac ratione suadet D. Paulus oẽs fideles in epist. ad rom. Si Deus, inquit, est pro nobis quis contra nos? Ac si dicat: nõ fames, non sitis, non nuditas aduersari nobis possunt, non creatura aliqua, si Deus est pro nobis: ille enim prouidebit vt nobis succurrat liberalitas bonorũ, aut vt opera manuaria suppeditet quod necessitati medeatur. Postremo. Si nihil horũ, pater non destituet suos, Sed si velimus vrgẽtius hac ratione vti dicamus, in hũc modum: si Deus homo pro homine quis cõtra hominem? Deus enim iã caro & frater noster est quare certũ est, quod fami & nuditati nostræ consulet, ne quid ea cura nos auocet à studio rerum meliorum.

Rom. 8.

¶ Insidiosus ille tentator diabolus nihil

nihil aliud quàm hominem suspicãs esse Christum, licet admirabilem: ad diffidentiam eũ pertrahere in prima sua tentatione conatus est his verbis: si filius Dei es dic vt lapides isti panes fiant. Ac si dicat: si gloriaris te esse filium Dei, qui coueniunt filium Dei esse & fame cruciari? Haeccine est cura patris illius, qui Paulo ante dicebat cunctis audiẽtibus: hic est filius meus dilectus? Proba hoc miraculo an verè sit ille pater cuius est prouidere filijs: tenta an ita sit, conuertendo lapides in panes. At Christus dominus sua immensa & perfectissima fiducia hanc primam insidiatoris tentationẽ vicit his verbis: non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Hac eadem tentatione vsi postea sunt iudæi, Christo in cruce pẽdenti dicentes: si filius Dei es, descende de cruce & rursum: si Rex Israel est descendat nũc de cruce, & credimus ei. Dixit enim quia filius Dei sum. Ac si dicerent: minime conueniunt esse filium Dei & crucis patibulo esse affixũ: quare vt hæc ita esse credat, tẽtet nunc de cruce descẽdere, & experimento discet id facere non posse: quod impossibile existimamus, tunc credemus ei. Sed summa Christi domini fiducia vicit non solum Iudæorum, sed diaboli diffidentiam: idcirco eo præmio affectus est, vt per acta tentatione accederent angeli & ministrarent ei vt idem euangelista testatur.

Supra c.4.

Supr. c.3.

Infra. 27.

¶Hæc est fiducia illa, quæ constituit Abrahamum patrem multarum gentium, & virginem Mariam, Dei matrẽ effecit. De Abrahamo loquẽs, D. Paulus ait in epist. ad Rom. c.4. qui contra spẽ in spẽ credidit, vt fieret pater multarũ gentiũ &c. in repromissione enim Dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide: dans gloriam Deo, plenissime sciens quia quæcunque promisit Deus, potens est & facere. i. contra spem naturæ credidit Abrahamus in spem diuinæ promissionis: & per hoc meruit effici pater multarum gentium. Non enim fuit in eo infirma & imbecillis hæc fiducia, nec vllo pacto attendit ad emortuum corpus suum, vuluamq; Saræ emortuam. Et si hæsitauit non tamẽ diffidens, at de modo quo id fieret ambigens. Sed robustus effectus est in fiducia. De virgine verò legimus apud Lucam, Dei genitricem effectam ob summã in Deo fidẽ ac fiduciã. Beata; inquit Elisabeth, quæ credidisti, quoniam perficiẽtur in te quæ dicta sunt tibi à dño. Ac si diceret: hoc certè nomine felix es, quod non diffisa sis, quãlibet incredibilibus angeli promissis. Concepisti citra virilem operã, nec dubium est quin eadem fide sint tibi præstanda cætera.

Ro. 4.

Luc. 1.

¶Regius vates in psalmo. 4. appellat fiduciam, sacrificium quoddam bonitatis & iustitiæ his verbis: sacrificate sacrificium iustitię, & sperate in domino. Verum sanè maximeq; gratũ & acceptum sacrificium est, Deo fidere, in illo spem nostram reponere, ab illo denique pendere. Quo fit, vt & si diuites in hoc seculo à fructu frumẽti, vini, & olei sui multiplicati sint, hoc est, & si rerum omnium affluentia abundẽt, ego verò omnibus careã, in vtranque tamen aurem dormiam: securus quod pater cœlestis non me destituet: quare in pace in idipsum dormiam & requiescam. Ille enim regit me nihil ergo mihi deerit.

Psal. 4.

Ibidem.

Ibidem.

¶Idem psalmographus in psalmo 90. multa enumerat mala à quibus vi-

Psal. 90.

viri fiducia cœlesti præstantes à domino liberantur. Vnusquisque enim illorum ait domino: susceptor meus es tu, & refugium meum Deus meus sperabo in eo. Et idcirco: ipse liberauit me de laqueo venantium & à verbo aspero. Lege totum psalmum & inuenies innumera mala à quibus cœlestis spes iustos piosq; homines eruit.

¶ Hoc idem significare volés Abacuc in cantico suo ait loquens nomine populi fidelis in Babilone captiui. Abacuc. cap. 3. Ficus enim non florebit & non erit germen in vineis, mentietur opus oliuæ, & arua non afferét cibum, abscindetur de ouili pecus, & non erit armétum in præsepibus. Ego autem in domino gaudebo: exultabo in Deo Iesu meo. Deus dominus fortitudo mea ponet pedes meos quasi ceruorum, & super excelsa mea deducet me victor, in psalmis canentem. Ac si diceret: in expugnatione illa Babylonica quando per se parcent mihi populo fideli, & expugnabunt Babylonem, omnia vastabuntur ac perdétur, hoc est, vineæ, oliuæ, arua, atque iumenta omnia, oues denique & boues. In talibus enim oppugnationibus solent hostes omnia perdere. At ego cum sim populus fidelis totusque pendeá à Deo, in domino gaudebo tunc propter opem & auxilium eius: & exultabo atque gestiam in Deo seruatore meo, ferentiq; mihi opem: exultabo, inquá, quoniam tunc nihil mihi deerit: nó victus non vestitus, non ad vitam necessaria. Ipse enim efficiet, vt quá primùm iubente cyro, & redeam in terram illam excelsam, & montuosam fluentem lacte & melle: tuncque gratias maximas agam Deo cantando psalmos.

¶ *Respicite volatilia cœli* Ad auium, liliorum & fœni considerationem, nos in hoc capite inuitat dominus, ex quo colliges rerum creatarum considerationem, vtilem esse & salutarem, cum nos ducat ad creatoris cótemplandam naturam, & peculiarem erga homines prouidentiam. Rerú creatarum cósideratio vtilis est. Nam sicut riuuli nos ducunt ad fontem, sic creatura ad creatorem: & quanuis riuuli sint impuri nos tamen ad purum fontem inueniendú dirigunt. Similitudo. Est enim Deus fons ille sempiternus, de quo ait propheta. Apud te ast fons vitæ, hoc est. Psal. 53. Tu es fons à quo omnis vita effluit & dimanat. Quicquid est creatum, explicat suo modo gloriam Dei: & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Psal. 18. Et D. Pau. ad Roma. 1. Inuisibilia enim Dei à creatura mundi, per éa quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur. Rom. 1. eam ob causam appellarunt nonnulli seculum, speculum rerum inuisibilium. Et ita intelligitur id quod in lib. sapientiæ & hoc quod cótinet omnia sciétiam habet vocis. Sapien. 1. Hoc est, múdus omnia continens, te domine scit prædicare & laudibus efferre. Ideo dicunt nonnulli, dixisse Anaxagoram: Anaxagoras. natum se esse vt videret solem, quia pulcherrimi illius astri, eiusq; admirabilis luminis, & immutabilis constantiæ contemplatio, illum ad contemplandum summum illum rerum omniú opificem & moderatoré Deú optimum maximum vehebat. Ob eá causam per Esai. populum iudæorú Esai. 5. increpabat dominus, quod opera Dei non respiciebant. Dediti enim crapulis, & mundi voluptatibus opera Dei animaduertere non curabant. Vt igitur reuocet dominus suos, ab anxia rerum humanarum solicitudine eos ad volatilium, aliarumque creaturarum considerationem inuitat, dicens: Respicite

picite volatilia cœli &c. Vt saltim hac consideratione commoti, à diuina prouidentia pendeant, eius interest fami & nuditati suorum consulere.

¶ *Nolite ergo soliciti esse dicẽtes: quid mã ducabimus.* Non sine causa Moyses. Genesi. 1. postquam dixit de creatione animalium, bestiarum & reptilium, vidit Deus quod esset bonum: subdit & ait. Faciamus hominem ad imaginẽ &c. Vt hoc facto inutilem illam & superfluam ventris curam à nobis eximeret. q. d. Ecce homo, quemadmodũ nunc, ante quam esses, omnia tibi necessaria ad vitam præparaui, Sic nunquam tibi deerit victus, tantum in vocatione tua perseueres. Huc pertinet quod in hoc loco ait Christus nolite ergo soliciti esse dicẽtes; quid mandu cabimus. Sed quærite primũ regnum Dei.

Gen. 1. — quare deus prius mũdũ, & quæ in eo sunt condid[it] quam hominem.

¶ *Et de vestimentis quid soliciti estis.* Gen. 3. Dicitur fecit quoque dominus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas &c. Vbi iterum se prodit diuina bonitas. Supra, homini etiam peccatori modum ostenderat victus acquirendi: in sudore, inquit, vultus tui vesceris pane tuo: nunc ad cumulum bonitatis etiam vestit eos. Nimirum id nos docere volens, quod Christus in hoc loco docuit, & de vestimẽtis quid soliciti estis? Si enim peccatoribus id non negauit, sed sua sponte etiam nõ rogatus concesit, multò minus pijs & iustis ea negabit. Obseruandũ aut quod nõ sericas, ipsis, aut purpureas, vel auro textas, aut etiam mollitiem præse ferentes vestes dedit, sed pelliceas. Vt intelligamus vestium vsum non ad voluptatem, sed necessitatem datum esse; ad contegenda scilicet mẽbra, & arcendum frigus. Vestibus igitur abutuntur, qui aliud in ipsis quærunt.

Gen. 3.

Si Deus peccato ribus victũ & vestitũ aliaque ad vitam necessaria nõ negat mul to minus ea pijs ne gabit.

¶ *Primum ergo quærite regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis.* Genes. 13 legimus quod Habraham erat diues valde in possessione auri & argenti, quo exemplo disces, quàm verũ sit quod hic dominus ait. Primùm quærite regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis, & Gene. 17. ait dominus eidem: statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te fœdere sempiterno, vt sim Deus tuus, & seminis tui post te. Daboque tibi & semini tuo, terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaam &c. In quo pacto præcipuum esse videmus, vt sit Deus noster: deinde temporalia pollicetur. Vt discas ex hoc loco, primo omnium regnum Dei esse quærendum, tũc enim etiam temporalia nobis acquirentur & adijcientur. Hac doctrina edoctus Iacob, quam primùm è somno surrexit, diẽ auspicatur à laude Dei & gratiarum actione, oratione denique & cultu Dei. Vnde Genesis. 28. dicitur. Cumq; euigilasset Iacob de somno; ait. Verè dominus est in loco isto. Pauensq;. Quam terribilis est (inquit) locus iste: non est hic aliud nisi domus Dei &c. Vouit etiam votum &c. Nõ igitur mirum quod omnia ei prosperè cesserunt. Nam Christus in hoc loco dicit. Quærite primùm regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Quo in loco maximè illud quod Iacob ait est, animaduertendum. Si fuerit dominus mecum, dederitque mihi panem ad vescendũ &c. Vbi temporalia vltimo loco & parcè petit, primo verò loco Dei regnum quærit, dicens. Si fuerit dominus mecum. Quo exemplo docemur,

Gen. 13. — Iustis omnia prospere cedunt.

Gen. 17

Gen. 28.

vt primùm quæramus dominum, deinde temporalia parcè petamus & habentes (vt inquit Pau. 1. Timo. 6.) victum & vestitum, his cõtenti simus. 1. Tim. 6.

¶ Temerarie nemo iudicandus, Margaritæ ante porcos non ponendæ.

Caput VII.

NOlite iudicare, & non iudicabimini, nolite condenare & non cõdenabimini. In quo .n. iuditio iudicaueritis, iudicabimini & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabẽ in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo. Frater, sine eijciam festucam de oculo tuo: & ecce trabs est in oculo tuo. Hypocrita, eijce primũ trabẽ de oculo tuo, & tũc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. nolite dare sanctũ canibus: neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & canes conuersi dirumpant vos. Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenenit: & pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidẽ porriget ei? Aut si piscem petierit: nunquid serpentem porriget ei? Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filijs vestris: quãto magis pater vester qui in cœlis est, dabit bona petẽtibus se? Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines: & vos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ. Intrate per angustam portam, quia lata porta, & spatiosa via est quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrãt per eam. Quam angusta porta & arcta via est quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniũt eam. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autẽ, sunt lupi rapaces, a fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit, mala autem arbor, malos fructus facit. Non potest autem arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor

Marginal notes: Luc. 6. f. Ro. 2. a. — Marc. 4. c Luc. 6. f. — Io. 29. c. Mar. 11. c Luc. 11. b — Ioã. 14. b. 16. e. Iac. 1. a. — Luc. 6. c. — Tob. 4. a. Luc. 13. — Luc. 9. f. g — Sup. 2. f.

bor quæ non facit fructus bonos, excidetur & in ignem mittetur, igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorum. Sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnũ cœlorũ.
Lu.13.e.f *multi dicent mihi in illa die, domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? et tũc confitebor illis, quia nũquam noui vos, discedite a me omnes qui*
Ps.6.e. Infr.25.f. Lu.13.f. Luc.6.g. Ro.2.b. Iaco.1.d. *operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea: assimilabitur viro sapiẽti qui ædificauit domũ suam super petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata erat enim super petram. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto qui ædificauit domũ suam super arenam, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit; & fuit ruina illius magna. Et factum est cũ cõsũmasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius. Erat. n. docens eos sicut potestatem habẽs,* Mar.1.d.
& nõ sicut scribæ eorum & pharisæi. Luc.5.d.

Cap. VII. Ad literã.

IN quo iuditio iudicaueritis iudicabimini in qua mensura mensi fueritis remetietur vobis. Si hæc ad Deum referantur, notandum est, quod non significatur iuditium quo Deus iudicabit de nobis, esse tale in genere moris, quale est iuditiũ quod nos seruamus erga proximum. Neq; enim si nos temerario iuditio proximum iudicemus, etiam de nobis iniquo iuditio iudicabit dominus. neq; si nos iniqua mensura in proximum operemur, Deus iniqua mensura remetietur nobis. Sed hæc dicta intellige, quod iuxta mensurã qualitatis operum, erit retributio præmiorum, secundum mensuram temeritatis iuditij de fratre, erit compensatio pœnę cum steterimus ante tribunal Christi.

¶ *In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis.* Vel metietur vobis alij, vel metietur vobis Deus: vtrunque sensum habent hæc verba. secundus iam superius explicatus est.

¶ *Nunquid colligunt.* Sub. homines. *De spinis vuas.*

¶ *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur.* Ex hoc colliges, quã falsum sit quod hæretici autumant. Opera nostra non esse

esse necesaria ad salutem.

¶ *Non ne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes fecimus?* i. Facultate à te accepta euangelizauimus, & tua virtute miracula ædidimus, quibus confirmabas quæ docebamus. Marc. 16. Hebraismus.

Mar. 16.

¶ *Et tunc confitebor illis.* i. Apertè dicam. Heb. confiteri in sacra scriptura idem est, quod aperte dicere. i. prædicare. Psalm 7. confitebor domino secúdum iustitiam eius. confitebor tibi in populis domine. i. prædicabo te dñe inter populos. Vel aperte dicá domine quis tu sis inter populos. Psal. 107.

confiteri quid. Psalm. 7. Psal. 107

¶ *Omnis ergo qui audit verba mea, & facit ea.* Vel factis exprimit.

Regula.

¶ *Non noui vos.* Quos sua notitia & approbatione & fauore dignos iudicat, dicitur in scriptura cognoscere. Sic illud. Nouit dominus qui sunt eius. Et illud Prius quam te formarem in vtero noui te. Quos verò sua notitia & fauore indignos iudicat, dicitur ignorare. Sic in hoc loco. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quia nunquã noui vos. Sic stultis virginibus dicitur, nescio vos Et Paulus. Qui ignorat ignorabitur.

cognoscere Deú & ignorare, quid. Hie. 1. b. Supra 25. b Paulus. 1. co. 14. g.

¶ *Super petram.* Vel Rupem.

¶ *Et non facit ea.* Vel factis nõ exprimit ea, similis dicetur &c.

¶ *Erat enim docens eos quasi potestatem habens.* Græcismus, erat docens, quod habet vim frequẽtatiui pro crebro docebat.

Ca. VII. Ad mores.

¶ *Nolite dare sanctum canibus.* Diuina mysteria impijs illaq; fastidientibus, reseranda non sunt, nam si ea reserare volueris, nulla habita temporis ratione, non solum fortasse nullum afferes emolumentum, sed afferes detrimentum. Vt si quis in altum puteũ cæno plenum, aquam puram & nitidam effuderit, nil aliud efficiet quàm cænum turbare, & aquam amittere: sic qui apud impios homines orationem de diuinis arcanis habuerit in eosq; clarissimam aquam infuderit, tali tempore id faciet, vt nihil illis prosit, quin potius deteriores reddãtur & impuriores. Eam ob causam ait in hoc loco Christus nolite sanctũ dare canibus. D. Cyrillus in. 3. tomo, explicãs illam pytagorę sententiam. Nempe Dei imaginem, non esse in annulo ferendam, ait, eam significare non esse omnibus diuina mysteria reseranda. Verbum ergo Dei, non fastidientibus, sed sitientibus illud distribuẽdum est. Hinc est quod dominus per Esaiam ait, dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam in tempore sitibundum verbo. Sub. reficere. Sic enim verti potest, pro eo quod litera nostra ait. Vt sciam sustentare eum qui lasus est verbo.

Simili. D. Cirillus. 3. Tomo. Esaias. 50.

¶ *Nolite dare sanctum canibus, nec mittatis Margaritas vestras ante porcos.* Solet scriptura homines impios, nõ homines sed feras appellare, & merito, ea enim scelera concipiunt, vt bruta animalia, feritate, stoliditate & maleficio superẽt. Phariseos appellauit Ioa. Baptista progeniem viperarum: quibus Christus dixit, serpentes & genimina viperarum, quomodo fugietis à iuditio gehennæ? Herodem propter malitiam appellauit Christus vulpẽ. Ite (inquit) & dicite vulpi illi. Libidini dechitos appellat Hieremias equos amatores, voluptuosi appellantur porci, impudentes verò canes, iuxta illud quod

Homines impios vocat sacra scriptura feras. Math. 3. Math. 23 Luc. 13 Hiere. 5.

quod in hoc loco ait Christus. Nolite dare sanctum canibus, lege, quæ annotauimus cap. 3. in illa verba progenies viperarum.

¶ *Quærite & inuenietis &c. omnis enim qui quærit inuenit.* Sunt multi, qui etsi Deum quærant, non tamē inueniūt, eo quod non verè ex animo quærant. Filij Israel in deserto pergebant corpore ad terram promissionis, animo autem in AEgyptum reuertebantur, eius alia, porros & cucumeres desiderantes, ideo ad terram promissionis non accesserunt. Sic multi, Deum nō inueniunt quia interius non quærūt quem exterius quærere videntur. De talibus ait dominus per Esaiam. Me etenim de die in diem quærunt, quasi gens quæ iustitiam fecerit. Multi de die in diem proponunt se à vitijs ad Deum conuersuros, at nunquam verè conuertuntur, similes nautis in portu, qui quotidie proponūt eggredi, & dare vela ventis, & nunquam soluunt, donec præterito nauigandi tēpore nauis in portu putrescat, & consumatur: prætereunt quadragesimæ & quadragesimæ, & si factis quærere Deum videantur nunquam tamen à vitijs abducuntur, quotidie se ab illis abducere proponentes. O ignauiā deplorandam, eleuate ancoras, præscindite earum funes, quia amittitis tempus & æstum, ac ventum prosperè ac mirabiliter flantem: quærite ex totó corde Deum & inuenietis, nam qui verè quærit inuenit, vt in hoc loco ve veritas affirmat ipsa dicens omnis qui quærit inuenit.

Multi & si deū quęrunt, non inueniūt, quia non ex animo quærunt. Num. 11.

Esai. 68.

Similitu.

¶ *Angusta est via quæ ducit ad vitam.* Gene. 19. ait angelus Loth. in monte saluum te fac. Non possunt, inquit, in monte saluari &c. vide quæso ingeniū carnis quæ semper renititur, & cōtraria spiritui suggerit. Omnes ardua & aspera fugimus, voluptuosa eligimus, angusta enim est via, vt in hoc loco Christus ait, ad vitam, & pauci inueniunt eam, caro vult esse extra periculum, vult quidem audire Christum, sed ob ipsum pati renuit, cum tamen omnes qui piè volunt viuere in Christo persecutionem patiantur. mons est quod Christus dicit, qui vult veni re post me, tollat crucem suam &c. item si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habens &c. Hos montes fugimus: malumus imis permanere. Atque scriptura montes quidem ostendit, nullum tamen cogit.

Gen. 19.

Caro semper renititur & cōtraria spiritui suggerit.

1. Ti. 5.
Infra. 16. d.
Inf. 19. c.

¶ *Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium.* Exod. 30. ait dominus Moysi. Facies altare suffumenti, vestiesque illud auro purissimo. Nō enim vult dominus quicquam nostrū videre, nisi vestitum & tectum. Omnes nos immundi, & omnia nostra indigna diuinis oculis, ideo omnia vestienda. Tegendus sacerdos sacris vestibus, tegendum altare auro, etiam si ligna sittim ex quibus factū est munda & pretiosissima sint. Hinc arbitror Paulum consulere vt Christum induamus, ne scilicet æternus pater, vestimenta nostra sordida videns sordida & lacera, à nobis abhorreat. Sed quæres, qualiter eadem vestis, tot hominum differentijs conuenire possit? Audi eundem Pau. Rom. 13. Omnibus (inquit) omnia factus sum. Si Pauli vestis, aut ipse vestis est, quæ oib9 cōueniat, cur nō potius vestiū christi? sed quare non dixit, Induimini Christi vestem, sed Christum? Quoniam solent etiam hypocritæ Christi vestibus tegi. Veniunt enim vt hic ait dominus, in vestimentis ouium, sed non induunt ouem ipsam. Vis scire qualiter

Exo. 30.
Nihil nostrū vult Dominus videri nisi tectum & vestitū

Ro. 13.

Nota.

ter vestis hæc omnibus conueniat? Discite inquit, à me quia mitis sum & humilis corde, & quis est quē non deceat & conueniat mitem & humilē esse, quid magis altitudinem extollit quàm clementia & humilitas? conueniunt hæc magnis & paruis, nobilib9 & ignobilibus vt nullus sit, cui huiusmodi vestimenta excessiua aut curta sint. Pharisæi solum induebant pellē & apparentiam ouis Christi, sed non ipsum Christum, hypocritæ Christiani, solum teguntur non auro purissimo, sed auricalco, non vera humilitate & clemētia, sed ficta & apparēti. à q̃bus cauēdū, docet in hoc loco christ9. Infra.11.

¶ *veniunt ad vos in vestimentis ouium.* Vide quæ de hypocrisi diximus. c. præc. in illa verba: cum ieiunatis nolite fieri. &c.

¶ *Attendite á falsis prophetis qui veniunt ad uos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* His verbis docet nos dominus, nobis non esse periculū ab hominibus qui libidine, luxu, fastu auaricia, reliquisque cupiditatibus ludentes, ac risum insanum ridentes tēdunt in exitium: si quidem illos sequi non error est sed insania: magis cauendum est ab his qui nobis se iungūt, speciem habentes pietatis, quum sint pietatis hostes. Deum patrem, euangelicam doctrinam, regnū cœlorum habent in ore, cultus est vilis, ora pallent ieiunio, corpus habent attenuatum, macre, orant prolixè, largiuntur pauperibus, erudiunt populum, & interpretātur sacros libros: atque harum rerū imagine personati veniunt ad nos, velut ouilla pelle tecti, quum intus sint lupi rapaces, & euangelici gregis laniatores, docentes doctrinam hominum non Dei. Tales sunt hæretici nostri temporis simulantes pietatem & gregem domini sua falsa doctrina dilaniantes. Citant quidem diuinas scripturas, sed deprauatè: & ad hæreses suas confirmandas locos afferunt sacrarum literarum, sed qui illud minime dicant. Vt qui regis imaginem ex auro & gemmis prætiosis à solerte artifice fabricatam dissoluunt, & transferunt aurum illud & gemmas in canis imaginem, quam ex eadem materia conficiunt, aiunt imaginem illam suam canis, esse regis imaginem, quoniam idem est aurum, & iidem pretiosi lapilli: sic hæretici imaginem fidei dissoluunt, & ex eisdem sacræ scripturæ testimoniis perperàm ac falsò expositis imaginem perfidiæ conficiunt, & ornant: & aiunt illam esse fidei & veritatis imaginem, quoniam est ex eisdem locis: & hoc modo sepè numero imbecillos & fragiles homines fallunt, suadentes illis turpem illam canis figuram, hoc est, pestiferam suam hęresim esse pulchram regis, hoc est, expressam veritatis imaginē. Hac similitudine vtitur hirineus libro aduersus valentinū primo. Hi sunt qui munus sathanæ sese in angelum lucis transfigurātis subeunt: similes hi sunt pyratis insignia hostium suorum in nauiū suorum puppibus erigentibus, vt eos decipiant & tandem capiant, pacem & amicitiam simulantes. Hi, inquam, sunt, à quib9 cauere monet diuus Paulus in episto. Ad ro. ca. 16. His verbis: Rogo autem vos fratres vt obseruetis eos, qui offendicula, præter doctrinā, quam vos didicistis faciunt: & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed per dulces sermones, & benedictiones, siue, vt alii vertunt, adulationes seducunt corda innocentiū. Hos alibi idē Apo. vocat canes, malos operarios, cōcisionem.

Simile.

Ro. 16. a.

Phili. 3.a. cisionem. Nec tantum vitandi sunt qui eiusmodi sunt, nobis aliam doctrinam afferentes & tradentes, præter eam, quam semel imbuti sumus:
Gal. 1.b. sed & si angelus de cœlo huic diuersam doctrinam afferret, claudēdæ sūt aures cantibus Syrenarum, & surda aure transeundum: quoniam qui huiusmodi sunt, quæ sua sunt quærunt
Phi. 2.c. non quæ Iesu Christi. Non infundūt vinum super vulnera, sed oleum tantum: palpant, non adducunt. Dicentes bonum: malum, & amarū, dulce, lucemque ponentes in tenebras. Dicentes quod olim prophetæ falsi po-
Hiere. 6.d pulo adulantes dicebant: pax, pax: & nō erat pax. Qui huiusmodi sunt mōstra potiusquā homines dicendi sunt. Monstrum sane horrendum ingens esset animal cuius vna pars esset lupina, altera verò esset ouina. Tales ergo sunt hæretici falsiq; prophetę qui veniunt ad nos in vestimentis ouiū intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Os habent ouium, vultum afferūt agnorum, cor verò luporum: intus sunt rubus, foris ficus: intus gentiles foris christiani: quo nihil mōstruosius. Nihil esset negocij lupū ab oue dignoscere, si vterque suam æderet vocem, nihil esset negocij ab oue non cauere, à lupo verò fugere, si vterque sua pelle tectus veniret. Quid autē facias, vbi lupus ouillo vellere, ouilla voce ouē simulans, irrepserit in ouile, non vt ouis fiat, sed vt crudelius oues laniet? Mutat vocē lupus & Christi nomen profitetur: profitetur euāgelicā doctrinam, sed vt incautis aspergat hæreseos suæ venena. Simulat opera pietatis, quo magis aliorū simplicitate ad suas cupiditates abutatur. Ab his igitur chimeris horrendisq; mōstris diligenter est cauendū, precipuè ijs, quos delegit dñs sui gregis custodes ac pastores, quales erāt apostoli cū quib, in præsentiarū dñs loquebatur. Præsulū omnium est, diligēter curare ne huiusmodi monstra dilanient gregē sibi commissum. Istorum falsorū prophetarū typus expressaq; imago fuit Balaam qui ouilla voce ouē simulans Dei populū benedictionibus replebat. Moriatur, inqt, anima mea morte iustorū, & fiant nouissima mea ho- Nu. 23.b
rum similia &c. Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel. Intus autem cum esset lupus rapax docebat regē Balac vt Israelitis ad fornicandum mulieres suas offeret; docebat præterea regē, vt Israelitas inuitaret ad comedendū immolata & oblata Belphegor sacrificia, autore Iosepho. Vnde dñs falso cuidā prophetæ dicebat apud Io. in ap. habeo aduersus Apo. 2.
te pauca: qa habes illic docētes doctrinā Balaā, qui docebat Balaac mittere scandalū corā filijs Israel, edere & fornicari. De quibus vitijs habes nume Nu. 25.
rorū c. 25. Sic ergo sunt falsi prædicatores, qui mira de rebus cœlestibus loquuntur: suæ eloquētiæ suauitate aures populi demulcent, ac detinēt: ad vitia tamē pelliciūt & trahūt: sicq; dilaniāt gregē dñi. Erudiūt fideles, & interpretātur sacrā scripturā, & tādem ad suas cupiditates eos trahere conantur.

¶ *Attendite à falsis prophetis.* Inter alia munera atque charismata apostolis & ecclesiæ à Christo dño collata, hoc vnū fuit, vt discernere scirēt, quisnā esset verus, quis verò falsus propheta. Et quēadmodū misit ad ecclesiā suā spiritū sanctū, vt doceret eā mysteria fidei, ne aberraret à vero: suggeret, Ioa. 14.d.
inqt, vobis, quęcūq; dixero vobis: & dedit illis potestatē remittēdi peccata dicens: accipite Spiritū sanctū quorū remi

quãdo hæc poteſtas adeſt. Nã ſi nõ ad eſt, præcipit Paul9 vt ſemel & iterũ admoneatur, & deinde uitetur ei9 colloquiũ, & cõſuetudo, vt pertinacis hominis. At veró ſi adeſt, ex edicto iudiciaria poteſtas, ad eã erit deferẽdus. Illi. n. incũbit ex officio corripere, & admonere, ſupplicioq; hæreticos afficere. Et ſi verũ ſit quod ętate apoſtolorũ blandius ſe gerebat eccleſia erga hęreticos, ſi forſitã illos ſuauitas iudicij ad correctionẽ admoneret: At veró, quia animaduertit in eccleſiam Dei indies furere amplius hæreticam veſaniã, ideò accerbius aduertit in ipſos: vt prætermiſsis admonitionibus nouis, res deferatur ad fidei cenſores, ne vt peſtis ſerpat hæreſis in catholicos.

¶ *Qui veniunt ad vos.* Hic primũ obſerua, hæreticos falſosque prophetas nõ eſſe miſſos à Deo, ſed ipſi ſunt qui ad nos ſua autoritate veniũt. Veri aũt atq; catholici prędicatores atq; doctores mittũtur à Deo. Vnde D. Pau. in epiſt. ad ro. ait: quo modo prædicabũt niſi mittantur. (Ro. 10. c.) De huiusmodi falſis prophetis olim dicebat dñs apud Hieremiã: non mittebã prophetas, & ipſi currebant: nõ loquebar ad eos, & ipſi prophetabãt. (Hie. 23. e) Si ſtetiſſent in cõſilio meo & nota feciſſent verba mea populo meo, auertiſſem vtiq; eos à via ſua mala & à peſsimis cogitatiõib9 ſuis. ac ſi diceret dñs: nec ego loquor eis nec mitto illos, ſed ipſi loquũtur quaſi ex ore meo. (D. Hiero.) Si enim meæ voluiſſent acquieſcere volũtati, & nota feciſſent verba mea populo meo, nõ blandientes eis & adulatione perdẽtes, vt dicerent: non habetis peccata, perfectam iuſtitiã poſsidetis, ſanctitas & iuſtitia atq; pudicitia in vobis tantũmodo reperiũtur: & ego nõ tradidiſſem eos in immũditiã & ignominiã, vt facerent quæ nõ incõueniũt & ſequerẽtur vias ſuas peſsimas. Contẽplemur hæreticos, quomodo ſemel deſperãtes ſalutẽ, gulæ ſe tradant & delicijs: veſcantur carnibus, frequentes adeant balneas, muſco fragrent, vngentis varijs delibuti, quærant corporum pulchritudinẽ. meritò ergo aduertit Chriſt9 & ait à fructibus eorum cognoſcetis eos. Quod enim ſermone nõ pandũt cum vocẽ ouillã habeant, oſtẽdũt operibus. Et ſicut nõ probauerũt Deũ habere in noticia: tràddidit eos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant quæ non cõueniũt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, nequitia, auaritia, & cæteris quæ numerat. D. Pau. ad rom. ſcribens. (Roma. 1.) Veri enim & fideles concionatores, inſtituti ab eccleſia, & prædicantes quæ ab ea didicerunt, hi verè mittuntur à Deo, fideliter legatione ſua fugentes.

¶ Deinde perpẽde quid dñs dicat: *veniũt ad vos.* Ac ſi diceret: nõ veniũt ad infideles, nõ ad hoẽs perditis moribus præditos, ſed ad vos fideles, ad vos filios Dei, ad vos amicos meos, hæredes regni cæleſtis, vos perdere volũt, vos dilaniare tẽtãt, ſequẽtes morẽ patris ſui ſathanæ, q vt in libro Iob ſcriptũ eſt, affuit inter filios Dei, (Iob. 1.) qui etiam Chr̃i diſcipulũ perdidit. (Ioa. 13.) Sic falſi prophetæ, ſic hæretici, viros ſanctitate & religiõe chr̃iana præſtãtes decipere, & à vera fide auertere conantur.

¶ *Inueſtimentis ouiũ, intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces.* Animaduerte hic obſecro atq; alta mẽte cõſidera nihil in mũdo cõtrarius inueniri oue & lupo. Lup9. n. natura ſua ouẽ laniare cõtẽdit: ſic nihil magis cõtrariũ & aduerſũ quã verus & falſus propheta, quã fidelis & infidelis, catholicus & hæreticus: & tamẽ hæreticus lupus cũ ſit, non vnum aut alterum ſed omnia ouis veſtimẽta induere conatur, etiam tunicam li-

S neã

neam omnium intimam. Non simulant solum cultum vilem, abstinentiam, pietatem in pauperes &c. Sed & ipsam mortem libenter subeunt: vt vel sic gregem domini ad suam vaesaniam trahant. Et quemadmodum sathanas simiam Dei agere semper à mundi exordio curauit: sic haeretici sathanae imitatores, etiam martyrũ Christi simias esse volunt. Vt non solum praetextu praeclarorum nominum Christi, fidei, gratiae, ac similium, atque omnino fictae religionis, suas haereses persuadeant: sed interim mortem eligunt vt hoc saltem tam manifesto testimonio fideles seducãt.
2.Thes.2 Vnde Paulus iure optimo monet in 2. episto. ad Thessa. cap. 2. vt fideles caueant sibi, fidemque veram teneãt. Nam mysterium, inquit, operatur iniquitatis: tantum vt qui tenet, nũc teneat, donec de medio fiat, ac si diceret: Antechristus ille, homo peccati, filius perditionis, qui reuelabitur in suo tempore, iam operatur in suis discipulis mysterium iniquitatis: id est, adumbratam falsa religione hypocrisim omnem. Quare tantum id superest, vt qui tenet, teneat. i. fideles, quam habent fidem, retineant, donec de medio fiat. i. donec de medio ecclesiae exeant occulti haeretici, & tunc reuelabitur ille iniquus.

¶ *Intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Hic iam vides ingenium sathanae atque suorum quàm longè distet à Dei, suorumque ingenio. Ingenium Dei atque piorum hominum est, seruare. Audi quid de Deo referant eloquia
Psa. 67.c sacra. Psalmo. 67. ait Rex Dauid: Deus noster, Deus saluos faciendi. Et
Ps. 34.b. psal. 34. Domine quis similis tibi? Et reddens rationem addit. Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum & pauperem à diripientibus eũ. Hinc est quod in sacra scriptura qui hoc seruandi munere funguntur, dij vocentur, ac filij excelsi omnes, sal terrae, lux mundi, & ciuitas supra mõtem posita, & lucerna super candelabrum, pastoresque dicantur. Vnde Paulus. Adimpleo ea quae desunt passionũ Christi, in carne mea, pro corpore eius quod est ecclesia, cuius factus sum ego minister &c. & in alio loco: pro Christo legatione fungimur, tãquam Deo exhortante per nos. Ac si diceret: per nos Deus loquitur & exhortatur ad poenitudinem, exhortatur ad ueniam, exhortatur ad salutẽ. Non enim vult mortem peccatoris, sed magis vt cõuertatur & viuat: exhortatur ad pacem & idcirco legatos ad homines mittit. Hac ergo legatione pacis nos fungimur. Quare obsecramus pro Christo: reconciliamini Deo. Contrà verò, ingenium diaboli, suorumque sectatorum est, perdere, dilaniare, ac interficere gregem domini. De sathana legimus. 3. reg. cap. 22. Quod egressus stetit corã domino, & ait. Ego decipiam Achaz. Cui locutus est dominus. In quo? Et ille ait. Egrediar & ero spiritus mẽdax in ore omnium prophetarum eius. De suis satellitibus in hoc loco vides quid dominus affirmet. Intrinsecus, inquit, sunt lupi rapaces: quorum scilicet est, euangelicum gregem laniare. Hinc discamus quantum scelus sit, aut consilio aut exemplo, aut doctrina, animam aliquam perdere. Si enim sanguis Abel qui martyrẽ effecit, martyrijq; corona Abelẽ decorauit, clamabat ad Deũ super terrã vindictã postulando: quãto magis anima dãnata doctrina aut causa alicuius, aduersus illũ clamabit, cõdignasq; penas com-

Col. 1. d
2. co. 5. d
3.reg. 22

commeritaque supplicia petet?

¶ *Veniunt ad vos in vestimentis ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Damnat in hoc loco dominus hypocrisin, cauendumque esse ab omni hypocrita monet. Ab omni inquam hypocrita qui prætextu pietatis aut religionis alios aut in errorem inducere, aut ad peccandum trahere conatur. Peccare enim & simulare peccatum ne notum sit alijs non malum est, opera pietatis exercere vt lauderis ab hominibus, vanum & inutile est. de qua hypocrisi dominus locutus est. c. 5. At opera pietatis fingere vt alios aut ad errores aut ad peccata trahamus hoc scelus maximum est de quo in hoc loco peculiariter agit dominus.

Leui. 11. Figura. ¶ Leuit. cap. 11. inter alias aues quæ comedendæ non erant, & à fidelibus vitandæ, vna erat, quæ vocatur mergulus, sic dicta, quod se in aquam cibum captans, assiduè immergat. Quam nos, cueruo marino vocamus. Mergulus iste typus est hypocritarũ qui se in opera pietatis crebro immergunt, vt fidelium animas captent. Et hoc est quod hic dicitur veniũt ad vos in vestimentis ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces. ¶ Gene. etiã

Gen. 27. Figura. cap. 27. ait Isaac filio suo Iacob: accede ad me, vt tangam te fili mi, & accedente illo atque palpato à patre dixit: vox quidem Iacob est: sed manus, manus sunt Esau. in tactu verè dignoscitur hypocrita. Nam licet vox sit fidelis, hominisque charitate & religione præstantis: licèt verba sint sanctitate plena, manus, hoc est, opera non fidelis sed infidelis: non filij Dei sed filij satanæ. Foris ouis & intus lupus. Viget enim intus liuor, auaritia, libido cæteraque vitia. ¶ Exo. ca. 7.

Exod. 7. Sacra refert historia vertisse Moysen virgam sibi à Deo collatam in serpentem, & aquas in sanguinem: idem Figura.

que mentitos fuisse atque fecisse magos Pharaonis. Ciniphes verò educere non potuisse prædictos maleficos: Exo. 8.

quos tamen diuina virtute eduxerat Moyses. Sic etiam filij sathanæ & si signa & prodigia simulare possint vi sathanæ, at ciniphes (quod minus videtur) non possunt: hoc est diligere inimicos, iniurias libenter & æquo animo tolerare, auaritiã vincere &c. Sed cum intus sint lupi rapaces, tandem prodit quasi ex adipe iniquitas eorum: tandem ex corde illorum tanquam ex promptuario quodam eructant & exeunt prauæ cogitationes, homicidia, adulteria, falsa testimonia quæ coinquinant hominem vt Christus ait. Deficiunt enim sicut malefici illi in hoc signo, hoc est, in sanctis actionibus quas fingere & exprimere nequeunt. Atque hoc volens significare dominus dicebat: per os Ioannis iam ad radicem arboris securis posita est, ac si diceret: non ramis, aut folijs, non verbis simulata sanctitate prolatis, non ceremonijs religionem redolentibus: sed radici hoc est cordi, vnde mali fructus oriuntur, admota est securis, funditus & irreparabili vulnere succisura, quod fœtus Deo dignos non produxerit. Et quod verbis Christus dominus expresit, signis & factis ostendit: more prophetarum, qui non solum verbis, sed etiam rebus assumptis, vt catena circundatus est Hieremias &c. Futura prædicebant, Narrat enim noster Mathæus cap. 21. Quod cum vidisset arborem ficum proximã viæ, & nihil inuenisset in ea præter folia, veluti indignãs, quod spe delusus esset, execratus est eam dicens: nusquam

Simulare. Infr. 17. b Luc. 3. Hier. 7 Mat. 21. Figura.

ex te fructus nascatur in sempiternú, & arefacta est cótinuo ficulnea. Quo signo significare volebat pharisæorú hypocrisin atque iudæorum simulatam sanctitatem. Inueniebat in eis vestimenta ouium, sed cor luporum. Inueniebat speciem religionis: fidei fructum, quem vnicè esuriebat, nõ inueniebat. Quo etiam facto exprimitur omnis hypocrita qui foris Christú profitetur cor autem eius longè est à Deo: longè à tolerantia, patientia, sobrietate, cæterisq; christianæ religionis virtutibus. Quare nõ mirú quod indignatus dominus execretur eum. Et dicat: ne quis post hac ex te fructú videat in æternum. Sed de hoc satis superius. Hanc etiam hypocrisin satis superque depicta est in facto Michol, quæ deposuit Dauidem per fenestram vt fugeret à Saul: & tulit statuá,
1.reg.19. Figura. & posuit eam super lectum, & pellem pilosam caprarú posuit ad caput eius, & operuit eam vestimentis sicque illusit Sauli patri suo. Qui in illam incandescens ait: quare sic illusisti mihi & dimisisti inimicum meum vt fugeret? Sic sunt homines hypocritæ qui exterius imaginẽ Dauidis ferút: pellem & vestimenta sanctorum portant, orãt prolixè, miseris subueniút, Deum prædicant: cor autem eorum fugit longè à Deo. Quam ob causam maxima tristitia & indignatione afficitur, maximè, inquam, in Michol, hoc est, animam indignatur. ¶ Pax est Iehu? Ait rex Ioram. Qui respondit. quæ pax? adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia ei9 multa vigent. Et tetendit Iehu arcum
4.reg. 9. Figura. manu, & percussit Ioram inter scapulas, statimque corruit in curru suo. Quo facto dominus non esse pacem hypocritis, sed iram & indignationem: quod vigeant corda eorum innumeris peccatis: quod intus sint lupi r. paces & si foris christiani videantur.

¶ Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi? Ait dominus per Hieremiam. Hier. 12. Auem discolorem iuxta literá pauum vocat. Non ergo placet domino homo varijs distinctus coloribus, DHiero. foris sanctitate int9, rapacitate præditus. Vnde alij hunc locum transtulerunt. Nunquid spelunca hyænæ hæreditas mea mihi? Sicut enim nocturna bestia ista viuit cadaueribus mortuorum, & de sepulchris solet effodere corpora, nihilque est immunditiæ, qua non vescatur: sic falsus propheta, sic hypocrita prætextu religiõis quæ spelúca eius est, omnibus peccatis vescitur & alitur: ouibus domini dilaniatis viuere contendit. Væ illi: nam vt verbis vtar domini apud Hieremiá, frustra multiplicat medicamina: sanitas non erit ei. Hier. 16. Frustra Deum, euangelium, regnum cœlorum, sacramenta habet in ore, frustra preces fundit, largitur pauperibus: cum intus sit lupus rapax. Quare hæc omnia medicamenta nihil ei ad salutem prosunt. Et quemadmodum qui crebro medicamentis vtuntur, si Simile. aliâs, regimen nullum sanitatis seruant, sed ventri indulgent: non solum ab infirmitate malaque valetudine non sanantur, sed potius sumpta medicamina illis magis ac magis nocent: sic hypocritis, falsisque prophetis, sacramenta quæ sumunt, & si salutaria medicamenta sint, non solum illis non prosunt, sed multo magis nocent: cum à vitijs suis, prauisque actionibus cessare non velint. ¶ In huiusmodi hominibus impletur quod dominus apud nostrum Mathæum ait: qui

autem

Infr.13. autem non habet, etiam id quod habet auferetur ab eo. Existimat hypocrita se habere vitutem, vim, donumque dicendi ac erudiēdi populū Dei, interpretandi libros sacros: quum nihil veræ perfectæque virtutis habeat: cum intus sit lupus rapax: quare adeo nihil ei addetur, vt eo quoq; quod habere videbatur sit spoliandus, existimabant pharisæi veram iustitiam habere, quod seruabāt traditiones seniorum, crebro lauando manus, & reprehendebant Christi discipulos, quod has traditiones non seruassent: non
Infr.15.a enim, inquiunt, lauant manus cum manducant: at dominus abstulit ab eis iustitiam quam videbantur habere, dicens: quare & vos transgredimini præceptum Dei propter traditiones vestras? Qualis, dicito mihi, manebit homo, spoliatus omnino à virtute quam habere videbatur? qualis manebit ouilla pelle denudatus? totus lupus, totus rapax, totus scelestus & ini
Infr.17.d quus. ¶ Apud nostrum Mathæum legimus c.27. quod milites præsidis genu flexu ante Iesum, illudebant ei, dicentes: Aue rex iudæorum, & expuētes in eum, acceperunt arundinem & percutiebant caput eius. Sic hypocritæ Deum adorant, Christum genibus flexis regem suum vocant: sed his signis ei illudunt: quando aliâs vita & moribus corruptis expuunt in eum: & arundine scelerum suorum percutiunt caput eius. Hoc idem figuratur in iuda, cuius pedes vidimus super diuinas Christi manus rerum omniū effetrices, corde tamen tunc eum tra-
Io.13. dentem & vendentem dominum suū inspeximus. Sic multos apud nos intuemur pedes in altari habentes cor autem eorum lōgè ab altari, imo lōgè à Deo multis criminib9 implicatos.

¶ Locum insignem ad literam habes apud Ioa. depingentem in apo. hominem hypocritam. Scio, inquit Apo.3.a.d.
dominus, opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo: quia dicis, quod diues sum: & locupletatus: & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, miserabilis, & pauper, & cæcus & nudus. Collyrio vnge oculos tuos vt videas. Frigidus hic vocatur qui spiritus sancti gratia & illuminatione planè destitutus est: calidus siue feruidus, qui spiritu feruet, sicut Pau. Ro.12.
ait: spiritu feruentes. Tepidus autem dicitur qui & si fidem habeat & si religionem christianam profiteatur & si foris imaginem fidelis præseferat, ignem fidei, hoc est, veram charitatem non habet. Qui & si glorietur patrē se habere Deū id operibus non exprimit. Vtinam autē, inquit dominus, frigidus esses, aut calidus, non quod velit esse frigidum, sed quòd præstat, aut minus malū est, frigidum fuisse, hoc est, esse & cognoscere se peccatorē esse: quā de sanctitate gloriari quū lōngè sit à vera sanctitate & iustitia. Idcirco addit: sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Sumit metaphoram, à medicis, qui quū cibū crudum & incoctum auferre volunt ab ægroti stomacho, aquam illi tepidam potandam præbent, quod nauseā illa pariat, & ad vomitū prouocet: ita, inqt, quia tepidus es, ac mihi nauseā paris, incipiā te emouere ex ore meo. Id est, incipiā te procul à familiaritate mea abijcere. Quia dicis diues sum falsō se diuitē putabat hypocrita iste sola fide instruct9: cū bonis opib9 spiritualib9, quę verè sunt diuitiæ, planè indigeret, cæcusq; esset, nō animaduertēs, in quib9 ambulabat, pēcti vias

& semitas. Quare eum suadet vt emat ab eo collyrium quo vngat oculos suos & videat. Verum collyrium est, propriæ fragilitatis agnitio, suique abiectio & humiliatio. Qui enim in se tanquam ex se boni nihil videt atque agnoscit, is statim visum, quem per superbiam perdiderat recuperauit. Apostoli igitur calidi & feruidi erant, publicanus, Magdalena in ciuitate peccatrix, latro, frigidi erant peccata sua agnoscentes: at pharisæi hypocritæ tepidi erant & ideo euomit illos Deus. Hos imitantur hæretici, hos falsi prophetæ, hos falsi religiosi & christiani qui prætextu religionis alios aut fallere aut contemnere non verentur.

¶ Hi etiam similantur agro illi, de quo dominus in quadã parabola ait: nonne bonum semen seminasti in agro tuo, vnde habet zizaniam? Inimicos homo hoc fecit. Sic in hypocrita triticum mistum zizania inuenies. Fidem mistam odio inimicorũ, religionem mistam liuore & inuidia. Ceremonias mistas ira, fornicatione, cæterisque vitijs.

Mat. 13.

¶ Sunt etiam philisthinorum imitatores. Nam quemadmodum philisthijm tulerunt arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon: & statuerunt eam iuxta Dagon sic hypocritæ arcam domini, hoc est, fidem, ieiunia, eleemosynarum largitionem, mortificationem, ceremoniarum obseruantiam statuunt iuxta Dagõ idolum suum, hoc est, iuxta superbiam ambitionem, inuidiam, calumniam, quibus dant operam.

1. re. 5. a. Figura.

¶ Hi sunt qui ædificare volũt ædificia sumptuosa & miro ingenio arteque composita, super arenã. Qui audit verba mea, ait in hoc. c. dominus, & non facit ea similis est viro stulto, qui ædificauit domum suã super arenam &c. Ieiunia, eleemosynę, preces, sordidus vestitus, denique miracula, sunt quidem instar splendidi ædificij: cæterum si animus ista gerentis spectat voluptatem, quæstum, deceptionem, vindictam, corruent omnia, si quando ingruerit vehemens tẽtationum procella. ¶ Talis erat populus ille de quo dominus olim Ezechieli loquebatur dicens, veniunt ad te & sedent corã te populus meus: & audiũt sermones tuos & non faciũt eos: quia in canticum oris sui vertunt illos, & auaritiam suam sequitur cor eorum. Et es eis quasi carmẽ musicum: quod suaui dulciq; sono canitur: & audiẽt verba tua & non facient ea. Sic etiam est hypocrita fidelis in cuius ore versatur Deus, ac fidei confessio: corde tamen auaritia, & omnis iniquitas. Audiunt libenter carmina musica, hoc est contiones, ac prędicationes, eas laudant: sed statim somno indulgent illarum obliti: statim vitijs suis dant operã. Contiones, quas audiunt, vertunt in canticum oris, non autem cordis.

Math. 7.

Eze. 33. g.

¶ Tunica filij mei est, aiebat olim Iacob, sed fera pessima deuorauit eũ. Sic hoc idẽ dicere merito potest etiã dominus viso hypocrita, tunica filij mei est sed fera pessima deuorauit eũ. Tunica, inquam, hæc Christi filij mei est, species hæc est veri christiani, habitus hic est fidelis, sed deuorauit eum fera pessima hoc est sathanas. Non extat nisi tunica, & filius decerptus ac deglutitus a diabolo est: ab inuidia, odio, ira, fornicationeque deuoratus. Insignia solum hic manent: spolia solum hic videntur. Et quemadmodum si quis templum ingresus imagines capita non habentes intue-

Gen. 36. Figura.

Simile. intueretur: alteram tamen claues in manu, alteram veró ensem tenere videret: ex signis illis alteram esse imaginem diui. Petri, alteram veró illi Pauli iudicaret: sic hypocritæ ex ieiunijs, ceremonijs, vili veste, vultu demisso solum, nō ex charitatis actionibus esse christiani videntur, ac iudicantur.

Apo. 11. D. Eze. 3. a. Figura. ¶ Accipe librum & deuora illum, ait angel9 Ioāni, & accepi librū & deuoraui illū, & erat in ore meo tanquam mel dulce. Et quū deuorassem eū amaricatus est venter me9. Nihil sanè diuinorum verborum intelligentia, explanatione, & prædicatione, atque professione dulcius: vnde Dauid ait: quā

Psa. 118. dulcia faucib9 meis eloquia tua, super mel ori meo. Sed amaricari ventrem faciunt, id est, mentem: quando in digestione. i. executione eorū, quæ, sūm diuinam scientiam prædicantur, qualis est condonatio iniuriæ ex aio, carnis vera mortificatio alienarum rerum restitutio, inuidiæ depositio, decipiendi animus abijcendus, amaritudo & dificultas sentitur. Dulcis ergo est hypocritis lex Dei, & omnia, quæ continet, dulcia & suauia faucibus eorum sunt: at Dei mandatorum executio tam difficilis vt longè ab eorum custodia sint. Quare non immerito ait Christus in hoc loco à fructibus

Infra. 21 corum cognoscetis eos.

Figura. ¶ imaginem istorum graphicè depingere volens Christus vsus est apud Mathæum nostrum c. 21. similitudine hominis habentis duos filios. Qui accedens ad alterum, dixit: fili, abi, & hodie operare in vinea mea. Ille proteruè respondit, nolo. Sed idem mox pænitentia tactus, abijt in vineā. Pater itidem accedēs ad alterū, ait: abi, & hodie labora in vinea mea. Ille prōpte respondet: en abeo domine, nec abijt tamen. Ex his igitur duobus vter videtur satisfecisse voluntati paternæ? Audientes autem parabolam non intelligentes, quorsum hæc tenderent, responderunt domino: prior ille, qui mox resipiscens pænitentia motus abijt in vineam. Tunc Iesus in ipsos retorquens parabolam: profecto verè dico vobis, quod publicani & meretrices præcedunt vos in regnum Dei. Ac si diceret: illi prius rebelles Deo impia vita, tamen illico tacti penitentia, obtemperarunt euangelicæ doctrinæ. Vos qui titulo ac professione estis populus Dei, quique & olim dixistis, & hódie dicitis, oia quæcunque dixerit dominus faciemus, quique semper habetis in ore præcepta Dei, & templum domini, templum domini, templum domini, tot modis prouocati, non potestis ad penitentiam promoueri; sed semper intus estis lupi rapaces. Tales inuenies inter nos multos. Ad quos pertineat hæc parabola in sententia exposita. Caueamus igitur ab his falsis prophetis vt Christus ad monet: ne decipiamur, ne dilaniemur.

¶ *A fructibus eorū cognoscetis eos.* Docet hic dominus quàm facile deprehendemus simulationis præstigium, si proprius inspexerimus: non titulum & vestem, sed ipsa facta quæ produnt animum insyncerum. Nam etiam si bene docent, tamē hoc ipsum quod docent non præstant. Et suus cuique arbori peculiaris fætus, qui sapore prodit radicem. Si vitam & mores attentus obserues, reperies illos sibi placentes, suis commodis vbiq; seruientes, elatos, vindices inuidos, obtrectatores, gloriæ sitientes: nonnuquàm & ventri deditos; & om-

nino suum negocium agentes potius quàm gregis aut euãgelij. Scimus qui sint fructus arboris euangelicæ: nimirum animus alienus ab omni fastu, animus lenis & minime appetens vindictæ: animus contẽptor voluptatũ huius mundi, animus contẽptor opũ, & sitiens æsuriensque pietatis euangelicę, animus promptus & expositus ad bene merendum de omnibus: animus, purus ab omnibus cupiditatib9, ne aliò spectans quàm ad Deũ: animus nihil afflictionũ recusans, modo prouehat doctrinã euãgelicã: animus nihil mercedis expectans in hoc mundo pro suis benefactis, neq; gloriam, neque voluptatem, neque diuitias: animus qui beneuelit etiam maleuolis, qui bene mereatur etiã de malemerentibus. Hos fructus qui verè præstat ipsa re, is demũ est arbor euangelica. Proinde qui se iactant prophetas, & hoc titulo se venditant: qui cultu religioso se fingunt oues, quum affectu sint lupi, ab his fructibus sunt æstimandi. Non oportet spectare frõdes & corticem. Nam hæc sæpe communia sunt agrestibus cũ mitibus, salubribus cum pestiferis: fructus gustatus indicat, qualis sit arboris succus. Quod si viderimus in his auaritiam, arrogantiam, liuorem, vlciscendi libidinem, fucum, aliaque id genus quæ velut ex diametro pugnant cum fructibus euangelicæ mentis, non putemus ex ijsdẽ arboribus aliquid boni fructus proditurum.

Primũ argumentũ quo probatur hypocrita sumitur ab operibus. Deu. 13. a

¶ Primum ergo argumentum quo probatur falsus propheta, aut falsus christianus sumitur ab operibus. Hoc idem afferẽ dominus Deut. cap. 13. Si surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum, atq; portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi. Eamus & sequamur deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis: nõ audies verba prophetæ illius, aut somniatoris, quia tẽtat vos dominus Deus vester vt palam fiat vtrum diligatis eum, an non. Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timete, & mandata illius custodite, & audite vocem eius: ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis. Nullum euidentius argumentũ simulationis & hypocrisis, & falsitatis quàm contradictio legis diuinæ, quàm suasio vt eam non seruemus. ab huiusmodi fructibus cognoscemus falsum doctorem aut falsum prophetam & concionatorem.

Secũdum argumentum. 1. cor. 3.

Secundum argumentum quo cognosci potest verus an falsus propheta quis sit, est illud, quod adducit D. Pau. in priori epist. ad co. 3. fundamentũ, inquit, aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam: vnius cuiusque opus manifestum erit. Dies enim domini manifestabit: quia in igne reuelabitur, & vnius cuiusq; opus, quale sit, ignis probabit. Ideo, inquit Ambro. nemo potest ponere aliud fundamentum, quia quanuis hæretici sint aliqui, nõ tamen docẽt nisi sub Christi nomine. Aliter enim commenta erroris commendare non possunt, nisi interposito saluatoris nomine prædicent, vt res contrarias, & absurdas nominis dignitas faciat acceptabiles. Non ergo statim credamus quibuslibet præclara nomina Christi, fidei, & euangelij sonantibus, & interim à fide & ecclesiæ obediẽtia fideles seducentibus. Non enim inquit Christus

D. Amb.

in hoc capite, omnis qui dicet mihi dñe dñe, intrabit in regnum cœlorũ. Sunt ergo qui super hoc præclarum fundamẽtum, hoc est, Christũ Iesum, aurum, argentum, lapidesque preciosos superponunt, hoc est, bonam doctrinam, bonaque opera: sunt qui ligna, fœnum, & stipulam: hoc est, peruersam doctrinã, malaq; opera superædificant: illos veros prophetas dices, hos falsos. Quos dies domini manifestabit. Dies domini vocatur dies afflictionis, quo visum est Deo nos affligere. Tunc enim ostendũtur & manifestantur qui veram, qui falsam doctrinam seminent: qui synceram fidẽ qui simulatam habeant. Hoc enim argumento satis ostenderunt Christi martyres veros esse prophetas nõ falsos: hoc argumento satis declarata est multorum hypocrisis, & suæ simulationis præstigium recedentes à Deo in tempore tribulationis & afflictionis.

Tertiũ argumentũ Tertium argumẽtum sumitur ab euentu prophetiæ. Vnde in lib. Deut. cap. 18, ait dominus. Hoc habebis signum. Quod in nomine domini propheta ille prædixerit, & non euenerit: hoc dominus non est locutus. Sed per tumorem animi sui propheta cõfinxit, & idcirco non timebis eum. Falsus ergo propheta dignoscitur vno modo ab euentu. Quando videlicet minimè quod prædixerat euenit: alio modo vt si quod prædixerat euenit: postea verò nititur homines auertere à Deo & à custodia mandatorũ eius vt superius diximus. Sed de hoc vi. glo. ordi.

Quartum argumẽtum. ¶ Denique signum & argumentũ quo probare voluit dominus Iesus esse missum à Deo, & non à se vt falsi prophetæ, Adducit euangelista Ioan. cap. 7. & 8. ego, inquit, nõ quæro gloriam meam & rursum: qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit, qui autem quærit gloriã eius, qui misit eum hic verax est. Hæretici, seductores à seipsis veniũt, & ideo suæ student gloriæ potiusquã Dei. sua docentes commenta, non doctrinã Dei. Christus verò ac euangelici prædicatores, non affectant gloriam propriã apud homines: sed solum Dei gloriã quærunt. Ioa. 7. b. Ioa. 8. f.

¶ *Omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autem arbor, malos fructus facit.* Iuxta Platonicorum etiam sententiam duplex est arbor, altera rationis particeps, altera sensus expers. Sensus expers est planta notæ significationis, arbor rationis compos, quàm appellant inuersam, homo est; qui radices habet erectas ad cœlum, vnde venit illi alimentum. Quo fit, vt hominem definientes dicant esse arborẽ inuersam. Vt enim planta radices agit propagatas per terram, vnde illi venit nutrimentum, sic homo, quoniam epulis cœlestibus pascitur, & diuina gratia nutritur, radices, hoc est, caput, mentem, cogitationes eleuat ad cœlum, habens ramos, hoc est, pedes in terra collocatos. Huiusmodi sunt qui cõtẽnunt humana, & aspirant ad diuina, aspirãt ad cœlum, vnde ad illos venit aqua cœlestis, & alimentum. Hæc est aqua, de qua ait Deus in Apo. ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Apo. 21. Hæc est animæ esca, de qua ait Esaias: venite, & emite absq; argento, & absque vlla commutatione vinũ & lac. Esa. 55. Hoc alimentum de sursum venit à patre luminum, nam vt ait D. Ioa. Bap. apud Ioa. non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de cœlo. Alimentũ animæ est illud, de quo Ioa. 3.

ait dominus: operamini cibum, qui
Io.6. non perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dat vobis. Hoc alimento alitur arbor bona, reficiturque vir iustus. At homines impij qui scelere & maleficio pascũtur, arbores sunt insensibiles, cælestia non contemplantes, sed radices omnes in profundũ terræ mittentes, qui cælo contempto ad terram tantũmodo aspirant, & terram comedunt, si quidẽ rebus terrenis pascuntur & delectantur.
Gen.3. Nam cum diabolus terram commedat cunctis diebus vitæ suæ, vt est literis diuinis mandatum, quid mirũ si seruos suos ijsdem pascat alimentis quibus ipse pascitur. Itaque qui iustitiam colit & pietatem, radices habet super se, qui verò scelere & maleficio pascitur, subse. Hinc est quod volens
Eze.17. Ezechiel scelera Sedechiæ significare dicat cap. 17. quod radices vineæ sub illa erant: viro autem iusto dicat dominus apud eundem vatem sta super pedes tuos. Habent igitur impij cũ sint arbores insensibiles se subse, & cor pedibus conculcant, & tandem præcipites in æternum exitium rapiũtur. At viri iusti stant super pedes suos, quia cum terram pedibus terant, animum habent in sublimi, cogitationem ab omni scelere abducentes, mentem à corporis sensibus abstrahentes, & Deũ animo cõtemplantes. Ait ergo Christus dominus in hoc loco: quòd arbor verè bona & succum mitem gerens in radice mẽtis, edit bonos fructus. Hoc est, vir iustus qui succum gratiæ cœlestis gerit in animo, fert sanctas actiones. Contra, arbor verè mala, quibuscunque sit folijs, quocunque cortice, tamen fructus edit malos. Hoc est, impius & si folijs & cortice ceremoniarum Christianæ religionis sit tectus, tamẽ prauas actiones operatur.

¶ *Non potest autẽ arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere.* Ac si diceret: neque enim qui syncero est animo potest nõ factis exprimere syncertatẽ affectus sui: neq; rursus qui vitiato est animo potest ea præstare factis, quæ verè bonum arguunt. Tametsi præstigijs, ac specie sanctimoniæ nonnunquam imponit incautis hominibus, certe Deo non potest imponere. Deus enim nõ irridetur. Deinde obserua: quod arbor bona quatenus bona non potest malos fructus ferre, neque mala quatenus talis, bonos. Nemo simul & turpibus voluptatibus oblectatur, & cælestibus gaudijs perfunditur. Nemo simul est & rerum diuinarum contẽplationi deditus, & carnis prudentiæ intentus, non simul miscentur vera vanis, æterna caducis, spiritualia corporalibus, summa imis, vt pariter sapias, quæ sursum sunt, & quæ super terram, vt pariter feras fructum bonum & malum, vt pariter sis sterilis, & fœcũdus. Si mundum diligis infructuosus es, si Deum fructosus: ipse enim ait: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Qui au- Io.15.
tem virtutis fructum non tulerit, dabitur, vt Ezechiel ait capit. 15. igni ad deuorandum, vt non solum igne calamitatum in hac vita, sed igne æternorum cruciatuum in altera torqueatur. Qui fructum non tulerit excidetur vt in hoc loco ait dominus, & in ignem mittetur. Proinde qui arbor mala est, det operam vt sit bona. qui, inquam, fucatè bonus est, det operam vt omisso fuco fiat bonus. Potest enim inter homines ex arbore mala fieri bona. quemadmodum enim surculus Simile.
arboris fructiferæ, insitus in trunco & sti-

& stipite arboris agrestis eam trahit
Simile. ad naturam suam, vt iam alia folia, & alios fructus ferat, sic Christi doctrina si inseratur in anima nostra sterili, eam mutabit, & ad seipsam traducet & cōuertet, vt iam alia verborum vera folia, alios virtutum veros fructus producat. Sed necessariū tunc erit vt rami peccatorū prius amputentur, vt in animo Christus inseratur: & ita lætissimos fructus feret.

¶ *Omnis ergo qui audit verba mea & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum super petram.* Vocatur in hoc loco Christus petra, propter soliditatem & firmitatem. Quemadmodum multis alijs in locis: hic est lapis ille, de quo ait Deus per Esaiam c. 28.
Esai 28 Ecce ego mittam in fundamentis Siō lapidem, lapidem probatum angularem, vbi versio Chaldaica pro lapide
Gen. 28. probato, habet regem Messiam. Hæc est petra illa in qua Iacob reclinauit caput, quādo in somnis vidit illā gloriosam scalā, sublimem & stantē. His enim qui in Christo requiescunt, illi adhærentes, suamque cogitationem in illo collocātes, ostenduntur arcana cœlestia sole ipso splēdidiora. Vbi vides quanti Deus faciat virum iustum, cum illi etiam dormienti, sua mysteria reuelet. Ex quo colliges, plus valere somnium hominis iusti, quàm vigilias peccatoris. Sed oportet super hunc lapidem caput statuere, domūq; nostram supra petram istam firmissimam ædificare. Hanc petram contemplabatur Dauid ita dicens. Protegit
Psa. 26. me in abscondito tabernaculi sui. In
Psa. 39. petra exaltauit me. Et in alio psalmo. Statuit supra petrā pedes meos. Hinc
Eph. 2. d. est quod Paulus ait. Super ædificati estis supra fundamentum apostolorū & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu.

¶ *Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & intrauerunt in domum illam & non cecidit, fundata enim erat supra firmam petram.* Vir iustus & charitate pręstans, & si afflictionibus prematur minime corruit, firmatus enim est supra firmam petram. Hinc est quod dominus per Isaiam ait. Cū transieris per aquas tecum ero, & flumina non cooperient te: cum ambulaueris in igne non combureris, & flāma non ardebit in te, quia ego dominus tuus, saluator tuus. Aspicis hic iustum in medio afflictionum non comburi, quoniam Deus cum illo est. Vt enim rubus Moysi ostensus ardebat, sed non cōsumebatur, quia in eo erat Deus. Sic verè Christianus vir in calamitatibus versatus, igni afflictionis incensus, spinis erumnarum cōpunctus, refrigeratur animo, & placida tranquillitate consistit: quoniam deū secum habet. Cum ipso (inquit) sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Viri enim iusti tribulationibus exercētur, vt postea diuino gaudio fruantur. Transiuimus (inquit) per ignem & aquam &c. Hoc est, mūdi afflictiones, & eduxisti nos in refrigerium. Vbi vides mundi afflictiones esse viam ad æternas voluptates, impij verò afflictionibus obruuntur, descendit enim pluuia, & veniunt flumina, & flant venti, & intrant in domū illius ædificatam super arenā, hoc est, supra mundi vanitatem, & decidit, vt hoc in loco ait dominus. Vt enim in mari rubro Hæbręi fuerunt erepti AEgyptij ve submersi, sic in afflictione quæ est veluti mare rubrum, iusti & stabiliti supra petram Christum liberantur, impij verò corruunt & frāguntur.

Marginalia (right column): Iustus & si afflictionibus vndique prematur, nō corruit. — Esa. 43. a — Figura. — Psa. 90. — Psa 65. c. — Figura.

¶ Iesus

Io.20.f. remiseritis peccata remittuntur eis: sic etiam contulit apostolis ecclesiæq; suæ donum, quem discretionem spiritū vocat D. Paulus in priori epist.
1.cor.12 ad co.c.12. Vnicuique, inquit, datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ, alij gratia sanitatum, alij discretio spirituū: ad discernendum scilicet quis sit falsus, quis verus propheta. Cum enim satanas non raro transformet se in angelum lucis vt author est D.Paulus: necesse fuit donū hoc in ecclesia
Simile. relinqui. Venena enim minime propinantur nisi in optimo ac fragrātissimo vino: aut in melle: vnde in prouerbio dici solet, mellitum venenū: quale fuit quod propinare voluit diabolus Christo dicens: si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiāt: melle lito gladio eum occidere nitebatur. Meritò
1.Io.4. D.Ioa. in sua.p.cano. admonet vt probemus spiritus vtrum ex Deo sint. Et dominus in hoc loco vt diligenter à falsis prophetis caueamus. Hinc colligemus ecclesiæ catholicæ esse, dijudicare quis sit verus, quis autem falsus propheta. Hoc enim donum dijudicādi & discernendi spiritus, ecclesiæ relictum est, vt ex paulo didicimus.

¶ Docet etiam hic locus fugiendū
Hæreticus cauendꝰ statim que denū tiandus. esse ab hæreticis, cauendum ab illis. Neque cum huiusmodi correptio fraterna seruanda est, sed statim sunt denuntiandi. Tempore enim pestis, non solum aër infectus & corruptus est fugiēdus & vitādus, sed qui aëre illo corrupti sunt. Sic etiam non solum nobis cauendum est ab omni hæresi, quæ pestis & cancer est, sed ab omni homine hæretico ne nos suo veneno inficiat. Præterea cum eiusmodi peccatum contra commune totius christianæ reipublicæ bonum sit: bonum autem commune, peculiari sit præferendum: nō est, quare expectanda sit correptio fraterna, secretaque admonitio: sed statim denūtiandi sunt, ne serpat pestis. Præterea cum hæreticus proprio iudicio sit subuersus atque sciens & prudens totius ecclesiæ dogmatibus aduersetur, minime sperādum est, quòd nostra secreta, fraternaque correptio ne corrigetur: quare tāto malo statim obuiandum est. Qui enim fidem non adhibet ecclesiæ, quæ columna est & firmamentum veritatis, multo minus tibi adhibebit. Sed ais: Christus dominus apud Math. dicit si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te & ipsum solum &c. Infra.17. Adhoc dices hanc trinam monitionem de qua Christus dominus loquitur ad literam intelligi de iniurijs factis in fratrem: at verò de peccatis lōgè grauioribus, imo grauissimis perpetratis in Deū quales sunt hæreses. alter ordo si seruetur, nihil lęditur euangelicus sermo. Hæreticus ergo coram me pronūtians hæresim, in me, vel in alium, coram quo pronuntiat, propriè non peccat: sed propriè peccat in Christum, cuius fidem lędit, ideo non est necessaria illa trina admonitio, cuius dominus meminit. Sed statim qui huiusmodi est, deferēdꝰ est ad inquisitores, ne vt cancer serpat tantum malum in fideles. ¶ Quod si secundo instes verbis illis. D. Paul. in Ad tit.3. epist. ad titum c.3. hæreticum hominem post primam & alteram correptionem, deuita: ergo necessario sunt admonendi hæretici: si non ex loco Mathæi prænotato, ex loco certe Pauli inducto. Adhoc obseruabis, aliud esse, quod quilibet fidelis præstare tenetur si iudiciaria potestas non adesset ad compescēdum hæreticos: aliud esse

quando

quãdo hæc poteſtas adeſt. Nã ſi nõ ad eſt, præcipit Paul9 vt ſemel & iterũ admoneatur, & deinde uitetur ei9 colloquiũ, & cõſuetudo, vt pertinacis hominis. At veró ſi adeſt, ex edicto iudiciaria poteſtas, ad eã erit deferẽdus. Illi. n. incũbit ex officio corripere, & admonere, ſupplicioq; hæreticos afficere. Et ſi verũ ſit quod ętate apoſtolorũ blandius ſe gerebat eccleſia erga hęreticos, ſi forſitã illos ſuauitas iudicij ad correctionẽ admoneret: At veró, quia animaduertit in eccleſiam Dei indies furere amplius hæreticam veſaniã, ideò accerbius aduertit in ipſos: vt prætermiſsis admonitionibus nouis, res deferatur ad fidei cenſores, ne vt peſtis ſerpat hæreſis in catholicos.

¶ *Qui veniunt ad vos.* Hic primũ obſerua, hæreticos falſosque prophetas nõ eſſe miſſos à Deo, ſed ipſi ſunt qui ad nos ſua autoritate veniũt. Veri aũt atq; catholici prędicatores atq; doctores mittũtur à Deo. Vnde D. Pau. in
Ro. 10. a. epiſt. ad ro. ait: quo modo prædicabũt niſi mittantur. De huiusmodi falſis
Hie. 23. e prophetis olim dicebat dñs apud Hieremiã: non mittebã prophetas, & ipſi currebant: nõ loquebar ad eos, & ipſi prophetabãt. Si ſtetiſſent in cõſilio meo & nota feciſſent verba mea populo meo, auertiſſem vtiq; eos à via ſua mala & à peſsimis cogitatiõib9 ſuis. ac ſi diceret dñs: nec ego loquor eis nec mitto illos, ſed ipſi loquũtur quaſi ex
D. Hiero. ore meo. Si enim meæ voluiſſent acquieſcere volũtati, & nota feciſſent verba mea populo meo, nõ blandientes eis & adulatione perdẽtes, vt dicerent: non habetis peccata, perfectam iuſtitiã poſsidetis, ſanctitas & iuſtitia atq; pudicitia in vobis tantũmodo reperiũtur: & ego nõ tradidiſſem eos in immũditiã & ignominiã, vt facerent quæ nõ incõueniũt & ſequerẽtur vias ſuas peſsimas. Cõtẽplemur hæreticos, quomodo ſemel deſperãtes ſalutẽ, gulæ ſe tradant & delicijs: veſcantur carnibus, frequentes adeant balneas, muſco fragrent, vngentis varijs delibuti, quærant corporum pulchritudinẽ. meritò ergo aduertit Chriſt9 & ait à fructibus eorum cognoſcetis eos. Quod enim ſermone nõ pandũt cum vocẽ ouillã habeant, oſtẽdũt operibus. Et ſicut nõ probauerũt Deũ habere in noticia: traddidit eos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant quæ non cõueniũt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, nequitia, auaritia, & cæteris quæ numerat D. Pau. ad rom. ſcribens. Veri enim & Roma. 1.
fideles concionatores, inſtituti ab eccleſia, & prædicantes quæ ab ea didicerunt, hi verè mittuntur à Deo, fideliter legatione ſua fugentes.

¶ Deinde perpẽde quid dñs dicat: *veniũt ad vos.* Ac ſi diceret: nõ veniũt ad infideles, nõ ad hoẽs perditis moribus præditos, ſed ad vos fideles, ad vos filios Dei, ad vos amicos meos, hæredes regni cæleſtis, vos perdere volũt, vos dilaniare tẽtãt, ſequẽtes morẽ patris ſui ſathanæ, q vt in libro Iob ſcriptũ eſt, affuit inter filios Dei, qui etiam Iob. 1. Ioa. 13.
Chr̃i diſcipulũ perdidit. Sic falſi prophetæ, ſic hæretici, viros ſanctitate & religiõe chr̃iana præſtãtes decipere, & à vera fide auertere conantur.

¶ *In veſtimentis ouiũ, intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces.* Animaduerte hic obſecro atq; alta mẽte cõſidera nihil in mũdo cõtrarius inueniri oue & lupo. Lup9 n. natura ſua ouẽ laniare cõtẽdit: ſic nihil magis cõtrariũ & aduerſũ quã verus & falſus propheta, quã fidelis & infidelis, catholicus & hæreticus: & tamẽ hæreticus lupus cũ ſit, non vnum aut alterum ſed omnia ouis veſtimẽta inducere conatur, etiam tunicam li-

neam omnium intimam. Non simulant solum cultum vilem, abstinentiam, pietatem in pauperes &c. Sed & ipsam mortem libenter subeunt: vt vel sic gregem domini ad suam vaesaniam trahant. Et quemadmodum sathanas simiam Dei agere semper à mundi exordio curauit: sic hæretici sathanæ imitatores, etiam martyrũ Christi simias esse volunt. Vt non solum prætextu præclarorum nominum Christi, fidei, gratiæ, ac similium, atque omnino fictæ religionis, suas hæreses persuadeant: sed interim mortem eligunt vt hoc saltem tam manifesto testimonio fideles seducãt. Vnde Paulus iure optimo monet in
2.Thes.2 2. epistol. ad Thessa. cap. 2. vt fideles caueant sibi, fidemque veram teneãt. Nam mysterium, inquit, operatur iniquitatis: tantum vt qui tenet, nũc teneat, donec de medio fiat, ac si diceret: Antechristus ille, homo peccati, filius perditionis, qui reuelabitur in suo tempore, iam operatur in suis discipulis mysterium iniquitatis: id est, adumbratam falsa religione hypocrisim omnem. Quare tantum id superest, vt qui tenet, teneat. i. fideles, quam habent fidem, retineant, donec de medio fiat. i. donec de medio ecclesiæ exeant occulti hæretici, & tunc reuelabitur ille iniquus.

¶ *Intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Hic iam vides ingenium sathanæ atque suorum quàm longè distet à Dei, suorumque ingenio. Ingenium Dei atque piorum hominum est, seruare. Audi quid de Deo referant eloquia
Psa. 67. c sacra. Psalmo. 67. ait Rex Dauid: Deus noster, Deus saluos faciendi. Et
Ps. 34. b. psal. 34. Domine quis similis tibi? Et reddens rationem addit. Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum & pauperem à diripientibus eũ. Hinc est quod in sacra scriptura qui hoc seruandi munere funguntur, dij vocentur, ac filij excelsi omnes, sal terræ, lux mundi, & ciuitas supra mõtem posita, & lucerna super candelabrum, pastoresque dicantur. Vnde Paulus. Adimpleo ea quæ desunt passionũ Christi, in carne mea, pro corpore eius quod est ecclesia, cuius factus sum ego minister &c. & in alio loco: pro Christo legatione fungimur, tãquam Deo exhortante per nos. Ac si diceret: per nos Deus loquitur & exhortatur ad pœnitudinem, exhortatur ad ueniam, exhortatur ad salutẽ. Non enim vult mortem peccatoris, sed magis vt cõuertatur & viuat: exhortatur ad pacem & idcirco legatos ad homines mittit. Hac ergo legatione pacis nos fungimur. Quare obsecramus pro Christo: reconciliamini Deo. Contrà verò, ingenium diaboli suorumque sectatorum est, perdere, dilaniare, ac interficere gregem domini. De sathana legimus. 3. reg. cap. 22. Quod egressus stetit corã domino, & ait. Ego decipiam Achaz. cui locutus est dominus. In quo? Et ille ait. Egrediar & ero spiritus mẽdax in ore omnium prophetarum eius. De suis satellitibus in hoc loco vides quid dominus affirmet. Intrinsecus, inquit, sunt lupi rapaces: quorum scilicet est, euangelicum gregem laniare. Hinc discamus quantum scelus sit, aut consilio aut exemplo, aut doctrina, animam aliquam perdere. Si enim sanguis Abel qui martyrẽ effecit, martyrijque corona Abelẽ decorauit, clamabat ad Deũ super terrã vindictã postulando: quãto magis anima dãnata doctrina aut causa alicuius, ad uersus illũ clamabit, cõdignasque penas com-

Col. 1. d
2. co. 5. d
3. reg. 22

commeritaque supplicia petet?

¶ *Veniunt ad vos in vestimentis ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Damnat in hoc loco dominus hypocrisin, cauendumque esse ab omni hypocrita monet. Ab omni inquam hypocrita qui prætextu pietatis aut religionis alios aut in errorem inducere, aut ad peccandum trahere conatur. Peccare enim & simulare peccatum ne notum sit alijs non malum est, opera pietatis exercere vt lauderis ab hominibus, vanum & inutile est. de qua hypocrisi dominus locutus est. c. 5. At opera pietatis fingere vt alios aut ad errores aut ad peccata trahamus hoc scelus maximum est de quo in hoc loco peculiariter agit dominus.

Leui. 11. Figura. ¶ Leuit. cap. 11. inter alias aues quæ comedendæ non erant, & à fidelibus vitandæ, vna erat, quæ vocatur mergulus, sic dicta, quod se in aquam cibum captans, assiduè immergat. Quam nos, cueruo marino vocamus. Mergulus iste typus est hypocritarũ qui se in opera pietatis crebro immergunt, vt fidelium animas captent. Et hoc est quod hic dicitur veniũt ad vos in vestimentis ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces. ¶ Gene. etiã cap. 27. ait Isaac filio suo Iacob: accede ad me, vt tangam te fili mi, & accedente illo atque palpato à patre dixit: vox quidem Iacob est: sed manus, manus sunt Esau. in tactu verè dignoscitur hypocrita. Nam licet vox sit fidelis, hominisque charitate & religione præstantis: licèt verba sint sanctitate plena, manus, hoc est, opera non fidelis sed infidelis: non filij Dei sed filij satanæ. Foris ouis & intus lupus. Viget enim intus liuor, auaritia, libido cæteraque vitia. ¶ Exo. ca. 7. Sacra refert historia vertisse Moysen virgam sibi à Deo collatam in serpentem, & aquas in sanguinem: idem que mentitos fuisse atque fecisse magos Pharaonis. Ciniphes verò educere non potuisse prædictos maleficos: quos tamen diuina virtute eduxerat Moyses. Sic etiam filij sathanæ & si signa & prodigia simulare possint vi sathanæ, at ciniphes (quod minus videtur) non possunt: hoc est diligere inimicos, iniurias libenter & æquo animo tolerare, auaritiã vincere &c. Sed cum intus sint lupi rapaces, tandem prodit quasi ex adipe iniquitas eorum: tandem ex corde illorum tanquam ex promptuario quodam eructant & exeunt prauæ cogitationes, homicidia, adulteria, falsa testimonia quæ coinquinant hominem vt Christus ait. Deficiunt enim sicut malefici illi in hoc signo, hoc est, in sanctis actionibus quas fingere & exprimere nequeunt. Atque hoc volens significare dominus dicebat per os Ioannis iam ad radicem arboris securis posita est, ac si diceret: non ramis, aut folijs, non verbis simulata sanctitate prolatis, non ceremonijs religionem redolentibus: sed radici hoc est cordi, vnde mali fructus oriuntur, admota est securis, funditus & irreparabili vulnere succisura, quod fœtus Deo dignos non produxerit. Et quod verbis Christus dominus expressit, signis & factis ostendit: more prophetarum, qui non solum verbis, sed etiam rebus assumptis, vt catena circundatus est Hieremias &c. Futura prædicebant, Narrat enim noster Mathæus cap. 21. Quod cum vidisset arborem ficum proximã viæ, & nihil inuenisset in ea præter folia, veluti indignãs, quod spe delusus esset, execratus est eam dicens: nusquam

Gen. 17. Figura. Exod. 7. Figura. Exo. 8. Simulare. Inf. 17.b Luc. 3. Hier. 72 Mat. 21. Figura.

ex te fructus nascatur in sempiternũ, & arefacta est cõtinuo ficulnea. Quo signo significare volebat pharisæorũ hypocrisin atque iudæorum simulatam sanctitatem. Inueniebat in eis vestimenta ouium, sed cor luporum. Inueniebat speciem religionis: fidei fructum, quem vnicè esuriebat, nõ inueniebat. Quo etiam facto exprimitur omnis hypocrita qui foris Christũ profitetur cor autem eius longè est à Deo: longè à tolerantia, patientia, sobrietate, cæterisq; christianæ religionis virtutibus. Quare nõ mirũ quod indignatus dominus execretur eum. Et dicat: ne quis post hac ex te fructũ videat in æternum. Sed de hoc satis superius. Hanc etiam hypocrisin satis superque depicta est in facto Michol, quæ deposuit Dauidem per fenestram vt fugeret à Saul: & tulit statuã,
1. reg. 19. Figura. & posuit eam super lectum, & pellem pilosam caprarũ posuit ad caput eius, & operuit eam vestimentis sicque illusit Sauli patri suo. Qui in illam incandescens ait: quare sic illusisti mihi & dimisisti inimicum meum vt fugeret? Sic sunt homines hypocritæ qui exterius imaginẽ Dauidis ferũt: pellem & vestimenta sanctorum portant, orãt prolixè, miseris subueniũt, Deum prædicant: cor autem eorum fugit longè à Deo. Quam ob causam maxima tristitia & indignatione afficitur, maximè, inquam, in Michol, hoc est, animam indignatur. ¶ Pax est Iehu? Ait rex Ioram. Qui respondit. quæ pax? adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia eiꝰ mul
4. reg. 9. Figura. ta vigent. Et tetendit Iehu arcum manu, & percussit Ioram inter scapulas, statimque corruit in curru suo. Quo facto dominus non esse pacem hypocritis, sed iram & indignationem: quod vigeant corda eorum innumeris peccatis: quod intus sint lupi r. paces & si foris christiani videantur.

¶ Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi? Ait dominus per Hieremiam. Auem discolorem iuxta literã pauum vocat. Non ergo placet domino homo varijs distinctus coloribus, foris sanctitate intꝰ, rapacitate prædi- Hier. 12. D Hiero. tus. Vnde alij hunc locum transtulerunt. Nunquid spelunca hyænæ hæreditas mea mihi? Sicut enim nocturna bestia ista viuit cadaueribus mortuorum, & de sepulchris solet effodere corpora, nihilque est immunditiæ, qua non vescatur: sic falsus propheta, sic hypocrita prætextu religiõis quæ spelũca eius est, omnibus peccatis vescitur & alitur: ouibus domini dilaniatis viuere contendit. Væ illi: nam vt verbis vtar domini apud Hieremiã, frustra multiplicat medicamina: sanitas non erit ei. Frustra Deum, Hier. 26. euangelium, regnum cœlorum, sacramenta habet in ore, frustra preces fundit, largitur pauperibus: cum intus sit lupus rapax. Quare hæc omnia medicamenta nihil ei ad salutem prosunt. Et quemadmodum qui crebro medicamentis vtuntur, si Simile. aliâs, regimen nullum sanitatis seruant, sed ventri indulgent: non solum ab infirmitate malaque valetudine non sanantur, sed potius sumpta medicamina illis magis ac magis nocent: sic hypocritis, falsisque prophetis, sacramenta quæ sumunt, & si salutaria medicamenta sint, non solum illis non prosunt, sed multo magis nocent: cum à vitijs suis, prauisque actionibus cessare non velint. ¶ In huiusmodi hominibus impletur quod dominus apud nostrum Mathæum ait: qui

autem

Infr.13. autem non habet, etiam id quod habet auferetur ab eo. Existimat hypocrita se habere vitutem, vim, donumque dicendi ac erudiēdi populū Dei, interpretandi libros sacros: quum nihil veræ perfectæque virtutis habeat: cum intus sit lupus rapax: quare adeo nihil ei addetur, vt eo quoq; quod habere videbatur sit spoliandus, existimabant pharisæi veram iustitiam habere, quod seruabāt traditiones seniorum, crebro lauando manus, & reprehendebant Christi discipulos, quod has traditiones non seruassent: non
Infr.15.a enim, inquiunt, lauant manus cum manducant: at dominus abstulit ab eis iustitiam quam videbantur habere, dicens: quare & vos transgredimini præceptum Dei propter traditiones vestras? Qualis, dicito mihi, manebit homo, spoliatus omnino à virtute, quam habere videbatur? qualis manebit ouilla pelle denudatus? totus lupus, totus rapax, totus scelestus & iniquus.
Iufr.17.d ¶ Apud nostrum Mathæum legimus c.27. quod milites præsidis genu flexu ante Iesum, illudebant ei, dicentes: Aue rex iudæorum, & expuētes in eum, acceperunt arundinem & percutiebant caput eius. Sic hypocritæ Deum adorant, Christum genibus flexis regem suum vocant: sed his signis ei illudunt: quando aliâs vita & moribus corruptis expuunt in eum: & arundine scelerum suorum percutiunt caput eius. Hoc idem figuratur in iuda, cuius pedes vidimus super diuinas Christi manus rerum omniū effetrices, corde tamen tunc eum tra-
Io.13. dentem & vendentem dominum suū inspeximus. Sic multos apud nos intuemur pedes in altari habentes cor autem eorum lōgè ab altari, imo lōgè à Deo multis criminib9 implicatos.

¶ Locum insignem ad literam habes apud Ioa. depingentem in apo. hominem hypocritam. Scio, inquit Apo.3.a.d.
dominus, opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo: quia dicis, quod diues sum: & locupletatus: & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, miserabilis, & pauper, & cæcus & nudus. Collyrio vnge oculos tuos vt videas. Frigidus hic vocatur qui spiritus sancti gratia & illuminatione planè destitutus est: calidus siue feruidus, qui spiritu feruet, sicut Pau. Ro.12.
ait: spiritu feruentes. Tepidus autem dicitur qui & si fidem habeat & si religionem christianam profiteatur & si foris imaginem fidelis præseferat, ignem fidei, hoc est, veram charitatem non habet. Qui & si glorietur patrē se habere Deū id operibus non exprimit. Vtinam autē, inquit dominus, frigidus esses, aut calidus, non quod velit esse frigidum, sed quòd præstat, aut minus malū est, frigidum fuisse, hoc est, esse & cognoscere se peccatorē esse: quā de sanctitate gloriari quū lōngè sit á vera sanctitate & iustitia. Idcirco addit: sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Sumit metaphoram, à medicis, qui quū cibū crudum & incoctum auferre volunt ab ægroti stomacho, aquam illi tepidam potandam præbent, quod nauseā illa pariat, & ad vomitū prouocet: ita, inqt, quia tepidus es, ac mihi nauseā paris, incipiā te emouere ex ore meo. Id est, incipiā te procul à familiaritate mea abijcere. Quia dicis diues sum falsò se diuitē putabat hypocrita iste sola fide instruct9: cū bonis opib9 spiritualib9, quę verè sunt diuitiæ, planè indigeret, cæcusq; esset, nō animaduertēs, in quib9 ambulabat, pēcti vias

 & se-

& semitas. Quare cum suadet vt emat ab eo collyrium quo vngat oculos suos & videat. Verum collyrium est, propriæ fragilitatis agnitio, suique abiectio & humiliatio. Qui enim in se tanquam ex se boni nihil videt atque agnoscit, is statim visum, quem per superbiam perdiderat recuperauit. Apostoli igitur calidi & feruidi erant, publicanus, Magdalena in ciuitate peccatrix, latro, frigidi erant peccata sua agnoscentes: at pharisæi hypocritæ tepidi erant & ideo euomit illos Deus. Hos imitantur hæretici, hos falsi prophetæ, hos falsi religiosi & christiani qui prætextu religionis alios aut fallere aut contemnere non verentur.

¶ Hi etiam similantur agro illi, de quo dominus in quadã parabola ait: nonne bonum semen seminasti in agro tuo, vnde habet zizaniam? Inimicos homo hoc fecit. Sic in hypocrita triticum mistum zizania inuenies. Fidem mistam odio inimicorũ, religionem mistam liuore & inuidia. Ceremonias mistas ira, fornicatione, cæterisque vitijs. Mat. 13.

¶ Sunt etiam philisthinorum imitatores. Nam quemadmodum philisthijm tulerunt arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon: & statuerunt eam iuxta Dagon sic hypocritæ arcam domini, hoc est, fidem, ieiunia, eleemosynarum largitionem, mortificationem, ceremoniarum obseruantiam statuunt iuxta Dagõ idolum suum, hoc est, iuxta superbiam ambitionem, inuidiam, calumniam, quibus dant operam. 1. re. 5. & Figura.

¶ Hi sunt qui ædificare volũt ædificia sumptuosa & miro ingenio arteque composita, super arenã. Qui audit verba mea, ait in hoc. c. dominus, & non facit ea similis est viro stulto, qui ædificauit domum suã super arenam &c. Ieiunia, eleemosynę, preces, sordidus vestitus, denique miracula, sunt quidem instar splendidi ædificij: cæterum si animus ista gerentis spectat voluptatem, quæstum, deceptionem, vindictam, corruent omnia, si quando ingruerit vehemens tẽtatio num procella. Math. 7.

¶ Talis erat populus ille de quo dominus olim Ezechieli loquebatur dicens, veniunt ad te & sedent corã te populus meus: & audiũt sermones tuos & non faciũt eos: quia in canticum oris sui vertunt illos, & auaritiam suam sequitur cor eorum. Et es eis quasi carmẽ musicum: quod suaui dulciq; sono canitur: & audiẽt verba tua & non facient ea. Sic etiam est hypocrita fidelis in cuius ore versatur Deus, ac fidei confessio: corde tamen auaritia, & omnis iniquitas. Audiunt libenter carmina musica, hoc est contiones, ac prędicationes, eas laudant: sed statim somno indulgent illarum obliti: statim vitijs suis dant operã. Contiones, quas audiunt, vertunt in canticum oris, non autem cordis. Eze. 33. &

¶ Tunica filij mei est, aiebat olim Iacob, sed fera pessima deuorauit eũ. Sic hoc idẽ dicere meritò potest etiã dominus viso hypocrita, tunica filij mei est sed fera pessima deuorauit eũ. Tunica, inquam, hæc Christi filij mei est, species hæc est veri christiani, habitus hic est fidelis, sed deuorauit eum fera pessima hoc est satanas. Non extat nisi tunica, & filius decerptus ac deglutitus à diabolo est: ab inuidia, odio, ira, fornicationeque deuoratus. Insignia solum hic manent: spolia solum hic videntur. Et quemadmodum si quis templum ingresus imagines capita non habentes intue- Gen. 36. Figura.

Simile. intueretur: alteram tamen claues in manu, alteram veró ensem tenere videret: ex signis illis alteram esse imaginem diui. Petri, alteram veró diui Pauli iudicaret: sic hypocritæ ex ieiunijs, ceremonijs, vili veste, vultu demisso solum, nō ex charitatis actionibus esse christiani videntur, ac iudicantur.

Apo. 11. D. Eze. 3. a. Figura. ¶ Accipe librum & deuora illum, ait angel⁹ Ioāni, & accepi librū & deuoraui illū, & erat in ore meo tanquam mel dulce. Et quū deuorassem eū amaricatus est venter me⁹. Nihil sanè diuinorum verborum intelligentia, explanatione, & prædicatione, atque professione dulcius: vnde Dauid ait: quā dulcia faucib⁹ meis eloquia tua, super Psa. 118. mel ori meo. Sed amaricari ventrem faciunt, id est, mentem: quando in digestione. i. executione eorū, quæ. sm̄ diuinam scientiam prædicantur, qualis est condonatio iniuriæ ex aio, carnis vera mortificatio alienarum rerum restitutio, inuidiæ depositio, decipiendi animus abijcendus, amaritudo & dificultas sentitur. Dulcis ergo est hypocritis lex Dei, & omnia, quæ continet, dulcia & suauia faucibus eorum sunt; at Dei mandatorum executio tam difficilis vt longè ab eorum custodia sint. Quare non immerito ait Christus in hoc loco à fructibus Infra. 21 eorum cognoscetis eos.

Figura. ¶ imaginem istorum graphicè depingere volens Christus vsus est apud Mathæum nostrum c. 21. similitudine hominis habentis duos filios. Qui accedens ad alterum, dixit: fili, abi, & hodie operare in vinea mea. Ille proteruè respondit, nolo. Sed idem mox pænitentia tactus, abijt in vineā. Pater itidem accedés ad alterū, ait: abi, & hodie labora in vinea mea. Ille propte respondet: en abeo domine, nec abijt tamen. Ex his igitur duobus vter videtur satisfecisse voluntati paternæ? Audientes autem parabolam non intelligentes, quorsum hæc tenderent, responderunt domino: prior ille, qui mox resipiscens pænitentia motus abijt in vineam. Tunc Iesus in ipsos retorquens parabolam: profecto verè dico vobis, quod publicani & meretrices præcedunt vos in regnum Dei. Ac si diceret: illi prius rebelles Deo impia vita, tamen illico tacti penitentia, obtemperarunt euangelicæ doctrinæ. Vos qui titulo ac professione estis populus Dei, quique & olim dixistis, & hodie dicitis, oīa quæcunque dixerit dominus faciemus, quique semper habetis in ore præcepta Dei, & templum domini, templum domini, templum domini, tot modis prouocati, non potestis ad penitentiam promoueri; sed semper intus estis lupi rapaces. Tales inuenies inter nos multos. Ad quos pertineat hæc parabola in sententia exposita. Caueamus igitur ab his falsis prophetis vt Christus ad monet: ne decipiamur, ne dilaniemur.

¶ *A fructibus eorū cognoscetis eos.* Docet hic dominus quàm facile deprehendemus simulationis præstigium, si proprius inspexerimus: non titulum & vestem, sed ipsa facta quæ produnt animum insyncerum. Nam etiam si bene docent, tamē hoc ipsum quod docent non præstant. Et suus cuique arbori peculiaris fœtus, qui sapore prodit radicem. Si vitam & mores attentus obserues, reperies illos sibi placentes, suis commodis vbique seruientes, elatos, vindices inuidos, obtrectatores, gloriæ sitientes: nonnuquàm & ventri deditos; & om-

nino suum negocium agentes potius quàm gregis aut euãgelij. Scimus qui sint fructus arboris euangelicæ: nimirum animus alienus ab omni fastu, animus lenis & minime appetens vin dictæ: animus contẽptor voluptatũ huius mundi, animus contẽptor opũ, & sitiens æsuriensque pietatis euangelicę, animus promptus & expositus ad bene merendum de omnibus: animus, purus ab omnibus cupiditatib9, ne aliò spectans quàm ad Deũ: animus nihil afflictionũ recusans, modo prouehat doctrinã euãgelicã: animus nihil mercedis expectans in hoc mundo pro suis benefactis, neq; gloriam, neque voluptatem, neque diuitias: animus qui beneuelit etiam maleuolis, qui bene mereatur etiã de male merentibus. Hos fructus qui verè præstat ipsa re, is demũ est arbor euangelica. Proinde qui se iactant prophetas, & hoc titulo se venditant: qui cultu religioso se fingunt oues, quum affectu sint lupi, ab his fructibus sunt æstimandi. Non oportet spectare frõdes & corticem. Nam hæc sæpe communia sunt agrestibus cũ mitibus, salubribus cum pestiferis: fructus gustatus indicat, qualis sit arboris succus. Quod si viderimus in his auaritiam, arrogantiam, liuorem, vlciscendi libidinem, fucum, aliaque id genus quæ velut ex diametro pugnant cum fructibus euangelicæ mentis, non putemus ex ijsdẽ arboribus aliquid boni fructus proditurum.

Primũ argumentũ quo probatur hypocrita sumitur ab operibus. Deu. 13. a

¶ Primum ergo argumentum quo probatur falsus propheta, aut falsus christianus sumitur ab operibus. Hoc idem affert dominus Deut. cap. 13. Si surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum, atq; portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi. Eamus & sequamur deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis: nõ audies verba prophetæ illius, aut somniatoris, quia tẽtat vos dominus De9 vester vt palam fiat vtrum diligatis eum, an non. Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timete, & mandata illius custodite, & audite vocem eius: ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis. Nullum euidentius argumentũ simulationis & hypocrisis, & falsitatis quàm contradictio legis diuinæ, quàm suasio vt eam non seruemus. ab huiusmodi fructibus cognoscemus falsum doctorem aut falsum prophetam & concionatorem.

Secũdum argumentum. 1. cor. 3.

Secundum argumentum quo cognosci potest verus an falsus propheta quis sit, est illud, quod adducit D. Pau. in priori epist. ad co. 3. fundamentũ, inquit, aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam: vnius cuiusque opus manifestum erit. Dies enim domini manifestabit: quia in igne reuelabitur, & vnius cuiusq; opus, quale sit, ignis probabit. Ideo, inquit Ambro. nemo potest ponere aliud funda- D. Amb. mentum, quia quanuis hæretici sint aliqui, nõ tamen docẽt nisi sub Christi nomine. Aliter enim commenta erroris commendare non possunt, nisi interposito saluatoris nomine prædicent, vt res contrarias, & absurdas nominis dignitas faciat acceptabiles. Non ergo statim credamus quibuslibet præclara nomina Christi, fidei, & & euangelij sonantibus, & interim á fide & ecclesiæ obediẽtia fideles seducentibus. Non enim inquit Christus in

in hoc capite, omnis qui dicet mihi dñe dñe, intrabit in regnum cœlorũ. Sunt ergo qui super hoc præclarum fundamẽtum, hoc est, Christũ Iesum, aurum, argentum, lapidesque preciosos superponunt, hoc est, bonam doctrinam, bonaque opera: sunt qui ligna, fœnum, & stipulam: hoc est, peruersam doctrinã, malaq; opera superædificant: illos veros prophetas dices, hos falsos. Quos dies domini manifestabit. Dies domini vocatur dies afflictionis, quo visum est Deo nos affligere. Tunc enim ostendũtur & manifestantur qui veram, qui falsam doctrinam seminent: qui synceram fidẽ qui simulatam habeant. Hoc enim argumento satis ostenderunt Christi martyres veros esse prophetas nõ falsos: hoc argumento satis declarata est multorum hypocrisis, & suæ simulationis præstigium recedentes à Deo in tempore tribulationis & afflictionis.

Tertiũ argumentũ

Tertium argumẽtum sumitur ab euentu prophetiæ. Vnde in lib. Deut. cap. 18, ait dominus. Hoc habebis signum. Quod in nomine domini propheta ille prædixerit, & non euenerit: hoc dominus non est locutus. Sed per tumorem animi sui propheta cõfinxit, & idcirco non timebis eum. Falsus ergo propheta dignoscitur vno modo ab euentu. Quando videlicet minimè quod prædixerat euenit: alio modo vt si quod prædixerat euenit: postea verò nititur homines auertere à Deo & à custodia mandatorũ eius vt superius diximus. Sed de hoc vi. glo. ordi.

Quartum argumẽtum.

¶ Denique signum & argumentũ quo probare voluit dominus Iesus esse missum à Deo, & non á se vt falsi prophetæ, Adducit euangelista Ioan. cap. 7. & 8. ego, inquit, nõ quæro gloriam meam & rursum: qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit, qui autem quærit gloriã eius, qui misit eum hic verax est. Hæretici seductores à seipsis veniũt, & ideo suæ student gloriæ potiusquã Dei. sua docentes commenta, non doctrinã Dei. Christus verò ac euangelici prædicatores, non affectant gloriam propriã apud homines: sed solum Dei gloriã quærunt. Ioa. 7. b. Ioa. 8. f.

¶ *Omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autem arbor, malos fructus facit.* Iuxta Platonicorum etiam sententiam duplex est arbor, altera rationis particeps, altera sensus expers. Sensus expers est planta notæ significationis, arbor rationis compos, quàm appellant inuersam, homo est, qui radices habet erectas ad cœlum, vnde venit illi alimentum. Quo fit, vt hominem definientes dicant esse arborẽ inuersam. Vt enim planta radices agit propagatas per terram, vnde illi venit nutrimentum, sic homo, quoniam epulis cœlestibus pascitur, & diuina gratia nutritur, radices, hoc est, caput, mentem, cogitationes eleuat ad cœlum, habens ramos, hoc est, pedes in terra collocatos. Huiusmodi sunt qui cõtẽnunt humana, & aspirant ad diuina, aspirãt ad cœlum, vnde ad illos venit aqua cœlestis & alimentum. Hæc est aqua, de qua ait Deus in Apo. ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Apo. 21.
Hæc est animæ esca, de qua ait Esaias: Esa. 55.
venite, & emite absq; argento, & absque vlla commutatione vinũ & lac. Hoc alimentum de sursum venit à patre luminum, nam vt ait D. Ioa. Bap. Ioa. 3.
apud Ioa. non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de cœlo. Alimentũ animæ est illud, de quo

viri fiducia cœlesti præstantes à domino liberantur. Vnusquisque enim illorum ait domino: susceptor meus es tu, & refugium meum Deus meus sperabo in eo. Et idcirco: ipse liberauit me de laqueo venantium & à verbo aspero. Lege totum psalmum & inuenies innumera mala à quibus cœlestis spes iustos piosq; homines eruit.

Abacuc. cap. 3. ¶ Hoc idem significare volẽs Abacuc in cantico suo ait loquens nomine populi fidelis in Babilone captiui. Ficus enim non florebit & non erit germen in vineis, mentietur opus oliuæ, & arua non afferẽt cibum, abscindetur de ouili pecus, & non erit armẽtum in præsepibus. Ego autem in domino gaudebo: exultabo in Deo Iesu meo. Deus dominus fortitudo mea ponet pedes meos quasi ceruorum, & super excelsa mea deducet me victor, in psalmis canentem. Ac si diceret: in expugnatione illa Babylonica quando per se parcent mihi populo fideli, & expugnabunt Babylonem, omnia vastabuntur ac perdẽtur, hoc est, vineæ, oliuæ, arua, atque iumenta omnia, oues denique & boues. In talibus enim oppugnationibus solent hostes omnia perdere. At ego cum sim populus fidelis totusque pendeã à Deo, in domino gaudebo tunc propter opem & auxilium eius: & exultabo atque gestiam in Deo seruatore meo, ferentiq; mihi opem: exultabo, inquã, quoniam tunc nihil mihi deerit: nõ victus non vestitus, non ad vitam necessaria. Ipse enim efficiet, vt quã primùm iubente cyro, & redeam in terram illam excelsam, & montuosam fluentem lacte & melle: tuncque gratias maximas agam Deo cantando psalmos.

¶ *Respicite volatilia cœli* Ad auium, liliorum & fœni considerationem, nos in hoc capite inuitat dominus, ex quo colliges rerum creatarum considerationem, vtilem esse & salutarem, cum nos ducat ad creatoris cõtemplãdam naturam, & peculiarem erga homines prouidentiam. Nam sicut riuuli nos ducunt ad fontem, sic creatura ad creatorem: & quanuis riuuli sint impuri nos tamen ad purum fontem inueniendũ dirigunt. Est enim Deus fons ille sempiternus, de quo ait propheta. Apud te ast fons vitæ, hoc est. Tu es fons à quo omnis vita effluit & dimanat. Quicquid est creatum, explicat suo modo gloriam Dei: & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Et D. Pau. ad Roma. 1. Inuisibilia enim Dei à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur. eam ob causam appellarunt nonnulli seculum, speculum rerum inuisibilium. Et ita intelligitur id quod in lib. sapientiæ & hoc quod cõtinet omnia sciẽtiam habet vocis. Hoc est, mũdus omnia continens, te domine scit prædicare & laudibus efferre. Ideo dicunt nonnulli, dixisse Anaxagoram: natum se esse vt videret solem, quia pulcherrimi illius astri, eiusq; admirabilis luminis, & immutabilis constantiæ contemplatio, illum ad contemplandum summum illum rerum omniũ opificem & moderatorẽ Deũ optimum maximum vehebat. Ob eã causam per Esai. populum iudæorũ increpabat dominus, quod opera Dei non respiciebant. Dediti enim crapulis, & mundi voluptatibus opera Dei animaduertere non curabant. Vt igitur reuocet dominus suos, ab anxia rerum humanarum solicitudine eos ad volatilium, aliarumque creaturarum considerationem inuitat, dicens: Respicite

Rerũ creatarum cõsideratio vtilis est.

Similitudo.

Psal. 53.

Psal. 18.

Rom. 1.

Sapien. 1.

Anaxagoras.

Esai. 5.

picite volatilia cœli &c. Vt saltim hac consideratione commoti, à diuina prouidentia pendeant, eius interest fami & nuditati suorum consulere.

¶ *Nolite ergo soliciti esse dicẽtes: quid mãducabimus.* Non sine causa Moyses. Geneli. 1. postquam dixit de creatione animalium, bestiarum & reptilium, vidit Deus quod esset bonum: subdit & ait. Faciamus hominem ad imaginẽ &c. Vt hoc facto inutilem illam & superfluam ventris curam à nobis eximeret. q.d. Ecce homo, quemadmodũ nunc, antequam esses, omnia tibi necessaria ad vitam præparaui, Sic nunquam tibi deerit victus, tantum in vocatione tua perseueres. Huc pertinet quod in hoc loco ait Christus nolite ergo soliciti esse dicẽtes; quid manducabimus. Sed quærite primũ regnum Dei.

Gen. 1.

quare de9 prius mũdũ, & quæ in eo sunt condid'it quam hominem.

¶ *Et de vestimentis quid soliciti estis.* Gen. 3. Dicitur fecit quoque dominus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas &c. Vbi iterum se prodit diuina bonitas. Supra, homini etiam peccatori modum ostenderat victus acquirendi: in sudore, inquit, vultus tui vesceris pane tuo: nunc ad cumulum bonitatis etiam vestit eos. Nimirum id nos docere volens, quod Christus in hoc loco docuit, & de vestimẽtis quid soliciti estis? Si enim peccatoribus id non negauit, sed sua sponte etiam nõ rogatus concessit, multò minus pijs & iustis ea negabit. Obseruandũ aut quod nõ sericas, ipsis, aut purpureas, vel auro textas, aut etiam mollitiem præse ferentes vestes dedit, sed pelliceas. Vt intelligamus vestium vsum non ad voluptatem, sed necessitatem datum esse: ad contegenda scilicet mẽbra, & arcendum frigus. Vestibus igitur abutuntur, qui aliud in ipsis quærunt.

Gen. 3.

Si Deus peccato ribus victũ & vestitũ aliaque ad vitam necessaria nõ negat multo minus ea pijs ne gabit.

¶ *Primum ergo quærite regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis.* Genes. 13. legimus quod Habraham erat diues valde in possessione auri & argenti, quo exemplo disces, quàm verũ sit quod hic dominus ait. Primùm quærite regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis, & Gene. 17. ait dominus eidem: statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te fœdere sempiterno, vt sim Deus tuus, & seminis tui post te. Daboque tibi & semini tuo, terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaam &c. In quo pacto præcipuum esse videmus, vt sit Deus noster deinde temporalia pollicetur. Vt discas ex hoc loco, primo omnium regnum Dei esse quærendum, tũc enim etiam temporalia nobis acquirentur & adijcientur. Hac doctrina edoctus Iacob, quam primùm è somno surrexit, diẽ auspicatur à laude Dei & gratiarum actione, oratione denique & cultu Dei. Vnde Genesis. 28. dicitur. Cumq; euigilasset Iacob de somno; ait. Verè dominus est in loco isto. Pauensq;. Quam terribilis est (inquit) locus iste: non est hic aliud nisi domus Dei &c. Vouit etiam votum &c. Nõ igitur mirum quod omnia ei prospere cesserunt. Nam Christus in hoc loco dicit. Quæritæ primùm regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Quo in loco maximè illud quod Iacob ait est, animaduertendum. Si fuerit dominus mecum, dederitque mihi panem ad vescendũ &c. Vbi temporalia vltimo loco & parcè petit, primo verò loco Dei regnum quærit, dicens. Si fuerit dominus mecum. Quo exemplo docemur,

Gen. 13. Iustis omnia prospe rè cedunt.

Gen. 17

Gen. 28.

vt primùm quæramus dominum, deinde temporalia parcè petamus & ha-
1.Tim.6. bentes (vt inquit Pau. 1.Timo.6.) victum & vestitum, his cõtenti simus.

¶ *Temerarie nemo iudicandus, Margaritæ ante porcos non ponendæ.*

Caput VII.

Nolite iudicare, & non iudicabimini, nolite condenare & non cõdenabimini. In quo .n. iuditio iudicaueritis, iudicabi-
Luc. 6.f. *mini & in qua mensura mensi*
Ro.2.a. *fueritis, remetietur vobis. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabẽ in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo. Frater, sine eijciam festucam de oculo tuo: & ecce trabs*
Marc.4.e *est in oculo tuo. Hypocrita, eijce*
Luc. 6.f. *primũ trabẽ de oculo tuo, & tũc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. nolite dare sanctũ canibus: neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & canes conuersi dirumpant vos. Petite, & dabitur vobis: quærite, & in-*
Ier. 29.c. *uenietis: pulsate & aperietur vo-*
Mar.11.c
Luc.11.b *bis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenenit: &* Ioã.14.b. 16.c.
pulsanti aperietur. Aut quis est Iac.1.a.
ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidẽ porriget ei? Aut si piscem petierit: nunquid serpentem porriget ei? Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filijs vestris: quãto magis pater vester qui in cœlis est, dabit bona petẽtibus se? Omnia ergo quæcunque vultis Luc. 6.e.
vt faciant vobis homines: & vos facite illis. Hæc est enim lex &
prophetæ. Intrate per angustam Tob. 4.c. Luc. 13.
portam, quia lata porta, & spatiosa via est quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrãt per eam. Quam angusta porta & arcta via est quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniũt eam. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autẽ, sunt lupi rapaces, a fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colli- Luc.9.f.g
gunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit, mala autem arbor, malos fructus facit. Non potest autem arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere. Omnis ar- Sup. 3.f.
bor

bor quæ non facit fructus bonos, excidetur & in ignem mittetur, igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorum. Sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnũ cœlorũ.

Lu.13.e.f *multi dicent mihi in illa die, domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? et tũc confitebor illis, quia nũquam noui vos, diſcedite a me omnes qui*

Pſa.6.e. Infr.25.f. Lu.13.f. *operamini iniquitatem. Omnis*

Luc.6 g. Ro.2.b. Iaco.1.d. *ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea: aſſimilabitur viro ſapiẽti qui ædificauit domũ ſuam ſuper petram, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata erat enim ſuper petram. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto qui ædificauit domũ ſuam ſuper arenam, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. Et factum eſt cũ cõſummaſſet Ieſus verba hæc, admirabantur turbæ ſuper doctrina eius. Erat .n. docens eos ſicut poteſtatem habẽs,* Mar.1.d.
& nõ ſicut ſcribæ eorum & pharìſæi. Luc.5.d.

Cap. VII. Ad literã.

IN quo iuditio iudicaueritis iudicabimini in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis. Si hæc ad Deum referantur, notandum eſt, quod non ſignificatur iuditium quo Deus iudicabit de nobis, eſſe tale in genere moris, quale eſt iuditiũ quod nos ſeruamus erga proximum. Neq; enim ſi nos temerario iuditio proximum iudicemus, etiam de nobis iniquo iuditio iudicabit dominus. neq; ſi nos iniqua menſura in proximum operemur, Deus iniqua menſura remetietur nobis. Sed hæc dicta intellige, quod iuxta menſurã qualitatis operum, erit retributio præmiorum, ſecundum menſuram temeritatis iuditij de fratre, erit compenſatio pœnę cum ſteterimus ante tribunal Chriſti.

¶ *In qua menſura menſi fueritis remetietur vobis.* Vel metiẽtur vobis alij, vel metietur vobis Deus: vtrunque ſenſum habent hæc verba: ſecundus iam ſuperius explicatus eſt.

¶ *Nunquid colligunt.* Sub. homines. *De ſpinis vuas.*

¶ *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur.* Ex hoc colliges, quã falſum ſit quod hæretici autumant. Opera noſtra non eſſe

esse necesaria ad salutem.

¶ *Non ne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes fecimus?* i. Facultate à te accepta euangelizauimus, & tua virtute miracula ædidimus, quibus confirmabas quæ docebamus. Marc. 16. Hebraismus.

Mar. 16.

¶ *Et tunc confitebor illis.* i. Apertè dicam. Heb. confiteri in sacra scriptura idem est, quod apertè dicere. i. prædicare. Psalm 7. confitebor domino secundum iustitiam eius. confitebor tibi in populis domine. i. prædicabo te dñe inter populos. Vel aperte dicã domine quis tu sis inter populos. Psal. 107.

confiteri quid. Psalm. 7. Psal. 107

¶ *Omnis ergo qui audit verba mea, & facit ea.* Vel factis exprimit.

¶ *Non noui vos.* Quos sua notitia & approbatione & fauore dignos iudicat, dicitur in scriptura cognoscere. Sic illud. Nouit dominus qui sunt eius. Et illud Prius quam te formarem in vtero noui te. Quos verò sua notitia & fauore indignos iudicat, dicitur ignorare. Sic in hoc loco. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quia nunquã noui vos. Sic stultis virginibus dicitur, nescio vos. Et Paulus. Qui ignorat ignorabitur.

Regula. cognoscere Deũ & ignorare, quid. Hie. 1. b. Supra 25. b. Paulus. 1. co. 14. g.

¶ *Super petram.* Vel Rupem.

¶ *Et non facit ea.* Vel factis nõ exprimit ea, similis dicetur &c.

¶ *Erat enim docens eos quasi potestatem habens.* Græcismus, erat docens, quod habet vim frequẽtatiui pro crebro docebat.

Ca. VII. Ad mores.

¶ *Nolite dare sanctum canibus.* Diuina mysteria impijs illisq; fastidientibus, reseranda non sunt, nam si ea reserare volueris, nulla habita temporis ratione, non solum fortasse nullum afferes emolumentum, sed afferes detrimentum. Vt si quis in altum puteũ cæno plenum, aquam puram & nitidam effuderit, nil aliud efficiet quàm cænum turbare, & aquam amittere: sic qui apud impios homines orationem de diuinis arcanis habuerit in eosq; clarissimam aquam infuderit, tali tempore id faciet, vt nihil illis prosit, quin potius deteriores reddãtur & impuriores. Eam ob causam ait in hoc loco Christus nolite sanctũ dare canibus. D. Cyrillus in. 3. tomo, explicãs illam pytagoræ sententiam. Nempe Dei imaginem, non esse in annulo ferendam, ait, eam significare non esse omnibus diuina mysteria reseranda. Verbum ergo Dei, non fastidientibus, sed sitientibus illud distribuẽdum est. Hinc est quod dominus per Esaiam ait, dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam in tempore sitibundum verbo. Sub. reficere. Sic enim verti potest, pro eo quod litera nostra ait. Vt sciam sustentare eum qui lasus est verbo.

Similitu. D. Cirillus. 3. Tomo. Esaias. 50.

¶ *Nolite dare sanctum canibus, nec mittatis Margaritas vestras ante porcos.* Solet scriptura homines impios, nõ homines sed feras appellare, & merito, ea enim scelera concipiunt, vt bruta animalia, feritate, stoliditate & malefficio superẽt. Phariseos appellauit Ioa. Baptista progeniem viperarum: quibus Christus dixit, serpentes & genimina viperarum, quomodo fugietis à iuditio gehennæ? Herodem propter malitiam appellauit Christus vulpẽ. Ite (inquit) & dicite vulpi illi. Libidini deditos appellat Hieremias equos amatores, voluptuosi appellantur porci, impudentes verò canes, iuxta illud quod

Homines impios vocat sacra scriptura feras. Math. 3. Math. 23 Luc. 13 Hiere. 5.

quod in hoc loco ait Christus. Nolite dare sanctum canibus, lege, quæ annotauimus cap. 3. in illa verba progenies viperarum.

¶ *Quærite & inuenietis &c. omnis enim qui quærit inuenit.* Sunt multi, qui etsi Deum quærant, non tamé inueniüt, eo quod non verè ex animo quærant. Filij Israel in deserto pergebant corpore ad terram promissionis, animo autem in AEgyptum reuertebantur, eius alia, porros & cucumeres desiderantes, ideo ad terram promissionis non accesserunt. Sic multi, Deum nō inueniunt quia interius non quærūt quem exterius quærere videntur. De talibus ait dominus per Esaiam. Me etenim de die in diem quærunt, quasi gens quæ iustitiam fecerit. Multi de die in diem proponunt se à vitijs ad Deum conuersuros, at nunquam verè conuertuntur, similes nautis in portu, qui quotidie proponūt eggredi, & dare vela ventis, & nunquam soluunt, donec præterito nauigandi tēpore nauis in portu putrescat, & consumatur: prætereunt quadragesimæ & quadragesimæ, & si factis quærere Deum videantur nunquam tamen à vitijs abducuntur, quotidie se ab illis abducere proponentes. O ignauiā deplorandam, eleuate ancoras, præscindite earum funes, quia amittitis tempus & æstum, ac ventum prospere ac mirabiliter flantem: quærite ex toto corde Deum & inuenietis, nam qui verè quærit inuenit, vt in hoc loco veritas affirmat ipsa dicens omnis qui quærit inuenit.

Multi & si deū quęrunt, non inueniüt, quia non ex animo quærunt. num. 11. Esai. 68. Similitu.

¶ *Angusta est via quæ ducit ad vitam.* Gene. 19. ait angelus Loth. in monte saluum te fac. Non possunt, inquit, in monte saluari &c. vide quæso ingeniū carnis quæ semper renititur, & cōtraria spiritui suggerit. Omnes ardua & aspera fugimus, voluptuosa elegimus, angusta enim est via, vt in hoc loco Christus ait, ad vitam, & pauci inueniunt eam, caro vult esse extra periculum, vult quidem audire Christum, sed ob ipsum pati renuit, cum tamen omnes qui piè volunt viuere in Christo persecutionem patiantur. mons est quod Christus dicit, qui vult venire post me, tollat crucem suam &c. item si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habens &c. Hos montes fugimus: malumus imis permanere. Atque scriptura montes quidem ostendit, nullum tamen cogit.

Gen. 19. Caro semper renititur & cōtraria spiritui suggerit. 1. Ti. 5. Infra. 16. d. Inf. 19. c.

¶ *Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium.* Exod. 30. ait dominus Moysi. Facies altare suffumenti, vestiesque illud auro purissimo. Nō enim vult dominus quicquam nostrū videre, nisi vestitum & tectum. Omnes nos immundi, & omnia nostra indigna diuinis oculis, ideo omnia vestienda. Tegendus sacerdos sacris vestibus, tegendum altare auro, etiam si ligna sittim ex quibus factū est munda & pretiosissima sint. Hinc arbitror Paulum consulere vt Christum induamus, ne scilicet æternus pater, vestimenta nostra sordida videns sordida & lacera, à nobis abhorreat. Sed quæres, qualiter eadem vestis, tot hominum differentijs conuenire possit? Audi eundem Pau. Rom. 13. Omnibus (inquit) omnia factus sum. Si Pauli vestis, aut ipse vestis est, quæ oīb9 cōueniat, cur nō potius vestis chri? sed quare non dixit, Induimini Christi vestem, sed Christum? Quoniam solent etiam hypocritæ Christi vestibus tegi. Veniunt enim vt hic ait dominus, in vestimentis ouium, sed non induunt ouem ipsam. Vis scire qualiter

Exo. 30. Nihil nostrū vult Dominus videre nisi tectum & vestitū. Ro. 13. Nota.

ter vestis hæc omnibus conueniat? Discite inquit, à me quia mitis sum Infra.11. & humilis corde, & quis est qué non deceat & conueniat mitem & humilē esse, quid magis altitudinem extollit quàm clementia & humilitas? conueniunt hæc magnis & paruis, nobilib9 & ignobilibus: vt nullus sit, cui huiusmodi vestimenta excesiua aut curta sint. Pharisæi solum induebant pellē & apparentiam ouis Christi, sed non ipsum Christum, hypocritæ Christiani, solum teguntur non auro purissimo, sed auricalco, non vera humilitate & clemētia, sed ficta & apparēti. à q̄bus cauēdū, docet in hoc loco christ9.

¶ *veniant ad vos in vestimentis ouium.* Vide quæ de hypocrisi diximus. c. præc. in illa verba: cum ieiunatis nolite fieri. &c.

¶ *Attendite á falsis prophetis qui veniunt ad uos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* His verbis docet nos dominus, nobis non esse periculū ab hominibus qui libidine, luxu, fastu auaricia, reliquisque cupiditatibus ludentes, ac risum insanum ridentes tēdunt in exitium: siquidem illos sequi non error est sed insania: magis cauendum est ab his qui nobis se iungūt, speciem habentes pietatis, quum sint pietatis hostes. Deum patrem, euangelicam doctrinam, regnū cœlorum habent in ore, cultus est vilis, ora pallent ieiunio, corpus habent attenuatum, macre, orant prolixè, largiuntur pauperibus, erudiunt populum, & interpretātur sacros libros: atque harum rerū imagine personati veniunt ad nos, velut ouilla pelle tecti, quum intus sint lupi rapaces, & euangelici gregis laniatores, docentes doctrinam hominum non Dei. Tales sunt hæretici nostri temporis simulantes pietatem & gregem domini sua falsa doctrina dilaniantes. Citant quidem diuinas scripturas, sed deprauatè: & ad hæreses suas confirmandas locos afferunt sacrarum literarum, sed qui illud minime dicant. Vt qui regis imaginem ex auro Simile. & gemmis prætiosis à solerte artifice fabricatam dissoluunt, & transferunt aurum illud & gemmas in canis imaginem, quam ex eadem materia conficiunt, aiunt imaginem illam suam canis, esse regis imaginem, quoniam idem est aurum, & iidem pretiosi lapilli: sic hæretici imaginem fidei dissoluunt, & ex eisdem sacræ scripturæ testimoniis perperàm ac falsò expositis imaginem perfidiæ conficiunt, & ornant: & aiunt illam esse fidei & veritatis imaginem, quoniam est ex eisdem locis: & hoc modo sepè numero imbecillos & fragiles homines fallunt, suadentes illis turpem illam canis figuram, hoc est, pestiferam suam hęresim esse pulchram regis, hoc est, expressam veritatis imaginē. Hac similitudine vtitur hirinęus libro aduersus valentinū primo. Hi sunt qui munus sathanæ sese in angelum lucis transfigurātis subeunt: similes hi sunt pyratis insignia hostium suorum in nauiū suorum puppibus erigentibus, vt eos decipiant & tandem capiant, pacem & amicitiam simulantes. Hi, inquam, sunt, à quib9 cauere monet diuus Paulus in episto. Ad ro. ca. 16. His verbis: Ro. 16. a Rogo autem vos fratres vt obseruetis eos, qui offendicula, præter doctrinā, quam vos didicistis faciunt: & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed per dulces sermones, & benedictiones, siue, vt alii vertunt, adulationes seducunt corda innocentiū. Hos alibi idē Apo. vocat canes, malos operarios, cōcisionem.

Phili.3.a. cisionem. Nec tantum vitandi sunt qui eiusmodi sunt, nobis aliam doctrinam afferentes & tradentes, præter eam, quam semel imbuti sumus:
Gal. 1.b. sed & si angelus de cœlo huic diuersam doctrinam afferret, claudédæ sūt aures eantibus Syrenarum, & surda aure transeundum: quoniam qui huiusmodi sunt, quæ sua sunt quærunt
Phi.2.c. non quæ Iesu Christi. Non infundūt vinum super vulnera, sed oleum tantum: palpant, non adurunt. Dicentes bonum: malum, & amarū, dulce, lucemque ponentes in tenebras. Dicentes quod olim prophetæ falsi populo adulantes dicebant: pax, pax: &
Hiere.6.d nō erat pax. Qui huiusmodi sunt mōstra potius quā homines dicendi sunt. Monstrum sane horrendum ingens esset animal cuius vna pars esset lupina, altera verò esset ouina. Tales ergo sunt hæretici falsiq; prophetę qui veniunt ad nos in vestimentis ouiū intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Os habent ouium, vultum afferūt agnorum, cor verò luporum: intus sunt rubus, foris ficus: intus gentiles foris christiani: quo nihil mōstruosius. Nihil esset negocij lupū ab oue dignoscere, si vterque suam æderet vocem, nihil esset negocij ab oue non cauere, à lupo verò fugere, si vterque sua pelle tectus veniret. Quid autē facias, vbi lupus ouillo vellere, ouilla voce ouē simulans, irrepserit in ouile, non vt ouis fiat, sed vt crudelius oues laniet? Mutat vocē lupus & Christi nomen profitetur: profitetur euāgelicā doctrinam, sed vt incautis aspergat hæreseos suæ venena. Simulat opera pietatis, quo magis aliorū simplicitate ad suas cupiditates abutatur. Ab his igitur chimeris horrendisq; mōstris diligenter est cauendū, precipuè ijs, quos delegit dñs sui gregis custodes ac pastores, quales erāt apostoli cū quib⁹ in præsentiarū dñs loquebatur. Præsulū onus est, diligēter curare ne huiusmodi monstra dilanient gregē sibi commissum. Istorum falsorū prophetarū typus expressaq; imago fuit Balaam qui ouilla voce ouē simulans Dei populū benedictionibus replebat. Moriatur, inqt, anima mea morte iustorū, & fiant nouissima mea horum similia &c. Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel. Intus autem cum esset lupus rapax docebat regē Balac vt Israelitis ad fornicandum mulieres suas offeret; docebat præterea regē, vt Israelitas inuitaret ad comedendū immolata & oblata Belphegor sacrificia, autore Iosepho. Vnde dñs falso cuidā prophetæ dicebat apud Io. in ap. habeo aduersus te pauca: qa habes illic docētes doctrinā Balaā, qui docebat Balaac mittere scandalū corā filijs Israel, edere & fornicari. De quibus vitijs habes numerorū c.25. Sic ergo sunt falsi prædicatores, qui mira de rebus cœlestibus loquuntur: suæ eloquētiæ suauitate aures populi demulcent, ac detinēt: ad vitia tamē pelliciūt & trahūt: sicq; dilaniāt gregē dñi. Erudiūt fideles, & interpretātur sacrā scripturā, & tādem ad suas cupiditates eos trahere conantur.
Nu.23.b
Nu.15.b.
Apo.2.
Nu.25.

¶ *Attendite à falsis prophetis*. Inter alia munera atque charismata apostolis & ecclesiæ à Christo dño collata, hoc vnū fuit, vt discernere scirēt, quis nā esset verus, quis verò falsus propheta. Et quēadmodū misit ad ecclesiā suā spiritū sanctū, vt doceret eā mysteria fidei, ne aberraret à vero: suggeret, inqt, vobis, quęcūq; dixero vobis: & dedit illis potestatē remittēdi peccata dicens: accipite Spiritū sanctū quorū remi
Ioa.14.d.

quãdo hæc potestas adest. Nã si nõ ad est, præcipit Paul9 vt semel & iterũ admoneatur, & deinde uitetur ei9 colloquiũ, & cõsuetudo, vt pertinacis hominis. At veró si adest, ex edicto iudiciaria potestas, ad eã erit deferẽdus. Illi.n. incũbit ex officio corripere, & admonere, supplicioq; hæreticos afficere. Et si verũ sit quod ętate apostolorũ blandius se gerebat ecclesia erga hęreticos, si forsitã illos suauitas iudicij ad correctionẽ admoneret: At veró, quia animaduertit in ecclesiam Dei indies furere amplius hæreticam vesaniã, ideò accerbius aduertit in ipsos: vt prætermissis admonitionibus nouis, res deferatur ad fidei censores, ne vt pestis serpat hæresis in catholicos.

¶ *Qui veniunt ad vos.* Hic primũ obserua, hæreticos falsosque prophetas nõ esse missos à Deo, sed ipsi sunt qui ad nos sua autoritate veniũt. Veri aũt atq; catholici prędicatores atq; doctores mittũtur à Deo. Vnde D. Pau. in
Ro. 10. e. epist. ad ro. ait: quo modo prædicabũt nisi mittantur. De huiusmodi falsis
Hie. 23. e prophetis olim dicebat dñs apud Hieremiã: non mittebã prophetas, & ipsi currebant: nõ loquebar ad eos, & ipsi prophetabãt. Si stetissent in cõsilio meo & nota fecissent verba mea populo meo, auertissem vtiq; eos à via sua mala & à pessimis cogitatiõib9 suis. ac si diceret dñs: nec ego loquor eis nec mitto illos, sed ipsi loquũtur quasi ex
D. Hiero. ore meo. Si enim meæ voluissent acquiescere volũtati, & nota fecissent verba mea populo meo, nõ blandientes eis & adulatione perdẽtes, vt dicerent: non habetis peccata, perfectam iustitiã possidetis, sanctitas & iustitia atq; pudicitia in vobis tantũmodo reperiũtur: & ego nõ tradidissem eos in immũditiã & ignominiã, vt facerent quæ nõ incõueniũt & sequerẽtur vias suas pessimas. Contẽplemur hæreticos, quomodo semel desperãtes salutẽ, gulæ se tradant & delicijs: vescantur carnibus, frequentes adeant balneas, musco fragrent, vngentis varijs delibuti, quærant corporum pulchritudinẽ. meritò ergo aduertit Christ9 & ait à fructibus eorum cognoscetis eos. Quod enim sermone nõ pandũt cum vocẽ ouillã habeant, ostẽdũt operibus. Et sicut nõ probauerũt Deũ habere in noticia: traddidit eos Deus in reprobum sensum, vt faciant quæ non cõueniũt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, nequitia, auaritia, & cæteris quæ numerat D.
Pau. ad rom. scribens. Veri enim & fideles concionatores, instituti ab ecclesia, & prædicantes quæ ab ea didicerunt, hi verè mittuntur à Deo, fideliter legatione sua fugentes. Roma. 1.

¶ Deinde perpẽde quid dñs dicat: *veniũt ad vos.* Ac si diceret: nõ veniũt ad infideles, nõ ad hoẽs perditis moribus præditos, sed ad vos fideles, ad vos filios Dei, ad vos amicos meos, hæredes regni cælestis, vos perdere volũt, vos dilaniare tẽtãt, sequẽtes morẽ patris sui sathanæ, q vt in libro Iob scriptũ est, affuit inter filios Dei, qui etiam Iob. 1.
Chri discipulũ perdidit. Sic falsi prophetæ, sic hæretici, viros sanctitate & religiõe chriana præstãtes decipere, & à vera fide auertere conantur. Ioa. 13.

¶ *In uestimentis ouiũ, intrinsecus aũt sunt lupi rapaces.* Animaduerte hic obsecro atq; alta mẽte cõsidera nihil in mũdo cõtrarius inueniri oue & lupo. Lup9 .n. natura sua ouẽ laniare cõtẽdit: sic nihil magis cõtrariũ & aduersũ quã verus & falsus propheta, quã fidelis & infidelis, catholicus & hæreticus: & tamẽ hæreticus lupus cũ sit, non vnum aut alterum sed omnia ouis vestimẽta inducere conatur, etiam tunicam li-

neam omnium intimam. Non simulant solum cultum vilem, abstinentiam, pietatem in pauperes &c. Sed & ipsam mortem libenter subeunt: vt vel sic gregem domini ad suam væsaniam trahant. Et quemadmodum sathanas simiam Dei agere semper à mundi exordio curauit: sic hæretici sathanæ imitatores, etiam martyrũ Christi simias esse volunt. Vt non solum prætextu præclarorum nominum Christi, fidei, gratiæ, ac similium, atque omnino fictæ religionis, suas hæreses persuadeant: sed interim mortem eligunt vt hoc saltem tam manifesto testimonio fideles seducãt. Vnde Paulus iure optimo monet in

2.Thes.2 2. episto. ad Thessa. cap. 2. vt fideles caueant sibi, fidemque veram teneãt. Nam mysterium, inquit, operatur iniquitatis: tantum vt qui tenet, nũc teneat, donec de medio fiat, ac si diceret: Antechristus ille, homo peccati, filius perditionis, qui reuelabitur in suo tempore, iam operatur in suis discipulis mysterium iniquitatis: id est, adumbratam falsa religione hypocrisim omnem. Quare tantum id superest, vt qui tenet, teneat. i. fideles, quam habent fidem, retineant, donec de medio fiat. i. donec de medio ecclesiæ exeant occulti hæretici, & tunc reuelabitur ille iniquus.

¶ *Intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Hìc iam vides ingenium sathanæ atque suorum quàm longè distet à Dei, suorumque ingenio. Ingenium Dei atque piorum hominum est, seruare. Audi quid de Deo referant eloquia

Psa. 67. c sacra. Psalmo. 67. ait Rex Dauid: Deus noster, Deus saluos faciendi. Et

Ps. 34. b. psal. 34. Domine quis similis tibi? Et reddens rationem addit. Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum & pauperem à diripientibus eũ. Hinc est quod in sacra scriptura qui hoc seruandi munere funguntur, dij vocentur, ac filij excelsi omnes, sal terræ, lux mundi, & ciuitas supra mõtem posita, & lucerna super candelabrum, pastoresque dicantur. Vnde Paulus. Adimpleo ea quæ desunt passionũ Christi, in carne mea, pro cor- Col. 1. d.

pore eius quod est ecclesia, cuius factꝰ sum ego minister &c. & in alio loco: pro Christo legatione fungimur, 2. co. 5. d

tãquam Deo exhortante per nos. Ac si diceret: per nos Deus loquitur & exhortatur ad pœnitudinem, exhortatur ad ueniam, exhortatur ad salutẽ. Non enim vult mortem peccatoris, sed magis vt cõuertatur & viuat: exhortatur ad pacem & idcirco legatos ad homines mittit. Hac ergo legatione pacis nos fungimur. Quare obsecramus pro Christo: reconciliamini Deo. Contrà verò, ingenium diaboli suorumque sectatorum est, perdere, dilaniare, ac interficere gregem domini. De sathana legimus. 3. reg. cap. 22. Quod egressus stetit corã domino, & ait. Ego decipiam Achaz. 3. reg. 22

cui locutus est dominus. In quo? Et ille ait. Egrediar & ero spiritus mẽdax in ore omnium prophetarum eius. De suis satellitibus in hoc loco vides quid dominus affirmet. Intrinsecus, inquit, sunt lupi rapaces: quorum scilicet est, euangelicum gregem laniare. Hinc discamus quantum scelus sit, aut consilio aut exemplo, aut doctrina, animam aliquam perdere. Si enim sanguis Abel qui martyrẽ effecit, martyrijq; corona Abelẽ decorauit, clamabat ad Deũ super terrã vindictã postulando: quãto magis anima dãnata doctrina aut causa alicuius, aduersꝰ illũ clamabit, cõdignasq; penas com-

commeritaque supplicia petet?

¶ *Veniunt ad vos in vestimentis ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Damnat in hoc loco dominus hypocrisin, cauendumque esse ab omni hypocrita monet. Ab omni inquam hypocrita qui prætextu pietatis aut religionis alios aut in errorem inducere, aut ad peccandum trahere conatur. Peccare enim & simulare peccatum ne notum sit alijs non malum est, opera pietatis exercere vt lauderis ab hominibus, vanum: & inutile est. de qua hypocrisi dominus locutus est. c. 5. At opera pietatis fingere vt alios aut ad errores aut ad peccata trahamus hoc scelus maximum est de quo in hoc loco peculiariter agit dominus.

Leui. 11. Figura. ¶ Leuit. cap. 11. inter alias aues quæ comedendæ non erant, & á fidelibus vitandæ, vna erat, quæ vocatur mergulus, sic dicta, quod se in aquam cibum captans, assiduè immergat. Quam nos, cueruo marino vocamus. Mergulus iste typus est hypocritarũ qui se in opera pietatis crebro immergunt, vt fidelium animas captent. Et hoc est quod hic dicitur veniũt ad vos in vestimentis ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces. ¶ Gene. etiã

Gen. 27. Figura. cap. 27. ait Isaac filio suo Iacob: accede ad me, vt tangam te fili mi, & accedente illo atque palpato á patre dixit: vox quidem Iacob est: sed manus, manus sunt Esau. in tactu verè dignoscitur hypocrita. Nam licet vox sit fidelis, hominisque charitate & religione præstantis: licèt verba sint sanctitate plena, manus, hoc est, opera non fidelis sed infidelis: non filij Dei sed filij satanæ. Foris ouis & intus lupus. Viget enim intus liuor, auaritia, libido cæteraque vitia. ¶ Exo. ca. 7.

Exod. 7. Sacra refert historia vertisse Moysen virgam sibi á Deo collatam in serpentem, & aquas in sanguinem: idem que mentitos fuisse atque fecisse magos Pharaonis. Cinipthes verò educere non potuisse prædictos maleficos: quos tamen diuina virtute eduxerat Moyses. Sic etiam filij sathanæ & si signa & prodigia simulare possint vi sathanæ, at ciniphes (quod minus videtur) non possunt: hoc est diligere inimicos, iniurias libenter & æquo animo tolerare, auaritiã vincere &c. Sed cum intus sint lupi rapaces, tandem prodit quasi ex adipe iniquitas eorum: tandem ex corde illorum tanquam ex promptuario quodam eructant & exeunt prauæ cogitationes, homicidia, adulteria, falsa testimonia quæ coinquinant hominem vt Christus ait. Deficiunt enim sicut malefici illi in hoc signo, hoc est, in sanctis actionibus quas fingere & exprimere nequeunt. Atque hoc volens significare dominus dicebat: per os Ioannis iam ad radicem arboris securis posita est. ac si diceret: non ramis, aut folijs, non verbis simulata sanctitate prolatis, non ceremonijs religionem redolentibus: sed radici hoc est cordi, vnde mali fructus oriuntur, admota est securis, funditus & irreparabili vulnere succisura, quod fœtus Deo dignos non produxerit. Et quod verbis Christus dominus expressit, signis & factis ostendit: more prophetarum, qui non solum verbis, sed etiam rebus assumptis, vt catena circundatus est Hieremias &c. Futura prædicebant, Narrat enim noster Mathæus cap. 21. Quod cum vidisset arborem ficum proximã viæ, & nihil inuenisset in ea præter folia, veluti indignãs, quod spe delusus esset, execratus est eam dicens: nusquam

Figura. Exo. 8. Simulare. Infr. 17. b Luc. 3. Hier. 72 Mat. 21. Figura.

ex te fructus nascatur in sempiternũ, & arefacta est cõtinuo ficulnea. Quo signo significare volebat pharisæorũ hypocrisin atque iudæorum simulatam sanctitatem. Inueniebat in eis vestimenta ouium, sed cor luporum. Inueniebat speciem religionis: fidei fructum, quem vnicè esuriebat, nõ inueniebat. Quo etiam facto exprimitur omnis hypocrita qui foris Christũ profitetur cor autem eius longè est à Deo: longè à tolerantia, patientia, sobrietate, cæterisq; christianæ religionis virtutibus. Quare nõ mirũ quod indignatus dominus execretur eum. Et dicat: ne quis post hac ex te fructũ videat in æternum. Sed de hoc satis superius. Hanc etiam hypocrisin satis superque depicta est in facto Michol, quæ deposuit Dauidem per fenestram vt fugeret à Saul: & tulit statuã, & posuit eam super lectum, & pellem pilosam caprarũ posuit ad caput eius, & operuit eam vestimentis sicque illusit Sauli patri suo. Qui in illam incandescens ait: quare sic illusisti mihi & dimisisti inimicum meum vt fugeret? Sic sunt homines hypocritæ qui exterius imaginẽ Dauidis ferũt: pellem & vestimenta sanctorum portant, orãt prolixè, miseris subueniũt, Deum prædicant: cor autem eorum fugit longè à Deo. Quam ob causam maxima tristitia & indignatione afficitur, maximè, inquam, in Michol, hoc est, animam indignatur. ¶ Pax est Iehu? Ait rex Ioram. Qui respondit. quæ pax? adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia ei9 multa vigent. Et tetendit Iehu arcum manu, & percussit Ioram inter scapulas, statimque corruit in curru suo. Quo facto dominus non esse pacem hypocritis, sed iram & indignationem: quod vigeant corda eorum innumeris peccatis: quod intus sint lupi rapaces & si foris christiani videantur.

1.reg.19. Figura.

4 reg. 9. Figura.

¶ Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi? Ait dominus per Hieremiam. Auem discolorem iuxta literã pauum vocat. Non ergo placet domino homo varijs distinctus coloribus, foris sanctitate int9, rapacitate præditus. Vnde alij hunc locum transtulerunt. Nunquid spelunca hyænæ hæreditas mea mihi? Sicut enim nocturna bestia ista viuit cadaueribus mortuorum, & de sepulchris solet effodere corpora, nihilque est immunditiæ, qua non vescatur: sic falsus propheta, sic hypocrita prætextu religiõis quæ spelũca eius est, omnibus peccatis vescitur & alitur: ouibus domini dilaniatis viuere contendit. Væ illi: nam vt verbis vtar domini apud Hieremiã, frustra multiplicat medicamina: sanitas non erit ei. Frustra Deum, euangelium, regnum cœlorum, sacramenta habet in ore, frustra preces fundit, largitur pauperibus: cum intus sit lupus rapax. Quare hæc omnia medicamenta nihil ei ad salutem prosunt. Et quemadmodum qui crebro medicamentis vtuntur, si aliâs, regimen nullum sanitatis seruant, sed ventri indulgent: non solum ab infirmitate malaque valetudine non sanantur, sed potius sumpta medicamina illis magis ac magis nocent: sic hypocritis, falsisque prophetis, sacramenta quæ sumunt, & si salutaria medicamenta sint, non solum illis non prosunt, sed multo magis nocent: cum à vitijs suis, prauisque actionibus cessare non velint. ¶ In huiusmodi hominibus impletur quod dominus apud nostrum Mathæum ait: qui autem

Hier. 12. D Hiero. Hier. 26. Simile.

Infr. 13. autem non habet, etiam id quod habet auferetur ab eo. Existimat hypocrita se habere vitutem, vim, donumque dicendi ac erudiẽdi populũ Dei, interpretandi libros sacros: quum nihil veræ perfectæque virtutis habeat: cum intus sit lupus rapax: quare adeo nihil ei addetur, vt eo quoq; quod habere videbatur sit spoliandus, existimabant pharisæi veram iustitiam habere, quod seruabãt traditiones seniorum, crebro lauando manus, & reprehendebant Christi discipulos, quod has traditiones non seruassent: non enim, inquiunt, lauant manus cum manducant: at dominus abstulit ab eis iustitiam quam videbantur habere, dicens: quare & vos transgredimini præceptum Dei propter traditiones vestras? Qualis, dicito mihi, manebit homo, spoliatus omnino à virtute quam habere videbatur? qualis manebit ouilla pelle denudatus? totus lupus, totus rapax, totus scelestus & iniquus. ¶ Apud nostrum Mathæum legimus c. 27. quod milites præsidis genu flexu ante Iesum, illudebant ei, dicentes: Aue rex iudæorum, & expuẽtes in eum, acceperunt arundinem & percutiebant caput eius. Sic hypocritæ Deum adorant, Christum genibus flexis regem suum vocant: sed his signis ei illudunt: quando aliâs vita & moribus corruptis expuunt in eum: & arundine scelerum suorum percutiunt caput eius. Hoc idem figuratur in iuda, cuius pedes vidimus super diuinas Christi manus rerum omniũ effetrices, corde tamen tunc eum tradentem & vendentem dominum suũ inspeximus. Sic multos apud nos intuemur pedes in altari habentes cor autem eorum lõgè ab altari, imo lõgè à Deo multis criminibꝰ implicatos.

Infr. 15. a

Iufr. 17. d

Io. 13.

¶ Locum insignem ad literam habes apud Ioa. depingentem in apo. hominem hypocritam. Scio, inquit dominus, opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo: quia dicis, quod diues sum: & locupletatus: & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, miserabilis, & pauper, & cæcus & nudus. Collyrio vnge oculos tuos vt videas. Frigidus hic vocatur qui spiritus sancti gratia & illuminatione planè destitutus est: calidus siue feruidus, qui spiritu feruet, sicut Pau. ait: spiritu feruentes. Tepidus autem dicitur qui & si fidem habeat & si religionem christianam profiteatur & si foris imaginem fidelis præseferat, ignem fidei, hoc est, veram charitatem non habet. Qui & si glorietur patrẽ se habere Deũ id operibus non exprimit. Vtinam autẽ, inquit dominus, frigidus esses, aut calidus, non quod velit esse frigidum, sed quòd præstat, aut minus malũ est, frigidum fuisse, hoc est, esse & cognoscere se peccatorẽ esse: quã de sanctitate gloriari quũ lõgè sit á vera sanctitate & iustitia. Idcirco addit: sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Sumit metaphoram, à medicis, qui quũ cibũ crudum & incoctum auferre volunt ab ægroti stomacho, aquam illi tepidam potandam præbent, quod nauseã illa pariat, & ad vomitũ prouocet: ita, inqt, quia tepidus es, ac mihi nauseã paris, incipiã te emouere ex ore meo. Id est, incipiã te procul à familiaritate mea abijcere. Quia dicis diues sum falsò se diuitẽ putabat hypocrita iste sola fide instructꝰ: cũ bonis opibꝰ spiritualibꝰ, quę verè sunt diuitiæ, planè indigeret, cæcusq; esset, nõ animaduertẽs, in quibꝰ ambulabat, pẽcti vias

Apo. 3. a. d.

Ro. 12.

& semitas. Quare eum suadet vt emat ab eo collyrium quo vngat oculos suos & videat. Verum collyrium est, propriæ fragilitatis agnitio, suique abiectio & humiliatio. Qui enim in se tanquam ex se boni nihil videt atque agnoscit, is statim visum, quem per superbiam perdiderat recuperauit. Apostoli igitur calidi & feruidi erant, publicanus, Magdalena in ciuitate peccatrix, latro, frigidi erant peccata sua agnoscentes: at pharisæi hypocritæ tepidi erant & ideo euomit illos Deus. Hos imitantur hæretici, hos falsi prophetæ, hos falsi religiosi & christiani qui prætextu religionis alios aut fallere aut contemnere non verentur.

¶ Hi etiam similantur agro illi, de quo dominus in quadã parabola ait: nonne bonum semen seminasti in agro tuo, vnde habet zizaniam? Inimicos homo hoc fecit. Sic in hypocrita triticum mistum zizania inuenies. Fidem mistam odio inimicorũ, religionem mistam liuore & inuidia. Ceremonias mistas ira, fornicatione, cæterisque vitijs.

Mat. 13.

¶ Sunt etiam philisthinorum imitatores. Nam quemadmodum philisthijm tulerunt arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon: & statuerunt eam iuxta Dagon sic hypocritæ arcam domini, hoc est, fidem, ieiunia, eleemosynarum largitionem, mortificationem, ceremoniarum obseruantiam statuunt iuxta Dagõ idolum suum, hoc est, iuxta superbiam ambitionem, inuidiam, calumniam, quibus dant operam.

1. re. 5. &
Figura.

¶ Hi sunt qui ædificare volũt ædificia sumptuosa & miro ingenio arteque composita, super arenã. Qui audit verba mea, ait in hoc. c. dominus, & non facit ea similis est viro stulto, qui ædificauit domum suã super arenam &c. Ieiunia, eleemosynę, preces, sordidus vestitus, denique miracula, sunt quidem instar splendidi ædificij: cæterum si animus ista gerentis spectat voluptatem, quæstum, deceptionem, vindictam, corruent omnia, si quando ingruerit vehemens tẽtationum procella.

Math. 7.

¶ Talis erat populus ille de quo dominus olim Ezechieli loquebatur dicens, veniunt ad te & sedent corã te populus meus: & audiũt sermones tuos & non faciũt eos: quia in canticum oris sui vertunt illos, & auaritiam suam sequitur cor eorum. Et es eis quasi carmẽ musicum: quod suaui dulciq; sono canitur: & audiẽt verba tua & non facient ea. Sic etiam est hypocrita fidelis in cuius ore versatur Deus, ac fidei confessio: corde tamen auaritia, & omnis iniquitas. Audiunt libenter carmina musica, hoc est contiones, ac prędicationes, eas laudant: sed statim somno indulgent illarum obliti: statim vitijs suis dant operã. Contiones, quas audiunt, vertunt in canticum oris, non autem cordis.

Eze. 33. &

¶ Tunica filij mei est, aiebat olim Iacob, sed fera pessima deuorauit eũ. Sic hoc idẽ dicere meritò potest etiã dominus viso hypocrita, tunica filij mei est sed fera pessima deuorauit eũ. Tunica, inquam, hæc Christi filij mei est, species hæc est veri christiani, habitus hic est fidelis, sed deuorauit eum fera pessima hoc est sathanas. Non extat nisi tunica, & filius decerptus ac deglutitus à diabolo est: ab inuidia, odio, ira, fornicationeque deuoratus. Insignia solum hic manent: spolia solum hic videntur. Et quemadmodum si quis templum ingresus imagines capita non habentes intue-

Gen. 36.
Figura.

Simile. intueretur: alteram tamen claues in manu, alteram veró ensem tenere videret: ex signis illis alteram esse imaginem diui. Petri, alteram: veró diui Pauli iudicaret: sic hypocritæ ex ieiunijs, ceremonijs, vili veste, vultu demisso solum, nō ex charitatis actionibus esse christiani videntur, ac iudicantur.

Apo. 11. D. Eze. 3. a. Figura. ¶ Accipe librum & deuora illum, ait angel9 Ioāni, & accepi librū & deuoraui illū, & erat in ore meo tanquam mel dulce. Et quū deuorassem eū amaricatus est venter me9. Nihil sanè diuinorum verborum intelligentia, explanatione, & prædicatione, atque professione dulcius: vnde Dauid ait: quā dulcia faucib9 meis eloquia tua, super mel ori meo. Psa. 118. Sed amaricari ventrem faciunt, id est, mentem: quando in digestione. i. executione eorū, quæ. s. iū diuinam scientiam prædicantur, qualis est condonatio iniuriæ ex aio, carnis vera mortificatio alienarum rerum restitutio, inuidiæ depositio, decipiendi animus abijcendus, amaritudo & dificultas sentitur. Dulcis ergo est hypocritis lex Dei, & omnia, quæ continet, dulcia & suauia faucibus eorum sunt: at Dei mandatorum executio tam difficilis vt longè ab eorum custodia sint. Quare non immerito ait Christus in hoc loco à fructibus eorum cognoscetis eos.

Infra. 21 Figura. ¶ imaginem istorum graphicè depingere volens Christus vsus est apud Mathæum nostrum c. 21. similitudine hominis habentis duos filios. Qui accedens ad alterum, dixit: fili, abi, & hodie operare in vinea mea. Ille proterue respondit, nolo. Sed idem mox pænitentia tactus, abijt in vineā. Pater itidem accedēs ad alterū, ait: abi, & hodie labora in vinea mea. Ille propte respondet: en abeo domine, nec abijt tamen. Ex his igitur duobus vter videtur satisfecisse voluntati paternæ? Audientes autem parabolam non intelligentes, quorsum hæc tenderent, responderunt domino: prior ille, qui mox resipiscens pænitentia motus abijt in vineam. Tunc Iesus in ipsos retorquens parabolam: profecto verè dico vobis, quod publicani & meretrices præcedunt vos in regnum Dei. Ac si diceret: illi prius rebelles Deo impia vita, tamen ilico tacti penitentia, obtemperarunt euangelicæ doctrinæ. Vos qui titulo ac professione estis populus Dei, quique & olim dixistis, & hodie dicitis, oia quæcunque dixerit dominus faciemus, quique semper habetis in ore præcepta Dei, & templum domini, templum domini, templum domini, tot modis prouocati, non potestis ad penitentiam promoueri; sed semper intus estis lupi rapaces. Tales inuenies inter nos multos. Ad quos pertineat hæc parabola in sententia exposita. Caueamus igitur ab his falsis prophetis vt Christus ad monet: ne decipiamur, ne dilaniemur.

¶ *A fructibus eorū cognoscetis eos.* Docet hic dominus quàm facile deprehendemus simulationis præstigium, si proprius inspexerimus: non titulum & vestem, sed ipsa facta quæ produnt animum in syncerum. Nam etiam si bene docent, tamē hoc ipsum quod docent non præstant. Et suus cuique arbori peculiaris fætus, qui sapore prodit radicem. Si vitam & mores attentus obserues, reperies illos sibi placentes, suis commodis vbique seruientes, elatos, vindices inuidos, obtrectatores, gloriæ sitientes: nonnunquam & ventri deditos; & om-

nino suum negocium agentes potius quàm gregis aut euãgelij. Scimus qui sint fructus arboris euangelicæ: nimirum animus alienus ab omni fastu, animus lenis & minime appetens vindictæ: animus cõtẽptor voluptatũ huius mundi, animus cõtẽptor opũ, & sitiens æsuriensque pietatis euangelicę, animus promptus & expositus ad bene merendum de omnibus: animus, purus ab omnibus cupiditatib9, ne aliò spectans quàm ad Deũ: animus nihil afflictionũ recusans, modo prouehat doctrinã euãgelicã: animus nihil mercedis expectans in hoc mundo pro suis benefactis, neq; gloriam, neque voluptatem, neque diuitias: animus qui beneuelit etiam maleuolis, qui bene mereatur etiã de male merentibus. Hos fructus qui verè præstat ipsa re, is demũ est arbor euangelica. Proinde qui se iactant prophetas, & hoc titulo se venditant: qui cultu religioso se fingunt oues, quum affectu sint lupi, ab his fructibus sunt æstimandi. Non oportet spectare frõdes & corticem. Nam hæc sæpe communia sunt agrestibus cũ mitibus, salubribus cum pestiferis: fructus gustatus indicat, qualis sit arboris succus. Quod si viderimus in his auaritiam, arrogantiam, liuorem, vlciscendi libidinem, fucum, aliaque id genus quæ velut ex diametro pugnant cum fructibus euangelicæ mentis, non putemus ex ijsdẽ arboribus aliquid boni fructus proditurum.

Primũ argumentũ quo probatur hypocrita sumitur ab operibus. Deu. 13. a

¶ Primum ergo argumentum quo probatur falsus propheta, aut falsus christianus sumitur ab operibus. Hoc idem affert dominus Deut. cap. 13. Si surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum, atq; portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi. Eamus & sequamur deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis: nõ audies verba prophetæ illius, aut somniatoris, quia tẽtat vos dominus De9 vester vt palam fiat vtrum diligatis eum, an non. Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timete, & mandata illius custodite, & audite vocem eius: ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis. Nullum euidentius argumentũ simulationis & hypocrisis, & falsitatis quàm contradictio legis diuinæ, quàm suasio vt eam non seruemus. ab huiusmodi fructibus cognoscemus falsum doctorem aut falsum prophetam & concionatorem.

Secũdum argumentum. 1. cor. 3.

Secundum argumentum quo cognosci potest verus an falsus propheta quis sit, est illud, quod adducit D. Pau. in priori epist. ad co. 3. fundamentũ, inquit, aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam: vnius cuiusque opus manifestum erit. Dies enim domini manifestabit: quia in igne reuelabitur, & vnius cuiusq; opus, quale sit, ignis probabit. Ideo, inquit Ambro. nemo potest ponere aliud fundamentum, quia quanuis hæretici sint aliqui, nõ tamen docẽt nisi sub Christi nomine. Aliter enim commenta erroris commendare non possunt, nisi interposito saluatoris nomine prædicent, vt res contrarias, & absurdas nominis dignitas faciat acceptabiles. Non ergo statim credamus quibuslibet præclara nomina Christi, fidei, & & euangelij sonantibus, & interim à fide & ecclesiæ obediẽtia fideles seducentibus. Non enim inquit Christus

D. Amb.

in hoc capite, omnis qui dicet mihi dñe dñe, intrabit in regnum cœlorũ. Sunt ergo qui super hoc præclarum fundamẽtum, hoc est, Christũ Iesum, aurum, argentum, lapidesque preciosos superponunt, hoc est, bonam doctrinam, bonaque opera: sunt qui ligna, fœnum, & stipulam: hoc est, peruersam doctrinã, malaq; opera superædificant: illos veros prophetas dices, hos falsos. Quos dies domini manifestabit. Dies domini vocatur dies afflictionis, quo visum est Deo nos affligere. Tunc enim ostendũtur & manifestantur qui veram, qui falsam doctrinam seminent: qui synceram fidẽ qui simulatam habeant. Hoc enim argumento satis ostenderunt Christi martyres veros esse prophetas nõ falsos: hoc argumento satis declarata est multorum hypocrisis, & suæ simulationis præstigium recedentes à Deo in tempore tribulationis & afflictionis.

Tertiũ argumentũ

Tertium argumẽtum sumitur ab euentu prophetiæ. Vnde in lib. Deu. cap. 18, ait dominus. Hoc habebis signum. Quod in nomine domini propheta ille prædixerit, & non euenerit: hoc dominus non est locutus. Sed per tumorem animi sui propheta cõfinxit, & idcirco non timebis eum. Falsus ergo propheta dignoscitur vno modo ab euentu. Quando videlicet minimè quod prædixerat euenit: alio modo vt si quod prædixerat euenit: postea verò nititur homines auertere a Deo & à custodia mandatorũ eius vt superius diximus. Sed de hoc vi. glo. ordi.

Quartum argumẽtum.

¶ Denique signum & argumentũ quo probare voluit dominus Iesus esse missum à Deo, & non à se vt falsi prophetæ, Adducit euangelista Ioan. cap. 7. & 8. ego, inquit, nõ quæro gloriam meam & rursum: qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit, qui autem quærit gloriã eius, qui misit eum hic verax est. Hæretici, seductores à seipsis veniũt, & ideo suæ student gloriæ potiusquã Dei. sua docentes commenta, non doctrinã Dei. Christus verò ac euangelici prædicatores, non affectant gloriam propriã apud homines: sed solum Dei gloriã quærunt.

Ioa. 7. b. Ioa. 8. f.

¶ *Omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autem arbor, malos fructus facit.* Iuxta Platonicorum etiam sententiam duplex est arbor, altera rationis particeps, altera sensus expers. Sensus expers est planta notæ significationis, arbor rationis compos, quàm appellant inuersam, homo est; qui radices habet erectas ad cœlum, vnde venit illi alimentum. Quo fit, vt hominem definientes dicant esse arborẽ inuersam. Vt enim planta radices agit propagatas per terram, vnde illi venit nutrimentum, sic homo, quoniam epulis cœlestibus pascitur, & diuina gratia nutritur, radices, hoc est, caput, mentem, cogitationes eleuat ad cœlum, habens ramos, hoc est, pedes in terra collocatos. Huiusmodi sunt qui cõtẽnunt humana, & aspirant ad diuina, aspirãt ad cœlum, vnde ad illos venit aqua cœlestis, & alimentum. Hæc est aqua, de qua ait Deus in Apo. ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Apo. 21. Hæc est anima esca, de qua ait Esaias: Esa. 55. venite, & emite absq; argento, & absque vlla commutatione vinũ & lactẽ. Hoc alimentum desursum venit à patre luminum, nam vt ait D. Ioa. Bap. Ioa. 3. apud Ioa. non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de cœlo. Alimentũ animæ est illud, de quo

& stipite arboris agrestis eam trahit ad naturam suam, vt iam alia folia, & alios fructus ferat, sic Christi doctrina si inseratur in anima nostra sterili, eam mutabit, & ad seipsam traducet & cõuertet, vt iam alia verborum vera folia, alios virtutum veros fructus producat. Sed necessariũ tunc erit vt rami peccatorũ prius amputentur, vt in animo Christus inseratur: & ita lætissimos fructus feret.

Simile.

¶ *Omnis ergo qui audit verba mea & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum super petram.* Vocatur in hoc loco Christus petra, propter soliditatem & firmitatem. Quemadmodum multis alijs in locis: hic est lapis ille, de quo ait Deus per Esaiam c. 28. Ecce ego mittam in fundamentis Siõ lapidem, lapidem probatum angularem, vbi versio Chaldaica pro lapide probato, habet regem Messiam. Hæc est petra illa in qua Iacob reclinauit caput, quãdo in somnis vidit illã gloriosam scalã, sublimem & stanté. His enim qui in Christo requiescunt, illi adhærentes, suamque cogitationem in illo collocãtes, ostenduntur arcana cœlestia sole ipso splẽdidiora. Vbi vides quanti Deus faciat virum iustum, cum illi etiam dormienti, sua mysteria reuelet. Ex quo colliges, plus valere somnium hominis iusti, quàm vigilias peccatoris. Sed oportet super hunc lapidem caput statuere, domũq; nostram supra petram istam firmissimam ædificare. Hanc petram contemplabatur Dauid ita dicens. Protegit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me. Et in alio psalmo. Statuit supra petrã pedes meos. Hin est quod Paulus ait. Super ædificati estis supra fundamentum apostolorũ & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu.

Esai 28
Gen. 28.
Psa. 26.
Psa. 39.
Eph. 2. d.

¶ *Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & intrauerunt in domum illam & non cecidit, fundata enim erat supra firmam petram.* Vir iustus & charitate pręstans, & si afflictionibus prematur minime corruit, firmatus enim est supra firmam petram. Hinc est quod dominus per Isaiam ait. Cũ transieris per aquas tecum ero, & flumina non cooperient te: cum ambulaueris in igne non combureris, & flãma non ardebit in te, quia ego dominus tuus, saluator tuus. Aspicis hic iustum in medio afflictionum non comburi, quoniam Deus cum illo est. Vt enim rubus Moysi ostensus ardebat, sed non cõsumebatur, quia in eo erat Deus. Sic verè Christianus vir in calamitatibus versatus, igni afflictionis incensus, spinis erumnarum cõpunctus, refrigeratur animo, & placida tranquillitate consistit: quoniam deũ secum habet. Cum ipso (inquit) sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Viri enim iusti tribulationibus exercẽtur, vt postea diuino gaudio fruantur. Transiuimus (inquit) per ignem & aquam &c. Hoc est, mũdi afflictiones, & eduxisti nos in refrigerium. Vbi vides mundi afflictiones esse viam ad æternas voluptates, impij verò afflictionibus obruuntur, descendit enim pluuia, & veniunt flumina, & flant venti, & intrant in domũ illius ædificatam super arenã, hoc est, supra mundi vanitatem, & decidit, vt hoc in loco ait dominus. Vt enim in mari rubro Hæbręi fuerunt erepti AEgyptij ve submersi, sic in afflictione quæ est veluti mare rubrum, iusti & stabiliti supra petram Christum liberantur, impij verò corruunt & frãguntur.

Iustus & si afflictionibus vndique prematur, nõ corruit.
Esa. 43. a
Figura.
Psa. 90.
Psa 65. c.
Figura.

¶ Iesus

¶ Iesus leprosum mundat, Centurionis puerum sanat, socrum Petri à febre curat &c.

Caput VIII.

CVM autem descendisset Iesus de mõte, secutæ sunt eum turbæ multæ: & ecce leprosus veniẽs, adorabat eum, dicens, domine, si vis potes me mundare. Et extendens Iesus manũ, tetigit eum, dicens, volo, mundare, & confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus, vide ne
Le. 14. a. Lu. 7. a. *mini dixeris, sed vade ostende te sacerdoti, & offer munus tuum quod præcepit Moyses in testimonium illis. Cum autem introisset Capharnaum accessit ad eũ Centurio Rogans eũ, & dicens, Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus. Ego veniam & curabo eum, & respondens Cẽturio, ait: domine non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habẽs sub me milites, & dico huic, vade, & vadit, & alio veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiẽs aũt Iesus, miratus est, & sequentibus se, dixit, Amẽ dico vobis, nõ inueni tãtã fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cũ* Mala. 1.
Habraham, Isaac, & Iacob, in regno cælorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dẽtium. Et dixit Iesus Centurioni. Vade & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora. Et cũ venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum eius, iacentem & febricitatem: & tetigit manum eius: & dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat ei. Vespere Mar. 1. c.
autem facto, obtulerunt ei mul- Lu. 4. f.
tos dæmonia habentes, & eijcie- Mar. 1. d. Ioa. 4. g.
bat spiritus verbo, & omnes male habentes curauit. Vt adimpleretur quod dictum est per esaiã Esai. 53. b. 1. pe. 2. d.
prophetam, dicentem, ipse infirmitates nostras suscepit, & ægrotationes nostras portauit. Vidẽs autem Iesus, turbas multas circum se iussit discipulos ire trans fretum. Et accedens vnus scriba

ait

ait illi, magister sequar te quocũque ieris. & dicit ei Iesus. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Alius autem de discipulis eius ait illi. Domine permitte me primum ire, & sepelire patrem meum. Iesus autem ait illi. Sequere me & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. & ascendẽte eo in nauicula, Sequuti sunt eum discipuli eius: & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat. & accesserunt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes. Domine, salua nos, perimus. & dicit eis Iesus. Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes, qualis est hic quia venti & mare obediunt ei? & cum venisset Iesus transfretum, in regionem Gerasenorum, occurerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam.

Mar.5.a. Luc.8.d. *& ecce clamauerunt dicentes. Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? Venisti hic ante tempus torquere nos? erat autem non longe ab illis, grex multorum porcorum pascens. Dæmones aũt rogabant eum dicẽtes. Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. & ait illis, ite, at illi exeũtes abierũt in porcos, & ecce magno impetu abijt totus grex per præceps in mare, & mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt, & veniẽtes in ciuitatem nuntiauerunt hæc omnia & de ijs qui dæmonia habuerant. ecce & tota ciuitas exijt obuiam Iesu. & viso eo, rogabant eum vt transiret a finibus eorum.*

Ca. VIII. Ad literã.

ECCE *leprosus adorabat eũ.* i. genu flectabat ei. vide Mar. c. 1. Frequenter enim in sacra scriptura adorare, vsurpatur pro reuerentia illa, quam corpore exhibemus, incuruantes nos. Quod genus obseruantiæ, viris etiam excellentib9 solemus exhibere. Sic Genes. 18. dicitur de Abrahã, quod cucurrit in occursum angelorum, & adorauit in terram i. curuatus est coram eis. Sic Loth eosdem angelos adorauit. i. incuruatus est coram eis. Sic idem Abraham adorauit populum terræ. Exigit namque

Adorare in sacra scriptura varie sumitur. Mar. c. 1. Gen. 18. Gen. 19. Gen. 23.

Deus,

Deus, hoc modo eximios homines coli, genuflectando, vel in faciem cadendo, vel caput flectendo, aut manũ obsculando.

¶*Vade ostendere sacerdoti*. Vide Ioa. 2. super illa verba. Haurite & ferte Architiclino.

¶*Offert munus quod præcepit Moyses in testimonium illis*. i. vt ipsi testes sint: aut apud ipsos testatum sit, te verè esse liberatum lepra.

¶*Domine puer meus &c*. Puer pro famulo Grecismus est.

¶*Sed tantum dic verbo*. i. Iube Heb.
Gene. 1. Sic Moy. Gene. 1. Dixitque Deus fi-
2. cor. 4. at lux. i. iussit Deus. Sic Pau. 2. cor. 4. Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere.

¶*Et dico huic, vade, & vadit, & alij, veni, & vadit*. Latini sic dicerent, & tamẽ cùm dico huic, vade, vadit.

¶*Amen dico vobis, quia multi venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob, in regno cælorũ*. Hoc idem prædixerat idẽ dominus,
Esa. 43. per Esaiam. cap. 43. dicens ecclesiæ. Ab oriente adducam semen tuum, & ab occidente congregabo te. Dicam Aquiloni, da, & austro, noli prohibere. Affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ. Quod verò locus iste, non de congregatione temporali Iudæorum (vt cæci iudæi existimant) sed de congregatione spirituali fideliũ intelligatur, vel ex eo colligere licebit, quod statim subiungat dominus: & omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum, formaui eum, & feci eũ, educ foras populum cæcum, omnes gentes congregatæ sunt simul; & collectæ sunt tribus. Nõ ne vides iudæe cæce tuam cæcitatem? Perspicuè ostẽdit dominus in hoc loco, de fidelium omnium multitudine tractare, siue sint gentes, siue iudæi, eos enim filios appellat quos suo sanguine generauit. De quibus alio in loco Esai. ait,
generationem eius quis enarrabit? Et Esai. 53. e
paulò post, si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longeuum. Hoc etiam est quod dominus
dixerat Abraham Gen. 12. in te bene- Gen. 12.
dicentur vniuersæ cognationes terræ, omnes (inquit) cognationes terræ, ne putaremus, hæc ad solos iudæos pertinere, hæc igitur est, euangelij læta annuntiatio, quæ in omnes gentes diffussa est. Et Gen. 17. erisque pater
multarum gentium. Gen. 17.

¶*Amen dico vobis quia multi venient &c. Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores &c. Et sanatus est puer in illa hora*. Ex his quæ Christus in præsenti faciebat, vera esse alia quæ dicebat, declarabat. Sanat hunc puerum & sic verum esse, quod filij regni abijciẽdi
essent ostendit. Ex salute paralytici Mat. 9.
ostendit habere potestatem in terris
dimittendi peccata. Ex puerperio Eli Luc. 1.
sabeth sterilis probauit mysteriũ incarnationis.

¶*Filij autem regni &c*. Vel regno destinati. *Eijcientur in tenebras exteriores*. i. obscurissimas, & longè positas à vera luce. Vel quæ sunt extra regnum. Per tenebras in scriptura, aliquando tribulationem & miseriam intelligũt
sancti, sicut per lucem fælicitatẽ. Vt Iob. 17.
post tenebras spero lucem. Et Esai. 5. Esai. 5.
Aspiciemus ad terrã & ecce tenebræ i. quærent vbique auxilium: & nihil præter tenebras occurret. Item tenebræ nonnunquam suplicia & damnatorum desperationem: vt in hoc loco, & alibi, ligatis manibus & pedi-
bus, mittite eum in tenebras exte- Inf. 22. b
riores.

¶Ipse

¶ *Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit.* Hunc locũ D.Petr. in. 1. epistola, explicat de languoribus animæ. Pro eo qd dicit Esa. 53. languores nostros ipse tulit. Ait Petrus, peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. At verò D. Matth. interpretatur de languoribus corporis, vt in hoc capite vides. Omnes, inquit, malehabentes curauit, vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam dicentem. Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit. Hinc colliges manifestè, vnum & eundem locũ S. scripturæ, duos sensus literales habere: loquitur enim Esai. de peccatis nostris, vt litera nostra demonstrat, & D. Petrus interpretatur: & tamen loquitur etiã de corporis morbis, de quibus euangelista in hoc loco literaliter exponit.

1. pet. 2.

Vnus & idẽ locus multos habet sensus literales.

¶ *Iussit discipulos ire transfretum.* Stagniqne. s. Genezareth.

¶ *Dimitte mortuos.* Quis autem fuerit iste, cui hæc verba dixit Christus, Clemens Alexandrinus. 3. Strõmate prodit. Fuit enim Philipus apostolus. aut Mathæus: authore Tertuliano. li. de baptismo fo. 3.

Clemens.

Tertu.

¶ *Ecce motus magnus ortus est &c.* Vel tempestas magna orta est.

¶ *Et cum venißet Iesus transfretum in regione Gerasenorum: occurrerunt ei, duo habentes dæmonia.* Tam Marcus quàm lucas vnum dicunt habentem legionẽ: sed hi insigniotis dæmoniaci meminerũt. Vide quæ annotata sunt Marc. 10. in illa verba. Filius Timæi Bartimeus cæcus. Et c. 16. ibi. Cum surrexisset manè.

¶ *Quid nobis & tibi Iesu filii Dei.* i. quid comertij inter nos est, vt res nostras cures? Gre. quid nobis & tibi.

¶ *Abierunt in porcos.* Vel inuaserunt gregem porcorum.

Ca. VIII. Ad mores.

CVM descẽdißet Iesus de mõte ecce leprosus &c. Hoc typo leprosi docet dominus eos, qui lepra laborant animorum vnde, & quo nam modo remedium assequãtur. Primum ergo animaduerte quod descendente Iesu de monte, leprosus venit ad Christum alioquin non venturus. Stat sententia: nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eũ. Io. 6. Vnde egregius psaltes quia nisi dñs adiuuisset me, paulominus habitasset anima mea in inferno. Fieri enim nõ potest vt impij per se, ex viribus proprijs iustificentur. Cum autem à peccati morte, redeũt ad vitam iustitiæ, hoc Dei misericordiæ de monte descendenti tribuitur, qui gratiam suam largitur peccatori. Opera nostra ex se bona, in lethali flagitio facta, gratiam, qua iustificamur, cum ex impijs efficimur iusti, non merentur ex condigno. Id quidem est quod aiunt catholici doctores opera nostra nõ mereri primam iustificationem. Si enim gratia est, iam non ex operibus: alioquin, vt verbis vtar Pau. gratia iã nõ est gratia. Et alibi: non ex operibus, inquit, iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Est tamen necesse, vt huiusmodi iustificationi leprosus veniat, hoc est, vt concurrat motus liberi arbitrii. Ideo ait D. Augustinus qui creauit te sine te, non saluabit te sine te. Nõ. n. fit hæc iustificatio absque bono opere & motu voluntatis, diuinam

Additio.

Ioa. 6.

Psa. 93. c.

Ro. 16. a

Titũ. 3. b

D. Augu.

diuinam gratiam acceptan tis.

¶ *Et extendens Iesus manum tetigit eũ.* Tactu suo Christus dominus sanabat homines. Licet enim eius corpus carneum esset, & humanum, tamẽ quia erat diuinitati vnitum, effectus habebat diuinitatis. Magnes rapit ad se ferrũ, deinde ferro illi a se rapto ita vim suam impertit, vt illud attrahat ad se alterum ferrum, & suspensum teneat: atq; vt prius ferrum lapidi, sic alterũ illi priori cohæret. Quod D. Augus. li. 21. de ciuitate Dei asserit proprijs oculis vidisse. Vt igitur ferrum magneti vnitum habet magnetis effectũ, ita Christi corpus à diuinitate assum ptũ, habebat effectus diuinitatis. Vnde ægrotatione laborantibus diuinitus medebatur, & mortuos ad vitam reuocabat. Tangens incredulus Thomas Christi latus fuit fide repletus, exclamãs statim. dominus meus & Deꝰ meus. Ioannes Damacenus vtitur hac similitudine. Vt ferrum ignitum calefacit, & vrit vt ignis, sic Christi humanitas à verbo assumpta habebat diuinitatis effectus, & miracula ingentia passim ædebat, quibus diuinam suam potentiam declarabat.

Similitudo.

D. Augu.

Io. 20.

Similitudo.

¶ *Vade ostende te sacerdoti.* Multis de causis intelligimus dominum Iesum misisse leprosum hunc ad sacerdotẽ. Prima vt hoc facto ostenderet quanti habendi sint sacerdotes quorum est iudicare de lepra spirituali. In ecclesia enim Christi in spiritualibus non solum populus, sed reges & imperatores subijciuntur sacerdotibus, illis lepram animi sui patefacientes peccataque sua confitentes, & ab illis absolutionem eorum, & alia Christi sacramenta recipientes, eosq; magno opere venerantes. Habent quidem reges terræ vinculi potestatem: possunt. n. homines nefarios in carcerem conijcere, eosque ab illis absoluere. Verum eorum vincula corporea sunt tãtum: sacerdotum autem vincula ipsam animam attingunt, atque ad cœlum vsq; perueniunt: possunt enim animas ligare & absoluere: & quæ confecerint in terra erunt rata in cœlo, & à Deo confirmata. Ita enim illis dixit Deus, quorum remiseritis peccata, remittũtur eis, & quorũ retinueritis, retenta sunt. Vide quid Christus dixerit D. Petro: quodcunq; ligaueris super terram erit ligatum in cœlis, & quod cunque solueris super terram, erit solutum in cœlis. Quæ verba postea apostolis dixit apud Mathæum. In tertio libro de sacerdotio ait ita Chryso. Sacerdotium quidem tanto est regno excellentius quantum spiritus & carnis interuallũ esse potest. Ambro. in lib. de dignitate sacerdotali hæc ait: si regum fulgori compares sacerdotem, & principum diademati, longè erit inferior rex, quàm si plũbi metallum cum auri compares fulgore: quippe cum videas regũ colla & principum submitti genibus sacerdotum: & ex osculatis eorum dextris orationibus eorum credunt se communiri. Vt ergo hunc maximum honorem deferendum esse Christi sacerdotibus edoceremur, ait leproso dominus typum peccatorum gerenti: vade, ostende te sacerdoti.

Quare illũ misit illũ ad sacerdotẽ. Prima causa.

Io. 20.

Inf. 16. & 18.

D. Chry.

D. Ambr.

¶ Secundo misit illum ad sacerdotem, ne obliuisceretur accepto beneficio, sed post corporis incolumitatẽ gratias redderet Deo, offerens munus Non enim vult dominus vt ingrati simus atque post acceptum beneficium terga vertamꝰ. Præcipiebat olim deꝰ vt qui templum adibat, & vsq; ad portam sancti sanctorum accedebat, per

Secunda causa.

Ezech. 45.

Figura.

alium

aliam egrederetur portam, ne propi-
Figura. ciatorio terga verteret cum exiret. Sunt nonnulli qui calamitatum angustijs pressi ad Deum confugiunt, pias ad illum fundentes precationes, & ad Christum Deum nostrum, quē Deus proposuit propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, vt ait Di-
Ro. 3. uus Pau. qui est propitiatio pro pec-
1.Io.2. catis nostris, vt ait Diuus Ioann. supplices accedunt, eiusque diuinam misericordiam vocibus lamentabilibus implorant. At remedio impetrato Deum ipsum relinquunt, & ab eo declinantes præbent terga fugæ, & cum deberent beneficij memoriam colere obseruantia perpetua, illius pe-
Simile. nitus obliuiscuntur. Vt qui aqua indigent, se conferunt in fontem, oculos in eum dirigentes, sed hausta aqua, & plena hydria reuertuntur, continuo terga vertunt: sic multi periculis & morbis cincti, & ærumnis vndique oppugnati, ad fontem misericordiæ confugiunt: sed aqua remedij impetrata, fontem illum aquæ viuæ
Hier. 2. contemnunt: qui ait apud Hierem. me dereliquerūt fontem aquæ viuæ. Cum versarentur in gemitu & calamitate abstraxerunt se à peccato, fecerunt pia vota Deo, & ad virtutum montem festinarunt: sed erecti à periculo respexerunt retrò, & ad pristina scelera redierunt. Deberent quidem vltra procedere, Deoque semper pro suscepto tanto munere gratias agere, & retro non aspicere. Id voluit Deus significare, præcipiens egredien-
Gene. 19. tibus à Sodomorum ciuitate ne re-
Luc. 9. trò respicerent: Et mittentibus manum ad aratrum, ne oculos leuarent post terga. Id intuens D. Paul. in epi-
Phil. 3. stola ad Philip. aiebat: quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Oportet igitur seruare perpetuam in recta viuendi ratione constantiam, & vt verbis vtar regii vatis, ire de virtute in virtutem donec Psa. 83.
videatur Deus in Sion. Non ergo vertenda sunt terga Deo, sed pro susceptis beneficiis illi perpetuas debemus gratias agere. quod, vt faceret leprosus iste, missus est vt offerret Deo debitum sacrificium.

¶ Tertiò ideo missus est, vt maior Tertia causa & quæsta.
esset fides miraculo, simulque eriperetur ansa sacerdotibus calumniandi, quod sibi vindicaret Christus autoritatem iudicandi de lepra, & ad se trahere cuperet lucrum, quod ex mūdatis à lepra soleat ad sacerdotes redire.

¶ *Accessit ad eum centurio rogans eum & dicens: Domine puer meus iacet in domo paralyticus.* Ex hoc miraculo satis ostenditur quàm verè dixerit olim sapiens in libro Sapientiæ capi- Sap. 6.
tulo sexto. pusillum & magnum ipse fecit & æqualiter est illi cura de omnibus. Omnibus enim dominus medetur, tam regibus, quàm seruis, tam diuitibus, quàm pauperibus, tam nobilibus quàm nobilitate carentibus. Medetur regi Ezechiæ, vt Esaias scribit capitulo 38. medetur huic Esa. 38.
seruo centurionis. Non enim est personarum acceptio apud Deum. Sed interim obserua: curasse dominum, famulum centurionis simplici verbo, hoc est, fiat, at regem Ezechiā non verbo solùm, sed massa ficorum apposita super vulnus eius. Vt hoc typo doceret: sanatu difficiliores

esse morbos spirituales principum, quàm hominum humilium: grauius enim magnates atque viri potentia & authoritate præstantes peccare solent, quàm quiuis de plebe. quare difficilius Dei veniā assequuntur: quod si non illos pœniteat, grauius punientur. Sic enim ait sapiens in libro Sapientiæ. capit. sexto modò allato. Horrendè & cito apparebit vobis quoniam iudicium durissimum in his qui præsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta sustinebunt. intelligant ergo principes qui ministri sunt regni Dei, & qui neque iustè iudicarunt, neque custodierunt legem iustitiæ, nec secundum voluntatem Dei ambularunt: quòd durius cū illis res agetur: quod si veniam sibi parare volunt maiora medicamina morbis medendis sunt ab illis apponenda. Profusiores lachrymæ fundendæ, crebriores preces, abundantiores eleemosynarum largitiones, frequentiora ieiunia, cæteraque opera pietatis multo maiora facienda. Pauperibus autem humilibusque hominibus solatium sit vox illa: exiguo enim conceditur misericordia, hoc est, facilè condonatur iniuria: facilè curatur: quemadmodū famulus iste, qui solo verbo sanatus est. Si ergo hæc ita sunt vt verè sunt: quid est quod viri potentes innumeros inueniant sacerdotes qui facilè & promptè statimque eos absoluant, ac grauissima peccata condonent: exiguus verò cui à Deo conceditur venia vix inueniat condonatorem? Pro dolor: principes qui continent, vt verbis vtar sapientis, multitudines, & placent sibi in turbis nationum, quibus data est à domino potestas, & virtus ab altissimo: ventri indulgentes, iniustè iudicantes, collum non legi Dei, sed legi carnis suæ submittentes, statim à sacerdotibus absoluuntur: at pauperes minima peccata præ peccatis principum habentes, vix qui eos audiant inueniunt. Sed de hoc aliàs. Interim si sapis, ò sacerdos tibi consule, consiliumque D. Pauli libenter amplectere. Manus cito nemini imposueris, neque communices peccatis alienis. Sicut enim diu explorandus est, qui præficiendus est gregi, ne tibi imputetur quicquid ille peccauerit: sic videndus & explorandus est, qui statim à peccatis absoluendus, & qui non. Sed nos miseros & terque quaterque infelices: nam iam pecuniæ, potentiæ, & dignitati obediunt omnia. Sed iam ad textum redeamus, singulaque eius verba perpendamus.

Sap. 6.

Sap. 6.

1. Tim. 5 d

¶ *Accessit ad eum centurio.* Accedunt multi ad Deum, & nihil impetrant: accedit centurio, non corpore, sed per amicos, & impetrauit quod voluit. Vt hinc intelligas quantum delectetur Deus fide viua. Accedunt peccatores corpore, & tamen salutem, quam postulant, non acquirūt: quod non fide viua accedant. Hinc est quod regius psalmographus ait: longè à peccatoribus salus. Accedunt iusti, & si absentes sint corpore, cum tamen fiducia sint præsentes, ex audiuntur: quod idem vates in alio psalmo his verbis testatur: propè est dominus omnibus inuocantibus eū, omnibus inuocantibus eum in veritate. Peccatoribus longè à Deo sepositis ait idem dominus apud Esaiam: audite me duro corde, qui longè estis à iustitia. Propè feci iustitiam meā, non elongabitur, & salus mea non mora-

Maxime delectatur Deus fide viua.

Psa. 118.

Psa. 144.

Esa. 46.

morabitur, quibus verbis imprimis describit quæ sit vita peccatoris duri cordis & obstinati: nempe auersio à vera iustitia, Hoc est, à Christo quem D. Paulus iustitiam appellat: Hoc est, à gratia Christi qua verè iusti efficimur, diffusa in cordibus nostris: hoc est, à vera salutæ animæ. Peccatoris ergo vita, auersio est à Christo, à gratia eius, à salute sempiterna, propinquitas inferni, mors animæ, victoria appetitus, triumphus voluptatis. Istorum ergo captat Dominus attentionem dicens: Audite me duro corde, qui longè estis à iustitia, propè feci iustitiam meam: ac si diceret: quãuis obdurati sitis in peccato, ac longè à salute, Si tamen adsit fides, qualis fuit centurionis, qualis Chananææ: propè erit iustitia mea: cum principiũ iustitiæ adsit, hoc est, fides. Et salus mea non morabitur, si non absit fiducia. Fides est quæ Deum tangit: qualis fuit mulieris fluxum sanguinis patientis: de qua ait Dominus: quis me tetigit? Cui statim discipuli respondent: turbæ te comprimunt & tu ais quis me tetigit? quibus Christus, tetigit me aliquis, nam ego noui virtutem de me exire. O fœlix anima quæ scit tangere Christum Dominum: quæ nouit suo tactu educere mel de petra & oleum de saxo durissimo. multos inuenies, qui quotidie rem diuinam agant, corpus & sanguinem Christi manibus contrectent, manducent, & bibant: & tamen adhuc in suis sceleribus atque animi morbis maneant: multos verò longè ab altari sepositos: qui salutem animæ imploratam, impetrant: quod illi non fide viua tangunt Christum, hi verò centurionis fidem imitantur.

Luc. 8.

¶ *Accessit ad eum centurio.* Adijt centurio Christum in tribulatione positus aliàs non accessurus, vt hinc intelligamus hoc esse in causa cur Deus sæpe calamitatibus feriat. Tam misericors. n. est Deus, vt in medio præconum suæ iustitiæ, non obliuiscatur suæ misericordiæ, nos quæ puniat non vt perdat sed vt seruet, & eripiat. Sartor recidit, & sarcit, efficit & destruit, & omnia hæc vt vestem efficiat. Scindit in hac parte vt cõnectat in illa, integrum pannum lacerat, sed vt coniungat, & ex eo pulchrum conficiat indumentum. Ita se habet Deus erga nos: cum nos calamitatibus lacerat, non est causa lacerandi, sed coniungendi: diuidit, vt congreget: Secat, vt sarciat: recidit mundi voluptates, vt in animo nostro cœli gaudia connectat, euertit diuitias caducas, vt nos diuitiarum æternarum participes efficiat: aufert liberos, vt nos in filios suos adoptet: secat nos, vt religet, & vinciat, ac vt ex nobis vtilem vestem patientiæ & tolerantiæ absoluat. Id intelligens Esaias ait: vt faciat opus suum, alienum est opus eius, vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. Opus Dei proprium appellat misereri, opus verò alienum ab eo ærumnis premere & affligere. Sed angit nos calamitatibus, vt ad se trahat quemmadmodum traxit centurionem, Chananæam, & multos alios. Id asserit his verbis Hieremias, in lamentationibus suis, quia si abiecit & miserebitur secũdum multitudinem misericordiarum suarum: non n. humiliauit ex corde suo & abiecit filios hominũ. Et D. pau. pater misericordia-

Simile.

Esai. 28.

Thre. 3.

2. Cor. 1.

ex te fructus nascatur in sempiternũ, & arefacta est cõtinuo ficulnea. Quo signo significare volebat pharisæorũ hypocrisin atque iudæorum simulatam sanctitatem. Inueniebat in eis vestimenta ouium, sed cor luporum. Inueniebat speciem religionis: fidei fructum, quem vnicè esuriebat, nõ inueniebat. Quo etiam facto exprimitur omnis hypocrita qui foris Christũ profitetur cor autem eius longè est à Deo: longè à tolerantia, patientia, sobrietate, cæterisq; christianæ religionis virtutibus. Quare nõ mirũ quod indignatus dominus execretur eum. Et dicat: ne quis post hac ex te fructũ videat in æternum. Sed de hoc satis superius. Hanc etiam hypocrisin satis superque depicta est in facto Michol, quæ deposuit Dauidem per fenestram vt fugeret à Saul: & tulit statuã,
1. reg. 19. Figura. & posuit eam super lectum, & pellem pilosam caprarũ posuit ad caput eius, & operuit eam vestimentis sicque illusit Sauli patri suo. Qui in illam incandescens ait: quare sic illusisti mihi & dimisisti inimicum meum vt fugeret? Sic sunt homines hypocritæ qui exterius imaginẽ Dauidis ferũt: pellem & vestimenta sanctorum portant, orãt prolixè, miseris subueniũt, Deum prædicant: cor autem eorum fugit longè à Deo. Quam ob causam maxima tristitia & indignatione afficitur, maximè, inquam, in Michol, hoc est, animam indignatur. ¶ Pax est Iehu? Ait rex Ioram. Qui respondit. quæ pax? adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia ei9 multa
4. reg. 9. Figura. ta vigent. Et tetendit Iehu arcum manu, & percussit Ioram inter scapulas, statimque corruit in curru suo. Quo facto dominus non esse pacem hypocritis, sed iram & indignationem:

quod vigeant corda eorum innumeris peccatis: quod intus sint lupi rapaces & si foris christiani videantur.
¶ Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi? Ait dominus per Hieremiam. Auem discolorem iuxta literã pauum vocat. Non ergo placet domino homo varijs distinctus coloribus, foris sanctitate int9, rapacitate præditus. Vnde alij hunc locum transtulerunt. Nunquid spelunca hyænæ hæreditas mea mihi? Sicut enim nocturna bestia ista viuit cadaueribus mortuorum, & de sepulchris solet effodere corpora, nihilque est immunditiæ, qua non vescatur: sic falsus propheta, sic hypocrita prætextu religiõis quæ speluca eius est, omnibus peccatis vescitur & alitur: ouibus domini dilaniatis viuere contendit. Væ illi: nam vt verbis vtar domini apud Hieremiã, frustra multiplicat medicamina: sanitas non erit ei. Frustra Deum, euangelium, regnum cœlorum, sacramenta habet in ore, frustra preces fundit, largitur pauperibus: cum intus sit lupus rapax. Quare hæc omnia medicamenta nihil ei ad salutem prosunt. Et quemadmodum qui crebro medicamentis vtuntur, si aliâs, regimen nullum sanitatis seruant, sed ventri indulgent: non solum ab infirmitate malaque valetudine non sanantur, sed potius sumpta medicamina illis magis ac magis nocent: sic hypocritis, falsisque prophetis, sacramenta quæ sumunt, & si salutaria medicamenta sint, non solum illis non prosunt, sed multo magis nocent: cum à vitijs suis, prauisque actionibus cessare non velint. ¶ In huiusmodi hominibus impletur quod dominus apud nostrum Mathæum ait: qui autem

Hier. 12. — D Hiero. — Hier. 26. — Simile.

Infr. 13. autem non habet, etiam id quod habet auferetur ab eo. Existimat hypocrita se habere vitutem, vim, donumque dicendi ac erudiēdi populū Dei, interpretandi libros sacros: quum nihil veræ perfectæque virtutis habeat: cum intus sit lupus rapax: quare adeo nihil ei addetur, vt eo quoq; quod habere videbatur sit spoliandus, existimabant pharisæi veram iustitiam habere, quod seruabāt traditiones seniorum, crebro lauando manus, & reprehendebant Christi discipulos, quod has traditiones non seruassent: non enim, inquiunt, lauant manus cum manducant: at dominus abstulit ab eis iustitiam quam videbantur habere, dicens: quare & vos transgredimini præceptum Dei propter traditiones vestras? Qualis, dicito mihi, manebit homo, spoliatus omnino à virtute, quam habere videbatur? qualis manebit ouilla pelle denudatus? totus lupus, totus rapax, totus scelestus & iniquus. ¶ Apud nostrum Mathæum legimus c. 27. quod milites præsidis genu flexu ante Iesum, illudebant ei, dicentes: Aue rex iudæorum, & expuētes in eum, acceperunt arundinem & percutiebant caput eius. Sic hypocritæ Deum adorant, Christum genibus flexis regem suum vocant: sed his signis ei illudunt: quando aliâs vita & moribus corruptis expuunt in eum: & arundine scelerum suorum percutiunt caput eius. Hoc idem figuratur in iuda, cuius pedes vidimus super diuinas Christi manus rerum omniū effectrices, corde tamen tunc eum tradentem & vendentem dominum suū inspeximus. Sic multos apud nos intuemur pedes in altari habentes cor autem eorum lōgè ab altari, imo lōgè à Deo multis criminib9 implicatos.

Infr. 15. a (beside "enim, inquiunt, lauant manus cum")

Infr. 17. d (beside "quus. ¶ Apud nostrum Mathæum le-")

Io. 13. (beside "dentem & vendentem dominum suū")

¶ Locum insignem ad literam habes apud Ioa. depingentem in apo. hominem hypocritam. Scio, inquit dominus, opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. quia dicis, quod diues sum: & locupletatus: & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, miserabilis, & pauper, & cæcus & nudus. Collyrio vnge oculos tuos vt videas. Frigidus hic vocatur qui spiritus sancti gratia & illuminatione planè destitutus est: calidus siue feruidus, qui spiritu feruet, sicut Pau. ait: spiritu feruentes. Tepidus autem dicitur qui & si fidem habeat & si religionem christianam profiteatur & si foris imaginem fidelis præseferat, ignem fidei, hoc est, veram charitatem non habet. Qui & si glorietur patrē se habere Deū id operibus non exprimit. Vtinam autē, inquit dominus, frigidus esses, aut calidus, non quod velit esse frigidum, sed quòd præstat, aut minus malū est, frigidum fuisse, hoc est, esse & cognoscere se peccatorē esse: quā de sanctitate gloriari quū lōngè sit à vera sanctitate & iustitia. Idcirco addit: sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Sumit metaphoram, à medicis, qui quū cibū crudum & incoctum auferre volunt ab ægroti stomacho, aquam illi tepidam potandam præbent, quod nauseā illa pariat, & ad vomitū prouocet: ita, inqt, quia tepidus es, ac mihi nauseā paris, incipiā te emouere ex ore meo. Id est, incipiā te procul à familiaritate mea abijcere. Quia dicis diues sum falsò se diuitē putabat hypocrita iste sola fide instructus: cū bonis opib9 spiritualib9, quę verè sunt diuitiæ, planè indigeret, cæcusq; esset, nō animaduertēs, in quib9 ambulabat, pēcti vias

Apo. 3. d. (beside "dominus, opera tua, quia neque frigi-")

Ro. 12. (beside "feruidus, qui spiritu feruet, sicut Pau.")

& semitas. Quare eum suadet vt emat ab eo collyrium quo vngat oculos suos & videat. Verum collyrium est, propriæ fragilitatis agnitio, suique abiectio & humiliatio. Qui enim in se tanquam ex se boni nihil videt atque agnoscit, is statim visum, quem per superbiam perdiderat recuperauit. Apostoli igitur calidi & feruidi erant, publicanus, Magdalena in ciuitate peccatrix, latro, frigidi erant peccata sua agnoscentes: at pharisæi hypocritæ tepidi erant & ideo euomit illos Deus. Hos imitantur hæretici, hos falsi prophetæ, hos falsi religiosi & christiani qui prætextu religionis alios aut fallere aut contemnere non verentur.

¶ Hi etiam similantur agro illi, de quo dominus in quadã parabola ait: nonne bonum semen seminasti in agro tuo, vnde habet zizaniam? Inimicos homo hoc fecit. Sic in hypocrita triticum mistum zizania inuenies. Fidem mistam odio inimicorũ, religionem mistam liuore & inuidia. Ceremonias mistas ira, fornicatione, cæterisque vitijs. (Mat. 13.)

¶ Sunt etiam philisthinorum imitatores. Nam quemadmodum philisthijm tulerunt arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon: & statuerunt eam iuxta Dagon sic hypocritæ arcam domini, hoc est, fidem, ieiunia, eleemosynarum largitionem, mortificationem, ceremoniarum obseruantiam statuunt iuxta Dagõ idolum suum, hoc est, iuxta superbiam ambitionem, inuidiam, calumniam, quibus dant operam. (1. re. 5. a. Figura.)

¶ Hi sunt qui ædificare volũt ædificia sumptuosa & miro ingenio arteque composita, super arenã. Qui audit verba mea, ait in hoc. c. dominus, & non facit ea similis est viro stulto, qui ædificauit domum suã super arenam &c. Ieiunia, eleemosynę, preces, sordidus vestitus, denique miracula, sunt quidem instar splendidi ædificij: cæterum si animus ista gerentis spectat voluptatem, quæstum, deceptionem, vindictam, corruent omnia, si quando ingruerit vehemens tẽtationum procella. (Math. 7.)

¶ Talis erat populus ille de quo dominus olim Ezechieli loquebatur dicens, veniunt ad te & sedent corã te populus meus: & audiũt sermones tuos & non faciũt eos: quia in canticum oris sui vertunt illos, & auaritiam suam sequitur cor eorum. Et es eis quasi carmẽ musicum: quod suaui dulciq; sono canitur: & audiẽt verba tua & non facient ea. Sic etiam est hypocrita fidelis in cuius ore versatur Deus, ac fidei confessio: corde tamen auaritia, & omnis iniquitas. Audiunt libenter carmina musica, hoc est contiones, ac prędicationes, eas laudant: sed statim somno indulgent illarum obliti: statim vitijs suis dant operã. Contiones, quas audiunt, vertunt in canticum oris, non autem cordis. (Eze. 33. g.)

¶ Tunica filij mei est, aiebat olim Iacob, sed fera pessima deuorauit eũ. Sic hoc idẽ dicere meritò potest etiã dominus viso hypocrita, tunica filij mei est sed fera pessima deuorauit eũ. Tunica, inquam, hæc Christi filij mei est, species hæc est veri christiani, habitus hic est fidelis, sed deuorauit eum fera pessima hoc est sathanas. Non extat nisi tunica, & filius decerptus ac deglutitus à diabolo est: ab inuidia, odio, ira, fornicationeque deuoratus. Insignia solum hic manent: spolia solum hic videntur. Et quemadmodum si quis templum ingressus imagines capita non habentes intue- (Gen. 36. Figura.)

Simile.

intueretur: alteram tamen claues in manu, alteram veró ensem tenere videret: ex signis illis alteram esse imaginem diui. Petri, alteram verò diui Pauli iudicaret: sic hypocritæ ex ieiunijs, ceremonijs, vili veste, vultu demisso solum, nō ex charitatis actionibus esse christiani videntur, ac iudicantur.

Apo. 11. D. Eze. 3. a. Figura.

¶ Accipe librum & deuora illum, ait angel9 Ioāni, & accepi librū & deuoraui illū, & erat in ore meo tanquam mel dulce. Et quū deuorassem eū amaricatus est venter me9. Nihil sanè diuinorum verborum intelligentia, explanatione, & prædicatione, atque professione dulcius: vnde Dauid ait: quā dulcia faucib9 meis eloquia tua, super mel ori meo. Sed amaricari ventrem faciunt, id est, mentem: quando in digestione. i. executione eorū, quæ. sm̄ diuinam scientiam prædicantur, qualis est condonatio iniuriæ ex aio, carnis vera mortificatio alienarum rerum restitutio, inuidiæ depositio, decipiendi animus abijcendus, amaritudo & dificultas sentitur. Dulcis ergo est hypocritis lex Dei, & omnia, quæ continet, dulcia & suauia faucibus eorum sunt: at Dei mandatorum executio tam difficilis vt longè ab eorum custodia sint. Quare non immerito ait Christus in hoc loco à fructibus eorum cognoscetis eos.

Psa. 118.

Infra. 21 Figura.

¶ imaginem istorum graphicè depingere volens Christus vsus est apud Mathæum nostrum c. 21. similitudine hominis habentis duos filios. Qui accedens ad alterum, dixit: fili, abi, & hodie operare in vinea mea. Ille proteruè respondit, nolo. Sed idem mox pænitentia tactus, abijt in vineā. Pater itidem accedēs ad alterū, ait: abi, & hodie labora in vinea mea. Ille prompte respondet: en abeo domine, nec abijt tamen. Ex his igitur duobus vter videtur satisfecisse voluntati paternæ? Audientes autem parabolam non intelligentes, quorsum hæc tenderent, responderunt domino: prior ille, qui mox resipiscens pænitentia motus abijt in vineam. Tunc Iesus in ipsos retorquens parabolam: profectò verè dico vobis, quod publicani & meretrices præcedunt vos in regnum Dei. Ac si diceret: illi prius rebelles Deo impia vita, tamen ilico tacti penitentia, obtemperarunt euangelicæ doctrinæ. Vos qui titulo ac professione estis populus Dei, quique & olim dixistis, & hodie dicitis, oīa quæcunque dixerit dominus faciemus, quique semper habetis in ore præcepta Dei, & templum domini, templum domini, templum domini, tot modis prouocati, non potestis ad penitentiam promoueri; sed semper intus estis lupi rapaces. Tales inuenies inter nos multos. Ad quos pertineat hæc parabola in sententia exposita. Caueamus igitur ab his falsis prophetis vt Christus ad monet: ne decipiamur, ne dilaniemur.

¶ *A fructibus eorū cognoscetis eos.* Docet hic dominus quàm facile deprehendemus simulationis præstigium, si proprius inspexerimus: non titulum & vestem, sed ipsa facta quæ produnt animum insyncerum. Nam etiam si bene docent, tamē hoc ipsum quod docent non præstant. Et suus cuique arbori peculiaris fœtus, qui sapore prodit radicem. Si vitam & mores attentus obserues, reperies illos sibi placentes, suis commodis vbique seruientes, elatos, vindices inuidos, obtrectatores, gloriæ sitientes: nonnuquàm & ventri deditos; & om-

nino suum negocium agentes potius quàm gregis aut euãgelij. Scimus qui sint fructus arboris euangelicæ: nimirum animus alienus ab omni fastu, animus lenis & minime appetens vindictæ: animus contẽptor voluptatũ huius mundi, animus contẽptor opũ, & sitiens æsuriensque pietatis euangelicę, animus promptus & expositus ad bene merendum de omnibus: animus, purus ab omnibus cupiditatib9, ne aliò spectans quàm ad Deũ: animus nihil afflictionũ recusans, modo prouehat doctrinã euãgelicã: animus nihil mercedis expectans in hoc mundo pro suis benefactis, neq; gloriam, neque voluptatem, neque diuitias: animus qui beneuelit etiam maleuolis, qui bene mereatur etiã de male merentibus. Hos fructus qui verè præstat ipsa re, is demũ est arbor euangelica. Proinde qui se iactant prophetas, & hoc titulo se venditant: qui cultu religioso se fingunt oues, quum affectu sint lupi, ab his fructibus sunt æstimandi. Non oportet spectare frõdes & corticem. Nam hæc sæpe communia sunt agrestibus cũ mitibus, salubribus cum pestiferis: fructus gustatus indicat, qualis sit arboris succus. Quod si viderimus in his auaritiam, arrogantiam, liuorem, vlciscendi libidinem, fucum, aliaque id genus quæ velut ex diametro pugnant cum fructibus euangelicæ mentis, non putemus ex ijsdẽ arboribus aliquid boni fructus proditurum.

Primũ argumentũ quo probatur hypocrita sumitur ab operibus. Deu. 13. a

¶ Primum ergo argumentum quo probatur falsus propheta, aut falsus christianus sumitur ab operibus. Hoc idem affert dominus Deut. cap. 13. Si surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum, atq; portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi. Eamus & sequamur deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis: nõ audies verba prophetæ illius, aut somniatoris, quia tẽtat vos dominus De9 vester vt palam fiat vtrum diligatis eum, an non. Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timete, & mandata illius custodite, & audite vocem eius: ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis. Nullum euidentius argumentũ simulationis & hypocrisis, & falsitatis quàm contradictio legis diuinæ, quàm suasio vt eam non seruemus. ab huiusmodi fructibus cognoscemus falsum doctorem aut falsum prophetam & concionatorem.

Secũdum argumentum. 1. cor. 3.

Secundum argumentum quo cognosci potest verus an falsus propheta quis sit, est illud, quod adducit D. Pau. in priori epist. ad co. 3. fundamentũ, inquit, aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam: vnius cuiusque opus manifestum erit. Dies enim domini manifestabit: quia in igne reuelabitur, & vnius cuiusq; opus, quale sit, ignis probabit. Ideo, inquit Ambro. nemo potest ponere aliud fundamentum, quia quanuis hæretici sint aliqui, nõ tamen docẽt nisi sub Christi nomine. Aliter enim commenta erroris commendare non possunt, nisi interposito saluatoris nomine prædicent, vt res contrarias, & absurdas nominis dignitas faciat acceptabiles. Non ergo statim credamus quibuslibet præclara nomina Christi, fidei, & & euangelij sonantibus, & interim á fide & ecclesiæ obediẽtia fideles seducentibus. Non enim inquit Christus

D. Amb.

in hoc capite, omnis qui dicet mihi dñe dñe, intrabit in regnum cœlorũ. Sunt ergo qui super hoc præclarum fundamẽtum, hoc est, Christũ Iesum, aurum, argentum, lapidesque precio sos superponunt, hoc est, bonam do ctrinam, bonaque opera: sunt qui ligna, fœnum, & stipulam: hoc est, peruersam doctrinã, malaq; opera super ædificant: illos veros prophetas dices, hos falsos. Quos dies domini manifestabit. Dies domini vocatur dies af flictionis, quo visum est Deo nos affligere. Tunc enim ostendũtur & mánifestantur qui veram, qui falsam do ctrinam seminent: qui synceram fidẽ qui simulatam habeant. Hoc enim argumento satis ostenderunt Christi martyres veros esse prophetas nõ falsos: hoc argumento satis declarata est multorum hypocrisis, & suæ simulationis præstigium recedentes à Deo in tempore tribulationis & afflictionis.

Tertiũ argumentũ Tertium argumẽtum sumitur ab euentu prophetiæ. Vnde in lib. Deu. cap. 18, ait dominus. Hoc habebis signum. Quod in nomine domini propheta ille prædixerit, & non euenerit: hoc dominus non est locutus. Sed per tumorem animi sui propheta cõ finxit, & idcirco non timebis eum. Falsus ergo propheta dignoscitur vno modo ab euentu. Quando videlicet minimè quod prædixerat euenit: alio modo vt si quod prædixerat euenit: postea verò nititur homines auertere a Deo & à custodia mandatorũ eius vt superius diximus. Sed de hoc vi. glo. ordi.

Quartum argumẽtum. ¶ Denique signum & argumentũ quo probare voluit dominus Iesus esse missum à Deo, & non à se vt falsi prophetæ, Adducit euangelista Ioan. cap. 7. & 8. ego, inquit, nõ quæro gloriam meam & rursum: qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit, qui autem quærit gloriã eius, qui misit eum hic verax est. Ioa. 7. b. Ioa. 8. f. Hæretici seductores à seipsis veniũt, & ideo suæ student gloriæ potiusquã Dei. sua docentes commenta, non doctrinã Dei. Christus verò ac euangelici prædicatores, non affectant gloriam propriã apud homines: sed solum Dei gloriã quærunt.

¶ *Omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autem arbor, malos fructus facit.* Iuxta Platonicorum etiam sententiam duplex est arbor, altera rationis particeps, altera sensus expers. Sensus expers est planta notæ significationis, arbor rationis compos, quàm appellant inuersam, homo est; qui radices habet erectas ad cœlum, vnde venit illi alimentum. Quo fit, vt hominem definientes dicant esse arborẽ inuersam. Vt enim planta radices agit propagatas per terram, vnde illi venit nutrimentum, sic homo, quoniam epulis cœlestibus pascitur, & diuina gratia nutritur, radices, hoc est, caput, mentem, cogitationes eleuat ad cœlum, habens ramos, hoc est, pedes in terra collocatos. Huiusmodi sunt qui cõtẽ nunt humana, & aspirant ad diuina, aspirãt ad cœlum, vnde ad illos venit aqua cœlestis, & alimentum. Hæc est aqua, de qua ait Deus in Apo. ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Apo. 21. Hæc est anima esca, de qua ait Esaias: venite, & emite absq; argento, & absque vlla commutatione vinũ & lac. Esa. 55. Hoc alimentum desursum venit à patre luminum, nam vt ait D. Ioa. Bap. apud Ioa. non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de cœlo. Ioa. 3. Alimentũ animæ est illud, de quo

& ſtipite arboris agreſtis eam trahit ad naturam ſuam, vt iam alia folia, & alios fructus ferat, ſic Chriſti doctrina ſi inſeratur in anima noſtra ſterili, eam mutabit, & ad ſeipſam traducet & cōuertet, vt iam alia verborum vera folia, alios virtutum veros fructus producat. Sed neceſſariū tunc erit vt rami peccatorū prius amputentur, vt in animo Chriſtus inſeratur: & ita lætiſsimos fructus feret.

Simile.

¶ *Omnis ergo qui audit verba mea & facit ea, aſsimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuper petram.* Vocatur in hoc loco Chriſtus petra, propter ſoliditatem & firmitatem. Quemadmodum multis alijs in locis: hic eſt lapis ille, de quo ait Deus per Eſaiam c. 28. Ecce ego mittam in fundamentis Siō lapidem, lapidem probatum angularem, vbi verſio Chaldaica pro lapide probato, habet regem Meſsiam. Hæc eſt petra illa in qua Iacob reclinauit caput, quādo in ſomnis vidit illā glorioſam ſcalā, ſublimem & ſtantē. His enim qui in Chriſto requieſcunt, illi adhærentes, ſuamque cogitationem in illo collocātes, oſtenduntur arcana cœleſtia ſole ipſo ſplēdidiora. Vbi vides quanti Deus faciat virum iuſtum, cum illi etiam dormienti, ſua myſteria reuelet. Ex quo colliges, plus valere ſomnium hominis iuſti, quâm vigilias peccatoris. Sed oportet ſuper hunc lapidem caput ſtatuere, domūq; noſtram ſupra petram iſtam firmiſsimam ædificare. Hanc petram contemplabatur Dauid ita dicens. Protegit me in abſcondito tabernaculi ſui. In petra exaltauit me. Et in alio pſalmo. Statuit ſupra petrā pedes meos. Hin eſt quod Paulus ait. Super ædificati eſtis ſupra fundamentum apoſtolorū & prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu.

Eſai 28
Gen. 28.
Pſa. 26.
Pſa. 39.
Eph. 2. d.

¶ *Et deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & intrauerunt in domum illam & non cecidit, fundata enim erat ſupra firmam petram.* Vir iuſtus & charitate prēſtans, & ſi afflictionibus prematur minime corruit, firmatus enim eſt ſupra firmam petram. Hinc eſt quod dominus per Iſaiam ait. Cū tranſieris per aquas tecum ero, & flumina non cooperient te: cum ambulaueris in igne non combureris, & flāma non ardebit in te, quia ego dominus tuus, ſaluator tuus. Aſpicis hic iuſtum in medio afflictionum non comburi, quoniam Deus cum illo eſt. Vt enim rubus Moyſi oſtenſus ardebat, ſed non cōſumebatur, quia in eo erat Deus. Sic verè Chriſtianus vir in calamitatibus verſatus, igni afflictionis incenſus, ſpinis erumnarum cōpunctus, refrigeratur animo, & placida tranquillitate conſiſtit: quoniam deū ſecum habet. Cum ipſo (inquit) ſum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Viri enim iuſti tribulationibus exercētur, vt poſtea diuino gaudio fruantur. Tranſiuimus (inquit) per ignem & aquam &c. Hoc eſt, mūdi afflictiones, & eduxiſti nos in refrigerium. Vbi vides mundi afflictiones eſſe viam ad æternas voluptates, impij verò afflictionibus obruuntur, deſcendit enim pluuia, & veniunt flumina, & flant venti, & intrant in domū illius ædificatam ſuper arenā, hoc eſt, ſupra mundi vanitatem, & decidit, vt hoc in loco ait dominus. Vt enim in mari rubro Hæbrēi fuerunt erepti AEgyptij ve ſubmerſi, ſic in afflictione quæ eſt veluti mare rubrum, iuſti & ſtabiliti ſupra petram Chriſtum liberantur, impij verò corruunt & frāguntur.

Iuſtus & ſi afflictionibus vndique prematur, nō corruit.
Eſa. 43. a
Figura.
Pſa. 90.
Pſa 65. c.
Figura.

¶ Ieſus

¶ Iesus leprosum mundat, Centurionis puerum sanat, socrum Petri à febre curat &c.

Caput VIII.

CVM autem descen
disset Iesus de mõte,
secutæ sunt eum tur
bæ multa: & ecce le-
prosus veniẽs, adorabat eum, di
cens, domine, si vis potes me mun
dare. Et extendens Iesus manũ,
tetigit eum, dicens, volo, munda-
re, & confestim mundata est le-
pra eius. Et ait illi Iesus, vide ne
Le. 14. a Lu. 7. a. mini dixeris, sed vade ostende te
sacerdoti, & offer munus tuum
quod præcepit Moyses in testi-
monium illis. Cum autem intro-
isset Capharnaum accessit ad eũ
Centurio Rogans eũ, & dicens,
Domine puer meus iacet in do-
mo paralyticus, & male torque-
tur. Et ait illi Iesus. Ego veniam
& curabo eum, & respondens Cẽ
turio, ait: domine non sum dig-
nus vt intres sub tectum meum,
sed tantum dic verbo & sanabi
tur puer meus. Nam & ego ho-
mo sum sub potestate constitu-
tus, habẽs sub me milites, & dico
huic, vade, & vadit, & alio veni,
& venit: & seruo meo, fac hoc,
& facit. Audiẽs aũt Iesus, mira
tus est, & sequentibus se, dixit,
Amẽ dico vobis, nõ inueni tãtã fi
dem in Israel. Dico autem vo-
bis, quod multi ab oriente & occi
dente venient, & recumbent cũ Mala. 1.
Habraham, Isaac, & Iacob, in
regno cœlorum: filij autem regni
eijcientur in tenebras exteriores,
ibi erit fletus & stridor dẽtium.
Et dixit Iesus Centurioni. Vade
& sicut credidisti fiat tibi. Et sa
natus est puer ex illa hora. Et cũ
venisset Iesus in domum Petri,
vidit socrum eius, iacentem &
febricitatem: & tetigit manum
eius: & dimisit eam febris, & sur
rexit, & ministrabat ei. Vespere
autem facto, obtulerunt ei mul- Mar. 1. c. Lu. 4. f. Mar. 1. d. Ioa. 4.
tos dæmonia habentes, & eijcie-
bat spiritus verbo, & omnes ma-
le habentes curauit. Vt adimple
retur quod dictum est per esaiã Esai. 53. b 1. pe. 2. d.
prophetam, dicentem, ipse infir-
mitates nostras suscepit, & ægro
tationes nostras portauit. Vidẽs
autem Iesus, turbas multas cir-
cum se iussit discipulos ire trans
fretum. Et accedens vnus scriba

ait illi, magister sequar te quocũque ieris. & dicit ei Iesus. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Alius autem de discipulis eius ait illi. Domine permitte me primum ire, & sepelire patrem meum. Iesus autem ait illi. Sequere me & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. & ascendẽte eo in nauicula, Sequuti sunt eum discipuli eius: & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat. & accesserunt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes. Domine, salua nos, perimus. & dicit eis Iesus. Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes, qualis est hic quia venti & mare obediunt ei? & cum venisset Iesus transfretum, in regionem Gerasenorum, occurerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam.
Mar.5.a. Luc.8.d. *& ecce clamauerunt dicentes. Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? Venisti hic ante tempus torquere nos? erat autem non longe ab illis, grex multorum porcorum pascens. Dæmones aũt rogabant eum dicẽtes. Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. & ait illis, ite, at illi exeũtes abierũt in porcos, & ecce magno impetu abijt totus grex per præceps in mare, & mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt, & veniẽtes in ciuitatem nuntiauerunt hæc omnia & de ijs qui dæmonia habuerant. ecce & tota ciuitas exijt obuiam Iesu. & viso eo, rogabant eum vt transiret a finibus eorum.*

Ca. VIII. Ad literã.

ECCE leprosus adorabat eũ. i. genu flectabat ei. vide Mar. c. 1. Frequenter enim in sacra scriptura adorare, vsurpatur pro reuerentia illa, quam corpore exhibemus, incuruantes nos. Quod genus obseruantiæ, viris etiam excellentib9 solemus exhibere. Sic Genes. 18. dicitur de Abrahã, quod cucurrit in ocursum angelorum, & adorauit in terram i. curuatus est coram eis. Sic Loth eosdem angelos adorauit. i. incuruatus est coram eis. Sic idem Abraham adorauit populum terræ. Exigit namque Deus,

Adorare in sacra scriptura varie sumitur. Mar. c. 1.

Gen. 18.

Gen. 19.

Gen. 23.

Deus, hoc modo eximios homines coli, genuflectando, vel in faciem cadendo, vel caput flectendo, aut manũ obsculando.

¶ *Vade ostendere sacerdoti.* Vide Ioa. 2. super illa verba. Haurite & ferte Architiclino.

¶ *Offert munus quod praecepit Moyses in testimonium illis.* i. vt ipsi testes sint: aut apud ipsos testatum sit, te verè esse liberatum lepra.

¶ *Domine puer meus &c.* Puer pro famulo Grecismus est.

¶ *Sed tantum dic verbo.* i. Iube Heb. Sic Moy. Gene. 1. Dixitque Deus fiat lux. i. iussit Deus. Sic Pau. 2. cor. 4. Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere.

Gene. 1. 2. cor. 4.

¶ *Et dico huic, vade, & vadit, & alij, veni, & vadit.* Latini sic dicerent, & tamẽ cùm dico huic, vade, vadit.

¶ *Amen dico vobis, quia multi venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob, in regno cœlorũ.* Hoc idem prædixerat idẽ dominus, per Esaiam. cap. 43. dicens ecclesiæ. Ab oriente adducam semen tuum, & ab occidente congregabo te. Dicam Aquiloni, da, & austro, noli prohibere. Affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ. Quod vèrò locus iste, non de congregatione temporali Iudæorum (vt cæci iudæi existimant) sed de congregatione spirituali fideliũ intelligatur, vel ex eo colligere licebit, quod statim subiungat dominus: & omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum, formaui eum, & feci eũ, educ foras populum cæcum, omnes gentes congregatæ sunt simul; & collectæ sunt tribus. Nõ ne vides iudæe cæce tuam cæcitatem? Perspicuè ostẽdit dominus in hoc loco, de fidelium omnium multitudine tractare, siue sint gentes, siue iudæi, eos enim filios appellat quos suo sanguine generauit. De quibus alio in loco Esai. ait, generationem eius quis enarrabit? Et paulò post, si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longeuum. Hoc etiam est quod dominus dixerat Abraham Gen. 12. in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ, omnes (inquit) cognationes terræ, ne putaremus, hæc ad solos iudæos pertinere, hæc igitur est, euangelij læta annuntiatio, quæ in omnes gentes diffussa est. Et Gen. 17. erisque pater multarum gentium.

Esa. 43. Esai. 53. Gen. 12. Gen. 17.

¶ *Amen dico vobis quia multi venient &c. Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores &c. Et sanatus est puer in illa hora.* Ex his quæ Christus in præsenti faciebat, vera esse alia quæ dicebat, declarabat. Sanat hunc puerum & sic verum esse, quod filij regni abijciẽdi essent ostendit. Ex salute paralytici ostendit habere potestatem in terris dimittendi peccata. Ex puerperio Elisabeth sterilis probauit mysteriũ incarnationis.

Mat. 9. Luc. 1.

¶ *Filij autem regni &c.* Vel regno destinati. *Eijcientur in tenebras exteriores.* i. obscurissimas, & longè positas à vera luce. Vel quæ sunt extra regnum. Per tenebras in scriptura, aliquando tribulationem & miseriam intelligũt sancti, sicut per lucem fælicitatẽ. Vt post tenebras spero lucem. Et Esai. 5. Aspiciemus ad terrã & ecce tenebræ i. quærent vbique auxilium: & nihil præter tenebras occurret. Item tenebræ nonnunquam suplicia & damnatorum desperationem: vt in hoc loco, & alibi, ligatis manibus & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores.

Iob. 17. Esai. 5. Inf. 22. b

¶ *Ipse*

¶ *Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit.* Hunc locũ D.Petr. in. 1. epistola, explicat de languoribus animæ. Pro eo q^d dicit Esa. 53. lauguores nostros ipse tulit. Ait Petrus, peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. At verò D. Matth. interpretatur de languoribus corporis, vt in hoc capite vides. Omnes, inquit, malehabentes curauit, vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam dicentem. Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit. Hin colliges manifestè, vnum & eundem locũ S. scripturæ, duos sensus literales habere: loquitur enim Esai. de peccatis nostris, vt litera nostra demonstrat, & D. Petrus interpretatur: & tamen loquitur etiã de corporis morbis, de quibus euangelista in hoc loco literaliter exponit.

1. pet. 2.

Vnus & idẽ locus multos habet sensus literales.

¶ *Iussit discipulos ire transfretum.* Stagniqne. s. Genezareth.

¶ *Dimitte mortuos.* Quis autem fuerit iste, cui hæc verba dixit Christus, Clemens Alexandrinus. 3. Strõmate prodit. Fuit enim Philipus apostolus. aut Mathæus: authore Tertuliano. li. de baptismo fo. 3.

Clemens.

Tertu.

¶ *Ecce motus magnus ortus est &c.* Vel tempestas magna orta est.

¶ *Et cum venisset Iesus transfretum in regione Gerasenorum: occurrerunt ei, duo habentes dæmonia.* Tam Marcus quàm lucas vnum dicunt habentem legionẽ: sed hi insigunioris dæmoniaci meminerũt. Vide quæ annotata sunt Marc. 10. in illa verba. Filius Timæi Bartimeus cæcus. Et c. 16. ibi. Cum surrexisset manè.

¶ *Quid nobis & tibi Iesu filii Dei. i.* quid comertij inter nos est, vt res nostras cures? Gre. quid nobis & tibi.

¶ *Abierunt in porcos.* Vel inuaserunt gregem porcorum.

Ca. VIII. Ad mores.

CVM descẽdisset *Iesus de mõte ecce leprosus &c.* Hoc typo leprosi docet dominus eos, qui lepra laborant animorum vnde, & quo nam modo remedium assequãtur. Primum ergo animaduerte quod descendente Iesu de monte, leprosus venit ad Christum alioquin non venturus. Stat sententia: nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eũ. Io. 6. Vnde egregius psaltes quia nisi dñs adiuuisset me, paulominus habitasset anima mea in inferno. Fierĩ enim nõ potest vt impij per se, ex viribus proprijs iustificentur. Cum autem à peccati morte, redeũt ad vitam iustitiæ, hoc Dei misericordiæ de monte descendenti tribuitur, qui gratiam suam largitur peccatori. Opera nostra ex se bona, in lethali flagitio facta, gratiam, qua iustificamur, cum ex impijs efficimur iusti, non merentur ex condigno. Id quidem est quod aiunt catholici doctores opera nostra nõ mereri primam iustificationem. Si enim gratia est, iam non ex operibus: alioquin, vt verbis vtar Pau. gratia iã nõ est gratia. Et alibi: non ex operibus, inquit, iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Est tamen necesse, vt huiusmodi iustificationi leprosus veniat, hoc est, vt concurrat motus liberi arbitrii. Ideo ait D. Augustinus qui creauit te sine te, non saluabit te sine te. Nõ. n. fit hæc iustificatio absque bono opere & motu voluntatis, diuinam

Additio.

Ioa. 6.

Psa. 93. c.

Ro. 16. a

Titũ. 3. b

D. Augu.

Figura. aliam egrederetur portam, ne propitiatorio terga verteret cum exiret. Sunt nonnulli qui calamitatum angustijs presi ad Deum confugiunt, pias ad illum fundentes precationes, & ad Christum Deum nostrum, quē Deus proposuit propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, vt ait Diuus Pau. qui est propitiatio pro peccatis nostris, vt ait Diuus Ioann. supplices accedunt, eiusque diuinam misericordiam vocibus lamentabilibus implorant. At remedio impetrato Deum ipsum relinquunt, & ab eo declinantes præbent terga fugæ, & cum deberent beneficij memoriam colere obseruantia perpetua, illius penitus obliuiscuntur. Vt qui aqua indigent, se conferunt in fontem, oculos in eum dirigentes, sed hausta aqua, & plena hydria reuertuntur, fontique terga vertunt: sic multi periculis & morbis cincti, & ærumnis vndique oppugnati, ad fontem misericordiæ confugiunt: sed aqua remedij impetrata, fontem illum aquæ viuæ contemnunt: qui ait apud Hierem. me dereliquerūt fontem aquæ viuæ. Cum versarentur in gemitu & calamitate abstraxerunt se à peccato, fecerunt pia vota Deo, & ad virtutum montem festinarunt: sed erecti à periculo respexerunt retrò, & ad pristina scelera redierunt. Deberent quidem vltra procedere, Deoque semper pro suscepto tanto munere gratias agere, & retro non aspicere. Id voluit Deus significare, præcipiens egredientibus à Sodomorum ciuitate ne retro respicerent: Et mittentibus manum ad aratrum, ne oculos leuarent post terga. Id intuens D. Paul. in epistola ad Philip. aiebat: quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Oportet igitur seruare perpetuam in recta viuendi ratione constantiam, & vt verbis vtar regii vatis, ire de virtute in virtutem donec videatur Deus in Sion. Non ergo vertenda sunt terga Deo, sed pro susceptis beneficiis illi perpetuas debemus gratias agere. quod, vt faceret leprosus iste, missus est vt offerret Deo debitum sacrificium.

Ro. 3. 1. Io. 2. Simile. Hier. 2. Genc. 19. Luc. 9. Phil. 3. Psa. 83.

¶ Tertiò ideo missus est, vt maior esset fides miraculo, simulque eriperetur ansa sacerdotibus calumniandi, quod sibi vindicaret Christus autoritatem iudicandi de lepra, & ad se trahere cuperet lucrum, quod ex mūdatis à lepra soleat ad sacerdotes redire.

Tertia causa & quæsita.

¶ *Accessit ad eum centurio rogans eum & dicens: Domine puer meus iacet in domo paralyticus.* Ex hoc miraculo latis ostenditur quàm verè dixerit olim sapiens in libro Sapientiæ capitulo sexto. pusillum & magnum ipse fecit & æqualiter est illi cura de omnibus. Omnibus enim dominus medetur, tam regibus, quàm seruis, tam diuitibus, quàm pauperibus, tam nobilibus quàm nobilitate carentibus. Medetur regi Ezechiæ, vt Esaias scribit capitulo 38. medetur huic seruo centurionis. Non enim est personarum acceptio apud Deum. Sed interim obserua: curasse dominum, famulum centurionis simplici verbo, hoc est, fiat, at regem Ezechiā non verbo solùm, sed massa ficorum apposita super vulnus eius. Vt hoc typo doceret: sanatu difficiliores

Sap. 6. Esa. 38.

esse morbos spirituales principum, quàm hominum humilium: grauius enim magnates atque viri potentia & authoritate prestantes peccare solent, quàm quiuis de plebe. quare difficilius Dei veniá assequuntur: quod si non illos pœniteat, grauius punientur. Sic enim ait sapiens in libro Sapientiæ. capit. sexto modò allato. Horrendè & cito apparebit vobis quoniam iudicium durissimum in his qui præsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta sustinebunt. intelligant ergo principes qui ministri sunt regni Dei, & qui neque iustè iudicarunt, neque custodierunt legem iustitiæ, nec secundum voluntatem Dei ambularunt: quòd durius cũ illis res agetur: quod si veniam sibi parare volunt maiora medicamina morbis medendis sunt ab illis apponenda. Profusiores lachrymæ fundendæ, crebriores preces, abundantiores eleemosynarum largitiones, frequentiora ieiunia, cæteraque opera pietatis multo maiora facienda. Pauperibus autem humilibusque hominibus solatium sit vox illa: exiguo enim conceditur misericordia, hoc est, facilè condonatur iniuria: facilè curatur: quemadmodũ famulus iste, qui solo verbo sanatus est. Si ergo hæc ita sunt vt verè sunt: quid est quod viri potentes innumeros inueniant sacerdotes qui facilè & promptè statimque eos absoluant, ac grauissima peccata condonent: exiguus verò cui à Deo conceditur venia vix inueniat condonatorem? Pro dolor: principes qui continent, vt verbis vtar sapientis, multitudines, & placent sibi in turbis nationum, quibus data est à domino potestas, & virtus ab altissimo: ventri indulgentes, iniustè iudicantes, collum non legi Dei, sed legi carnis suæ submittentes, statim à sacerdotibus absoluuntur: at pauperes minima peccata præ peccatis principum habentes, vix qui eos audiant inueniunt. Sed de hoc aliàs. Interim si sapis, ò sacerdos tibi consule, consiliumque D. Pauli libenter amplectere. Manus cito nemini imposueris, neque communices peccatis alienis. Sicut enim diu explorandus est, qui præficiendus est gregi, ne tibi imputetur quicquid ille peccauerit: sic videndus & explorandus est, qui statim à peccatis absoluendus, & qui non. Sed nos miseros & terque quaterque infelices: nam iam pecuniæ, potentiæ, & dignitati obediunt omnia. Sed iam ad textum redeamus, singulaque eius verba perpendamus.

Sap. 6.

Sap. 6.

1. Tim. 5 d

¶ *Accessit ad eum centurio*. Accedunt multi ad Deum, & nihil impetrant: accedit centurio, non corpore, sed per amicos, & impetrauit quod voluit. Vt hinc intelligas quantum delectetur Deus fide viua. Accedunt peccatores corpore, & tamen salutem, quam postulant, non acquirũt: quod non fide viua accedant. Hinc est quod regius psalmographus ait: longè à peccatoribus salus. Accedunt iusti, & si absentes sint corpore, cum tamen fiducia sint præsentes, ex audiuntur: quod idem vates in alio psalmo his verbis testatur: propè est dominus omnibus inuocantibus eũ, omnibus inuocantibus eum in veritate. Peccatoribus longè à Deo sepositis ait idem dominus apud Esaiam: audite me duro corde, qui longè estis à iustitia. Propè feci iustitiam meã, non elongabitur, & salus mea non mora-

Maxime delectatur Deus fide viua.

Psa. 118.

Psa. 144.

Esa. 46.

morabitur, quibus verbis imprimis describit quæ sit vita peccatoris duri cordis & obstinati: nempe auersio à vera iustitia, Hoc est, à Christo quem D. Paulus iustitiam appellat: Hoc est, à gratia Christi qua verè iusti efficimur, diffusa in cordibus nostris: hoc est, à vera salute animæ. Peccatoris ergo vita, auersio est à Christo, à gratia eius, à salute sempiterna, propinquitas inferni, mors animæ, victoria appetitus, triumphus voluptatis. Istorum ergo captat Dominus attentionem dicens: Audite me duro corde, qui longè estis à iustitia, propè feci iustitiam meam: ac si diceret: quãuis obdurati sitis in peccato, ac longè à salute, Si tamen adsit fides, qualis fuit centurionis, qualis Chananææ: propè erit iustitia mea: cum principiũ iustitiæ adsit, hoc est, fides. Et salus mea non morabitur, si non absit fiducia. Fides est quæ Deum tangit: qualis fuit mulieris fluxum sanguinis patientis: de qua ait Dominus: quis me tetigit? Cui statim discipuli respondent: turbæ te comprimunt & tu ais quis me tetigit? quibus Christus, tetigit me aliquis. nam ego noui virtutem de me exire. O fœlix anima quæ scit tangere Christum Dominum: quæ nouit suo tactu educere mel de petra & oleum de saxo durissimo. multos inuenies, qui quotidie rem diuinam agant, corpus & sanguinem Christi manibus contrectent, manducent, & bibant: & tamen adhuc in suis sceleribus atque animi morbis maneant: multos verò longè ab altari sepositos: qui salutem animæ imploratam, impetrant: quod illi non fide viua tangunt Christum, hi verò centurionis fidem imitantur. Luc. 8.

¶ *Accessit ad eum centurio.* Adijt centurio Christum in tribulatione positus aliàs non accessurus, vt hinc intelligamus hoc esse in causa cur Deus sæpe calamitatibus feriat. Tam misericors. n. est Deus, vt in medio præconum suæ iustitiæ, non obliuiscatur suæ misericordiæ, nos que puniat non vt perdat sed vt seruet, & eripiat. Sartor recidit, & sarcit, efficit & destruit, & omnia hæc vt vestem efficiat. Scindit in hac parte vt cõnectat in illa, integrum pannum lacerat, sed vt coniungat, & ex eo pulchrum conficiat indumentum. Ita se habet Deus erga nos: cum nos calamitatibus lacerat, non est causa lacerandi, sed coniungendi: diuidit, vt congreget: Secat, vt sarciat: recidit mundi voluptates, vt in animo nostro cœli gaudia connectat, euertit diuitias caducas, vt nos diuitiarum æternarum participes efficiat: auffert liberos, vt nos in filios suos adoptet: secat nos, vt religet, & vinciat, ac vt ex nobis vtilem vestem patientiæ & tolerantiæ absoluat. Id intelligens Esaias ait: vt faciat opus suum, alienum est opus eius, vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. Opus Dei proprium appellat misereri, opus verò alienum ab eo ærumnis premere & affligere. Sed angit nos calamitatibus, vt ad se trahat quemmadmodum traxit centurionem, Chananæam, & multos alios. Id asserit his verbis Hieremias, in lamentationibus suis, quia si abiecit & miserebitur secũdum multitudinem misericordiarum suarum: non n. humiliauit ex corde suo & abiecit filios hominũ. Et D. pau. pater misericordia- Simile. Esai. 28. Thre. 3.

ricordiarum,& Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

¶ Deinde nota hunc gentilem nō adijsse idola, non quęsisse in sua angustia diuinos, non accessisse ad pythones, vt necessitati suæ subuenissent: sed ad verum medicū Christū. Non sic
4.Re.1. impius Ochozias qui in sua infirmi-
1.Re.27. tate Beelzebub quæsiuit. Nō sic Rex Saul qui in angustia constitutus Pythonissam consuluit: non sic traditor Iudas qui pœnitētia ductus nō adijt Christū sed Pharisæos. At fidelis cēturio ad Christū accessit: sic iustus Dauid non homines nec mundū inuocauit in suis calamitatibus, sed Deum
Psal.119 dicens: Ad dominum cum tribularer
Ione.1. clamaui & exaudiuit me. Ionas etiam è ventre ceti dixit. Clamaui de tribulatione mea ad dominum & exaudiuit me. Tres etiam viros in Babylonis fornace ab impio rege missos, quod eius statuam colere noluissent, consolatus est Deus quem vocauerunt, eripiens eos à flāmis ipsos Babyloneos comburentibus. Cum autem tres essent in medium ignis coniecti, & vinculis astricti, dixit Nabuchodonosor:
Daniel.3. Ecce ego video quatuor viros solutos ambulātes in medio ignis, & nil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio Dei. Susana etiam cum esset morti addicta, & horam neci destinatam videret, non habens ad hu-
Dani.13. manum præsidium recursum, flens respexit ad cœlum instar auis, quæ in terra aucupibus & canibus circuncincta nullū habet refugium, nisi volet in altum seq; ferat in sublime. Et fuit adeo refecta & mirabiliter liberata. Ip-
Psal.90. se.n. Deus ait per os Dauidis: Cū ipso sum in tribulatione: Eripiam eum, & glorificabo eum. Nō potest calamitas impedire, quo minus viri pietate & charitate præstantes suaui voluptate interdum potiantur: eamque alant in diuina misericordia contemplanda & imploranda. Contra verò impij Iudæi in summo periculo constituti olim confugiebant ad diuinos vates, vt ab eis quærerent vaticinia & medicamina: sed non inueniebant, imo omnia inueniebant aduersus se. Lege capit. 39. Hieremiæ, vbi hoc apertè Iere.39.
videbis. confugiebant etiam Iudæi ad sacerdotes & seniores, at sacerdotes erant immemores legis, & seniores consilio destituti. Vide quàm periculosum sit, quàmque malum Deū relinquere, eum non adire, neque inuocare, & in hominibus aut in mundo dum taxat fiduciam locare. Si impij vero corde confugerent ad Deum, si ad illum accederent extollerentq; animum, si lachrymis profusis in eum intenderent mentis aciem, si spem suam haberent in eius clementia defixam, ille eos non destitueret: nec fineret in suis calamitatibus absque patientia versari.

¶ Tertio considera quisnam sit calamitate hac oppressus, nempe centurio, nempe homo fortitudine maxima pollens: & tamen non potuit famulo, sibi in maximo precio habito, mederi. Quare non est cur in diuitijs, aut in sapiētia, aut in potentia, aut in fortitudine gloriemur. Flante n. Deo omnia corruunt, omnia tanquam infirma & imbecillia euanescunt, non saluatur Rex (ait Dauid) Psal.32.
in virtute sua, nec gigas in multitudine fortitudinis suæ, fallax equus ad salutem; in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur. Ecce oculi

oculi domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius. Quemadmodum nubes magna, exhalationibus intus plena totum cœlum cooperit, & mũdum tonitribus & fulminibus terret, quæ statim in aquam resolutam cadit in terram, ex qua lutum efficitur, quod pedibus teritur: ita duces, & potentes nubes sunt plenæ fumis terrę in aëre versãtes, & superbia, fortitudine, opibus & potentia totum orbem terrentes, flante calamitate à Deo emissa cadunt statim in terram, humiliantur atque infirmos, impotentes & imbecilles se esse fatentur. Quod si seipsos atque suos à malis liberare volũt, agnoscant imbecillitatem suam, Deũ supplices adeant exemplo centurionis.

Simile.

¶ *Rogans eum & dicens.* Præcibus fidelis centurionis à morbo liberatus est famulus. Vt hinc intelligamus quanti faciat Deus iustos: quorum causa a multis calamitatibus & regna, & ciuitates & familias liberare solet. Ob meritũ Dauidis regis noluit dñs ab impio ac scelerato filio Salomone mulieres alienigenas & idolatras in vxores ducente regnum in diebus suis auferre. Scindam (inquit dominus) regnum tuum & dabo illud seruo tuo, veruntamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum. Regnum Israel innumeris sceleribus implicatum noluit dominus omnino perdere propter nonnullos iustos. Sic enim ait apud Esaiam: sic faciam propter seruos meos vt nõ dũ perdam totum. Huius rei typum habemus in libr. Gene. cap. 15. vbi sacra refert scriptura Abraham imposuisse sacrificium tam animalium quàm auium super altare vt Deo offerret: & quod descenderunt volucres super cadauera, & quod abigebat eas Abraham. Aues super cadauera, irruentes calamitates significãt, quod Abrahã aues abigebat, significat propter fidem & intercessionem iusti multos à calamitatibus & pressuris à Deo liberari. Tale quid & in Genes. inuenimus, quando de quinquaginta vsque ad decem paulatim quæruntur iusti qui de calamitate & pressura ventura liberent ciuitatem. Vbi primum videmus quanti fiant iusti à Deo, cum nedum propter. 50. iustos, sed etiam propter. 20. imo propter decem Deus tot ciuitatibus parcere velit, si inuenirẽtur. Vnus enim iustus maioris est apud Deum pretij, quàm multa milia impiorum. Videmus item quid sancti faciant in mundo, & quis ex eis prouentus ad cæteros proueniat. Nisi enim essent pij in mundo qui pro impijs intercederent, non toleraret Deus impios, nec ad horam quidem.

3. reg. 2.
Esai. 65.
Gen. 15.
Figura.
Gen. 18.

¶ *Domine puer meus iacet in domo paralyticus & male torquetur.* Famulus hic erat, iam totus inutilis erat eo quod lecto affixus erat paralysi, & tamen dominus suus non è domo eiecit, sed potius domi illi erat, cum vnice charum habebat: ac magna cum diligentia salutem eius procurabat. Et cum hoc morbi genus ita periculosum ac molestum esset, vt non temere cederet arti curæque medicorum: adijt Centurio verum medicum vt morbo insanabili mederetur. Hinc discant imprimis domini famulos suos diligere, discant eorum curam gerere, salutem tam animi quàm corporis eorum cum magna

solicitudine curare: discant non eos statim quod morbo aliquo laborant è domo eijcere: quod tunc illis non possint esse vsui. Meminerint emptos fuisse huiusmodi famulos sanguine Christi. Caueant domini, ne illis contingat, quod viro illi amalecitæ, qui interfectus est à Dauide ob famulum quendam suum quem dereliquerat eo quod ægrotare incipe-
1.reg.30 ret. Vt in. 1. libro regum refertur.

¶ Deinde discant famuli fidi & vtiles esse dominis suis, vt ab eis & diligantur, & in pretio habeantur. Et nec in tempore necessitatis derelinquātur. Audiant tam hi quam illi paulū
Eph.6. dicentem: in epistol. ad Ephes. Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri: & vos domini eadem facite illis, remittētes minas: sciētes quia & illorū & vester dn̄s est in cœlis, & personarum acceptio non est ad eum.

¶ *Domine puer meus iacet in domo paralyticus.* Nihil expressè petit: sed omnem rem tacitè Deo committit.
Gen. 15. Sic Abraham Genesis. 15. ait. Ego vadam absque liberis. Et filius procuratoris domus meæ Iste Damascus Eliezer. Mihi autem non dedisti semen: & ecce vernaculus meus hæres meus erit. Qui locus duplicem habet sensum. Primo quasi dicat, procuratori meo dedisti, quod mihi denegasti, filiū scilicet. Secūdo quasi dicat. Quia proprio filio careo, cogor filium serui hunc adoptare. In hoc autem non accusat dominum: sed tacitè illum admonet promissionis factæ. Deinde dolorem suum ei apperit qui adiuuare potest: nihil tamen expressè petit: sed omnem rem vt centurio iste, tacitè etiam Deo committit. Quibus exemplis admonemur omnes nos: Deo necessitates nostras proponere, & remedia suæ bonitati relinquere. Hac modestia vsus est Ioseph Genes. 47. vbi dicit Pharaoni: pater meus & fratres mei venerunt de terra Chanaam. Exemplum hic habemus modestiæ: simpliciter rem proponit: nihil expressè pro suis petit: non iactat beneficia sua, in regem & populum: non recenset quod magna meruerit: sed merita sua, regi æstimanda relinquit. Hæc modestia nobis necessaria est, quoties cum Deo agere volumus, ne nos iactemus, ne propria merita æstimemꝰ, sed Deo æstimanda permittamus. Vnde & Christus docet. Cum feceritis omnia, dicite, serui inutiles sumus. Et Paulus. Non me ipsum iudico, nec iudicium humanū moror: qui enim iudicat me, dominus est. Veram humilitatem & modestiam ostendebat publicanus ille, qui nec oculus leuare audebat in cœlum, & Chananæa illa, quæ se canem agnoscens nihil aliud petebat quàm micas. Et mulier illa quæ tantum cupiebat fimbriam Christi attingere. Et centurio domine non sum dignus &c. Et latro ille, qui nihil ausus est petere à Christo: sed tantum dixit: memento mei domine. &c.

Necessitates nostras Deo proponamus: & remedia suæ voluntati relinquamus Gen. 47.

Luc. 17. 1. cor. 4. Luc. 18. Inf. 15.c. Infra.c.9. Luc. 23.

¶ *Ego veniam & curabo eum.* Iesus delectatus centurionis fide, qui non dubitaret ipsum & absenti verbo mederi posse, quo magis redderet omnibus perspicuam insignem viri fiduciam cum summa mentis humilitate cōiunctam, respondit. ego veniam & curabo eum. Deinde nota, quod regulo cuius filius vnice charus periculose ægrotabat non ait dominus ego veniam & curabo eū,

Sed potius eum reprehendés, inquit,
Io 4. nisi signa & prodigia videritis nō cre
ditis: at centurioni non pro filio, sed
pro famulo roganti ait, ego veniam
& sanabo eum. Regulus ait descēde:
cui Christus, vade. Cēturio verò nō
venias sed tantum iube, & Christus
ego veniam. Sic enim dominus mag-
natum superbientium arrogantiam
coercet, seueritatem, & authoritatem
suam exercens, & pauperum humiliū
que animum excitat ad confidētiam:
sese affabilem, & benignum erga illos
ostēdens. Sic inquam superbis resistit,
1.pe. 5 b. humilibus autem dat gratiam. ¶ Præ
terea animaduerte: quam longè cen-
turionis fides, sacerdotum ac iudæorū
fidem superauit. Primores enim iu-
dæorum quos centurio subornauit,
rogabant dominum vt adiret ædes
ipsius: at centurio audiēs quod Chri
stus veniebat, quasi corrigens & emē
dans sacerdotum imperfectam fidem,
ait: domine non sum dignus vt intres
sub tectum meum, sed tantum dic ver
bo & sanabitur puer meus. Sciebat
enim fidelis iste, verbi Christi infini-
tam vim & virtutem: sciebat nihil o-
pus esse corporis sui præsentia. Ex se
metipso coniecturam faciebat quan-
ta potentia inesset verbo Christi, &
ideo corrigere, non autem imitari vo
luit iudæorum, ac primorum illorū
fidem. Vt hinc discamus, maiorum
nostrorum ac prælatorum defectus
non sequendos, sed vincendos, non
imitandos sed resistendos. Hinc fuit
Gal. 2. c. quod diuus Paulus restitit Petro in
faciem, quia repræhensibilis erat.

¶ Noluit enim homo iste imitari
imperfectam fidem sacerdotum: quo
rum erat, credere immensam Dei vir
tutem & verbi sui efficaciam. Hoc sa
nè erat quod olim Deus de sacerdo-
tibus suis conquærebatur apud Hie-
remiam his verbis: si stetissent in cō-
silio meo, & nota fecissent verba Hier. 23.
mea populo, auertissem vtique eos
à via sua mala, & à cogitationibus
suis pessimis. Putas ne Deus è vi-
cino ego sum, & non Deus de lon
gè, si occultabitur vir in abscon-
ditis, & ego non videbo eum di-
cit dominus: nunquid non cœlum
& terram ego impleo? Hoc non in-
telligentes sacerdotes isti rogabant
Christum vt adiret domum centu-
rionis, hoc satis credens fidelis cen-
turio se indignum, cuius Christus
tectum subiret, iudicabat: sed tan-
tum verbo iubere satis esse persuas-
sus erat. Imperfectiones ergo su-
periorum nostrorum non sequa-
mur, sed semper quod verùm, san-
ctum, pium ac iustum est tenea-
mus.

¶ Memineris similiter non adijs-
se Christum centurionem, sed suo
nomine, suis præcibus, subornatos
sacerdotum primores, accessisse ad
Christum: cumque rogasse vt cu-
raret famulum eius vt diuus Lucas Luc. 7.
refert. Vt hinc colligamus quàm piū,
quàm sanctum, quàm vtile sit adire
presbyteros ecclesiæ vt pro nobis
Deum præcentur. Hoc enim est
quod suadet. D. Iaco. in episto. sua Iacob. 5.
canonica cap. 5. infirmatur, inquit,
quis in vobis, inducat presbyteros
ecclesiæ, & orent super eum. Non
inquit D. Iacobus, inducat presbyte-
ros sanctitate præstantes, aut maiori
virtute præditos: sed quid ait? Indu-
cat presbyteros. presbyterorū. n. qui
cūq; illi sint, munꝰ est, pro populo prę
cari. quorū precatio magni momenti

est apud Deum si debitè ab illis fiat. Quod planè significare volens Ioel prophęta sic ait: inter vestibulum & altare plorabant sacerdotes, parce domine parce populo tuo, & statim subiungit istarum precum efficacissimum effectum dicens: zelatus est dominus super terram suam: pepercit populo suo. Et respondit dominus & dixit populo suo: ecce ego mittam vobis frumentum, & vinum & oleum & replebimini eis, & non dabo vobis vltra opprobium in gentibus. Ac si diceret: respexi preces, & lachrymas primorum domus meę, & idcirco nō vapulabitis pro meritis, sed potius vos multis opib9 ac diuitijs replebo. ô ecclesiæ catholicæ primores, si à vobis totius populi salus pédet, cur pri9 à vestris maculis & sceleribus nō emūdamini vt dignius possitis onera populi ferre? Sed quisquis ille sit, tu qui illum rogas, vt preces pro te fundat, non perdes mercedem tuam. Maximè si aliàs sanctis actionibus incumbis exemplo Centurionis qui nō solum per sacerdotes dominum interpellat, sed diligebat populum fidelem atque synagogam ei ædificauit. Vnde illi venientes ad Iesum suspicantes futurū vt ægrè impetraretur tantum beneficium & seruo, & ethnico, & cēturioni, multa cum solicitudine rogant eū dicētes: dignus est vt hoc illi præstes, diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Vt hinc discamus non fidere solum in presbyterorum aut sanctoruum præcibus, sed oporteret vt nos ipsos disponamus vt Dei vocationi non resistamus. Sancti enim Deum solicite precātur dominum vt nos ad se trahat, vt nos à malis omnibus eruat: sed non vi trahendi sumus, sed liberè: quare exaudiemur, atq; à peccatis liberabimur, si consensum præbeamus. Quare sanctis incassum præcantibus potest dominus respondere: vocaui & renuerunt, extendi manum meam & non erat qui aspiceret. Imitemur ergo cēturionem, qui non solum per alios dominū interpellat sed perseipsum, proximos diligendo & studiosis operibus incūbendo. Cætera vide apud Lucam in commen. nostris.

Ioe. 2. d.

¶ *Ipse infirmitates nostras accepit & ægrotationes nostras portauit.* Pro eo quod ait Esaias: languores nostros ipse tulit: ait D. Petrus in epist. 1. peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Vbi vides peccata esse animi languores & infirmitates, quas Christus pro nobis tulit. Infirmus est in cruce: & defuerunt infirmorum solatia: pro domo habet caluariæ montem, pro lecto duram crucem, pro ceruicali coronam spineam, pro dapibus fel & acetum: pro musica blasphemias: sitiuit in cruce, & non erat qui vrceum aquæ porrigeret. Si virgo mater eum oculis contingeret, illa eum viuis lachrymis satiaret quibus illum suum dolorem instillaret. Cogita igitur christiane Christum Deum tuū languores tuos ferentem, doloresque tuos portantem: caput habet inclinatum ad te osculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extēsa ad amplexandum, manus perforatas ad largiendum, & totum deniq; corpus expositum ad te liberandum: vt sic eū figas in corde qui pro te fixus est in cruce.

1. pe. 1. Peccata lāguores sunt animæ.

¶ *Magister sequar te quocunque ieris.* Admonemur hic non esse omnium, ministerio se diuino ingerere, sed qui ab eo vocatur & eligitur: veluti Aarō. vt Apostol9 ad Hebræos admonuit

Non est omniū diuino ministerio se ingerere sed quis deo vocatur. Paulus.

Num. 17. nuit:& vt num. 17. Ostenditur mira culo virgæ. Si enim principes qui sę pius ignorāt quos ad ministeriū vocant, ministros pro sua voluntate deligunt, nō curantes an alij sint eis habiliores aut prudētiores, pro solo beneplacito voluntatis suæ: cur hoc nō licebit Deo, qui optimè scrutatur & nouit, quos ad suum ministerium elegit? In hoc loco legis quendam (prōpto animo vt videtur) Christum sequi voluisse, domine (inquit) sequar te quocunque ieris: nunquam tamen ad Christi consortium admissus est, semel-pulsam passus, alios verò ad ei9 (Vi. in cathena aurea) ministerium vocatos, nihil minus cogitantes.

Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.

(Impij vocātur mortui.) Animaduerte impios appellare mortuos. Qui .n. fieri potest vt viuant ab ipsa vita alienati? Christus de se ipso. Ego (inquit) sum via, veritas, & vita. Cum autem peccatores sint separati à Christo qui est vita: nō viui sed mortui meritò appellantur. Qua propter 1. Ti. 5. a. dicebat Paul. epist. 1. ad Timothæū. Vidua quæ in delitijs est, viuens mortua est. Miraremur absque dubio, si videremus loqui & ambulare cadauer hominis quem sciremus mortuum esse. & non miramur quotidie videntes homines flagitiosos, mortiferis sceleribus coinquinatos, nobiscū loquentes & ambulātes: cum eos Christus mortuos appellet. Quid aliud est impius peccator, quā cadauer & phātasma? Vt anima vita est corporis, sic gratia vita est animæ: vnde anima absque gratia dicitur mortua: mortua autem anima, ipse homo manet cadauer, in sepulchro peccatorū iacens.

¶ *Ita vt nauicula operiretur fluctibus.*

(Figura. Ecclesia in has nauicula obumbrata est.) Ecclesia catholica obumbrata est in hac nauicula: quæ & si operiatur fluctibus nūquam tamen submergetur, quoniam est in ea Christus qui eam gubernat. Hæc ist vera Hyerosolima, quā impius Sennacheribus rex Asyriorum vincere non potuit, expugnatis vrbibus alijs Iudæ: quoniam regnat in ea verus ille rex Ezechias: quāuis enim ecclesia catholica oppugnata sit à diabolo, expugnari tamen nullatenus potest, quoniam regnat in ea sanctissimus rex noster Christus, qui etsi paulisper dormire videatur, eam tamen non deserit. Ego (inquit ille) vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. Insurgāt hostes. 1. mūdus, diabolus & caro, qui ecclesiam cōturbare nitantur: insurgant hæretici, qui eam pro sua virili euertere conētur, quoniam suo desiderio frustrabūtur: stabit enim ecclesia firma & constās, quam Paulus apostolus domum Dei appellat, columnam & firmamētum veritatis, inexpugnabilisque permanebit, ob inuiolabilem dogmatū certitudinem, & præsidem eius spiritum sanctum, cuius nomine gubernatur: hæc est arca illa Noe, quæ aquis diluuij opperiri non potuit, imo quāto aquæ magis crescebant, tanto magis eleuabatur & cœlo appropinquabat: & quemadmodū soli illi qui erāt in arca salui fuerunt, sic victis omnibus soli illi qui fuerint Hyerosolimæ cum vero Ezechiā, victoriam consequentur. Hæc est illa ciuitas aduersus quam ait Christus fore, vt infernorū portæ, hoc est, hæreticorū impia dogmata & errores, nunquā præualeant hæc denique est nauis illa, quæ dormiente Iona sopore graui in mari periclitabatur: & tamen in mare proiecto, à tempestate illa magna liberata est. Proiectus est Christus dominus in mare mortis, & meritis eius eccle-

Marginalia (right): 4. reg. 18. 2. para. 32. Esa. 36. — Mat. 28. — 1. Tim. 3. — Gene 7. Figura. — Mat. 16. Figura Ionæ. 1.

sia à periculis & mūdi calamitatibus semper liberabitur: exclamantibus suis & dicētibus: exurge, quare obdormis domine: exurge ne repellas in finem: quemadmodum olim nautæ faciebant ad Deum, vt scripta testantur Ionæ 1.

Psa. 43. d
Ionæ. 1.

¶ Discurre per antiqua tempora, & videbis quàm certum sit nauim ecclesiæ in alto hæresum, seditionum, discordiarumque procellis fluctuantem, fuisse iactatam quidem ac penè opertam fluctibus: sed nō fuisse tamē in tanta etiam tempestate demersam. Ingemuit totus orbis (inquit Hieronymus) & Arianum se esse miratus est: periclitabatur nauicula apostolorum: vrgebant venti, fluctibus latera tundebantur, nihil iā supererat spei: dominus excitatur, imperat tempestati, bestia moritur, tranquillitas rediit, manifestius dicam, omnes episcopi qui de sedibus fuerant exterminati, ad ecclesias redeūt: tunc triumphatorem suum Athanasium AEgyptus excepit. tunc Hilarium de prælio reuertentem galliarum ecclesia complexa est: tunc ad reditum Eusebij, lugubres vestes italia mutauit. Hæc Hieronymus.

D.Hiero. aduersū luciferianos.

¶ *Ita vt nauicula operietur &c.* Ecclesia dicitur nauis (inquit Turrecremata) triplici ratione. Primo quia virtutum mercibus & meritorum thesauris amplissimis atque pretiosissimis onusta est, quibus filij sui mercari possunt regnum cœlorū. Ipsa sola quippe est per quam sacrificium dominus accipiet libēter. Sola est, quæ pro peccatoribus intercedat fiducialiter, vt dicit B. Grego. Præterea in ea sola sunt veræ virtutes, quibus adipiscitur fœlicitas vitæ æternæ. iuxta cap. omnes §. ex his. 28. q. 1. Propter hanc rationem de ecclesia dicitur. Facta est quasi nauis institoris. Secundo ecclesia rectè nauis appellatur: quia vehiculum est quo per mare huius seculi quantūcunque crebris ventorum flatibus, & aquarum fluctibus, idest, tentationum plagis, & verberibus fatigetur, fideles in ea contenti, ad portum securæ beatitudinis perducūtur. Cuius rationem assignans B. Ambrosius Tractans illud prouer. 30. Tria sunt mihi difficilia, &c. ita in quodam sermone dicit. Nauim ecclesiam debemus accipere in solum mundi huius constitutam, quæ & si vndarum fluctibus aut procellis sæpe vexetur: tamē nunquam potest substinere naufragium, quia in arbore eius. s. in cruce Christus erigitur, in puppi pater residet gubernator, proram paracletus seruat spiritus: hanc per angusta huius mundi freta duodecim remiges ducunt, idest, duodecim apostoli, & similis numerus propharū. Item idē Ambr. Non turbatur nauis quæ Petrum habet: turbatur illa quæ Iudam habet. Tertio ecclesia rectè nauis nominatur, quia sicut extra nauim siue arcam Noe regnante diluuio nullus saluatus est: ita nullus extra ecclesiam omnino saluatur, vt extra de summa trini. & fide catholi. c. 1. item Hiero. dicit. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio. Et B. Greg. in mora. Et habetur in. c. quia, ea. cau. & quæstio. Ecclesia sola est quæ intra se positos valida charitatis compage custodit. Vnde aqua diluuij arcam quidem ad sublimiora substulit, omnes autem quos extra arcam inuenit, extinxit. Et Beat. Augustinus dicit sic. Nauicula. i. Christi ecclesia in medio maris videlicet in mundo, diu iactata est fluctibus: sed vexata, non dissolu-

Turrecremata li. 1. Summæ de ecclesia c. 33. Ecclesia quare naui comparetur.
Gregor.
c. oēs. 28. quæst. 1.
Pro. 31. a
Ambros.
Prouc. 30
D. Ambr
De summa trinit. & fide catholi. c. 1.
Hieron.
Grego. in moral.
c. quia. ea. cau. &. q.
August.

soluta aut submersa: quia ille impera uit ventis & mari, qui eidem ecclesiæse promisit vsque in finem seculi affuturum. Quicunque ergo de huius maris fluctibus saluari desiderat, & in profundum abysi æternam videlicet perditionem demergi pauescit, teneat integrè & inuiolabiliter fidei firmitatem.

¶ *Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus.* Sæpe tribulatiões (vt Dauid ait) inueniũt nos nimis, eo quod nimis peccamus: tribulatio enim siue malum, est quædam priuatio boni. Priuat ergo Deus aliquando homines bonis, eo quod illis abutantur. Quemadmodum enim solet prudens dominus, ensem à suo seruo auferre si illo vtatur ad dominũ offendendum: & quẽadmodum prouidus pater pecunias à filio tollere solet, eò quod cũ illis luxuriosè viuat: Sic Deus à nobis hæc mundi bona eripere solet, eoquòd illis perperam & nimis licenter vtamur. Eam ob causam ab Adam vitam abstulit. Constituisti terminos eius (inquit Iob) qui præteriri non poterunt, atque è paradiso eiecit. Nunc (inquit) ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat & viuat in æternum: Emisit eum dominus de paradyso voluptatis. Ob eandem causam temporibus Noe homines de medio tulit: omnis enim caro corruperat viam suam: regnum denique & à Saule, & à rege Babylonis, & à iudæis abstulit. Auferetur (inquit Christus) à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. In summa, omnia temporalia bona, diuitias, honores, dignitates, cæteraque id genus, à nobis dominus auferre: & sitim, pestem, famẽ, & abiectionem immittere solet, eò quod nos, gulæ, luxuriæ, alijsque mundi illicebris & voluptatibus simus dediti. Hinc est quod dominus per prophetã dicit. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ: superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius & filiarum eius, & manum egeno non porrigebant, & abstuli eas sicut vidisti.

[Margin: Psa. 45. Tribulationes sæpe inueniunt nos nimis, eo qđ nimis peccamus. Similitudo. Similitudo. Iob. 14. a. Gen. 3. d Gen. 6. b. ... Ias. 21. d. Ezec. 16.]

Et ecce motus magnus factus est in mari ita vt nauicula &c. Turbatur etiam nauis procellis, quia sæpe Deus electos suos in eorum commodum tribulationibus multis premit: iustus enim in igne tribulationis examinatur, vt psalmista docet psal. 16. Igne inquit, me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Nam quæmadmodum ignis, illuminat & mollit, roborat & destruit, probat aurum, purgat & desiccat: sic tribulatio idem omnino efficit. Primo illuminat hominis mentem. Threno. 3. Ego vir videns paupertatem meam, in virga indignationis eius. Et Gregor. Oculos quos culpa claudit pœna aperit. In li. Thobiæ capit. 11. enarrat scriptura quòd Thobias felle super oculos posito visum recuperauit. Sic homo felle tribulationis intelligentiam faciendorum recipere solet. ¶ Deinde tribulatio emollit vt ignis ceram, vel omnino liquefacit animum, quemadmodum ignis dura metalla. Hinc est quod Iob ait, cap. 23. Deus mollibit cor meũ. Cera igne modico mollitur, & veterem imaginem deponit & nouam recipit: sic corda non indurata, modica tribulatione liquefiunt. ¶ Præterea sicut ignis laterem indurat & roborat, quem tamen comburere videtur: sic tribulatio dat vires animis nostris, vt leonibus, hoc est, dæmonibus, hereticis, detractatoribus & per

[Margin: Sæpe de9 electos suos in eorũ cõmodũ multis premit tribulationib9 Psa. 16. a Tribulatio illuminat. Thre. 3. Gregor. Tob. 11. Figura. Tribulatio emollit cor. Iob. 23. Similitu Tribulatio dat vires animæ]

& persecutoribus, resistere patienter possimus. Tribulatio (inquit Paul9) patientiam operatur. Rom. 5. ¶ Deinde quẽ admodum ignis vincula destruere, & ad nihilum redigere suo calore solet: sic tribulatio, amoris vincula, quibus mundo astricti & ligati sumus. In cuius figura scribitur Danie. cap. 3. tres pueros qui ligati pedibus ac manib9, in fornacem sunt missi, tandem inuẽtos fuisse saluos. Danie. 3. ¶ Quod si ignis argentum probat, etiam tribulatio iustos. Hoc est quod ecclesiasticus probè docet. c. 27. vasa, inquit, figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Et Iob. 23. Probauit me, quasi aurum quod per ignem transijt. Et Paul. ad rom. 5. Patientia probationẽ operatur. Nemo (inquit Gregorius) vires suas in pace cognoscit. Si bella desunt, virtutum experimenta non prodeunt. Et Gen. 27. ait Isaac filio suo Iacob. Accede fili mi vt tangam te, & probem vtrũ sis filius meus, an non. Sic Deus, tribulationibus tangit ac probat filios, vtrum veri sint an adulterini.

tribulatio probat iustos. Ecclesiastici. c. 27. Iob. 23. Rom. 5. Grego. Gené. 27. Figura.

¶ Sexto, ignis purgat & emundat. Sic tribulatio, vnde Christus ait Ioa. 16. Omnem palmitem qui fert fructum, purgabit eũ vt fructum plus afferat: & Malac. 3. Sedebit conflans & emundans argentũ, & purgabit filios Leui. Et D. Grego. Quod flagellũ grano, quod lima ferro, quod fornax auro, hoc tribulatio viro iusto. Sed de quibusdam potest dici meritò, id quod Hierem. ait c. 6. Frustra conflauit conflator, malitiæ enim eorum non sunt consumptæ: argentum reprobum vocate eos, quia Deus proiecit eos, maledictum profectò est ferrum quod ex lima contrahit rubiginem. Non aurum sed paleã se ostendit, qui in igne tribulationis non purgatur, sed per impatientiã cre matur, vt Mathæus nr̃ ait cap. 3. Paleas comburet igni inextinguibili.

Tribulatio purgat & emundat animã. Io. 16. Malac. 3. Grego. Hiere. 6. Supr. 3. c.

¶ Tãdẽ tribulatio admodũ ignis exsiccat ab aquis delitiarũ atq; sic animos hominũ cõseruat: est. n. vt myrrha à putrefactione custodiens. Hæc Paulũ custodiuit ne superbiret. 2. corin. 12. Adam in delitijs quasi in aqua dulci cõputruit: in tribulatione verò quasi in aqua salsa seruatur homo à putrefactione.

Tribulatio desiccat & à putrefactione preseruat animã. 2. cor. 12.

¶ *Ipse verò dormiebat.* Dormit Christus cum nos tribulationum fluctib9 agi sinit, excitatur verò cum ab illis omnino nos liberat. Lege psal mistam Ps. 43. Exurge, inquit, quare obdormis domine: exurge ne repellas in finem: quare faciem tuam auertis: obliuisceris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ, quoniam humiliata est in puluere anima nostra: conglutinatus est in terra venter noster, exurge domine, adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum. Quibus verbis prẽcatur, vt virtutem suam Deus tandẽ exerat, suosque à tribulationibus atque ab iniurijs impiorum eripiat. Itẽ psal. 77. Postquàm afflictiones populi commemorauerat addit. Et excitatus est tanquam dormiens dominus &c. Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis.

Quando Christus dormit & quãdo excitatur. Psa. 43. Psa. 77.

¶ *Ipse verò dormiebat.* Dum dormit Christus turbatur nauis: sic etiam dũ prælatus in aurẽ dormit vtrãuis, eius respublica periclitatur. Dormiente Iona magna tempestas oritur: sic dormiente præsule, nauem sibi commissam fluctuare necesse est. Pastores (inquit Ambro.) vigilant, quos bonus pastor informat, Idem Pau. ait. Tu verò vigila.

Dormiẽte prælato eius respublica periclitatur. Ionæ. 1. 1. Tim. 4.

¶ Excita

¶ *Excitauerunt eum dicentes, Domine salua nos, &c.* Sicut regulus, rogando Christum vt descenderet & sanaret filium, infirmam fidem ostendit: eo quod crederet non posse Christum absentem filium sanare, neque esse verum Deum qui vbique est præsens: Sic Apostoli excitando modo Christum, infirmæ fidei signum maximũ dederunt: existimantes eum dormiendo à tanto periculo liberare non posse illos: quasi verò aliquando Dominus dormiat, vt suos à fluctibus & periculis huius seculi liberet. Ecce (inquit psalmista) Non dormitabit, neque dormiet: qui custodit Israel, & rursum ait. Ego dormio, & cor meũ vigilat.

Infirmitas fidei apostolorũ ostenditur.

Psal. 120.a

Can. 5.a.

¶ *Domine salua nos, perimus.* Hinc colliges, quod ecclesia catholica, non sua intrinseca virtute, sed Dei virtute & gratia conseruatur: Nam sicut propheta ait. Psal. 126. Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Ita etiam subiungit. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. In quem locum inquit glosa. Psalmus iste docet: quod ædificatio & custodia Ecclesiæ non nisi à Deo est. Hanc autem conseruationem in fide & charitate, precibus assiduis Ecclesia obtinet: quotidie enim clamat. Domine salua nos, perimus. Virtute enim diuina & non humana, prę ualet aduersus inferorũ portas. Sicut enim Iacob promissum est, quod aduersus hoĩes præualeret: ita de Ecclesia ait Christus. Portæ inferi nõ præualebũt aduersus eam. ædificata enim est super Petram Christum in quem credit: & ideo portæ inferi non præualebunt aduersus eam. i. non poterunt illam à charitate & fide dimouere. Tota ergo virtus & fortitudo ecclesiæ, totaq; eius firmitas & stabilitas, a Christo cui fide & charitate adhæret, & non ab aliqua alia virtute dimanat.

Ecclesia à Deo solo conseruatur in fide & charitate quá cõseruationem orationibus impetrat.

Psa. 126.

Glo.

Gene. c. 32.

Infra. cap. 16.

¶ *Domine salua nos perimus.* Nunquã in maiori periculo Ecclesia catholica constituitur, quàm cũ caput eius suis moribus deprauatis, cæteris scandalũ prębet. Quo tempore remedium saluberrimum est: deuotas preces orationesq; assiduas Deo fundere. Si enim Dominus pollicetur apud nostrum Matth. 18. quod si duo consenserint super terram, de omni re quãcunq; petierint, fiet eis à patre qui in cœlis est: Quanto magis quando tota ecclesia vniuersalis clamauerit: Domine salua nos, perimus. sed de hoc alias.

Tũc ecclesia in maximo periculo ponitur, quando capùt eius scandalum præbet alijs.

Infra. 18.

¶ *Domine salua nos perimus.* Suo exemplo docent nos Apostoli, in angustijs & necessitatibus nostris lachrimas precesq; fundere, atque manus ad cœlũ leuare. Cũ ergo instẽt quotidie necessitates, atque vndiq; singulis diebus vrgeant angustiæ: orare semper necesse est. Tria solent hominibus præbere occasionẽ clamandi, vocéq; ad cœlum vsque tollendi: ignis, aqua & hostes. Hæc tria (inquit. D. Bernardus) quasi singulis diebus incitare debent nos, vt ad Deum in oratione clamemus: vix enim est dies in quo domus conscientiæ nostræ igni infernali, hoc est, praua concupiscentia, non succendatur. Quare necesse est vt clamemus, aquamq; diuinæ gratiæ qua extinguatur, à Deo petamus. Vix etiam est dies, in quo homo non sentiat prauarum cogitationum fluctus super cor suum imminere: ita vt vociferare oporteat. Domine salua nos, perimus. Deniq; vix est dies, in quo

Necesse est etiã vt semper angustiæ vrgeant vndique.

D. Bern.

quo homo non videat inimicos suos ad portas domus suæ: vt cum verba pernitiosa profert, cum sinistro oculo
Figura. Gen. 8 mulierem aspicit. Oportet ergo semper orare: est enim oratio columba quædam, quæ oliuæ ramum, hoc est, pacem & tranquillitatem affert, serenumq; cœlum semper nobis ostendit.

Spes commendatur Esaie. 30. ¶ *Domine salua nos perimus.* Docent etiam nos Apostoli spem nostram in Deum collocare. Quis (inquit Propheta) ambulauit in tenebris, & non est lumen ei? speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum. Speremus igitur in Domino, nam spes liberat hominem: vel tribulationem amouendo: vt videre est in Apostolis in hoc loco: & in Susanna, quæ
Daniel. 3. flens suspexit ad cœlum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. Et Psalmista ait. In te sperauerunt
Psal. 21. patres nostri: sperauerunt & saluasti eos. Vel liberat, patientiam hominibus dando. Qui liberationis modus, est multo melior, multoq; præstantior primo. Vnde Gregorius ait. Melius liberat cum patientiam dat. Et alibi ait. Ille benè nouit in exterioribus miserijs subsistere qui scit de spe interna semper gaudere. Propter spē
Grego. Idem. In mora. Act. 28. Israel (Inquit Paulus) catena hac circūdatus sum. Sic mater illa supra modū mirabilis, & bonorum memoria digna: conspiciens septem filios sub vnius diei tempore pereuntes: bono
2. mach. c. 7. animo ferebat, propter spem quam in Deum habebat: vt sacra narrat historia. 2. Macha. c. 7.

¶ *Quid timidi estis?* his verbis, planè docet Christus quod nullo modo metuere Christianus debet, aut solicitus esse, quandocunq; in aliquo periculo constitutus sit, aut opem diuinam desperare: sed confidere potius, tanquam præsente Domino, & rebus ipsius omnibus consulente, & ipsum ad omnia confirmante, ipsoq; adeo spiritu sancto omnia docente, vel idipsum etiam quod aduersarijs respondeat. Quæ omnia multis sacræ scripturæ adiunctis testimonijs. D. Basilius ostendit. Nolite (inquit Dominus) timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Non ne duo passerculi asse veneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autem etiam capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passerculis meliores estis vos. Cū autem inducent vos in synagogas, & ad magistratus, & potestates: nolite soliciti esse. quomodo, aut quid respondeatis, aut quid dicatis, spiritus enim sanctus, docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere. Et facta est procella magna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis. Et erat ipse in puppi, super ceruical dormiens, & excitant eum, & dicunt illi: Magister, non ad te pertinet quod perimus? Et exurgens, comminatus est vēto, & dixit mari: tace, obmutesce, & cessauit ventus, & facta est tranquillitas magna. Et ait illis: Quid timidi estis sic? Quomodo non habetis fidem. Esurgens autem princeps sacerdotum, & omnes qui cum illo erant, quæ est hæresis Sadducęorum: repleti sunt zelo, & iniecerunt manus in Apostolos, & posuerunt eos in custodia publica. Angelus autem Domini, per noctē aperiens ianuas carceris, & educens eos, dixit: Ite & stantes loquimini in templo plebi omnia

Non debet Christianus in periculo cōstitutus metuere sed confidere & opem diuinam sperare.
D. Basili. Tome. 2. Regula 63. Inf. 10. c.
Luc. 12. b
Mar. 4. d
Acto. 5.

omnia verba vitæ huius. Qui cum audiuissent, intrauerunt diluculo in templum, & docebant. Nō enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra, quæ facta est nobis in Asia. Quibus verbis illa paulò post adiungit. Qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit: in quem speramus, quod & adhuc eripiet. Hæc Basilius, quibus testimonijs satis constat quod à principio diximus, non esse metuendum, sed in periculis fidendum.

2. Cor. 6.

¶ Paralyticus sanatur.

Cap. IX.

ET ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit & venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei, paralyticum iacentem in lecto. Et videns Iesus fidē illorum. Dixit paralytico. Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerūt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset Iesus cogitationes eorū: dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: dimittuntur tibi peccata tua, an dicere surge & ambula? Ut autē sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittēdi peccata: tunc ait paralytico. Surge, tolle lectū tuum, & vade in domum tuam. Et surrexit, & abijt in domum suam. Videntes autem turbæ: timuerūt, & glorificauerunt deū, qui dedit potestatem talem hominibus. Et cum transiret inde Iesus: vidit hominem sedentem in telonio, Mathæū nomine: & ait illi. Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est, discūbente eo in domo: ecce multi publicani & peccatores venientes, discumbebant cum Iesu & discipulis eius. & videntes pharisæi, dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? Et Iesus audiens, ait. Nō est opus valentibus medicus, sed male habētibus: euntes autē discite quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium, non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Tūc accesserunt ad eum discipuli Ioannis, dicentes. Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter: discipuli autem tui non ieiunant? & ait illis Iesus, nūquid possunt filij spōsi lugere quandiu cū illis est spōsus? Venient autem dies, cū auferetur ab eis sponsus: & tunc, ie

Mar. 2. b. Luc. 5. f

Osee. 6. c Isa. 12. a. 1. Tim. 1. e Mar. 2. c. Luc. 5. f. g

ieiunabunt

iunabunt. Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus, tollit enim plenitudinem eius a vestimento: & peior scissura fit. Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpuntur vtres & vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt: & ambo cō-
Mar. 5. c Luc. 8. f servantur. Hæc illo loquente ad eos: ecce princeps vnus accessit & adorabat eum, dicens. Domine filia mea modo defuncta est, sed veni impone manum tuam super eam, & viuet. & surgens Iesus, sequebatur eum & discipuli eius. & ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis: accessit retro & tetigit fimbriam vestimenti eius: dicebat enim intra se. Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero. At Iesus conuersus & videns eam, dixit. Confide filia: fides tua saluam te fecit. & salua facta est mulier ex illa hora. & cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines & turbam tumultuātem, dicebat. Recedite, non est enim mortua puella, sed dormit. & deridebāt eum. & cum eiecta esset turba, intrauit & tenuit manum eius & dixit: puella surge, & surrexit puella, & exijt fama hæc in vniuersam terram. & transeū te inde Iesu, secuti sunt eum duo cæci, clamantes & dicentes. Miserere nostri fili Dauid. Cum autem venisset domum, accesserunt ad eum cæci. & dixit eis Iesus. Creditis quia hoc possū facere vobis? Dicunt ei, vtique domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens. Secundum fidem vestram fiat vobis. & aperti sunt oculi eorum, & comminatus est illis Iesus, dicens. Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa. Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem, & eiecto dæmonio, locutus est mutus, & miratæ sunt turbæ, dicentes. Nunquam apparuit sic in
Israel. Pharisæi autem dicebāt. Infr. 12. b Marc. 3. c Luc. 11. b
In principe dæmoniorum eijcit dæmones. & circuibat Iesus omnes ciuitates, & castella, docens in synagogis eorum, & prædicās euangelium regni, & curans omnem languorem & omnem infirmitatem.

mittitem. Videns autem turbas, misertus est eis: quia erant vexati & iacentes, sicut oues nõ habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis: messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.

Capitul. IX.

Ad Literam.

Venit in ciuitatem suam. Idest Capernaum, vt Marc. indicat. suam võcat, quòd ex omnibus hanc sibi peculiariter, quasi delegisse videretur: nolens ergo Iesus dare sanctum canibus, neq; margaritas obijcere porcis, conscensa naui rursus traiecit lacum, & reuersus est Capernaum, vbi id temporis habebat domicilium.

¶ *Hic blasphemat.* Idest detrahit Deo. Hoc est, sibi sumit, quod soli Deo tribuendum est: ipse enim ait, ego sum qui deleo peccata hominũ?

¶ *Et cum vidißet Iesus cogitationes eorum.* Chryso. legit. Cum sciret Iesus: qui enim remittendis peccatis potentiam suam subindicarat scribis, etiam peculiari signo declarat eandẽ, demõstrans sese non latere quid quisq; cogitet.

Ioan. 11. ¶ *Confide fili.* Vide Ioan. c. 11. in illa verba. Vt filios Dei congregaret.

Regula. In sacra enim scriptura, quæ sunt in spe, in re iam esse dicuntur. Sic sanctos vocat Pau. homines qui ad sanctitatem vocãtur, licet sacris nostris mysterijs non sint initiati, & fratres vocat Corinthos, cum grauißimis arguantur peccatis: Sic Christus vocat hic filium qui illo nomine non erat dignus, & Ioan. 11. Vt filios Dei congregaret: inaudita enim mansuetudine filium appellat, hominem vtraq; sui portione calamitosum, tacitè pharisæis, & scribis supercilium & arrogantiam exprobrans. In scriptura sacra, quæ sunt in spe in re iam esse dicuntur. Ioan. 11.

¶ *Vt autem sciatis.* Vide quæ annotauimus cap. præcedenti ad literam illius loci. Amen dico vobis, quia multi venient &c. Filij autem regni eijcientur in tenebras &c. Ex his enim quæ Christus in præsenti faciebat, certa esse alia, quæ dicebat satis ostendebat, vt ex hoc miraculo satis demõstrauit se habere potestatem dimittẽdi peccata.

¶ *Et glorificauerunt Deum.* Vel gloriosè celebrauerunt.

¶ *Sedentem in telonio &c.* Idest vidit sedentem in loco, in quo sedet publicanus exigens tributum.

¶ *Discũbente illo in domo.* Scilicet illius. *Ecce multi peccatores.* Vel flagitiosi, qui publicè infames erant vitijs.

¶ *Euntes autem dicite.* Heb. pro quin potius ite & dicite. Sic c. sequenti. Eũtes autem prædicate dicentes. Pro, ite autem, & prædicate & dicite.

¶ *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.* Iustos vocat Scribas & Phariseos, qui se esse iustos existimãt: de more scripturæ, quæ sæpe loquitur iuxta opinionẽ hominũ. Sic licebit intelligere illud. Non est opus valentibus medico, sed male habentibus. Vide supra c. 5. in illa verba. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis. Regula. Sacra scriptura sæpè loquitur iuxta vulgi opinionem.

V ¶ No

Regula. ¶ *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.* Vel ironicè dictum videtur, de more scripturæ, quæ hac figura sæpè vtitur. Sic intelligitur illud Ezech. cap. 18. secundum interpretationem Heb. Cum auerterit se iustus à iustitia sua & viuet. Et Sapientiæ 12. loquens sapiens de Deo, ait. Cum sis iustus iustè omnia disponis. Ipsum quoque qui non debet puniri condemnans, & exterum extimas à tua virtute, idest absit, vt hoc dicam. & Gene. c. 3. ait dominus. Ecce Adã factus est, quasi vnus ex nobis.

Ezec. 18.

Sap. 12.

Gene. 3.

¶ *Nunquid possunt filii sponsi, &c.* Vel filij thalami nuptialis, idest, qui versantur cum nouo marito, qui intersunt nuptijs. Hebra. Sic Marc. 2. Nunquid possunt filii nuptiarum, quandiu sponsus cum illis est ieiunare.

¶ *Lugere.* Pro ieiunare, vt vides Marc. 2. Nunquid possunt filii nuptiarum quandiu cum illis sponsus est ieiunare? & paulo post, ieiunare vocat lugere. *venient (inquit) dies quando auferetur ab eis sponsus & tunc ieiunabunt*, idest lugebunt.

¶ *Tollit enim plenitudinem eius à vestimento.* idest aufert frustrum panni implexi, quo ille rupturam expleuerat à vestimento, & peior ruptura fit: offensus enim dissimilitudine noui pãni: Postea detrahit, & maior ac peior ruptura fit.

¶ *Diffamauerunt eum.* Vel fama per celebrauerunt eum.

¶ *Confide filia fides tua saluam te fecit.* Fides in scriptura variè sumitur. Interdum siquidem vsurpatur pro credulitate, aut persuasione, qua assentimur, his quæ à Deo, vel per scripturas, vel per ecclesiam reuelata sunt, sine vlla hæsitatione: siue promissiones sint, siue comminationes, siue aliæ quæuis narrationes. Sic ad Heb. 11. liquet accipi fidem, cum dicitur: fide intelligimus aptata esse secula verbo Dei. Item eodem cap. credere oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit &c. Item in priori ad Corint. cap. 13. Nunc manent, fides, spes, charitas. Vbi quum fides distinguatur à spe, aut fiducia necesse est, vt accipiatur pro notitia. Sic in Actis. capit. 8. Credo filium Dei esse Iesum, atque hæc propria significatio vocis esse videtur, qua vsus est Paulus, videlicet pistis, quam Laurentius Valla deducit à pepeisma, idest persuasus sum, vel persuasum habeo. Vnde deam persuadendi, quam Ennius, Suadam, vocat Horatius suadelam, Greci appellant peitho. Et sicut pistis proprie significat credulitatem, seu persuasionem, sic vox opposita apistia impersuasibilitatem significat. ¶ Verum quoniam ijs quibus fidem adhibemus, vel quæ certò nobis persuademus vera esse, si modo bona sint, vel vtilia, veluti si sint promissiones: affectum & cor accommodare solemus, & eorum spem & fiduciam in nobis concipere, translatum est vocabulum fidei ad significandam fiduciam erga promittẽtes. In hac significatione sæpe obuiũ est in sacris literis. Sanè in hoc loco Math. sic accipitur. vbi iubet Christus mulieri isti cõfidere. Cõfide (inquit) filia, tua fides te saluã fecit. Tertio accipitur fidei vocabulũ vt hæc omnia complectatur: nẽpè assensum illum firmum mentis; quo quis certò persuadeat sibi, verissima esse quæ sacræ literæ docent; & fiduciam ex Dei omnipotentis bonitate, quam scripturæ reuelant, conceptã, non

Fides in scriptura variè sumitur.

Heb. 11.

Ibi.

Cor. 13

Act. 8.

non sine spe, Hoc est, expectatione promissorum. Sic accepisse videtur Paulus fidem. Et ad Rom. c. 4. in epi- Rom. 4. Heb. 11.
sto. ad Heb. c. 11. Explicans enim illis locis fidei naturã ac vim, passim à fiducia ad credulitatem, rursus, á credulitate ad fiduciam dilabitur. Quo facile subindicat Paulus, se nomine fidei, vtrumque complecti. scilicet fiduciam & credulitatem.

¶ *Misertus est eis.* Vox Greca significat ipsa viscera per misericordiam commouit, vel viscera misericordiæ in illos effudit, vel affectu tactus est, si quidẽ Hebræi vehementem ac pium affectum viscera vocant.

¶ *Vt mittat operarios in messem suam.* Vehementior est vox Greca, vt extrudat, vel expellat operarios in messem suam, vt intelligamus, vel celeriter mittendos, ac vel inuitos & extrudendos in opus Dei: id quod alicubi notauit Hieronym. hunc citans locum.

Capitul. IX.

Ad mores.

AScendens Iesus in nauiculam transfretauit. Qui populo suo mare aperuit. & Petro super aquas gradiendi facultatẽ cõtulit, & ipse aliquãdo super maris vndas ambulauit: poterat & modo, absq; nauicula mare transfretare: noluit tamen, vt ecclesiæ suæ prælatis exemplum præberet, ne potestate sibi tradita semper vterentur, sed cũ id necessitas postularet. Hinc est quod Diuus Pau. ait in prima epistola ad Thessalonicenses missa. cap. secundo. Cum possemus vobis oneri esse, vt Christi Apostoli, sed facti sumus tanquam paruuli in medio vestri, tanquam si nutrix foueat filios suos. Et primæ ad Corinthio. cap. 5. non vsi sumus hac potestate: habebat enim potestatem coerciuam, & tamen non semper, imo rarò illa vtebatur. Vnde idem Paulus in secunda ad Corin. cap. 13. inquit. Hæc absens scribo, ne veniens durius agam secundum potestatem mihi traditã. Et primæ Corinth. cap. quarto. misit Timothæum, vt commonefaceret, ne in virga veniret ad eos. Quid (inquit) vultis; in virga veniam ad vos, an in charitate? Christus ergo, nec semper potestate sua vtebatur, nec semper humilitate: quandoque potestate, ne ab hominibus despiceretur, quandoque verò humilitate, vt ab illis diligeretur. Imitentur igitur præsules caput suum, sequantur pontificem suum, si tali nomine digni esse desiderant: aliàs indigni erũt vt præsules christiani populi dicantur.

1. Thes. 2.
1. Cor. 5.
2. Co. 13.
1. Cor. 4.

¶ *Ascendens in nauiculam &c. Venit in ciuitatem suam.* Quo facto nos docere voluit, nauiculam ascendere, si in nostram ciuitatem venire cupimus. Si Apostolo (vt par est) credim9, non habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus: illam. s. de qua psalmista ait. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei, sicut lætantium omnium habitatio est in te.

Nauiculã quæ ecclesia est, debemus ascendere, si in ciuitatẽ nostrã cœlestẽ venire cupimus.
Heb. 13.
Psa. 86.

Ad hoc ergo nauim conscendere necesse est. Hæc nauis, vt in superiori cap. annotauimus, ecclesia est, significata in naui & arca Noe. Quem admodum enim extra arcam illam nullus seruatus est: ita etiam extra ecclesiam salus non est.

Gene. 7. Figura.

Prima obiectio notanda cũ solutione.

¶ Quod si forte aliquando animum tuum pulsauit, numerum infidelium centies excedere numerum fidelium, & quæris: vnde ego credam quod minor pars hominum, quæ est ecclesia, viam vitæ inuenerit, & non tanta multitudo infidelium? Dicito tu etiam mihi quot animę, sunt in arca Noe seruatæ? octo. quot millia fuerunt aquis submersæ? innumeræ. Vnde ergo fuit, quod octo duntaxat veritatem salutis inuenerint? Eò, inquis, quod diuinam reuelationem habuerunt. Sic parua ecclesia veritatem cælitus inuenit: non enim caro & sanguis diuina mysteria & arcana ei reuelauit, sed pater cœlestis. Hunc timorem abstulit ab illius corde saluator, cum dixit. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum.

Infr. 16.

Luc. 12.

2. obiectio notãda etiam cum solutione

¶ Sed ais: si ecclesia hæc catholica, tam chara & dilecta Deo est: quid in causa est, vt tot aduersa, tot tam tyrannorum quàm hæreticorum persecutiones patiatur? Nimirum vt Dei virtus & potẽtia ostendatur. Mirabiles elationes maris, sed mirabilior in altis dñs. Deũ immortalem, quot procellas, quot maris fluctus, Noe ille in arca inclusus perpessus est! Quomodo ergo euadere potuit. Quia à Deo omnipotenti gubernabatur. Sic etiam, quia ecclesia catholica à Deo regitur & dirigitur: portæ inferi præualere non possunt aduersus eam, sicut ipsamet testatur. Psalm. 128. Sæpe, inquit, expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.

Psa. 90. 2

Psa. 128.

3. obiectio aduertẽda cum sua respõsione.

¶ Sed dices. Si hæc est ecclesia dilecta, vnde tam innumeri sunt reges & præsules, qui corruptis deprauatisque moribus vitam agant? Nonne legisti aliquando, in illa arca Noe fuisse Leones, Vrsos, cæteraque animalia, non solum munda; sed etiam immunda? legi. Sic quoque in militanti ecclesia contingit: est enim similis sagenæ missæ in mari, ex omni genere piscium congreganti, quousque ad litus perueniat. vbi eligentur boni pisces, mali autem, eijcientur & reprobabuntur. Noli ergo deserere bonos propter malos, ne aquis diluuij absorbearis: nullus est enim inter homines status, nullaque conditio vbi non sint boni & mali, iusti & peccatores. Erunt duo (inquit dominus) in agro: vnus assumetur, & alius relinquetur, &cæt.

Inf. 13.

Lu. 17.

Nota.

¶ Denique, sicut in vno cubito consummabatur arca Noe, ita ecclesia sub vno pontifice: non solũ Christo, sed eius vices gerenti viuit: quod testatus est Christus, cum dixit. Erit vnus pastor. Videre erat arcam, in ima & inferiori parte latam, in superiori verò adeò angustam, vt vno duntaxat cubito perficeretur. Sic etiam aspicis in ecclesia tot homines minoribus ordinibus initiatos, vt eos annumerare non posis, non tamen tot sunt sacerdotes, non tot episcopi, non tot archiepiscopi,

non

non tot primates, non tot patriarchæ. Quid hoc? coangustatur ecclesiæ arca, ita vt tandem in vno cubito, hoc est, in vno supremo pontifice conficiatur, & absoluatur. Vt ergo redeamus vnde digressi sumus: si vis ciuitatem tuam pertingere, ascende nauim: arcam Noe ingredere. Hæc est (vt Petrus in sua prima Canon. capit. tertio ait) baptismatis sacramentum. Ante diluuium arca necessaria nō erat, sed in diluuio tam est necessaria, vt sine illa seruari non possis. Ante peccatum primorum parentum, neque baptismus, neque aliud sacramentum opus erat: sed post crimen illud patratum, in noua lege lauacrum hoc regenerationis pernecessariū omnibus est. Sed si baptismi innocentiam amisimus, quid facto opus erit? Tabulam assume: pœnitentiam scilicet, quæ secunda vocatur tabula post naufragium. Vnde Diuus Ambrosius de pœnitentia distinctione prima, capit. sunt qui arbitrantur: inquit, facilius inueniri qui innocentiam seruauerit, quàm qui plenariam egerit pœnitentiam.

1. Petr. 3.

D. Ambr.

¶ *Ascendens Iesus in nauiculam.* Prælati (inquit Diuus Bernardus) sunt qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis: neque enim certa pontis aqua, seu vadi semita coarctantur, vt liberè possint vsquequaque discurrere & occurrere singulis, sicut oportet, ac dirigere pontis semitam, seu vadi, ordinare gradientes, pericula inuestigare, ac declinare, excitare trepidos, pusillanimes substentare: Denique ascendunt vsque ad cœlos, & descendunt vsque ad inferos, nunc quidem spiritualia tractantes, atque sublimia: nunc infernalia & horribilia facta iudicantes. Sed quæ poterit nauis inueniri, quæ tam immanes substineat fluctus, & in tanto securè posit esse discrimine: vtique fortis, fortis est, vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio, aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem. Necessaria est, omnino necessaria nauis ista prælatis, tribus compacta lateribus, quæ est vtique forma nauis, vt sit nimirum iuxta Pauli doctrinam, charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Puritatem quidem cordis in eo prælatus habeat, vt prodesse desideret, non præesse, &c. Sed cum intentione pura, irrepræhensibilis quoque necessaria est conuersatio: vt forma factus gregis, incipiat facere & docere, &c. Ob hoc qualis est in conuersatione, talis sit necesse est etiam in occulta cogitatione: ne videlicet totis humilis, intus elatus sit in corde suo, præsumens de sapientia, seu sanctitate sua, quæ est sine dubio fides ficta, quando non sicut ostendit humilitas conuersationis, nisi sola Dei pietate confidit, &c. Et illud tu iudica vtrum posit his conuenienter aptari, Trina Petri interrogatio, vt hoc sit dicere: amas me? amas me? amas me? habes charitatem de corde puro, & de conscientia bona, & fide non ficta? Meritò siquidem interrogatur, an charitatem habeat piscator hominum constituendus. Hæc Berna.

D. Ber. in sermo. de tribus ordinibus ecclesiæ.

Psa. 106.

Can. 8. a Nauis dilectio.

Nauis trilaterisch charitas.

1. Tim. 1.

¶ *Offerebant ei paralyticum iacentem in lecto.* Exemplo istorum qui paralyticum

Monemur vt alter alterius onera portemus

ticum & egenum obtulerunt Christo, monemur vt alter alterius onera portemus, vt Diuus Paulus hortatur in epistola ad Galatas capite sexto. Sumus enim (vt idem Paulus ait) alter alterius membra. Quare, quemadmodum pes non sibi tantum ambulat, sed in oculorum vtilitatem vt eos portet: neque oculus sibi tantum videt, sed vt pedes dirigat: ita & nobis nos inuicem res nostras & officia communicare debemus. hæc autem non solum de rebus temporalibus, quæ mutuis officijs communia inter nos facere solemus, intelligenda sunt, sed de bonis etiam spiritualibus. Fortiori siquidem ratione, si temporalia bona communicamus, & spiritualium quoque possumus alios participes efficere: nostris precibus, ieiunijs, eleemosynis, pro peccatis illorum satisfaciendo. Primum, quia inter spiritualia & temporalia, commutatio interuenire potest iuxta verbum Pauli prima ad Corin. 9. Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si carnalia vestra metamus? Secundò, quia si vnusquisque potest temporalia sua alteri erogare: cur non eleemosynas quæ pro illis Deo satisfaciant, elargiri? Nam quanto hæc germanius ex charitate dimanant, tanto potius ea cum proximis communicare possumus. Plana enim atque aperta Pauli sententia est: quam in epistola ad Romanos capit. 15. scribit. Probauerunt (inquit) Macedonia & Achaia, collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui in Hierusalem sunt: placuit enim eis, & debitores sunt eorum. Et sequitur ad rem: nam si spiritualium eorum participes sunt gétes, debent & in carnalibus eorum ministrare. Participes (inquit) spiritualium, non quia eorum doctrina lactabantur, quia absentes erant, sed quia & suis orationibus & suffragijs, mutua se opera adiuuabant.

ad Gal. 6. ad Ro. 12

Quod pro peccatis aliorũ possumus satisfacere, ostẽditur. 1. Cor. 9

Rom. 15.

¶ Nam & si opera nostra sancta, sint munera & dona Dei, nobis auxiliantis, manumque præbentis: tamen quia omnia, siue ex præcepto fiant, siue non, liberè & spontè illa exercemus, neque ad cuncta nos obliget, neque constringat, quæ facere possumus; nihil obstat quominus huiusmodi opera, quæ vel ex præcepto, vel ex consilio fiunt in aliorum subsidium & commodum illi offerre possimus, quæ certum est ipsum rata acceptaque habere. Atque huc Paulus alludere videtur in epistola ad Ephesi. capit. quinto estote (inquit) imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut Christus dilexit vos, & tradidit semetipsum pro vobis. vbi admonere nos voluit, vt sicut Christus caput nostrum pro suo se corpore tradidit: ita vnumquodque membrum se tradat pro alio. Iam in hoc loco vides quantum profuerit paralytico fides & charitas illorum qui illum portauerunt, & obtulerunt Christo, vt autem (inquit Euangelista) vidit fidem illorum: dixit paralytico: confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Alter ergo alterius onera, id est, pœnas pro peccatis debitas portemus: exemplo istorum, qui suis humeris portauerunt istum infirmum.

Respondetur obiectioni hæreticorũ. Vide Sot. 4. d. 19. ar. 4.

Ephe. 5.

¶ Præterea obserua: quod paralyticus,

Peccator à quatuor ad christũ est ferendus si mederi vult.

cus, hoc est, peccator: à quatuor hominibus ferri debet ad Christum: si à paralysi liberari vult. Antecedat necesse est dolor de anteactis criminibus, & firmus animus de futuris peccatis euitandis, atque cauendis: sequatur verò oris simplex & non simulata confessio: & bonorum operũ condigna satisfactio, & tunc à paralysi peccati liberabitur.

¶ *Et ecce offerebant ei paralyticum.* Diuus Lucas capite quinto Narrat, quod turbæ densitas obstabat, quominus inferrent eum ad pedes Iesu. Sic enim ait: & ecce viri portantes in lecto hominem, quærebant eum inferre, & ponere ante eum, & non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba &c. Hinc edocemur turbam multã multis sæpè obstare quominus properent ad salutem. Nullus sane hostis perniciosior properanti ad Deum mundo ipso. nullum obstaculum maius quærenti salutẽ animi quàm turba. Exod. capit. 23. suadet, ac hortatur, præcipitque dominus nobis, vt non sequamur turbã. Non sequeris, inquit, turbam ad faciendum malum. Atque satis esset dicere: non sequeris turbam. Vulgus enim rude & imperitum suis vanis desiderijs est addictum, & ideò non imitandum, aut sequendum est. Neque sua mensura, aut sua lance metiendæ, aut ponderandæ sunt actiones piorum. Olim alio pondere sacra, alio verò profana ponderabantur: non enim vult dominus vt christianæ actiones, quæ res sacræ sunt, mũdi iudicio & lege ponderentur: sed lege Euangelica, quæ certa est, & vera. Si enim condonationem iniuriæ,

Turba multa multis sæpe obstat quo minus properent ad Christũ.

Exod. 23.

mundi contemptum, amorem inimicorum, librare quis velit mundi pondere & iudicio, tota errabit via. Nam Dei pondus & iudicium ait: diligendos esse inimicos: mundi iudiciũ: odio habendos. Dei iudicium ait: relinquendos esse propter Deum parẽtes, cognatos, diuitias, dignitates prophanas, omnesq; voluptates, atq; pro nihilo habenda omnia mundi bona: at mundi iudicium beatum dicit populum cui hæc sunt. Non ergo mundi pondere libremus res nostras. Fallit enim, cum nihil prębeat mundus quod grauibus tributis addictum nõ sit. Mundi namque honores & dignitates, mundi opes ac diuitiæ secum afferunt onera importabilia: cuius rei testes sint qui mundo seruiunt. In libro Geneseos c. 47. Legimus reddidisse Ioseph Aegyptijs possessiones suas ea lege, vt singulis annis quintã partem fructuũ Pharaoni præberẽt. Sic mundus præbens bona hæc caduca atque externa suis, non solũ quintam, sed dimidiam exigit partem reddendam Diabolo. Turba fuit ac multitudo, quæ coegit sacerdotem Aaron, vt conflaret vitulum aureum, vt eum tanquam verum Deũ coleret: si turba in causa est vt vir aliàs sanctus & pius impietatem sequatur, quid mirum vt impios multitudini seruientes ad ingentia scelera pertrahat? Ancilla hostiaria in causa fuit, vt primus ecclesię pastor semel atque iterum Christum negaret, quid mirum vt turba in causa sit, vt homo prophanus multis sceleribus contaminetur? Tu ergo si salutem animi desideras, mundum contemne. Quod si remoratur ingressum ad Christũ, nihil tibi

Ps. 143.

Gene. 47

Figura.

Exod. 32

Infr. 26.

non est tentandum, vt à morbo animi liberaris. Turbam fuge, quæ dicit bonum, malum: & malum bonum. Honorem dicit esse, iniurias vindicare. diuitias immoderatè amare, prudentissimum iudicat: cum tamen verus honor sit ob Christum iniurias condonare, diuitias contemnere, paruiq; facere: beati enim pauperes spiri-
Supra.c.5 tu: beati eritis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint. Sed ais: in mundo sum, de mũdo sum, mundo seruiendum est. Te profectò infelicem: nam si hæc ita sunt longè à te erit salus, nam neque mors Christi, neque preces eius tibi quicquam proderunt: audi quid apud Ioannem
Io.17.b idem ipse dominus dicat. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro ijs, quos dedisti mihi, quia tui sunt. Pro ijs ergo rogat Christus, qui è mũdo subducti sunt: non autem pro mũdo qui malis cupiditatibus excæcat9, malis iniquisq; legibus addictus, pertinaciter reclamat doctrinæ euangelicæ.

Lucas. ¶ *Ascenderunt supra tectum & per tegulas summiserunt eum cum lecto in mediũ, ante Iesum.* ait Lucas.

Quanta sit vis & virtus confidentiæ ostéditur. ¶ iam hic perpende, quanta sit cõfidentiæ virtus, quanta vis, quanta audacia, nihil illi obstare poterit quo minus perueniat ad Christum. Omnia tentat vt quod vult impetret. Quid audacius & quantum apparet impudentius, quàm mouere tegulas alienæ domus, & tam abominabile spectaculum tali theatro ingerere? Hic turba, quæ in foribus nolebat locum dare misero, coacta est ex alto delabenti cedere, Amat sanè dominus hanc cõfidentiæ audaciam, qua veluti compellitur ad id, ad quod suapte natura
1.Re.23. propensissimus est. 1. Regum.c.23. Scriptum legimus Saul & viros eius in modum coronæ cinxisse Dauid, vt caperent eum: porro Dauid desperabat vi humana se posse euadere à facie Saul: vera tamen in Deum fiducia viam inuenit qua euadere posset iustus. Nuntius enim venit ad Saul dicens: festina & veni quoniam infuderunt se philisthijm super terram. Reuersus est ergo Saul desistens persequi Dauid: & perrexit in occursum philisthinorum. Vnde hæc virtus est quæ postea canebat: in domino confido, quomodo dicitis animæ meæ. Psa.10.a
Transmigra in montem sicut passer? quoniam ecce peccatores intenderũt arcum, parauerũt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde. Vbi expostulat Dauid cum ijs, qui impossibile iudicabant posse eũ euadere è manibus inimicorum eum vndique concludentibus: nisi auis efficeretur, quæ volando manus eorũ effugere posset. Sed non opus est, inquit, vt passer efficiar: nam in domino confido. Confidentiæ enim nulla est via obstrusa, omnis est illi aditus patens. Hæc virtus est quæ viam salutis inuenit tribus pueris in camino Dan.3.
ignis conclusis.

¶ *Confide fili remittuntur tibi peccata tua.* Summa votorum erat, vt paralyticus à corporis morbo liberaretur: At Iesus vt ostenderet esse diuinius, ac magis expectandum liberari morbis animi: item vt ostenderet quanto odio prosequeretur peccatum, quã etiã propensus esset ad ignoscendum, ait paralytico: confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

Diuina prouidentia est, quæ advi- ¶ Interim tamen diuinam prouidentiam considera: cuius est, res, quæ ad vitam sunt magis necessariæ abundantius prouidere, in famẽ, cibos, alimen-

mentaque largiter: initim verò quæ maior esse solet, aquam largius: in respirationem verò, quæ frequentissima ac maximè necessaria in nobis est ad vitam conseruandam largissimè aerem prouidit: cum ergo nihil in mundo magis necessarium hominibus sit quàm remissio peccatorum: absque qua nullus vitam perpetuam atque cœlestem consequi poterit: sed potius perpetuas pœnas dabit: idcirco diuina prouidentia remedium præsentissimum quo delerentur animi morbi prouidit. Cordis enim cõfidentia dolori adiuncta, morbus depellitur. In corde enim tuo remediũ salutare inuenies. Confide ergo & pœnitentiam age & tunc remittentur tibi peccata tua. Audi quid in hoc loco dicat dominus: confide fili remittuntur tibi peccata tua. Audi quid in alio: nisi pœnitentiam habueritis omnes similiter peribitis. Deo ergo maximas gratias agere debem9, qui tam facile remedium nobis ad rẽ tam necessariam reliquit; neque opus est cœlos adire, aut maria penetrare, aut orbem peruagare, sed in animo inuenies quæ animus desiderat.

Luc. 13.a

¶ *Confide fili, &c.* Maximum sanè solatium afflictis est, audire hanc tam humanam ac benignam vocem: confide fili. Miserum & afflictum, iamdiu morbo penè immedicabili laborantem, filium appellat. Filios ergo suos solet dominus multis calamitatibus opprimere; si enim proprio filio suo non pepercit, quid mirũ quod filijs adoptatis non parcat. Quare malè diabolus inferebat fieri non posse, vt filius esset Dei, & charissimus, & fame cruciaretur: idcirco dicebat, vt alibi disseruimus, si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant, ac si diceret: non enim persuasum habere mihi possum, te esse filium Dei, & fame perire. In hoc ipso etiam errabant Iudæi dicentes: si filius Dei est descẽdat de cruce. Imò verò, quia filius Dei est debet in hoc mundo, famem, sitim, lassitudinem, atque omnes alias calamitates pati. Sic enim solet Deus beare amicos, ac filios. En in hoc loco vides quid homini calamitoso dicat dominus: confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

Filios suos solet Dñs multis calamitatibus opprimere.

Sup. 4.e

Inf. 27 c

¶ Hinc disce tolerare æquo animo præssuras & morbos cæteraque mundi mala: quando à Deo tibi infligun tur, vt aut proberis, aut à peccatis purgeris. Vnde Sara filia Raguelis deprecans dominum dicebat: in tempore tribulationis peccata dimittis ijs, qui inuocant te. Et Ecclesiast. c. 2. dicitur quoniam pius & misericors est Deus, & remittit in die tribulationis peccata. Magna sanè misericordia Dei est, peccatores morbis ac calamitatibus afficere: quando illis, crimina nostra aliàs maximo supplicio digna, purgantur. Et quemadmodum via quantumuis immunda, aquarũ inundatione & fluxu omnino emundatur ab omni spurcitia: sic animus calamitatum alluuie ab omni labe & macula atque immunditia mundatur. Quẽadmodum etiam ad arborum radices sterc9 iacitur, vt frugiferæ sint: sic animus laboribus & afflictionibus à Deo repletur, vt ferat fructus dignos pœnitentiæ.

Aequo animo sunt tolerandæ præssuræ quando à Deo infliguntur, vt autem probemur aut à peccatis purgemur

Tob. 3.

Eccl. 2.

Simile.

Simile.

¶ Non minimum signum iræ & indignationis est peccatores bonis externis affici: sic Paulus ait: propterea tradidit illos Deus in desideria cordis eorum. Signum autem ac indiciũ amoris maximum est, nos, morbis & ærumnis premi: nam illuc tendunt,

Rom. 1.

vt audiamus: confide fili, remittũtur tibi peccata tua. Et rursum: tolle lectum tuum, & vade in domum tuã, quod solatium est maximum ac singulare. ¶ In lib. Gen. cap. 28. legimus quod fugiens Iacob à fratre suo Esau pergensque in Mesopotamiam post solis occasum requiescere in quodam loco volens: supposuit capiti suo lapidem: viditque in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum, angelos quoque ascẽdentes & descendentes per eam: & dominum innixum scalæ. Considera obsecro quibus modis consoletur dominus malis oppressum. Tria eum grauabant: primùm, quod peregrinꝰ in aliena terra omnibus incognitus esset: contra hoc ostenditur ei scala e terra ad cœlum vsque pertingẽs: quasi dicat Deus: noli ob hoc sollicitus esse, quod peregrinus es in terra, en tibi parata via est ad cœlum. Quid igitur tibi nocebit, si nihil habeas in terra, dummodo cœlum tibi certũ sit? Verè ingens consolatio. Deinde iustum grauabat, quod longè à parentibus abesset. contra hoc Deus seipsum ei ostendit. quasi dicat: quid obest, si longè à patre carnali sis, dummodo ego tibi pater sim? En adsum tibi. Postremò vel maximè eum sollicitabat odium fratris: contra hoc videt angelos in scala illa. Ac si diceret dñs fratrem & homines habes aduersarios, sed angeli tibi sunt amici: plures tecũ sunt, quàm cum fratre, quid igitur times? Verè igitur dicere potuit sanctꝰ hic cum regio propheta. secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Videmus igitur, quàm bonus sit Deus confidentibus ac sperantibus in se, animæ quærenti illum. Verè magna Dei dignatio, vt meritò pius quisq; dicat: domine quid est homo quod memor es eius? Itemque: non est similis tui domine. Quis non timebit te rex sanctorum? Angelos in obsequium nostrum destinat, seipsum offert, deinde post hanc vitam ad cœlum nobis iter aperit. Quod supposuerimus capiti nostro lapidem, quod inquam, duros labores in lapide figuratos æquo animo tolerauimus, quid amplius debuit facere quod non fecit? Sic modò paralytico habenti caput super durum paralysis lapidem cõsolatur dominus dicens: confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et rursum: tolle lectum tuum.

Gene 28. Nota. Psal. 90. Thre. 3. c Psa. 8. Psal. 85. Apo. 15.

¶ Patienter ergo omnia nobis aduersa feramus: cum secum tantã consolationem afferant. Hoc intelligens rex Dauid dicebat: virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Ac si diceret. si quando aduersitas quælibet tua permissione, aut dispositione aduenerit, in eruditionem, & correptionem (siue virga fuerit, siue baculus, siue modica, siue magna, siue ad tolerandum leuior, siue grauior) vsq; adeò non conturbabor super paterna disciplina tua, vt etiam magnam consolationem sim ex ea accepturus. Erit enim hoc mihi indicium, quod nondum à cura tua me abieceris, quod nõdum adulterinum me habes, & nothum, sed vt legitimum filium: potissimum, cum sciam, nullum esse filiũ, quem non corripit pater, & eos qui extra disciplinam sunt, adulterinos esse, non filios legitimos. Iusto igitur quicquid ex domini manu euenerit, siue virga corripiatur, siue baculo, cõsolatio esse debet, dum attendit dominum esse & patrem qui corripit: idq; totũ,

Psal. 22. Heb. 12.

totum quod agitur tandem ad suam si
2.Re.12. bi salutem agi. Quasi virga percutie-
1.Par.21 batur Dauid, cum pro adulterij & ho
micidij peccato, pueruli ex adulterio
concepti vitã impetrare non potuit.
Leuis enim satis & mitis videbatur
ista correptio pro peccati magnitudi
ne: baculo verò cedebatur, cum post
populi denumerationem, septuagin-
2.Re.16. ta milia hominũ ex populo sibi cha-
rissimo, pro suo peccato percuti vidit
pestilentia: Item cum grauissimam
sibi persequutionem à filio suo Ab-
salon suscitari conspexit. In vtroque
autem suscipiens pariter diuinã cor-
reptionem emendatus & consolatus
est. Vnde statim subdit in psalmo: pa-
Psa. 22. rasti in conspectu meo mensam ad-
uersus omnes qui tribulant me. Im-
pinguasti in oleo caput meũ &c. Qui
bus verbis & sequentibus refert qua-
tuor bonorum genera sibi à Deo col
lata: quibus consolatus est. Et ciborũ
abundantiam, hostibus suis videnti-
bus & inuidentibus: & depressionem
hostium, & pinguedinẽ regni quod
vnctione capitis tradebatur. Et reli-
quorum delectabilium temporaliũ
plenitudinem quam ex abundantia
potus & calicis significauit. ¶ Hoc
1.Re.14. Figura. idem figuratum intellige in virga Io
nathæ, cuius sumitatem intingẽs in
fauum mellis, conuertensque manũ
suam in os suum refectus est, atque il
luminati sunt oculi eius. In virga af-
flictionis, inuenit vir pius fauum cõ
solationis, qua recreatur. ¶ Si fel pi-
Tob.11.c scis aperuit oculos Tobiæ iamdiu cæ
ci: Quid mirum quod Christi calix
aperiat oculos nostros? quid mirum
quod calamitas Christi à nobis per-
pessa, secum solatium & salutem affe-
Ezec. 47. rat? Si aquæ egredientes de sanctua-
rio, dulces ac suaues ferebant pisces;
si super torrentem earum oriebatur
in ripis eius ex vtraque parte omne
lignum fructiferum, si erant fructus
eius in cibum, & folia eius in medi-
cinam, vt apud Ezechielem scriptũ
legimus: quid mirum quod aquã quæ
fluxit ex vero sanctuario, hoc est, ex
latere Christi omnem consolationẽ,
omnem animi cibum, omnem deni-
que salutem eam bibentibus afferat?
Ex aqua ista tribulationis biberat pa-
ralyticus iste, & audiuit: confide fili,
remittuntur tibi peccata tua. Bibe igi
tur hanc aquam, quam tibi dominus
porrigit: & confide: si ab omni mor-
bo, tam corporis quàm animi curari
vis. Patienter bibe calicem domini,
& tunc audies, quod paralyticus audi
uit. ¶ Si aquæ Mara ligno infecto Exo.15.
in dulcedinem versæ sunt: quãto ma
gis calamitates piorum, Dei miseri-
cordia & virtute dulces fient; si spẽ no
stram in Deum figamus, atque in cœ
leste illud à mundi origine paratum
præmium? Vnde dominus apud no-
strum Math. cum vos oderint homi
nes, & separauerint, & persecuti vos Sup. 5.
fuerint: & dixerint omne malum ad
uersum vos mentientes propter me:
gaudete & exultate: quoniam merces
vestra copiosa est in cœlis. Voluptas
mundi contemnanda est, nam nõ vo
luptas, sed amaritudo existimãda est:
fel Christi amplectendum est, nã se-
cum dulcedinem affert. Idcirco Chri
stus iam iam moriturus inter cõple-
xus discipulorum, aiebat accepto ca-
lice: bibite ex hoc omnes. Ac si dice- Iofr. 16.
ret: omnes estis calicem meum bibi-
turi: omnes estis calamitates meas pas
suri: per easdem tribulationes estis in
gloriam meam intraturi: quas vt æ-
quo animo sufferre possitis sanguis
meus vobis opus est: bibite ex eo er-
go

go omnes, vt vel sic animati possitis eadem pati, possitis calicem passionis bibere. Quod non minimum indicium mei amoris erga vos est: nõ minimum signum paternæ dilectionis, simul ergo & bibite sanguinem & intelligite quod passionem meam estis bibituri.

¶ *Videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico: confide fili.* Vel ex isto loco colligere licebit posse iustum mereri alteri de congruo (vt aiunt) tam primam gratiam quàm eius augmentũ. Nam poterit ille mereri, vt in Deum per veram pœnitentiam verumque animi dolorem conuertatur, & pariter vt post conuersionem in bonis, atque studiosis se exerceat actionibus. Quo pacto Augustini pia parẽs, suis precibus mereri potuit, vt Deus filiũ suum ad se traheret: sicut Stephanus meruit (vt fertur) Paulo suam conuersionem. & fortasse postmodum Ananias dum eum baptizauit, meruit vt feruentiori animo lauacrum regenerationis susciperet. Iam in hoc loco vides quid Euangelista affirmet: videns Iesus fidem illorum, dixit: confide fili, remittũtur tibi peccata tua. In quæ verba ait glossa: quantum valet apud Deum fides propria, apud quem sic valuit aliena, vt intus & extra sanaret hominem: fides enim aliorum nõ solum valuit ad salutem corporalẽ paralytici consequendam, sed etiam vt fides propria paralytici, meritis illorum augeretur. Ad hunc modum intelligenda sunt illa priscorum merita patrum, quæ Deus in eorum sobole præmiabat. iuxta illud Moysi Exo. 32. Recordare Abraham, Isaac & Iacob &c. & Dani. 3. ne auferas à nobis misericordiam tuam propter Abraham dilectum tuum. Propter patrũ merita, Deus filios eorum nõ solũ à malis præsentibus liberabat, sed peccatores ad se trahebat, dabatque operam, vt ex animo ad illum conuerterentur, & post conuersionem in sanctis operibus se exercerent. Preces igitur & lachrymas pro salute tã corporis quàm animi proximorum nostrorum semper fundamus, quandoquidem tantum valeat apud Deum iustorum deprecatio, atque vera fides.

Iusti possunt alteri mereri primam gratiã & augmentum eius de cõgruo.

Glo.

Exo. 32.

Dani. 3.

¶ *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua:* Christus dominus veram nobis contulit confidentiam consequendi omnium scelerum nostrorum veniã vt in hoc loco vides. Sed ais: vnde scimus quod Christus potest peccata dimittere? Hinc proculdubio (inquit Bernard.) quia Deus est: & quicquid vult potest: vnde ait quod Deus sit? miracula probant. Facit quidem opera quę nemo alius facere posset: vt taceam oracula prophetarum, necnon & paternæ vocis testimonium elapsæ cælitus ad ipsum à magnifica gloria. quod si Deus pro nobis, quis contra nos? Deus qui iustificat quis est qui condemnet? si ipse est & nõ alius cui quotidie confitemur, dicentes, tibi soli peccaui: quis melius, imo quis alius remittere potest quod in eũ peccatum est? aut quomodo ipse non potest, qui omnia potest? Denique ego, quod in medel inquitur, valeo si volo donare: & Deus non queat in se cõmissa remittere? Si ergo peccata remittere, & possit omnipotens, & solus possit, cui soli peccatur, beatus profecto cui non imputabit ipse peccatũ. Beatus profecto qui audit: confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Itaq; cognouimus quod peccata Christus diuinitatis suæ potentia valuit relaxare.

Bernar.

Quod Christus potuit, & voluit nobis peccata dimittere, ostenditur.

Io. 15. d

1. Pe 1. d

Rom. 8. f

Psa. 50. a

xare. Porro, iam de voluntate quis dubitet? Qui enim nostram & induit carnem & subijt mortem: putas suam nobis negabit iustitiam? voluntariè incarnatus, voluntariè passus, voluntariè crucifixus, solam à nobis retinebit iustitiam? Quod ergo ex deitate constat illum potuisse: ex humanitate innotuit, & voluisse. Hæc Bernar. Vt ergo ostenderet suam voluntatē, ait paralytico hodie. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua, vt autem suam potestatem, ait pharisæis illum calumniantibus: Vt autē sciatis, quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata, tunc ait paralytico: surge, tolle grabatum tuum & ambula.

Ber. ad milites templi. c. 11.

¶ *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Non ergo desperemus de diuina pietate & misericordia, quantumcūque grauissima peccatorum paralysi simus grauati: nam ex hoc loco multisque alijs saluberrima & præstantissima adsunt nobis remedia, vt nō desperemus, sed spem nostram erigam9: si enim desperasti propter peccati magnitudinem, habes Petrum qui negauit Christum, quod est maximū scelus, & tamen misericors Deus respexit eum: si desperasti propter peccati multitudinem, habes Mariam Magdalenam, quæ septem habebat dæmonia, idest vniuersa peccata: & tamé de ea dictum est. Dimissa sunt ei peccata multa. Habes hunc paralyticum cui dixit dominus: remittuntur tibi peccata tua. Si desperasti propter peccati turpitudinem, habes mulierem in adulterio deprehensam, cui dictū est: vade & noli amplius peccare. Si desperasti propter peccati infamiā, habes Mathæum publicè in telonio sedentem, & tamē dominus dixit ei: seque re me. Si desperasti propter peccati diuturnitatem, habes latronem qui perseuerauit in malo vsque ad mortē, & tamen dictum est ei a domino: hodie mecum eris in paradiso. Si desperasti propter peccati crudelitatem: Habes Paulum Apostolum lapidantem Stephanum, de quo dictū est: vas electionis mihi est iste. Si desperasti propter peccati repetitionem & magnitudinem, habes Christum dicentē Petro: non dico tibi septies, sed septuagies septies. Vnde D. Bernard. ait. Omnino propter māsuetudinē quæ in te prædicatur, currimus post te domine Iesu, audientes quod non spernas pauperem, peccatorem non horreas. Non horruisti confitentem latronem: non lachrymātem peccatricem: non Chananæam supplicantē: non depræhensam in adulterio: non sedentem in theloneo: non supplicātem publicanum: non negantem discipulum: non ipsos crucifixores tuos. Tam validus denique es ad iustificandum, quàm multus ad ignoscendum: Currit sponsa: currunt adolescētulæ: sed quæ amat ardentius, currit velocius, & peruenit citius. Vnde & Chrysostom. Liberi quippe nos arbitrij creauit Deus, vt voluntate nostra cum adiutorio Dei, quod volumus faciamus. Si publicanus es, potes fieri Euangelista; si blasphemus es, potes fieri Apostolus. si latro es, potes paradysi colonus effici: si magus es, potes Deum adorare. Nec est vlla malitia, quæ pœnitentia non soluatur. Et ideo tanquam præcipua malignitatū elegit Christus, & nemo vsque in finem semetipsum despiciat. Noli mihi dicere, perij: noli mihi dicere, peccaui. Et quidem medicum habes satis fortiorem te, & potentiorem, quàm infir-

Non desperandū de diuina misericordia quantumcunque grauissima peccatorū paralysi simus grauati.

Luc. 22.

Luc. 8. a

Luc. 7.

Ioan. 8. a

In hoc c.

Luc. 23. f

Acto 9.

Infr. 18 d

D. Bern.

Chrysost.

infirmitas tua est. Medicum habes, voluntatem tuam si volueris emendãtem, & potentem & cupientem. Cũ enim non subsisteres fecit te, & quia peruersus es effectus: multò magis emendare te poterit. Sed forsitan dices. Quomodo poterit peccator similis esse sanctis? Noli requirere qua arte: noli scrutari rationem, sed crede clementiæ & bonitati diuinæ. Sed dices. grandia sunt peccata mea. Et quis est sine peccato? Sed ego, inquis, pessimè & super omnem hominem. Sufficit tibi ad placandum Deum peccare desinere, & benefacere. Dic tu prior (inquit) iniquitates tuas, vt iustificeris. Recognosce, quia tu peccasti, & si agnoueris initium correctionis factũ est tibi: suspira, mœstus esto: effunde lachrymas. Nec enim aliud quid fecit meretrix illa, sed lachrymis pœnitentiam sociauit, & ipsa comite peruenit ad fontem hunc Christi: Hæc Chrysost. Esa. 43. d

¶ *Confide fili remittuntur tibi peccata tua.* Vbi aspicis plus Deum nobis tribuere quàm petamus. Paralyticus iste solum corporis sanitatem petebat: At Deus corporis & animi illi sanitatem tribuit. Ita etiam Ezechias salutem tantum postulabat, & concessit illi Deus quindecim annos vitæ, quod ille non petebat: & promisit liberaturum de manu Assyriorũ. Mundus promittit multum: & dat paruam. Contra verò Deus, plura donat: quàm promittat. Promisit Deus se daturum flores virgæ eius qui dignus esset sacerdotio, & dedit illi, flores, & folia, & fructus: & non quoscũque fructus viles & abiectos, sed amigdala excellentia. quid est hoc domine. Nonne promiseras flores? Cur igitur præter flores mirifica poma tribuis, nisi vt summam bonitatem tuam, immensamque magnificentiam hominibus ostendas? Deus promittit flores, ostendit & tribuit etiam vberrimos fructus. Mundus verò promittit pulcherrimos fructus, & non tribuit nisi flores: instar genistæ, quæ aureos flores & amænos ostendit. nullũ autem vtilem fructum producit.

Plus nobis tribuit dñs quam petimus.

Esa. 38.

4. Re. 10.

Nume. 7. Figura.

Simile.

¶ *Confide fili.* Multa sunt quæ spẽ nostram in Deum erigunt. Confide (inquit) fili, quia scilicet creator tuus ego sum. Hoc enim natura comparatum est, vt artifex opus suum amet, sic ego diligo omnia, quæ sunt, & nihil odiui eorum quæ feci. Confide etiam fili, quia Deus tuus ego sum, & ideo parco omnibus: quia mea sũt. Ecce omnes animæ meæ sunt. Cum ergo senseris me iratum, tunc spera me propitium: quia cum iratus fuero misericordiç recordabor. Confide denique fili, quoniam misericors ego sum: quare non tantum hortarer vt confideres, nisi dare vellem. Vna sit ergo tibi spes, vna fiducia, vna firma promissio, misericordia mea, tuũ meritum, miseratio mea, non planè eris meriti inops quando misericordia mea tibi affuerit.

Multa sunt quæ spem nostrã erigũt in Deum.

Sap. 11.

Sap. 11.

Eze. 18. a

Abacuc 3

¶ *Hic blasphemat.* Hi faciebant contra illud quod dominus per prophetam Ezechielem. c. 18. dicebat. Qui vxorem proximi sui violauerit, vxor sancti viri (vt Hieronym. ait) est diuina sapientia. De qua Salomõ Prouerb. 4. inquit. Ama illam & amplexabitur te. Ille violat vxorem proximi sui, hoc est sapientiam sanctorum, qui ex liuore & inuidia sinistrè interpretatur: quod nunc fecisse scribas iam vides.

Eze. 18. a

Hieron.

Prou. 4.

¶ *Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris?* Cogitationes malæ amputandæ nobis

Cogitationes ad bo-

nũsemper intendere oportet. nobis sunt, & resecandę. Vnde Ezec.
Ezec. 3. ait. Qui quiescit, quiescat, idest, qui quiescit à malo opere: quiescat à mala cogitatione. Alioquin dicetur de illo. Viderunt eam hostes, & deriserũt
Thre. 1.c sabbata eius. Anima iusti sedes est Sa-
Esa c.66. pientiæ, vt Esaias ait c.66. Necesse est
D.Ber. igitur (inquit Bernar.) vigilanter intendas cogitationes tuas ad bonum semper & honestum dirigere, vt videlicet cogitare, vel meditari corã Deo pertimescas, quod in præsentia hominum dicere, vel facere meritò erubesceres, sciens quod sicut per verba, vel facta innotescimus homini, sic nimirum per cogitationes cuncta scrutanti spiritui, quia quod agunt hominibus dicta, eadem Deo cogitationes.
Psa. 93.b Deus enim nouit cogitationes hominum, quia vanæ sunt. Et sicut nulla est ei inuisibilis creatura, sic omnino nihil potest cogitari, quod eũ lateat.
Hebr. 4.c Viuus est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionẽ animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogita-
Ber. in formula honestæ vitæ tionum cordis. Hæc Bernard. Omni ergo custodia serua cor tuum: quia ex ipso vita procedit. Initium enim superbię hominis est, apostatare à Deo, quoniam ab eo qui fecit illum recessit cor eius, vt Ecclesiasticus ait capitulo 10.
Eccl. 10.

¶ *Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata ait paralytico, surge &c.* Christus doctri-
Doctrina christi miraculis cõfirmatur, non autẽ hæreticorum. nam suam esse veram miraculis ostendit, vt in hoc loco vides. Non sic Lutherani cæterique hæretici qui hactenus ad doctrinam suam confirmandam miraculum nullum fecere. Quo
Heb. 2.a modo ergo (inquit Pau.) nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutẽ, quæ in nos confirmata est, contestante Deo signis & portentis, & varijs virtutibus? Et rursum Marcus ait. Illi autem profecti prædicauerunt vbique, domino cooperante, & sermonẽ confirmante, sequentibus signis. Doctrina ergo hæreticorum, quæ nunquam signis & portentis confirmata est, tanquam profana & perniciosa reijcienda est. Mar. vlt.

¶ *Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico &c.* Quantum beneficium Dei fuerit, quòd filius hominis haberet potestatem in terra dimittẽdi peccata, planè intelliges, si ante omnia quàm grande malum sit peccatũ, attentè altaque mente consideres. Ex peccati grauitate facilè cognosci põt, quantum munus & beneficium Dei fuerit, potentiã dimittendi peccata in terra iã esse.

¶ Primum, nulla pestis aut fames, aut sitis, aut gladius, perniciosior in hac mortali vita inueniri potest, quã peccatum: quod non solum in inferno & in terra, sed & in cœlis existentibus nocuit: traxit enim secum tertiam stellarum partem: Imò si Deus peccati capax esse posset, & peccaret, illum omnino de mundi medio peccatum deleret. hoc autem fieri nõ potest, cum Deus à regula deficere suaptè natura minimè possit: eius enim diuina voluntas regula est rerum omnium. Peccati grauitas ex tribus ostẽditur. ¶ Deinde peccati malitia intelligi facile potest si pœnas æternas sibi stabilitas, animaduertas. Qua de causa viri illi illustres atque sanctitate præstantes, maximè à peccato abhorrebant: maximè, inquam, peccatum & timebant, & detestabantur. Verebar (inquit Iob) omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. Et rex Dauid, Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Magnam miseriam agnoscit, qui magnam misericordiam exposcit. Et secundum Iob 9. a Psa. 50.

cundum multitudinem miserationũ tuarum dele iniquitatem meam: amplius laua me ab iniquitate mea. Opus est enim maximo lauacro. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, id est noui enim, quàm grande malum peccatum sit. ¶ Leui. 16. Narrat scriptura: quod hircus in honorem Dei oblatus interficiebatur: hircus verò qui pro peccatis populi offerebatur, viuus in terram solitariam, vbi nusquam appareret emittebatur. Quo facto significare nobis volebat spiritus sanctus: multo grauius ac perniciosius malum esse in peccato viuere, quàm ab hac vita mortali discedere. ¶ Tandem peccati grauitas, ex medicamenti grauitate, quemadmodum infirmitas, facilè demonstratur. Seruire me fecisti (inquit dñs) in peccatis tuis: præbuisti mihi laborẽ in iniquitatibus tuis. Res sanè miranda: nã neque angeli, nec homines, Deo pro vllo peccato ex æquo, nulla Dei gratia interueniẽte satisfacere possent: ideo propter nos homines & propter nostram salutem Dei filius famẽ, sitim ac mortem subire dignatus est. Vt ergo Deus peccatum de medio tolleret, filium suum vnigenitum suspendi voluit: & vt peccatum interficeret, filium suũ interficere stabiliuit. Quo solo argumento probari potest, quã perniciosum & quanta detestatione dignum sit peccatum. ¶ Sed nunquid inueniri potest aliquis in hac vita mortali (vna excepta virgine) qui absque peccato sit? Audi psalmistã. Omnes, inquit, peccauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonũ, non est vsque ad vnum. Sepulchrum patens guttur eorum: linguis suis dolosè agebant. Omnes nos, ait Esaias, quasi oues errauimus, vnusquisq; in viam suam declinando, & Iob. Nemo mundus à sorde. D. etiam Paul. omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. ¶ Sed nunquid est aliquis qui veniam peccatoribus conferat: est sanè. Ego sum, inquit dominus, qui deleo iniquitates tuas propter me: propter honorem & gloriam meam. Nihil est enim de quo magis dominus glorietur, quàm de misericordia erga peccatores. ideo Dauid ait. Miserationes eius super omnia opera eius. Et ecclesia. Deus qui omnipotẽtiam tuam parcendo maximè & miserẽdo manifestas. Quod si nulla spes veniæ hominibus residua esset, peccata peccatis adderent, preso por mill, preso por mill y quinientos. Si iniquitates inquit Dauid, obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Si ergo Dei tam proprium est misereri semper & parcere, vt dicat August. Si Deus ad se confugientes non susciperet iniustus esset, seipsum negare non potest: si gloriam suam tantum æstimat, vt cætera omnia mundi bona subijciat sub pedibus hominis, gloriam tamen suam alteri dare nolit: & ipse sit qui delet iniquitates nostras propter seipsum dignum certè est vt spem nostram erigamus, & ab illo veniã omnium scelerum nostrorum petamus. ¶ Sed ais, Deus noster Deus vltionũ est, qui è cœlo Luciferum propter peccatum præcipitauit: Primum hominem è paradyso eiecit: filios suos aquis diluuij submersit: Aegyptũ percussit. Quis ergo ad illum accedere ausus erit? nam Deus noster ignis cõsumens est. Quamuis hæc ita sint, remedium in promptu est. Ecce iam data est hæc potestas dimittendi peccata filio hominis. Vt autem sciatis, inquit in hoc loco, quod filius hominis

Marginalia: Leui. 16. Figura. — Esa. 43. — Psa. 13. — Esa. 53.b — Job 15.b — Rom. 3.c — Esa. 43.d — Psal. 44.b — Psa. 129.a — Augu. — Obiectio. — Responsio.

Iof. vlt. nis habet potestatem in terra dimittendi peccata &c. Et rursum ait. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra, & alibi. Potestatem dedit Io.5.e ei iudicium facere, quia filius hominis est. Atque illud attendendum, quod Christus dominus hic ait: habet potestatem in terra: nam in inferno, nulla est iam redemptio. Præterea filius hominis est qui habet hanc Heb. 4.d potestatem. Non ergo habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: est enim frater noster: est verus agnus Dei, qui venit ad Io.1.d tollendum non peccatores de mundo, sed peccata: ideo peccatores recipiebat & manducabat cũ illis. ¶ Sed rursum dices. Etsi Christus dominus homo sit, non tamẽ purus homo: ideo quis ad tantum Deum accedere audebit, qui in cœlis iam est, sedetq; ad dexteram Dei patris? Erige igitur animum: nam hanc potestatem peccata dimittendi, quam Christus dominus habuit, sacerdotibus suis eius vices gerentibus contulit. Sic enim ait Ioannes vltimo capite. Sicut misit me pater & ego mitto vos: accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata remittuntur eis &c. Glorificemus igitur Deum, qui talem potestatem dedit his hominibus à Deo constitutis, verè enim absoluunt: verè peccata omnia condonant: verò enim tanquam Dei ministri, & instrumenta manus domini, gratiam & amicitiam diuinam nobis parant. De qua re disputant ad longũ doctores theologi.

2. obiectio.

Ioan. vlti.

¶ *Vt autem sciatis: quia filius hominis habet in terra potestatem dimittendi peccata: tunc ait paralytico, tolle lectum, & cæt.* Nullus sanctorum suo nomine, & virtute miracula efficit, sed sunt veluti brachia quibus Deus operatur. Qualis erat Moyses de quo Esaias ait: qui eduxit dexteram Moysem brachium gloriæ suæ. Vt septuaginta habent. Solus Christus suo nomine & virtute ægritudines insanabiles curabat, mortuos ad vitam reuocabat, & dæmones expellebat, & alia faciebat miracula euidentia, suamque diuinitatem significantia. vt Prothogenes ex sola vna linea cognouit Apellem, vt humani hystoriographi memoriæ prodiderunt. Quoniam intellexit neminem esse qui tam rectam, subtilem, & admirabilem lineã describeret præter vnum Apellem, sic ex vno Christi miraculo, poteris diuinam eius potentiam intelligere. Alii miracula efficiebant, sed non ita illustria, neque sua potentia: quemadmodum ea quæ Christus faciebat. Dicebat enim hodie Pharisæis de se ipso, quod paralytico peccata dimitteret malè cogitantibus: Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge tolle lectum tuum, & vade in domum tuam, quod ita statim fuit mirabiliter effectum. quis non credet hoc miraculum esse Dei, qui virtute sua, & in testimonium sui numinis illud effecit? Vnde ait Diuus Lucas. virtus ab illo exibat & sanabat omnes, virtus qua viri sancti miracula efficiunt, non est ex illis, vt sua propria, sed ex Deo: at Christi virtus ex illo exibat, quoniam ipse verus est Deus: Sancti verò eius brachia & instrumenta. Luc.6.

Nullus eã ctorũ suo nomine & virtute miracula edidit, nisi solus Christus. Erant.n. sancti veluti brachia Dei. Esa.63. Prothogenes.

¶ *Ait paralytico, surge tolle lectum tuũ, & vade in domum tuam.* Et tu ergo (inquit D. Bernardus.) si iam surgis desiderio supernorum, si grauatũ tollis: D.Ber.

X corpus

Quando quis surgit, & ambulat, ut cognoscat se esse curatū à paralysi animæ, ostenditur ex Bern.

corpus, scilicet à terrenis eleuans voluptatibus, vt iam non feratur anima concupiscentijs eius: sed magis ipsa, vt dignum est regat illud, & ferat quo non vult. si demum ambulas quæ retro sunt obliuiscens, & ad ea quæ ante sunt te extendens, desiderio & proposito proficiendi, curatum te esse non dubites. neque enim surgere poteras, nisi aliquantulum oneris fuisset alleuiatum, & ne grauatum tollere, nisi exoneratus magis, quia neque ambulare in feruore conuersationis cum peccatorum graui mole possibile est. Propter quod iam fiducialiter postulare potest qui eiusmodi est. Hæc Bern.

D. Ber. ser. 10. de 4. modis orādi.

¶ *Et glorificauerunt Deum qui talem potestatem dedit hominibus.* Meritò quidem & nos, maximas gratias Deo agere debemus, qui tam admirabilem tanque diuinam potestatem dimittendi nobis omnia peccata, & condonandi contulerit hominibus. Hoc est, Petro eiusque successoribus, cæterisque ecclesiæ prælatis. Miratur sanè August. de tanto munere & ait. Quis plebeium piscatorem, apostolorum facile crediderit principem, reges sanctificare, regibus obsistere, regnis omnibus imperare, frenare legibus, dæmones calcare sub pedibus, & iubere virtutibus, cœlum hominibus aperire cum vellet, claudere cum placeret, immortale regnum conuersis donare, negare peruersis, mundi cognoscere culpas, & crimina hominibus relaxare? O inæstimabilis & immēsa potestas, hominem in terra positū tenere cœlum? Ecce nunc ad nutum Petri diuini regni claustra patescunt, ac cepit enim à Christo claues regni cœlorum, vt solutis vinculis delictorū, aperiret credentibus cœlū. Hæc ille.

Quanta sit sacerdotum dignitas ex August.

Aug. ser. 122. de Apostolis Petro, & Paulo qui incipit fortis & humilis.

¶ *Vidit hominem sedentem in telonio, & ait illi sequere me, & surgens secutus est eum.* Ecce quid fecerit visus Christi, statim solutum est iugum diaboli, & Mathæus ab asperrima seruitute liberatus Christum secutus est. Meritò de illo loquens dixerat Esaias. Computrescet iugum à facie olei. Quem locum thargum sic interpretatur. Et conterentur populi à facie Christi. Et poterat verti etiam. Cōputrescet iugum à facie vncti, hoc est, Christi. Quod non solum de iugo quo Senacheribus Iudæos oppresserat, intelligitur, sed etiam de iugo illo asperrimo, quo diabolus mūdum subiugauerat. Et nunc qui diaboli iugo fuerit oppressus, à facie Christi liberatur: si enim Christus ad peccatorem faciem suam conuertat, eumque suis diuinis oculis aspiciat, statim iugum dæmonis confringetur & penitus computrescet. Vt in Mathæo videre licet. Vt enim si in cera dura sint sigillo aliquo impressa alta mœnia: vrbes, montes, terræ, & maria, omnia hæc soluuntur, & pereunt, si Sol ceram aspiciat, & radiorum suorum feruore eam liquefaciat: sic animum illum, in quo velut in dura cera sint impressæ, & sculptæ omnes mundi vanitates: opes, imperia, magistratus: Sol ille iustitiæ Christus Deus noster oculis suæ misericordiæ respiciat, statim omnia illa delentur, & animus à calore diuini amoris sautius, fluit, & rerum fastus & vanitates illæ euanescunt. Ideo dicebat Dauid. Respice in me, & miserere mei.

Visus christi peccatores ad se trahit.

Esai. 10.

Thargū.

Simile.

Psal. 86.

¶ Vnde iā animaduerte etiā, quod dicitur Deus videre, id quod diligit. Quemadmodū in Leui. Respiciā vos (inquit) & crescere faciam. Et in Psa.

Videre Dei quid sit.

Leui. 26.

Psa. 10.

AEqui-

AEquitatem vidit vultus eius. Quod potest verti: AEquum siue rectum vidit vultus eius, hoc est, iustitiæ colentem Deus placidis oculis intuetur: Contra ab ijs quos odit dicitur oculos auertere. Ideo Dauid. Ne auertas (inquit) faciem tuam à me. Hoc significabat scriptura, ita dicens. Respexit dñs ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & ad munera eius non respexit.

Psa. 26.

Gene. 17. Ambulare coram Deo quid sit.

¶ *Sequere me.* Genesis 17. ait dominus Abrahamo. Ambula coram me, & esto perfectus. Coram me, idest ad nutum & voluntatem meam: ac præceptum, vel beneplacitum. Vel corã me, idest, quasi semper me præsentem videres. Sic enim pius, semper & omnia agit quasi Deo præsente. Pulchrè autem hoc verbo differẽtia inter nos & veteres ostenditur; illi enim ante Christum ambulauerunt: nos post ipsum: illis dictum est ambula coram me: nobis dicitur, quod in hoc loco ait Dominus Mathæo: sequere me. Christus autem in medio est, in quẽ omnes respexerunt, & respiciunt, pij in ipso coniunguntur, & copulantur.

Nota.

¶ *Ecce vnus princeps accessit & adorabat eum dicens. Domine filia mea modo defuncta est.* En vides quomodo nulla huius mundi prospera fortuna beatum, atque felicem hominem faciat. Quis enim (vt Boetius ait) tam compositæ felicitatis: vt non aliquando ex parte cum status sui qualitate rixetur: anxia enim res est humanorum conditio bonorum: & quæ vel nunquam tota proueniat, vel nunquam perpetua subsistat: huic census exuberat: sed est pudori degener sanguis: hunc nobilitas notum facit: sed angustia rei familiaris esse mallet ignotus. Ille vtroque circumfluus, vitã cœlibem deflet: ille nuptijs felix: orbus liberis alieno censum nutrit hæredi: Alius prole lætatus: filij filiæ ve delictis mœstus illachrymat. Idcirco, nemo facile cum fortunæ suæ conditione concordat. Inest enim singulis quod inexpertus ignoret, & expertus horreat. Liquet igitur quã sit mortalium misera beatitudo: quæ nec apud æquanimos perpetua perdurat, neque anxios tota delectat. Princeps iste erat, & tamen subitò filia sibi chara orbatus est. Quid igitur ò mortales extra petitis, intra vos positam felicitatem: error vos, inscitiaque confundit.

Nulla prospera huius mũdi fortuna beatũ hominem facit.

Boecius de consolat. lib. 2. prosa. 4.

¶ *Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur.* Tria in hoc loco sunt nobis consideranda. Primum, hanc mulierem non propter peccata in Deum commissa hunc sanguinis fluxũ fuisse perpessam: nam superius dictum est paralytico; Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et alibi alteri paralytico ait idem dominus. Iam noli peccare. Vt hinc discas, multoties Deum punire homines: non vt pro contractis criminibus pœnas sumat: sed vt illos igne tribulationis probet: quemadmodũ probauit sanctum Iob & Tobiam, aliosq; viros sanctitate & virtute præditos.

Deus suos aliquando probat.

Ioann. 5.

¶ Secundo considera hac infirmitate significari eos, qui non ex ignorantia, aut animi pronitate, sed ex antiqua, deprauataque animi consuetudine Deum offendunt: Huiusmodi sunt, qui prauis suis desiderijs, & concupiscentijs habenas laxantes, fluxum sanguinis patiuntur. Vulnus, & liuor, & plaga tumens

Per hanc sanguineriam significantur qui ex vsu peccant.

Esa. 1.b

(inquit Esaias) non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Tertio obserua: talia crimina atque peccata, tactu fimbriæ vestimenti domini mederi. Per vestimentum vero domini, ecclesia catholica designatur. Omnibus his velut ornamento vestieris (inquit propheta) per fimbriam autem, quæ infima & extrema pars est huius vestimenti, pauperes significantur. Si ergo sanare tales peccatores desiderant: fimbriam hanc tangant, hoc est, pauperibus Christi subueniant. Verumtamen (inquit Christus) date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Et Daniel ad regem Babylonis. Accipe consilium meum rex: peccata tua eleemosynis redime. Ad rem hanc facit, quod Diuus Bernardus docet, in sermone de quatuor modis orandi. Sunt, inquit, quos adhuc peccati conscientia terret & cruciat, nondum accepta resistendi virtute: sunt scilicet cum primum ipsos in peccatorum cœno iacentes spiritus veritatis irradiat, & excitans erubescere facit, & timere Deum. Vident immanitatem criminum, meritorum exiguitatem, & velut ardentem contra se gehennam expauescentes; quoniam in se ipsis boni nil inueniunt; aliunde apprehendunt vnde tegantur. Quia ergo timent, & merito timent per se ipsos accedere: student quasi per alios supplicare. Credo ego de talibus dici posse: quia regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Vim faciebat regno cœlorum publicanus ille, qui dum non auderet oculos ad cœlum leuare, ipsum cœlum ad se potuit inclinare. Simile aliquid mulier ista egisse videtur, quæ profluuium sanguinis habens, dum timeret ad Christum accedere, fecit ab eo virtutem exire: Furtim enim tetigit fimbriam & curata est ab infirmitate: vnde indignantis quodammodo verbū videtur quod de ea dominus ait: vt alius euangelista narrat. Quis me tetigit? & addidit. Sensi à me exire virtutem. Si ergo quis internos fluxus sanguinis patitur, eius, inquam, sanguinis qui regnum Dei non possidebit, etenim qui facit peccatum seruus est peccati: nec sua se poterit continere virtute, etiam cum volet. Huic ergo minime expedit per se ipsum ad Christum accedere: sed tangere si quam inuenerit eius fimbriam; hoc est, eum cōsiderare hominem, quem humiliorem videris, & extremum in ecclesia, quæ est vestis Christi: eum inquam, qui elegit abiectus esse in domo Dei, oportet considerare. Quoniam is verè est fimbria posita in ora vestimenti, ad quam vtique spiritualis vnguenti descendens à capite copia tota decurrit. Hunc si beneficijs aliquibus, seu prece humili, aut confessione pura tetigerit, vt affectum eius erga se moueat ad compatiendū sibi, habeat fidem, & sine dubitatione saluabitur. Illud tamen noueris fimbria, non à se, sed à Christo exisse virtutem, qui tangi se protestatur in fimbria. Hæc Ber.

¶ *Ecce mulier retro accessit retro.* Sine dubio cum magno timore accessit hæc mulier. Sic ad Deum accedere volentes, in timore & reuerentia perstemus, non præsumptione accedamus, vt phariseus ille, sed humiles & timentes sicut publicanus, & mulier ista emoroissa. Timet homo naturaliter, cum ad Deum accedere debet: quem iudicem suum esse scit. Hoc

Vestimentū Christi ecclesia est.

Esai. 49.e

Fimbria huius vestimenti sunt pauperes.

Luc. 11.f

Dan. 4.c

D Ber. in sermone de 4. modis orādi.

Luc. 11.

Luc. 18.

Luc. 8.f

Pauper & humilis fimbria est vestis Christi, hoc est ecclesiæ.

Timor Dei reuerentiæ & humilitas commendatur.

Luc. 18.

Hoc timore concussi accesserunt ad Ioseph fratres sui, & ideo obtulerunt ei munera territi, scilicet ex ijs, quæ prius audierant, nesciebant quod eos diligeret Ioseph. Sic nos ad Deum accedamus: hi enim timor ad multa vtilis est. Nam qui timet dominum credit verbo eius: inquirit quæ beneplacita sunt ei. Præparat cor suum, accedit ad eum vt illuminetur, & à languoribus suis medeatur. Timor domini initium sapientiæ. Beatus igitur homo, qui semper est pauidus. Mulier igitur ista, cum timore & reuerentia accessit retro: indignam se iudicans coram tanto domino comparere.

Gene. 43.

Prou. 28.

¶ *Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur &c. tetigit fimbriam &c.* Necesse ergo est & nos Christum tangere, vt eius virtutis atque meritorum participes simus: necesse est inquam per fidem in sanguine ipsius ei adhærere: item per intimam cordis dilectionem: nam qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in illo. hoc autem nemo facere poterit, qui voluntatem suam peccatis, ac sceleribus affixam habeat: quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate: quæ societas lucis ad tenebras? derelinquat ergò impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & conuertatur ad dominum. Tangat fide & charitate illum, & miserebitur eius. Et sicut tactu Elisæi iā mortui, mortuus reuixit, sic contactu Christi ad vitam peccator redibit.

Oportet fide & dilectione Christum tangere.

Si sanari à peccatis cupimus.

1.Io.4.c

2.cor.6.d

Esa. 55.b

4.Re.13.

¶ *Si tetigero tantum fimbriam vestimēti eius salua ero.* Solent prudentes litigatores totis viribus conari, à superiori & potentiori tribunali consequi, quod ab inferiori minime potuerunt. Sic mulier ista, quod ab arte medicorum, quæ manca & imperfecta est ad salutem omnibus præstandum, non potuit: ab omnipotenti Deo illam impetrare pro sua virili contendit: non ignara, quod dominus est qui illuminat cæcos; dn̄s est qui erigit elisos: dominus est qui pupillum & viduam suscipit.

Simile.

Quæ medicinæ nō præstant, à Deo impetranda sunt.

Ps. 145. b

Lege D. Basi de arte medicinæ. tom. 2 interrogatione. 55.

¶ *Non est enim mortua puella, sed dormit.* His verbis docet nos Christus aliena operire peccata. De qua re lege capit. in scripturis. 96. d. Præterea si mortem iam omnibus notam, operire dominus contendit, quanto potius mortem spiritualem & secretā prælatus omnis propalare nō debet.

Aliena debemus operire peccata.

Lege 6. q. 1. c. 1. & 3.

¶ *Et deridebant eum.* Hinc disces quàm verum sit, quod in libro de moribus affirmat Seneca. Nondum felix es, si nondum te turba deriserit, si beatus vis esse, hoc cogita primùm: contemnere: ab alijs contemni. Præterea dicebat Diuus Paulus ad Galatas sexto. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Multi inter nos sunt, qui trepidant timore vbi non est timor: quemadmodum paruuli, qui latratu catulorum qui mordere non possunt terrentur: vnde merito ait Seneca. Authoritatem habemus senum, & vitia puerorum: non puerorum tantum, sed etiam infantium, illi leuia formidant: hi falsa: nos vtraque. Leuia formidant, qui verba irrisorum formidant. Falsa formidant, qui reputant dedecus, quod in veritate est honor. Mundus iste est velut catulus latrans irrisionibus contra eos qui bene agunt: sed mordere nescit, quia non eos percutit, & cum satis latrauerit tacebit. Deridetur Christus & tacet. Sic tu sola taciturnitate derisores

Seneca in lib. de moribus.

Derisio cōtēnēda.

Gal. 6.

Simile.

Seneca.

Simile.

tuos vices. In silentio & spe erit forti-
Esaia.30. tudo tua, inquit Esaias. capite 30. Si-
donius ait: garrulo non respondere
consuetum est. Cogita cum irride-
ris, quod plus potes tu duabus auri-
bus audire, quam irrisor vno ore lo-
qui. Non sine causa vnum os à natu-
ra & duas aures accepimus, eo quod
plus multo audire quam loqui debea-
mus: quis labor est, inquam, quam ta-
Poeta. cuisse minor? quidam poeta ait. Ta-
Simile. les irrisores, similes sunt cæcis qui
Simile. irrident alios eo quod videant. Si-
miles etiam sunt claudis, qui bene in-
cedentes derident. Ideo talis derisio
Seneca. deridenda est. Vnde Seneca. Aequo
animo, inquit, audienda sunt impe-
ritorum conuicia: contemnendus est
Simile. ipse contemptus. Quis sanæ men-
tis non contemnat claudicantem, si
videat se irrideri ab ipso, eo quod re-
cte incedat? & quis talem non iudi-
cet fatuum, si ideo claudicanti velit
assimilari, quod ab eo deridetur? De-
ridendi sunt ergo irrisores, non imi-
tandi. Væ illis nam in die iudicij di-
Sap.5.a cent: hi sunt quos aliquando habui-
mus in derisum, & in similitudinem
improperij. Et tunc qui habitat in
Psa.2.b cœlis irridebit eos, & dñs subsanabit
Psal.51 b eos, tunc videbunt iusti & timebunt
& super eos ridebunt.

¶ *Deridebant eum.* Infra capitulo
vndecimo ait dominus. Regnum cœ-
lorum vim patitur, & violenti rapiūt
Aug.li.2. quæst.euāgel.q.3?. illud. Quæ verba explicans D. Au-
gustinus, sic ait: Regnum cœlorum
vim patitur &c. Non solum vt quis-
que ista temporalia contemnat, sed
etiam linguas deridentium se talia
contemnentem. Hic enim vi facta
inuadit quodammodo quasi præda-
tor violentus regna cœlorum. Hoc
Luc.16. enim subiungit Lucas Euangelista

quum dixisset derisum fuisse Iesum à
pharisæis: cum de contemnendis di-
uitijs terrenis loqueretur. Audie-
bant, inquit, omnia hæc pharisæi qui
erant auari, & deridebant illum. Et
ait illis: lex & prophetæ vsque ad Io-
annem, ex eo regnum Dei euangeli-
zatur, & omnis in illud vim facit. Cō-
temne ergo, si sapis, mundum: contē-
ne nullum, contemne te ipsum: con-
temne contemptum.

¶ *Deridebant eum.* Felix ac nimium Felix qui propter Christum irridetur.
felix homo ille qui propter Christū
irridetur: quis mihi det, inquit Ber- Ber.lib.2. de consider.
nardus, gloriari in voce illa: quoniam
propter te sustinui opprobrium: o-
peruit confusio faciem meam? gloria Psal.68.b
mihi est consortem fieri Christi, cu-
ius illa vox est, opprobria exprobran-
tium tibi ceciderunt super me.

¶ Docetur administratio verbi.

Capitul. X.

ET conuocatis duo- Marc.9.a Luc.6.b.&
decim discipulis suis,
dedit illis potestatem
spirituum immun-
dorum, vt eijcerent eos & cu-
rarent omnem languorem, &
omnem infirmitatem. Duo-
decim autem discipulorum no-
mina, sunt hæc. Primus, Si-
mon qui dicitur Petrus, &
Andreas frater eius, Phi-

lippus

lippus & Bartolomeus, Iacobus
Zebedei, & Ioannes frater eius.
Thomas, & Matheus publi-
canus, & Iacobus Alphei, &
Thadeus, Simon Chananeus,
& Iudas Iscariotes, qui & tra-
Marc.6.a didit eum. Hos duodecim misit
Luc.9.a & 10.a Iesus: precipiens eis & dicens.
In viam gentium ne abieritis, &
Act.13.g in ciuitate Samaritanorũ ne in-
traueritis: sed potius ite ad oues,
que perierunt domus Israel. Eũ-
tes autem predicate, dicentes.
Quia appropinquabit regnum
celorum. Infirmos curate, mor-
tuos suscitate, leprosos munda-
te, demones eijcite, gratis accepi-
stis gratis date. Nolite possidere
aurum, neque argentum, neque
pecuniam in zonis vris, non pe-
ram in via, neque duas tunicas,
neque calciamenta, neque vir-
gam, dignus enim est operarius
Luc.10.c cibo suo. In quamcunque autem
1.Timo.5.d ciuitatem, aut castellum intra-
ueritis, interrogate quis in ea dig
nus sit, & ibi manete donec exea-
tis. Intrantes autem in domum
salutate eam dicentes. Pax huic
domui. Et siquidem fuerit do-
mus illa digna, veniat pax ve-
stra super eam. si autem non fue

-rit digna, pax vestra reuertetur
ad vos. Et quicunque non rece- Act.13.g
perit vos, neque audierit serma- Luc.10.a
nes vestros: exeuntes foras de do-
mo, vel ciuitate, excutite pulue-
rem de pedibus vestris. Amen
dico vobis, tolerabilius erit terre
Sodomorum & Gomorreorum
in die iudicij quam illi ciuitati.
Ecce ego mitto vos sicut oues in
medio luporum. Estote ergo pru-
dentes sicut serpentes, & simpli-
ces sicut columbe. Cauete autem
ab hominibus. Tradent enim
vos in concilijs, & in synagogis
suis flagellabunt vos: & ad prin
cipes & ad reges ducemini prop-
ter me, in testimonium illis & gẽ
tibus. Cum autem tradent vos, Lu.12.b
nolite cogitare, quomodo aut
quid loquamini, dabitur enim
vobis in illa hora quid loquami-
ni. Non enim vos estis qui loqui-
mini, sed spiritus patris vestri
qui loquitur in vobis. Tradet
autem frater fratrem in mortẽ,
& pater filium, & insurgent fi-
lij in parentes, & morte eos affi-
cient. Et eritis odio omnibus ho-
minibus propter nomen meum,
qui autem perseuerauerit vsque
in finem, hic saluus erit. Cum

autem persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis. Non consummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis.

Luc. 6.f Ioa. 13.b & 15.c Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum: sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius, & seruo sicut dominus eius. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis

Marc. 4.c Luc. 8.c & 12.a eos. Nihil enim est opertũ quod nõ reueletur: & occultum quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis prædicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Nonne duos passeres asse veneunt: & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis vos.

Mar. 8.d Luc. 9.e & 12.b 2. Timot. 2.b Luc. 12.f Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor, & ego eũ coram patre meo qui in cœlis est. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis est. Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram, non veni pacem mittere, sed gladiũ. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiã aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus & qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Mich. 7.b Luc. 14.f Infr. 16.d Luc. 9.c 14.f. 17.g Ioa. 12.d Qui inuenit animam suam perdet illam, & qui perdiderit animam suam propter me inueniet eam. Luc. 10.c Ioan. 13.f Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetã in nomine prophetæ: mercedem prophetæ accipiet, & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedẽ iusti accipiet. Mar. 9.f & quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli: Amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

Cap. X.
Ad Literam.

D*Vodecim autem Apostolorum*, idest legatorũ. *Nomina sunt hæc*.

¶ *Simon qui dicitur Petrus*. Vel cognominatur Petrus. Acto 10.a. vbi angelus ad Cornelium ait accersi Simonem qui cognominatur Petrus. Act. 10.

¶ *Primus Simon qui dicitur Petrus*. Digniores solent in sacra scriptura prius recenseri, quamuis sint aliàs posteriores, ætate aut vocatione. Sic c. 1. Prius recensetur Dauid quàm Abraham in genealogia Christi, & Iudas, quàm fratres eius. Cum tamen esset quarto loco natus. Genuit, inquit, Iudam & fratres eius. Sic Gene. 4. dicitur. Respexit dominus ad Abel, ad Cain autem non respexit. Et alibi, Iacob elegi, Esau autem odio habui; Et in hoc loco, primo loco ponitur Petrus, cũ tamen non fuerit primus vocatione, sed dignitate.

Regula. Sup. c. 1. Digniores prius recensentur in sacra scriptura, licet sint ætate aut vocatione posteriores. Gen. 4.

¶ *In viam gentium ne abieritis*, idest in viam quæ ducit ad gentes. Hoc præceptum videtur contrarium ei, quod post resurrectionem dicit. Item docete omnes gentes. cap. 28. sed non sunt hæc præcepta contraria, cũ præcepta diuersa dentur, secundum temporum varietatem, & diuersitatẽ, sic. Nolite possidere aurum & argentũ; neque duas tunicas, neque calciamenta &c. Cũ tamẽ Petrus duas tunicas zonam & calciamenta habuerit. Acto 12.

Cap. 28. Concordantur euangelistæ. Act. 12.

¶ *Nolite possidere aurum neque argentum*. Hoc præceptum nõ semper, sed ad tempus positum fuisse. Luc. insinuat. cap. 22. ait enim Christum dixisse. Quando misi vos sine loculis & pera, &c. Nunquid aliquid defuit vobis? aiunt illi nihil. Voluit enim tunc ipsis Christus ostendere suã potentiam, & peculiarem prouidẽtiam erga suos: aliàs verò, Petrus & duas tunicas & zonam & calciamenta habuit vt dicitur Act. 12. & nunc nos diximus consideratione præcedenti. Luc. 22. Act. 12.

¶ *Neque pecuniam in zonis vestris*. Vel neque æs in zonas vestras, a rea primũ moneta vel ferrea fuit, quæ in zonis olim gerebatur.

¶ *Neque calciamenta*. Secundũ Marcum, calciatos sandalijs permisit: secũdum Mathæum, calciamenta illis prohibuit. Quo significare voluit, ait Augustinus, vt sursum esset illorum affectus, non super terram. Sandalijs enim neque pes est desuper tectus, neq; nudus super terram. Augustin.

¶ *Neque duas tunicas*, vel neq; binas tunicas.

¶ *Neque virgam*. Marcus ait, quod Christus præcepit eis ne quid tollerent in via, nisi virga tantum. Sed virga quę ferenda erat, ait Augustinus, virga erat Euangelica, seu potestas viuendi ex Euangelio: virga verò quæ portari non poterat, erat virga seu baculus corporalis, qui pro defensione, & adiumento portari solet, iussit eis, vt nec minimum quid pro suæ vitæ præsidio, seu sustentatione deferrẽt; cum eis sufficeret virga Euangelica, seu potestas viuendi ex Euangelio. Cũ dignus sit operarius mercede sua. Alij dicunt legendum esse apud Mathæũ. Non nisi virgam, mendumque irrepsisse ex affinitate literarum Græcarũ. MH, nec, EIMH: nisi. ¶ *Dignus est operarius cibo suo*. i. mercede sua. Cõcordantur euangelistæ.

¶ *Interrogate quis in ea sit dignus*. Sub

pace euangelica: Luc. 10. filius pacis.

¶ *Tolerabilius erit terræ Sodomorum*, &c. Vel tolerabiliora contingent, minus punientur Sodomitæ.

¶ *Ecce ego mitto vos sicut oues*. Oues, accusatiuus casus: sub. emitteret quis, id est sicut emitteret quis oues in medio luporum, ita ego mitto vos.

Regula. ¶ *Estote ergo prudentes sicut serpentes*. Rerum ignorantia, inquit Augustinus facit huiusmodi obscuras locutiones figuratas. Nosse igitur necesse est naturam, vel animantium, vel lapidum, vel herbarum, aut aliarum rerum quibus similitudinis gratia scriptura vtitur: ad huiusmodi loquutiones intelligendas. Igitur, sicut serpens totum corpus pro capite obiicit ferienti, sic nos corpus nostrum, pro Christo capite persequentibus offerre debemus, ne fides christiana tanquam caput interficiatur in nobis, si parcentes corpori Deum negemus. Item quemadmodum serpens per cauernæ angustias coarctatur, deposita veteri tunica, vires nouas accipere dicitur, sic nos exuentes veterem hominem, induamur nouo, dicente dño intrate per angustam portam.

Augu. 2. de doctrina christ. c. 16.

De serpente Epiph. li. 1. to. 3. contra Ophitas hære. 37.

Concord. Augu.

¶ *Cauete autem ab hominibus*. Scilicet quibusdam. Certos enim non omnes significat articulus græcus. In consessus senatorum, i. tradent vos iudicibus. *In synagogis suis*, vel conciliabulis suis. *In testimonium illis*, i. vt testimonium sit ipsis, peruenisse ad eos euangelium. *Omnibus*. Vide Luc. 2. in illa verba. Exijt edictum &c. *Non consummabitis*, &c. Græcè, non absolueritis, id est non feceritis finem prædicandi in ciuitatibus Israelis, quin ego vos subsequar. *Donec*, vel quin.

Luc. 2.

¶ *Quod vobis dico in tenebris, dicite in lumine, quod in aure auditis, prædicate super tecta*. i. publicè & omnibus. Non de omnibus mysterijs loquitur, sed de illis quæ c. 5. 6. 7. præmonuerat, atque de alijs populo ad salutem, siue institutionem necessarijs, multa verò alia mysteria, quæ vulgus portare non potest, solis illis qui idonei sunt & alios docere, committenda sunt. Hinc est quod Paulus ait, o Timothæe depositum custodi: & rursum. quæ audisti à me coram testibus, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Atque illud animaduertendum est non clàm hoc depositum Timothæo esse commissum, sed coram multis testibus: vt res non clandestinæ furtiuæque doctrinæ, sed publicæ, & sine dolo intelligeretur.

Nota. Non de omnibus mysterijs fidei loquitur hic Christus, sed solum de necessarijs populo ad salutem.

1. Timot. 6. d

2. Timot. 2. a

¶ *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete* &c. Hoc testimonium probat apertè animarum immortalitatem. Si enim homines animas non possunt occidere, corpus autem occidere possunt, certum est, animas non cum corporibus interire. Item, si animas Deus mittit in gehennam, non ergo cum corpore moriuntur. Quemadmodum; quodlibet est, vel non est, principium est philosophiæ naturalis, sic animos esse immortales, & non interire cum corpore, est principium philosophiæ christianæ.

Animos esse immortales, principium christianæ philosophiæ.

¶ *Sed potius timete eum, qui potest animam & corpus perdere in gehennam*. Ita aiebat Esa. cap. 8. Omnia quæ loquitur populus iste coniuratio est. Et timorem eius ne timeatis, neque paueatis. Dominum exercituum ipsum sanctificate: ipse pauor vester, & ipse terror vester. Tunc quidem sanctificabitur à nobis dominus, cum eius pie-

pietatem & potentiam confessi fuerimus, nostramque ostenderimus virtutem & constantiam. Quem Esaiæ
1.Pe.3.c locum explicans, D. Petrus ait: timorem autem eorum ne timueritis, & non conturbemini. Dominū Christum sanctificate in cordibus vestris, pro eo quod Esa. dicit: dominū exer-
Nota. cituum ipsum sanctificate: ait Apostolus dominum Christum sanctificate, vbi vides Dominum Christum esse dominum illum exercituum qui toties in diuinis literis nominatur.

¶ *Non ne duo passeres asse veneunt.* i. quatuor denariolis.

¶ *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram pa-*
Regula. *tre meo, & qui negauerit &c.* Assertiones quibus Deus in scriptura aliquid affirmat se facturum, & si plerunque videantur contrariæ inter se, non tamen sunt, eò quod intelliguntur secundum communem loquendi modum, scilicet subintellecta conditione. In hoc loco dominus ait. Qui confitebitur me, confitebor & ego eum coram patre meo. Subaudi, si talis permanserit in tali confessione vsque in finem vitæ. Qui negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum corā patre meo. subaudi, si permanserit in tali negatione, & pœnitentiam non egerit. Vnde Petrus ter Christum negauit, sed amarè fleuit. Sic in illo lo-
Mar. vlti. co. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit Subaudi, si in fide & donis in baptismo acceptis permanserit, sic quæ dicit Christus. Dimitti-
luc.6.f te, & dimittemini. Si dimiseritis pec-
Sup.6.b cata, dimittet vobis pater cœlestis
luc.11.f peccata vestra. Date eleemosynam & omnia munda sunt vobis, & id genus alia, non intelliguntur, quòd Deus remittat peccata omnibus hominibus cō donantibus iniuriam sibi factam, & eleemosynam largientibus: alioquin scriptura erit contraria scripturæ. Nā 1.co.13.b si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autē non habeam, nihil mihi prodest. Subaudi igitur, nisi aliàs obicem aliquē posueritis. Nam quemadmodum est quidam manducandi carnem & bibēdi sanguinem domini, modus, secundum quem qui manducat & bibit nō morietur in æternum: ita est modus quidam dimittendi alijs peccata, & dādi eleemosynam secundum quem remissionem peccatorum consequetur.

¶ *Et nurum,* vel sponsam. *Aduersus socrum suam.*

¶ *Qui amauerit patrem &c. Plusquam me, non est me dignus.* i. indignus est qui me sequatur, & sit meus discipulus,
Luc. 14. Si quis venit ad me & non odit patrem & c. non potest meus esse discipulus. luc. 14.

¶ *Et qui non accipit crucem & sequitur me.* i. qui non fert æquo animo afflictiones propter me.

¶ *Qui inuenerit animam suam.* i. amauerit vitam suam, perdet eam.

¶ *Et qui perdiderit inueniet (am)* i. custodiet eam in vitam æternam.

¶ *Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet, & qui recipit iustum in nomine iusti, &c.* Sacra scriptura sæpe loquitur secundū opinionem hominum: ad quam regulā videtur dñs in hoc loco respexisse. Qui ergo recipit prophetā si falsum, Regula. in nomine prophetæ, videlicet, veri, mercedem prophetæ accipiet, id est, tanto afficietur præmio, ac si verū prophetam hospitio suscepisset. Et si recipit iustum, quem putat esse iustum, cum non sit, in nomine iusti,

veri mercedem accipiet, ac si verum iustũ in domo sua liberaliter tractasset. Vide supra ca. 5. in illa verba. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, &c. & capit. 9. ibi. non veni vocare iustos.

Cap. X.

Ad mores.

Iustus nõ in spe mũdi, sed in Deo innititur.

Neque virgam. Qui igitur Deum timet innitatur in eo non autem in spe mundi, quæ est fragilis, & fracta arundo, & virga imbecillis, id fortasse voluit in hoc loco dominus significare, præcipiendo discipulis, ne virgã portarent. Deus enim est ille, in quo niti debemus, tãquam inualidissimo, firmamento. Ideo dicebat Dauid. Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & alibi. Firmamentum est dominus timentibus eum, & Esa. 50, quis ex vobis timens dominum, audiens vocem serui sui: quis ambulauit in tenebris, & non est lumen ei? speret in nomine domini, & innitatur super Deum suum.

Psal. 17. a
Psal. 24. c
Esa. 50.

¶ Dignus est operarius mercede sua. Gene. 14. dicitur quod Abraham (vt explicat Pau. He. 7.) dederit Melchisedech decimas ex omnibus: quo in loco obserua, quod decimæ etiam ante datam legem datæ sunt, ne quis putet, tantum legale esse præceptum, ac nunc cũ ipsa lege abolitũ. Imo ex hoc loco apparet, quod ad legem naturæ pertinet, terræ nascentium partem segregare. Tum vt vel sic confiteamur nos omnia á Deo accepisse, tũ vt hinc subsitentur, qui alijs communiter seruiunt, docendo, consulendo, iuuando vel protegendo, & hi quoque qui paupertate grauantur. Vnde Christus in hoc loco ait, Dignus est operarius, &c. & Paulus: qui euangelio seruiũt, de euangelio viuant &c. Et iterũ: cõmunicet is qui catechizatur ei, qui se catechizat in omnibus bonis.

Gene. 14.
Heb. 7.
Decimæ ante datã legem dabantur.
1. cor. 9.
Gal. 6.

¶ Pax huic domui: & si quidem fuerit domus illa digna; veniet pax vestra super eam. Gen. c. 48. enarrat sacra scriptura quod Ioseph filios suos secum duxit ad patrem, vt & ipsi benedictionẽ acciperent á pio sene, quam sciebat illis magis profuturam, quam omnes diuitiæ, quas ipse illis relicturus erat. Veteres, magni æstimabant piorum benedictiones, & bonas imprecationes. Neque enim vanæ sunt si cum fide suscipiantur. Nam Christus in hoc loco dicit discipulis suis: Intrantes dicite: pax huic domui, & si fuerit domus illa digna, requiescet pax vestra super eam: quid autem valeant sanctorum malæ imprecationes, ex pueris illis discimus, quibus Elisæus maledixit. Vnde in lege sæpius monet Moyses, ne pauperes lædamus: Nec (inquit) clament contra te ad dominũ. Nos diuitias acciperemus, nihil curãtes, vel benedictiones, vel maledictiones, vel bonas, vel malas imprecationes piorum.

Gene. 48
Benedictiones & imprecationes piorum maximè prosunt.
Malę imprecationes piorũ nocere solent.
4. Re. 2.
Deut. 15. & 24.

¶ Ecce ego mitto vos. Singula verba sunt annotatione digna. Ego, emphasim habet. Ego qui vires vobis præsto, & qui auxilium do, sum qui mitto vos. Nec est quod metuatis, mittimini fateor velut oues inermes, simplices, innoxij, in medium luporum, sed á me mittimini. Magna sanè consolatio: quis ergo nostrum metuet homi-

homines huius mundi præsidiis feroces, multa dura molientes in nos si à Deo mittamur? non metuebat rex

Psal. 17. Dauid, sed potius dicebat: in Deo meo transgrediar murum. Ac si diceret: auxilio tuo domine liberabor ab hostibus, delens eorum copias, eorúque vrbes munitissimas expugnabo. Qui de animæ inimicis triumphat, de corporis inimicis etiam triūphabit.

Iere. 1. Hieremiæ dixit Deus: ne timeas à facie eorum, quia tecum ego sum; vt eruam te. Et paulo post; bellabunt aduersum te, & nõ præualebunt, quia ego tecum sum, ait dominus: vt liberem te. Attende quid dicam: non potest vinci ab homine, qui vitia sua vicerit, & legem Dei, velit nolit mundus, seruauerit. Non enim quis vincitur, nisi cum ei ab aduersario id quod summè amat, eripitur. qui ergo id solum summè amat, quod amanti eripi non potest, ille absque dubio inuictus est, & spiritualiter liber, & ideò verè liber. Quamuis igitur viri iusti corporaliter sint captiui, liberi tamen dicendi sunt qua libertate eos Christus donauit, non enim vincuntur à mundo, Deo illos mittente, atque auxilium præstante. Item qui Deum timet, & secum habet, nihil aliud timere debet: quid timet, qui secum Deũ habet adiutorem? Dominus protector vitæ meæ, aiebat rex Dauid, à

Psa. 26. quo trepidabo? & alibi non timebo

Psa. 22. mala, quoniam tu mecum es: Et Salo-

Prou. 28. mon in Prouer. iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Et D. Pau. in

Rom. 8. episto. ad Roma. Si Deus pro nobis, quis cõtra nos? quid potest esse tutius nobis, quàm arma diuina induere, & animum habere Christi gratia roboratum? quid fortius? quid munitius? quid inexpugnabilius? Si alte expectare veles, & ad veritatem mentis oculos reuocare: videbis apertè nil posse esse vel ad vitæ suauitatem iucũdius, vel ad vtilitatem accommodatius, vel ad animi pulchritudinem elegãtius, vel denique ad fortitudinem & firmitatem obtinendam & conseruandam præstantius. His armis indutos mittebat Christus discipulos suos, dicens illis: Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum. Ac si diceret: mitto vos oues inter lupos, vt lupos in oues conuertatis. Oues estis, quarum lana alij induentur, quarum lacte & caseis vescentur. Vos, auxilio meo & mansuetudine vestra, eorum iram vincetis: vestra tolerantia eorum excandescentiam, vestra humilitate eorum superbiam, vestra lenitate eorum duritiem, vestra virtute eorum iniquitatem superabitis. Et tandem his armis de illis mirabiliter triumphabitis: ideo ne timeatis eos. Sed de hoc iã alibi diximus. ¶ Ezechieli misso à do- Ezec. 2.

mino ait idem dominus: ne timeas eos quoniam increduli, & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Vbi magno opere est aduertendum, dicere Deũ Ezechieli, ne timeat Hebræos, ad quos eũ mittebat, quoniam subuersores erãt, & scorpiones, & contumaces. Ac si diceret: si virtute ornati essent, si essent fide muniti, & charitate roborati, essent absque dubio timendi; at cum sint omnium scelerum maculis notati, cum apud eos lex diuina nil valeat, iudicia taceant, vera religio occiderit: noli eos timere. Plus potest vnus virtute munitus, quàm multi virtute nudati. Elisæus obsessus à Syris dixit puero suo innu- 4. Reg. 6.

merabiles hostium copias aspicienti, & metu laboranti, noli timere, plures enim nobis sunt, quam cum illis.

Vt

Vt vidit puer exercitum angelorum Elisæo opem ferentium. Et fuerunt Syri cæcitate percussi, & regi Israelis traditi in Samaria. Volebat impius Saul pium interficere Dauidem, & ait diuina scriptura in hunc modum
1.Re.18. lib. 1. Regum. Timuit Saul Dauidē, eo quod esset dominus cum eo. Rex erat Saul, magnis diuitijs affluēs, multisque militum copijs stipatus, & tamen pauperem Dauidem, exulem, & derelictum, quod esset virtute præditus, metuebat. Magnas vires virtus habet. Non ne aspicis, quàm debiles sint impij aduersus iustum, & quàm formidabilis sit iustus aduersus impium? Sed dices: impius poterit detrahere de me, & notam ignominiæ mihi inurere, & mei nominis claritatē suis maledictis deformare. Cur igitur eum non timebo? quid ais? nonne intelligis magnificum esse ab impijs reprehendi? eorum de te detractio, est vitæ tuæ approbatio. Tunc ostendes esse te iustitia insignem, si illis displi-
Psa. 37. ceas, qui Deo non placent. Hoc intelligens Dauid aiebat: qui retribuūt mala pro bonis detrahebant mihi, quo-
Anthistenes. niam sequebar bonitatem. Anthistenes insignis philosophus, quum aliquando ab improbis laudibus efferretur, dixit, vt refert Diogenes Laertius: O me miserum, metuo ne in crimen aliquod inciderim. Et alibi dicenti cuidam, multi te laudāt, quid, inquit, mali feci? Sentiebat illustris philosophus opinionem impiorum hominum solere esse laudatricem vitiorū, & virtutum obiurgatricem. Hoc in-
Seneca. tuebatur animo Seneca, modestia clarus, & philosophia admirandus, cum diceret: argumentum esse recti, malis displicere. Et pater latinæ eloquentiæ
Cicero. Cicero, ea, inquit, est profecto iucunda laus, quæ ab his proficiscitur, qui & ipsi in laude vixerunt. Cum igitur famorosi nihil valeant apud Deū, nó ita sunt metuendi, vt ob eorum timorem, Dei veritatem celemus, nos qui cōncionādi munus suscepimus, quin potius opus, vt munere nostro bene, liberè, & intrepidè fungamur. Imitemur virtutem, & constantiam Mathatiæ filijs suis dicentis: à verbis ho- 1.Mac.2.
minis peccatoris ne timueritis, quia gloria eius, sicut stercus.

¶ *Mitto vos.* Apostoli cæteriq; euā- Prædicatores euāgelici mittuntur.
gelici prædicatores mittuntur à Deo ad concionandum, vt in hoc loco vides. Et apud Ezech. ca. 2. legés dixisse Ezec. 2.
dominum illi: mitto ego te ad filios Israel, & priusquam mittatur, gratia impletur. Ingressus, inquit, est in me spiritus & statuit me supra pedes meos, Hoc est, vbi Deus mihi locutus est, ipse introiuit in me per splendorem sapientiæ, & gratiæ accrescioné. Eodem modo Esaias ad munus concionatoris obeundum prius mundatur, & ita à Deo mittitur. Audiant hoc euangelici concionatores. quomodo prædicabunt, inquit Apostolus, nisi Rom.10.
mittantur? Ex quo colliges, ad ministerium verbi neminem, nisi missum accedere debere. Cum enim actus cōcionandi autoritatem muneris supponat, oportet verbi Dei concionatorem, vel à Deo mitti, vel ab eius authoritatem gerente. Nec debet cōcionator sciens, se esse mortiferis labiis coinquinatum, sed prius animum expiare, & sic ad concionem accedere. Rex Dauid priusquam diceret in Ps. Docebo iniquos vias tuas, has voces Psal. 50.
emisit: Cor mundū crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis: ne proijcias me à facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

à me. Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali cōfirma me. Vbi aspicis cum ter Dei spiritum postulasse, priusquam aliis viam æternæ salutis consequendæ demonstraret. Absque gratia & Dei missione concionandi munus renuebat. Qui hoc Iere. 23. non curat, à Deo per Ieremiam his verbis reprehenduntur. Non mittebam eos & ipsi currebant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Est quidem concionatoribus necessaria puritas mentis, & illa spiritus sancti vis, per quam animus splendore gratiæ illuminatus, & charitatis ardore incensus, & fortitudine ac constantia munitus populum imbuat doctrina sancta, & recto animo vitia reprehendat, ad virtutem adhortetur, & auditores mittat ad Deum. Tales erant Apostoli quibus Christus ait: Ecce ego mitto vos.

¶ Sed perpende quid Christus dicat. Ecce ego mitto vos. Vos, inquā, homines nullis literis humanis instructos, magnos mūdi philosophos victuros; vos paucos numero, nationes multitudine innumerabiles, locis infinitas, oris disiunctas debellaturos: vos homines humili loco natos, magnos terrę principes, in illustri mundi gloria, & dignitate constitutos Deo subdituros. Hoc sanè erat quod maxima admiratione detentus canebat rex Dauid his verbis: venite & videte opera domini, qui posuit prodigia super terram. Prodigiū fuit maximum per homines humiles, & inermes totum orbem illustrare.

¶ *Sicut oues in medio luporum.* Pij & innocentes, oues & columbæ appellantur in scriptura. Contra verò impij & scelerati appellantur feræ. Vide supra in illa verba nolite dare sanctū canibus.

¶ *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* Duo sunt quæ concionator copulare debet serpētis prudentiam, cum columbæ simplicitate. columbina simplicitas præstabit vt de omnibus bene mereri cupiens, neminem lædat, ne prouocatus quidem. Serpentina prudentia, ne quam ansam hominibus præbeat calūniandi doctrinam. Item serpentina prudentia, vt omnibus auditorum moribus ætatibus, & qualitatibus se attēperet. Hac prudentia vtebatur Diuus Paulus, qui in episto. 1. ad Corinth. 1. cor. 2. aiebat: Sapientiam loquimur inter perfectos, eisdem Corinthijs imper- 1. co. 3. fectis aiebat: non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam, nondū enim poteratis. Et iterum; Omnibus 1. cor. 9. omnia factus sum, vt omnes facerem saluos. Quemadmodum non omni- Simile. bus ægrotantibus, vna atque eadem medicina adhibetur, sed variè pro morborum varietate, sic non omnibus auditoribus vna atque eadē conuenit doctrina: sed eorum varietati est oratio accommodanda. Vt diligēs Simile. & prudens atque peritus medicus, priusquam adhibeat ægro medicamen, non solum morbum eius, cui vult mederi, debet inquirere, & cognoscere, sed mores, consuetudinem, & corporis naturam, & qualitates, sic prudens concionator, disertus, & cordatus præsul, daturi sunt operam, vt ægritudines, mores, & ingenia, subditorum animo percipiāt: vt possint medicamina vnicuique apta opportunè adhibere. Apud Ezechielē vbi Ezec. 1. nostra versio habet species autem rotarum

tarum erat quasi visio lapidis chryso lithi, habet versio symmachi quasi visio lapidis hyacinthi. Hyacinthus cũ aere mutatur, nam in sereno est perspicuus, in nubilo subobscurus. Tales esse debent doctores & concionatores omnibus auditorum moribus se attẽperantes, vt diximus: ideo Christus il lis ait: estote prudentes, sicut serpentes. Prudentia enim maximè necessaria præsuli ac concionatori. Infr. 10.

¶ *Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.* Vt enim victus euangelicis prædicatoribus citra solicitudinem suam suppetit, ita suppeditatur & oratio. Hanc anxiè meditari non est eius, qui totus pendet ab auxilio diuino. Non enim est humanum negocium quod gerunt, sed diuinum, cuius ipsi non autores sunt, sed organa. Hinc erat quod dominus cuidam suo concionatori dicebat: annunciabis eis ex me, idest, autoritate mea vteris, sed ministerio tuo. Lingua tua sit instrumẽtum, & veluti calamus quo ego scribam. Huiusmodi erat ille, qui dicebat: lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Quibus verbis ostẽdit, ea quæ dicebat non esse à seipso excogitata, & composita, vt ait Chrysostom. locum illum exponens, sed ea esse Dei, se autem eis linguam accommodasse. Ac si diceret: qui commouit cor meum ad eructandum verbum bonũ vtitur lingua mea ad proferendum ea, quæ animo subiecit, tãquam velocissimus scriba, qui omnia in promptu habens vtitur calamo ad scribendum. Ezec. 3. Psal. 44. D. Chry.

¶ *Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.* Hic vides ingenium mundi, qui non fert, neque ferre potest pios, sed inuidet, persequitur. Sic quidem viuunt pij, vt odio dignum nihil committant, est enim eorum vita innocens, mores non asperi, consuetudo comes & iocunda, neq; tamẽ odium mundi effugere possunt. Hoc enim neque prophetis, neque aposto lis, neque Christo contigit. Eritis (inquit) odio omnibus hominibus: & alibi: si me persequuntur & vos persequentur. Gen. c. 26. dicitur, quod palestini videntes quod Isaac crescebat, & diues fiebat, inuidebãt ei. impij. n. non ferre possunt profectus piorum. Propterea, vt dicebam: eos persequũtur: sicut persequuti sunt Isaac, qui ob hoc omnes puteos patris sui Abrahã obstruxerunt implentes humo. Mundus ferre non pōt homines pios. Ioan. 15. Gene. 26.

¶ *Qui autem perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit.* Perseuerantibus corona promittitur. Vnde Pau. ait: non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Sed duplex est corona, vna in hac vita, altera in futura: corona huius vitæ potest amitti & euanescere, corona & salus gloriæ est sempiterna. Hanc coronam vocat Petrus immarcescibilem, D. Paulus incorruptam: B. Iacobus coronam vitæ, & psalmographus coronam de lapide precioso. Hoc significare volens propheta Ezechiel. c. 40. ait, quod ante frontes pictura erat palmarũ cœlata. Hoc est, in superiori parte frontium muri, quæ erant in lateribus portę hinc & inde, erant palmæ ad ornatum & pulchritudinem sculptæ: vbi nomine palmæ significatur corona victorię, quæ templum Dei ingrediẽtibus promittitur si perseuerauerint vsque in finem. Vide infra c. 20. in illa verba cum sero esset factum &c. 2. Tim. 2. 1. Pe. 5. 1. cor. 9. Iaco. 1. Psa. 20. Ezec. 40.

¶ *Cum autem persequentur vos in ciuitate ista fugite in aliam.* Hoc fecisse legimus Isaac. Gen. 26. qui discessit à palestinis Gene. 26.

lestiis persequentibus, &c. Non vos
Rom.12. defendentes charissimi, sed date locum
iræ.

¶ *Nihil est opertum quod non reueletur*. Verissima sanè sententia, quæ passim experimento, & exemplis cõ
Gene. 3. probatur. Gen. 3. dicitur. quod vocauit dominus Deus Adam, qui abscõderat se: quantumuis peccator fugere velit, & abscondere se à facie domini, velit, nolit, prodire cogetur: & stare iudicio Dei. quemadmodum Adam. Nihil enim est opertum quod nõ re-
Amos 9. ueletur. Item illud propheticum: non erit eis fuga, & qui fugerit ex eis, non saluabitur: si descenderint vsque ad infernos inde manus mea educet eos:
2.cor.5. & illud Pauli: omnes nos manifestari
Sopho. 1. oportet ante tribunal Christi, item ait alius propheta: scrutabor Hierusalem in lucernis &c. Fugiamus igitur à peccatis, nam quantumuis peccantes tenebris operiamur, ab oculis domini abscondi non possumus. Stat enim tremenda sententia nihil opertum quod non reuelabitur.

¶ *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere*. Nam quanuis occidat impius te ipsum, nõ læditur: imò se ipsum occidit, quia animam suam occidit: tuam verò occidere non potest, vt in hoc loco Christ9 ait: Diogenes Laertius refert, dixisse Anaxarchum cũ occideretur à quodam tyranno. Tunde, tunde Anaxarchi vasculum, nam Anaxarchum nihil lædis. & Socrates dicebat, vt refert Plato: Anitus & melitus occidere me possunt, lædere autem non possunt. Epithetus Socraticus, nemo (inquit) lædit nisi volentem. Tunc læsus eris, cum te lædi opinaberis. Hæc ille. At vir virtute, ac sapientia sculptus, nõ existimat se calamitate & iniuria læsum

Impii lædere non possunt pios quanuis eos occidant. Dioge.

Socrates.

dit, sed eius calamitatem deplorat qui existimat eum lædere, cum ipse à se ipso lædatur: vt qui manu accipit prunas, vt alium cõburat, prius ipse crematur: sic non poteris alium igne afflictionis incendere, quin prius tu ipse incendio flagres. Accenditur candela vt rem aliquam concremet: prius ipsa candela exuritur quàm res alia incendatur, imò flamma candelæ alios illuminat & se ipsam consumit, sic iniuria, prius eum à quo est iacta lacerat & occidit, & postea ad innocẽtẽ nõ peruenit, imò redit illustriorẽ. Ex quo colliges, veram esse illam præclaram sententiam, quam Chrysosto. in homilia quadam multis comprobat rationibus. Nemo læditur, nisi à se ipso, quam etiam Esa. 33. septuaginta interpretes complexi sunt. Nam vbi versio nostra habet. Væ qui prædaris, nonne ipse prædaberis? & qui spernis, nonne & ipse sperneris? septuaginta transferunt: Væ qui vos miseros faciũt, vos enim nemo facit miseros, & qui reprobant vos, vos non reprobant. Est enim hæc interpretatio septuaginta mirabilis quidem. Nã qui te in corpore immeritò affligit, non tibi, sed sibi ipsi nocet, floret.n. animus iusti calamitate, ipse verò sceleratus, in animo vulneratur. Vide supra in illa verba beati estis cũ maledixerint vobis homines.

Simile.

Simile.

Chryso.

Esa.33.

¶ *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animã autem nõ possũt occidere, &c.* Hæc animæ immortalitas probatur Gen. 37. descendam, inquit Iacob, ad filiũ meum lugens in infernum. Iob 21. & in puncto ad infernum descẽdũt, & Eccle. 12. reuertatur puluis in terram suam, & spiritus ad Deũ qui dedit illum. lege item Sapien. c. 2. & cap. tertio. & cap. quinto.

Gene.37.

Iob 21.

Eccle.12.

Sap.2.3.5

Ezec. 13. Dan. 12. Inf. 25. Pythagoras. Socrates. Plato. Cicero. Aristo.

¶ Hanc eandem animæ immortalitatem probare possumus testimonio illo Ezech. c. 13. Vt interficerent animas, quæ non moriuntur. Et Danielis capi. 12. qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt alij in vitam æternam: Et alij in opprobrium, vt videant semper. Et Christus Deus noster de impijs & iustis ait: ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Hanc animæ immortalitatem asseruerunt non solũ fideles, sed etiã philosophi à fide alienati. Nam Pythagoras, vt ait D. Augu. li. 3. cõtra achademicos, cõmotus pherecidæ Syri philosophi rationibus immortalem esse animam credidit, quod postea Socrates apertissimè docuit, & Plato multis argumentis cõfirmauit: quorũ nonnulla sunt à Cicerone nostro literis latinis illustrata, & in librũ. 6. de repub. & in senectuté in primã quæst. Tusc. grauiter & eleganter relata. Sed minimè mirãdum est asseruisse Platoné animæ immortalitatem, cum fuerit vsque adeò in lege Moysi versatus, vt dicat Eusebius li. 9. De præparatione euangelica bona eius dogmata fuisse à lege veteri desumpta. Quod approbat Aristobolus in 1. ad Philometora. Et D. Amb. lib. de bono mortis accepisse ait, Platonem hortos suos à canticis Salomonis. Et si Plato secutus fuerit in physicis heraclitum, in moralibus Socraté in mathematicis Theodorum Cyreneum, in metaphysicis Pythagoram, tamen illud est perspicuum in diuinis nonnulla ex Dei lege deprompsisse. Quid autem senserit de animæ immortalitate Aristo. non est omnino perspicuum: nam Greg. Nissenus, Plutarchus, & Alexander Aphrodisæus cõtendũt sensisse Aristotelem animam esse mortalem. Contrà verò D. Thom. Theophrastus, Aristotelis discipulus, Ammonius, Philoponus, Simplicius, Sophonius, Theodorus, Metochites, & alij prope infiniti, qui ex Aristotelis fontibus hortulos suos irrigarunt, asseueranter affirmãt credidisse Aristotelem animi immortalitatem. Quæ opinio cũ communior est: tum etiam credibilior. Demosthenes cum fugeret Antipatrũ, vt refert Bassarion pro defensione Platonis, respondit Archiæ pollicenti sibi vitam verbis blandissimis si rediret: absit, vt viuere turpiter malim, quàm honestè mori, postquam Xenocratem & Platonem audiui de animi immortalitate differentes. Mercurius ille trismegistus, hoc est ter maximus, ita. n. eum vocarunt, quod dicerent eũ esse maximum regem, maximũ sacerdoté maximum philosophũ, in 1. dialogo Pymandri ex vniuersis terrenis animantibus solum hominem ait duplicis esse naturæ, mortalis propter corpus, immortalis propter animã. Et de animo iusti viri paulo post disserens ait, eum harmoniæ motione exutum ad cœlum ascendere, vbi vna cum cœtu mentium beatarum laudat Deum, quo omnes illic fruũtur. In eadem sententia erant prisci Romani, qui in funere imperatoris taberna culum extruebant à quo Aquilam cum igne quodam mittebant Etherem petituram, quæ ab illis animam defuncti ad cœlos vehere credebatur, vt æternitate beatitudinis consequeretur. Tradit hoc Herodianus, & refert Blondus libro 2. Romæ triumphantis. Et si veteres illi viam immortalitatis ignorabant ob fidei defectum, res tamen ipsa eos non fugiebat. Nam nisi multorum præceptis mul-

Demosthenes. Mercurius trismegistus. Romanorum consuetudo

multisque literis sibi ab ineunte ætate persuasissent esse aliam vitam, vbi iustorum animæ in æternum quiescentes summis gaudijs redundarent, pro qua obtinenda, erant omnia pericula pro nihilo putanda, nunquam se pro salute patriæ in tot ac tantas dimicationes, atque in nefariorum hominum, tam terribiles impetus obiecissent. Est enim memoriæ proditum, non solum Romanos duces, sed vniuersos etiam exercitus ad non dubiam mortem cucurrisse. Nec est credendum eos hæc pro fama solum fecisse, motos vana tantummodo nominis celebritate, quæ de nullo vnquam perennis fuit, sed pro fama simul, & animæ immortalitate, quæ nec obruitur hominum interitu, nec obliuione posteritatis extinguitur. Hinc fluxit opinio Elysiorum camporum, quos canit Vergilius libro sexto Aeneidos, quos Homerus in extrema ponit Hispania, vbi Zephiri spirant, & alij insulis fortunatis. Plato in phedone in cœlo stellato regionem esse describit admirabili pulchritudine decoratam, eximiisque gaudijs effluentem, quam ait esse mentium beatarum domicilium, quæ ex hac vita sanctæ migrarunt: alij in cauo lunaris globi, vt Seruius refert, vbi purus est Ether, nullis tempestatibus agitatus; quam ob causam Vergilius aeris campos appellat. Proclus in libro de anima & angelo aperte, inquit, iustorum animas à corpore separatas in cœlo quiescere, improborum autem in Tartaro. Valerius Maximus capitulo de miraculis, & de somniis multa dicit, quibus approbat animæ immortalitatem. Didymus ille, qui inter Brachmanes obtinuit principatum, in epistola quadam ad Alexandrum Magnum, ita ait: non sumus huius mundi incolæ, sed aduenæ: nec ita in orbem terrarum venimus, vt in eo libeat consistere, sed transire, properamus enim ad larem patriam. Seneca philosophus insignis in epistol. quarta & quinta. Et in libro de morte immatura, & multis alijs in locis: Macrobius in somnium Scipionis, Galenus libro de spermate, Apuleius in libro de Deo Socratis, & omnes denique philosophi sapientia sculpti, & insigni laude celebrati, animæ immortalitatem se assertores, vindices & patronos exhibuerunt. Et fuit hæc assertio omnium prudentium hominum assensu & authoritate confirmata.

Opinio Elysiorū camporū. Proclus. Val. max. Didymus. Seneca. Macrob. Galenus. Apuleius.

¶ Reijcienda est ergo sententia illa Sadducæorum existimantium animam simul cum corpore interire, nunquamque esse reparandam, ex qua sententia sequebatur non esse futuram resurrectionem mortuorum. Reijcienda etiam est Arabum opinio, dicentium animam perire cum corpore, restaurandam tamen & suscitandam cum corpore: de qua opinione habes 24. quæstione tertia, capitulo penultimo. Vtrunque errorem confutat dominus apud nostrum Euangelistam capitulo vigesimosecundo; quo in loco refertur Sadducæos negare resurrectionem. Cuius erroris fons & radix erat: quod existimabant animam interire simul cum corpore, quam radicem volens dominus eradicare & euellere ait; erratis non intelligentes scripturas. De resurrectione autem non legistis, quod dictum est vobis à Deo. Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? non est Deus mortuo-

24. q. 3. c. penul. Inf. 22.

tuorum, sed viuentium. Ac si diceret: de Deo in scriptura sacra dicitur, quod est Deus Abraham, & Isaac, & Iacob, qui iam è vita discesserant: si ergo animæ eorum non viuerent inanis & vana esset illa locutio, cum ergo Deus sit viuorum, & non mortuorum, contendum est animas illorum adhuc viuere. pro quibus verus erit talis loquendi modus, ego sum Deus Abraham &c.

An animæ immortalitas sit ex natura eius an ex diuina gratia.

¶ Sed dubitare quis forsan poterit an hæc animæ immortalitas à fide nostra, tanquam primum principium eius confessa, atq; à philosophis viris que sapientia maxima excultis recepta, sit ex ipsa animæ natura, an ex diuina gratia: nam Diuus Paulus in prima epistola ad Timothæum, capite sexto, ait: quod solus Deus habet immortalitatem. Et quod multo magis vrget, est illud testimonium sextæ synodi generalis Constantinopolitanæ actione vndecima. Intellectualia, inquit, & inuisibilia, nullatenus quidem moriuntur, neque corrumpuntur, non tamen sunt immortalia per naturam, neque in essentiam incorruptibilem transeunt, sed gratiam eis largitus est, à corruptione ea & à morte coercentem. Sic hominum animæ permanent incorruptæ, sic angeli immortales perseuerant, non naturam reuera incorruptam, propriève immortalem habentes essentiam, sed gratiam à Deo sortiti sunt, quæ immortalitatem largitur, & incorruptione eis prouidet. Hactenus concilium. Sed his minime obstantibus, sententia certa est: hanc animæ immortalitatem ex ipsa eius natura dimanare. Si enim natura esset anima nostra corruptibilis, ex principijs philosophiæ naturalis eam esse corruptibilem monstrari posset. Nam si talis corruptio effectus est naturalis, causam habebit naturalem: per talem ergo causam monstrari posset talis effectus. Hoc autem hæreticum esse nemo est qui dubitare debeat, cum in Concilio Lateranensi sub Leone decimo, sessione octaua dicatur: Cum diebus nostris nonnulli ausi sint dicere de natura animæ rationalis, quod mortalis sit. Et aliqui temere philosophantes, secundum saltem philosophiam verum esse asseuerant: sacro approbante concilio damnamus, & reprobamus omnes asserentes animam intellectiuam mortalem esse: & hæc in dubium vertentes: Cum illa non solū verè & per se essentialiter humani corporis forma existat, verum & immortalis: non ergo iam dubitare licet, aut philosophare eam esse natura corruptibilem nenec? Adde his, quod si animæ immortalitas superna turalis esset: minime constaret lumine naturali, sed solo lumine fidei cognosceretur at eam esse immortalem intellexerunt philosophi omnes sapientia, & eruditione insignes: vt iam ostendimus, non ergo dono solo cœlesti, hæc illi immortalitas adest: sed natura ipsa incorruptibilis existit. Neque obstat Paulus dicens: quod solus Deus habet immortalitatem. Nam (vt omittamus D. Tho. in hunc locum explicatione ex D. Aug. desumptam) solus Deus ex seipso habet immortalitatem, cæteræ verò creaturæ id habent ab earum conditore.

¶ Quod verò concilium ait: animam esse immortalē non per naturā sicut Deus, sed per gratiam, eam à morte coercentem, intelligendum est, quod naturaliter à se non habeat hanc

1. Tim. 6.

6. synod. gen actione 11.

Conci. Latera. sess. 8

hanc immortalitatem, sed ex generali dono Dei. Gratia enim bifariam sumitur, & pro supernaturali Dei auxilio, & pro generali atque naturali. Quod voluntarium sit, atque simpliciter loquendo nobis non debeatur, quam distinctionem nos habemus in epistol. quinta episcoporum ad Innocentium Papam: nisi ergo per hoc generale donum anima coerceretur omnino non subsisteret. Tom. 1.

¶ Ex his quæ disseruimus colligi potest erroneum, imò proximũ hæresi iudicio meo esse, asserere minime posse probari ratione naturali animã esse immortalem: nam si anima natura sua immortalis est, vt iam diximus, erit ergo aliqua naturalis demonstratio, qua monstrari possit hæc naturalis immortalitas. Omne enim prædicatum naturale, quod per se subiecto competit, mediũ habet naturale per quod de eiusmodi subiecto probari possit, vel à priori, vt aiunt, vel à posteriori. Si enim prædicatum sit propria passio subiecti, probari poterit à priori, per definitionem essentialem; Si verò sit pars essentialis subiecti, probari poterit à posteriori per effectũ: Si ergo immortalitas sit propria passio animæ, poterit monstrari per propriam diffinitionem animæ.

¶ Fateor tamen non esse erroneum dicere hactenus non esse inuentam talem demonstrationem. Quemadmodum enim aliud est dicere, quadraturam circuli non esse demonstrabilẽ, aliud verò hactenus non esse inuentam demonstrationem, quia illud est falsum, atq; ab omnibus philosophis explosum, hoc autem est verum: sic est impræsentiarum: erroneum esse animæ immortalitatem non esse demonstrabilem: non tamen, hactenus non esse inuentam talem demonstrationem.

¶ Quamuis hæc ita sint, tamen quátum mea fert opinio falsum est, ne dicam periculosum affirmare, hactenus non esse inuentam rationem, qua euidenter probetur hæc animi immortalitas. Quod vt probare possimus, primùm illud statuamus, quod affirmat princeps philosophorum, primo Ethicorum, statim à principio: inepti hominis esse æqualem certitudinem in omnibus quærere. Sed oportet esse contentus demonstrationibus, quæ sumuntur secundum naturam rei de qua disseritur. Quo iacto fundamento, prima ratio eiudẽs mihi videtur, quam adducit D. Chrysostom. homilia quarta de prouidentia. Nam cum in omni natione, religione, & ætate, constet inter omnes homines doctos, pariter & indoctos, Deum esse iustissimũ, ac prouidẽtissimum, aperte concluditur, eum nullum bonum relinquere irremuneratum, nullum malum impunitum. At qui hoc non est in hac vita, est igitur in alia. Videmus namque in hoc mundo, magnos viros pietate conspicuos, virtutibus exaggeratos, sapientia admirabiles, iniurijs acerbissimis affici, incredibilibusque calamitatibus lacerari: contrà verò homines pestilentes, ab omni honestate relictos, summis infinitæ cupiditatis stimulis concitatos, rebus prosperis & ad voluntatem fluentibus abundare. Oportet igitur esse animam immortalem, vt in alia vita sit plena remuneratio & punitio. Aristo. D. Chry.

¶ Cæterum ne erres existimando ratione naturali ostendi non posse, Deum esse remuneratorem, sed id sola fide teneri: dicente Pau-

Heb. 11. In Apostolo: accedentem ad Deum, oportet credere: quia est & inquirentibus se remunerator est: atque hinc inferas rationem prædictam, nullius esse momenti. Non inquam erres, nam nomen Dei à prouidentia sumitur. Dicere autem quod non est probatum ratione naturali Deum esse gubernatorem omnium est dicere non esse Deum.

¶ Præterea natura autore Aristotele: magis curat nobiliora, ac excellentiora, quàm ignobiliora. Hoc enim inter nos videmus, quemq; prudentem, in domo sua maiorem prouidentiam habere erga nobilissima: Cum ergo inter res omnes visibiles homo sit præstantior, necesse est dicere, quod si Deus habet curam, ac peculiarem prouidentiam elementorum, multo maiorem ac accuratiorem habebit, vt homines ad scopum suum perueniant. Ex quo colligere licebit, eum premiaturum iustos, impios verò, vel in hac vita, vel in alia puniturum: aliàs iniquus & iniustus haberetur. Ad testimonium verò Diui Pauli facilis est responsio. Nam diuina remuneratio aliquando vsurpatur generaliter, vt complectatur remunerationem in genere: quomodo naturalis ratio dicit Deum premio iustos, pœna verò afficere impios. Aliquando verò sumitur pro remuneratione peculiari, quam peculiariter docet scriptura sacra, docetq; fides nostra: hoc est perpetuam illam beatorum in regno cœlorum felicitatem. De hac igitur loquitur Diuus Pau. sine huius. n. fide impossibile est placere Deo: non de prima. Nã & ratio naturalis dictat, & philosophi lumine naturæ ducti intelligunt & Deũ esse, & esse gubernatoré, essequo præmiatorem atq; iustum iudicem; quo verò præmio qua ve pœna iustos & impios peculiariter afficiat; hoc minime, nisi sola fide nostra haberi potest.

¶ Preterea cum non inueniatur corruptio, nisi vbi contrarietas inuenitur, in anima autem intellectuali nulla sit contrarietas: cum etiam contrariorum eadem sit scientia, necessariò colligitur, animam intellectualem esse incorruptibilem: Et ex consequenti immortalem. Si anima in corpore colligata non ad corporis exigentatem contrahitur, sed sæpe corpore in lecto iacente ipsa viribus suis excubat, corporisque transgreditur conditionem, cœlestia spectat, & immortalia contemplatur, qui fieri potest, vt eadem à corpore absoluta nõ habeat excellentiorem immortalitatis cognitionem? Si antea corpori colligata, ab ipso veluti seiuncta, extra illud vitam degebat, quanto magis cum fuerit à corporis vinculis separata? Nihil omnino mortale potest immortalia intelligere, cum autem anima intelligat immortalia, apertè concluditur eam non esse mortalem. Vt corpus mortale suis sensibus corruptibilia intuetur, ita anima immortalis æterna cogitat & cõtemplatur. Eam ob causam Socratici Philosophi, duas esse vias asseruerunt animarum è corpore exeuntium. Nam qui se humanis vitijs cõtaminant, & se totos flagitijs dedũt, ijs deuium quoddam iter est seclusum à concilio beatorum. Qui autem se integros impollutosque seruant, quibus est minima cum corporibus contagio; his ad cœlum ad

ad sanctorum domicilium facilè patet aditus: qui enim rectè & honestè curriculum viuendi à natura datum conficiunt, gloriam sempiternam cõsequuntur.

¶ Præterea hoc idem Cicero li. 1. de senectute, & 1. lib. Tusculan. quæstionum hac ratione probare contendit: quemadmodum enim sufficiẽter in lumine naturali probatur Deum esse: eo quod nulla ratio, nullaq; tam barbara gens sit, quæ non admittat Deum esse: cũ natura sculpta sit hæc propositio Deus est: sic eodem argumento monstratur animam esse immortalem. Cum communi consensu firmatum sit, etiam hominum barbarorum animas viuere corrupto corpore: atque ideo exequias præstabant. Adde his: neque Deum, neque parentem naturam quidquam agere in cassum & frustra, neque deficere in necessarijs, cum sit sapientissimus ac potentissimus: sed necessarium est ad benè vitam instruendam in ratione naturali, cognoscere animum esse immortalem, ac Deum esse, ergo vtriusque principij cognitione natura prouidit. Si enim à ratione naturali & Deum esse, & animum esse immortalem tollas: tota fabrica honestatis, & virtutis moralis ruit. ¶ Nec te moueat, quod dicat Salomon in Ecclesiaste. c. 3. vnus est interitus hominum, & iumentorum, & æqua vtriusq; cõditio. Sicut moritur homo, sic & illa moriuntur. Similiter spirant omnia & nihil habet homo iumento amplius. Cuncta subiacent vanitati. Et omnia pergunt ad vnum locum: de terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur, quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & spiritus iumentorum descendat deorsum. Et deprehendi nihil esse melius quàm lætari hominem in opere suo, Et hanc esse partem illius: quis enim eum adducit, vt post se futura cognoscat? Non inquam, te moueat hoc testimonium. Pro cuius intelligentia, imò pro totius libri intelligentia per pende ferè semper illo libro, Ecclesiastem assumere duas personas, alteram loquentem secundum affectum sensibilem, alteram verò secundum rationem. Vnde hic solus in illo libro labor est, distinguere scilicet, quãdo hac vel illa persona loquatur Salomon. Quando ergo arguit: necesse est intelligere eum agere personam argumentantis. quando verò seipsum resoluit, tunc agere personam spiritus sancti. vnus ergo locorum in quo agit personam argumentantis, & loquentis secundum affectum sensualem est iste, quẽ modo citauimus. Lege etiam infra cap. 19. in illa verba ad literam explicanda, Et vitã æternam possidebunt. vbi de eadem agemus quæstione.

Eccl. 3.

¶ *Sed potius timete eum qui potest animam & corpus mittere in gehennam ignis.*

Hinc manifeste colliges aduersus huius temporis hæreticos, sanctum esse timorem. Ab illo. n. incipit sapiẽtia. Est enim porta & introitus diuinæ sapientiæ, cuius typus erat porta illa Orientalis: De qua Ezechiel propheta ait: Et venit ad portam, quę respiciebat viam Orientalem. Timor ergo initiũ est sapiẽtiæ. de quo psalmographus initium sapientiæ timor domini, quod est etiam à Salomone in Prouerb. & ab Ecclesi. vsurpatum. Hic timor incipit intellectum illustrare eorũ, qui se humiliãt, animũ dimittunt & ad Deũ supplices accedũt. id voluit Dauid verbis illis significare: Declaratio

Hinc colli-ge sanctũ esse timorem.

Ezec. 40.

Psa. 110.

Pro. 9.

Eccl. 1.

Psal. 18. tiatio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis: vel, vt potest verti ex Hebræo: Porta sermonũ tuorum illuminat, & intellectũ dat humilibus: id quod alibi appellat initium sapientiæ, vocat hic portam diuinorum sermonum. Non solum qui intimiam penetrat sapientiam, & perfectam obtinet charitatem, illuminatur, sed etiam hostium sapientiæ rerum diuinarum, hoc est timor domini mentem lumine aliquo illustrat, vt percipiat, quid sit fugiẽdum, quid sequendum: Ideo hæc Ezechielis porta appellatur Orientalis, qua oriens ipse, hoc est, Christus homines ad perfectam charitatem perducit. Timor quasi locum parat charitati, & vt ait D. Aug. Diuus Augustinus in expositione epistolæ primæ Diui Ioannis, cum cœperit charitas habitare, pellitur timor, qui ei præparauerat locum: ad cuius rei explanationem hac vtitur Simile. similitudine. Sicut videmus per setam introduci linum, quando aliquid suitur, seta prius intrat, sed nisi exeat, non succedit linum: sic timor primo occupat mentem, non autem ibi remanet, quia ideo intrauit, vt introduceret charitatem. Ideo ait Diuus Ioa 1. Ioh. 4. nes in prima sua epistol. Perfecta charitas foras mittit timorem. vt ad con Simile. struendam templi lapidei testudinẽ fit prius artificium quoddam ligneũ, quod simplex fornicis appellatur: sed consummato ædificio totũ illud simplex in terrã proijcitur, quippe quod solum ad perficiendum templum seruiebat. sic ad perfectæ charitatis constructionem erigitur timor: sed perfecta iam charitate decidit timor ille tã quam artificium tabulatum, & remanet pulchrum, magnificumque charitatis ædificium. Non laudo timorẽ illum, qui oritur ex amore sui, & diffidentia Dei: de eo enim ait dominus: Lu. 12. nolite timere pusillus grex. Et rursũ: Ioan. 14. nõ turbetur cor vestrũ, nec formidet. Deut. 6. eũ laudo timorẽ, de quo ait Deu. dñm Deum tuum timebis. & Iosue: time- Iosue 24. tẽ Deũ, & seruite ei corde perfecto: & psalmographus: firmamentum est do Psa. 24. minus timẽtibus eum. & Malachias: Malach. orietur vobis timentibus nomẽ meũ, sol iustitiæ. & Christus Deus noster in hoc loco: timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. In via Dei, inquit, Diuus Gre- D. Greg. gorius 2. moralium à timore incipitur, vt ad fortitudinem veniatur, & quoniam timor hic Christum intuetur, ideo dicebat Ezechiel in loco illo portam illam Orientem respicere.

¶ *Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt &c.* Hinc intelliges falsam esse & impiam eorum opinionẽ, qui somniantes aiunt, Deum non curare res humanas. Sed sinere mundũ temere ferri, impios impune grassari, innocentes affligi & opprimi, nullã que esse Dei prouidentiam, nullum iudicium, cum appareat sapienter intuentibus Deum esse mundi opificẽ & gubernatorem, & iustitiam ac potentiam suam in sceleratorum hominum castigatione ostendere: tunc.n. cognoscitur cum iudicia facit: dicente psalmographo: cognoscetur dominus iudicia faciens, siue vt alii vertũt Psal. 9. cognoscitur dominus iudicia faciẽs. Tunc eum gentes miris laudibus efferũt, cum impios superbos deiectos vident, & publicorum maleficiorum suorũ iustas pœnas persoluere solẽt. tunc homines Deum iustum esse experimento cognoscunt, cum eum vident cõfringentem vires & opes improborum ferocitate exultantiũ, eosque

que calamitatibus insignibus opprimentem. Nihil est, quod vulgi animos magis excitet ad diuinam religionem colendam, quàm vltio diuina, vbi Deus iustitiæ suæ manifesta documenta constituit, bonos eripiés, iniquos autem delens. Ideo ait David: exurge domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum meorũ. Exurge domine Deus meus in præcepto, quod mandasti, & synagoga populorum circundabit te. Ac si diceret: ostende domine iustitiam tuam, ne me sinas, tandiu impiorum hominum calamitatibus exerceri, & vndique oppugnari: extolle teipsum in ira contra hostes meos immanes. Tu iuste Deus mundi gubernator & rector fac quod rerum publicarum gubernatoribus faciẽdum præcepisti: vlciscere impios bellum & interitum innocentibus publicè inferentes: & ita populorum cœtus te toto ore laudabit, cum aperta tuæ seueritatis monimenta conspexerit. Curam igitur agit Deus suorum peculiarem, impios eos opprimentes, opprimendo & eos à malis seruando & liberando: quemadmodum liberauit Iacob, Eliam, & Ioseph: de quo aiebat pater suus Iacob, iam iam moriturus. Filius accrescens Ioseph, & decorus aspectu. Sed exasperauerunt eum & iurgati sunt. Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachiorum & manuũ illius, per manus potentis Iacob, & inde egressus est pastor, lapis Israel. qua si dicat Iacob filius meus diues, & pulcher, variis calamitatibus fuit pressus à fratribus & domina sua, sed ex omnibus illis eum eripuit potens Deus patris eius Iacob, qui curã agit suorum. Et si Ioseph fuit multis ærũnis expositus, semper tamen stabilis, ac firmus permansit: nullæ eum tentationes potuerunt de gradu constantiæ deiicere: quin potius ex voluntate Dei Iacob fuit pastor & princeps totius Aegypti, ille qui semper fuit lapis immobilis Israelis, qui fuit firmamentum sustentans Israelitas, cuius firmitas lapidi duro comparatur.

Psal. 7.

Gene. 49.

¶ *Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt.* Nihil habẽt sancti, quod Deo gratissimum non sit, anima, corpus, vestis, vngues & capilli: Capilli enim capitis eorum numerati sunt, & in odorem suauitatis domino offeruntur. Vnde Nume. 6. præcipiebat dominus, vt raderetur Nazaræus, tolleretque sacerdos capillos eius, & poneret super ignem, Qui erat suppositus sacrificio pacificorum. & considera quæso discrimen: capilli impiorũ, apud Ezech. cap. 5. disperguntur, scinduntur, & comburuntur: sanctorum verò in hostiam pacificorum Deo offeruntur. Quod si sanctorum capilli Deum nobis reconciliant, quid facient ea quæ sunt mediatoris Christi, cuius lachrymæ, panni, & id genus alia nos placant, vt ait Ber.

Nihil habent sãcti quod Deo gratissimum non sit.

Num. 6.

Ezec. 5.

D. Ber.

¶ *Qui amat patrem aut matrem, plusquam me, non est me dignus.* Quomodo ferendi sunt, pater, mater, & fratres, cum nobis aduersantur in via Dei, depingit locus iste. Quemadmodũ verba domini. Deuteron. 13. Si tibi voluerit persuadere frater tuus, filius matris tuæ, aut filius tuus vel filia, siue vxor quæ est in sinu tuo, aut amicus quem diligis vt animam tuam, clam dicens: eamus & seruiamus Diis alienis, quos ignoras tu & patres tui, cũctarum in circuitu gentium, quæ iuxta vel procul sunt ab initio vsque ad finem terræ, non acquiescas ei, neque audias, neque parcat ei oculus tuus, vt

Ferẽdi nõ sunt parẽtes si nobis aduersantur in via Dei.

Deut. 13.

misereris & occultes eum; sed statim interficias.

Gen. 12. ¶ *Qui amat, &c.* Gene. 12. dicit dominus Abraham: egredere de terra tua, & de cognatione tua. Nota quo pacto hic iubetur, è cognatione & domo patris sui recedere, atq; hæc sunt chara, quæ quosuis homines tenent: Parentes, patria, liberi, amici, & hæc tamen relinquere iubetur Abraham. Verè magnum præceptum: quod magnū & fortē requirit animū. in summa: eis conditionibus vocatur Abraham, vt in terra nihil ex animo possideat, soli Deo inhæreat, omnibus renunciare paratus, vt dignus fieret Dei promissionibus. Eisdem conditionibus etiam nos vocamur. Qui vult (inquit) venire post me, abneget seipsum. & in hoc loco: qui amat patrem aut matrem, plusquā me, non est me dignus: qui non renunciat omnibus, quæ possidet: non potest meus esse discipulus. Et in Psalm. obliuiscere populum tuum, & cōcupiscet rex decorem tuum. Vide etiam infra in illa verba: Qui vult venire post me abneget se &c.

Omnia relinquenda propter Deum.

Infr. 16.

Luc. 14.

Psa. 44.

¶ *Qui recipit vos, me recipit.* Egenos ergo & vagos induc in domum tuā, vt Esa. ait. c. 58. nam quemadmodum piscatores, iactis in mare retibus ad pisces attrahendos, attrahunt aliquādo preciosas margaritas: sic tu captās homines egenos & vagos, piscaberis, non solum angelos, quemadmodum Abraham & Loth scriptura commemorat, sed & ipsum dominum angelorum. Audi illum in hoc loco dicentem, qui recipit vos, me recipit, & qui recipit me, recipit eum qui misit me.

Esa. 58.
Simile.
Hospitalitas cōmēdatur.
Gene. 18 19.

¶ Si inueni gratiam in oculis tuis (inquit Abraham angelo) ne trāseas seruum tuum. Rogat Abraham, vt diuertant angeli, idque admodū efficacibus verbis. Non dixit si lassi estis, si pecuniam numerabitis, si emere vultis: sed, si mihi non inuidetis, si gratiam vestram promereri possum, non recusetis meum officium. Non potuit efficatioribus verbis inuitare. imò magni beneficij loco habiturū: si ad se declinare dignentur. Verè enim tanta res est hospitalitas, vt magis accipiat quām donet, si quis eā obeat alacriter. Vnde in hoc loco Christus ait. Qui vos recipit, me recipit, & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet: id quod in Abraham videmus. Putabat se homines suscipere, & nescius, angelos, imò Deum ipsum, vt modo dicebā, suscipit. Nec dubium quin idem sæpenumero etiam nobis contingeret, si hoc exemplum imitaremur. Vnde Paulus hospitalitatis nolite obliuisci, per hanc enim quidam placuerūt, etiam angelis hospicio receptis.

Gē. 18. c.

Heb. 13.

¶ *Amen dico vobis non perdet mercedem suam.* Gen. 15. dicitur. His itaque transactis, factus est sermo domini ad Abraham, dicens: Noli timere Abraham, ego protector tuus sum, & merces tua magnanimis. Postquam, inquit, Abraham magnum illud opus charitatis ostendit, captiuum Loth, aliosque eruendo: insignemque temperantiam, in eo quod regis Sodomorum dona contempsit, vt gloria victoriæ soli Deo permaneret: his (inquit) transactis, cum se tam pium in omnibus se ostendisset ipse Abrahā: statim adfuit Deus, premiaturus eius pietatem. Hic igitur videmus, quod Deo placent sancta & pia opera suorum. Secundo, quod Deus scit & videt bona opera nostra, etiam si coram mundo

Gen. 15.
Merces iustis manet.

mundo occulta sint Pater (inquit) videt in abscondito. Tertio, quod nullum Deus bonum irremuneratum relinquit, non igitur frustrà laboramus, non fallit Deus; id quod hoc Genesis loco monstrare voluit. Tantũ vt omnibus viribus pietati studeamus, merces & remuneratio certa erit nobis. Amen (inquit in hoc loco) non

Gene. 43. perdet mercedem suam. Gene. 43. dicitur, quod ingresso Ioseph obtulerunt ei munera fratres sui. Quo in loco obserua, quod quantumcunque parua essent munera eorum, non tamen ea contempsit Ioseph, propterea quod videbat ex gratitudine & bono corde profecta. Sic parua sunt omnia quæ Deo offerimus, tamen grata ea habet, si ex fide & deuotione proficiscantur, quantumuis parua sint.

Parua sũt quæ Deo offerimus tamen illi grata sũt, si ex viua fide procedant.

Quicunque (inquit in hoc loco Christus) potum dederit vni ex istis minimis, calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli; Amen dico vobis non perdet mercedem suam.

Gene. 47. ¶ Præterea. Genesis 47. legimus, disposuisse Deum, vt regi Pharaoni omnis pecunia, & omnia pecora AEgypti contingerent, vt videlicet illi remunerarentur beneficia, quæ in iustum senem Iacob contulerat, sic enim Deus temporaliter remunerat, quæ pijs dantur. quod si impij non perdunt mercedem pro eo quod iustis benefaciunt, quid consequentur qui ex fide vera hoc faciunt? Qui dederit, inquit, iusto calic aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam.

Temporaliter remunerat Deus quæ piis dantur.

¶ Prædicabat Christus: Ioannes mittit discipulos ad Christum.

Capitul. XI.

ET factum est: cum cõsummasset Iesus præcipiens duodecim discipulis suis: transijt inde, vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum: Ioannes autẽ cũ audisset in vinculis opera Christi: mittens duos de discipulis suis, ait illi, Tu es qui venturus est, an alium expectamus? Et respondens Iesus ait illis: Euntes renuntiate Ioanni, quæ audistis, & vidistis: cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiũt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cepit Iesus dicere ad turbas de Ioãne. Quid existis in desertum videre? arundinem vẽto agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regũ sunt. Lu. 7.

sunt. Sed quid existis videre prophetam? Etiam dico vobis

Mala. 3. a & plusquam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. qui autem minor est in regno caelorum maior est illo. à die-

Luc. 16. d bus autem Ioannis Baptistae usque nunc, regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud: omnes enim prophetae & lex, usque ad Ioannem prophetauerunt. & si vultis recipere, Ipse

Mala. 4. b est Elias qui venturus est. Qui habet aures audiendi audiat. cui autem similem aestimabo gene-

Luc. 7. e rationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro: qui clamãtes coaequalibus dicunt. Cecinimus vobis & non saltastis: lamẽtauimus, & non planxistis. Venit enim Ioannes, neque manducans, neque bibens: & dicunt daemonium habet. Venit filius hominis: manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia a filijs suis. Tunc coepit exprobrare ciuitatibus, in quibus facta sunt plurimae virtutes Luc. 10. a

eius, quia non egissent poenitentiam. Vae tibi Corozain, Vae tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone, factae essent virtutes, quae factae sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere poenitentiam egissent. veruntamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij quam vobis. Et tu Capharnaum, nunquid usque in caelum exaltaberis? usque in infernum descendes. quia si in Sodomis factae fuissent virtutes, quae factae sunt in te: forte mansissent usque in hanc diem. Veruntamen dico vobis, quia terrae Sodomorum remissius erit in die iudicij quã tibi. In illo tẽpore respõdẽs Iesus, dixit. Confitebor tibi pater dñe caeli & terrae, quia abscõdisti haec a sapientibus, & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo, & nemo nouit filium, nisi pater, neque patrẽ quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare? Venite ad me omnes qui laboratis & onerati

ti estis, & ego reficiam vos, tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiē animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.

Cap. XI.

Ad Literam.

C*Vm consummasset Iesus, præcipiens discipulis suis, &c.* idest cum finem fecisset mandata dandi discipulis suis.

¶ *Qui venturus est.* i. qui venturus erat. *Quæ audistis & vidistis &c.* Græcè, quæ auditis & videtis. est enim plenior sensus, vt de omnibus, quæ faciebat Iesus intelligatur.

¶ *Pauperes euangelizantur.* i. docentur euangelium. Lœtum accipiunt euangelii nuntium. Allusit ad illud prophetæ, euangelizare pauperibus misit me. Esa. 61.

¶ *Qui non fuerit scandalizatus in me.* Vel per me, idest propter abiectionē meam &c. Vide infra c. 26. ibi, omnes vos scandalum patiemini in me.

¶ *Qui mollibus vestiuntur.* Sub. vestimentis. i. splendidis & preciosis.

Quare Ioannes dicatur plusquam propheta.

¶ *Etiam dico vobis, & plusquam &c.* Solus Ioannes in scriptura plusquam propheta vocatur. Tum, quia quem cæteri prophetauerūt ipse digito mōstrauit. Tum etiam, quia ad priuilegium prophetale etiam Baptistæ accessit præmium, vt dominum suum baptizaret. Tum denique: quia alii postquam nati sunt prophetauerunt, iste adhuc in ventre matris conclusus Christum cognouit. Adde huc: quòd plusquam propheta vocatur, quia nō solum erat propheta, sed etiam angelus missus ante faciē domini ad præparandā viam eius: vnde statim Christus subiungit, hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelū meum &c.

¶ *Ecce ego mitto angelum meum.* Nuntium meum. *Ante faciem tuam.* Hebr. pro ante te. Sic 1. Reg. 30. tulit vniuersos greges & armenta, & minauit ante faciem suam, idest ante se. & Michæ. 6. misi ante faciem tuā Moysen & Aaron. i. ante te. 1. reg. 30. Mich 6.

¶ *Inter natos mulierum, non surrexit maior Ioanne Baptista: qui autem minor est:* deinde sequitur. *In regno cælorum maior est illo.* Hoc est, Christus, qui iudicio pharisæorum minimus omnium erat: ac populi vermis, non homo, & abiectio plebis: in regno cœlorum. i. in resurrectione mortuorum, vel iudicio patris maior est Ioanne. Appellatur Christus minimus secundum æstimationem hominum, sic. n. sæpe loquitur scriptura. Vide cap. 5. in illa verba; qui ergo soluerit vnū de mādatis istis minimis. Sic Chry. ho. 38. in Math. Nota.

¶ *Vsque nunc.* Vel vsque ad hunc diem. *Regnum cælorum vim patitur.* Vel vi inuaditur aut occupatur. Regnum cœlorum hic, appellatur doctrina euangelii, quia vi occupabatur, vel ob turbam irruentium, ac vi conantium irrumpere, adeò iam vrgebat tempus euangelii. Regnum cœlorū. i. doctrina euang.

¶ *Lex & prophetæ vsque ad Ioannem.* Ex diuina scriptura colligitur, quod tri-

tribus annis ante nuptias Rebeccæ, Sara defuncta est: nam nonagenaria peperit Isaac. Mortua est quum esset 127. annorum. Isaac autem quum 40 esset annorum duxit vxorem Rebeccam, quo fit, vt tribus annis ante nuptias mortua fuerit Sara, neque hoc vacat mysterio, eodem enim modo, tribus annis antequam Rebecca, idest ecclesia Christo coniungeretur, mortua est Sara, idest lex, quod enim iam iam moriturum est mortuum vocare solemus, cum ergo lex iamiam esset moritura, mortuam ex tunc eam vocare possumus, à prædicatione autem Ioannis, vsque ad effusionem spiritus sancti lex, inquit, vsq; ad Ioann. tres anni fuerunt.

Figura. Gene. 17 Gen. 23. Gen. 25.

¶ *Prophetæ & lex vsque ad Ioannem.* De prophetis intelligit, qui eius aduentum annuntiarũt, aliàs verò prophetæ multi fuerũt in ecclesia, inter quos fuit Agabus. Acto 11. qui famem instantem prædixit, & quæ Paulus Hierosolymis passurus esset, prophetauit. De quibus Paulus intellexit cum dixit. Ipse dedit quosdam apostolos, quosdam prophetas.

Nota. De quibus prophetis hic Christus intelligat. Acto 11. 1. cor. 12

¶ *Ipse est Helias.* Verbum substantiuũ sæpe accipitur in sacra scriptura pro significo, as. Petra autem erat Christus, sic accipitur in hoc loco. Vide Io. 1. ibi, non sum Helias.

Sum, es, fui pro significo, as, ui. 1. cor. 10.

¶ *Cui autem similem æstimabo generationem istam*, idest genus hoc hominum?

¶ *Sedentibus in foro.* In Mercatibus.

¶ *Lamentauimus & non planxistis.* Vel lugubria cecinimus & non planxistis. q. d. nullis rationibus potuistis commoueri.

¶ *Et iustificata est sapientia à filijs suis.* Idest, discipuli mei iudicarunt, veram esse sapientiam quam doceo, quã hæc generatio damnat. Alii legunt iudicata: vt Christus dicat se sapientiam damnari à suis Iudæis. Vnde filios sapientiæ vocat Iudæos, qui existimabant se esse sapientes, cum aliás essent insipientissimi. Vide supra cap. quinto in illa verba. Qui ergo soluerit.

Duplex expositio huius loci.

¶ *Væ tibi Corozaim.* Execrantis est vox, non malè imprecantis. Vt væ misero mihi. Sic Ecclesi. 10. Væ terræ cuius rex puer est. Esa. 6. Væ mihi quia tacui. Ecclesia. 4. Væ soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem se.

Væ, vox execrantis est, & non male imprecantis. Eccl. 10. Esa. 6. Eccl. 4.

¶ *Si in Tyro & Sidone, &c. Olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent.* Caput radere, & saccum siue ciliciũ induere, & cinere caput perfundi, mœroris indicium erat, vbique ergo per hæc, magnitudo pœnitentiæ ostenditur. Vnde Hiere. contra Moab ait, omne caput caluitium, & omnis barba radetur, & in cunctis manibus colligatio, & super omne dorsum cilicium. Et in hoc loco, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egissent.

Nota indicium mœroris apud veteres. Iere. 48.

¶ *Factæ essent virtutes.* Vel facta fuissent miracula.

¶ *Olim in cilicio.* Vel iampridem in cilicio pœnitentiam egissent.

¶ *Veruntamen dico vobis.* Proinde dico &c. & infra.

¶ *Remissius erit Tyro & Sydoni.* Tolerabiliora contingent, idest minus punientur, & infra.

¶ *Veruntamen dico vobis.* Vel, proinde dico vobis.

¶ *In illo tempore respondens Iesus.* Hebra. 1. verba faciẽs, exorsus Iesus. modus familiaris est Hebreis, vt respondere dicant, aut respondentẽ faciant, etiam si nullus sermo præcedat, vel etiam

Respondere in sacra scriptura idem

est quod verba facere. etiam si nemo quærat, vbi vel exclametur, vel alacritas in sermone est. Iob.c.3 Sic Iob.capit.3. Postea aperuit Iob os suum, & maledixit diem suum, & respondit & dixit, quomodo respondit silentibus aliis, & nullum aliud verbum eloquutus: hunc morem & euangelistæ obseruarũt quoque, vt in hoc loco vides. & Luc. 14. multisque in Luc.14. aliis locis.

¶ *Dixit: confitebor tibi pater.* i. gratias agam tibi pater: confiteor, idem significat, quod laudo, vel gratias ago, gratulor, aut testor coram te: siue agnosco. iuxta sermonis Hebræi proprietatem. Psal. 117. Confitebimini domino quoniam bonus, & quemadmodũ cecinerunt filii Israel Pharaone de- Psa.95. merso. Vnde confessio idem est quod laus, confessio & pulchritudo in conspectu eius.

¶ *Quia abscondisti hæc à prudentibus, & sapientibus, & reuelasti ea paruulis.* Sapientes & prudentes vocat scribas & pharisæos, eo quod sibi sapientiam arrogabant, cum essent omnium hominum stultissimi. Paruulos vocat Apostolos, quia Iudæorum omni sapientia erant destituti. Hebr. vide supra c.5. ibi. Qui ergo soluerit vnũ de mandatis istis.

¶ *Et reuelasti ea paruulis.* Vel infantibus. i. humiliter de se sentientibus. *Ita pater*, certe pater. *Quoniam sic fuit placitum ante te.* Vel sic fuit bona voluntas coram te. Heb. pro sic tibi placuit. Sic Rom.12. Pau. ad Rom. 12. Vt probetis quæ sit voluntas Dei bona: pro, quid Deo pla- Psal.50. ceat. Psa. 50. Benigne fac dñe in bona voluntate tua Sion. i. placeat tibi dñe beneficiis afficere Sion.

¶ *Et voluerit filius reuelare.* Vel patefacere.

¶ *Venite ad me omnes.* Vel solo isto testimonio refellitur Lutherus, qui existimauit, omnem nostrum conatum ad gratiam esse peccatum. aliàs enim Deus incitaret & inuitaret nos ad peccandum. Neq; obstat quod Esa. ait. Suscepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis suis, cum ex sententia veterum interpretum, non de duplici gratia, sed de duplici punitione, quam populus Iudaicus accepit semel à Babyloniis, & iterum à Romanis, vel de punitione animæ & corporis intelligatur. Error Lutheri. Esa.40.

¶ *Et ego reficiam vos.* Vel refocillabo vos, neque enim ad cibum est referendum, sed ad remedium lassitudinis, lassos enim recreat & refocillat Christus.

¶ *Et humilis corde.* i. animo minime elato. Hebr. de his humilibus dicitur Iudith 9. humilium & mansuetorũ semper tibi placuit deprecatio. & Esa. 57. Hæc dicit dominus excelsus, habitans cum humili spiritu, idest cũ homine animi minime elati & de se non superbè sentientis. Iudith.9. Esa. 57.

¶ *Iugum enim meum suaue est &c.* Cõmodum, facile blandum.

Cap. XI.
Ad mores.

IOannes autem quum audisset in vinculis &c. Diuus Chrys. super Ioannem, rationem reddit mortis Ioannis. Existimo (inquit, propter hoc permissam esse mortem Ioannis, vt eo sublato de medio, Christus maximè prædicare inciperet, vt omnis affectio ad Christũ transiret, & non vltra his, quæ de vtroque erant, sententijs, scinderetur. D. Chrys. causã mortis Ioannis reddit.

¶ Cum

Diabolus lupo comparatur & merito.

¶ *Cum audisset Ioannes in vinculis.* Merito à sanctis diabolus lupo comparatur, qui vt oues Christi securius deuoret, canes latrantes & mordentes, qualis fuit Ioannes, non solum in vincula coniiciet, sed & trucidare satagit. Cui rei accommodari potest fabula, qua Demosthenes vsus est aduersus Philippum, qui ab Atheniensibus postulauit decem oratores, & ille fingit fabulam. Lupi suaserunt pastoribus, vt in amicitiam conuenirent. cumq; hoc pastoribus placuisset, petierunt lupi, vt primò sibi vice securitatis canes traderent, in quibus videbatur occasio iurgiorum, annuerunt pastores: & tunc lupi nulla dempta formidine; omnem gregem, non solum pro satietate, sed etiam pro libidine, lacerauerunt. Sic (inquit philosophus) sublatis oratoribus in populo Atheniensium, facturus est. Oratores populi postulat: quo facilius possit opprimere spoliatam custodibus vrbé. Ad hunc igitur modum diabolus, canes Christi, hoc est, concionatores verbi Dei de medio auferre conatur, vt in gregem eius libere grassetur, eá ob causam Ioannem cæterosq; Christi apostolos, in vincula coniecit, variisque martyriorum generibus interficere ausus est. Sed tamen intentū diabolus non habuit. Nam (vt Hilarius, ait 7. de trinitate.) Hoc habet proprium ecclesia, vt dum persecutionem patitur floret, dum opprimitur crescit, dum contemnitur persistit, dum læditur vincit, dum arguitur intelligit, tunc stat cum superari videtur.

Isid. lib. 1. ethimologiarum.

Hilarius 7. de trin.

¶ *Cum audisset Ioannes in vinculis.* In vinculis Ioannes iniectus est, eo quod scandalizauit plebem, quod Herodé iure optimo reprehenderit. Obseruato, quod de Herodis crimine omnibus manifesto non scandalizabantur homines illi: De Ioannis autem virtute mirum in modū & indignati, & scandalizati sunt. Sic etiam nunc temporis, multos reperies qui de publicis peccatis non offendūtur: si autem concionatores audiant illa reprehendentes scandalizentur, illos que ad interitum vsque persequūtur. Similes agricolis illis, qui seruos patris familias occidere non veriti sunt, propterea quod illos reprehendebāt, quod vineæ fructus, dño suo reddere non curabant.

Sunt qui de publicis peccatis non offendantur de virtute aūt scādalizentur.

Inf. 21.

¶ *Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi, misit duos ex discipulis suis.* Si quæras vnde habuerit Ioannes, cathena atque vinculis constrictus, tantam curam & diligentiam in negotiis spiritualibus suorum: suæ salutis suique negotii penitus oblitus: in promptu est responsio: nam mortem non solū non timebat, sed summopere appetebat: inimicosque suos, vt illam accelerarent, suis studiosis actionibus irritabat. Disces ergo exemplo Ioannis, mortem non timere: disce omnia huius mundi bona contemnere, vt animæ saluti totus incumbas. Nihil enim refert (vt Seneca ait) cito an tarde mors veniat, nam quod à nobis petit necessarium est: pusilla enim res est hominum vita, sed ingens est contemptus vitæ. Hanc qui contempserit securius videbit maria turbari: stabit super illam voraginem intrepidus, & fortasis quo debebit cadere prosiliet. Quid ad me quàm magna sint quibus parco: ipsum perire non magnum est, nihil interest vtrum me lapis vnus elidat, an toto monte premar. Idem sic ait: si volumus tranquilli manere, anima in expedi-

Mors non timenda aduersa fortuna.

Seneca à lib. de naturalibus quæst.

Idē in lib. de remed. fortuitorū

pedito est habenda, siue illam insidiæ, siue morbi petant. & in libris de remedijs fortuitorum, secum quærens, ad hunc modum sibi respondet. Exulabis, respondet, vbique bene es. dolor tibi imminet? Respondet, si exiguus est feramus. Leuis doloris exigua est patientia: si grauis est, feramus, nam non leuis est gloria. Pecuniã perdidisti? Respondet fortassè illa te perdidisset. O te felicem, si cum illa auaritiam perdidisti: sed si manet illa (.s. auaritia) apud te es tanto fœlicior, quod tanti mali substracta est aliqua materia. Pecuniam perdidisti? & illa quam multos perdidit: eris nunc in via expeditior, domi tutior, exonerauit te fortuna, si tu intelligis in tutiori te posuit loco. perdidisse pecuniam damnum putas? remedium est. Oculos perdidisti? multi modis cupiditatibus via incisa est, oculi sunt incitamenta vitiorum, & duces scelerum. Amisi liberos? Respondet stultus es, qui fles mortem mortalium: perierunt perituri, hæredes illius erant magis quàm tui: educandos tibi mandauit: recepit illos, non abstulit. Amicum perdidisti? alium quære: & ibi eum quæras vbi inuenias. Quære amicum in laboribus inter recta, atque honesta officia: nam ad mẽsam, res tanta, vt amicus non quæritur. Hæc ille. Quæ si in corde nostro figamus, nulla mundi aduersa timebimus. Hæc est enim (inquit Hieronymus) maxima securitas, nil timere propter Deum. Ioannes igitur salutem suorum spiritualem curabat, suam verò corporalem contemnebat. Ideo & si in vincula coniectus, vocat discipulos, & ad Christum mittit.

Hiero.

D. Bo. de idoct. cordis c. 75.

¶ *Cum audisset Ioannes in vinculis.* Non mirum est, quod tam constanti animo fuerit Ioannes in carcere, neque vinculis & ærumnis oppressus turbaretur. Nam multo ante, tribulationem hanc præuiderat: quare illa adueniente, neque miratur, neque turbatur. Iusto enim nihil videtur magnum in rebus humanis: cui æternitas omnis totiusq; mundi nota sit magnitudo. Nam quid aut in studiis humanis (vt Cicero ait) aut in tam exigua vitæ breuitate, magnum sapienti videri potest? qui semper animo sic excubat: vt ei nihil improuisum accidere possit? nihil inopinatum, nihil animo nouum, atque idem ita acrem in omnem partem aciem intendit, vt semper videat sedem sibi ac locum, sine molestia, atque angore viuendi: vt quemadmodum casum fortuna inuexerit: hunc apte & quiete ferat. Quod qui faciet, non ægritudine solum vacabit, sed etiam perturbationibus reliquis omnibus. Si ergo tu prudens esse cupis, vt ait Seneca, in futura prospectum intende, & quæ possunt contingere animo tuo, cuncta prospice: Nihil tibi subitum sit, sed totum ante prospicias: qui enim prudens est, non dicit, non putaui hoc fieri: quia non dubitat, sed expectat: non suspicatur, sed cauet, cuiuscunque facti causam require: cum initia inueneris, exitum cogita: exemplo Ioannis, qui ob veritatem quam constanter prædicabat: carcerem & mortem subiturum præuidit, ideo cum aduenit perturbatus non est, sed potius illam alacri animo, subijt.

Quare viro iusto nihil videatur magnum in rebus humanis.

Cice. li. 4. Tuscul. q.

Seneca tra ctatu de virtutibus

¶ *Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis,*

dixit illi, tu es &c. Mirum in modum Ioannis discipuli illum diligebant. sed nota, quod postquam est Ioannes in carcere coniectus, & non ante, ad christum discipulos mittit. Hinc disce, quod huiusmodi bona, quæ tam ardenter amamus, tunc extra carcerē esse dicuntur, quando nobis prospe-
Mūdi bona cū prosperè succedūt, nos detinent cū aduersa sūt, tūc ad christū nos mittunt.
rè, & ad votum cedunt: quo tempore, minime nos ad christum mittunt, sed secum detinent, atque suaui remorantur illecebra: quando verò aduersa & contraria sunt, sinistreq; eueniunt, in carcere esse existimantur: atque tunc mundus ipse aduersaq; fortuna, nos ad christum mittunt.

¶ *Mittens duos de discipulis suis, &c.* Tanto amore erga magistrum discipuli isti tenebantur, vt inuiderent apostolis, qui iam in homine christi baptizabant: minime credentes illum esse messiam. Ideo Ioannes illos ad christum mittit, vt audita eius sapientia, visisque miraculis, in illum crederent. Hinc disce temperare animi af-
Affectus animi sūt temperandi a nobis.
fectus, nam & si boni sint, tamen si nimium crescant, maximè tibi nocere poterunt. Amor discipulorum erga Ioannem, bonus ac studiosus erat, adeò tamen succensus est, & exarsit, vt infidelitatis esset causa: qui debuerat esse fidei. imo apostolorum amor erga humanitatē christi, bonus ac sanctus erat: adeò tamen creuit, vt esset eis impedimento ad perfectionem se
Io. 16.b
standam. Ideo aiebat illis dominus, Expedit vobis, vt ego vadam: si enim non abiero, paracletus non veniet ad
Temperā dus est amor proprius.
vos. Secundo disce, temperare dilectionem erga te ipsum, exemplo Ioannis, qui discipulos illum tam ardentiani mo diligentes, ad christum
Act. 14.
misit: exemplo etiam Pauli & Barnabæ, qui sciderunt vestimenta sua, vt sacra narrat historia: cum illis gentiles, tanquam diis immolare vellent: & exilierunt in turbas, clamantes & dicentes, Viri quid hæc facitis & nos mortales sumus, similes vobis homines, annunciantes vobis ab his vanis, conuerti ad Deum viuum. Gaudebat Paulus, quod discipuli de illo bene sentirent. Gauisus sum inquit) in domino vehementer, quoniam tan- Ad colos. 4.c
dem aliquādo refloruistis pro me sentire sicut sentiebatis. Et tamen cum audiuit, vt quidam inter Corinthos diceret: ego sum Pauli: exclamat & ait: nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? Discant etiam discipuli temperatè affici erga præceptores suos: neque adeò amore illorum teneantur, vt potiores & eruditiores audire nolint. minores etiam concionatores discant, discipulos & auditores suos ad maiores mittere. exemplo Ioanis, qui suos ad audiendum christum mittit.

¶ *Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi.* Scopus huius euangelii is est, ob oculos scilicet nobis ponere & homines duos excellentia & dignita-
Homines hi duo. s. christus & Ioannes fuerūt cæteris omnibus præstātes, & negotium de quo inter illos agitur grauissimum, & locus, vbi vnusquisque erat annotatione dignus.
te cæteris omnibus præstantes, & locū vbi quisq; illorū est, annotatione sanè dignū: & negotiū de quo inter illos agitur, tū grauissimū, tū nobis omnibus maxime necessariū. homines duo sunt, & verbum caro, & nuntius eius. De primi præstantia & maiestate loquens Euang. Ioann. ait: in principio erat verbum, & verbū erat apud Deū, & Deus erat verbum. Omnia per ipsū facta sunt: erat lux vera, quę illuminat omnē hominē venientē in mundū.
Ioan. 1.
quibus verbis satis effert Euangelista & naturā ineffabilē, & virtutem infinitam, & sapientiam immensam christi. De secūdi verò autoritate scribēs: fuit

fuit (inquit) homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine; atq; vt eius excellentiá demonstraret addit: non erat ille lux: quasi diceret, quanuis homo iste, primam sanctimoniæ laudem meruerit inter homines ad id ætatis vsque natos: quanuis tot tantisque Dei donis largiter instructus sit, vt quis eum esse veram lucem, verumq; Deum existimare forsitan possit, at non ita est: sed virtutes quas habet, non naturæ, sed diuinæ liberalitatis sunt.

¶ Locus verò vbi vir iste egregius, atque summa virtute præditus, adest: carcer est. ibi enim inter noxios, inter latrones, homicidas, ac sordidos, sceleratosque homines custoditur. Locus autem vbi vir alter, cœlum, terrá que gubernans, portansq; omnia verbo virtutis suæ, aderat: publicũ hospitiũ erat. ibi enim inter pauperes, miseros, & egenos morabatur tunc. idcirco ne in tam vili squalidoq; loco visus, contẽneretur, dicebat: beatus qui non fuerit scandalizatus in me. i. qui non offenderit propter abiectionem meam. ¶ Negocium verò quod inter viros hos grauissimos agitur, tá grauissimum est, vt nullum in hoc mundo grauius. Res. n. agitur, & quęstio est, quis nam sit noster Deus, quis omnium hominum scopus, finis, atq; nostræ salutis spes & remedium. Tu (inquit) es qui venturus est, an aliũ expectamus? res sanè tam scitu digna, atq; necessaria, vt impius ille summus Pótifex, non ferens, vt hæc quæstio indecisa, atq; indefinita maneret, cœpit appellare Iesum, atq; interrogare: tu es filius Dei benedicti? De his ergo omnibus Mathæus in hoc loco, illũ iam audiamus.

Marc. 14.

¶ *Cum audisset Ioannes*. Id imprimis considerandũ est Ioannem eò in mundum venisse, eò in lucé fuisse editũ: vt testis christi oculatus esset. Pluris. n. est oculatus testis vnus, quã auriti decé. vt Plau. ait: hoc ergo munus tã fideliter exercuit, vt non solũ vera diceret: sed ab incunabulis, ab ipso matris vtero ad mortem vsque, testimoniũ cunctis mortalibus perhiberet. quare non sine Dei consilio factum fuisse putandum est: præsentem legationem misisse. Primum igitur testimonium eius de christo fuit: ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. ecce qui solus omniũ est omni labe peccatorum immunis. Hic enim est purissimus ille agnus, quem Deus iuxta vaticiniũ Esaiæ, sibi gratissimam victimá destinauit, ad expianda peccata totius mũdi, omniũ vitiorũ genere inquinati: hic est quem agnus ille mosaicus adumbrabat, cuius innoxius cruor filios Israel ab angeli vindice gladio tutos reddidit. hic est quem agnus qui olim manè offerebatur & qui ad vesperam, præfigurabat. Nullũ, n. sacrificium Deũ placare potest, quod ab agno isto non inceperit, & in illo non perficiatur. agnus sanè adeò nó obnoxius vlli peccato, vt vnus idoneus sit vniuersa totius orbis peccata tollere. Reliquum ergo nobis cũctisque mundi hominibus scitu necessarium, id erat; an agnus iste, esset verus messias, qué mundus præstolabatur. hoc ergo vt Ioannes explicet, atq; declaret, hac legatione vtitur. ¶ Secũdo obserua D. Io. idcirco hãc legationé misisse christo, vt suorũ pontificũ, in curiá, defectum, atque negligentiam suppleret. miserant. n. hi ex Hierosolymis viros autoritate præditos, vt præsente multitudine percontarétur

Editus in lucem Ioãnes vt testis esset oculatus Christi.
Plautus.
Ioan. 1.
Esa. 53
Exo. 12
Figura.
Exo. 29
Figura.
Ioánnes mittendo legatos hos ad Christum suorũ pontificũ defectum supplet. Io. 1

Ioannem an esset messias: & cũ palàm fassus esset, se non esse messiam prophetarum oraculis, & Mosi voce promissum: affirmans tamen iam adesse messiam, sed non sum ego inquiens: cum tamen illis superbis non placeret humilis Christus, ad illumq; post Ioannis responsum noluissent mittere: idcirco Ioannes, habito consilio, misit è carcere nuncios magna autoritate & virtute exornatos, qui illum interrogarent, tu quis es? es ne tu qui venturus est an alium expectamus? Non enim æquo animo ferens Ioannes, vt inuidi, ac superbi Iudæi, verum messiam interrogare contemnerent: in illorum loco, & si res ista illorum esset, legationem suis discipulis dedit, quam suscipientes ad Christũ venerunt. ¶ Heu quot inter nos sunt præsules, quorum interest secreta cœlestia rimari: illud tamen non curant: sed aliis, quibus hoc munus relictum non est, id relinquunt. quot modo religiosi, quorum institutum est preces cum gemitibus, atque suspiriis Deo mittere, vigiliis, & ieiuniis instare, pietatem sectari: qui tamen à paupercula muliercula, cuius hæc non intersunt, in his omnibus superantur. Legis peritiam profitebatur Nicodemus, & tamen vix persuaderi potuit à Christo, esse aliam superiorem, ac præstantiorem æternamque vitam, ita vt illi diceret dominus: tu es magister in Israel & hæc ignoras? (Ioan. 3.) tu haberis magister in Israel, & profiteris te doctorem populi, & hæc quæ potissimum te oportebat scire, ignoras? quot religionem sanctimoniamq; profitentibus, hæc eadem dici possunt. tu qui pietate perfectionem, sanctamq; vitã vouisti, tam à tuo vitæ instituto alienus es, tu qui ex munere, alios docere tenebaris: tam ignarus, ac negligens es? tu qui intra carceres ac parietes vitam solitariam exemplo tuorum agere debueras per plateas vagaris? legis igitur peritus mysteria cœlestia non potest percipere aut credere, & paupercula Samaritana edocta paucis à Christo, (Ioan. 4.) & credidit, & relicta hydria messiæ concionatrix effecta est. Præterea crux Christi Iudæis atque legis peritis erat scandalum: (1. cor. 1.) Ethnicis verò virisque sapientibus stultitia, atque infamia: at minimis fidelibus à Deo vocatis, honor est maximus, salus & vita. Sæpe mulier ignara intelligit in pressuris & afflictionibus esse vitam: quod aliàs iuris totius peritus ignorat. Eli sacerdos qui dies noctesq; sacra tractabat (1. reg. 1.) qui è téplo núquã egrediebatur, existimabat Annã temulẽtam esse, cũ Deũ obnixe precabatur; at illa: nequaquã (inquit) domine mi, sed effudi animã meã in cõspectu dñi, quod [illegible] sacerdos ignorat: ignara docet mulier. Hinc erat quod D. Aug. antequã (D. Aug.) fidẽ profiteretur, maximè mirabatur. insurgunt (inquit) homines ignari & indocti, atq; vi nobis rapiunt regnũ cœlorum: nos autẽ infelices & miseri, vana rerũ humanarũ sapientia imbuti, in profundũ demergimur. Rogât Christus apostolos: vos autẽ quẽ me esse dicitis? respondet omniũ nomine Petrus: (Infra. 16) tu es Christus filius Dei viui. Et tamen mulier quædam Martha nomine, verbis Petri addens, ait: tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundũ venisti. (Ioan. 11) Ego, inquã, credo te esse messiam illum filiũ Dei viui; qui promissus à prophetis, ac multis iam seculis expectatus, venisti in mundum.

¶ Curent ergo præsules, curent sacerdotes, curent religionẽ profitẽtes,

curent

curent denique legiſperiti diligēter, ne ab aliis, quorum munus tale non interſt, ſuperentur. Pudeat illos ab ignaris, à ſubditis atq; paruulis, in fide ſuperari, atq; in ſanctis actionibus excelli. ❡ Tertio perpende Ioannis in fidei profeſsione perſeuerātiā. ab vtero.n. ad finē vſq; vitæ ſuæ, Chriſtum profeſſus eſt. in carcere matris erat & cū ſuis verbis non poſſet, ore matris illū profeſſus eſt, dicens: vnde hoc mihi, vt veniat mater dn̄i mei ad me? Egreſſus verò ex matris carcere, hoc eſt ab vtero, & ingreſſus mundi carcerē: publicè ait: Ecce agnus Dei. Modo verò coniectus in Herodis carcerē, cū per ſe Chriſtū profiteri coram omni populo non poſſet, miſit diſcipulos, qui eius nomine illū interrogarent, & re cognita illū verū eſſe redemptorē, expectatū iamdiu à patribus, crederent, ſequerētur, & imitarentur. ❡ Hæc eſt iuſtorum cōditio, hic mos: ſtare inceptis, in vera chriſtianaque profeſsione ad mortē vſq; perſeuerare, imò Deo ab incunabilis in æternū vſq; ſeruire. Hinc eſt quod ignoranti Ioāni, qui eſſent quos in cœlis amictos ſtollis albis videbat, dixit vnus de ſenioribus: hi ſunt qui venerūt ex magna tribulatione: ideo ſunt ante thronū Dei, & ſeruiunt ei die ac nocte. præmiū igitur iuſtorum eſt, Deo diebus ac noctibus obſequi, illiuſque volūtati morē gerere. quēadmodū.n. inter alias, nō minima malorū, atque impiorū pœna eſt, peccatis inſeruire: ſic iuſtorū præmiū, in virtute perdurare. D. ergo Ioā. ideo diſcipulos modò mittit, vt oſtēdat ſe velle in munere quod ſuſcepit vitā finire. Nos ergo exēplo Ioannis in fidei profeſsione & in bonis actionibus perſeueremus, ſi cū Ioanne vitā finire cupimus, audiamus Paulū dicentē. Vide ergo bonitatē & ſeueritatē Dei, in eos quidē qui ceciderunt ſeueritatē: in te autē bonitatē Dei, ſi permanſeris in bonitate, alioqui & tu excideris. nihil eſt quod virū iuſtū ac virtute conſtantē, ab incepto reuocet. nihil quod á religione ac pietate retrahat: non carceres, non præſſuræ, nō mors. Tetigit vir quidā (vt ſacra narrat hiſtoria) arcā dn̄i, quā ferebat Dauid, & ſubito mortuus eſt: & tamen Dauid vir ſibi conſtans, arcā dn̄i non dereliquit, neque ab incepto deſiſtere voluit. Præterea tanto Dei amore flagrauit, vt eius animus minime quieſceret donec inueniret locū, aut domū quo arca Dei perpetuo collocaretur. Si dedero (inquit) ſomnum oculis meis & palpebris meis dormitationē donec inueniā locū dn̄o tabernaculū Deo Iacob. Hoc eodē deſiderio ardēs in carcere incluſus Ioannes aiebat hæc eadē: ſi dedero ſomnū oculis meis & palpebris meis dormitationē, donec videam Chriſtū dn̄i á meis, imò ab omnibus, ſuſceptū atq; adoratū. Hæc eſt ergo iuſtorū; vt iā diximus natura, ab incepta virtute nō deficere. ❡ Cōtrà verò homines impii atq; ſcelerati à bono ſtatim deſiſtūt, á malo verò nunquam, quod in Saule videre poſſumus: de quo Dauid in quodā loco pſalmi dicebat: ecce parturit iniuſtitiam, concepit dolorē & peperit iniquitatē. Libeat obſecro, ordinem iſtorum verborum inuerſum, ſic ſeruare: ecce concepit dolorem, parturit iniuſtitiam, & peperit iniquitatem: prius enim eſt concipere, quam parturire. Vnde D. Hieronymus ſic vertit: ecce parturit iniuſtitiam, concepto dolore, & peperit iniquitatem, impius ergo poſtquam dolorem concepit, & afflictionem de alieno bono

Perſeuerātia Ioānis in fidei profeſsione notāda

Luc. 1.

Supra 3.

Piorū eſt in virtute perſeuerare, ſicut impiorum in vitiis.

Apoc. 7. d

Præmium iuſtorū ipſa virtus, ſicut impiorum vitium.

Ro. 11. e

1. reg. 6.

Pſal. 131.

Pſal. 7.

D. Hiero.

parturit; deinde & meditatur contra
eos quibus inuidet; atque malitiose
indignatur, iniustitiam: quam tan-
dem in operis effectum quantum in
ipso est deducens, veluti parit. Nam
hic ordo est in sceleratis, atque in eis,
qui ex peruersa malitia pauperum a-
nimas quærunt subuertere. Sic e-
Gene. 4. nim primus ille fratricida Cain, vi-
dens fratris sui hostias Deo fuisse ac-
ceptas, & igne domini absumptas,
sua autem munera (nimirum, quæ
de pessimis obtulerat) à Domino de-
specta, concepit in sese malignum er-
ga fratrem inuidentiæ dolorem: ex
quo deinde processit, vt iniustitiam
meditaretur, ac velut parturiret, ita
vt fratri diceret fraudulento animo,
egrediamur foras: postremo factus
impius homicida, imò crudelissimus
fratricida, peperit iniquitatem. Ita
1. Re. 18. Saul videns à se domini spiritum re-
cessisse, & impleuisse Dauidem, cui
etiam in choris à cæde Goliath re-
deunti occantare audierat: Saul percus-
sit mille, & Dauid decem millia, at-
que alia huiusmodi virtutis opera in
eo conspiciens, concepit in corde do-
lorem, & afflictionem indignantis
inuidiæ, ex qua velut radice, atque
seminario, meditari cœpit iniustam
innocentis Dauid interemptionem:
quam deinde post consummatum fu-
rorem, obfirmato animo, quantum
potuit in effectum perducere cona-
tus fuit. Sic item diabolus (quem ne-
fario primo loco, vt primum iniqui-
tatis & omnis malitiæ parentem, opor-
tebat constituere) videns hominem
possessurum quas ipse perdiderat cœ-
li mansiones, felicitati eius inuidens,
concepit primum inuidiæ in seipso
dolorem, moxque parturire cœpit
aduersus genus nostrum, quod iu-
stum non erat: quod in deceptione
primorum parentum peperit primũ
& parere vsque modo in innocẽtum
subuersione non desinit. Eandem e-
tiam impiorum in malo perseueran-
tiam his verbis loquitur dominus apud
Hierem. c. 3. Ecce locuta es, & fecisti Hiere. 3. b
mala, & potuisti. Quid, homo scele-
ste, malum cogitasti? quod si cogita-
sti, vt quid assensum prauis cogitatio-
nibus præbuisti? quòd si firmam con-
sensionem dedisti, cur scelerate, ma-
lum executioni mandasti? impius er-
go à malo incepto desistere nõ solet:
quemadmodũ nec pius à bono: quod
in alio psalmo volens significare re-
gius vates ait: dixit iniustus, vt delin- Psa. 35.
quat in semetipso. Hoc est, dixit in
semetipso, vt delinquat. Dicunt n.
homines impii in cordibus suis, in-
tra semetipsos, & proposuerũt vt abs-
que remorsu male agant: neq; hic si-
stunt gradũ. ideo statim vates addit: a-
stitit omni viæ nõ bonæ, omni n. im-
pietatis generi dant operã & incũbũt
huiusmodi homines. Atq; hanc Ioã-
nis in virtute cõstantiã insinuare vo-
lens Christus dñs, ait: quid existis in
desertũ videre? arundinẽ vento agita-
tam? talis n. fuisset si nunc à seipso
dissentiret, suiq; dissimilis esset factus.
Sed ab hac suspicione facile illũ vindi-
cat perpetua vitæ totius austeritas.
¶ *Cum audisset Ioannes in vinculis.* Ro-
gabis forsitan à quibus Ioannes audi-
uit tot tantaq; Christi edita miracu-
la, talemq; cœlestem doctrinam? cui
quæstioni facilis est responsio. Disci-
puli enim Ioannis, iamdudum sub-
inuidentes gloriæ Iesu, de quo nihil
adhuc eximium sentiebant; quum
de Ioanne nescio quid homine ma-
ius suspicarentur; renuntiarunt Ioan-
ni in carcere, quantus esset successus
om-

omnium, quæ gerebantur per illum, quem Paulo ante tinxerat in Iordane cuique testimonium præbuerat, apud populum. Non ergo hæc audiuit à Pharisæis qui odio prosequebantur Christũ (qui enim odit minime laudare odio prosecutum solet, sed à suis discipulis. Ecce (inquiunt) cui testimonium perhibuisti omnes baptizat & veniunt ad eum.

Inuidia serpit vndique.

¶ Tam pestilens enim est hoc inuidiæ malum, tamque concionandi muneri connexum, vt non solum extraneorum, sed ipsius quoque cõcionatoris discipulorum animos occupet. Prædicat Christus, & inuident discipuli concionatoris Ioannis: cum nihil illi magis ad votum obuenire posset, quàm quod diuinus cœlestisque concionator Christus, concionaretur, Prædicaret, totumque terrarum orbem sua salutari doctrina illuminaret.

¶ In libro Numer. capit. 11. sacra referunt eloquia duobus viris Eldad, & Medad prophetantibus in castris, Iosue discipulum Moysis illum adijsse, atque dixisse: domine mi Moyses, prohibe illos. At ille: quid (inquit) æmularis pro me? quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det ei dominus spiritum suum. Apud Lucam etiam legimus Christi discipulos hac inuidiæ peste tactos, illi dixisse: magister, vidimus quendam in nomine tuo dæmonia eijcientem, & prohibuimus eum: quibus dominus. Nolite prohibere, qui enim non est aduersum vos, pro vobis est. Suberat enim & his tacitus quidam affectus inuidiæ, nolentibus hanc dignitatem eijciendi dæmonia, & prædicandi, aliis, quàm Christum sequentibus, communicari. En vides hoc malum vbique serpere. Quod aliter mederi non potest, nisi Antidoto Ioannis dicentis: illum oportet crescere me autem minui: & remedio Moysis clamantis: vtinam omnes prophetent: vtinam omnes spiritum Dei habeant. Cum enim concionatorum munus sit, non sibi nomen, famam aut honorem comparare: sed animas ad Deum, vt seruentur trahere: potius in lætitiam, quàm tristitiam se conijcere debent: quod multi sunt in Dei ecclesia operarij, multi, qui hamo verbi Dei, homines piscari conentur. idcirco Euangelicis operariis dicebat Christus dominus: messis quidem multa operarij, autem pauci, quasi illis diceret: ne vos pœniteat, vt alij sint, qui doctrinam cœlestem doceant: late enim patet atque spargitur rumor euangelii, & plures accenduntur auiditate doctrinæ cœlestis parati sunt animi, tã tum desunt qui colligant homines vltro properantes ad regnum cœlorum: quare potius rogate, quàm inuideatis, dominum messis, vt plures operarios mittat in messem suam. Volens ergo D. Ioannes tantum hoc inuidiæ malum, ab animis suorum penitus euellere, atque eradicare: hãc illis legationem commisit, vt à Christo edocti, non solum non subinuiderent, sed sequerentur.

Nu. 11. f

Luc. 9. f

Luc. 10

¶ *Cum audisset Ioannes in vinculis.* Perpende obsecro in vincula Ioannes cõiectus erat, & ibi sui oblitus, salutem suorum magna diligẽtia procurabat. quanuis vincula, ærumnæ, & calamitates iustorum, emolumentum aliud secum non afferrent, quàm de animi salute, aut Dei laudibus agere: essent sanè ab illis desiderandæ; nedum tolerandæ, atque æquo animo

amplectendæ. Hac de causa sapiens
olim dicebat: melius est ire ad domũ
Eccl. 7. luctus, quam ad domum conuiuij.
D. Hiero. Quia ibi inquit Hieron. recordatio-
ne conditionis nostræ, & fragilitatis
humanæ, ex præsenti cadauere com-
monemur. In conuiuij autem læti-
tia, etiam si quid timoris habere vi-
deamur, amittimus. Obliuiscimur
Glo. enim (ait glo.) quid sumus præsenti
Iob 35. c inebriati luxuria. Et sanctus Iob cap.
Glo. 35. ait, quod Deus dat carmina in no-
cte, hoc est, lætitiam in tribulatione.
Tanta enim est Dei erga suos benigni
[illegible] tas, vt alacritate maxima illos perfun
dat in afflictionibus, quod illas in sa-
lutem suam, aut proximorum diri-
gat. in hanc lætitiam coniectus erat
Ioannes in vinculis positus: quod in-
tellexerit vincula fuisse causam salu-
tis suorum.

¶ Ioannes in vinculis. Verba hæc sa-
nè maxima consideratione & admi-
ratione digna sunt. Ioannes (inquit)
in vinculis. Nonne magis rationi cõ-
sentaneum fuisset vt Herodes esset in
vinculis, & Ioannes in aula regia, ma-
gnatum illustriumque viro-
rum stipatus caterua, quàm contra?
Ioannes tanta sanctitate præditus, vt
in vtero matris Deum confiteretur:
tanta religione præstans, vt ab incu-
nabulis eremiticam duceret vitam, tã
ta virtute excellens, vt verus Messias
haberetur. Tanti denique ab omni-
bus habitus, vt suscitatum fuisse exi-
stimaret Herodes. Sic enim ait D. Ma
Infr. 14 thæus, cum audisset Herodes famam
Iesu, ait pueris suis. Hic est Ioannes
Baptista, ipse surrexit à mortuis, &
ideo virtutes operantur in eo. Quid
ergo est, vt Ioannes vir tam eximius,
atque præclarus sit in vinculis, & im
pius, atque sceleratus Herodes regia co

rona insignitus? Hæc est quæstio atque
opinio illa tam celebris amicorũ Iob
existimantium neminem à Deo in
hac vita pressuris, & afflictionibus
opprimi, nisi ob propria peccata. Sed
tota errabant via: hæc enim est Dei Qualis sit prouidentia Dei erga impios & erga pios.
prouidentia, vt impii ac scelerati qui
nullis spiritualibus opibus abundãt,
abundent temporalibus; ducantque
in bonis dies suos vt Iob ait: iusti ve- Iob 21.
ro qui tot tantisque bonis cœlestibus
affluunt, in hac misera vita premãn-
tur, coniiciantur in vincula, exulent,
famescant: aliasque innumeras ærum
nas patiantur. Hæc etiam est Dei pro
uidentia, vt impii in domino nõ dele
ctentur, neque cum clamauerint ad
eum exaudiantur: iusti vero delecten
tur in illo: & cum inuocauerint exau
diantur statim. Vnde idem Iob, sic ait:
quæ est spes hypocritæ si auarè ra-
piat, & non liberet Deus animã eius?
nunquid Deus audiet clamorem eius Iob 27.
cum venerit super eum angustia? aut
poterit in omnipotente delectari, &
inuocare Deum omni tempore? iusti
verò contra, & si calamitatibus pleni
sint, gaudent, lætantur, atque delectã
tur in domino: idcirco gloriantur in
infirmitatibus suis; vt gloriabatur
Paulus: gloriabatur Ioannes. si inuo-
cabãt dominum, ipse exaudiebat eos:
audiebat clamores eorum si superue-
niebat super eos angustia: denique cũ
Deum secum habeant, non molestè
ferunt, quod à mundo contemnãtur,
atque persequantur: omnia enim
ferre possunt, in eo, qui eos cõfortat:
contemnunt diuitias cum ditati sint
cœlesti sapientia, quę tanti ab illis ha
betur, vt dicat idem Iob nescit homo Iob 28.
pretium eius. Non dabitur aurum obri
zum pro ea, nec appendetur argentũ
in commutatione eius. Non adæqua-
bitur

bitur ei aurum, vel vitrum: nec commutabuntur pro ea vasa auri, & dixit homini: ecce timor domini ipsa est sapientia: Et recedere à malo intelligentia. Ditior ergo est iustus pauper omnibus mundi diuitibus impiis & sceleratis.

¶ Delectantur fateor impii, quod Job 21. semen eorum permaneat coram eis, propinquorumque turba, & nepotũ in conspectu eorum. Delectantur quod bos eorum concipiat, & non abortiat, vacca pariat & non sit priuata fœtu suo: quod egrediantur quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultent lusibus. Delectantur quod teneant tympanum, & cytharã & gaudeant ad sonitum organi. Delectantur in his fateor, sed non delectantur in domino, quod faciunt iusti. Quapropter maiori dulcedine, ingentiori voluptate, atque ardentiori lætitia perfruuntur. Dicamus ergo Ioanni in vinculis posito, quoniã be- Esa. 3.b. nè, impio vero Herodi stemmate regio adornato, quoniam malè. Melius enim cum iusto Ioanne actum est, quàm cum illo. Præmium enim in hac vita iustorum, opes sunt spirituales, quæ verè sunt diuitiæ. Hoc enim contulit dominus olim Phinees, qui Dei zelo commotus confodit gladio Num. 25. ingressus lupanar virum Israelitem, & mulierem meretricem simul, quo facto placatus est dominus & cessauit quassatio. Et ne tam insigne atq; egregium opus absque digno præmio ma- Psal. 105. neret: reputatum (inquit Dauid) est ei ad iustitiam: iustitia ergo cõdigna est iustorum remuneratio; item Abrahamo præcepit dominus, vt egrederetur Gene. 12. de terra sua & statim dictis obtẽperauit. Præcepit ei, vt filium suum Gene. 22 morti addiceret & illico paruit, quapropter eodem præmio quo Phinees decoratus est: nam reputatum est ei ad iustitiam. His ergo bonis ditantur iusti quibus verè beati, & felices in hac vita dici possunt. quibus ducunt melius quàm impij dies suos, quibus felicius viuunt: quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Prohibe (inquit) linguam tuam à ma- Psa. 33. lo & labia tua ne loquantur dolum: diuerte à malo & fac bonum; inquire pacem & persequere eam. Non ergo est quare iustorum vices doleamus cum cœlesti iustitia feliciores sint omnibus mundi regibus. Si enim beati sunt qui esuriunt, & sitiunt iustitiam quanto beatiores erunt, qui illã iam biberunt?

¶ His tamen hoc addo: quod & si iusti in hac vita multis laboribus depriuantur, impii quoque etiam à Deo affliguntur, vt ad se redeant: vt ne omnino deuanescant: vt etiam mala persentiant atque degustent. Sic enim cœlestis musica fit suauior: quemad- Simile. modum enim, & si in cythara sæpe chordę tenues, atque acutæ tanguntur: tamen vt musica suauis, ac perfecta fiat, aliquando etiam graues pulsantur: sic in hoc mundo contingere videmus: nam & si iusti sæpe doloribus & pressuris tangantur, impii etiam & sacrilegi homines, aliquando omni malorum genere percutiũtur. Vt vel sic mundi modulatio canora, cõcinna ac cũ mẽsura fiat. His ita explicatis satis superquè responsum est sanctorum patrum quærulis vocibus. Quare (inquiunt) impii viuunt suble- Job 21.a uati sunt confortatique diuitijs? Et rursum: mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei: zelaui super iniquos pacem peccatorũ videns &c. Lege easdem quærulas vo- Psal. 72.a

Iere. 12. a Abac. 1. ces apud Jeremiam ca. 12. apud Abacuc cap. 1. amici etiam Iob (vt superius annotauimus) in ea sententia erant, vt existimarent impios solum à Deo in hac vita puniri. Hoc idem Gedeon existimabat: idcirco dicebat: si dominus nobiscum est, cur ergo apprehenderunt nos hęc omnia? Iudi. 6. c Sed si intrauerimus in sanctuariū Dei haec cur ita fiant intelligemus.

Si Ioanni in hac vita tanta mala acciderūt: quæ rogo mala in futura vita contingét.

¶ *Ioannes in vinculis.* Si Ioanni in hac vita tanta mala venerunt, vt in vincula inter nefarios & sacrilegos conijceretur: quæ, obsecro, in futura vita peccatoribus, atque scælestis hominibus mala contingent? Si vir iste eximius in parentis vtero coelesti spiritus sancti aqua lotus, tantis calamitatibus est affectus, astante misericordiæ tempore: quid erit impiis in illa vita quando dominus acceperit tempus, vt iustitias iudicet? Psa. 74. Ecce, quibus non erat iudicium, vt biberent calicē Iere. 49. bibentes bibent: & tu quasi innocens relinqueris? si iustus tantis calamitatum fluctibus, dum viuit, agitatur: impii vbi parebunt? si in ligno viridi Lu. 13. hoc fit, quid fiet in arido? non enim est deflenda calamitas iustorum, sed illorum exitium deplorandum est, qui pro suis sceleribus post vitæ mortalis finem miseris cladibus afficiētur, poenisq; adijcientur æternis.

¶ *Ioannes in vinculis.* Obserua obsecro atque alta mente considera, quod Ioannes diu in eremo inter Leones, & feras immanissimas commoratus, tandem incolumis, ac sanus & saluus ab eremo egressus est: ab aula verò re- c. 11 d gia egressus inter principes atque magnates versatus, in mortē addicitur. Præterea Petrus & Ioannes in aula existentes, Petrus vitā seruauit, quod c. 26 Christum semel atque iterum negauerit, terque mentitus fuerit: at Diuus Ioannes vitam perdit, quod vera dixerit. Concionatores igitur curias regias ingredientes, aut suo munere vera predicando fungi non debent, aut si fungantur, poenas sunt daturi. Meritò inter alias de Ioanne laudes, quas Christus hodie coram frequenti populo edidit, hæc non minima fuit: quem existis in desertum videre hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Non enim fuit Ioannes aula regia enutritus, vt holosericis vestiretur. Infr. 14. Siquidem qui his vestiuntur in palatiis regum sunt, quibus luxus vitæque delitiæ conueniunt, atq; inter hos locus est inconstantiæ, locus est adulationi, neque aulæ regiæ familiaritas potuit illius institutum vertere. illum adulari nescisse, carcer arguit. ¶ Hinc tu disces duo. Primum in palatiis regum nihil esse quod desiderare possis, nisi qui vera prædicet. omnia supersunt & abundant: opes, delitiæ, dignitates, honores, cæteraq; mundi bona, quæ externa vocantur: at veritas procul abest, adulatio, & mēdacium & inconstantia vigent, regnant, atque dominantur.

In palatiis regū nihil est quod desideretur nisi veritas.

Nonne in illis modo sunt scelera grauiora, quā quæ Ioannes reprehendit? nonne peccata maiori animaduersione digna? at nullum modo in vincula coniectū audies, quod ea publicè & syncerè retraxerit. Alterum est, quod hinc disces, palatium scilicet regium nil aliud esse quàm ingratitudo maxima, atque obliuio meritorum, ac beneficiorum. Quod vel vno exemplo videre facile poteris. 1. Reg. cap. 16. sacra narrat scriptura: misisse Saulem ad Isai literas quibus hæc continebantur: Stet Dauid in cōspectu meo. inuenit

Palatium regium nihil aliud est, quam obliuio meritorum. 1. Re. 16.

uenit enim gratiam in oculis meis: igitur quandocunque spiritus domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat, recedebat enim ab eo spiritus malus. nunquid tale beneficium obliuione perpetua dignum erat? At post hæc aliaque beneficia ab illo exhibita post occisionem illā Goliath, interrogat Saul Dauidem: de qua progenie es ô adolescens? omnium præteritorum beneficiorum penitus oblitus. quid verò de eius ingratitudine dicā? cum omnibus compertum sit Saulē magno semper odio prosecutum fuisse Dauidem: illi semper insidias parasse, illum extinguere pro sua virili contendisse. Palatium igitur obliuio est strenuarum actionū: quid si in minima re regem offendas, Deus bone, quanta mala te insequentur, etiam si alias per totam vitam illi ad nutum, & ad votum in omnibus morem gesseris? quod in vno Pharaone videre est; qui ob leuissimam causam pincernam & pistorem in carcerem misit. Iure profecto D. Paulus in epistola ad Hebræos regis palatium peccatum appellat. Ob cuius causam, illud Moysē contempsisse scribit. Moyses (inquit) grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem. potius enim voluit affligi, quàm delitijs aulæ, quam peccatum appellat, frui.

1.reg.17.

1.reg.18. & 19.

Gen. 40.

Ad Heb. 11.

¶ *Mittens duos de discipulis suis, ait illi; tu es qui venturus es*. Ignorat Ioannes ipse discipulis, an Christus esset verus messias, siue ignorare se simulat: vt vel hac via melius suorum animos confirmaret, & immodicam de se suspicionem cum fide aboleret. Etenim si ipse negasset se Christum esse, & repetisset, quod sæpe iā dixerat Iesum esse messiam, discipuli modestiæ tribuissent, & hoc magnificentius de illo sensuri: quo magis sese deiecisset. Sciebat autem Iesum ipsum melius huic imbecillitati medicaturum: idcirco mysterium ignorare simulat. quem, ab hac ignorantiæ suspicione volēs dominus liberare, magna post discipulorum discessum de illo prædicauit. Vt hinc discant præsules ac concionatores verbi Dei negotium euangelicū agere: sese que ad subditorum, ac auditorum ingenium accommodare, omniumque horarum homines esse: cū imbecillibus imbecilles, cū infirmis infirmos, cum ignaris ignaros. Vt sic facti omnia omnibus, lucrentur omnes. Hoc enim faciebat apostolicus ille cōcionator qui dicebat: omnia omnibus factus sum, vt omnes facerē saluos. in vestimento poderis, ait sapiēs, quod habebat Aaron, totus orbis terrarum erat descriptus. quod significare voluit dominus eximiorum præsulum esse, sese subditorum moribus adaptare. 2. etiam Regum ca. 4. refertur Helisæum se contraxisse ad pueri staturam & modum: atque ita illum suscitasse: quo typo idem gerebatur. Omnis enim alteritas discors, ait Homerus, similitudo verò appetēda est: idcirco viri sapientes atque prudentia præstantes, salua fide ac religione, sese in aliorum speciem conformare atque in subditorum formam redigere & configurare solent; vt illos seruent, atque ad dominū trahant: quod fecit hodie Ioannes, cum ignaris discipulis ignarus factus, vt eos in verā veri messiæ cognitionem perduceret.

quare Ioānes simulauit se ignorare an Christus esset messias.

Præsules debent se ad subditorum ingenium accōmodare

1. cor. 9.
Sap. 18.
Figura.

2. reg. 4
Figura.

Homerus

¶ Ex hoc loco etiam colliges quā

sit

sit periculosa pia nimiaque in magistros, atque doctores affectio. Facile enim si errores illi doceant, miseri auditores in illos incidēt: facilè perssuadebuntur, atque credent. quod experimento id quotidie contingere his calamitosis tēporibus didicimus. Hæc sanè nimia immoderataque affectio in causa erat, vt discipuli Ioannis vix credere possent illum non esse messiam in lege promissum. Hæc apud Corinthos in causa fuit, vt alius diceret ego sum Pauli, ego autē Cephæ, ego verò apollo. Huius pestis antidotum est, pro sua virili magistros conari, vt ab ea opinione & sententia discipuli reuocentur. hoc, vsus est Ioannes impresentiarum. hoc vsus est Paulus cum à gentilibus adoratus atque tanquam Deus habitus fuit. Viri inquit, quid hæc facitis? & nos mortales sumus similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis cōuerti ad Deum viuum. Hoc eodem remedio vsus est cum Corinthijs, nūquid, ait, Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? quasi diceret: nos solum ministri Dei sumus. Sic enim nos existimet homo, vt ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei.

Maxime periculosa est nimia in magistros affectio.

1. cor. 1.

Act. 14.

1. cor. 1.

1. cor. 4.

¶ *Mittens duos de discipulis suis.* quasi diceret: bonum in domine certamen certaui: cursum iam consumaui, fidē seruaui: Reliquum est vt de salute meorum, quos vehemēter diligo, sim solicitus, quare eos ad te mitto, eos tanquam vero patri, vero magistro, vero que patrono tibi commendo: eos tuæ commendo & committo fidei. Hinc fuit, vt multi discipulorum Ioannis Christum sequerentur. Felix sanè ac nimium felix Ioānis mors, quæ Christi discipulos, atque sectatores efficit.

2. Tim. 4.

Munus magistrorum & parētum est discipulos aut liberos ad deū mittere.

Hinc collige, hoc esse munus magistrorum, hoc parentum officium, discipulos, aut liberos ad Deum quem sequantur, mittere: eos Christo quem imitentur, commendare. intelligens sanctus Iob has esse veri parentis partes, consurgebat mane singulis dieb9 & pro filiis suis preces fundebat: atq; holocausta offerebat. Hoc idem intelligens sanctus Isaac, mittens filiū suū Iacob in mesopotamiam eum Deo cōmendauit. Deus, inquit, omnipotēs benedicat tibi, & crescere te faciat, atque multiplicet: vt sis in turbas populorum. Dimisitque illum non nisi baculum ferentem, sed quia eum Dei fidei commisit, tandem ditatus est homo vehementer. Satis superque pro supellectile Deus nobis est. Curent ergo parentes has opes, has diuitias, hanc denique supellectilem in testamento filiis relinquere, si verè diuites eos esse volunt. sed nos miseros, nā nihil minus parentes iam curant.

Iob 1.

Gen. 28.

¶ *Mittens duos de discipulis suis.* Multa sunt quæ nisi à Deo edóceantur sciri à nobis minime possint. Vt ergo sciamus quis Deus noster sit, Deo nobis opus est. Idcirco suos Ioannes ad Deum mittit: quasi dicere vellet: ego domine solum minimos, & de rebus minimis doceo, hoc est, de legis ceremoniis & lauacris: sed vt mei discipuli grandiores, peritioresque efficiantur, atq; intelligant quis tu sis, en eos ad te mitto, Vt eos instruas, atque diligenter doceas. tu enim verus magister es, ac verus dominus: verāq; lux, que illuminat omnes nos. Hinc fuit quod alibi Christus suis discipulis aiebat: vos vocatis me magister & domine Et bene dicitis, sum etenim. Christus enim magister erat, qui mysteria cœlestia docere venerat: dominus etiam

Multa sūt quæ nisi à Deo edoceātur sciri à nobis nō possint

Ioan. 1.

Ioan. 13.

etiam erat, qui solus poterat mentes hominum cœlesti tractu ad doctrinā suam trahere, animosque hominum persuadere. Multi enim magistri sūt, sed dominus, & magister, solus Christus. Sine vi eius & impulsu, quæ ad salutem sunt necessaria, comperire aliquis nostrum non potest. Atq; hoc erat quod regius propheta canebat. In lumine (inquit) tuo videbimus lumē.

Psa. 35. Hoc est per te qui lumen est, verū videbimus atque cognoscemus te. Aliter enim fieri non potest. Et in alio

Psa. 34. psalmo precabatur: dic animæ meæ, salus tua ego sum. Quid obsecro ô rex opus est, vt hoc audias à Deo? nonne id satis tibi compertum est? nonne tu animæ tuæ dicere potes, salus mea domine tu es? minime inquit: nam quamuis ego id affirmē, ego mihi ipsi id persuadere minime potero, nisi Deus dicat. Hoc est, mentem adiuuet atque suo impulsu ad id credendū inducat. Quod vel hoc exemplo explicare possumus.

Simile. Nullus sane nostrum est qui ignoret se mortalem esse: se cito moriturum: quid igitur, dicito mihi, in causa est, vt ita viuas quasi semper victurus? quasi nunquam obiturus? quod scilicet nondum te moriturum dixerit Deus. Dicito tu domino, vt id tibi dicat, hoc est, vt cor, animumque tuum metu mortis pulset, tangat atque conturbet, & tunc intelliges, atque resipisces; vitamque verè pœnitendo in melius mutabis. Idcirco

Psal. 38. David inquiebat: notum fac mihi domine finem meum. Non. n. ignorabat se esse moriturum: non petebat, vt Deus illi diem obitus sui reuelaret, sed vt ita metu atque formidine mortis cor eius tangeret, vt sic correctus vitam rectè institueret; paratusque semper esset, vt cum veniret dominus, & pulsaret ianuam, confestim lucernam in manibus tenens aperiret eū. Multa ergo sunt quæ egent præceptore Deo, quo deficiente deficient: & quo docente comperientur. Cuius typum habes apud Ioannem capit. 18. Ioan. 18. Ibi enim narrat euangelista, quod Iudæi venientes ad comprehendendum Iesum, in horto preces ad patrē fundentem, adduxerunt secum faces, ac laternas quo possent eum agnoscere: non potuerunt tamē cum millies eū Figura. & vidissent & audissent in templo, in ciuitate, & in aliis locis, donec ille ait: ego sum. Si enim Deus, se esse nō diceat, minime à nobis cognoscetur: & si millies pro suggestu dicēs audiatur. Nutritus erat Ioseph cum fratribus suis ab incunabulis & tamē eum in Ægypto cognoscere non potuerunt, donec ab illo audierunt eleuata voce ego sum Ioseph, typus hic erat, Gene. 45. huius, quod modo agimus, mysterii. Hinc est, quod non minus nobis necesse fuit, vt Christus dominus in mūdum veniēs, munus obisset præceptoris, quàm officium redēptoris. Gratia enim & veritas (inquit Ioannes) Ioan. 1. per Iesum Christum facta est. Gratia redemptoris est, & veritas præceptoris. Non enim sat esset vt redimeremur, si Deum redemptorem ignoraremus, idcirco & redēptor factus est, & præceptor, qui doceret vias suas. Eamus igitur ad hunc montē domini, & docebit nos vias suas & ambulabimus in semitis illius. Væ illis qui Esa. 2. talē adire nolunt magistrum: qui tantum præceptorem contēnunt: nam in perpetuis errorum tenebris permanebunt.

Non parū est scire quid nescias.

¶ *Mittens duos de discipulis suis, ait illi. Tu es qui venturus est, &c.* Non parū est (inquit Hieronymus) scire quid

nescias:

impleta sunt corporaliter: sed quotidie spiritualiter adimplentur: cũ qui prius cœcum habebant intellectum, splendore veritatis illuminentur, & ipsam veritatem aspiciant. De quibus ait D. Paulus. Eratis aliquando tenebræ: nunc autem lux in domino. Et qui ad verbum Dei surdas aures habebant, libenter audiat, & qui in peccatis iacebant, iam currant vt brauiũ comprehendant, & qui muti erant, nunc de peccatis suis confiteantur. Et cum christus hæc miracula corporaliter fecit, voluit etiã significare hæc spiritualia, quæ per illa innuebantur. Et peculiariter hæc impleta sunt, tã in populo gentilium, quàm Iudæorum: populum enim gẽtilem, qui cœcus erat, christus illuminauit: populũ autem iudaicum, qui claudicabat, rectis pedibus ambulare fecit. cœcus est enim qui adhuc quo pergat nõ videt: claudus est, qui non potest ire. Vnde voce sanctæ ecclesiæ Typica interpretatione dicitur: oculus fui cœco, & pes claudo. Quia per verbum lucet, & per adiutorium continet. Cœcos enim illuminat prædicando: claudos verò opitulando substentat: quæ quoniam duos in se populos colligit, iudaicum scilicet & gentilem, rectè etiam potest, cœco gentilis, claudo autẽ Iudaicus populus designari: gentilis quippe, quasi oculos non habuit: quia nõ accepta lege, non vidit quò ire debuisset. At contra, iudaicus habens oculos, claudus fuit: quia legem quidem sciendo tenuit, sed in ea gressum recti operis non tetendit: si enim gentilis populus cœcus minimè fuisset, propheta non diceret. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Rursum si Israeliticus populus à bono opere minimè claudicasset; nequaquam voce domini psalmista dixisset: filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Christus igitur venit, vt faceret vtraque vnum: & ideo cœcum populum illuminauit, & claudum ambulare fecit. Quo vno argumento, satis probauit, se esse verum messiam, qui aperuit oculos cœcorũ, & salute fecit, sicut cerros, claudos: tam in mente, quàm in corpore.

Ephe. 5.

Populus gentilis cœcus, populus iudaicus claudus.

Iob 29. c

Esa. 9.

Psa. 17. g

¶ *Ite renuntiate Ioanni quæ audistis & vidistis: cœci vident.* Supernaturalia sut mysteria nostræ fidei: supernaturalibus ergo mediis, qualia sunt miracula, sunt persuadenda. Non ergo vi, nõ iniuria euangelium prædicandũ est. Iam in hoc loco vides, quo pacto christus miraculis primum exhibitis, discipulos Ioannis persuasit: quod vergò tissimè & euidentissimè, ex legibus quas christus supra cap. 10. discipulis præscripsit, cum eos prædicatum in orbem misit, ostendi potest. Quæ quidem omnes pacem illam supercœlestem, quæ (vt Paulus ait ad Philip. 4.) exuperat omnem sensum, mirificè redolent. Cum enim fides quæ naturali ratione demonstrari non poterat, supernaturalibus miraculis esset persuadenda, non alia illis iussit, vt facerent, quàm quibus possent humanos animos ad fidem conciliare: non enim ait in illo loco: sanos plagis afficite, aut viuentes trucidate: aut dæmonibus seruientes, dæmoniaca rabie tractate: & pro eiusmodi inferendis iniuriis, bona illorum, tanquam mercedẽ vestram ab illis eripite: sed infirmos inquit, curate: mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eiicite: neque pro tam ingentibus beneficiis quicquam recipiatis; imo quia gratis accepistis

Fides christi, non vi aut iniuria, sed miraculis persuadenda est.

Sup. c. 10.

Phil. 4.

pistis gratis date. & subdit, non aurū neque argentum, &c. Ne(vt ibi ait Hieronymus) si aurum & argentum haberent, non causa salutis hominū viderentur, sed causa lucri prædicare. Neque vllam feratis virgam, scilicet potestatis, ne vllam belli imaginē illis offeratis: quin verò, intrantes domum salutate eam dicentes: pax huic domui. Quod quidem verbum non deprecatoriè tantum accipitur, sed assertoriè: hoc est, ecce vobis pacem afferimus, pacemque annuntiamus euāgelicam: & quo eandem pacem sublimius efferat, ait. Ecce ego mitto vos, non sicut lupos, ad lacerandas deuorādasque oues: sed sicut oues in medio luporum, scilicet, vt quos lupos inueneritis, ouino ingenio tractetis: & quam possitis maximè in ouium mansuetudinem, transmutetis. Vnde D. Chryso. homi. 34. super hunc Math. locum. Erubescant, ait, igitur, qui cōtra facientes, quasi lupi aduersarios suos persequuntur: quum videant innumeros lupos, nempe gentiles, ab ouibus vinci paucissimis: scilicet ab apostolis. Et certe quandiu sumus oues, facile hostes vincimus: cum verò in naturam luporum transimus, tūc superamur: tunc enim nullum à pastore nobis patrocinium adest: qui non lupos, sed oues, vult habere. Vbi Chrysosto. admonitos nos curauit, quemadmodum Christus successui prædicationis nō faueat, quando norma eius prædicandi non seruatur. Sed rogas, quid si prædicationem nostrā repudiantes, abiecerint nos? Audi quod Christus subdit. Quicunque, inquit, non receperint vos, neque audierint sermones vestros, non ait: persistentes cogite, vt vos audiant, sed exeuntes foras de domo, vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris: videlicet, qui in die iudicii illos accusaturus exurgat. Amen dico vobis, tolerabilius erit in die iudicii terræ Sodomorum, aut Gomorræorū, quā illi ciuitati. q.d. vindicta illius repulsæ, non ad vestrum, sed ad meum attinet, supremum iudicium. Qua vtiq; de causa, existimo etiam, quod non possumus infideles, vt nos audiant cōpellere. His Christi legibus consonāt apostolorum monita. Paul. ad Ephe. 6. ait: succincti lumbos vestros, non in feritate, sed in virtute: induti loricam, non ferri: sed iustitiæ, & calciati pedes, in præparationem euangelii pacis. & ad Phi. 2. vt sitis sine querela, & simplices filii Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ, & peruersæ, & 1. Pet. 2. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonā, vt in eo quod detractant de vobis, tāquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. Nescio ergo, quis sanæ mentis dicere audeat, fas esse quemquam ad fidem, vel ad fidei sacramentum, minis & terroribꝰ cogere, sed aut miraculis adhibitis vt fecit Christus, & fecerunt Apostoli, aut amore & prædicatione salubri alliciendus est. ¶ Nam intentio & scopus Christi fuit, persuadere orbi verā fidem, quæ per charitatem operatur: nam illa est quæ filios Dei facit, vt Ioannes ait cap. 1. charitati autem nihil est magis aduersum, nihilque magis contrarium, quàm vis & iniuria, & metus. Amore ergo, & non armis perducendi sunt homines ad fidem: quādo miracula non adsunt.

¶ *Pauperes euangelizantur.* Vbi vides, apud Christum, diuites & potentes non præferri pauperibus & humilibus.

Marginal notes: Hieron. — Chryso. ho 34. — Infideles compelli non possunt ad audiendum euangeliū. — Eph. 6. — Phil. 2. — 1. Pe. 2. — Amore & non vi perducendus est infidelis ad fidē quādo miracula nō adsunt. Ioan. c. 1.

libus. Homines sæpe volunt potius diuitibus quàm pauperibus euangelium prædicare: at christus pauperes elegit: venit enim mundi vanitatem euersurum. Regnum mundi incipit à magnatibus & potentibus: regnum verò Christi à pauperibus. Reges & principes mundi, respiciunt diuites: christus autem intuetur pauperes: de illo enim dicitur in psalmo 10. oculi eius in pauperem respiciunt. imò apud regem Herodem ab eo miraculũ factum videre desiderantem, siluit: neque verba, neque miracula faciens: cõtra verò apud pauperes & loquebatur, & miracula faciebat. Vt enim prudens mercator non vult ociosis, & vanè curiosis, merces suas ostendere, sed ijs quos intelligit esse illas empturos: sic christus, apud eos concionabatur, & miracula faciebat, quos videbat esse ex his vtilitatem accepturos. Ideo, volens his discipulis Ioannis ostendere, se esse christum in lege promissum, respondit suæ interrogationi, rerum gestarum testimonio: factis scilicet corã illis multis miraculis: inter quæ, vides pro magno miraculo ait: Pauperes euangelizãtur: sciebat enim venturum esse tempus, vt pro miraculo haberetur, euangeliũ pauperibus gratis annuntiare.

Regnum mundi incipit à magnatibus regnũ verò christi à pauperibus.
Psa. 10.
Luc. 23
Simile.

¶ *Pauperes euangelizantur.* Noli (inquit Salo.) regibus ò lamoel, noli dare regibus vinum, quia nullum secretum est vbi regnat ebrietas: ne forte bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorũ pauperis: date siceram mœrẽtibus, & vinum his qui amaro sunt animo: bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris non recordentur amplius. quale namque est vinum (inquit Rupertus) quod si detur ad bibendum regibus, facit eos obliuisci iudiciorum, & mutare causam filiorum pauperis: si autem detur mœrentibus, facit eos obliuisci egestatis suæ, & doloris non recordari amplius? Profectò quomodo parabola est, misticè iuxta parabolarum leges, intelligenda est. Vinum ergo istud, sermo sapientiæ, vel scientiæ est: quod si detur regibus, idest superbis, apud quos vtique regnat ebrietas, idest quos scientia inflat, obliuiscuntur iudiciorum, & mutant causã filiorum pauperis, idest male examinant sensum scripturarum, dum per contentionem sua defendunt & nulli cedere volunt, & ab alijs bene dicta, qui sunt filij pauperis, idest humiles secundum christum, amatores veritatis, vanæ gloriæ deputant & præsumptioni. O ergo Lamuel, quod interpretatur in quo Deus. O Christe, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, noli talibus scientiæ tuæ dare vinum: sed da mœrentibus, idest humilibus, & his qui pro eo quod paupertatis & peccatorũ humilem conscientiam habeant, amaro sunt animo, cum enim talibus datur vinum hoc, lætificat cor eorum, & quadam obliuione bona obliuiscuntur egestatis suæ: confortati ab apostolo dicenti, quia quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes; & ignobilia mundi & contẽptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt, destrueret. Hæc Rupertus. En vides iam hoc fuisse ad impletum. Pauperes, inquit christus, euangelizantur.

Prou. 31.
Rupert 9
Vinũ est sermo sapientiæ. reges sũt superbi sapientes.
Filii pauperis sunt humiles.
Lamuel. i. in quo Deus.
1. cor. 1. d
Rupert lib 10. de victoria verbi c. 4

¶ *Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* Christum esse petram ostendimus capite septimo. Sed quia in eo impii iudæi pedes offenderunt, appellatur ab Esaia capitulo octauo petra

Sup. c. 7

Christus vocatur petra scandali.

scandali. Et erit, inquit, vobis in sanctificationem, in lapidem autem offensionis, & in petram scandali: & offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur. Quem locum, de christo interpretatur Paulus ad Roman. nono. Appellatur hoc scandalum à doctoribus, passiuum, siue pharisaicum: quoniam ipsi propter suam eorum peruersitatem scandalizabantur, & opera christi sanctissima reprobabant: volentes eius nomen clarissimum omnino extinguere. ob quam causam merito in hoc loco ait: Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Vbi aspicis nullam esse tam insignem virtutem, quam impii vitio non tribuant. Vt enim lignum arcnæ fixum in medio fluminis, altera parte in aqua existente, altera in aere extra aquam, videtur obliquum & fractum, cum sit rectum & integrú: non obligni defectum, sed quia illud oculi per aquam respiciunt: quo fit vt videntes longè opinione fallantur: sic virtutis actio recta, omnibusque numeris absoluta, censetur ab impiis obliqua & nefaria, non ipsius actionis, sed iudicii deprauati corruptela: fallit enim iudicium eos, qui per aquam inuidiæ & malitiæ, res gestas inimicorum cernunt: cupientes eam gloriam labefactare, quam magni viri fuerunt virtute consequuti. Vt enim phrenesi laborantes, peregrina quadam linearum rectarum similitudine in pariete descriptarum decepti, animalia quædam deformia videre existimant & testantur, vt Aristoteles ait: Sic impii homines animi ægritudine deprauati, linguas eorum, hoc est, aliorum facta illustria non solum spoliant ornamentis, sed

Roma. 9.

Nulla est tam insignis virtus quã impii vitio non tribuant.

Simile.

Simile.

Aristot.

etiam vitio vertunt, & ad calumniam rapiunt. Beati ergo sunt viri christiani Deum timentes, quibus non in scandalum & offensionem, sed in sanctificationem, christus erit. Vt enim id quod apes sumunt conuertit ex flore in mel: id autem quod araneus carpit ex eodem flore, conuertitur in venenum, cum flos sit vnus & idem: sic christus flos campi, aliis fuit in sanctificationem, aliis in ruinam. Hoc est quod dixit Simeon: Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectioné multorum.

Simile.

Luc. 2.

¶ *Et respondens Iesus ait illis: ite, renunciate Ioanni, quæ audistis & vidistis.* Iesus non ignarus certius esse testimonium, quod à factis proficiscitur, quã quod à verbis, præsertim si quis ipse sit sibi testis, nihil quidem respondit primùm, sed in illorum conspectu (veluti solent episcopi) ordines generales infirmorum faciens. Accedant, inquit, qui sanandi sunt, accesserunt suo ordine cœci, & illorum oculos aperuit: accesserunt debiles & illos restituit in pristinam sanitatem: Accesserunt lepra infecti, & mundati sunt: accesserũt impuri spiritus & eos profligauit: Accesserũt qui mortuos esse rebãt, & illos suscitauit. His multisque aliis prodigiis nouis & inauditis, satis probauit quis nã esset. Hinc colliges quare rogatus an esset messias: factis & non verbis respondere voluerit: quod factorum testimonium, fortius ac euidentius sit quàm verborum. Si enim rogares arborem aliquam, quænam esset, & tibi poma ostenderet quæ ferebat, fructus demonstratione, melius respondisset quàm verbis. Si regem item videres, magna magnatum, ac virorum illustrium stipatum

Christus non tã verbis, quàm factis probat quis sit.

caterua, atque illum interrogasses an esset rex? satius quæstioni satisface-ret, ostensis omnibus qui illum tanquam regem sequebantur: quàm si respondisset: ego sum. Testimonium Ioannnis de Christo verborum fuit tantum: at christi testimonium de se ipso, factorum. Exodi capitulo quarto. Sacra referunt eloquia misisse dominum Aaron & Moysen ad Pharaonem: fecitque vt Aaron esset os Moysis: Moyses verò esset Deus Pharaonis: qui scilicet æderet miracula & prodigia, quibus ostenderet Dei virtutem & potentiam. Sic misit Deus Ioannem, vt esset os & lingua christi: ecce inquit agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Christus verò missus est, vt esset habitus verus Deus. Quod vt ostenderet, innumera ederet miracula. Cœci, inquit, vident, claudi ambulant &c.

Exo. 4. Figura. Sup c. 3.

¶ Hinc obserua quod duplex est genus docendi & instruendi alios: verbis scilicet & factis, quæ factis docentur facilius imprimuntur. Pictor. n. facilius discipulum depingere docebit, si coram illo imaginem describat lineasque deducat, quàm si verbis solum instruat: quo docendi genere impręsentiarum vsus est christus. Quęritis, inquit, an sim christus à patribus mundo promissus necne? en imagines quas fingo. Cœci vident, claudi ambulant, &c. Hinc colligetis an sim quem venturum expectatis. Tu igitur si rogatus fueris an christianus sis, non tam verbis, quàm factis, id ostendere curabis. Opera enim sunt quæ verum testimonium perhibebũt de te: quibus maior fides adhibenda est, quã verbis. Qui enim dicit se nosse Deum & mandata eius non custodit, mendax est. Potius enim factis,

Simile. 1. Io. 2. a

quæ plurium testium vices gerunt, credẽdum est: quàm linguæ, quæ quũ vnius testis locum habeat: plenam nõ facit fidem.

¶ *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* Idest, beatus autem est, cuius animo successus tantus euangelii nõ præbuerit occasionem mali. Hoc adiecit Iesus modestè subtaxans inuidiam discipulorum Ioannis, sed sic, vt neque apud turbam pudescerent, sed taciti secum agnoscerent vitium suum: tẽperato modis omnibus responso, vt & ipse fugeret arrogantiæ suspitionem, & maiorem fidem faceret discipulis, & illorum affectioni mederetur potius, quàm traduceret. Discamus & nos arrogantiam ex factis egregiis fugere & proximorũ inuidiæ mederi, temperando verba, ita vt frater subinuidens non erubescat.

¶ *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* Vel propter me. hoc est, quod videat me tam humilem, tam abiectũ, tam vili loco: inter pauperes, scilicet & debiles: cum sperasset videre regem messiam diademate coronatum, regiis ornamentis indutum, magna nobilium virorum multitudine comitatum, sceptrum aureum ferentem.

¶ Hinc colliges quanta sit Dei liberalitas & magnificentia, quanta eius bonitas, vt sese in tantum propter hominem abiiciat, vt ab eo minime cognoscatur, neque pro vero Deo habeatur. Pronior enim est Deus ad afficiendum innumeris muneribus homines, quàm hi ad credẽdum. Nõne Dei abiectio, quæ salus & vita nostra est, offendiculo fuit incredulis iudæis? nos, inquit Paulus, prædicamus christum crucifixum, iudæis quidem scandalum, nobis tamen Dei virtus. Et quemadmodum beatus est popu-

Dei liberalitas commendatur

1. cor. 1.

Aa 2 lus

lus ille, cui, non fuit offendiculum neq; scandalum abiectio Christi: sic infelix ac miser ille, qui scandalum hoc passus est. Idcirco olim vates quidam dicebat: quiescite ab homine cuius spiritus in naribus est, quia excelsus reputatus est ipse. Quasi diceret: vos magnopere hortor ne offendatis in Messiam vestrum, ne illum ad interitũ vocetis. Quiescite ergo offendere hominem hunc abiectum & humilem cuius spiritus in naribus est: idest, qui iram suam vobis ostendet: quia excelsus reputatus est ipse: hoc est, quia etsi humilis videatur magnꝰ & potens est, qui vos poterit facile vastare. Habere spiritum in naribus est iratum esse. Dicens: quiescite ab homine ostẽdit Christi humanitatem: dicens autem: quia excellus reputatus est ipse, ostendit eius sanctissimũ numen. Ac si diceret: videte ne Christum contemnatis verum Deum & verum hominem, qui iratus poterit vos facile perdere. Potest hoc ita etiã explanari. Quiescite à Christi blasphemijs, qui & si in naribꝰ habet spiritum, hoc est, & si homo est & spirat, & halitum naribus trahit, vt cæteri homines, tamen secundum diuinam maiestatem excellus est, & altissimꝰ.

Esa. 2. Explicatur locus.

Figura.

Duo erant in templo altaria, alterũ abiectum, animalium sanguinem redolens: alterum sacrum & excellens, sedes Dei factum, vbi hominibus responsa dabat: vbi cherubin aderant. Quæ Christi naturam humanam atque diuinam significabant: humana enim cum abiectionem redoleret contemnebatur, diuina verò si à Iudæis intellegeretur, facile veneraretur atque coleretur. Ideo ait modo dominus: Beatus qui non fuerit scãdalizatus in me. Si ergo offendere nõ vis, intra in sanctuarium Domini, ingredere sancta sanctorũ & ibi Deũ esse intelliges, illum audies, illum benignum inuenies: nec oculos pascaris in altari animalium solum si scãdalizari non cupis. Et huius etiam rei imaginem aliam habes, Genesis cap. 9. Vbi narrat moses Noe plãtasse vineam, bibisseq; vinũ & inebriatum fuisse: eumque nudum irrisisse Chan filium suum: reliquos autem duos filios incedẽtes retrorsum operuisse nuditatẽ patris. Noe christum significat, qui vineam plantauit, Iudaicum videlicet populum. Nimio autem amore erga genus humanum quasi ebrius factus est, vt seipsum negligeret, exinaniret atque abiiceret: tãtum vt nobis sucurreret. Imo adeò amore ebrius fuit, vt ob dormiret in cruce per mortem, ac planè ignominiosus appareret, ac etiam à Deo relictus. Hanc eius ignominiam irrisẽrunt Iudæi: hãc abiectionem irridẽt hæretici: hanc multi qui fidem eius profitentur: cum illam imitari dedignentur. Veri autem christiani non offenduntur Christi humilitate, sed alijs irridentibus ipsi tegunt nuditatẽ eius. ostendunt enim, quod hæc propter nos facta sint, quodq; in scriptura prædicta sint: intelligunt etiã intꝰ adesse Deũ rerũ omniũ dominũ.

Gen. c. 9. Figura.

Esai. 5. Psa. 79. Matt. 21.

Matt. 26.

¶ Cæterũ si in Deo homine inueniũt homines in quẽ offendãtur: quid obsecro in te homine, atq; scælerato nõ inueniẽt? In Deũ, quod cũ publicanis ac peccatoribus manducet, habitet, atq; versetur, homines offendũt: quid non offendent in te impiũ, scælestũ, flagiciosum, ac sacrilegũ? Si ipsammet temperantiã, ebrietatẽ & voracitatẽ vocant: quid mirum quod te ebrium & voracem appellent?

¶ Illis

¶ *Illis autem abeuntibus cœpit Iesus ad turbas dicere de Ioanne. Quid existis in desertum videre &c.* Digressis discipulis Ioannis, conuersus Iesus ad turbas obmurmurantes ioannis inconstantiam, quod modò aiebat, modò negabat: modò aiebat: ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: modo rogabat: Tu es qui venturus es an alium expectamus? Ne ergo tale suspicarentur de ioanne, quod ille parum erat dignum, existimantes eum hæc percontatum sibi dubitanti, ac non potius discipulorum imbecillitati sanãdæ, cœpit Christus amplissimè ioannis laudes deprædicare: sic tamen, vt illi, messiæ laudem non ascribat, sed proximum dumtaxat: Et tamen pondus arroget illius de se testimonio. Expediebat enim, vt populus quàm optime sentiret de ioanne qui tã præclarè testificatus fuerat de Iesu, quod esset filius Dei, quod esset agnus, qui tollere peccata mundi: quod esset is, qui baptizaturus esset igni & spiritu. Nec enim in talem virum cadebat suspicio vanitatis, quasi falsò prius Christum prædicasset: aut inconstantiæ, quasi post mutatus, cœpisset de christo dubitare: ne cui, inquit, obrepat suspicio leuitatis de ioanne. Alioqui si talis visus est vobis, qui leuium hominum more mutet sententiam, & quod prius affirmabat post vocet in dubium, cuius spectaculi gratia, sic dudum confluebatis in desertum? An vt videretis arundinem agitari ventis? Talis enim fuisset si nunc à seipso dissentiret. Sed ab hac suspicione facile illum vindicat perpetua vitæ totius austeritas.

Quare christus Joannem laudat.

¶ Ex hoc loco disce primùm: proximi tui famæ, honori, & bono nomini succurrere, si apud homines, sine causa periclitetur. Periclitabatur ioannis honor, apud populum, existimantem eum sibi dissimilem esse factum, & illũ ab hac suspicione christus reuocare conatur. Existimant homines proximum tuum impiè aliquid commisisse: ab hac infamia illum vindicare teneris, si certò scias illum ab illa culpa esse omnino liberum. Gloriabatur olim coram domino diabolus, astantibus angelis, perambulasse totum terrarum orbem, ac omnes homines descripsisse, in suãq; ditionem traxisse, & statim dñs ab hac sinistra opinione liberat sanctum Iob dicens: nunquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit similis ei in terra, homo simplex, & rectus?

Famæ proximi succurrere debemus, si apud alios periclitetur sine causa.

Iob 2.

¶ Secundo disce: non posse dominum ferre, vt aliquis suorum malè audiat: ideo maximè commendat ioannem, atque pro sua virili ab inconstantię, & adulationis rumore & iniuria defendit. Sic etiam cum pharisæus obmurmurat, atque existimat Magdalenam Christi pedes, suis lachrymis lauantem, esse peccatricem: tactuque domini indignam: eã christus ab hac contumelia vindicat, ostendendo eam sanctiorem esse pharisæo. Præterea cum alibi pharisæi discipulos apud dominum incusant, quod non mundassent manus, nec lauassent, cum cibum sumebant: respondet maxima ira commotus: quare & vos transgredimini præceptum Dei propter traditionem vestrã: quasi diceret: heu vos miseros & infelices, nã vos estis immundi, vos sordidi, & squalidi, transgredientes legem Dei.

Nõ potest ferre dñs, vt aliquis suorũ male audiat, apud alios

Luc. 7.

Inf. 15. a

Constantia Ioannis commendatur. Eccl. 11.

¶ Tertiò obserua: quanta fuerit virtus, quanta constantia & animi firmitas Ioannis, quando à christo domino ante mortem laudatur. Ante mortem, inquit sapiens, ne laudes hominem, nam in filiis suis cognoscitur vir. Quo in loco per filios perfectas actiones intelligit. Studiosæ enim & strenuæ actiones filii nuncupantur: sicut etiam appellatur à christo fructus: à fructibus eorum, inquit, cognoscetis eos. Quando igitur christus constantiam Ioannis satis tenebat: idcirco sine trepidatione aliqua, aut timore, illum miris laudibus coram frequenti populo effert. Lauda ergo hominem post vitam, magnifica post consummationem: si de eius virtute & animi perfecta magnitudine dum hanc vitam agit, vereris: sin autem, benè illum prædicare, atq; suarum laudum poteris, dũ viuit, esse præconem.

Supra. 7

Agit dñs Ioannis exequias.

¶ Tandem intellige: voluisse dominum Ioannis exequias agere, idcirco funeream concionem, apud populũ habere volit: quasi certò prædicens mortem & obitum eius: ea de causa etiam priusquam Lazarum suscitaret gratias patri egit certus de accepto beneficio. eadem item de causa triumphaturus de morte, de diabolo, ac mundi pompa, morte sua, ante illam, triumphans cum maxima gloria & apparatu Hierusalem ingreditur. Multiplicaturus præterea panes, prius tanquam ædito iam miraculo gratias maximas Deo agit. Sic modò certò sciens Ioannem iam iam moriturum, quasi exequiis celebrans apud populum de Ioannis laudibus dicit.

Ioan. 11.

Infra. 21

Ioan. 6.

Magnum est à Deo laudari.

¶ *Illis autem abeuntibus.* Laudat christus Ioannem, quod magni æstimandum est. Multi enim laudant, quæ ignorant. Quod enim in poematibus, vt Cicero ait: & in picturis vsu venit, vt delectentur imperiti: laudentque ea, quæ laudanda non sint: ob eam vt credit causam, quod sit in his aliquid probi quod capiet ignaros: Hoc etiam idem in multis hominibus contingit, qui multa laudant, eò quod vitium ignorent: christus autem qui omnia nouit, falli in aliorum laude, & commendatione non potest. Beatus ergo Ioannes, qui suarum laudum talẽ habuit præconem.

qui falli non potest laudari. Cicero.

¶ Obserua præterea: quod non solet dominus aliquem suorum in faciẽ commendare, sed inimicis suis. sic dæmoni, quod nouerat inimicum Iob dixit: Nunquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit similis in terra? Idem in hoc loco fecisse legimus: qui, discipulis Ioannis abeuntibus, cæpit dicere de Ioanne: quid existis in desertum videre &c. Hoc flagello solet dominus inuidos torquere: vt plurima dicat seruos suos habere: quàm putauerint ipsi qui inuidẽt. Sic inuido Sauli ostendebat Dauidem regem, antequam esset. Et hoc maximè homines ab inuidia terrere deberet: ne. s. dñs eos quibus inuident, maiores quã illi imaginantur, ostendat eis. & disponit vt omnes, corũ quibus inuident, semper præclara facta eis enarrent: quemadmodum pharisæis qui christo inuidebant, semper erant aliqui, qui eius gesta, quæ ipsi contemnebant, extollerent.

Iob 1.

¶ *Arundinem vento agitatam?* Non hoc exiguum reputes: non fuisse, scilicet Ioannem arundinem vento agitatam: est enim hominis conditio tã varia & inconstans, vt nunquam in eodem

Hominis natura inconstans, & varia est.

Simile. eodem statu permaneat. Hinc est vt multi inueniantur tam inconstantes animo, vt similes sint febricitātibus, qui in lectulo nunquam quiescant, Simile. sed hac atque illac agitentur, similes etiam sunt, fugientibus vmbram sui corporis, qui se ipsos fugiunt, & se ipsos circumferunt. Constātia hominem angelum facit. animi verò constātia tanta virtus est, vt hominem angelum faciat: ea est enim angelorum natura, vt semper sibi constantes sint, semper in eadem sententia persistāt, semper in eodem statu permaneant: ex quo fit, vt hominis pertinacia illum, diabolum esse faciat, constantia verò in virtute, angelum reddat: quia ergo Ioannes tam constans sibi fuit, vt neq; aduersis, neq; prosperis moueretur, meritò angelus & non arundo vento agitata vocatur.

¶ *Aut quid existis videre hominē mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt.* Immoderatus cultus reprehenditur, & immoderatus corporis ornatus. Non inquit in domibus Dei sunt, sed quid ait? in domibus regum sunt. Vt ostendat quā sit prohibitum christianis, & maximè mulieribus si in domo Dei esse volunt, immoderatus cultus. Vnde D. Cypri. de habitu virginitatis. Cyprianus de hac re tractans, sic ait: si non est (inquit) maior domino suo seruus, debemus quod Christus & fecit & docuit, imitari. Qui enim dicit se in Christo manere: debet, quomodo ille ambulauit & ipse ambulare. Locupletem te dicis & diuitem: sed diuitiis tuis Paulus occurrit, & ad cultum atque ornatum tuum iusto fine moderandum, sua voce præscribit: 1.Tim.2. Sint (inquit) mulieres cum verecundia & pudicitia componentes se: non intortis crinibus, neque auro, neque margaritis, aut preciosa veste: sed vt decet mulieres promittentes castitatem per bonam conuersationem. Itē Petrus ad hæc eadem præcepta contendit, & dicit: sit in muliere non exterior ornamenti, aut auri, aut vestis cultus, sed cultus cordis. 1.Pe.3. Quod si illi mulieres quoque admonent coercendas, & ad ecclesiasticā disciplinā religiosa obseruatione moderandas, quæ excusare cultus suos soleant per maritum, quanto id magis obseruare virginem fas est, cui nulla ornatus sui competat venia, nec deriuari in alterum possit mendacium culpæ, sed sola ipsa remaneat in crimine? Maxime virgines decet moderatus ornatus. Locupletem te dicis & diuitem: sed non omne quod potest debet & fieri, cum scriptum sit: omnia licēt: sed non omnia expediunt: omnia licent, sed non omnia ædificant. 1.cor.16. Cæterum si tu te sumptuosius comas, & per publicum notabiliter incedas, oculos in te iuuentutis illiceas, suspiria adolescentum post te trahas, concupiscendi libidinem nutrias, peccandi fomenta succendas, vt si ipsa non pereas alios tamen perdas, & velut gladium te & venenum videntibus prebeas excusari non posses, quasi mente casta sis & pudica: redarguit te cultus improbus & impudicus ornatus, nec computari iam potes inter puellas & virgines Christi: quæ sic viuis, vt possis adamari. Ornamentorum ac vestium insignia & lenocinia fucorum, non nisi prostitutis & impudicis fœminis congruunt, & nullarum ferè præcisior cultus est, quàm quarum pudor vilis est. Sic in scripturis sanctis quibus nos instrui dominus voluit, & moneri, describitur ciuitas meretrix, compta pulchrius, & ornata, & cum ornamentis suis, ac propter ipsa potius ornamenta peritura.

Apoc. 17. Et venit, inquit, vnus ex septem angelis habentibus phialas septem, & aggressus est me, dicens: Veni ostēdam tibi damnationem meretricis magnæ sedentis super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ. Et duxit me in spiritu, & vidi mulierem sedentem super bestiam, & mulier illa amicta erat pallio purpureo & coccino, & adornata erat auro, & margaritis, & lapidibus preciosis, & ferēs poculum aureum in manu sua plenum execrationis, & immunditiæ, & fornicationis totius terræ. Fugiant castæ virgines & mulieres pudicæ incestarum cultus, habitus impudicarū, lupanarium insignia ornamenta meretricum. Clamat etiam spiritu sancto plenus Esaias, & filias Sion auro & Esa. 3.c veste comptas increpat, & obiurgat pernitiosis opibus affluentes, & à domino per seculi delitias recedentes. Exaltatæ sunt, ait, filiæ Sion, & ambulauerunt alto collo, & nutu oculorū, & incessu pedum trahentes tunicas, & pedibus simul ludentes. Humiliabit dominus principales filias Sion, & reuelabit dominus habitum earū, & auferet dominus gloriam vestis illarum, & ornamēta earum, & crines, & cincinnos, & lunulas, & discriminalia, & dexteralia, & armillas, & bonetonatum, & specula, & annulos, & in aureis, & serica contexta cum auro & hyacinto. Et erit pro odore suauitatis puluis, & pro cingulo reste præcingeris, & pro ornamento capitis aureo, caluicium habebis. Hoc Deus culpat & denotat, hinc corruptas esse virgines, hinc à cultu vero & diuino desciuisse pronuntiat. Exaltatæ ceciderunt, comptæ turpitudinem & feditatem meruerunt, serico & purpura indutæ, Christum induere non possunt: auro & margaritis & monilibus adornatæ, ornamenta forte cordis, corporis, & pectoris perdiderunt. Quis non id execretur & fugiat, quod aliis fuerit exitio? Quis id appetat & assumat, quod ad necem alterius pro gladio fuerit & telo? Si hausto poculo moreretur ille qui biberat, venenū Simile. scires esse quod ille potauit. si accepto cibo qui acceperat interiret, scires esse letale quod acceptum potuit occidere: nec ederes inde, nec biberes, vnde interisse alios antè conspiceres. Nunc quanta ignorantia veri est, animi quanta dementia, id velle, quod & nocuerit semper & noceat? putare quod inde ipsa non pereas, vnde alios perisse cognoscas? Neque enim Deus purpureas, aut coccinas oues fecit, aut herbarum succis, aut conchiliis tingere, & colorare lanas docuit. Nec distinctis auro lapillis, & margaritis contexta serica, & numerosa compage digestis, monilia instituit, quibus ceruicem quam fecit absconderet: vt operiatur illud quod Deus in homine formauit, & conspiciatur desuper id quod diabolus adinuenit. an vulnera inferri auribus Deus voluit, quibus innocens adhuc infantia, & mali secularis ignara crucietur, vt postea de aurium cicatricibus, & cauernis preciosa grana dependeant, & si non suo pondere merciū quantitate? Quæ omnia peccatores & apostatæ angeli suis artibus prodiderunt, quando ad terrena contagia deuoluti, à cœlesti vigore recesserunt. Illi & oculos circunducto nigrore fucare, & genas mēdacio ruboris inficere, & mutato adulterinis coloribus crinem, & expugnare omnem oris & capitis veritatem corruptelæ suæ impugnatione docuerunt. Et quidem isto in loco pro

pro timore, quem nobis fides suggerit, pro dilectione quam fraternitas exigit, non virgines tantum aut viduas, sed nuptas puto, & omnes omnino fœminas admonendas, quod opus Dei & factura eius & plasma adulterari nullo modo debeat, adhibito flauo colore, vel nigro puluere, vel rubore, aut quolibet denique lineamenta natiua corrumpente medicamine.

Gene. 1. Dicit Deus faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã, & audet quisquam mutare & conuertere quod Deus fecit? Manus Deo inferunt, quando illud quod ille formauit, reformare & transfigurare contédunt: nescientes quia opus Dei est omne quod nascitur, diaboli quodcúque mutatur.

Hic locus citatur ab Augu. lib. de doctri. christ. 4. c. 21.

Simile. Si quis pingendi artifex vultum alicuius & speciem & corporis qualitatem æmulo colore signasset, & signato iam consumatoque simulachro, manus alius afferret, vt iã formata, iam picta quasi peritior reformaret, grauis prioris artificis iniuria, & iusta indignatio videretur. Tu te existimas impunè laturam tuã improbæ temeritatis audaciam, Dei artificiosis offensam? Vt enim impudica circa homines, & incesta fucis lenocinantibus non sis, corruptis violatisque, quę Dei sunt, peior adultera detineris. Quòd ornari te putas, quòd putas comi, impugnatio est ista diuini operis, præuaricatio est veritatis. Mónentis apostoli vox est: expurgate vetus fermentum, vt sitis noua

1. cor. 5. consperſio sicut estis azymi. Nam & pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque festa celebremus non fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ: sed in azymis synceritatis & veritatis. Num synceritas perseuerat & veritas, quando quæ syncera sunt polluuntur colorum adulterijs, medicaminum fucis, in mendatium vera mutantur? Dominus tuus dicit: non potes facere capillum vnũ album aut nigrum, & tu ad vincendã domini tui vocem, vis te esse potiorem? Audaci conatu & sacrilego contemptu, crines tuos inficis: malo præsagio futurorum, capillos iam tibi flãmeos auspicaris, & peccas: proh nefas, capite, idest, corporis parte meliore: & cum scriptum sit de domino: caput autem eius & capilli erant albi, velut lana aut nix: Tu execraris caniciem, detestaris alborem, qui fit ad domini caput similis? Non metuis oro, quæ talis es, ne cú resurrectionis dies venerit, artifex tuus te non recognoscat? ad sua præmia & promissa veniẽtem, remoueat & excludat? increpans vigore censoris & iudicis dicat? Opus hoc meum nó est, nec hæc imago nostra est: cutim falso medicamine polluisti, crinem adultero colore mutasti, expugnata est mendatio facies, figura corrupta est, vultus alienus est: Deum videre non poteris, cum oculi tibi non sint quos Deus fecit, sed quos diabolus infecit. Illum tu sectata es, rutilos atq; depictos oculos serpentis imitata es: de inimico tuo compta, cum illo pariter arsura. Hęc oro non cogitanda sunt Dei seruis? non die semper ac nocte metuenda? Viderint quid sibi nuptæ per placendi studium de coniugum solatio blandiantur, quos dum in exultationem suam proferunt, ad societatem criminosæ consensionis asciscunt. Virgines certè, quibus iste sermo nunc consulit, quæ se huiusmodi artibus compserint, inter virgines non putent deberenumerari: sed tanquam contactas oues & morbidas pecudes, à sancto & puro

Math. 5.

Apoc. 1.

puro grege virginitatis arceri, ne cõtagio suo cæteras polluát, dum simul degunt, ne perdant alias, quæcunque perierunt.

¶ *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* Vno hoc verbo cõprehendit dominus, quæ longo prolixoque sermone de sanctitate & excellentia Ioannis dici possunt. Considera obsecro Ioannis conceptionem, vitam, prædicationem, munera in domo Dei sibi commissa, mortem denique, atque eius per totum orbem percelebre nomen, & intelliges quàm verum fuerit hoc Christi præconiũ: inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.

Ioãnis excellentiæ sũma quædam enarrantur.

Prima excellentia. ¶ Ioannes à prophetis sanctis venturus in mundum fuit prænuntiatus. Paraui lucernam christo meo, ait dominus per psalmistam. Psa. 131. Futurus erat lucerna, ardens & lucens. Vox clamantis in deserto, inquit Esaias. Psa. 40. Ecce ego mitto angelum meum, ait Malachias. Mala 3.

2. excellentia. ¶ Ioannes, ab angelo Gabriele est annuntiatus: missus est enim angelus à Deo, ad sacerdotem, cuius nomen erat Zacharias, & ingressus angelus ad eum, dixit: ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est oratio tua. Luc. 1. Ibidem.

3. excellẽtia. ¶ Ioannes, de sterili nascitur, sicut christus de virgine, atque de parentibus iustis, longaque ætate confectis. Ibidem.

4. excellentia. ¶ Ioannes, ante fuit sanctus quàm natus. spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ, ait angelus.

5. excellentia. ¶ Ioannes, tam eximius propheta fuit, vt in vtero matris subsiliẽdo insigne testimonium de Christo tulerit. Ibidem. Ecce (inquit mater eius) vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis: exultauit infans præ gaudio in vtero meo. Quod testimonium, nullo pacto, nullaque ratione aut via, calumniari potest.

6. excellentia. ¶ Ioannes, non solũ propheta: sed plusquã propheta fuit, vt in hoc loco christus testatus est. Solus ille inter antiquos prophetas, meruit Christum digito monstrare. Ioan. 1.

7. excellentia. ¶ Ioannes, & nomine & virtute angelus fuit, vt etiam hic affirmat christus. Vnde Chrysostom. ait, Puto si non est audatia, dicere: quod gloriosior est Ioannes: quia homo fuit, & propter meritũ virtutis angelus est vocatus: quàm si nomine & natura angelus fuisset. Chryso.

8. excellentia. ¶ Christũ verũ Deũ, verumque hominem baptizare meruit, & vocem patris cœlestis audire: hic est filius meus dilectus: spiritũ sanctũ in specie colũbæ super christũ descendentem videre: nam dictum fuerat ei à patre: super quẽ videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Sup. c. 3. Io. 1.

9. excellentia. ¶ Triplici laurea fuit iure optimo insignitus: eò quod virgo, & prædicator, & martyr insignis extiterit.

10 excellentia. ¶ Ioannes in magno precio, tam à iudæis, quàm à gentibus, quàm à fidelibus, propter suam eximiam, præclaramque sanctitatem, fuit habitus.

11. excellentia. ¶ Suæ carnis tam perfectus fuit domi nator, vt incredibile dictu sit: nam vinum & siceram nunquam bibit: esca eius locustæ & mel syluestre, vestimentum verò, ciliciũ ex camelorum pilis contextum erat. Luc. 1. Sup. 3.

12. excellentia. ¶ Mundum, eius diuitias & gloriam penitus contempsit, erat enim in deserto, vsq; ad tempus ostensionis suæ in Israel. Luc. 1.

13. excellentia. ¶ Regni cœlorum fuit primus prædicator: concionatores namq; antiqui terrena promittebant, Ioannes autem cœlestia. Agite (inquit) pœnitentiã, appropinquabit enim regnum cœlorum. Sup. 3. ¶ Publica peccata tanto zelo persequutus est, vt eam ob causam, carcerem, vincula, mortemque æquo animo

14. excellentia. mo subierit: ¶ Tandem, eius nomen tam celebre factū est, vt toto orbe terrarum ingenti alacritate, immensoq; hominum applausu natalis eius celebretur. Meritò ergo christus dñs ait: inter natos mulierū non surrexit maior Ioanne Baptista.

¶ *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Filii Dei robustissimi milites sunt. Vnde Gene. 18.c. ait dominus Abrahæ: Nunquid celare potero Abraham quæ gesturus sū, cum futurus sit in gentem magnam ac robustissimam. Verè enim dicitur Abraham futurus in gentem robustam, non solum secundum carnem, sed secundum fidem, ita vt rapiant filii eius regnum cœlorum. Quo autem modo regnum cœlorum à viris iustis per vim capiatur, explicat Diuus Ambro. sermone 15. de natali domini. Compellitur (inquit) operibus nostris dominus, vt nobis sua misericordia largiatur: atque ideo ipse in euangelio sancto dixit; à diebus Ioannis Baptistæ regnum cœlorum cogitur. Regnum cœlorum, non nisi christus dominus, qui regnat in cœlis: cogi autem verbum tunc solet dici, quum res aliqua rarior, assidua operatione densatur: Ex quo ergo Ioannes Baptista, saluatoris annuntiauit aduentum ex eo regnum cœlorum, quod prius fluidum & remissum apud iudæos iacebat, credentium populorum cœpit assiduitate densari, & omnis illa regni raritas, prædicationum frequentatione solidari. Tam enim rarū fuit apud iudæos regnum, vt transiret ad gentes: tam fluidum, vt emanaret ad populos. Nunc autem tanta credentiū cogitur densitate, vt fixum & solidū maneat sine fine, sicut sacra scriptura dicit: & regni eius non erit finis. Cogimus ergo regnum cœlorū, & vim quodammodo facimus, sicut ait euāgelica lectio: & vim facientes eripiūt illud. Vim, inquam, facimus Deo, nō compellendo: sed flendo: non prouocando iniuriis, sed lachrymis exorando: non blasphemando per superbiā, sed per humilitatem mœrendo. O beata violentia, quæ non indignatione percutitur, sed misericordia condonatur: beata inquam violentia, quæ vim facienti bonitatem ellicit, & vtilitatem tribuit inferenti. quisquis. n. violentior christo fuerit, religiosior habebitur à christo. Aggredimur ergo in itinere dominum: siquidem ipse est via, & more latronum, suis eum expoliare nitimur: cupimus illi auferre regnum, thesauros, & vitam: sed ille tam diues & largus est, vt non abnuat, non resistat, & cum omnia dederit nihilominus omnia ipse possideat. Aggredimur inquam illum, non ferro, non fuste, non saxo: sed mansuetudine, bonis operibus, castitate. Hæc sunt arma fidei nostræ, quibus in cōgresione certamus. ¶ Vt autem his armis vti in vi inferenda possimus, ante corporibus nostris vim quodāmodo faciamus: expugnemus membrorum vitia, vt virtutum præmia cōsequamur: prius enim ipsi regnare debemus in nobis, vt regnum possimus diripere saluatoris. Ait ergo euangelium: & vim facientes diripiūt illud, Raptores igitur sumus: raptores autem, non nisi diripiunt aliena: agnosco veram esse sententiam, Christum enim ecclesia rapuit synagogæ, & alienæ gentis regnum, vim faciendo possedit: nam saluator missus sub lege, natus in lege, nutritus iuxta legē, dum à iudæis negligitur, à gentibus occupatur: & dum à sacerdotibus perditur,

Marginalia (left): Gen. 18.c. — Filii Dei viri robustissimi appellantur in sacra scriptura. — D. Ambr. ser. 15. de natali dñi — Regnum cœlorum christus. — Luc. 1.

Marginalia (right): Quomodo cogitur à iustis regnū cœlorū, idest christus. — Nota. — Prius in nobis regnemus si regnū cœlorum diripere cupimus. — Ecclesia christū rapuit à synagoga.

ditur, à peccatoribus inuenitur, sicut ipse ait: publicani & peccatores præcedent vos in regno cœlorum. Raptores igitur sumus, mirandum non est: qui à tali authore descendimus, scriptú est enim de patriarcha nostro Beniamin: lupus rapax: rapit enim quod suum non est, ita & nos, velut filii rapacis lupi, alienarum pastorem ouiú nostra intentione præripimus, sicut ipse dicit; nó sum missus, nisi ad oues perditas domus Israel. ¶ Rapitur itaque christus cum a iudæis dimittitur & ab aliis prædicatur. Rapitur christus, cum occiditur à iudæis, & sepelitur à nobis. Rapitur christus à vigilantibus discipulis, à dormientibus perditur pharisæis; sicut mentiendo ipsi contesti sunt, dum custodias ponerent sepulturæ, post resurrectioné domini dicentes: quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eú nobis dormientibus. Vnde spiritualiter intelligimus, quia Christum omnes dormientes perdunt, & vigilantes inueniunt.

Gene. 49

Infr. 15. c

Christum dormientes perdút & vigilantes inueniunt.

¶ *Confiteor tibi pater, ex quia abscondisti hæc a prudentibus & sapientibus, & reuelasti ea paruulis.* Gene. 45. c. enarrat historia, quod Ioseph præcepit, vt egrederentur cuncti Aegyptii foras, & nullus interesset alienus, agnitioni mutuæ fratrum suorum eleuauitque vocem, & dixit fratribus suis: ego sú Ioseph. Sic Christus quoque natiuitatem suam & aduentum suum in múdum celauit Aegyptiis, idest, principi huius mundi, & mundanis hominibus, indigni enim erant qui huic agnitioni interessent. Solis igitur pastoribus, & iudæis, & magis ex gentibus se manifestauit. Sic & postea non multos potentes, sapientes, nobiles elegit, sed quæ stulta sunt mundi &c.

Ge. 45. c
Figura.

Luc. 2.

1. cor. 1.

Hisque mysteria illa reuelauit, quæ nemo principum huius seculi cognouit. Vnde in hoc loco dicit: abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. ¶ Verè appellari poterant apostoli paruuli, propter eorum sanctam simplicitatem: quibus aiebat Christus: nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Hæc est causa cur dicat sacra scriptura. 1. Regú. 13. filius vnius anni erat Saul cum regnare cepisset. volens. n. significare eum cú regnum obtinuit fuisse simplicem & probum, ait: esse paruulum, acsi vnum annum natus esset: qui si in illa simplicitate & humilitate permaneret, esset absque dubio egregia quadam gloria cumulatus. Huiusmodi paruulis aperit sua mysteria Deus, diuinamque sacrarú scripturarum intelligentiam ostendit. id sentiebat Dauid, cum ita canebat. declaratio, seu (vt potest verti ex Hebræo) ostium sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Hoc ipsum ostendit in hoc loco christus, ex quo poteris facilè colligere: non superbos hæreticos, sed humiles catholicos, esse diuinarum literarum verum sensum consecutos. Horú. n. paruulorum sagittæ, factæ sunt plagæ eorum.

Quare apostoli paruuli vocantur.

Inf. c. 18.

1. reg. 13

Psa. 118.

Psal. 63.

¶ *Nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem nouit, nisi filius: & cui voluerit filius reuelare.* Gene. 17. dicitur: quod apparuit dominus Abraham, dixitque ad eum: ego dominus omnipotens. Circa quod verbum inter alia discimus, cognitionem Dei non ab homine pédere, sed à manifestante Deo: neque enim quid Deus sit scire est virium humanarum: cum enim sit verè absconditus, quis nobis huius absconditi

Gene. 17

Cognitio Dei supona non ab homine, sed à Deo manifestante pendet.

ti cognitionem è cœlo defferret, nisi
Ioan. 1. is qui est in cœlo? Vnde Ioan. 1. Deũ
nemo vidit vnquã. vnigenitus filius
qui est in sinu patris, ipse enarrauit;
& in hoc loco: nemo nouit filium ni
si pater, neque patrem quis nouit ni-
si filius? Sicut igitur Adam post pecca
tum nunquam redijsset, nisi eum di-
uina misericordia anteuertisset, & ad
se traxisset: sic Deum nemo cognos-
cere potuisset, nisi seipsum manife-
stasset, cui propter tãtam gratiam ma
ximas gratias referre debemus.

¶ *Venite ad me omnes*. Clamat adeò
Christus, non cessans clamare, vt di-
Psa. 68. cat in psalm. Raucæ factæ sunt fau-
ces meæ, & in hoc loco: venite ad me
Multis modis nos Deus vocat. omnes. Vocat nos per Prophetas,
per Apostolos, per Euangelium suũ,
per concionatores, per aspirationes,
per afflictiones, per prosperitates: at
nos veluti aspides surdæ aures obtu-
Psa. 55. ramus. Id plorabat Dauid, dicẽs: alie-
nati sunt peccatores à vulua, errauẽ-
runt ab vtero, loquuti sunt falsa. fu-
ror illis secundum similitudinem
serpentis, sicut aspidis surdæ obturã
tis aures suas. Quæ non exaudiuit
vocem incantantiũ, & venefici incã
1 Reg. 3. Figura. tantis sapienter. Vocabat Deus Sa-
muelem, & ille vt in li. Regũ testatur
sacra Scriptura respondebat Heli,
qui eum hortabatur vt dormiret. Vo
cat nos Deus, & nos respondemus
mundo nobis suadenti vt in peccatis
dormiamus, nec vnquam mentis o-
culos aperiamus, & ad Deum leue-
mus. Nos autem mundo potius quã
Deo obtemperantes, in somno obli-
uionis permanemus. O desidiam
nostram, o intolerabilem amẽtiam:
respondeamus Christo, nos ad pœni-
tentiã vocanti: surgamus, ne falsa mũ
di suasione decepti, in perpetuo scele
re volutemur. Si volumus euadere,
si volumus Babylonis miserã captiui
tatẽ fugere, si appetim9 in æternã Hie
rosolyma in æternũ permanere: pœ-
nitẽtiã hic agam9, Deiq; vocib9 obtẽ
perem9: aliàs enim, impietatis nostræ
meritissimas pœnas dabimus, quẽad
modũ omnib9 euenit qui diuinas vo
ces contẽnunt. Sic enim ait Deus in
prouerbijs Salomonis: vocaui & re- Pro. ca. 1.
nuistis: extendi manũ meã, & nõ fuit
qui aspiceret: despexistis omne con-
silium meum, & increpationes meas
neglexistis: ego quoque in interitu
vestro ridebo, & subsanabo, cum id
quod vobis timebatis aduenerit: cũ ir
ruerit repẽtina calamitas, & interit9
quasi tẽpestas ingruerit: quãdo vene
rit super vos, tribulatio & angustia.

¶ *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos*. Ne igi-
tur ob afflictionum pondera desp-
remus, cum subleuatorem Deum Ob afflictiones nõ desperandum cum Deum subleuatorẽ habeamus.
habeamus, qui nos clamantes erumi-
narum aquis agitatos, earumque põ-
dere submersos, absq; dubio eripiet.
Merito ergo dicebat Dauid: iacta cu
ram tuam in Domino, & ipse te enu
triet, non dabit in æternum fluctua- Psal. 54.
tionẽ iusto. Vbi pro, cura tua, est in
Hebræo, Iehauecha, quæ dictio præ
ter alia, on9 siue põdus significat. Om
nes ergo qui tali põdere premũtur vo
cat in hoc loco Christus. Quo fit, vt
nunquam de diuino præsidio sit de
sperãdũ: quin potius cũ fuerimus in
afflictionibus versati, debemus ani-
mũ erigere, in Deoq; omnẽ fiduciã Gene. 11.
collocare: ipse enim qui eripuit Abra Gene. 19.
hã à Chaldæis, Loth à Sodomitis, Io Gene. 37.
seph ab inuidis fratribus, Susannam Dan. 13.
à falso testimonio, Danielẽ à lacu leo Dan. 14.
nũ, tres pueros à camino ignis, B. Pe Dan. 3.
trũ à carcere, B. Paul. à naufragio, qui Acto. 12. Acto. 27. 2. Cor. 11.
deniq;

denique cum firmo & erecto animo inuocantibus opem tulit, quádo nos in periculis derelinquet: si eius præsidio confidentes ad ipsum tanquam ad arcem munitissimam confugerimus? Stat enim sententia: venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Hoc sentiebat Dauid cum dicebat: assumpsit me de aquis multis, eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab iis qui oderunt me: quoniã confortati sunt super me, præuenit me in die afflictionis meæ, & factus est dominus protector meus. Et alibi: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.

Psa. 17.

Psal. 90.

¶ *Discite à me, quia mitis sum.* Gene. secundo, dicit Moses: quod sanctificauit Deus diem septimum. Sanctificare igitur diem sabbathi est, à vitiis cessare, & bonis operibus insistere. Proinde, qui iuxta hanc vocem domini: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde &c. quasi modo geniti infantes deposuerunt omnem malitiam, ac superiores rebus humanis, toto pectore rapiuntur ad illius supernæ quietis contemplationem: hi demum sentiunt quanta fœlicitas sit, quanti gaudii, quantæ quietis res sit euangelicum celebrare sabbathum: hoc est: post dominicæ sepulturæ imitationem, eius exprimere resurrectionem. hoc enim est vere sabbathum Dei, quod mites & humiles corde mundum contemnentes celebrant. Nam habet mundus otia sua foris, sed intus labores longe seruiliores quàm Iudæi pertulerunt, seruientes AEgyptiis in luto & latere: vt ergo hoc euangelicum sabbathum celebraremus hortatur dominus, vt mites simus & humiles corde.

Gen. 1. Sanctificare diẽ sabbati quid sit.

¶ *Discite à me, quia mitis sum.* Vide quæ annotauimus Luc. 10.

¶ *Tollite iugum meum &c. & discite à me, quia sum humilis corde.* Gene. 45. misit Ioseph dicere patri suo: descende ad me, ne moreris: & habitabis in terra Gessem, eritque iuxta me. Omnia hæc etiam Christus nobis mandat: primo, vt descendamus. Discite (inquit in hoc loco) à me, quia humilis sum. Ad me inquit, idest, non durum tibi videatur mecum pati: tollere iugum meum, & onus meum super te. Non est seruus maior dño suo. Ego descẽdi, descẽde & tu. Secũdo, ne moreris: hæc vbique docet christus. Tertio, promittit terram optimam, imò consessum proximum sibi: eris (inquit) iuxta me, vt edatis & bibatis super mensam meam. Lu. 22.

Gene. 45. Humilitas commendatur. Figura.

Luc. 22.

¶ *Tollite iugum meum super vos, iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* Habet christus iugum, & habet diabolus iugum, sed iugũ christi est suauitate delinitum. Ipse enim ait: iugũ meum suaue est, & onus meum leue. Iugum enim diaboli onerosum & durum est, quod volens Esaias significare, dixit: iugum enim oneris eius. Iugum diaboli est iugum oneris: iugum verò christi, leuitatis & dulcedinis. Christus nos ad suum suaue iugum in hoc loco inuitat, illudque gratis offert: nos verò illud contemnimus, & ad diaboli iugum grauissimum accurrimus, quod multo labore emimus. O cœcitatem deplorandam, emimus graue iugum diaboli, cum Deus ad suum suauitate plenissimũ gratis oblatũ nos vocet. Inuitatus qui dã ad magnã cœnã, ad epulas diuinas ad christi suaue iugum: ob eã causam se excusauerat, quia emerat scilicet iuga boum, & ibat probatum illa. Quid fecisti

Differentia inter iugum christi & iugũ diaboli.

Esa. 9.a

Luc. 14.d

fecisti homo insane? cur emisti iuga
asperrima, si ad Christi suauissimum
iugum inuitabaris? O amentiam in-
auditam: emunt homines iuga diabo
li, emunt labores mundi, emunt ma-
gistratus, & honores quos vocant: e-
munt calamitates, & peccandi occa-
siones: imo ipsa peccata, & ipsam va-
nitatem, cum christus clamet: veni-
te ad me omnes &c. Tollite iugum
meum super vos &c. Attendite filii
hominum, Christi iugum offertur
nobis gratis, & cum eo æterna remu
neratio. Iugum verò diaboli multo
labore emptum affert secum æternā
damnationem. Cur ergo volumus
incidere in miserias horribiles, iugū
dæmonis ementes, si christi iugo sub
iecti possumus adipisci vitam immor
talem? in hac vita sine iugo esse non
possumus: homo enim, vt in libro
Iob.15.b Iob scribitur, nascitur ad laborem: nō
ne igitur præstantius est, iugo Dei
quàm diaboli submitti? Quis non vi-
det hoc. Præterea non ne melius est,
vnum eligere quàm quinque? Quis
poterit quinque tyrannis seruire? iu-
gum christi vnum est, diaboli verò
sunt quinque iuga. Nullus est sensus
quem sibi diabolus subiicere non de-
sideret. Quid dicebat ille qui ad cœ-
nam inuitatus noluit venire? Emi
Luc.14.d quinque iuga boum, & eo probare ea.
Quo te confers, homo plotāde, quid
vis probare: ea volo probare. Nonne
scis iuga diaboli esse asperrima, quo-
rum ea probare desideras? Desine iu-
ga boum, & accede ad cœnam mag-
nam, ad quam es à dño inuitatus. Nō
est cœna parua magna est, ea.n. quæ
Deus tribuit, & ad quæ nos inuitat
magna sunt. Contra verò ad ea quæ
mundus nos vocat sunt exigua, & inā
ia, falsa, incerta, tcedica: quæ nullis
defixa radicibus, quacunque varietate
labefactantur. Veniamus igitur ad
christum & eius suauissimum & leuis
simum iugum super nos tollamus.

*Discipulos excusat, medicat-
que varijs malis.*

Capitul. XII.

*IN illo tempore abiit
Iesus per sata sab-
batho: discipuli au-* Mar.2.d Luc.6.a
*tem eius esurientes,
cœperunt vellere spicas, & man
dare. Pharisæi autem videntes,
dixerunt ei. Ecce discipuli tui
faciunt, quod non licet eis facere
sabbathis. At ille dixit: non le-
gistis quid fecerit Dauid quan-* 1.reg.21
*do esuriit, & qui cum eo erant:
quomodo intrauit in domū Dei,
& panes propositionis comedit,
quos non licebat ei edere, neque
his qui cum eo erant, nisi solis
sacerdotibus. Aut non legistis* Leui.24.
in lege, quia sabbathis sacerdo- Num.28
*tes in templo sabbathum vio-
lant, & sine crimine sunt? Di-
co autem vobis: quia templo
maior est hic. Si autem sciretis
quid est, misericordiam volo &
non sacrificium: nunquā condē-*

nassetis

nassetis innocentes. Dominus enim est filius hominis etiam sabbathi. Et cum inde transisset, venit in synagogam eorum, Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum dicentes: si licet sabbathis curare? vt accusarent eum. Ipse autem dixit illis: Quis erit ex vobis qui habeat ouem vnam, & si ceciderit hæc sabbathis in foueam, non ne tenebit & leuabit eam? Quanto magis melior est homo oue? itaque licet sabbathis bene facere. Tunc ait homini: extende manum tuam, & extendit, & restituta est sanitati sicut altera. Exeuntes autem pharisæi, concilium faciebant aduersus eum, quomodo perderent eum. Iesus autem sciens recessit inde, & secuti sunt eum multi, & curauit eos omnes, & præcepit eis, ne manifestum eum facerent, vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam dicentem. Esa.42.d Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus nuntiabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet quis in plateis vocem eius, arundinem quassatam non confringet, & lignum fumigans non extinguet: donec eijciat ad victoriam iudicium: & in nomine eius gentes sperabunt. Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus, & curauit eum, ita vt loqueretur & videret, & stupebant omnes turbæ, & dicebant: nunquid hic est filius Dauid? pharisæi autem audientes, dixerunt. Hic non eijcit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis. Omne regnum diuisum contra se desolabitur, & omnis ciuitas, vel domus diuisa contra se non stabit. Et si Sathanas Sathanam eijcit aduersus se diuisus est, quomodo ergo stabit regnum eius? Et si ego in Beelzebub eijcio dæmones: filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Si autem ego in spiritu Dei eijcio dæmones, igitur peruenit in vos regnum Dei. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem, & tunc domum illius diripiet? Qui non

Mar. 3. d. estmecũ cõtra me est:et qui nõ cõ
Luc. 11. b gregat mecũ spargit. Ideo dico
vobis, õne pecatũ & blasphemia
remittetur hominib', spirit' aũt
blasphemiæ nõ remittetur. Et
quicũq; dixerit verbũ cõtra filiũ
hominis, remittetur ei: qui aũt di
xerit cõtra Spiritũ sctũ nõ remit
tetur ei, neq; in hoc seculo, nec in
futuro. Aut facite arborẽ bonã
& fructũ ei, bonũ, aut facite ar-
borẽ mala, & fructũ eius malũ,
siquidẽ ex fructu arbor agnosci
tur. Progenies viperarũ quo mo
do potestis bona loqui cũ sitis ma
Luc. 6. e. li? ex abũdatia.n. cordis os loquit'
Bonus homo, de bono thesauro
profert bona: & malus homo, de
malo thesauro profert mala. Di
co autẽ vobis quonia õne verbũ
otiosũ quod loquuti fuerint homi
nes, reddẽt rationẽ de eo in die iu
Luc. 11. d ditij. Ex verbis.n. tuis iustificabe
ris, & ex verbis tuis cõdẽnaberis.
Tũc respõderũt ei quidã de scri
bis et pharisæis, dicẽtes: Magister
volum' a te signũ videre. Qui re
Ionæ. 2. spõdẽs ait illis: Gẽnratio mala et
adultera signũ quærit: & signũ
nõ dabitur ei, nisi signũ Ionæ pro
phetæ. Sicut.n. fuit Ionas in ven
tre ceti trib' dieb' et tribus nocti-
bus: sic erit fili' hõinis in corde ter
ræ tribus diebus et trib' noctibus.
Viri Niniuitæ surgẽt in iuditio
cũ generatiõe ista, et cõdẽnabũt
eã, quia pœnitẽtiã egerũt in præ-
dicatione Ionæ: et ecce plusquã Io
nas hic. Regina Austri surget in 1. Re. 3. a
iuditio cũ generatione ista, & cõ
dẽnabit eã: quia venit à finib' ter 2 pa. 10. a
ræ audire sapiẽtiã Salomonis et
ecce plusquã Salomõ hic. Cũ aũt
immũdus spiritus exierit ab ho-
mine, ãbulat per loca arida quæ
rẽs requiẽ, et nõ inuenit. Tũc di
cit: reuertar in domum meã vn
de exiui. Et veniẽs inuenit eã va
cãtẽ. Scopis mundatã et ornatã.
Tũc vadit et assumit septẽ alios 2. Pe. 2. d.
spirit' secũ nequitiores se. Et in
trãtes habitãt ibi, et fiũt nouissi-
ma hominis illius peiora priorib'.
Sic erit generationi huic pessimæ.
Adhuc eo loquẽte ad turbas, ecce
mater ei' et fratres stabãt foris,
quærẽtes loqui ei. Dixit aũt ei qui
dã: ecce mater tua et fratres tui
foris stãt, quærẽtes te. At ipse re- Mar. 3 d.
spondens dicenti sibi, ait: Quæ est
mater mea, & qui sunt fratres
mei? Et extendens manum in di Luc. 8. c.
scipulos suos, dixit: ecce mater
mea et fratres mei. Quicũq;.n. fe
cerit volũtatẽ patris mei qui in
cælis est ipse meus frater, soror et

Constantia Ioannis commendatur.

¶ Tertio obserua: quanta fuerit virtus, quanta constantia & animi firmitas Ioannis, quando à christo domino ante mortem laudatur. Ante mortem, inquit sapiens, ne laudes hominem, nam in filiis suis cognoscitur vir. Quo in loco per filios perfectas actiones intelligit. Studiosæ enim & strenuæ actiones filii nuncupantur: sicut etiam appellātur à christo fructus: à fructibus eorum, inquit, cognoscetis eos. Quando igitur christus constantiam Ioannis satis tenebat: idcirco sine trepidatione aliqua, aut timore, illum miris laudibus coram frequenti populo effert. Lauda ergo hominem post vitam, magnifica post consummationem: si de eius virtute & animi perfecta magnitudine dum hanc vitam agit, vere ris: sin autem, benè illum prædicare, atq; suarum laudum poteris, dū viuit, esse præconem.

Eccl. 11.

Supra. 7

¶ Tandem intellige: voluisse dominum Ioannis exequias agere: idcirco funeream concionem, apud populū habere vult: quasi certò prædicens mortem & obitum eius. ea de causa etiam priusquam Lazarum suscitaret gratias patri egit certus de accepto beneficio. eadem item de causa triumphaturus de morte, de diabolo, ac mundi pompa, morte sua, ante illam; triumphans cum maxima gloria & apparatu Hierusalem ingreditur. Multiplicaturus præterea panes, prius tanquam ædito iam miraculo gratias maximas Deo agit. Sic modò certò sciens Ioannem iam iam moriturum, quasi exequias celebrans apud populum de Ioannis laudibus dicit.

Agit dñs Ioannis exequias.

Ioan. 11.

Infra. 21

Ioan. 6.

Magnum est à Deo laudari.

¶ *Illis autem abeuntibus.* Laudat christus Ioannem, quod magni æstimandum est. Multi enim laudant, quæ ignorant. Quod enim in poematibus, vt Cicero ait: & in picturis vsu venit, vt delectentur imperiti: laudentque ea, quæ laudanda non sint: ob eam vt credit causam, quod sit in his aliquid probi quod capiet ignaros. Hoc etiam idem in multis hominibus contingit, qui multa laudant, eò quod vitium ignorent: christus autem qui omnia nouit, falli in aliorum laude, & commendatione non potest. Beatus ergo Ioannes, qui suarum laudum talē habuit præconem.

qui falli nonpotest laudari.

Cicero.

¶ Obserua præterea: quod non solet dominus aliquem suorum in faciē commendare, sed inimicis suis. sic dæmoni, quod nouerat inimicum Iob dixit: Nunquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit similis in terra? Idem in hoc loco fecisse legimus: qui, discipulis Ioannis abeuntibus, cœpit dicere de Ioanne: quid existis in desertum videre &c. Hoc flagello solet dominus inuidos torquere: vt plurima dicat seruos suos habere: quàm putauerint ipsi qui inuidēt. Sic inuido Sauli ostendebat Dauidem regem, antequam esset. Et hoc maximè homines ab inuidia terrere deberet: ne. s. dñs eos quibus inuident, maiores quā illi imaginantur, ostendat eis. & disponit vt omnes, corū quibus inuident, semper præclara facta eis enarrent: quemadmodum pharisæis qui christo inuidebant, semper erant aliqui, qui eius gesta, quæ ipsi contemnebant, extollerent.

Iob 1.

¶ *Arundinem vento agitatam?* Non hoc exiguum reputes: non fuisse, scilicet Ioannem arundinem vento agitatam: est enim hominis conditio tā varia & inconstans, vt nunquam in eodem

Hominis natura inconstans, & varia est.

Simile. eodem statu permaneat. Hinc est vt multi inueniantur tam inconstantes animo, vt similes sint febricitãtibus, qui in lectulo nunquam quiescant, Simile. sed hac atque illac agitentur, similes etiam sunt, fugientibus vmbram sui corporis, qui se ipsos fugiunt, & se ipsos circumferunt. animi verò constãtia tanta virtus est, vt hominem angelum faciat: ea est enim angelorum natura, vt semper sibi constantes sint, semper in eadem sententia persistãt, semper in eodem statu permaneant: ex quo fit, vt hominis pertinacia illum, diabolum esse faciat, constantia verò in virtute, angelum reddat: quia ergo Ioannes tam constans sibi fuit, vt neq; aduersis, neq; prosperis moueretur, meritò angelus & non arundo vento agitata vocatur.

Constãtia hominem angelum facit.

¶ *Aut quid existis videre hominẽ mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt.* Non inquit in domibus Dei sunt, sed quid ait? in domibus regum sunt. Vt ostendat quã sit prohibitum christianis, & maxime mulieribus si in domo Dei esse volunt, immoderatus cultus. Vnde Cyprianus de hac re tractans, sic ait: si non est (inquit) maior domino suo seruus, debemus quod Christus & fecit & docuit, imitari. Qui enim dicit se in Christo manere: debet, quomodo ille ambulauit & ipse ambulare. Locupletem te dicis & diuitem: sed diuitiis tuis Paulus occurrit, & ad cultum atque ornatum tuum iusto fine moderandum, sua voce præscribit: 1.Tim.2. Sint (inquit) mulieres cum verecundia & pudicitia componentes se: non intortis crinibus, neque auro, neque margaritis, aut preciosa veste: sed vt decet mulieres promittentes castitatem per bonam conuersationem. Itẽ Petrus ad hæc eadem præcepta contendit, & dicit: sit in muliere non exterior ornamenti, aut auri, aut vestis cultus, sed cultus cordis. Quod si illi mulieres quoque admonent coercendas, & ad ecclesiasticã disciplinã religiosa obseruatione moderandas, quæ excusare cultus suos soleant per maritum, quanto id magis obseruare virginem fas est, cui nulla ornatus sui competat venia, nec deriuari in alterum possit mendacium culpæ, sed sola ipsa remaneat in crimine? Locupletem te dicis & diuitem: sed non omne quod potest debet & fieri, cum scriptum sit omnia licẽt: sed non omnia expediunt: omnia licent, sed non omnia ædificant. Cæterum si tu te sumptuosius comas, & per publicum notabiliter incedas, oculos in te iuuentutis illiceas, suspiria adolescentum post te trahas, concupiscendi libidinem nutrias, peccandi fomenta succendas, vt si ipsa non pereas alios tamen perdas, & velut gladium te & venenum videntibus prębeas, excusari non posses, quasi mente casta sis & pudica: redarguit te cultus improbus & impudicus ornatus, nec computari iam potes inter puellas & virgines Christi: quæ sic viuis, vt possis adamari. Ornamentorum ac vestium insignia & lenocinia fucorum, non nisi prostitutis & impudicis fœminis congruunt, & nullarum ferè præcisior cultus est, quàm quarum pudor vilis est. Sic in scripturis sanctis quibus nos instrui dominus voluit, & moneri, describitur ciuitas meretrix, compta pulchrius, & ornata, & cum ornamentis suis, ac propter ipsa potius ornamenta peritura.

Immoderatus cultus reprehenditur, & immoderatus corporis ornatus.

D. Cypri. de habitu virginitatis.

1.Pe.3.

Maxime virgines decet moderatus ornatus.

1.cor.16.

Apoc. 17. Et venit, inquit, vnus ex septem angelis habentibus phialas septem, & aggressus est me, dicens: Veni ostēdam tibi damnationem meretricis magnæ sedentis super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ. Et duxit me in spiritu, & vidi mulierem sedentem super bestiam, & mulier illa amicta erat pallio purpureo & coccino, & adornata erat auro, & margaritis, & lapidibus preciosis, & ferēs poculum aureum in manu sua plenum execrationis, & immunditiæ, & fornicationis totius terræ. Fugiant castæ virgines & mulieres pudicæ incestarum cultus, habitus impudicarū, lupanarium insignia ornamenta meretricum. Clamat etiam spiritu sancto plenus Esaias, & filias Sion auro & veste comptas increpat, & obiurgat pernitiosis opibus affluentes, & à domino per seculi delitias recedentes. Exaltatæ sunt, ait, filiæ Sion, & ambulauerunt alto collo, & nutu oculorū, & incessu pedum trahentes tunicas, & pedibus simul ludentes. Humiliabit dominus principales filias Sion, & reuelabit dominus habitum earū, & auferet dominus gloriam vestis illarum, & ornamēta earum, & crines, & cincinnos, & lunulas, & discriminalia, & dextralia, & armillas, & botronatum, & specula, & annulos, & in aureis, & serica contexta cum auro & hyacinto. Et erit pro odore suauitatis puluis, & pro cingulo reste præcingeris, & pro ornamento capitis aureo, caluicium habebis. Hoc Deus culpat & denotat, hinc corruptas esse virgines, hinc à cultu vero & diuino desciuisse pronunciat. Exaltatæ ceciderunt, comptæ turpitudinem & feditatem meruerunt, serico & purpura indutæ, Christum induere non possunt: auro & margaritis & monilibus adornatæ, ornamenta forte cordis, corporis, & pectoris perdiderunt. Quis non id execretur & fugiat, quod aliis fuerit exitio? Quis id appetat & assumat, quod ad necem alterius pro gladio fuerit & telo? Si hausto poculo moreretur ille qui biberat, venenū scires esse quod ille potauit. si accepto cibo qui acceperat interiret, scires esse letale quod acceptum potuit occidere: nec ederes inde, nec biberes, vnde interisse alios antè conspiceres. Nunc quanta ignorantia veri est, animi quanta dementia, id velle, quod & nocuerit semper & noceat? putare quod inde ipsa non pereas, vnde alios perisse cognoscas? Neque enim Deus purpureas, aut coccinas oues fecit, aut herbarum succis, aut conchiliis tingere, & colorare lanas docuit. Nec distinctis auro lapillis, & margaritis contexta serica, & numerosa compage digestis, monilia instituit, quibus ceruicem quam fecit absconderet: vt operiatur illud quod Deus in homine formauit, & conspiciatur desuper id quod diabolus adinuenit. an vulnera inferri auribus Deus voluit, quibus innocens adhuc infantia, & mali secularis ignara crucietur, vt postea de aurium cicatricibus, & cauernis preciosa grana dependeant, & si non suo pondere mercium quantitate? Quæ omnia peccatores & apostatæ angeli suis artibus prodiderunt, quando ad terrena contagia deuoluti, à cœlesti vigore recesserunt. Illi & oculos circunducto nigrore fucare, & genas mēdacio ruboris inficere, & mutare adulterinis coloribus crinem, & expugnare omnem oris & capitis veritatem corruptelæ suæ impugnatione docuerunt. Et quidem isto in loco pro

Esa. 6. c

Simile.

pro timore, quem nobis fides suggerit, pro dilectione quam fraternitas exigit, non virgines tantum aut viduas, sed nuptas puto, & omnes omnino fœminas admonendas, quod opus Dei & factura eius & plasma adulterari nullo modo debeat, adhibito flauo colore, vel nigro puluere, vel rubore, aut quolibet denique lineamenta natiua corrumpente medicamine.

Gene. 1. Dicit Deus faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã, & audet quisquam mutare & conuertere quod Deus fecit? Manus Deo inferunt, quando illud quod ille formauit, reformare & transfigurare contẽdunt: nescientes quia opus Dei est omne quod nascitur, diaboli quodcũque mutatur.

Hic locus citatur ab Augu. lib. de doctri. christ. 4. c. 21.

Simile. Si quis pingendi artifex vultum alicuius & speciem & corporis qualitatem æmulo colore signasset, & signato iam consumatoque simulachro, manus alius afferret, vt iã formata, iam picta quasi peritior reformaret, grauis prioris artificis iniuria, & iusta indignatio videretur. Tu te existimas impunè laturam tuã improbæ temeritatis audaciam, Dei artificiosis offensam? Vt enim impudica circa homines, & incesta fucis lenocinantibus non sis, corruptis violatisque, quę Dei sunt, peior adultera detineris. Quòd ornari te putas, quòd putas comi, impugnatio est ista diuini operis, præuaricatio est veritatis. Monentis apostoli vox est: expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Nam & pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque festa celebremus non fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ: sed in azymis synceritatis & veritatis. Num synceritas perseuerat & veritas, quando quæ syncera sunt polluuntur colorum adulterijs, medicaminum fucis, in mendacium vera mutantur? Dominus tuus dicit: non potes facere capillum vnũ album aut nigrum, & tu ad vincendã domini tui vocem, vis te esse potiorem? Audaci conatu & sacrilego contemptu, crines tuos inficis: malo præsagio futurorum, capillos iam tibi flãmeos auspicaris, & peccas: proh nefas, capite, idest, corporis parte meliore: & cum scriptum sit de domino: caput autem eius & capilli erant albi, velut lana aut nix: Tu execraris caniciem, detestaris alborem, qui fit ad domini caput similis? Non metuis oro, quæ talis es, ne cũ resurrectionis dies venerit, artifex tuus te non recognoscat, ad sua præmia & promissa veniẽtem, remoueat & excludat? increpans vigore censoris & iudicis dicat? Opus hoc meum nõ est, nec hæc imago nostra est: cutim falso medicamine polluisti, crinem adultero colore mutasti, expugnata est mendatio facies, figura corrupta est, vultus alienus est: Deum videre non poteris, cum oculi tibi non sint quos Deus fecit, sed quos diabolus infecit. Illum tu sectata es, rutilos atq; depictos oculos serpentis imitata es: de inimico tuo compta, cum illo pariter arsura. Hęc oro non cogitanda sunt Dei seruis? non die semper ac nocte metuenda? Viderint quid sibi nuptæ per placendi studium de coniugum solatio blandiantur, quos dum in exultationem suam proferunt, ad societatem criminosæ consensionis ascisćunt. Virgines certè, quibus iste sermo nunc consulit, quæ se huiusmodi artibus compserint, inter virgines non putent deberenumerari: sed tanquam contactas oues & morbidas pecudes, à sancto &

1. cor. 5.

Math. 5.

Apoc. 1.

puro grege virginitatis arceri, ne cōtagio suo cæteras polluat, dum simul degunt, ne perdant alias, quæcunque perierunt.

¶ *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* Vno hoc verbo cōprehendit dominus, quæ longo prolixoque sermone de sanctitate & excellentia Ioannis dici possunt. Considera obsecro Ioannis conceptionem, vitam, prædicationem, munera in domo Dei sibi commissa, mortem denique, atque eius per totum orbem percelebre nomen, & intelliges quàm verum fuerit hoc Christi præconiū: inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. ¶ Ioannes à prophetis sanctis venturus in mundum fuit prænuntiatus. Paraui lucernam christo meo, ait dominus per psalmistam. Futurus erat lucerna, ardens & lucens. Vox clamantis in deserto, inquit Esaias. Ecce ego mitto angelum meum, ait Malachias. ¶ Ioannes, ab angelo Gabriele est annuntiatus: missus est enim angelus à Deo, ad sacerdotem, cuius nomen erat Zacharias, & ingressus angelus ad eum, dixit: ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est oratio tua. ¶ Ioannes, de sterili nascitur, sicut christus de virgine, atque de parentibus iustis, longaque ætate confectis. ¶ Ioannes, ante fuit sanctus quàm natus. spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ, ait angelus. ¶ Ioannes, tam eximius propheta fuit, vt in vtero matris subsiliēdo insigne testimonium de Christo tulerit. Ecce (inquit mater eius) vt facta est vox salutationis tuæ in auribꝰ meis: exultauit infans præ gaudio in vtero meo. Quod testimonium, nullo pacto, nullaque ratione aut via, calumniari potest. ¶ Ioannes, non solū propheta: sed plusquā propheta fuit, vt in hoc loco christus testatus est. Solus ille inter antiquos prophetas, meruit Christum digito monstrare. ¶ Ioannes, & nomine & virtute angelus fuit, vt etiam hic affirmat christus. Vnde Chrysostom. ait, Puto si non est audatia, dicere: quod gloriosior est Ioannes: quia homo fuit, & propter meritū virtutis angelus est vocatus: quàm si nomine & natura angelus fuisset. ¶ Christū verū Deū, verumque hominem baptizare meruit, & vocem patris cœlestis audire: hic est filius meus dilectus: spiritū sanctū in specie colūbæ super christū descendentem videre: nam dictum fuerat ei à patre: super quē videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. ¶ Triplici laurea fuit iure optimo insignitus: eò quod virgo, & prædicator, & martyr insignis extitit. ¶ Ioannes in magno precio, tam à iudæis, quàm à gentibus, quàm à fidelibus, propter suam eximiam, præclaramque sanctitatem, fuit habitus. ¶ Suæ carnis tam perfectus fuit dominator, vt incredibile dictu sit: nam vinum & siceram nunquam bibit: esca eius locustæ & mel syluestre, vestimentum verò, ciliciū ex camelorum pilis contextum erat. ¶ Mundum, eius diuitias & gloriam penitus contempsit, erat enim in deserto, vsq; ad tempus ostensionis suæ in Israel. ¶ Regni cœlorum fuit primus prædicator: concionatores namq; antiqui terrena promittebant, Ioannes autem cœlestia. Agite (inquit) pœnitentiā, appropinquabit enim regnum cœlorum. ¶ Publica peccata tanto zelo persequutus est, vt eam ob causam, carcerem, vincula, mortemque æquo animo

Marginalia (left column): Ioānis excellentiæ sūma quadam enarrantur. — Prima excellentia. Psa. 131. — Psa. 40. — Mala 3. — 2. excellentia. — Luc. 1. — Ibidem. — 3. excellētia. — Ibidem. — 4. excellentia. — 5. excellentia. — Ibidem. — 6. excellentia.

Marginalia (right column): Ioan. 1. — 7. excellentia. Chryso. — 8. excellentia. — Sup. c. 3. — Io. 1. c — 9. excellentia. — 10 excellentia. — 11. excellentia. Luc. 1 Sup. 3. — 12. excellentia. Luc. 1. — 13. excellentia. Sup. 3.

14. excellentia. — mo subiunxit: ¶ Tandem, eius nomen tam celebre factũ est, vt toto orbe terrarum ingenti alacritate, immensoq; hominum applausu natalis eius celebretur. Meritò ergo christus dñs ait: inter natos mulierũ non surrexit maior Ioanne Baptista.

¶ *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Filii Dei robustissimi milites sunt. Vnde Gene. 18. c. ait dominus Abrahæ: Nunquid celare potero Abraham quæ gesturus sũ, cum futurus sit in gentem magnam ac robustissimam. Verè enim dicitur Abraham futurus in gentem robustam, non solum secundum carnem, sed secundum fidem, ita vt rapiant filii eius regnum cœlorum. Quo autem modo regnum cœlorum à viris iustis per vim capiatur, explicat Diuus Ambro. sermone 15. de natali domini. Compellitur (inquit) operibus nostris dominus, vt nobis sua misericordia largiatur: atque ideo ipse in euangelio sancto dixit: à diebus Ioannis Baptistæ regnum cœlorum cogitur. Regnum cœlorum, non nisi christus dominus, qui regnat in cœlis: cogi autem verbum tunc solet dici, quum res aliqua rarior, assidua operatione densatur: Ex quo ergo Ioannes Baptista, saluatoris annuntiauit aduentum, ex eo regnum cœlorum, quod prius fluidum & remissum apud iudæos iacebat, credentium populorum cœpit assiduitate densari, & omnis illa regni raritas, prædicationum frequentatione solidari. Tam enim rarũ fuit apud iudæos regnum, vt transiret ad gentes: tam fluidum, vt emanaret ad populos. Nunc autem tanta credentiũ cogitur densitate, vt fixum & solidũ maneat sine fine, sicut sacra scriptura dicit: & regni eius non erit finis. Cogimus ergo regnum cœlorũ, & vim quodammodo facimus, sicut ait euangelica lectio: & vim facientes eripiũt illud. Vim, inquam, facimus Deo, nõ compellendo: sed flendo: non prouocando iniuriis, sed lachrymis exorando: non blasphemando per superbiã, sed per humilitatem mœrendo. O beata violentia, quæ non indignatione percutitur, sed misericordia condonatur: beata inquam violentia, quæ vim facienti bonitatem ellicit, & vtilitatem tribuit inferenti. quisquis. n. violentior christo fuerit, religiosior habebitur à christo. Aggredimur ergo in itinere dominum: siquidem ipse est via, & more latronum, suis eum expoliare nitimur: cupimus illi auferre regnum, thesauros, & vitam: sed ille tam diues & largus est, vt non abnuat, non resistat, & cum omnia dederit nihilominus omnia ipse possideat. Aggredimur inquam illum, non ferro, non fuste, non saxo: sed mansuetudine, bonis operibus, castitate. Hæc sunt arma fidei nostræ, quibus in cõgressione certamus. ¶ Vt autem his armis vti in vi inferenda possimus, ante corporibus nostris vim quodãmodo faciamus: expugnemus membrorum vitia, vt virtutum præmia cõsequamur: prius enim ipsi regnare debemus in nobis, vt regnum possimus diripere saluatoris. Ait ergo euangelium: & vim facientes diripiũt illud, Raptores igitur sumus: raptores autem, non nisi diripiunt aliena: agnosco veram esse sententiam, Christum enim ecclesia rapuit synagogæ, & alienæ gentis regnum, vim faciendo possedit: nam saluator missus sub lege, natus in lege, nutritus iuxta legẽ, dum à iudæis negligitur, à gentibus occupatur: & dum à sacerdotibus perditur,

Marginal notes:

Gen. 18. c. Filii Dei viri robustissimi appellantur in sacra scriptura.

D. Ambr. ser. 15. de natali dñi.

Regnum cœlorum christus.

Luc. 1.

Quomodo cogitur à iustis regnũ cœlorũ, id est christus. Nota.

Prius in nobis regnemus si regnũ cœlorum diripere cupimus.

Ecclesia christũ rapuit à synagoga.

ti cognitionem è cœlo defferret, nisi is qui est in cœlo? Vnde Ioan. 1. Deũ nemo vidit vnquã. vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit; & in hoc loco: nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius? Sicut igitur Adam post peccatum nunquam redijsset, nisi eum diuina misericordia anteuertisset, & ad se traxisset: sic Deum nemo cognoscere potuisset, nisi seipsum manifestasset, cui propter tãtam gratiam maximas gratias referre debemus.

Ioan. 1.

¶*Venite ad me omnes*. Clamat adeò Christus, non cessans clamare, vt dicat in psalm. Raucæ factæ sunt fauces meæ, & in hoc loco: venite ad me omnes. Vocat nos per Prophetas, per Apostolos, per Euangelium suũ, per concionatores, per aspirationes, per afflictiones, per prosperitates: at nos veluti aspides surdæ aures obturamus. Id plorabat Dauid, dicẽs: alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, loquuti sunt falsa. furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ obturãtis aures suas. Quæ non exaudiuit vocem incantantiũ, & venefici incãtantis sapienter. Vocabat Deus Samuelem, & ille vt in li. Regũ testatur sacra Scriptura respondebat Heli, qui eum hortabatur vt dormiret. Vocat nos Deus, & nos respondemus mundo nobis suadenti vt in peccatis dormiamus, nec vnquam mentis oculos aperiamus, & ad Deum leuemus. Nos autem mundo potius quã Deo obtemperantes, in somno obliuionis permanemus. O desidiam nostram, o intolerabilem amẽtiam: respondeamus Christo, nos ad pœnitentiã vocanti: surgamus, ne falsa mũdi suasione decepti, in perpetuo scele re volutemur. Si volumus euadere, si volumus Babylonis miserã captiuitatẽ fugere, si appetim⁹ in æternã Hierosolyma in æternũ permanere: pœnitẽtiã hic agam⁹, Deiq; vocib⁹ obtẽperem⁹: aliàs enim, impietatis nostræ meritissimas pœnas dabimus, quẽadmodũ omnib⁹ euenit qui diuinas voces contẽnunt. Sic enim ait Deus in prouerbijs Salomonis: vocaui & renuistis: extendi manũ meã, & nõ fuit qui aspiceret: despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis: ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsanabo, cum id quod vobis timebatis aduenerit: cũ irruerit repẽtina calamitas, & interit⁹ quasi tẽpestas ingruerit: quãdo venerit super vos, tribulatio & angustia.

Psa. 68.

Multis modis nos Deus vocat.

Psa. 55.

1. Reg. 3. Figura.

Pro. ca. 1.

¶*Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos*. Ne igitur ob afflictionum pondera desperemus, cum subleuatorem Deum habeamus, qui nos clamantes erumnarum aquis agitatos, earumque põdere submersos, absq; dubio eripiet. Merito ergo dicebat Dauid: iacta curam tuam in Domino, & ipse te enutriet, non dabit in æternum fluctuationẽ iusto. Vbi pro, cura tua, est in Hebræo, Iehauecha, quæ dictio præter alia, on⁹ siue põdus significat. Omnes ergo qui tali põdere premũtur vocat in hoc loco Christus. Quo fit, vt nunquam de diuino præsidio sit desperãdũ: quin potius cũ fuerimus in afflictionibus versati, debemus animũ erigere, in Deoq; omnẽ fiduciã collocare: ipse enim qui eripuit Abrahã à Chaldæis, Loth à Sodomitis, Ioseph ab inuidis fratribus, Susannam à falso testimonio, Danielẽ à lacu leonũ, tres pueros à camino ignis, B. Petrũ à carcere, B. Paul. à naufragio, qui deniq;

Ob afflictiones nõ desperandum cum Deum subleuatorẽ habeamus.

Psal. 54.

Gene. 11. Gene. 19. Gene. 37. Dan. 13. Dan. 14. Dan. 3. Acto. 12. Acto. 27. 2. Cor. 11.

denique cum firmo & erecto animo inuocantibus opem tulit, quādo nos in periculis derelinquet: si eius præsidio confidentes ad ipsum tanquam ad arcem munitissimam confugerimus? Stat enim sententia: venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Hoc sentiebat Dauid cum dicebat: (Psa. 17.) assumpsit me de aquis multis, eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab iis qui oderunt me: quoniā confortati sunt super me, præuenit me in die afflictionis meæ, & factus est dominus protector meus. Et alibi: (Psal. 90.) cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.

¶ *Discite à me, quia mitis sum.* (Gen. 1. Sanctificare diē sabbati quid sit.) Gene. secundo, dicit Moses: quod sanctificauit Deus diem septimum. Sanctificare igitur diem sabbathi est, à vitiis cessare, & bonis operibus insistere. Proinde, qui iuxta hanc vocem domini: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde &c. quasi modo geniti infantes deposuerunt omnem malitiam, ac superiores rebus humanis, toto pectore rapiuntur ad illius supernæ quietis contemplationem: hi demum sentiunt quanta fœlicitas sit, quanti gaudii, quantæ quietis res sit euangelicum celebrare sabbathum: hoc est: post dominicæ sepulturæ imitationem, eius exprimere resurrectionem. hoc enim est vere sabbathum Dei, quod mites & humiles corde mundum contemnentes celebrant. Nam habet mundus otia sua foris, sed intus labores longe seruiliores quàm Iudæi pertulerunt, seruientes AEgyptiis in luto & latere: vt ergo hoc euangelicum sabbathum celebraremus hortatur dominus, vt mites simus & humiles corde.

¶ *Discite à me, quia mitis sum.* Vide quæ annotauimus Luc. 10.

¶ *Tollite iugum meum &c. & discite à me, quia sum humilis corde.* Gene. 45. (Gene. 45. Humilitas commendatur. Figura.) misit Ioseph dicere patri suo: descende ad me, ne moreris: & habitabis in terra Gessem, eritque iuxta me. Omnia hæc etiam Christus nobis mandat: primo, vt descendamus. Discite (inquit in hoc loco) à me, quia humilis sum. Ad me inquit, idest, non durum tibi videatur mecum pati: tollere iugum meum, & onus meum super te. Non est seruus maior dn̄o suo. Ego descēdi, descēde & tu. Secūdo, ne moreris: hæc vbique docet christus. Tertio, promittit terram optimam, imò consessum proximum sibi: eris (inquit) iuxta me, vt edatis & bibatis super mensam meam. Lu. 22. (Luc. 22.)

¶ *Tollite iugum meum super vos, iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* Habet christus iugum, & habet diabolus iugum, sed iugū christi est suauitate delinitum. (Differentia inter iugum christi & iugū diaboli.) Ipse enim ait: iugū meum suaue est, & onus meum leue. Iugum enim diaboli onerosum & durum est, quod volens Esaias significare, (Esa. 9.a) dixit: iugum enim oneris eius. Iugum diaboli est iugum oneris: iugum verò christi, leuitatis & dulcedinis. Christus nos ad suum suaue iugum in hoc loco inuitat, illudque gratis offert: nos verò illud contemnimus, & ad diaboli iugum grauissimum accurrimus, quod multo labore emimus. O cœcitatem deplorandam, emimus graue iugum diaboli, cum Deus ad suum suauitate plenissimū gratis oblatū nos vocet. Inuitatus qui dā ad magnā cœnā, ad epulas diuinas (Luc. 14.d) ad christi suaue iugum: ob eā causam se excusauerat, quia emerat scilicet iuga boum, & ibat probatum illa. Quid

fecisti

fecisti homo insane? cur emisti iuga asperrima, si ad Christi suauissimum iugum inuitabaris? O amentiam inauditam: emunt homines iuga diaboli, emunt labores mundi, emunt magistratus, & honores quos vocant: emunt calamitates, & peccandi occasiones: imo ipsa peccata, & ipsam vanitatem, cum christus clamet: venite ad me omnes &c. Tollite iugum meum super vos &c. Attendite filii hominum, Christi iugum offertur nobis gratis, & cum eo æterna remuneratio. Iugum veró diaboli multo labore emptum affert secum æternã damnationem. Cur ergo volumus incidere in miserias horribiles, iugũ dæmonis ementes, si christi iugo subiecti possumus adipisci vitam immortalem? in hac vita sine iugo esse non possumus: homo enim, vt in libro
Job.15.b Iob scribitur, nascitur ad laborem: nonne igitur præstantius est, iugo Dei quàm diaboli submitti? Quis non videt hoc. Præterea non ne melius est, vnum eligere quàm quinque? Quis poterit quinque tyrannis seruire? iugum christi vnum est, diaboli veró sunt quinque iuga. Nullus est sensus quem sibi diabolus subiicere non desideret. Quid dicebat ille qui ad cœnam inuitatus noluit venire? Emi
Luc.14.d quinque iuga boum, & eo probare ea. Quo te confers homo plorãde, quid vis probare? ea volo probare. Nonne scis iuga diaboli esse asperrima, quorsum ea probare desideras? Desine iuga boum, & accede ad cœnam magnam, ad quam es à dño inuitatus. Nõ est cœna parua magna est, ea.n. quæ Deus tribuit, & ad quæ nos inuitat magna sunt. Contra veró ad ea quæ mundus nos vocat sunt exigua, & inania, falsa, incerta, caduca: quæ nullis

defixa radicibus, quacunque varietate labefactantur. Veniamus igitur ad christum & eius suauissimum & leuissimum iugum super nos tollamus.

¶ *Discipulos excusat, medicatque varijs malis.*

Capitul. XII.

IN illo tempore abiit Iesus per sata sabbatho: discipuli autem eius esurientes, Mar.2.d Luc.6.a
cœperunt vellere spicas, & mundare. Pharisæi autem videntes, dixerunt ei. Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet eis facere sabbathis. At ille dixit: non legistis quid fecerit Dauid quando esuriit, & qui cum eo erant: 1.reg.21
quomodo intrauit in domũ Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus. Aut non legistis in lege, quia sabbathis sacerdotes in templo sabbathum violant, & sine crimine sunt? Dico autem vobis: quia templo maior est hic. Si autem sciretis quid est, misericordiam volo & non sacrificium: nunquã condẽ- Leui.24. Num.28

nassetis

nassetis innocentes. Dominus enim est filius hominis etiam sabbathi. Et cum inde transisset, venit in synagogam eorum, Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum dicentes: si licet sabbathis curare? vt accusarent eum. Ipse autem dixit illis: Quis erit ex vobis qui habeat ouem vnam, & si ceciderit hæc sabbathis in foueam, nonne tenebit & leuabit eam? Quãto magis melior est homo oue? itaque licet sabbathis bene facere. Tunc ait homini: extende manum tuam, & extendit, & restituta est sanitati sicut altera. Exeuntes autem pharisæi, concilium faciebant aduersus eum, quomodo perderent eum. Iesus autẽ sciẽs recessit inde, & secuti sunt eũ multi, & curauit eos omnes, & præcepit eis, ne manifestũ eum facerent; vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam dicentem. Esa.42.d Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo bene cõplacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus nuntiabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet quis in plateis vocem eius, arundinem quassatam non confringet, & lignum fumigans nõ extinguet: donec eijciat ad victoriam iudicium: & in nomine eius gentes sperabunt. Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus, & curauit eum, ita vt loqueretur & videret, & stupebant omnes turbæ, & dicebant: nunquid hic est filius Dauid? pharisæi autem audientes, dixerunt. Hic non eijcit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis. Omne regnum diuisum contra se desolabitur, & omnis ciuitas, vel domus diuisa contra se non stabit. Et si Sathanas Sathanã eijcit aduersus se diuisus est: quomodo ergo stabit regnũ eius? Et si ego in Beelzebub eijcio dæmones: filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Si autem ego in spiritu Dei eijcio dæmones, igitur peruenit in vos regnum Dei. Aut quomodo potest quisquam intrare in domũ fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem, & tunc domum illius diripiet? Qui non

Mar.3.d. *est mecū cōtra me est: et qui nō cō*
Luc.11.b *gregat mecū spargit. Ideo dico vobis, ōne pecatū & blasphemia remittetur hominib*9*, spirit*9 *aūt blasphemia nō remittetur. Et quicūq; dixerit verbū cōtra filiū hominis, remittetur ei: qui aūt dixerit cōtra Spiritū sctū nō remittetur ei, neq; in hoc seculo, nec in futuro. Aut facite arborē bonā & fructū ei bonū, aut facite arborē malā, & fructū eius malū, siquidē ex fructu arbor agnoscitur. Progenies viperarū quo modo potestis bona loqui cū sitis ma*
Luc.6.e. *li? ex abūdātia.n.cordis os loquit. Bonus homo, de bono thesauro profert bona: & malus homo, de malo thesauro profert mala. Dico autē vobis quonia ōne verbū otiosū quod loquuti fuerint homines, reddēt rationē de eo in die iu*
Luc.11.d *ditij. Ex verbis.n.tuis iustificaberis, & ex verbis tuis cōdēnaberis. Tūc respōderūt ei quidā de scribis et pharisæis, dicētes: Magister volum*9 *ā te signū videre. Qui re*
Ione.2. *spōdēs ait illis: Gēnratio mala et adultera signū quærit: & signū nō dabitur ei, nisi signū Ionæ prophetæ. Sicut.n.fuit Ionas in ventre ceti trib*9 *dieb*9 *et tribus noctibus: sic erit fili*9 *hōinis in corde terræ tribus diebus et trib*9 *noctibus. Viri Niniuitæ surgēt in iuditio cū generatiōe ista, et cōdēnabūt eā, quia pœnitētiā egerūt in prædicatiōne Ionæ: et ecce plusquā Ionas hic. Regina Austri surget in* 1.Re.3.a
iuditio cū generatione ista, & cō 2 pa.10.a
*dēnabit eā: quia venit à finib*9 *terræ audire sapiētiā Salomonis: et ecce plusquā Salomō hic. Cū aūt immūdus spiritus exierit ab homine, ābulat per loca arida quærēs requiē, et nō inuenit. Tūc dicit: reuertar in domum meā vnde exiui. Et veniēs inuenit eā vacātē. Scopis mundatā et ornatā. Tūc vadit et assumit septē alios* 2.Pe.2.d.
*spirit*9 *secū nequitiores se. Et intrātes habitāt ibi, et fiūt nouissima hominis illius peiora priorib*9. *Sic erit generationi huic pessimæ. Adhuc eo loquēte ad turbas, ecce mater ei*9 *et fratres stabāt foris, quærētes loqui ei. Dixit aūt ei quidā: ecce mater tua et fratres tui foris stāt, quærētes te. At ipse re-* Mar.3.d.
spondens dicenti sibi, ait: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in di Luc.8.c.
scipulos suos, dixit: ecce mater mea et fratres mei. Quicūq;.n.fecerit volūtatē patris mei qui in cælis est ipse meus frater, soror et

Capitul. XII.

Ad literam.

¶ *Abijt Iesus per sata Sabbatho.&c.* Grecè Sabbatis,& est Hebraism. pro Sabbatho quodam . Sic alibi : in vrbibus. Idest. in quadam vrbium.
Era.in an-nota Totum enim illud tempus septem dierum Sabbathum appellabatur apud Hæbr . & singuli Sabbatha. Ibat igitur Iesus Sabbathis. i. Sabbatho quodam vel die quodam Sabbathi.

¶ *Quod non licet eis facere Sabbathis.* Grecè in Sabbatho, hoc est, in tempore festiuo quod erat septem dierum : ac si diceret: en tiempo de Pascua.

¶ *Quomodo intrauit in domum Dei.* Vel In ædem Dei, ædes siue templum, pro atrio.

¶ *Et sine crimine sint.* i. nihil eis imputetur?

¶ *Misericordiam volo, & non sacrificium.* Hebraism. pro misericordiam antepono sacrificijs.

¶ *Misericordiam volo, & non sacrificium.* Solet sacra scriptura constituere comparatiuum, absque comparationis nota. Cum impossibile aut difficile, impossibili, aut impossibiliori comparat , neque comparans aut comparatum , nisi ex sententia
Regula.
Esai.51. cognosci possunt . Vt Esai. 51: cœli sicut fumus liquescunt : salus autem mea in sempiternum erit. i. citius liquescent cæli, quàm auxilium quod ego præbebo meis desit . Sic ait Christus : Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. i. citius cælum & terra in nihilum redigentur , quàm verba mea sint irrita & vana. Et in hoc loco misericordiam volo,& non sacrificium i. potius volo misericordiam , quàm sacrificium victimarum. Infr. 24.

¶ *Ecce puer meus .* Vel filius meus. *In quo complacuit animæ meæ .* Vel in quo placata est anima mea, aut quem vehementissimo amore prosequor. Hoc ipsum testata est vox patris supra ca. 3. & infra. ca. 17. sup.c. 3. & infr. 17

¶ *Non contendet nec clamabit , neque audiet aliquis in plateis vocem eius .* Hoc est, erit pacificus & mitissimus. Vnde alibi Esai. Non aperiet (inquit) os suum sicut ouis , & quasi agnus &c. De quo clamore, ait Paulus ad Ephe. 4. Omnis clamor,& ira , & amaritudo auferatur à vobis. Esai 53. Ephe. 4.

¶ *Et iudicium gentibus annunciabit.* i. Iustam & veram doctrinam Euangelicam annunciabit gentibus. Aspicis hic Messiam , non solum Iudæis sed etiam gentibus fuisse Euangelium daturum . Lex vetus fuit Iudæis data, noua verò Iudæis & gentibus. Doctrina euāgelica iudicium hic vocatur.

¶ *Non contendet &c. Donec eijciat ad victoriam iudicium.* Vel donec depromat (sub. in terra) ad victoriam iustam & veram doctrinam Euangelicam. i. mitem se præbebit , furori hominum cedens, donec Euangelium docuerit ad vincendos hostes suos. Nota.

¶ *Et in nomine eius gentes sperabunt.* Matthæus sequutus est . 70. nostra editio habet : & legem eius insulæ sperabunt. Vbi vides, per insulas intelligi

Esai.c.60. intelligi gentes. Ita intelligitur illud Esaiæ capit. 60. Me enim insulæ
Gen penultimo. spectant quod antea Iacob his verbis prædixerat: ipse erit spectatio gentium, Genesi penultimo. Sic intel-
Esai.41. ligitur illud Esaiæ, 41. Taceant ad me insulæ, & gentes mutent fortitudinem. Vbi id quod sequitur: & gentes mutent &c. Est explicatio superioris. Apellantur autem gentes insulæ quoniam amaris salsisque cogitationibus huius mundi tunduntur.

¶ *Omne regnum in se diuisum*. Grecè. Diuisum aduersus sese.

¶ *Ipsi iudices vestri erunt*. Collatione scilicet operum suorum condemnabunt vos. Sicut Regina Austri, & viri Niniuitæ vide. infr. ca. 19. ibi sedebitis & vos iudicantes, i. condēnantes. 12. tribus Israel.

¶ *Peruenit ad vos regnum* Dei. Vel præuenit. i. Messias promissus à Deo vobis nec opinantibus aduenit.

¶ *Et vasa eius diripere*. Vasa pro
Hiere. 21 instrumentis bellicis. Hebraismus. Sic Hierem. 21. Ecce ego conuertam vasa belli, quæ in manibus vestris, quibus vos bellatis contra Regem Babel.

¶ *Qui non est mecum contra me est*. Huc non est contrarium dicto Christi, Marci. 9. Qui non est aduersus
Marc. 9. Concordatur Euāgelistæ. vos, pro vobis est, si personarum diuersitatem expectes: hic enim Christus loquebatur de Iudæis, qui dicebant: in Beelzebub ejicere dæmonia. Tales ergo qui nō fuerāt aut fuerint cū Christo, contra illum erunt. Apud Marcum loquitur de homine, qui ejiciebat dæmonia in nomine Christi, neque erat illi contrarius, quanuis non sequebatur eum sicut Apostoli.

¶ *Et qui non congregat mecum*. sub. in ouile meum, *spargit*.

¶ *Spiritus autem blasfemia non remittetur*. Spiritus genitiui casus est, blasphemia nominatiuus.

¶ *Quicunque dixerit verbum*. i. aliquid. Hebraism. verbum enim pro re quacunque. 2. Regum. 1. Quod est verbum quod factum est. i. quid rei accidit. 2. Reg. 1.

¶ *Qui autem dixerit contra Spiritum sanctum non remittetur ei. Neque in hoc seculo, neque in futuro*. Vide quæ annotauimus Luc. 12. ibi. Et omnis qui dixerit verbum in filium hominis &c. Ei autem qui in Spiritum sanctum &c.

¶ *Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum*. i. Aut me cum operibus laudate, aut me tanquam arborem putrem vnà cum operibus damnate.

¶ *Bonus homo de bono thesauro suo*. Hic thesaurus, pro aceruo & cumulo quarumcunque rerum accipitur, qua si dicat ex aceruo bonarū cogitationum depromit bona.

¶ *Ex verbis enim tuis iustificaberis*. Vel iustus pronuntiaberis, & iudicaberis, vt ex fructu arbor.

¶ *Tunc responderunt ei quidam*. i. Exorsi sunt vel allocuti sunt ei quidā Hebraism. Vide supra capit. 11. ibi. In illo tempore respondens.

¶ *Volumus à te signum videre*. Vel cupimus à te. *In corde terræ*. i. in ima terræ.

¶ *Sic erit filius hominis tribus diebus, & tribus noctibus*. Tropus Synecdoche vsus est hic Christus, Vnde nota, quod Tropus Synedoche à parte totū. i. à toto partē facit intelligi. S. Tropus Synedoche in sacra scriptura frequens.

Bb 2 Luc.ca-

Luc 9. Math. 17 c. capit. 9. post dies octo factum dicit, quod Matthæus noster capi. 17. post dies sex, quando in monte transfiguratus est Christus. Vtrumque enim verum esse non potest, quod de numero dierum dictum est, nisi ille qui dixit, post dies octo, intelligatur, partem nouissimam diei ex quo id Christus prædixit futurum, & parté primam diei, quo id ostendit impletum, pro totis diebus duobus ac integris posuisse: is vero qui dixit: post dies sex integros omnes, & totos, sed solos medios computasse, hoc modo locutionis, quando significatur à parte totum, & ista de Resurrectione Christi soluitur quæstio. Pars enim nouissima diei quo passus est, nisi pro toto die accipiatur, adiuncta etiam nocte præterita, & nox, in cuius parte vltima, resurrexit, nisi totus dies accipiatur, adiuncto scilicet die illucente dominico, non possunt esse, 3. dies & 3. noctes, quibus se in corde terræ prædixit futurum.

Cómendatur pœnitentia contra Lutherum. ¶ *Viri Niniuitæ &c. quia pœniam egerunt &c.* Ostendit hic locus falsum esse id quod ait Lutherus, nempe contrictionem ante charitatem esse execrabilem. Damnat enim gemitum, & flectum, & omnem pœnitentiam, quæ fit per detestationem peccatorum. Si gemitus & pœnitentia nihil prosunt peccatoribus: cur Deus in hoc loco laudat Niniuitarum pœnitentiam? quorsum Baptista diceret: genimina viperarum, quis ostendet vobis fugere à ventura ira, iam enim securis ad radicem posita est, facite ergo fructus dignos pœnitentiæ? Quorsum per Esaiam ipsos peccatores ad pœnitentiam hortatur, dicens (secundum translationem. 70.) ingemiscite, agite pœnitentiam qui erratis. Vbi nostra editio habet: Mementote istud, & confundamini; reddite præuaricatores ad cor. Quorsum totiens Dominus gehennam minaretur peccatoribus, si talis contritio & pœnitētia esset non solum inanis sed vt Lutherus ait esset perniciosa? Dauid nobis pœnitētiæ formam descripsit: Circundederunt (inquit) me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me: dolores inferni circundederunt me: præocupauerunt me laquei mortis in tribulatione mea inuocaui Dominum. Et alibi: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, & lachrymis meis stratum meum rigabo. Aspicis regem peccatis astrictum pœnitētiā egisse, Dominum inuocasse, vim lachrymarum profudisse, & fuisse gratiam consequutum: Ait enim Paulo post: Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Vbi vides gemitum Dauidis fuisse Deo gratum & auditum. Ideo in inscriptione huius Psalmi meminit octauæ: erat enim octaua, instrumentum octo fidibus ornatum, quo canere solebat carmina triumphalia, vt colligitur ex. 1. libr. Paralypome. Canit igitur victoriam Dauid quam de peccato reportauit: ideo Psalmum in gaudio & exultationis tripudio finiuit. Et si quæras arma quibus hanc victoriam obtinuit, & veniam ac gratiam impetrauit: ipse explicat esse gemitus & lachrymarum abundantiam, & denique pœnitentiam: hæc enim sunt arma quibus de peccato

Luc. 3. Esai. 47. Psa. 17. Psal. 6. 1. Par. 15

peccato

de peccato consequimur victoriam. Vide Luthere quomodo hæc concordent cum tuo articulo, in quo asseris; pœnitentiam nihil aliud esse quam nouam vitam & veram pœnitentiam detestaris.

¶ *Surgent cum generatione ista.* vel. aduersus generationem istam, aut aduersus genus hoc hominum, & infra.

¶ *Ambulat per loca arida.* Vel aquis carentia, vel siticulosa.

¶ *Adiungit sibi septem alios spiritus.* Septem, pro multis Heb. septenarius numerus apud Héb. pro vni-
Psa. 118. uerso tempore sæpe ponitur. Septies in die laudem dixi tibi. i. multoties in die laudem dixi tibi. Vel semper in die laudem dixi tibi.

¶ *Et fiunt nouissima.* Vel extrema. i. quæ postremo loco acciderunt homini illi.

¶ *Et fratres eius stabant foris.* Fratres, pro cognatis Heb. fratres enim su-
Gene. 13. mus (ait Abraham Loth consobrino suo.

¶ Cap. XII. Ad mores.

¶ *Non contendet neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius &c.* i. erit mitissimus & modestissimus. Vide obsecro, & alto animo considera huius præsulis modestiam, lenitatem, benignitatem, tolerantiam & mansuetudinem. Discant ab eo Christiani principes & præsules, ne velint nimia asperitate subditos perdere. Vt enim qui vasa vitrea contaminata mundare volunt, non debent duriter applicare manus: ne dum volunt sordes abstergere vasa conterant: sic præsules qui volunt subditos coinquinatos corrigere; summa ope niti decet vt id efficiant moderatè: ne illos perdant, dum eos ad animi puritatem perducere conantur. Et quemadmodum inter chyrurgos ille est laudabilior qui leuius tangit vulnera quam ipse qui asperè manus imponit: sic ille præsul est prudentior censendus, qui potius lenitate quàm nimia seueritate animi vulneribus medetur, & vt chyrurgus (vt in eodem simili versemur) secturus mēbra corrupta, non impletur ira, quin potius tunc maiorem tranquillitatem ostēdit, ne perturbatio impediat artem: sic præsul in reprehensionibus & punitionibus magna debet vti temperātia, ne ira turbatus modum transeat. Nihil enim est præstantius, nihil magno præsule dignius, clementia. Et tamen ita probanda est mansuetudo, vt adhibeatur etiam seueritas: absq; qua administrari recte respublica nō potest. Sed omnis animaduersio & castigatio debet contumelia vacare. Id nos docuit Christus De9 noster, qui cum quē reiecit ex nuptijs, quòd nō haberet vestem nuptialem, amicum vocauit. Cuius mansuetudinem Esaias in hac prophetia quam adducit in hoc loco Matthæus, in illo capit. multis verbis ostendit. Quod si idem propheta in hoc capi. etiam ait: Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir præliator suscitabit zelum, vociferabitur & clamabit &c. Hoc non de primo aduentu sed de secundo intelligendum est, quando cum potestate magna & maiestate iudicatum vniuersos mortales venturus est. Quod si de primo aduentu hæc verba intelligere velis: facilè difficultatem absolues, dicens: prius Prophetam voluisse, Christi mansuetudi

Simile. Modestia & lenitas & benignitas decet principes & præsules. Simile. Infra. 22. Explicatur Esaie locus qui prædictis cōtrarius esse videtur quoad tum appa ret.

suetudinem, patientiam & humilitatem ostendere: qui suas iniurias toleranter ferens inimicis suis litem non intendebat, sed sicut agnus ad occisionem ductus silentio vtebatur: & ideo ait non contendet neque clamabit &c. Infra verò facit eum clamantem, & mundi scelera reprehendentem, & potenter aduersarios & hostes suos, hoc est, idola & vitia, Euangelij prædicatione dejicientem. Ex quo colliges: concionatorem contumelias in sese iactas æquo animo tolerare, mundi verò scelera queribunda voce arguere, vt non suam sed Dei gloriam quærere videatur.

Conciona tores ad monetur.

¶ *Tunc oblatus est ei dæmonium habens cæcus & mutus.* Legitur Esai. 36. Quod Rapsaces obsedit Hierosolymam, & circundedit eam, ne per aliquam partem alimenta intrarent in vrbem. Portæ huius ciuitatis sunt sensus nostri, anima est ipsa ciuitas, quam ita obsidet & oppugnat diabolus, vt in eam per sensum nullum spirituale alimentum introeat. Hoc moraliter voluit Euangelium significare in hoc dæmonio, & alijs quos dæmon, cæcos, surdos, & mutos faciebat: vt neque per oculos, neque per os, neque per aures, aliquid ad obsessam animam spiritualis alimenti ingrederetur.

Esa. 36. Figura.

Quid mysticè hoc dæmoniū significetur.

¶ *Oblatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus.* Hoc spiritualiter agit nobiscum diabolus, ne male acta videamus, ne illa confiteamur. Si ergo peccator es, audi quid tibi admoneat Dominus apud Hieremiam: vide, inquit, vias tuas in conualle: scito quid feceris. Ac si dicat: adhuc vestigia tua apparent in valle: quibus terram attingebas, cum ibas ad idola colenda: intuere ea, considera peccata tua, vt illa execreris: teque illorum pœniteat. Et in Deut. leges: memento, & ne obliuiscaris, quomodo ad iracundiam prouocaueris Dominum Deum tuum. Ideo præterita vitia sunt in memoriam reuocanda, vt ea ploremus atque vt ea confiteamur. Confessio enim necessaria est. Vt qui incidit in flumen non obruitur quandiu aqua non accedit ad os, quoniam respirare potest, & non submergi: Si autem aqua attigerit & adimpleuerit os statim obruitur & moritur: Sic qui incidit in peccati gurgitem adhuc spem habet vitæ, si os non habet impeditum, si paratus est de sceleribus debitè confiteri: sin autem tanta est culparum aqua, vt ei super os ascendat, quo flagitia suo silentio prætereat, nolens de illis confiteri, obruitur miser, & ad ima tartarorum descendit. Eam ob causam dicebat Rex Dauid: non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suū. Aquis maris obruti sunt Aegyptij, non Iudæi: Iudæus enim significat confitentem. Aegyptius turbatum. Ille eripitur, qui ad veram confugit confessionem, ille perit, qui obstinatione turbatus peccatorum suorum confessione contemnit, talis enim mutus dicitur & cæcus, talis dæmonium habet, cuius typus est homo iste dæmonium habens cœcus, & mutus.

Hiere. 2.

Deute. 9.

Cōfessio est necessaria.

Simile.

Psa. 68.

Exod. 4. Figura.

¶ *Hic non eijcit dæmones nisi in Beelzebub.* Viri detractores tam odibiles sunt, quod Regnum Dei minime possidebunt. Audi quid de illis Diuus Paulus affirmet in prima Epistola ad Corinth. capi. 6.

Detractores Deo sunt maxime odibiles.

1. Cor. 6.

nec

nec maledici, nec rapaces Regnum Dei posśidebunt. Et in Episto. ad Roma. Detractores Deo odibiles. Sunt multi impij qui alios maledictis vulnerent, in odium & inuidiã acerſſunt, vt eorum ſanguinem profundant. Ita de Hieremia olim dicebant: iudicium mortis eſt viro huic. Et modo de Christo: hic non eijcit dęmones niſi in Beelzebub, vt morti traderetur. Aliquando grauius offendunt animos auditorum, qui aliena flagitia aperte narrant, quàm qui committũt. Et ſæpe numerò accidit vt qui alios maledicentia laceſſunt, ipſi grauioribus madeant vitijs. In prouerbi. ait Salomo. remoue à te os prauum, & detrahentia labia ſint procul à te. Viri detractores à ſeptuaginta interpretibus latrones appellantur: vnde vbi apud Ezechielem, capit. 22. noſtra verſio habet viri detractores fuerunt in te, habent ſeptuaginta: Andres Leſtæi, hoc eſt, viri latrones. Et merito tali nomine gaudere debent. Qui enim de aliorum vita detrahunt, eorum famam deripiunt, & latrones multo peſtilentiores ijs, qui diuitias rapiũt: quo enim fama nobilior eſt opibus & diuitijs, tanto perniciosiores ſunt latrones famæ, quàm pecuniæ. Nihil eſt velocius maledicto & detractione: nihil facilius emittitur, nihil latius diſsipatur. Nulla res eſt, quæ facilius direptioni committatur, quæ breuius amittatur, quàm gloria, qua detractor ſpoliat poſsidentem. Quod de falſa mundi gloria intelligendum puto, quæ eſt temeraria, & innaniſsimis ſplendoris inſignibus collecta, & à ſapientibus omnibus repudiata. Vera enim gloria ſolida & expreſſa, non adumbrata; ea eſt verus virtutis ſplendor, benefactorum comes, conſentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicãtium de excellenti virtute, quæ radices agit, ac lõgius propagatur, qualis erat gloria Christi, quorũ miracula longè lateq; propagata maximam veramq; bene iudicantium laudem illi afferebant. Vnde Paulo ante præmiſſerat noſter Matthæus quod viſo tanto miraculo obſtupuerũt omnes turbæ, & dicebant: nunquid hic eſt filius Dauid? Detractoribus nulla aliorũ facta illis grata ſunt: maledictis & vocibus querelarum plenis viros iuſtos & iniuſtos nullo habito diſcrimine violant: aliorumq; vitam reprehẽdẽtes, ſuam haud quaquam curant. Vt gallina dum roſtri ictu domus pauimentum ſordibus inquinãtum ſcrutatur, eſcam quærens, Si adamantem aut ſmaragdum, aut gemmam aliam precioſam reperit, reijcit, & contemnit: Sin autem inuenit vermiculum, aut vile milij granum, illud læta eligit, & accipit: ſic dettactor vitas aliorum inquirit, & inueſtigat, ſi eorum præclara facta reperit, ſilentio pertranſit, reijcit, contemnit, ſin autem inuenit flagitium aliquod, aut erratum, quamuis leue ei inquirenti occurrit, illud accipit geſtiens, vt eius autorem vocibus vulneret, & lædat. Vita maledicorum eſt in aliorum vitas conferre maledicta, obijcere errantibus crimina, pergere in conuicia, inurere illis ignominiæ notam, eorum ſplendorem maculis aſpergere. Nulla in eorum ore eſt dulcedo, nulla ſuauitas, ſed inſtar maris mortui ſalſedine & amaritudine pleni vitã in aliorũ vituperatione tra-

Rom. 1. — Ierem. 26 — Proue. 4. — Ezec. 22. — Simile. — Qualis ſit detractorũ vita.

traducunt. Hæ sunt immundæ limo sæque paludes, quarum aquæ nõ dulcescunt, vt Ezechiel his verbis testatur: in littoribus autem eius & in palustribus non sanabuntur. Et quoniam hi impij & maledici homines finem infelicissimum habere solent addit propheta: quia in salinas dabũtur. Hoc est reseruabũtur ad salis cõdimentum. Vt nos miserum eorum excidium intuentes sale prudentiæ condiamur. Eam etiam ob causam arbitror fuisse vxorem Loth non in lignum aut lapidem. Sed in salem conuersam.

Ezec. 47.

Gen 19.

¶ *Nisi in Beelzebub Principe dæmoniorum.* Beelzebub. Idest, deus muscarũ, sic derisoriè appellabatur à Iudæis. Dictus est Bel, siue Baal, vel Balim à Rege Belo qui condidit Niniuem. Narrat D. Hierony. in commenta. in Oseam, Ninum filium Beli in Asia regnasse, & Niniuem vrbem Assyriæ condidisse, fuisseque tantam nominis celebritatem consecutum vt patrem suũ Belum referret in Deũ. Ad id demẽtiæ perductus est, vt vellet filius Dei appellari. Hanc ciuitatem Niniuem appellat Ptolomæus Ninum in Assyriæ descriptione, de qua vrbe loquitur Plinius libro. 6. & Strabo in principio lib. 16. & quoniam hic Belus à stultis gẽtibus pro deo colebatur, & ab Hebræis appellabatur Bel, seu Bal, ideo quodcunque idolum, nomen hoc sortitũ est. Hæc fuerat antea Berosi sẽtẽtia, qui hũc Ninum dixit regnum Babylonicum propagasse, & templum Belo patri erexisse, vnde dimanauit idolatriæ principium. Nec solus Ninus statuã patri suo Belo erexit, sed etiam eius vxor Semiramis vastas statuas & magnitudine mirandas erexit, vt refert lib. 4. Diodorus Siculus.

D. Hiero.

Ptolomeus. Plinius. Strabo.

Berosus.

Diodorus Siculus.

¶ Cæterum multi sunt apud nos qui de Belo patre suo gloriantur, qui Belum patrem suum colunt, adorãt atq; tanquam deum suum summè venerantur. Multi, inquam, sunt qui de genere ac nobili prosapia ita gloriantur, vt illam pro deo suo colant. Hi in nomine huius Beelzebub nõ eijciunt dæmonia, sed potius inducunt in animam suam, inducunt superbiam, iram, inanem gloriam, inducunt odium & studium vindictæ de inimicis. Quos miseros profecto iudico.

¶ *Hic non eijcit dæmones nisi in Beelzebub.* Vide quomodo iniqui Christum tractauerunt. Dicebat verba vitæ & illi dicebant: durus est hic sermo. Inueniebat humana malitia quid in virtute diuina, & in verbis ipsius veritatis reprehenderet: faciebat miracula: & dicebant: in Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia calũniabatur hominum iniquitas & malitia opera ipsius Dei, donec eum falsis criminibus ad cædem vocauit, & accerbissimis cruciatibus saucium immanissime occidit. Si ergo mundus Christi verba, opera, & vitam calumniatus est, quid existimas cum ipsius Dei amicis esse facturum? Certè qui recedit à malo & Christum sequitur, predæ patet, vt Esaias ait. Nã quidam ab eo eripit opes, alius famã, hic eum spoliat quiete, ille infert ei cõtumelias, itaq; cũ illi accerbissimè opprimũt, cuius beneficio subsistunt. Mundus eos quos suos non esse cognoscit affligit. Ita enim ait Christus discipulis suis apud Ioannem: quia de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus, & in lib. Sapientiæ, dicunt impij:

Vide quomodo iniqui Christum tractauerunt post tertã taq; eis collata beneficia.

Esai. 59.

mundi cõditio.

Ioan. 15.

Sapien. 2.

impij: circumueniamus iustum quoniam cõtrarius est operibus nostris. Postquam Moses loquutus est cum Deo in monte Synai, posuit velamẽ super faciem suam, & populus eam videre non poterat, Eodẽ modo mũdus eũ videre non potest, quia in altitudine virtutum collocatus cũ Deo communicat, & ad illum ardẽter aspirat, sed illum odit, & cõtendit pellere, falsisq; criminibus in inuidiam vocare. Camelus priusquã bibat, fontẽ obturbat, vt aiunt: ne in aqua clara & lucida suam aspiciat deformitatem: tollit aquæ claritatem, quia est suæ fœditatis speculum. Sic homines scelerati, viros virtutum claritate conspicuos student è medio tollere, ne in illis suam deformitatem videant: est enim vir clarus & iustus speculum in quo flagitiosi suas notas & tetras maculas intuentur. conferentes enim se cum iustis, vident sua scelera virtutibus aliorum opposita, clarius eminere: ideo eos affligũt & ferre non possunt. Qui enim (vt verbis vtar Pauli) pie volũt viuere in Christo Iesu, persequtionem patientur.

Exo. 34. Figura. Simile. Simile. 1. Tim. 1.

¶ *Omne regnum contra se diuisum desolabitur, Et omnis domus. i. ciuitas contra se diuisa non stabit.* Vbi vides nullam esse regnis aut populis pestilentiorẽ perniciem quam discordiam. Fieri enim nõ potest cum populi nauis in alto fluctuat odij atque seditionum tempestatibus agitata, quin in medijs fluctibus misere obruatur. Id est quod in hoc loco ait Christus: omne regnũ in se diuisum desolabitur. Concordia paruæ res crescunt, discordia verò maxime dilabuntur. Concordia, vt dicitur in prouerbio: fulciuntur opes etiam exiguæ. Si linguarum diuisio in turre Babylonis ædificium labefactauit: quanto magis voluntatum diuisio & discordia? Diuide fluuium, amittet vim, diuide regnum, extinguetur. Ad generationem rerũ naturalium necesse est elementa inter se discrepantia & cõtraria conuenire: & sedata discordia inter se amicitia quadam copulari: & ex tali concordia nascitur lapis preciosus, cæteræq; res naturales quarum pulchritudinem & excellentiam admiramur.

Nihil perniciosius discordia & concordia cõmẽdatur. Simile. Prouerbium. Figura. Simile. Exẽplum

¶ Quid docet medicina, nisi amorẽ & concordiam quatuorum humorũ in corporibus humanis? Ex humorũ temperata concordia redundat pulchra atq; recta valetudo: ex eorum intemperata discrepantia & concitatione, nascuntur variæ ægritudines. Quid aliud docet musica quàm vocũ inter se dissidentium amicitiam & cõcordiam: ex qua suauis armonia, admirabilisq; concentus oriatur? Hoc considerans Orphęus, dicebat: Amorem habere claues omnium rerum, quibus earum aperit conceptum & in lucem prodit. Vnde Empedocles Pytagoricus: mundum dicebat constare concordia: discordia autem dissipari. Hoc voluit nobis natura in lapide tirrhæo ostendere: qui in aquã coniectus, si est intenger quãuis magnus innatat, diuisus verò & comminutus mergitur. Sic nos integri & concordes substinemur, diuisi verò & discordes pessũm imus. Eam ob causam comparat Gregorius Nazianzenus homines concordes cum arca Noe in diluuio seruata, quia ibi omnes concordia quadam conectebantur. Da mihi concordiam, dabo tibi rẽpublicam permanentem, & in omni diluuio afflictionis conseruatam.

Simile. Simile. Orphęus à amor habet claũem omnium rerũ Empedocles. Lapidis tyrrhæi proprietas mirabilis. Figura.

¶ Cum in mundi principio Deus crearet multa animantia, noluit mul

tos homines simul creare: creauit vnum ex quo multitudo propagaretur, vt hac admonitione vnius rei memoria, etiam in multis concordē vnitatem seruaremus, vt intelligeremus esse nos omnes vnius hominis filios, & videremus quam esset Deus vnitate delectatus. Hæc est causa, vt ait Augustinus, quare Deus voluerit vt omnes ab ipso creato originē duceremus. Augusti.

¶ Et eam ob causam cum Deus daret arma brutis animalibus, alia dentibus muniendo, alia vnguibus, alia cornibus: solum hominem armis destituit, nudum atq; inermem formauit, tanquam ad amorem pacemq; cō seruandam creatum: vt ipsa corporis compositio eum doceret ad quid esset in lucem æditus. Amplectamur igitur concordiam, eam colamus & veneremur, & omnem memoriam discordiarum obliuione sempiterna deleamus: cum discordia sit omnium excidiorum caput. Vnde dicebat Oseas: diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Quod etiam gentiles solo naturali lumine intellexerunt. Marcus Tullius in lib. 5. de finibus, hæc verba scribit: Nec ciuitas in seditione beata esse potest, neq; in discordia dominorum domus. Multo minus animus à se ipso desidens, secumque discordans, gustare partem illam liquidæ voluptatis & liberæ potest. Et Plato in. 5. dialogo de republica. Nihil (inquit) pernitiosius esse ciuitati quā discordiā nihil vtilius quàm vnionem & amicitiam. Ose. 10. a. Cicero. Plato.

¶ *Iesus autem sciens cogitationes eorū.* Quibus verbis satis ostēditur Christum esse Deum, quando hominum occultas cogitationes cognoscebat. Sic enim regius vates cum Deo loquens ait: intellexisti cogitationes meas de longe. Quibus verbis vult diuinus psaltes Dei prouidentiam & cognitionem significare, cui non solum facta sed etiam cogitata notissima sint. Ideo ait de longe domine, hoc est, de cœlo intellexisti meas cogitationes, cum ego in terra sim. Vel de longe, hoc est, priusquam ego rem cogitem, iam tu scis. Vel à lōgè, hoc est, cum adhuc sim longè ab opere, cognoscis enim cogitationes nostras dū adhuc res sunt in potentia, priusquam exeant in actum. Sed de hoc alias diximus. Psal. 138. Explicatur locus psal.

¶ Preterea obserua non dixisse Euangelistam: Iesus autem sciens deliberationes maturas eorum, sed cogitationes eorum. Is enim mos est impiorum ac sceleratorum hominum, vt à prima cogitatione ad locutionē, & ad opus nulla sit distantia, quoniā nulla interst ratio, nulla deliberatio, nullum consilium: pro ratione succedit voluntas, pro deliberatione voluptas. Non intuentur deliberandum esse diu quicquid loquendum aut statuendum sit semel. Vita nostra scala quædam est in excelso loco constituta, cuius primus gradus cogitatio est, vltimus verò opus: in medio autem sunt multi alij gradus considerationis & deliberationis. Vt aūt homo facile caderet, si vellet à primo ad vltimum absq; medijs peruenire; sic qui primam cogitationem statim exequitur absq; deliberatione, quæ affert vtilem curam cogitandi, nec cōsiderat offendat necne Deum, aut proximum, nec aspicit rerum humanarum exitum, & mundi varietatem, facile ruit, & preceps in exitium cadit. Oportet deliberationum gradus prius attingere & per eos firmiter incede- Impij nulla ratione nulloq; cōsilio vtūtur sed est illis pro ratione voluntas. Simile.

cedere, vt in vltimo & altissimo gradu tranquilli maneamus: at superbi hi pharisæi sine consideratione, sine consilio, aut deliberatione, perperam de Christo cogitabant: statimq; venenum depromebant.

¶*Omne regnum diuisum contra se dessolabitur.* Hinc intelliges, nihil esse tranquillitate & pace iucūdius, nihil gratius, nihil firmius, & stabilius. Hanc appellabat Democritus summam huius seculi fœlicitatem. D. Augustinus de ea loquens ait: in rebus creatis nihil gratiosius solet audiri, nihil delectabilius concupisci, nihil vtilius possideri. Qui tranquillitatem hanc obtinent beatitudinem illam consequuntur, de qua ait Christus Deus noster: Beati pacifici quoniam ipsi filij Dei vocabuntur. Si Dei vocantur filij qui pacis sint amantissimi, erunt proculdubio à contrario sensu diaboli filij, qui animi fluctibus & perturbatione concitati nullam habent quietem, nullam tranquillitatē sed pacem confundunt, & conuellūt. Imo ipsi confunduntur, & conuellūtur & pereūt. Stat enim Christi sententia, quod omne regnum diuisum contra se dessolabitur: omne enim quod est, tamdiu est, quandiu vnum est, ens enim & vnum conuertūtur. Cum autem homines inquieti, dissidia & contentiones quærentes, se distrahant, & dissoluant, & in varias partes fundant, & separēt, perspicuū est eos vnitatem non habere, nec vnum esse, & ex consequenti non esse. Id intuens Plato in libr. de repub. asseuueranter affirmabat, nihil esse ciuitati perniciosius diuisione, nihil vtilius pace. Pacem amantes Deum pacis autorem amant, & non modo cum hominibus, & secum pacem habēt, sed cum virtutibus & probis moribus, quum bellum perpetuum inferant vitijs & impietatibus. Ex qua animi quiete & securitate dimanat tranquillitas & pax perpetua cum alijs secum habitantibus. Hinc inter fideles pacem daturū dominum prædixerat Ezechiel propheta capi. 11. & dabo, inquit Dominus, eis cor vnum. Atque ca. 36. idem pollicetur. Et apud Hierem. cap. 32. quod impletum fuisse in Ecclesia primitiua asserit. D. Luc. in Actis Apostolorum: multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, fuit enim summa inter Christianos tunc pax & concordia: de qua dixerat Rex Dauid: orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. Et rursus: factus est in pace locus eius. Hanc pacem conquirere debemus & amplecti, eaque sum me oblectari. Si hominum pax à gētium philosophis veluti numē quoddam celebrabatur, quî fieri potest, vt Christianæ philosophiæ cultores Dei pacem sine scelere nefario contemnant? In mōte Palatino fuit quōdam Romæ Templum cōcordiæ dicatum, vt ait Blondus lib. 2. de Roma instaurata, quod Templum ait Suetonius fuisse à Tiberio Imperatore constructum: tametsi fuisse à Liuia Germanici matre ædificatum. Et prope montem Palatinum, vbi quondā via, quæ sacra dicebatur, erat, fuit à Vespasiano Imperatore instauratum Templum pacis, cuius ruinæ hodie apparent, facilè ostendentes, magnificentissimum ædificij apparatum. Nullum enim fuit tunc in tota vrbe ædificium sumptuosius, nullum admirabili prætiosarum rerum amplitudine præstantius. De eo ait ita Hieronymus in Ioelis Prophetæ Commen.

Nihil pace iocundius nil firmius & stabilius.

Supra c. 5

Plato.

Ezec. 11. & 36.

Hier. 32.

Acto. 4.

Psa. 71. Psal. 75.

Blondus.

D. Hierō

Vespā

Vespasianus & Titus Romæ Templo pacis ædificato vasa templi Hierosolymitani & vniuersa donaria in delubro illius cōstituerunt: quæ Græca & Romana narrat historia. Si igitur infideles pacem habebāt & colebant, quanto magis nos eam colere debemus, qui legem pacis, qui pacis præceptoris Euāgelium seruare gloriamur. Cum Neptunus & Minerua de dignitate contenderent, & Neptunus, vt antiqui scriptores literis mādarunt, allegaret se esse aquæ, rei vtilissimę inuentorem, Minerua autem pro se adduceret, se oliuam frūctiferam plantam inuenisse, cecidit causa Neptunus, fuitq; pro Minerua sententia lata, quia oliua arbore fructuosa significabatur pax, quia nihil esse dicebāt iucū[n]di[us], nihil vtili[us], nihil ad securitatē & trāquillitatē cōsequendam accomodatius. Voluerunt homines illi, qui tunc sapientes dicebantur, hac fictione significare esse pacem vtilissimam, eamq; ob causam auidissime quærendam & conseruādam. Proclus Platonicus vnum vni esse dicebat: significans dandam esse operam, vt omnes vnū essemus Deo, qui erat vnus. Hæc sunt eius verba in lib. de anima & Angelo. Per intellectum nostrum diuinum attingimus intellectum: sic & primum vnū, à quo omnibus inest vnio per vnū, per quod sanè nostrum vnum diuino maximè iūgimur. Et Paulo post; Diuini per vnitatem efficimur, quādo omnem multitudinem fugiētes, in ipsam vnitatem nostram confugimus, vnumque efficimur, & conformiter agimus. Titus Liuius libr. 10. Dec. 3. melior est, inquit, tutior pax, quàm sperata victoria. Si gentiles tot laudibus efferunt pacem, quid nos agere debemus, quibus Deus noster illam dedit? Quorum discordiam dānat, illaque & regna & domus corruere, vt multoties experimento didicimus, affirmet. Lege quæ capite quinto annotauimus in illa verba Beati pacifici.

Proclus.

Titus Liuius.

¶ *Qui aūt dixerit contra spiritū sanctū, non remittetur ei.* Huius peccati exēplū habes Gene. 19. vbi inquiunt Sodomitæ sancto Loth: sunt viri qui introierunt ad te nocte, educ illos nūc, vt cognoscamus eos: Nolite (inquit Loth) quæso fratres mei hoc malum facere &c. At illi vim faciebant Loth vehementissimè. Vide quantum peccata sua homines isti nequissimi augeant: nedum non acceptant admonitionem ipsius Loth, sed insuper eū persequuntur: ac omnibus viribus in contrarium nituntur: etiam violenter impium propositum suum exequi volentes. Hoc est ingenium impiorum: primo quod semper peccata sua augent, cum nihil opus esset: satis enim peccatorum iam habent: secundo, quod ex monitione peiores fiunt, ac tunc vel maxime ad malum currunt quantumuis admoneantur, & Deum & homines irrident ac cōtemnunt. Hoc est grauissimum peccatum. Est enim contra spiritum sanctum, de quo Dominus in hoc loco, ait: quod nunquam remittetur, neq; hic neque in futuro. Hoc idem pharisæis cum Christo accidit.

Gen. 19.

Ingenium impiorum peccata sua indies augere & ex monitione peiores fieri

¶ *Ex abundantia enim cordis os loquitur.* Vis hominem cognoscere? Audi eū loquētem: sermo enim (vt in hoc loco ostendit Christus) eum manifestum facit: Nam vt dicebat Themistocles: sermo est similis stragulis picturatis: vt enim illæ dum extenduntur imagines ostendunt, dum cō tra-

Sermo vnū quēq; manifestat quis sit.

Themistocles.

Simile.

trahuntur, celant easdem: sic oratio prolata animum demostrat & aperit quæ abscondita, cum absconditum tenebat. Vndè quidam sapiens, dicebat: qualis est homo talis est sermo illius.

Non opus est vt iam à Deo signa petamus.

¶*Magister volumus à te signum videre.* Non opus est iam vt a Deo signa petamus: iam enim in creatione rerum omnium, & tempore Iosue omnipotentiam suam ostendit: in redemptione clementiam; & signa clementiæ tempore Regis Ezechiæ. Quare ei qui post hæc signa petierit, non dabũtur nisi signa iustitiæ & deuastationis: Erunt signa in Sole, Luna, & stellis &c. Huic populo Iudæorum, iam in incendio & deuastatione Hierosolymæ datum est signum. Quid ergo restat post hoc, nisi signum Ionæ & æternæ desolationis? Non ergo increduli simus: sed sobriè & iustè & piè viuam9 in hoc seculo expectãtes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, vt ad dexteram Dei positi signum filij hominis lætantes videamus.

In creatione signum aparuit õnipotẽtiæ, in redemptione signum clementiæ, in iuditio apparebit signum iustitiæ. Luc. 21.

Ad Tit. 2

Degenerauerunt Iudeiá fide patrum.

Rupertus

¶*Generatio mala & adultera signum quærit.* Isti profectò (vt Rupertus ait) à fide patrum nimium degenerabãt. Nunquid enim Abraham propter signa & prodigia credidit? Nunquid (inquam) dixit Abraham: quod signũ tu ostendis mihi quia hoc præcipis, vel hoc promittis mihi vt credã tibi? Quod signum aut prodigium acceperat, vt Deo sæpius promittente semen in quo benedicerentur omnes gentes terræ, non infirmaretur fide, nec consideraret corpus suum emortuum, & sterilem vuluam Saræ? Nunquid autem hoc pro signo siue spei suæ solatio acceperat, vt ambo grandeui, ille centenarius, illa nonagenaria, non senescerent aut frigescerent? Deniq; saltem hoc vt Saræ sterili muliebria. i. mẽstrua fieri nõ desinerent? Ergo degeneres vos ò Iudæi (inquit Christus) ergo tanto patre indigni: ergo deteriores omnibus alieniginis, qui nisi signa & prodigia videritis, non creditis: quare merito vos generationem malam & adulteram appello. Nos ergo Iudæos istos non imitemur, sed Christo credamus, nec de nouo ab illo signa aut prodigia petamus: nam beati qui illa non viderunt & crediderunt.

Ro. 4. c. d

Ioan. 20.

¶*Generatio mala & adultera.* Forsitan mirari quis poterit: quare Christus qui exemplum & exemplar nostrum fuerit, qui in cœna discipulis dixerit: Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci ita & vos faciatis: tam acriter accẽsus ira, modò Iudæos istos reprehenderit? Imo ex funiculis alibi flagellum fecerit, & eos è templo eijciendo, latrones vocauerit, dicens: Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum? Rationem huius lege. d. 45. Disciplina enim non est seruanda sine misericordia, nec misericordia sine disciplina. Item, iustè iudicans misericordiam cum iustitia seruat. Et qui remittit, & qui corrigit vterque miseretur.

Infra. 21. g. Luc. 19.

¶*Viri Niniuitæ surgent in iuditio &c.* Exemplo Niniuitarum & Reginæ Sabba, vtitur Christus in hoc loco; quia (vt Leo Papa ait) validiora sunt exempla quam verba. Et Macrobius Satur. libro. 7. plebeia ingenia magis exemplis quàm oratione capiuntur.

Leo Papa

Macrobius.

¶Præterea Not. hic est. Vti hic Christum exemplis gentilium hoc est.

est Niniuitarum, atque Reginæ Sabæ, vt doceat expectare ad concionatorum functionem, Christi Ecclesiæ que doctrinam quantum fieri potest exemplis & disciplinis humanis confirmare. Nam, quod Augustinus docet: vasa argentea & aurea, cæteramq; Aegyptiorum supellectilē, etiam si commodatam acceperimus, iure quasi nostra facere possumus, in q; fidelium vsus vindicare: & alienigenam mulierem (vt Hieronymus admonet) rasis crinibus, reiectisque superfluis, ad Dei populum introducere. Discunt concionatores & doctores Catholici à Dauid, extorquere de manibus hostium gladium, & Goliæ superbissimi caput proprio mucrone truncare. Discunt à Paulo. Vel inscriptionem fortuitam, arte torquere in argumentum fidei & morum. Et quæ in alium vsum scripta sunt, ea ad emolumentū Ecclesiasticæ doctrinæ, & morum compositionis conuertere. Discunt cum Daniele ac Moyse, Chaldæorum Aegyptiorumque sapientiam, si non vt sequantur, at vt iudicent atq; conuincant. Sic Christus Dominus verus doctor, verusq. concionator exemplis externis vtitur, vt Iudæorum perfidiam ostendat atque conuincat. Præterea illis vtitur, vt pigeat ab eis superari.

Concionatoris est exemplis alienis doctrinam fidei confirmare.
Aug. li. 2. doctrinæ Christianæ. ca. 40.
Deut. 21.
D. Hiero in epist. ad magnū oratorē, & ad Damasū de filio prodigo.
1. Reg. 17.
Acto. 17
Quare Christus vsus est exemplis externis.

¶ *Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus*. Ex hoc loco colligere contendunt aliqui: peccata iam nobis remissa per pœnitentiam si recidamus reddere: sed de hoc infra dicemus capi. 18. super illa verba: quousque redderet vniuersum debitum.

An peccata remissa redeant per peccatum. vide S. Tho. 3. p. q. 88.

¶ *Quæ est mater mea & qui sunt fratres mei*. Non negat se habere matrem: sed his verbis docet (inquit D. Augustinus) ministerium nostrum, quo verbum Dei fratribus administramus, cum parentes impediunt non eos debere cognosci. Nihil enim dictum aut factum fuisse à Christo sine magna ratione, ostendimus supra cap. 5. in illa verba ascendit in montem & cum sedisset.

Quando parentes non sunt cognoscendi.
Aug. de fide et symbolo ca. 4.

¶ *Quæ est mater mea &c*. Etenim si propter te (inquit Ambrosi.) Dominus suæ renuntiauit matri, dicens: quæ est mater mea, aut qui fratres mei cur tu Domino tuo cupias anteferri: sed neque ignorare naturam, neque seruire naturæ Dominus iubet: sed ita indulgere naturæ vt venereris auctorem: nec à Deo parentum amore desistas. Vnde D. Gregorius, ait: Quisquis iam æterna concupiscit: in ea quam aggreditur causa Dei extra patrem: extra vxorem: extra filios: extra cognatos: extra semet ipsum fieri debet: vt eo verius cognoscat Deum, qui eius causa neminem recognoscit. Amandi ergo sunt proximi, impendenda charitas omnibus, & propinquis & extraneis: nec tamen pro eadem charitate à Dei amore flectendum, fideles quicquam compatiātur proximis per charitatem, & tamen de via Dei non exorbitent per compassionem.

Amor parentum quando exclusus. Amb. hic.
D. Greg.

¶ *Quæ est mater mea &c*. Super patre suo & matre sua non inquinabitur. inquit Dominus de Sacerdote, Leuiti. 21. Super quæ verba ait. D. Hieronymus: multa nos facere cogit affectus: dum propinquitatem respicimus corporum, & corporis & animæ offendimus creatorem. Qui amat patrem aut matrem super Christum non est eo dignus: Discipulus ad sepulturam patris ire desiderans: saluatoris prohibetur imperio. Quanti monachorum dum patris matrisque mise-

Leui. 21. D. Hiero.
Nota contra monachos qui parentum occasione è monasterio passim egrediuntur.

miserentur. Suas animas perdiderũt? Super patre & matre pollui nobis nõ licet, quanto magis super fatre, sororibus, consobrinis, familia, seruulis? Genus regale & sacerdotale sumus: illũ attẽdamus patrem qui nunquam moritur, aut qui pro nobis moritur: & qui ideo viuẽs mortuus est, vt nos

Figura

mortuos viuificaret. Si quid habemus de Aegypto quod princeps mun

Gene. 39.

di suum posit cognoscere, tenenti

Figura. Mar. 14.

Aegyptiæ cum pallio relinquamus. Sindone opertus adolescens, vinctũ dominum sequebatur: incurrisset laqueos, nisi expeditus & nudus persequentiũ declinasset impetum. Reddamus parentibus quæ parentũ sunt, si tamen viuunt: si seruientes Domino filios suos sibi præferri gloriãtur. Hæc Hieronymus.

D.Hiero. ad Fauiolã.to.3

¶ *Hic meus frater, soror & mater est.* Ecclesia (inquit glosa) soror & frater

Eccle. mater, & frater & soror est Christi & quare.

est Christi credendo, & mater prædicando: Dum per verba prædicationis amor Christi quasi ipse Christus in corde auditoris generatur. Vnde hoc verbum pertractans Diuus Augustinus psalmo. 127. ait: quo modo mater eius est Ecclesia, nisi quia ipse Christus est in christianis, quos per baptismum continuo parit Ecclesia.

¶ *Cap. XII. Finis.*

¶ *Parabola diuersi generis.*

Capi. XIII.

IN illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare. Et

Mar. 4. d. Luc. 8. a.

congregatæ sunt ad eũ turbæ multæ. Ita vt in nauiculam ascendens sederet: & omnis turba stabat in littore, & loquutus est eis multa in parabolis, dicens: Ecce exijt qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat, quædam ceciderunt secus viam, & venerunt volucres cæli, & comederũt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa, vbi nõ habebant terram multam & continuo exorta sunt, quia non habebant altitudinem terræ, sole autem orto æstuauerũt: & quia nõ habebãt radicẽ, aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas: & creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam: & dabant fructum, aliud centesimum aliud sexagesimũ, aliud tricesimum. Qui habet aures audiendi audiat. Et accedentes discipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris? Qui respondẽs, ait illis: Quia vobis datum est nosse mysterium regni cælorum: illis autem non est datum. Qui enim habet dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis:

quia

quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neq; intelligitũt, vt adimpleatur in eis
Esai.6.c. prophetia Esaiæ, dicentis: Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non vi
Mar.4.b debitis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos
Luc.8.b. clauserunt, ne quando videãt oculis, & auribus audiant, &
Ioan 12 f
Act 28.f corde intelligant, & conuertã-
Ro.11.b. tur: & sanem eis. Vestri autem beati oculi quia vident, & au-
Luc.10.d res vestræ quia audiunt. Amẽ quippe dico vobis: quia multi Prophetæ & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt, et audire quæ auditis, &
Ma.4.b. nõ audierũt. Vos ergo audite pa
Luc.8.b. rabolã seminãtis. Omnis qui audit verbum regni & non intelligit, venit malus, & rapit quod seminatum est in corde eius: hic est qui secus viam semintus est: qui autem super petrosa seminatus est, hic est qui verbum audit, & continuo cum gaudio accipit illud, non habet autem in se radicem, sed est temporalis, facta autem tribulatione & persequutione propter verbum, continuo scandalizatur. Qui autem seminatus est in spinis: hic est qui verbum audit, & solicitudo sæculi istius, & fallacia diuitiarum suffocat verbum, & sine fructu efficitur. Qui vero in terram bonam seminatus est: hic est qui audit verbum, & intelligit, & fructum facit, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimũ, aliud vero tricesimum. Aliam parabolam proposuit illis, dicens: Simile factum est regnum cælorũ homini qui seminauit bonum semen in agro suo, Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius & superseminauit zizania in medio tritici, & abijt. Cum autem creuisset herba & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patris familias, dixerunt ei: Domine non ne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis: inimicus homo hoc fecit. Serui aũt dixerunt ei: Vis imus, & colligimus ea? & ait: Non, ne forte colligẽtes zizania eradicetis simul & cũ eis triticũ: Sinite vtraq; crescere vsque ad me-

messem, & in tempore messis dicam messoribus: Colligite primũ Zizania, & alligate eam in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum. Aliam parabolam
Mar.4.d. Lu.13.d. proposuit eis, dicens: Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminat in agro suo: quod minimum quidem est omnibus seminibus: cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita ut volucres cæli veniant & habi-
Luc.13.c. Mar.4.d. tent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis: Simile est regnum cælorum fermẽto, quod acceptum mulier abscõdit in farinæ satis tribus: donec fermentatum est totum. Hæc omnia loquutus est Iesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis. Ut impleretur quod dictum est per prophetam di-
Ps.77.a. centem: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscõdita à constitutione mũdi. Tunc dimissis turbis venit domũ, & accesserũt ad eũ discipuli eius, dicẽtes. Edisſere nobis parabolã Zizaniorum agri. Qui respõdens ait illis: Qui seminat bonũ semẽ est filius hominis, ager aũt est mundus: Bonũ vero semẽ: hi sunt filij regni. Zizania autẽ, filij sunt nequã, inimicus autẽ qui seminauit ea, est diabolus. Messis verò consummatio sæculi, Messores aũt ange- Apo.14.c.d.
li sunt. Sicut ergo colligũtur Zizania & igni cõburũtur: sic erit in cõsummatione sæculi: mittet filius hominis angelos suos, & colligẽt de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatẽ: & mittent eos in caminũ ignis. Ibi erit fletus & stridor dẽtium.
Tunc iusti fulgebũt sicut sol in Sap.3.b. Dã.12.c.
regno patris eorũ. Qui habet aures audiẽdi audiat. Simile est regnũ cælorũ thesauro abscondito in agro, quẽ qui inuenit homo abscõdit, & præ gaudio illius, vadit & vẽdit vniuersa quæ habet & emit agrũ illũ. Iterũ simile est regnũ cælorũ homini negotiatori, quærẽti bonas margaritas: Inuẽta aũt vna preciosa margarita, abijt & vẽdit omnia quæ habet & emit eã. Iterũ simile est regnũ cælorũ sagenæ missæ in mare, & ex omni genere pisciũ cõgregati: quã cum impleta esset, educentes & secus litus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem fo-

de patre familias conducente operarios in vineam: & in parabolis de oue & dragma, & filio perdito, videre licet. Nam intentio Christi & scopus in prima similitudine, fuit: ostendere Dei nimiam erga peccatores serò ad pœnitentiam venientes, largitatem: quibus mercedem æqualem daturus est ille, quam mane venientibus est collaturus, sine istorum iniuria: nam vbi vni fit gratia, non fit alteri iniuria. Non ergo oportet ex hac parabola colligere: quod sicut in hac vita murmurabant contra patrem familias primi mercenarij: ita in die iuditij, iusti, qui à prima ætate vsque ad senectam laborarunt, murmurabunt aduersus Deum, cum contrarium potius inducat saluator huius parabolæ autor: volēs quod sicut in hoc mūdo pater familias iuste arguit carnales homines primos habētes oculos nequā, & docet neq; eos habere causam murmurandi: ita in die iuditij Deus, reddēs æqualia primis & nouissimis præmia, illustraturus est primorum mentes, vt planè videant se non habere iustam murmurandi rationem.

¶ Deinde & hoc sciendum, quod in parabolis sunt posita quædam, vt annotauit Augustinus, non vt signi- D. Augu. cent aliquid, sed vt series corporalium rerum constet: siue vt expleatur narrationis ordo: quod in parabola de decem virginibus videbitur.

Duo genera parabolarum. ¶ Duo autem sunt parabolarum genera: Alterum est, argumento sumpto per locum à similibus: huius generis sunt septem parabolæ in hoc capite positæ: vt Simile est regnum cœlorum exeunti ad seminandum semen suum. alterum est, Argumēto sumpto per locum à dissimilibus: hoc est, per locum à minus in esse ad magis in esse, affirmando: aut à magis inesse ad minus inesse negando. Secundum has regulas: si hoc, quanto magis & hoc: aut si non illud quanto minus istud: vt in parabola de iniquo iudice & de petente tres panes constat. Sic enim colligit Christus: si apud iniquum iudicem valuit viduæ perseuerantia, quanto certiores esse debemus, apud Deum fontem misericordiæ valere. Item, si amicus surgit de cubili, & dat, non propter amicitiam, sed molestia compulsus: quanto magis petentibus dabit bona Deus, qui diligens nos filios suos vt petamus hortatur. Talibus principijs innituntur ea quæ ait Dominus Luc. 16. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis: & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mā mona fideles nō fuistis, quod verum est: quis credet vobis? Si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis?

Luc. 18. Luc. 11. Luc. 16.

¶ *Exijt qui seminat &c.* Ex interpretatione Christi patet: hanc primam comparationem in hoc consistere: quemadmodum semen facit fructum, non in quauis terra seminatum, sed in terra bona: ita semen Euāgelicum seminatum, facit fructum in hominibus qui audiunt, intelligunt, & custodiunt illud: sed non in quibuslibet fructum facit. Et id quidem accidit, non ex seminantis culpa sed ex audientium vitio: vt pote propter crassitudinem cordis, & grauitatem aurium. Et ne arbitremur hæc vitia naturæ esse, non voluntatis: subiungit culpam arbitrij, & dicit: & occulos suos clause-runt.

In quo cō sistat hæc parabola.

¶ Vnde ex sermone Christi hác parabolá interpretantis, & dicentis: omnis qui audit verbum regni & nō intelligit, venit malus & rapit quod seminatum est in corde eius: hic est qui secus viam seminatus est: discimus: seminatum, hic bifariam dici: & hominem videlicet esse seminatū, eò quod semen susceperit: & verbum regni seminatū esse in homine; quemadmodum dicimus & agrum seminatum esse, & semen seminatum esse in agro. Sed de hoc infra dicemus.

¶ *Sole autem orto æstuauerunt.* Vel æstu perierunt.

¶ *Et creuerunt spinæ.* Vel ascenderunt, aut insurrexerunt.

Regula. ¶ *Et dabant fructum: alium centesimū, aliū sexagesimū, aliū trigesimū.* Mos Scripturæ sacræ est, multa secundum certam quantitatem numerorum exprimere: quæ generaliter & indeterminate sunt accipienda. Sic Psalmo. 104. Memor fuit in seculum testamenti sui, quod mandauit in mille generationes. Item Dan. 7. Milia milium ministrabant ei, & decies cētena milia assistebant ei. Numerus certus pro incerto intelligendus est. Sic Apocalyp. 20. Totum tempus à primo aduentu Christi, vsque ad secundum aduentum mille annorum numero appellatur. Item Christus, cum in parabolis vtitur numeris certis & distinctis: vt pote de fructu isto 100. & 60. & 30. & de talentis decem, quinque, & vno: Distinctionem illorum assumit docendi & exempli gratia, ad insinuandam distinctionem graduum, siue in gratijs & meritis, siue in præmijs. Et idcirco quando ipse non est interpretatus non oportet nimium solicite inquirere: quid in centum, quid in sexaginta, & triginta fructu significetur. Sufficiat intelligere; maiori numero plura operandi dona accipere, aut plura merita, aut plura præmia.

Psal. 104. Dan. 7. Numerus determinatus pro indeterminato. Apo. 20.

¶ Quare ex hoc loco manifestè colligitur: inæqualitas gratiæ & meritorum iustorum, in hac vita: quod non solum hoc testimonio, sed multis alijs ostendi potest. Primo, Christus admiratus est fidem Centurionis: & aperte testatus est: non se inuenisse tantam fidem in Israel. Admiratus est fidem Channanææ, & Magdalænæ; de qua ait: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et statim addit: Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Secundo ex Scriptura sacra constat: quosdam alijs fuisse sanctiores. Christus enim de Ioanne asserit neminem illo fuisse maiorem: & de Iob: nunquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit similis ei in terra?

Inæqualitas grãæ & meritorū colligitur ex hac parabola & ex alijs locis sacræ scripturæ sup. c. 8. b Inf. 15. c. Luc. 7. Sop. 11. Iob. 1. ca.

¶ *Qui habet aures audiendi, audiat.* Vel, qui habet aures vt audire possit, audiat, q. d. Audiat is, cui à Deo donatum est, vt audita intelligat. Lege Deuterono. 29: Vos (inquit Moyses, ad omnem Israel) vidistis quæ fecit Dominus coram vobis in terra Aegypti &c. Tentationes magnas quas viderunt oculi tui: signa, portentaque ingentia; & non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes & aures quæ possint audire vsque in præsentem diem.

Habere aures ad audiēdū verbū donū Dei est. Deut. 29

¶ Vnde, aures audiendi habere, est intelligendi donum habere: audire enim est intelligere. Genesis. 11. Confundamus linguam eorum, vt non audiat vnusquisque vocē proximi sui idest, non intelligat vnusquisque &c. Est ergo in homine homo interior, qui suos sensus habet sicut

Aures audiēdi habere. Gen. 11.

sicut exterior. Hic ergo de auribus interioris loquitur Christus, quas multi non habent.

Potestas interpretandi sacram scripturã secundum aliquos est potestas pertinens ad claues.

Hiero. super Esai.

¶ *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei.* Quidam ex hoc loco colligunt, quod potestas interpretandi, & intelligendi sacram Scripturam, sit potestas ad claues pertinens. Vnde Hieronymus lib. 6. super Esaiam capit. 14. Exponens illud: Quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo, ait: Soluunt eos Apostoli, sermone Dei, & testimonijs scripturarum, & exhortatione virtutum. Ob idque & prædicare, quodammodo ad claues pertinet. Atqui hac ratione aiunt prædicti: Triplex esse munus clauium: iuxta triplicem interpretationem regni cœlorum: appellatione nanque regni cœlorum (vt supra diximus, nonnunquam intelligitur scriptura sacra: quandoque Ecclesia militans: Sed potissimum accipitur, pro æterna felicitate: Beati (inquit) pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Igitur per interpretationem scripturæ, aperitur regnũ cœlorũ primo modo, & per excõmunicationem excluditur homo, secũdo modo à regno cœlorũ, hoc est ab ecclesia, & per absolutionem à peccatis introducitur in regnum cœlorum tertio modo.

Triplex munus clauium.

Sup. c. 5.

Ezec. 2.

Figura.

Nota.

Ps. 118.

¶ *Quia vobis datum est, nosse mysterium regni Dei.* Ezech. capit. 2. dicitur: Ecce manus missa ad me in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me &c. Manus est filius Dei. Psalmo. 118. fiat manus tua vt saluet me. Liber inuolutus est parabola, sub qua est diuinum mysterium. Tunc Christus expandit illum quãdo ait: vobis datum est nosse mysteriũ regni Dei, audite ergo parabolam seminantis. Vnde D. Gregorius enarrans hæc verba Ezech. Homel. 9. hoc pacto scribit: sicut per prophetam prædicatorum ordo, sic per librum quem accipit Scripturæ sacræ paginæ designantur: liber autem inuolutus, est Scripturæ sacræ eloquium obscurum, quod profunditate sententiarum inuoluitur, vt non facile sensu omnium penetretur: sed coram Propheta liber expanditur, quia coram prædicatoribus sacri eloquij obscuritas aperitur. Inuolutum librum manus Dei porrexerat, cum saluator dicebat: Simile factum est regnum cœlorum homini qui seminauit bonum semen in agro &c. Sed librum quem inuolutum ostenderat expandit, cum hoc quod per enigmata loquebatur exposuit, dicens: Qui seminat bonum semen est filius hominis &c. Hunc inuolutum librum veritas expandit quando aperuit discipulis sensum, vt intelligent scripturas. Hæc Grego.

Greg. ho. 9. super Ezechie.

¶ *Vobis datum est &c.* Vobis in quã quia humiles quia pauperes, quia fideles &c.

¶ *Vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum.* Hæc vox regnum cœlorum, noua est à Baptista primum nuntiata, sonans, magnum aliquid, regnum aliquod fixum, stabile & incorruptibile, Sic appellatum ad differentiam regni terrarum, quod est inane. Hoc cœleste regnum constat ex rege cœlesti, populo, dominatu, regione, legibus & doctrina cœlesti; vnde in scriptura pro singulis his partibus accipi solet. Nunc accipitur, pro Rege qui caput est huius regni: solent enim capita ciuitatis appellari ciuitas, vt. Simile est Regnum cœlorum homini Regi, qui

Regnum cœlorum multipliciter accipi tur in scriptura sacra

Regnum cœlorũ pro rege.

Infra. 22.

In hoc ex. Regnum cœlorum pro Ecclesia ista. Supra. 6. Regnum cœlorū pro cœtu beatorum. Regnum cœlorū pro lege & doctrina euāgelica. 1.Co.4.d. Et c. 2. a. Sup.c. 11 b. Regnum cœlorū pro diuitiis spiritualibus huius regni.

gi, qui fecit nuptias. Nunc pro populo Christiano in hac vita degēti. simile est regnum cœlorum sagenæ. &c. Nunc accipitur pro cœtu illo beatorum secundum illud: Adueniat regnum tuum. Nunc pro legibus, sic doctrina Euangelica: auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Sic Paulus: nō in sublimitate sermonis, sed in virtute est regnum Dei, & dominus: à diebus Ioannis Baptistæ regnum cœlorum vim patitur. Et in hoc loco, vt statim dicemus. Nūc pro diuitijs spiritualibus huius regni, secundum illud Pauli: Regnum Dei non est esca, sed gratia & pax &c.

¶ *Vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum.* Heb. pro regni cœlestis. Hoc est doctrinæ pertinentis ad regnum Dei, cui præficitur rex cœlestis Marcus & Lucas vocant Regnum Dei.

Nota hāc phrasin explicatā à 70. & à D. Paulo Io 13.ca.

¶ *Auditu audietis & non intelligetis.* 70. sic hunc locum transtulerunt. Heb. sic habet: audite audientes & nolite intelligere; & videte visionem, & nolite cognoscere. Phrasis est Hebræa, sicut & illa: quod facis fac citius. Habet quidem speciem imperantis, sed est prædicentis quod futurum est. Vnde, vt supra diximus. 70. transtulerunt: & non intelligetis &c. Quorum trāslationem sequitur Paulus Acto. vltimo, dicens: Benè Spiritus sanctus locutus est per Esaiam prophetam ad patres nostros, dicens: Vade ad populum istum, & dic: aure audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non perspicietis: incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt: oculos suos compresserunt. Hæc in actibus. Vbi vides imperatiua pro

Paul. act. vltimo.

futuro indicatiui à Diuo Paulo exponi. Sensus est: Dic populo huic duro: se ipsos non esse Mesiam recepturos: Audient enim eius doctrinam, eiusque opera videbūnt, & non intelligent ob eorum malitiam & cæcitatem. Hanc etiam translationem sequutus est Matthæus in hoc loco. De hoc autem testimonio Esaiæ, atque de cæcitate Iudæorum tempore Mesiæ. Vide quæ diximus nota. 17. veri Mesiæ.

¶ *Hic est qui secus viam seminatus est qui autem super petrosa seminatus est, hic est &c.* Vel hoc (sub: semen) quod iuxta viam seminatum est. Quod autem in petrosa seminatum est: hoc significat eum qui verbum Dei audit. Nota: quod seminatur semen, & seminatur terra, sicut aspergitur humor, & aspergitur humore vestis. Sic igitur, hic dicitur: hominem seminari, vt terram satam dicimus, & agrum consitum. Quanquam vt effugiamus hanc sermonis duritiem, dicimus: quod autem seminatum est &c. Nota.

¶ *Qui autem seminatus est in Spinis, hic &c.* Vel, quod autem seminatum est inter spinas: hoc significat eum qui &c.

¶ *Qui verò in terram bonam seminatus est.* Vel quod verò seminatum est in terram bonam, hoc significat eum qui &c.

¶ *Simile est regnum cœlorum homini qui seminauit bonum semen.* 1. Similis est Rex cœlestis Mesias ei qui seminauit &c.

¶ *Venit inimicus & superseminauit zizania.* Si in Dei Ecclesia sunt tot homines impij & scelerati quos numerare nemo poterit, quare Ecclesia appellatur immaculata pulchra, amica electa? Dubium.

Ad hoc sancti Doctores respondent. Merito sic vocari ratione electorũ, qui sunt præcipua eius pars: Iusti enim principes sunt: peccatores verò sunt veluti quædam vana colluuies. Sed de hoc iam satis ca. 6. ibi: Dimitte nobis debita nostra.

¶ *Venit inimicus & superseminauit zizania.* In hoc loco quæri ab aliquo potest: An omnia hominum peccata ex diaboli suggestione proueniant. Ad quod Origenes ait: Non esse diabolũ directam causam omnium peccatorũ: ita quod singula peccata persuadeat: nam & si diabolus non esset, adhuc homines pronì essent & procliues ad malum, appetitumq; ciborum & carnalium voluptatum haberent: hic autem nisi rationi obediret in ordinatus esse posset. De qua re disputat D. Tho. 1 2. q. 80. arti. 4.

Origenes diabolus nõ esse causa omniũ peccatorũ

D. Tho.

¶ *Inimicus homo hoc fecit.* Quare appellatur diabolus homo? Quia diabolus caput est, & iniqui membra eius: ideo membra aliquando appellãtur denominatione capitis: vnus vestrũ diabolus est: & caput nomine membrorum, vt in hoc loco: inimicus homo &c. Sicut membra Christi appellantur Christus: & Christus membrorum nomine dicitur. Saule Saule (inquit) cur me persequeris? Vide Augusti & Grego. quos refert Turre Cremata, lib. 1. de Ecclesia. c. 7.

Diabolus appellatur homo & quare.

Ioh. 6.

Acto. 9.

¶ *Vis, imus & colligimus ea? Non, ne forte &c.* Vel ex hoc loco contẽdunt hæretici huius tẽporis hæreticos nõ esse puniẽdos, nec occidendos, propter crimen hæreseos. Sed illos eradicare per mortem, non est contra mandatum Domini: quod est in eo casu intelligẽdum: quando non possunt extirpari zizania, sine extirpatione tritici. Vnde addidit Dominus: ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum: quum metus igitur iste non subest. i. quando ita crimen cuiuscunque notum est, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorsus, vel non tales habeãt defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat seueritas disciplinæ. Hæc Augustinus contra epistolam Parmeniani.

Soluitur argum. hæreticorũ.

D. Aug.

¶ *Simile est regnum cœlorum grano sinapis.* Hic regnum cœlorum, Potest accipi pro doctrina Euãgelij, quæ parua & minima videbatur omnibus disciplinis in principio, creuit autẽ in arborem, dilatata per mundum vniuersum.

Hic regnũ cœlorũ potest accipi & pro doctrina & pro Christo & pro Ecclesia.

¶ Potest etiam accipi, Regnum cœlorum, in hoc loco pro Christo rege cœlesti, qui se ipsum comparat grano sinapis, cuius virtus præclaris accensa sepulta in terris, resurgendo creuit in vniuersum mundum. Sic & apud Dan. lapis initio humilis & paruus, præcissus de monte sine manibus. i. sine virili opere conceptus: creuit & factus est magnus, & impleuit vniuersam faciem terræ. ¶ Denique regnum cœlorum, Hic accipitur pro Ecclesia: quæ in principio modica & cõtẽptibilis in mundo, creuit in arborem magnam: extendens propagines seu palmites suos, in omnes gẽtes, ita vt volucres cœli, idest, sancti per vniuersum orbẽ pennis virtutũ volãtes in cœlũ habitẽt in ea, adherentes apostolis, seu professioni fidei illorum.

Dan. 2.

¶ *Simile est regnũ cœlorũ fermento.* In hoc loco regnũ cœlorũ, tam pro rege, quã pro ecclesia & doctrina, accipi potest. Quẽadmodũ igitur fermẽtũ trãsmutat in sui virtutem tria farinæ sata. i. magnam farinæ conspersionẽ: sic hoc regnum cœlorum, siue intelliga

Hic etiã regnũ cœlorũ trifariã accipi potest

ligatur secundum eum qui regit. i. Christum: siue secundum Ecclesiam apostolicam quæ regitur: siue secundum Euangelij doctrinam qua regitur: Transformauit in sui virtutem totum mundum. i. homines ex omnibus mundi locis: quum iam olim Christi professio, & apostolicorum Ecclesia, & Euangelij fides, creuerit per vniuersam terram.

¶ Quod autem per fermentum liceat intelligere doctrinam: vel ex illo constat: quod Dominus ait: cauete à fermento pharisæorum. i. à doctrina pharisæorum.

Supr. 8. b.

¶ *Satis tribus &c.* Satum, genus mensuræ est, tantum capiens quantum centum quadraginta & quatuor oua galinacea.

Satum genus mēsuræ.

¶ *Hæc omnia loquutus est Iesus in parabolis.* Hæc omnia quæ scilicet præmissa modo sunt.

¶ *Et sine parabolis non loquebatur eis.* Scilicet tunc non loquebatur turbis illis sine parabolis. non enim est absolutè intelligendum.

Nota.

¶ *Eructabo abscondita.* Vel potius proferam abscōdita. De hac prophetia Dauidis, vide quæ annotauimus in vndecima nota veri Messiæ, in principio huius lib. posita.

¶ *Zizania autem filij sunt nequam.* Nequam, autem genetiuus est.

¶ *Simile est Regnum cælorum thesauro abscondito.* Hic etiam per regnum cælorum, & rex, & Ecclesia & doctrina intelligi possunt. Quemadmodū ergo est thesaurus absconditus, quē si quis fortè inuenerit occultum seruat, diligenter custodiens ne perdat: & gaudens vendit vniuersa quæ habet, conflactoque omnium possessionum prætio, abit ad illius fundi dominum emens agrum illum in quo iam nouit latere thesaurum: sic in agro absconditum dicitur regnū cælorū. siue ipsum intelligatur, rex Christus velatus fragili carne: siue sotietas ipsa sanctorum. i. Ecclesia, secundum interiorem vitam absconditam in Christo Iesu, siue cælestium Sacramentorum sapientia, sub vmbris atque velamine legis & prophetarum latens. Hunc agrum si quispiam inuenerit, hoc est: rectè intellexerit, incipiens credere illic veram sapientiā quę ducit ad vitam perpetuam, gratulanter & veraciter dicet: Bonum mihi lex oris tui super milia auri & argenti. vēditisque vniuersis quæ habet, hoc est: Renuntians omnibus quæ possidet, emit agrum illum. i. vel Christum, vel Ecclesiam eius, vel scripturam legis & prophetarum, vt exoneratis secularibus negotijs intēdere possit verbo Dei: certò sciens animum non posse, terrenis simul & cælestibus diuitijs occupari.

Hic quoq; pr gnū cęlorū rex & ecclesia. & doctrina intelligi potest.

Ps. 118.

¶ *Simile est regnum cælorum sagenæ Missæ in mare &c.* Hic aspicis clarissime Ecclesiam non esse tantum societatem sanctorum, vt hæretici huius temporis affirmant: Sed esse cætum fidelium: siue boni illi sint, siue mali. Vide supra capi. 6. ibi: Dimitte nobis debita nostra.

Ecclesia nō est tantū societas sanctorū sed est cætus fideliū

Capitul. XIII.

¶ Ad mores.

¶ *Exijt qui seminat seminare semen suū* Et Luc. 8. *Semen est verbū Dei.* Multis sanè modis in scriptura sacra explicat dominus vim & naturam verbi Dei.

Additio

Nunq

Verbum Dei variè vocatur in sacra scriptura. Ezec. 33. Nunc buccinam, nunc gladium, nũc semen illud vocãdo. Buccinam illud appellat apud Ezechielem capit. 33. dicens: Si speculator viderit gladiũ venientem & non cecinerit buccina veneritq; gladius, & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requirã. Et apud Esai. c. 58. Esaiam ait: quasi tuba exalta vocem tuam. Et apud Oseam: clangite buc- Oseæ. 5. Osea. 8. cina in Gabaa. Et rursum in gutture Iosue. 6. tuo sit tuba. In lib. Iosue scriptum legimus tulisse Sacerdotes buccinas & clangisse, & ad earum sonitum corruisse muros Hierico. Figura. Ciuitas hæc Hierico, quæ vt ibi ait diuina scriptura, ob timorem filiorũ Israel clausa erat, & munita, mysticè ciuitas est diaboli ciuitati Dei viuentis semper aduersatrix. Huius ciuitatis muri, & turres, & propugnacula sunt superbia, auaritia, ira, & cætera flagitia læthalia, quæ ad Euangelij prædicationem euertuntur. Sed non caret mysterio id, quod non solum in lib. Iosue, sed etiam apud D. Paulum in E- Heb. 11. pistola ad Hebræos memoriæ proditum est, muros Hierico circuitu. 7. dierum corruisse. Septem diebus totum tempus, quod spatio voluũtur septem dierũ, intelligitur: nam vsque ad finem mundi Christi Euangeliũ prædicabitur, & mundi corruet elatio, eiusque delebitur infidelitas. Primasius Primasius Episcopus Vticensis B. Augustini quondam discipulus locum illum D. Pauli explanans per tubas concionatores intelligit, per Iosue, qui arcam circũducit Christum, qui Ecclesiam suam per hunc mundum gubernat: Arca enim illa Ecclesiæ imaginem gerebat.

¶ Appellatur etiam verbum Dei in sacra pagina gladius. Vnde D. Paulus in Epistola ad Hebræos. Viuus est Heb. 4. est, inquit, sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipite. Dei verbum gladio vtrinq; scindenti comparatur. Esaias inducit Chri- Esai. 49. stum ita loquẽtem: posuit os meum quasi gladium acutum. Hic est gladius, de quo ait Apostolus in Epistola ad Ephe. Et gladius ipsius, quod est verbum Dei. Si ergo magnificamus, Ephe. 6. & veneramur sanctorum vestes, quoniam eorum corpora tetigerunt, & merito quidem, quanto magis venerari debemus verba illa: quæ ex ore Christi prodierunt, quæ ex eius corde exierunt, quibus ipsi sancti sanctitatem cõpararunt? O verba Christi diuina, ó reliquias sanctas, tam pretiosas, & tam parui æstimatas. Concione vna D. Petri tria milia homi- Actor. 2. num in Christo crediderunt, vide admirabilem Dei verbi vim & virtutem. Eam ob causam conuocantes apostoli discipulorum multitudinẽ, vt narrat in Actis D. Lucas, has voces emiserunt: non est æquum, nos re- Acto 6. linquere verbum Dei, & ministrare mensis. Et si mensæ illæ erant pauperum & viduarum, tamen opus prædicationis verbi Dei illis prætulerunt.

¶ Verbum autem Dei, in hac imagine & similitudine proposita, semini comparatur: qua docet nos Dominus Iesus, quo studio sit accipiendum verbum Dei, ac sermo doctrinæ cælestis, si cupimus ex eo fructum exoriri.

¶ *Exijt qui seminat seminare semen suum.* Non (inquit) semẽ nostrum, aut Verbum Dei & nõ verbũ nostrũ seminare debimus. alienum. Sed quid ait? Semen suum. i. verbum suũ, quod vtile, quod proficuum maxime est. Verbum nostrũ:

aut malum, aut ociosum, aut alijs nociuum fere semper est: at verbũ Dei, maximum commodum natura sua nobis omnibus affert: ea enim Dominus vtitur liberalitate, quæ semper prodesse possit amicis: nocere autem nemini. Hinc est, quod Christus noluit ante passionẽ signa facere in cœlo, sed in terra, verbũ Dei seminando, multaque circa infirmos operando: quia hæc vtilia, illa vero inutilia esse intelligebat. Discamus igitur semen Dei, hoc est verbum Dei, quod maximum fructum solet afferre, in corda hominum seminare: non inutilia & nociua.

Quare Christus noluit signa facere in cœlo.

¶ *Aliud cecidit secus viam.* In malis & ingratis hominibus etiam Deus seminat verbum suum: vt discamus nos, etiam ingratis beneficia conferre. Vnde Seneca: Si Deum imitaris, da etiam ingratis: nã & sceleratis sol oritur. Idem: ego beneficio meo eum darem, vius tum: nec ideo pigrius dabo, sed diligentius: quod in hoc perdidi ab alijs recipiam, & huic ipsi beneficium dabo. Beneficio igitur tanquam bonus agricola, cura cultuque sterilitatem soli vincens. Non est magni animi beneficium dare, & perdere: sed est magni animi, perdere & dare. Idem quinto lib. de beneficijs: propositum est optimi viri, & ingentis animi, tandiu ferre ingratum, donec fecerit gratum. Hæc igitur ita faciẽtes Christum imitabimur, qui semẽ suum, hoc est, verbum suum omnibus proponit.

Seneca. Cauendũ de ingrato quærelã facere.

¶ *Aliud cecidit secus viam.* Alius Euangelista addit, *& conculcatum est.* Hinc colliges: nullam esse doctrinã, quamcunque verissimã & absolutissima sit, quam homines prauis moribus deprauati non conculcent, non irrideant, atque in prauum sensũm non torqueant. Sed non ideo à prædicatione cessandum nobis est, cum semen, hoc est verbum dei, semper fructum maximum afferat. Vnde Dominus per Esaiam cap. 55. ait: Et quo modo descendit imber & nix de cælo & illuc vltra non reuertitur: sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: sic erit verbum meum quod eggredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuũ, sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud.

Nulla est doctrina quã tã verã ã absoluta quin calumniæ & irrisioni non pateat.

Esai 55.

¶ *Aliud cecidit secus viam.* Semẽ quod secus viã, Et inter petras, vel spinas cecidit, non fructificat: quia mala societas fructum salutis nobis adimit.

¶ *Et dum seminat quædam ceciderunt secus viam.* Tria enarrantur à Christo hominum genera, in quibus semen Euangelici sermonis, aut nullũ edit fructum, aut non perficit quod exortum est. Ac primum quidem est omnium sterilissimum. Hi sunt qui leuiter & oscitanter audiunt verba doctrinæ cœlestis, neque dimittunt in animum suum, nec cogitatione infigunt, vt illic radices agat: Sed animũ habentes nullo studio, cura ue septũ ac munitum, nullis decretis armatũ aduersus insultus inanium cogitationum, ad quamlibet occasionem finunt proteri, conculcarique quod seminatum est. Id sentiens ille malus, qui insidiatur, & inuidet exordijs melioribus, protinus immittit in animum curas aliquas volatiles, quæ perdant semẽ prius quàm herbescat, aut radices agat, vt nihilo meliores sint, quàm si non audissent. hos designat (ait inferius dominus,) imago seminis quod cecidit iuxta publicam viã,

Additio. Tria hominũ genera in quibus verbum Dei parũ prodest aut nihil.

qua comeant & homines, & bestiæ, hoc est, curæ quælibet, affectus cognatorum, & affinium, cura publici magistratus, amores, odia, suspitiones, aliaque id genus. Hæc sermonem Euangelicum pene prius expellunt ex animo, quàm receptus sit. Hi sunt etiam qui audiunt sermonem Euangelicũ non vtilitatis aut fructus aut emolumẽti alicuius sed voluptatis ac delectationis causa. Quẽadmodũ nõnulli oblectãtur musica, musicos aliquorũ fortitudinem, Et res gestas, ac facta præclara canentes libenter audiunt, sed virtutes, quas illi laudibus efferũt & cantu celebrant imitari non curãt. de huiusmodi ait Ezechieli prophetæ dominus. Et tu fili hominis, filii populi tui, qui loquuntur de te iuxta muros & in ostijs domorum, & dicunt vnus ad alterum; venite & audiamus quis sit sermo egrediens à domino. Et veniunt ad te, & audiunt sermones tuos & non faciunt eos, & es eis quasi carmen musicum, quod suaui, dulcique sono canitur, & audient verba tua, & non facient ea. Huiusmodi etiam sunt, qui nunc concionatores audiunt, vt eorum mulceantur artificio, eloquentia, & doctrina non autem vt iuxta eam, rationem dirigant viuendi, aut fructum aliquem afferant. Vt apes multa percurrentes, solum floribus delectantur, & illos decerpunt, alia relinquunt. Sic hi auditores totam concionem audientes nihil volunt nisi flores, & pulchrè dicta hæc tantum curant, solidam autẽ doctrinam contemnunt, & iuxta eã viuere penitus spernunt, adulationes quærunt & fabulas, vtilem veritatem statim è mente volucres cœli, hoc est, mundanæ, quas retulimus, curæ rapiunt. Id prævidens D. Paulus in Epistola. 2. ad Timo. aiebat: erit tẽpus cum sanam doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, ad fabulas autẽ conuertentur. In actis Apostolorũ scriptũ legimus. Athenieses ad nihil aliud vacasse, quã vt aliquid noui dicerent aut audirẽt. Sed non propterea concionatores relicturi sunt munus concionandi, nã & si nonnulli sunt auditores curiosi, vani & impij: sunt tamen multi graues, docti, & pij, qui animi vtilitatem quærunt. Et quamuis omnes abirẽt præter vnum, ei tamen esset veritas nuntiãda. Notum est illud Anthimachi clari poetæ dictum, qui vt refert Cicero de claris oratoribus, cum conuocatis auditoribus legeret eis volumen suum, eumq, loquentem omnes præter Platonem reliquissent: legã, inquit, nihilominus. Plato enim mihi vnus instar est omnium.

Simile. | Ezec. 33. | Simile. | 1. Tim. 4 | Acto. 17.

¶ *Aliud cecedit secus viam &c.* In eo quod Christus ait: quod semen cecidit in terram, non solum bonam, sed malam, docere voluit: quod doctor scripturæ sacræ, atq; verbi Dei cõcionator, non timidus aut remissus esse debet. Vnde D. Augustinus in lib. de disciplina Christi, sic ait: Qui timuerit ne semen cadat in terram malam, non perueniet ad bonam. Iactamus semina: spargimus semina: sunt qui contendunt: sunt qui reprehendunt sunt qui irrident. Ista si nos timuerimus nihil habemus seminare, & in messe habemus esurire. 2. Thi. 4. Prædica verbũ, insta oportunè, importunè. Mat. 7. Circuibat Iesus castella in circuitu docens. Et ca. 9. Circuibat Iesus omnes ciuitates & castella, docens in Synagogis eorum. Luc. 11. & erat quotidie docens in templo.

Doctor aut cõcionator non timidus aut remissus esse debet. | D. Augus. in li. de disciplina Christi. | 1. Tit. 4. | Matth. 7. c. & ca. 9. | Luc. 11.

¶ Volu-

Text. ¶ *Volucres cœli comederunt illud.* Quod explicans, Dominus, ait: *Omnis qui audit verbum regni & non intelligit: venit malus, & rapit quod seminatum est in corde eius.* Talis similis est Nabuchodonosori qui somnium vidit, & conterritus est, & somnium fugit ab eo. Ab hominibus enim sceleratis, quales fuerunt: Nabuchodonosor & Pharao: Dei verbũ atq; diuina mysteria obliuioni statim tradũtur: animalis.n. homo non percipit ea quæ Dei sunt. Neque hoc mirum nobis esse debet scientibus iustitiæ ordinem (inquit Rupertus) quia sicut revera, nulla participatio luci ad tenebras, nulla est cõuentio Christi ad Belial, sic nulla est pars animæ iniquæ cum verbo Dei: nulla cõmunicatio stulto & iniquo cũ consilio Dei. Est aũt & erat in illo tali somnio Nabuchodonosoris verbum verum, & cõsilium Dei profundum: quomodo ergo anima stulti & impij, anima discissa, & nulla saltim diuini nominis religione composita continere posset rem tanti sacramenti, quam viderat? Hæc Rupertus.

Figura.

Iniqui verbũ Dei obliuioni tradunt.

Ruper. li. 6. de vict. v. d. c. 12.

¶ Tales etiam, qui verbum Dei quotidie audiunt, & nihil in eo proficiunt, sed statim ea quæ audierunt obliuioni tradunt. Similes sunt hominibus quotidie in Ecclesia concinam organorum musicam audientibus, nihil tamen discentibus, & si milies eam audiant, solum enim delectantur: Solum hominem musicæ peritum mille laudibus efferunt: sed ab ecclesia eggressi, omnium quæ audierunt penitus obliuiscũtur. Sic enim verbum Dei audientes, gaudent, delectantur, concionatorem laudant: sed statim venit malus & rapit quod seminatum est in cordibus eorum.

Simile.

¶ *Alia ceciderunt in petrosa.* Cor durum & obstinatum hoc in loco terræ petrosæ comparatur. Tale modò habent inter nos multi Christiani: quibus rectè acommodatur id quod ait Zacharias propheta: cor suum pp suerunt vt adamantem. De his ait ecclesiasticus: cor durum male habebit in nouissimo. Aiunt magni autores nihil esse in rerum vniuersitate durius adamante, præsertim indico, qui inter omnes principatum tenet infirmitudine, duritie, & pretio. At ego existimo multo durius esse cor hominis. Nam adamas sanguine hirci mollescit, & domatur: Cor autem hominis deprauati, ex scelerum obstinatione induratum, nec sanguine hirci mollescit, & sedatur: nec sanguine illius agni immaculati, qui se pro nobis in crucis ara hostiam constituit, & sanguinem profudit, vt animos nostros perturbationum callo efferatos mitigaret, viamq; muniret ad vitam immortalem consequendam. Hæc intuens D. Bernar. exclamat, O duri, & indurati filij Adam, quos nõ emollit tanta vis amoris. Per Esaiam ait ita Deus: sciui, quia durus es tu: & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. Et per Hieremiam: indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Vtinam hoc de Iudæis tãtum diceretur, vt nullis christianis conueniret. Sed ita sunt multi sceleribus imbuti, libidinibus dediti perturbationũ multitudine obruti, caligine circũfusi, & cõtumatia indurati, vt veluti penitus indomiti, & ferè insanabiles, sint lachrymarum abundantia deplorandi. Illis acommodari potest quod dixerat Hieremias: Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino super latitu-

Cor obstinatũ terræ petrosæ cõparatur.

Zach. 7. Eccle. 3.

Dissimilitudo. Cor impij durius est adamante.

Bernard.

Esai. 48.

Hier. 5.

Hier. 17.

tudinem cordis eorum. O infelices illos, ò deplorandos, ò miseros si se intelligunt; miseriores si se intelligere nolunt, quorum peccata sunt literis indelebilibus in durissimo corũ corde conscripta. Narrat Plinius lib. 2. esse fluuium quendam Lucaniæ, nomine Silarum, tam admirabilis naturæ, vt virgulta & folia in illum immersa lapidescant. Huius naturæ est etiam fons in Germania, in quẽ quicquid proijcitur, durescit in lapidem. Id quod Albertus Magnus asserit se experientia comprobasse. Nos nos sumus folia vento rapta in silarum coniecta, & flagitiorum consuetudine in lapides conuersa, atque scelerum duritie obstinata. Cecidimus in fontẽ Germaniæ vbi indurati sumus. Hãc mortalium duritiem & immanitatem, videntes ij, qui à gentibus idolorum cultricibus docti habebãtur, dixerunt hominum genus diluuio absumptum fuisse, & saxis à Deucalione Pyrrhaque proiectis instauratum. Non quod ita fuisse crederent, sed quod eos reprehenderent, qui cor de duro, ingenioque agresti immanitatem colunt, & duritie gloriantur. Eos etiam ex saxis natos prouerbialiter vocamus. Si Christus reprehendit discipulos suos, & vt ait. D. Marc. exprobrauit duritiam cordis eorum, cùm respectu nostri essent cera molliores, quid faciet nostræ duritiei? Quibus suplicijs nostram obdurationem castigabit? Quas pœnas illi nostrorum facinorum dabimus, qui vt equi effrænati ferocitate exultantes, impetu voluntario ad omnia flagitia absque vllo cœlestis numinis metu incitamur? Sed vide diuinam misericordiam, quæ tamẽ seminare verbum suum non cessat in corda huiusmodi, petris omnibus duriora: ne de illa, quis nostrum iure conquæri possit. Omnes ex æquo docere vult, omnes illuminare, omnibus prodesse: ad omnes aquas seminat, si forte terra petrosa in bonam conuersa, fructum aliquem afferat: quod quibusdam contigisse scimus. De quibus olim loquebatur Dominus cum dicebat: auferam cor lapideũ de carne eorum, & dabo eis cor carneum, vt in præceptis meis ambulent. Cordi lapideo ex diametro opponitur cor carneum, hoc est, pium, docile, & quod diuino amore mollescat. Id voluit D. Paul. in Episto. 2. ad Corinth. significare, dicens: Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur, & legitur ab omnibus hominibus, manifestati, quod epistola estis Christi, ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Appellat Apostolus Corinthios epistolam suã, quod eos scriptos haberet indelebiliter in corde, & epistolam Christi, quod illi Christum haberent in cordibus suis scriptum. Et ideo hanc Christi epistolam esse à seipso scriptam non atramento sed spiritu Dei viui, vt significaret inter seipsum, & Moysem differentiam: Moyses enim tabulas lapideas adornauit, vt in illis lex vetus scriberetur, Paulus autẽ Corinthiorum animos parauit, non instrumento corporeo, sed spiritu Dei viui, quẽ ipso Deo largiente, in illis sculpserat: non in tabulis lapideis duris, vt quondam lex, sed in cordibus mollibus, & ad recipiendam Euangelicam doctrinam ab eo paratis. ¶ Precemur ergo vt Deus molliat cor nostrum quemadmodum molliuit cor illius, qui

Marginal notes: Plin. li. 2. ca. 103. — Albertus Magnus. — Ouid. primo meta. — Mar. vlt. — Simile. — Ezec. 11. — 2. Cor. 3. — Exo. 31. Exo. 34. Deut. 10.

Iob. 31. qui dicebat: Deus molliuit cor meũ. Precemur, inquam, vt nobis contingat quod in typo diuina scriptura narrat in lib. Exodi & Numerorum: petram scilicet fuisse à Moyse virga percussam, & fluxisse aquarum abundantiam. Quibus verbis alludit psalmographus: percussit, inquit, petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Vtinam Deus virga crucis, & memoria passionis suæ, percutiat cor nostrum lapideum, conterat duram cordis nostri petram, vt fundantur lachrymarum flumina, & conuertat petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. D. Augustinus in lib. de gratia & lib. arb. ad Valentinum cap. 14. ita ait: liberum hominis arbitrium pulsatur, vbi dicitur: hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Sed nisi posset Deus etiam duritiam cordis auferre, non diceret per prophetam: auferam ab eis cor lapideum: Et dabo eis cor carneum. Quod de nouo testamento fuisse prædictum satis Apostolus ostendit, vbi ait: Epistola nostra vos estis, scripta non atramento: Sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Quod non ideo dictum putemus, vt carnaliter viuant, qui debent spiritualiter viuere: sed quia lapis sine sensu est, cui comparatum est cor durum, cui nisi carni sentienti cor intelligens debuit comparari? Hæc ille. Quando hæc ita se habent non cessemus precari dominũ vt cor durum nostrum emolliat, carneumque efficiat: ne sit petra dura, qualis fuit illa de qua scriptum est: induratum est cor Pharaonis. Quod sine dubio impetrabimus si faciamus quod in nobis est: si faciamus, inquam, quod ipse apud Ioelem à nobis postulat dicens: Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio & fletu & planctu, & scindite corda vestra. Cor, inquit Ber. Durum est, quod contritione non scinditur, precibus non flectitur, minis non cedit, flagellis obduratur. Vt lapis tendit ad centrum, ita corde obduratus descendit ad infernum. Ita dicitur de obstinatis Aegyptijs: descenderunt in profundũ quasi lapis, corpora descẽderũt in profundũ maris, animæ in profundũ infernorũ: Ideo Ecclesiasticus cor durum male habebit in nouissimo. Precemur ergo dominum, ex vna parte, & ex altera conemur conterere cor nostrum, & tunc carneum fiet: tunc conuertetur in terram bonam, ita vt ferat fructum trigesimum, aut sexagesimum aut centesimum.

Exo. 17. Num. 20. Psa. 77. Psa. 109. D. Aug. Exo. 7. Ioelis. 2. Simile. Exo. 15. Ecclesia.

¶ *Aliud cecidit in petrosa*. Quod exponens Christus, ait. *Qui autem super petrosa seminatus est, hic est qui verbum Dei audit, & cum gaudio accipit illud: non habet autem in se radicem, sed est temporalis: facta autem tribulatione & persequutione propter verbum, continuo scandalizatur.* ¶ His verbis docet nos Dominus (authore Basilio) quod christianum oportet esse non facilè mutabilem, sed stabilem in fide. Et eiusmodi, qui ab ijs, quæ sunt in Domino bonis, nullo modo dimoueatur. Hoc etiam est quod Paulus admonet dicens: Itaque fratres mei dilecti stabiles estote, immobiles, abundantes in opere Domini, scientes, quod labor vester non est inanis in Domino. Miror quod tam cito transferimini ab eo qui vocauit vos in gratiam, ad aliud Euangelium. hæc Basilius: Vis non vinci ab aduersitate? disce non vinci à prosperitate. Vnde Gregorius: Nulla aduer

D. Basi. in moral. regu. 39. ca. 1. fo. 23. Constātia in fide & virtute cōmendatur. 1. cor. 15. D. Basil. D. Greg.

uersitas deijcit, quem prosperitas nulla corrumpit. Idem. Idem: in hac vita, qui nulla prospera appetit, nulla aduersa pertimescit, quia aduersitas non est nisi priuatio prosperitatis. ¶ Constantes igitur simus in fide & in virtute: nullisque persecutionibus dimoueamur: vt meritò de vno quoque nostrum dicatur, quod Salomon ait: (Prou. 31.) Gustauit & vidit quia bona est negotiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Quæ verba exponens D. Hieronymus, (D.Hiero.) sic ait: Gustauit Ecclesia sancta: Gustauit quæque anima perfecta, idest intimo mentis desiderio cognouit, quia bona est negotiatio vitæ immarcessibilis, qua relictis illecebris temporalibus æternã mercemur in cœlis. Gustauit autem idest apertè didicit quia bonum est per instantiam prædicandi quoscunque valet ad viam ueritatis adducere. Atq; ideo nullis tribulationum tenebris, nec ipsa morte, potest lucerna deuotionis eius extingui. Eorum nanque lucerna nocte extinguitur quanuis in die videatur ardere, qui sicut Dominus ait (Luc. 8.) ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt: & qui facta tribulatione & persequutione propter verbum scandalizatur, vt in hoc loco ait idem Dominus. Hæc Hierony.

¶ Luceat ergo semper lucerna nostra: (Io. 5. f.) Non ad horã exultemus in lumine, sicut ait Christus de Iudæis: qui ad horam exultabant in lumine Ioãnis. Nos autem non sic, sed semper exultemus in lumine verbi Dei. Ad horam exultat qui audit verbum in ecclesia & gaudet: eggressus autẽ obliuiscitur quod audiuit: aut si prosperitatis tempore retinet, adueniente tamen tribulatione lumen extinguit. Iste est qui sine lucerna in domo sua ambulat, ideoque in tenebris ambulat, quia opera tenebrarum facit, in comessationibus, inebrietatib9, in cubilibus & impudicicijs, in contentionibus & æmulationibus: (Rom. 13) indutus vestimenta diaboli, nõ Christum. Hæc fiunt quando verbi lucerna non lucet. Nunquam ergo negligamus verbum Domini, ex quo nobis origo omnium virtutum est, vniuersorumque operum quidã processus. Si membra corporis nostri sine luce, operari rectè nõ queunt (nã pedes vacillant sine lumine & manus errant) quanto magis ad verbi lumen dirigenda sunt animæ nostræ vestigia, atque mentis incessus? Sũt & manus animæ, quæ bene tangunt, vt tetigit Thomas Dominicæ resurrectionis indicia, (Io. 20.) si verbi præsentis lumẽ nobis luceat. Ad hãc lucernã gressus noster forẽsis internusq; moueatur: nullisq; tribulationibus aut persequutionibus cõmoti istud tam diuinum lumen extinguamus.

¶ *Alia ceciderunt inter spinas.* Quæ verba declarans Christus, ait: *Qui autem seminatus est in spinis, hic est qui verbum Dei audit, & solicitudo seculi istius, & fallatia diuitiarum suffocat verbum.* Quare meritò Paulus ait: (1. Ti. 6. b.) qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationẽ & laqueũ diaboli, & desideria multa, & inutilia, & nociua, quæ mergũt homines in interitũ & perditionẽ: Radix. n. omnium malorũ est cupiditas, quã quidã appetẽtes errauerũt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. (Auaritia & immoderatus appetitus diuitiarum quã perniciosus sit ostenditur. Explicatus Paul. locus.) Testimoniũ sanè, annotatione & explicatione maximè dignũ. Incidũt (inquit) in tẽtationẽ & in laqueũ. Quare, qui insistũt opibus aggregãdis per fas nephasq;: illud interim nouerint: qm̃

Psal. 72. quit Ps.) in affectũ cordis: Existimant qm nõ sũt sicut cęteri hominũ, quid? D. Aug. nũc tu & pauper nudi nati nõ estis? fortassis autẽ post mortẽ ossa diuitis internoscẽtur ab ossib9 pauperis: Nisi fortè quòd grauius olebunt, pro eo quod prodijt quasi ex adipe iniquitas eorũ: ossa aũt pauperis macilẽta sunt. Fortassis aũt mutabũt vices, sicut dicitur: alia vita, alia dieta, quod videre Luc. 16. est in Lazaro & diuite. Sed operti sũt (inquit) iniquitate sua, & neq; ipsi vident perditionẽ quæ eos expectat. Nec cæteri vidẽt cauterizatã eorũ cõsciẽciã verè aũt quisquis videret animas eorũ diuerberari tãtis cupiditatibus tãtisq; timoribus, potiꝰ eos miseraret quã felices vocaret. Itaq; tendãt retia sua, vndiq; lucra venẽtur, impleri nõ possũt, satiari nequeũt, nũquã .n. auaritia dictura est: sufficit. Itaq; sequitur ¶ Radix .n. omniũ malorũ est auaritia quã quidã appetẽtes errauerũt à fide & inseruerũt se doloribus multis: in aqrẽdo, in cõseruãdo, in relinquẽdo, & in eo quod scriptũ est: Cũ interierit nõ sumet omnia, neq; descẽdet Psal. 48. cũ eo gloria domus eius. Imo quis (inquit) ex vobis poterit habitare cũ ardoribus sempiternis? Caueamus igi- Esai. 33. tur pro virili à fallacia diuitiarũ, quę & verbũ Dei suffocãt, & inferũt nos in doloribus multis cũ spinæ sint: & tãdẽ ad perpetuã pditionẽ perducũt.

Diuersa fidelium merita. Greg. 30 mor. c. 10 ¶ *Aliud 100. aliud 60. &c.* Diuersa fideliũ merita in hoc loco Christus ostẽdit. Quæ explicãs D. Gregorius super illa verba Iob. 38. quãdo fundabatur puluis in terrã & glebæ cõpingebãtur, sic ait: Glebas ex vno quidẽ puluere, sed quasi diuersa mole distinctas. dñs in terra quotidie cõpingit. quasi in ecclesia ex diuersitate meritorũ attẽdimus, fortasse adhuc distinguere, subtilius valemus. Nã dũ alius est ordo prædicantium, alius auditorum, alius regentium, atque alius subditorum, alius cõiugũ, alius cõtinẽtiũ, alius pœnitẽtiũ, alius virginũ: quasi ex vna terra ex diuersa glebarũ forma distincta, dũ in vna fide in vna charitate dispaiia demõstrãtur benè operantiũ merita. Has glebas populus ille significauit, qui ad cõstructionẽ tabernaculi sub vno studio diuersa donaria obtulit. De quo scriptum est: quid Figura. quid in cultũ tabernaculi ad vestes sã- Exo. 35. ctas necessariũ erat, viri cũ mulierib9 prebuerũt armillas &c. In ornamẽto Viri, fortes mulieres, infirmi. ergo tabernaculi viri cũ mulieribus offerũt: quia in explẽdo cultu sanctæ ecclesiæ, & fortiũ facta sublimia, & infirmorũ opera extrema numerãtur Quid autẽ per armillas: quæ lacertos Armillæ, præpositorũ opera fortia. adstringũt nisi præpositorũ validè laborãtiũ opera domõstrãtur, & quid per inaures, nisi subditorũ obediẽtia In aures subditorũ obediẽtia. exprimitur? Quid per annullos nisi signaculũ sacramẽtorũ? plerũq; .n. magistri significãt, quod ab auditoribus Annullis secretorũ signacula. capi nõ posse cõsiderãt. Et quid per dextralia nisi primæ operationis orna Dextralia primę operationis ornamenta. mẽta memorãtur? Vide locũ. Dũ igitur alij per armillas & annullos fortè magisteriũ exercẽt, alij per in aures & dextralia deuotã obedientiã rectãq; operationẽ exhibẽt; alij per separatũ Vas aureũ diuinitatis intelligentia. vas aureũ præclarã Dei intelligẽtiã tenẽt, alij per hyacinthum, purpurã Hyacinthus spes cœlestiũ. & coccum, audita cœlestia sperare, credere, amare non desinunt, quasi Purpura passionũ tolerãtia. ex vna terra innumeræ glebæ profe- rũtur, quia ex vno & pari obsequio facta fideliũ dispaiia procedũt. Hos igi- Coccum bistinctũ charitas Dei & proximi. tur diuersos fructus affert semẽ, hoc est, verbũ Dei cadens in terram bonã. ¶ *Qui habet aures audiendi audiat.* Sũt qui aures habent ad videndum & Additio.

Sunt qui aures habēt ad vidēdū & oculos ad audiendū.

oculos ad audiendum, quia ita assentiunt malis quæ audiunt & credunt verbis mendacij, ac si oculis mala illa vidissent. Mortem vero quam vidēt in cadaueribus eorū, qui iam obierunt credere nolunt, ac si non essent morituri. Habent enim se in his quæ vidēt, ac si ea audissent a nō fide dignis. Hi sunt de quibus Dominus

Eze. 12 a etiā ait apud Ezechielē: oculos habēt ad videndū & nō vidēt. ac si diceret: Et si oculos habēt corporis, mētis tamē oculis se ipsi priuarūt. Tales sunt omnes impij homines, & sceleribus cōtaminati, qui in rebus fluxis, vanis & tetris immersi, intellectū non erigūt ad diuina cōsideranda. Et licet hoc omni scelerato cōueniat, multo magis ei, qui est insigni dignitate cō-

Zach. 11. stitutus: in quē Zacharias propheta in hūc modū inuehitur: O pastor & idolū. Idolū. n. vocat, qui oculos habēs nō videt, & aures habēs non audit. Nā, vt ait idē propheta eodē ca. oculus dexter eius tenebrescēs obscurabitur. Oculus capitur aliquando pro

Eccle. 2. intētione, vt apud Salo. in ecclesiast. Sapiētis oculi in capite eius: intētio .n. Sapientū est in Christo capite nostro: intētio aūt stultorū in terra, qui

Psal. 16. iuxta psalmographi sententiā, oculos

Sup. 6. suos statuerūt declinare in terrā. Vnde apud nostrū Mathęū ait Christus: Si oculus tu9 fuerit simplex, totū corpus tuū lucidū erit. Et ita intelligitur

Zacha. 5. id quod est apud Zachariā: hæc est amphora eggrediēs: & dixit: hæc est oculus eorū. Amphora est mēsura, & sumitur pro intētione impiorū, qui omnia nō iuxta dei iudiciū, sed iuxta eorū cupiditatē & appetitū metiūtur: ideo subdit statim: Sedere impietatē in amphora illa, vt impiā nefariorū hominū intētionē significet. Et volēs apertè ostēdere amphorā illā esse impiorū intentionē, asserit esse oculū eorū. Hi etiā sunt, de quibus prædict9 propheta Ezechiel audit statim post verba nūc adducta: & aures ad audiēdū & nō audiūt: ac si diceret. habētes aures corporis, sunt auribus cordis ob sua scelera priuati. De his auribus spiritualibus ait in hoc loco Christus: qui habet aures audiēdi, audiat. Audire. n. hoc loco est intelligere.

Vnde c. 42. Ge. vbi nos habemus: nesciebāt. n. quod intelligeret Ioseph, est in Hebraico: ignorabāt. n. quod audiret eos Ioseph. Itaq; videre & audire apud Ezechielē est per sensus in animū inducere, & sibi persuadere. Hoc aūt dicit ob verbi Dei cōtēptū, neq;. n. Hieremiæ nec ipsi Ezechieli credebāt captiui. De his oculis atq; auribus spiritualibus loquebatur dñs eidē Ezechieli cū dicebat: Vide oculis tuis & auribus tuis audi. Nō erat illic Ezech. corpore, sed animo: adeo hoc de oculis & aurib9 nō corporis intelligitur, sed mētis. Præcepit Deus diuino vati vt animo diligēter perpenderet visionē sibi propositā, insinuās esse magni pōderis, quæ magnā requirebat attētionē. De eisdē auribus etiā loquitur Ioānes in Apoc. qui huiusmodi aures & oculos nō habēt idola vt diximus appellātur, de quibus verè dici potest oculos habēt & nō videbunt, aures habent & non audient. Sunt nonulli qui nō proprijs oculis vident sed alienis: ita enim sunt ducti affectib9, vt credāt nō quod vidēt (vt in principio dicere incipiebam9) sed quod alij se audiuisse testētur: cū dicat prouerbiū: pluris est oculat9 testis vn9, quā auriti decē. Vnde oculata fides tertio institutionū Iustiniani & gradibus cognationū, tūc dicitur, cū

Gene 42

Ezec. 40.

Apo. 2. & 3.

Psa. 113.

res subijcitur oculis: Impij ergo isti Iudæi neque hos habebant oculos, neque has aures ideo non intelligebant Christi mysteria. Et quia se nō dum satis idoneos præbebant, quibus aperiretur veritas, qua non solum non fiebant meliores, verum etiam irritabantur vt fierent sceleratiores: propterea quales illi adferebant animos ad audiendum tales illis proponebat Christus sermones, & quia manifestissima nolebāt intelligere ideò tenebris inuoluebat sermonem.

¶ *Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident & audientes non audiūt.* Lucas sic hæc verba retulit: cæteris autē in parabolis: vt videntes non videant: & audientes non audiant. Quo in loco, coniunctio, vt, non dicit causam, sed consecutionem effectus. Vnde Paulus: lex subintrauit, vt abundaret delictum. Nunquid Deus dedit legem vt homines grauius peccarent? absit. Lex non est causa peccati, sed hominis peruersa voluntas, qua preuaricator fit legis. Sic Dauid in psalmo: malum coram te feci vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Sic Dominus apud Ezechielem c. 14. loquitur dicens: ego dominus respondebo ei, in multitudine immunditiarum suarum vt, capiatur domus Israel in corde suo, quo recesserunt à me: hoc est, vt decipiatur in cogitationibus suis, quibus recesserunt à me. Vbi particula, vt, non accipitur causaliter, sed consecutiuè: Deus enim non est causa mali culpæ. Est quidē autor mali pœnæ, iuxta id, quod est apud Prophetam Amos: Si erit malum in ciuitate quod Dominus non fecerit? Et apud Esaiam: Faciens pacem & creans malum. Et apud Michæam: Descendit malum à Domino in portam Hierusalem. Autor autem peccati nequaquam. Ipse enim est, de quo ait Esaias: iniquitatem non fecit, nec dolus fuit in ore eius. quam sententiam repetit Diuus Petrus prima sua Epistola Canonica. Et, vt ait liber Sapientiæ, Deus mortem non fecit, neque lætatur in perditione viuorum: sed cum Iudæi illi obstinati in erroribus & flagitijs versarentur, & Deus illis aut non responderet, aut obscurū respōsum daret, hinc efficiebatur, eos in erroribus suis permanere. Ad eundem modū loquitur apud eundem Prophetam Ezechielem cap. 22. his verbis: ciuitas effundens sanguinem in medio sui: vt veniat tempus eius: idest, hæc ciuitas, quæ publicè interficit innocentes vt veniat tempus euersionis eius. Vbi particula, vt, non est causalis sed consecutiua: est enim sensus: Hæc ciuitas est homicidiorum perpetratrix, ex quo efficietur, vt cito veniat eius vastitas & euersio. Ad eūdem etiam modum loquitur rex Dauid cū in psalmo quodā ait: obscurētur oculi eorū, ne videāt: & dorsum eorum semper incurua vel dissolue: hoc est, ad ime his dñe iudiciū, & vires nocēdi: labefacta peruersa eorū cōsilia, dissolue eorū dorsum, atq; robur illis cōfringe, ne innocētes calamitatibus opprimāt, eisq; vim inferāt, & per summū scelus ad excidium vocent.

¶ *Vestri aūt beati oculi quia vident. &c.* Hoc ipsum prædixerat Esai. c. 35. dicēs. Ipsi videbūt gloriā Dñi, & decorē Dei nostri, hoc est: Christiani videbūt filiū Dei inter eos habitātē: & gloriā eius, videbūt eū faciētē miracula, suūq; diuinū numē magnificātē.

Marginal notes: Vt, quomodo accipiatur apud Lucā. Rom. 5. Psa. 50. Ezec. 14. Amos. 3. Esai 45. Mich. 1. Esai. 53. 1. Pe. 2. Sapiē. 1. Ezec. 22. Ps. 68. E. Esai. 35.

Ioan. 1. c. Hoc ita impletum esse ostendit Christus in hoc loco, & Ioan. capit. 1. dicens: verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius. Veri fideles charitate illuminati Christum videbant, non solum oculis corporis, sed oculis fidei charitate formatæ: infideles verò, quanuis oculis corporis Christum aspicerent, eum tamen animo non intuebantur: ideo eum non vidisse dicuntur. Ob hanc causam ait Christus in hoc loco. Beati oculi quia vident scilicet, quæ vos videtis. Infideles omnes cæci sunt, & non solum infideles, sed multi etiam ex fidelibus laborant animi cæcitate, qui sceleribus contaminati in tenebris versantur: qui quanuis habent lumen fidei, tamen quoniam hæc fides est mortua, neque habent lumen charitatis, inter cæcos numerantur. Anima nostra est lampas: oleum est amor Dei, aqua est fides, & vt lampas sine oleo extinguitur quanuis aquam cōtineat, & extincta lampade tota domus obscura manet, tenebrisque circunfusa: sic anima charitate destituta quanuis habeat fidem, amittit ignem & claritatem: atque ita manens homo cæcus iacet in caligine. Vide Lucæ. 10. in illa verba: Amen dico vobis quia multi prophetæ & Reges cupierunt videre quæ vos videtis, & non viderunt.

Infideles & impii cæci dicātur

Simile.

Luc. 10.

¶ *Qui autem seminatus est in Spinis: hic est qui verbum Dei audit & solicitudo seculi istius, & fallacia diuitiarū suffocat verbum & sine fructu efficitur.* Fallunt nos diuitiæ, fallunt opes, pungunt tanquam spinæ, suffocant sermonem cœlestem ne fructum ferat, cur igitur tantopere desiderantur opes quæ nostram salutem impediunt? quæ in causa sunt vt perpetuas pœnas demus, maximè cum tam facile amittantur, tam cito euanescant? audi quid in inferno positi clamēt diuites illi superbi: quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactancia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa sicut vmbra, & tāquam nuntius præcurrens. Cur igitur tam vehementer amatur, quod tam cito perit? Et si opum affluentia perpetuo duraret, deberemus tamen eas ratione stabili firmaque contemnere, & in expetendis non lassari. Quemadmodum luna non patitur eclypsin, nisi cum plena est, sic homo tum maximè solet obscurari, cum plenus diuitijs est, & mundi opibus abundat. Et quemadmodum Luna cum plena est longius distat à Sole, sic multi ex his qui mundi opibus circunfluunt solent se à Deo longissimè separare. Et quamquam in illis virtutes aliquæ apparere videantur, obruuntur tamen solicitudinibus, & diuitiarum curis opprimuntur. Eam ob causam saluator noster, diuitias in hoc loco cum spinis comparauit, quæ licet colore oblectent, opere tamen pungunt. De his autem Esaias: Orientur in diebus eius spinæ, & vrticæ. Et Diuus Augustinus, diuitias inquit, inuenisti, requiem perdidisti. Vnde Crates ille Thebanus Philosophus insignis nummorum Sacculum in mare proiecit, existimans fieri non posse, vt simul & corporis diuitias possideret, & animi quietem. Auferunt enim plerunque animi securitatem, in qua nonnulli ex Philosophis beatitu-

Ostenditur quàm fallaces sint diuitiæ.

Sap. 5.

Simile.

Simile.

Esai. 34.

D. Aug.

Crates.

titudinem constituerunt. Sunt tamen multi, qui eam ob causam aiunt se mundi opes ardenter cupere, vt in vita obtineant amplitudinem, & inter homines nominis celebritatem: In eos enim aiunt esse omnium oculos coniectos, qui diuites existimantur. Sed causa hæc vana est & inanis, & omni homine presertim Christiano indigna: non enim veram amplitudinem diuitiæ pariunt, sed virtutes. Qui virtutibus est ornatus, & si pauper sit, est tamen in honore constitutus. Vt enim gemmæ quanuis obijciantur in lutum, fulgorem tamen & proprietatem non amittunt, sic viri honestate præditi, quanuis iacent in silentio, & à mundo contemnantur, non tamen splendorē & verum decus in diuini numinis imitatione consistens amiserunt. Qui virtute muniuntur, sunt magni, quanuis eos mundus paruos existimet: qui verò vitijs contaminantur, sunt infimi, etiam si eos mundus in honorum vertice constituat. Nihil altius est, nihil sublimius virtute; nihil depressius, nihil inferius vitio. Vbicunque est iustus ibi est magnus, vbicunque impius, ibi exiguus. Vt exigua statua etiam si sit in excelso monte collocata, pusilla tamen est, Colossus autem in ima valle magnitudinem suā non amittit, sic homo nefarius & sceleribus imbutus in sublimi mundi honore, rerumque prosperarum abundantia, pusillus est: Contrà verò vir sapientia & pietate præstans in sua inopia & abiectione est absque dubio magnus. Contemnamus igitur diuitias quæ in causa multis sunt; vt virtutem non sequantur, quæ in causa sunt, vt sermo Euangelicus nullum bonarum actionum fructum, nullumque meritum afferat. Contemnamus illas, quādo nos nō insignes, nō magnos, sed humiles & exiguos efficiunt: fidem adhibeamus Domino dicenti eas esse spinas, esse fallaces atque mendaces.

Virtutes & nō diuitiæ sunt quæ verā amplitudinē pariant. Simile.

¶ *Qui verò in terram bonam seminatus est: hic est qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert.* Iustus qui optimæ terræ comparatur non solum audit Dei verba, sed ea in animo retinet, in animo versat, coquet & digerit vt fructum afferat: quod in sementi contingere videmus. Et quemadmodum nihil prodest plantam inserere, si priusquam fructum ferat turbine aut procella euellatur, sic parum vtilitatis afferet nobis verbum Dei auditum, & animo insertum & plantatum, si priusquàm fructum producat, fuerit tentationis vento conuulsum. Beatus vir, inquit Rex Dauid, cuius voluntas est in lege Domini, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Non ait eum esse felicem qui Dei verbum legerit aut audierit, sed, qui illud in animo versauerit; & in stomacho intellectus concoxerit, illique studiose obtemperauerit, in eiusque meditatione dies ac noctes consumpserit. Eam ob causam ait Deus Prophetæ Ezechieli, capit. 3: Venter tuus comedet, & viscera tua implebuntur volumine isto. Pro quo Ionathas habet: anima tua saturabitur. Et adiecit statim & viscera tua complebuntur volumine isto: nam multi comedunt verbum Dei, sed vacui manent: multi illud sumunt, quorum

Iustus optimæ terræ cōparatur, & quare. Simile.

Psalm. 1

Ezec. 3.

rum viscera, hoc est, interiora animi non replentur, quia illius statim obliuiscuntur, aut illud non ad vtilitatem, sed vt superius diximus ad curiositatem quærunt: neque ea obseruant quæ obseruanda animo percipiunt. Id obijciebat Deus ingratis Iudæis per Aggeum prophetam dicens: Seminastis multum & intulistis parum: comedistis, & non estis saturati. Illi multum comedunt, sed minimè reficiuntur, qui multa legunt & audiunt sed malè viuunt, se vsque adeò vitijs contaminantes vt cum eorum vita mirabiliter pugnet studium. Non ergo satis est verba Dei audire sed opus est illa in corde custodire, & iuxta illa operari. Vnde Dominus Ezechiel olim aiebat, vt ipse refert capite tertio: Omnes sermones meos, quos ego loquor ad te assume in corde tuo. Et in Deuteronomio, capite sexto, ait Deus per Moysem: Erunt verba mea in corde tuo, narrabis ea filijs tuis. Eruntque quasi signum in manu tua. Per manus opera intelligimus: eam ob causam per doctrinam Dei veluti gemmam in manu voluit Deus significare debere nos actiones nostras iuxta legem suam dirigere, ab eaque nullo modo discrepare. Id innuit Christus, quando apud nostrum Matthæum, in hoc capite Euangelicam doctrinam cum margarita & lapide pretioso, qui in manu gestatur comparauit. Præterea ponere aliquid vt signum in manu, est illud memoriæ mandare: Cum enim quis vult recordari alicuius rei, ligat pro signo filum in manu. Ita illud Exodi, capite decimo tertio intelligitur: Erit quasi signum in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos. Debet igitur verbum Dei esse in manibus nostris, vt illius nunquam obliuiscamur. Sed non erit in manu nisi prius sit in corde. Ideo priusquam Deus dicat; Erunt verba mea in manu tua, ait: Erunt in corde tuo. Qui voluerit non incidere in peccata, sermonem Dei in terra cordis abscondat. Id voluit his verbis Regius Dauid ac diuinus Vates ostendere: Psalmo centesimo decimo octauo. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Tanto amore diuina verba prosequebatur, vt ea veluti pretiosissimum thesaurum, & excellentissima monilia, intima animi arcula recondita seruaret. Et Salomon filius eius in libro Prouerbiorum sexto. De verbo Dei, ac diuina doctrina loquens, liga, inquit, eam in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo, cum ambulaueris gradiatur tecum. Quemadmodum in Arca testamenti erat Diuina Lex, & manna, vt literæ Diuinæ multis in locis prodiderunt: nempe Exodi, capite decimo sexto, & Capite vigesimo quinto & secundo Paralypomenon quinto: Sic in anima vbi verbum Dei custoditur, est etiam Christus per gratiam, manna illud absconditum & diuinum, de quo dixit Esaias capite quadragesimo quinto: Verè tu es Deus absconditus. Et idem Christus apud Ioannem capite sexto: Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi.

Eos,

[Margin notes: Agg. 1. — Ezech. 3. — Deut. 6. — Exo. 13. — Psal. 118. — Prou. 6. — Exo. 16. — Exo. 25. — 2. Par. 5. — Esai. c. 45 — 106.]

Eos, qui legem Dei in animo habét expressam, ait Diuus Paulus, ostendere opus legis scriptum in cordibus suis. Hi Deo parét, eumq; amore amplectűtur. Vnde ait apud Ioanné ipsa veritas: Si quis diligit me sermonem meű seruabit. Et apud Luc. Beati qui audiunt verbű Dei, & custodiűt illud. Nam vt ait in Epistola ad Roma. D. Paul. Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Et Iacobus Apostolus in Canonica sua. Stote factores verbi, non auditores tantum, fallentes vos metipsos. Vt ille, qui vult in hostes irruere, & impetum facere, aut se ab illis protegere, indiget gladio, quo manu apprehenso eos percutiat, vt possit de illis victoriam reportare, sic qui voluerit, de mundo, de carne, de diabolo triumphare, hostibus animæ accerrimis, debet in manibus, hoc est, in operibus verbum Dei gestare. Est enim verbum Dei vt in superioribus annotauimus gladius diuinus. Cum Iacobus Patriarcha ad exitum vitæ vocaretur, dixit Iosepho filio suo: Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. At nullibi in diuinis literis scriptum legimus Iacobum intulisse bellum Amorrhæo, nec cum eo pugnasse. Quis est igitur gladius hic districtus, quem aduersus illum vibrauit, & quo illum percussit, nisi verbum Dei? Amorrhæus, qui sonat rebellem, diabolus est, qui aduersus creatorem rebellauit. Húc vicit Iacobus patriarcha insignis, nő modo domi clarus, sed foris etiam admirandus, qui moriens extrema verba ad laudem & memoriam diuinorum verborum reseruabat, & interruptis, ac morientibus vocibus, quæ ventura erant tempore Messiæ, diuinitus prædicebat. Arma illa fortia quibus dæmonem superauit non ferrea erant, sed spiritualia, hoc est, diuina verba in eius anima sculta, & manibus, id est, operibus vibrabrata. His armis munitus vicit hostem, de quo liberauit animam suam, quam moriens filio suo Iosepho singulari quodammodo commendabat. His armis debemus indui, & hoc existimare nobile & illustre. Hæc debet esse nostra voluptas, & gloria diuinam legem seruare. Id animo percipiens diuinus psaltes concinebat: portio mea Domine dixi custodire legem tuam. Ac si diceret: dixi & mecum statui, meas opes esse legem tuam custodire, ac totam meam hæreditatem, totum patrimonium, omnes denique diuitias meas in legis tuæ obseruatione consistere. Nihil mihi est magis in optatis, quàm verba tua custodire, & animo seruare, non eos sequens qui religionis simulatione ea ore iactant, cùm ab illorum amore animum habeant abhorrentem eam ob causam talibus comparat Dominus terræ bonæ excipienti semen. Qui & audiunt sermonem Euangelicum, quique secum repetunt & infigunt cogitationi, quique sic figunt ac transfundunt in affectus animi sui, vt nec morte velint ab eo deficere, quique semet explicant ab affectibus & sordidis curis diuitiarum, quæ non sinunt animum esse liberum, sed totos se præbent auri cœlesti. Huius in mentibus non est infrugiferum semen Euangelicæ doctrinæ: sed queadmodű idé triticű nő in quouis solo fert fructű parem,

Ioa. 14. Luc. 11. Rom. 2. Iaco. 1. Simile. Ephe. 6. apa. 1. & 19. Gene 48 Figura. Psa. 118.

parem, sed pro felicitate terræ minoreaut maiore fœnore prouenit, ita pro pio studio captuque eorum, qui sermonem audiunt fructus vberior pietatis prouenit.

¶ *Cum autem dormirent homines.* Si ex somno & pigricia Episcoporum & ecclesiasticorum tãta mala subsequuta sunt, vt illis dormientibus seminata sint zizania: quanto quęso mala ex non residentia illorum, in suis diœcesibus prouenient, quanta in republica Christiana incommoda, Si Reges, si Domini, si denique iudices ab illa longe absint.

Multa mala ex non residentia prælatum & regũ in republica subsequũtur.

¶ *Cum autem dormirent homines.* Dum dormiret Christus (ait Euangelista) turbata est nauis. Vt intelligas: quod dum prælatus dormit, & non est solicitus erga suos, turbatur tota respublica. Quando dormit Ionas tempestas maxima exoritur. Ambro. Pastores vigilant, quos bonus pastor informat. Ideo Apostolus ait Thimotæo: Tu verò vigila. Oportet ergo prælatos vigilare, ne inimicus homo illis dormientibus superseminet vitiorum zizania: ne tota respublica sibi à Deo commissa perturbetur & naufragium patiatur.

Sup. ca. 8. Dum dormit prælatus turbatur eius respublica. Ionæ. c. 1. Figura Ambrosi. 2. Tim. 4.

¶ *Venit inimicus & superseminauit zizania.* Deus est qui in agro suæ Ecclesiæ seminat bonum semen, hoc est, pacem & concordiam. At verò diabolus & eius ministri, sunt qui superseminant zizania. Hoc est, discordiam, quos meritò odit Dominus. Vnde Salomo ait in prouerb. capit. 6. Sex sunt quæ odit Deus, & septimum detestatur anima eius: Primò, oculos sublimes: Secundo, linguam mendacem: Tertio, manus effundentes innoxium sanguinem: Quarto, cor machinans cogitationes pessimas: Quinto, pedes veloces ad currendum in malum: Sexto, proferentem mendacia falsum testem: Septimo, eum qui seminat inter fratres discordias.

Deus concordiã seminat: diabolus verò discordiam superseminat. Prouer. 6.

¶ *Vis imus & colligimus ea? & ait: nõ &c.* Lege cap. si omnia. 6. quæstio. 1. & cap. multi corriguntur. 2. quæst. 1. it. in. 11. quæstio. 3. capi. nolite recedere. Vbi edocemur non omnia in hoc seculo vindicanda esse. Sed multi corrigendi vt petrus, multi tolerandi vt Iudas, mali enim à bonis penitus separari non possunt.

¶ *Cum autem dormirent omnes venit inimicus & superseminauit zizania.* Gene. 9. dicitur: cumq; euigilasset Noe à vino: cum didicisset quæ fecerat ei filius minor &c. Quæ verba emphasin habent. Primo, non tantum dormierat, sed vino obrutus iacuerat: nec tantum à somno, sed etiam à vino euigilauit: Iã cum duplici somno grauatus fuerat, Non mirum quod interim inimicus zizania inter triticum seminauerat: Dormiente patre familias, non mirum quod familia aberret. Vt interim discant prælati, quantum eos oporteat euigilare à somno, si nolunt vt subditi aberrent à vero.

Gen. 9. Figura.

¶ *Domine non ne bonum semen seminasti?* Genesi. 9. dicitur: quod à tribus filijs Noe post diluuium disseminatũ est omne genus hominum super vniuersam terram. Bono semine seminauit Deus mundum: sed statim terræ malatum in zizania versum est, malo homine superseminante. Vbi aduerte: quam malus sit superseminator iste, non enim voluit in purgãda terra laborare, neque saltem arare: sed in laboribus boni agricolę introiuit, vt terram quam ille aptauerat adultes

Gen. 9.

dulterino semine superseminaret: & fere totum fructum colligeret, nisi cœlestis pater mu[illegible] laret messem tuā. Dolendum valde est, quod diabolus sine vllo sudore metat animas penè innumeras, in quarum creatione & redemptione, solus laborauerit creator. Nec solum Deus post diluuium bono semine voluit terram serere, sed & cum mundum creauit.

Dolendū est quod diabolus sine vllo sudore tot aias metat

¶ *Domine non ne bonum semen seminā sti in agro tuo? vnde ergo &c.* Bonum semen idest bona cogitatio, vnde bonū opus quasi fructus oritur, à Deo seminatum est. Non enim sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficiētia nostra ex Deo est, ait D. Paul. Sed malum semen idest mala cogitatio, vnde malum opus quasi malus fructus oritur quandoque à dæmone: inimicus enim homo superseminauit zizania: Aliquando ex corde proprio oritur: De corde enim exeunt cogitationes malæ &c. Lege Bernar. sermo. 32. super Cant.

Bona cogitatio à deo mala autē aliquando à diabolo aliquando à nobis seminatur. 2. cor. 3. b

Inf 15. b. Bern. ser. 32. super Canti.

¶ *Vis imus & colligimus ea? & ait: non.* Ex hac parabola zizaniorum disce quid iusti in mundo valeant. Nam sicut nihil est patriæ & mundo perniciosius impijs: ita nihil est vtilius iustis: Vsquequo (ait Hieremias) lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur propter malitiā (inquit) habitantium in ea, consumptum est animal & volucre. Et apud Dauid legis: terram fructiferam in salsuginē versam, propter malitiam habitantium in ea. Quid verò iusti mundo sint, parabola ista zizaniorum optime docet: quia pater familias venenosas herbas eradicare non sinit vsque ad messem propter triticum: Nullū enim venenum præsentius esse potest mū[illegible]lo iniquis hominibus. Quot mala propter vnum iniquum mundus patiatur, & quot bona propter vnum solum iustum tam euidens est, vt lucē soli addere velit qui hoc probare nitatur.

Nihil vtilius iustis Et nihil pnitiosius impijs. Hie. 12. a

Psa. 106. d.

¶ *Dicam messoribus: colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos &c.* Hæc verba D. Gregorius enarrans, lib. 9. Moral. cap. 47. sic scribit. Si enim nullus in supplicijs ordo seruabitur, cur cōb[illegible]ē[illegible] zizania in fasciculis ligantur? Sed nimirum fasciculos ad conburendum ligare est, hos qui æterno igni trahendi sūnt, pares paribus sociari, vt quos similis culpa coinquinat, par etiā pęna cōstringat: & qui nequaquam dispari iniquitate polluti sunt, nequaquā dispari tormento crucientur, quatenus damnatio conterat, quos simul elatio subleuat: quosque non dissimiliter dilatauit ambitio, non dissimilis angustet afflictio, & par cruciet flāma supplicij, quos in igne luxuriæ par succensit flamma peccati. Sicut enim in domo patris māsiones multæ sunt pro diuersitate virtutis, sic dānatos diuerso supplitio gehennæ ignibus subijcit disparitas criminis: nā sicut vno sole omnes tangimur, nec tamen sub eo vno ordine æstuamus, quia iuxta qualitatem corporis sentitur etiam pondus caloris, sic damnatis & vna est gehenna quæ afficit, & tamen non vna omnes qualitate cōburit: quia quod hic a[illegible]it dispar valetudo corporum, hoc illic exhibet dispar causa meritorum. Hæc Gregorius.

Fasciculos ligare quid sit. D. Greg.

Ordo in supplitijs.

Ioan. 14.

Simile.

¶ *Et sine parabolis non loquebatur eis.* Hoc tempore nihil mendacio licentiosius. Expende quæso temporum nostrorum malitiam, quando tam

Iob.31. qui dicebat: Deus molliuit cor meũ. Precemur, inquam, vt nobis contingat quod in typo diuina scriptura narrat in lib. Exodi & Numerorum: Exo.17. Num.20. petram scilicet fuisse à Moyse virga percussam, & fluxisse aquarum abundantiam. Quibus verbis alludit psalmographus: Psa.77. percussit, inquit, petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Vtinam Deus virga crucis, & memoria passionis suæ, percutiat cor nostrum lapideum, conterat duram cordis nostri petram, vt fundantur lachrymarum flumina, & conuertat petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. Psa.109. D. Aug. D. Augustinus in lib. de gratia & lib. arb. ad Valentinum cap. 14. ita ait: liberum hominis arbitrium pulsatur, vbi dicitur: hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Sed nisi posset Deus etiam duritiam cordis auferre, non diceret per prophetam: auferam ab eis cor lapideum: Et dabo eis cor carneum. Quod de nouo testamento fuisse prædictum satis Apostolus ostendit, vbi ait: Epistola nostra vos estis, scripta non atramento: Sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Quod non ideo dictum putemus, vt carnaliter viuant, qui debent spiritualiter viuere: sed quia lapis sine sensu est, cui comparatum est cor durum, cui nisi carni sentienti cor intelligens debuit comparari? Hæc ille. Quando hæc ita se habent non cesse nus precari dominũ vt cor durum nostrum emolliat, carneumque efficiat: ne sit petra dura, qualis fuit illa de qua scriptum est: Exo. 7. induratum est cor Pharaonis. Quod sine dubio impetrabimus si faciamus quod in nobis est: si faciamus, inquam, quod ipse apud Ioelem à nobis postulat dicens: Ioelis.2. Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio & fletu & planctu, & scindite corda vestra. Cor, inquit Ber. Durum est, quod contritione non scinditur, precibus non flectitur, minis non cedit, flagellis obduratur. Simile. Vt lapis tendit ad centrum, ita corde obduratus descendit ad infernum. Ita dicitur de obstinatis Aegyptijs: descenderunt in profundũ quasi lapis, corpora descẽderũt in Exo. 15. profundũ maris, animæ in profundũ infernorũ: Ideo Ecclesiasticus cor durum male habebit in nouissimo. Ecclesia. Precemur ergo dominum, ex vna parte, & ex altera conemur conterere cor nostrum, & tunc carneum fiet: tunc conuertetur in terram bonam, ita vt ferat fructum trigesimum, aut sexagesimum aut centesimum.

¶ *Aliud cecidit in petrosa*. Quod exponens Christus, ait. *Qui autem super petrosa seminatus est, hic est qui verbum Dei audit, & cum gaudio accipit illud: non habet autem in se radicem, sed est temporalis: facta autem tribulatione & persequutione propter verbum, continuo scandalizatur.* ¶ His verbis docet nos Dominus (authore Basilio) quod christianum D.Basi.in moral.reg.39.ca 1.fo.13. oportet esse non facilè mutabilem, sed stabilem in fide. Et eiusmodi, qui ab ijs, quæ sunt in Domino bonis, nullo modo dimoueatur. Constitu ta in fide & virtute cõmendatur. Hoc etiam est quod Paulus admonet dicens: Itaque fratres mei dilecti stabiles estote, immobiles, abundantes in opere Domini, scientes, quod labor vester non est inanis in Domino. 1. cor.15 Miror quod tam cito transferimini ab eo qui vocauit vos in gratiam, ad aliud Euangelium. hæc Basilius: Vis non vinci D.Basil. ab aduersitate? disce non vinci à prosperitate. Vnde Gregorius: Nulla ad- D. Greg. uer

uersitas deijcit, quem prosperitas nulla corrumpit. Idem. Idem: in hac vita, qui nulla prospera appetit, nulla aduersa pertimescit, quia aduersitas non est nisi priuatio prosperitatis. ¶ Constantes igitur simus in fide & in virtute: nullisque persecutionibus dimoueamur: vt meritò de vno quoque nostrum Prou. 31. dicatur, quod Salomon ait: Gustauit & vidit quia bona est negotiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Quæ verba exponens D. D.Hiero. Hieronymus, sic ait: Gustauit Ecclesia sancta: Gustauit quæque anima perfecta, idest intimo mentis desiderio cognouit, quia bona est negotiatio vitæ immarcessibilis, qua relictis illecebris temporalibus æternã mercemur in cœlis. Gustauit autem idest apertè didicit quia bonum est per instantiam prædicandi quoscunque valet ad viam ueritatis adducere. Atq; ideo nullis tribulationum tenebris, nec ipsa morte, potest lucerna deuotionis eius extingui. Eorum nanque lucerna nocte extinguitur quamuis in die videatur ardere, qui sicut Do- Luc. 8. minus ait, ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt: & qui facta tribulatione & persequutione propter verbum scandalizatur, vt in hoc loco ait idem Dominus. Hæc Hierony.

¶ Luceat ergo semper lucerna no- Io. 5. f. stra: Non ad horã exultemus in lumine, sicut ait Christus de Iudæis: qui ad horam exultabant in lumine Ioãnis. Nos autem non sic, sed semper exultemus in lumine verbi Dei. Ad horam exultat qui audit verbum in ecclesia & gaudet: eggressus autẽ obliuiscitur quod audiuit: aut si prosperitatis tempore retinet, adueniente tamen tribulatione lumen extinguit. Iste est qui sine lucerna in domo sua ambulat, ideoque in tenebris ambulat, quia opera tenebrarum facit, in comessationibus, in ebrie- Rom. 13 tatibus, in cubilibus & impudicicijs, in contentionibus & æmulationibus: indutus vestimenta diaboli, nõ Christum. Hæc fiunt quando verbi lucerna non lucet. Nunquam ergo negligamus verbum Domini, ex quo nobis origo omnium virtutum est, vniuersorumque operum quidã processus. Si membra corporis nostri sine luce, operari rectè nõ queunt (nã pedes vacillant sine lumine & manus errant) quanto magis ad verbi lumen dirigenda sunt animæ nostræ vestigia, atque mentis incessus? Sũt & manus animæ, quæ bene tangunt, vt tetigit Thomas Dominicæ resurre- Io. 20. ctionis indicia, si verbi præsentis lumẽ nobis luceat. Ad hãc lucernã gressus noster forẽsis internusq; moueatur: nullisq; tribulationibus aut persequutionibus cõmoti istud tam diuinum lumen extinguamus.

¶ *Alia ceciderunt inter spinas*. Quæ verba declarans Christus, ait: *Qui autem seminatus est in spinis, hic est qui verbum Dei audit, & solicitudo seculi istius, & fallaria diuitiarum suffocat verbum*. Quare meritò Paulus ait: qui volunt diui- 1. Ti. 6. b. tes fieri, incidunt in tentationẽ & laqueũ diaboli, & desideria multa, & inutilia, & nociua, quæ mergũt homines in interitũ & perditionẽ: Radix enim omnium malorũ est cupiditas, quã quidã appetẽtes errauerũt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Testimoniũ sanè, annotatione & explicatione maximè dignũ. Incidũt (inquit) in tẽtationẽ & in laqueũ. Quare, qui insistũt opibus aggregãdis per fas nephasq; : illud interim nouerint: quòd

Auaritia & immoderatus appetitus diuitiarum quã perniciosa sit ostendit. Explicatus Paul. locus.

incident

Psal. 72. quit Ps.) in affectū cordis: Existimant qm̄ nō sūt sicut cęteri hominū, quid? D. Aug. nūc tu & pauper nudi nati nō estis? fortassis autē post mortē ossa diuitis internoscētur ab ossib9 pauperis: Ni si fortè quòd grauius olebunt, pro eo quod prodijt quasi ex adipe iniquitas eorū: ossa aūt pauperis macilēta sunt. Fortassis aūt mutabūt vices, sicut dicitur: alia vita, alia dieta, quod videre Luc. 16. est in Lazaro & diuite. Sed operti sūt (inquit) iniquitate sua, & neq. ipsi vidēt perditionē quæ eos expectat. Nec cæteri vidēt cauterizatā eorū cōsciēciā verè aūt quisquis videret animas eorū diuerberari tātis cupiditatibus tātisq; timoribus, potius eos miseraret quā felices vocaret. Itaq; tendāt retia sua, vndiq; lucra venētur, impleri nō possūt, satiari nequeūt, nūquā .n. auaritia dictura est: sufficit. Itaq; sequitur ¶ Radix .n. omniū malorū est auaritia quā quidā appetētes errauerūt à fide & inseruerūt se doloribus multis: in aqrēdo, in cōseruādo, in relinquēdo, & in eo quod scriptū est: Cū inte- Psal. 48. rierit nō sumet omnia, neq; descēdet cū eo gloria domus eius. Imo quis (inquit) ex vobis poterit habitare cū ar- Esai. 33. doribus sempiternis? Caueamus igitur pro virili à fallacia diuitiarū, quę & verbū Dei suffocāt, & inserūt nos in doloribus multis cū spinæ sint: & tādē ad perpetuā pditionē perducūt.

Diuersa fideliū merita. Greg. 30 mor. c. 10 ¶ *Aliud 100. aliud 60. &c.* Diuersa fideliū merita in hoc loco Christus ostēdit. Quæ explicās D. Gregorius super illa verba Iob. 38. quādo fundabatur puluis in terrā & glebæ cōpingebātur, sic ait: Glebas ex vno quidē puluere, sed quasi diuersa mole distinctas dñs in terra quotidie cōpingit. quas si in ecclesia ex diuersitate meritorū attēdimus, fortasse adhuc distinguere subtilius valemus. Nā cū alius est ordo prædicantium, alius auditorum, alius regentium, atque alius sublitorum; alius cōiugū, alius cōtinētiū, alius pœnitētiū, alius virginū: quasi ex vna terra ex diuersa glebarū forma distincta, dū in vna fide in vna charitate disparia demōstrātur benè operantiū merita. Has glebas populus ille significauit, qui ad cōstructionē tabernaculi sub vno studio diuersa donaria obtulit. De quo scriptum est: quid quid in cultū tabernaculi ad vestes sāctas necessariū erat, viri cū mulieribus prebuerūt armillas &c. In ornamēto ergo tabernaculi viri cū mulieribus offerūt: quia in explēdo cultu sanctæ ecclesiæ, & fortiū facta sublimia, & infirmorū opera extrema numerātur. Quid autē per armillas: quæ lacertos adstringūt nisi præpositorū validè laborātiū opera domōstrātur, & quid per inaures, nisi subditorū obediētia exprimitur? Quid per annullos nisi signaculū sacramētorū? plerūq; .n. magistri significāt, quod ab auditoribus capi nō posse cōsiderāt. Et quid per dextralia nisi primæ operationis ornamēta memorātur? Vide locū. Dū igitur alij per armillas & annullos forte magisteriū exercēt, alij per inaures & dextralia deuotā obedientiā rectāq; operationē exhibēt; alij per separatū vas aureū præclarā Dei intelligētiā tenēt, alij per hyacinthum, purpurā & coccum, audita cœlestia sperare, credere, amare non desinunt, quasi ex vna terra innumeræ glebæ profe- rūtur, quia ex vno & pari obsequio facta fideliū disparia procedūt. Hos igitur diuersos fructus offert semē: hoc est, verbū Dei cadens in terram bonā. ¶ *Qui habet aures audiendi audiat.* Sūt qui aures habent ad videndum & oculos

Figura. Exo. 35.

Viri, fortes mulieres, infirmi.

Armillæ, præpositorū opera fortia.

In aures subditorū obediētia.

Annulli sacramētorū signacula.

Dextralia primę operationis ornamēta.

Vas aureū diuinitatis intelligentia.

Hyacinthus spes cœlestiū.

Purpura passionū tolerātia.

Coccum bistinctū charitas Dei & proximi.

Additio.

Sunt qui aures habēt ad vidēdū & oculos ad audiendū.

oculos ad audiendum, quia ita assentiunt malis quæ audiunt & credunt verbis mendacij, ac si oculis mala illa vidissent. Mortem vero quam vidēt in cadaueribus eorū, qui iam obierunt credere nolunt, ac si non essent morituri. Habent enim se in his quæ vidēt, ac si ea audissent a nō fide dignis. Hi sunt de quibus Dominus

Eze. 12. a

etiā ait apud Ezechielē: oculos habēt ad videndū & nō vidēt. ac si diceret: Et si oculos habēt corporis, mētis tamē oculis se ipsi priuarūt. Tales sunt omnes impij homines, & sceleribus cōtaminati, qui in rebus fluxis, vanis & tetris immersi, intellectū non erigūt ad diuina cōsideranda. Et licet hoc omni scelerato cōueniat, multo magis ei, qui est insigni dignitate cō-

Zach. 11.

stitutus: in quē Zacharias propheta in hūc modū inuehitur: O pastor & idolū. Idolū. n. vocat, qui oculos habēs nō videt, & aures habēs non audit. Nā, vt ait idē propheta eodē ca. oculus dexter eius tenebrescēs obscurabitur. Oculus capitur aliquando pro

Eccle. 11.

intētione, vt apud Salo. in ecclesiast. Sapiētis oculi in capite eius: intētio n. Sapientū est in Christo capite nostro: intētio aūt stultorū in terra, qui

Psal. 16. Sup. 6.

iuxta psalmographi sententiā, oculos suos statuerūt declinare in terrā. Vnde apud nostrū Mathęū ait Christus: Si oculus tuus fuerit simplex, totū corpus tuū lucidū erit. Et ita intelligitur

Zacha. 5.

id quod est apud Zachariā: hæc est amphora eggrediēs: & dixit: hæc est oculus eorū. Amphora est mēsura, & sumitur pro intētione impiorū, qui omnia nō iuxta dei iudiciū, sed iuxta eorū cupiditatē & appetitū metiūtur: Ideo subdit statim: Sedere impietatē in amphora illa, vt impiā nefariorū hominū intētionē significet. Et volēs apertè ostēdere amphorā illā esse impiorū intentionē, asserit esse oculū eorū. Hi etiā sunt, de quibus prædictus propheta Ezechiel audit statim post verba nūc adducta: & aures ad audiēdū & nō audiūt: ac si diceret. habētes aures corporis, sunt auribus cordis ob sua scelera priuati. De his auribus spiritualibus ait in hoc loco Christus: qui habet aures audiēdi, audiat. Audire. n. hoc loco est intelligere.

Gene. 42.

Vnde c. 42. Ge. vbi nos habemus: nesciebāt. n. quod intelligeret Ioseph, est in Hebraico: ignorabāt. n. quod audiret eos Ioseph. Itaq; videre & audire apud Ezechielē est per sensus in animū inducere, & sibi persuadere. Hoc aūt dicit ob verbi Dei cōtēptū, neq;. n. Hieremiæ nec ipsi Ezechieli credebāt captiui. De his oculis atq; auribus spiritualibus loquebatur dn̄s eidē Ezechieli cū dicebat: Vide oculis

Ezec. 40.

tuis & auribus tuis audi. Nō erat illic Ezech. corpore, sed animo: adeo hoc de oculis & auribus nō corporis intelligitur, sed mētis. Præcepit Deus diuino vati vt animo diligēter perpenderet visionē sibi propositā, insinuās esse magni pōderis, quæ magnā requirebat attētionē. De eisdē auribus etiā

Apo. 2. & 3.

loquitur Ioānes in Apoc. qui huiusmodi aures & oculos nō habēt idola vt diximus appellātur, de quibus verè dici potest oculos habēt & nō vi-

Psal. 113.

debunt, aures habent & non audient. Sunt nonulli qui nō proprijs oculis vident sed alienis: ita enim sunt ducti affectibus, vt credāt nō quod vidēt (vt in principio dicere incipiebamus) sed quod alij se audiuisse testētur: cū dicat prouerbiū: pluris est oculatus testis vnus, quā auriti decē. Vnde oculata fides tertio institutionū Iustiniani de gradibus cognationū, túc dicitur, cū

res subijcitur oculis: Impij ergo isti Iudæi neque hos habebant oculos, neque has aures ideo non intelligebant Christi mysteria. Et quia se nō dum satis idoneos præbebant, quibus aperiretur veritas, qua non solum non fiebant meliores, verum etiam irritabantur vt fierent sceleratiores: propterea quales illi adferebant animos ad audiendum tales illis proponebat Christus sermones, & quia manifestissima nolebāt intelligere ideò tenebris inuoluebat sermonem.

¶ *Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident & audientes non audiūt.* Lucas sic hæc verba retulit: cæteris auté in parabolis: vt videntes non videant: & audientes non audiant. Quo in loco, coniunctio, vt, non dicit causam, sed consecutionem effectus. Vnde Paulus: lex subintrauit, vt abundaret delictum. Nunquit Deus dedit legem vt homines grauius peccarent? absit. Lex non est causa peccati, sed hominis peruersa voluntas, qua preuaricator fit legis. Sic Dauid in psalmo: malum coram tefeci vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Sic Dominus apud Ezechielem c. 14. loquitur dicens: ego dominus respondebo ei, in multitudine immunditiarum suarum vt, capiatur domus Israel in corde suo, quo recesserunt à me: hoc est, vt decipiatur in cogitationibus suis, quibus recesserunt à me. Vbi particula, vt, non accipitur causaliter, sed consecutiuè: Deus enim non est causa mali culpæ. Est quidē autor mali pœnæ, iuxta id, quod est apud Prophetam Amos: Si erit malum in ciuitate quod Dominus non fecerit? Et apud Esaiam: Faciens pacem & creans malum. Et apud Michæam: Descendit malum à Domino in portam Hierusalem. Autor autem peccati nequaquam. Ipse enim est, de quo ait Esaias: iniquitatem non fecit, nec dolus fuit in ore eius. quam sententiam repetit Diuus Petrus prima sua Epistola Canonica. Et, vt ait liber Sapientiæ, Deus mortem non fecit, neque lætatur in perditione viuorum: sed cum Iudæi illi obstinati in erroribus & flagitijs versarentur, & Deus illis aut non responderet, aut obscurū respōsum daret, hinc efficiebatur, eos in erroribus suis permanere. Ad eundem modū loquitur apud eundem Prophetam Ezechielem cap. 22. his verbis: ciuitas effundens sanguinem in medio sui: vt veniat tempus eius: idest, hæc ciuitas, quæ publicè interficit innocentes vt veniat tempus euersionis eius. Vbi particula, vt, non est causalis sed consecutiua: est enim sensus: Hæc ciuitas est homicidiorum perpetratrix, ex quo efficietur, vt cito veniat eius vastitas & euersio. Ad eūdem etiam modum loquitur rex Dauid cū in psalmo quodā ait: obscurētur oculi eorū, ne videāt: & dorsum eorum semper incurua vel dissolue: hoc est, adime his dn̄e iudiciū, & vires nocēdi: labefacta peruersa eorū cōsilia, dissolue eorū dorsum, atq; robur illis cōfringe, ne innocētes calamitatibus opprimāt, eisq; vim inferāt, & per summū scelus ad excidium vocent.

¶ *Vestri aūt beati oculi quia vident, &c.* Hoc ipsum prædixerat Esai. c. 35. dicēs. Ipsi videbūt gloriā Dn̄i, & decorē Dei nostri, hoc est: Christiani videbūt filiū Dei inter eos habitātē: & gloriā eius, videbūt eū faciētē miracula, suūq; diuinū numē magnificātē.

Vt, quomodo accipiatur apud Lucā
Rom. 5
Psa. 50.
Ezec. 14.
Amos. 3.
Esai 45.
Mich. 1.
Esai. 53.
1. Pe. 2.
Sapiē. 1.
Ezec. 22.
Ps. 68. f.
Esai. 35.

Hoc ita impletum esse ostendit Christus in hoc loco, & Ioan. capit. 1. dicens: verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius. Veri fideles charitate illuminati Christum videbant, non solum oculis corporis, sed oculis fidei charitate formatæ: infideles verò, quanuis oculis corporis Christum aspicerent, eum tamen animo non intuebantur: ideo eum non vidisse dicuntur. Ob hanc causam ait Christus in hoc loco Beati oculi quia vident scilicet, quæ vos videtis. Infideles omnes cæci sunt, & non solum infideles, sed multi etiam ex fidelibus laborant animi cæcitate, qui sceleribus contaminati in tenebris versantur: qui quanuis habent lumen fidei, tamen quoniam hæc fides est mortua, neque habent lumen charitatis, inter cæcos numerantur. Anima nostra est lampas: oleum est amor Dei, aqua est fides, & vt lampas sine oleo extinguitur quanuis aquam cōtineat, & extincta lampade tota domus obscura manet, tenebrisque circunfusa: sic anima charitate destituta quanuis habeat fidem, amittit ignem & claritatem: atque ita manens homo cæcus iacet in caligine. Vide Lucæ. 10. in illa verba: Amen dico vobis quia multi prophetæ & Reges cupierunt videre quæ vos videtis, & non viderunt.

Ioan. 1. c.

Infideles & impii cęci dicūtur

Simile.

Luc. 10.

¶ *Qui autem seminatus est in spinis: hic est qui verbum Dei audit & solicitudo seculi istius, & fallatia diuitiarū suffocat verbum & sine fructu efficitur.* Fallunt nos diuitiæ, fallunt opes, pungunt tanquam spinæ, suffocant sermonem cœlestem ne fructum ferat, cur igitur tantopere desiderantur opes quæ nostram salutem impediunt? quæ in causa sunt vt perpetuas pœnas demus, maximè cum tam facile amittantur, tam cito euanescant? audi quid in inferno positi clamēt diuites illi superbi: quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactancia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa sicut vmbra, & tāquam nuntius præcurrens. Cur igitur tam vehementer amatur, quod tam cito perit? Et si opum affluentia perpetuo duraret, deberemus tamen eas ratione stabili firmaque contemnere, & in expetendis non lassari. Quemadmodum luna non patitur eclypsin, nisi cum plena est, sic homo tum maximè solet obscurari, cum plenus diuitijs est, & mundi opibus abundat. Et quemadmodum Luna cum plena est longius distat à Sole, sic multi ex his qui mundi opibus circunfluunt solent se à Deo longissimè separare. Et quamquam in illis virtutes aliquæ apparere videantur, obruuntur tamen solicitudinibus, & diuitiarum curis opprimuntur. Eam ob causam saluator noster, diuitias in hoc loco cum spinis comparauit, quæ licet colore oblectent, opere tamen pungunt. De his autem Esaias: Orientur in diebus eius spinæ, & vrticæ: Et Diuus Augustinus, diuitias inquit, inuenisti, requiem perdidisti. Vnde Crates ille Thebanus Philosophus insignis nummorum Sacculum in mare proiecit, existimans fieri non posse, vt simul & corporis diuitias possideret, & animi quietem: Auferunt enim plerumque animi securitatem, in qua nonnulli ex Philosophis beatitu-

Ostenditur quām falaces sint diuitiæ.

Sap. 5.

Simile.

Simile.

Esai. 34.

D. Aug

Crates.

titudinem constituerunt. Sunt tamen multi, qui eam ob causam aiunt se mundi opes ardenter cupere, vt in vita obtineant amplitudinem, & inter homines nominis celebritatem: In eos enim aiunt esse omnium oculos coniectos, qui diuites existimantur. Sed causa hæc vana est & inanis, & omni homine presertim Christiano indigna: non enim veram amplitudinem diuitiæ pariunt, sed virtutes. Qui virtutibus est ornatus, & si pauper sit, est tamen in honore constitutus. Vt enim gemmæ quanuis obijciantur in lutum, fulgorem tamen & proprietatem non amittunt, sic viri honestate prædıti, quanuis iacent in silentio, & à mundo contemnantur, non tamen splendorẽ & verum decus in diuini numinis imitatione consistens amiserunt. Qui virtute muniuntur, sunt magni, quanuis eos mundus paruos existimet: qui verò vitijs contaminantur, sunt infimi, etiam si eos mundus in honorum vertice constituat. Nihil altius est, nihil sublimius virtute; nihil depresius, nihil inferius vitio. Vbicunque est iustus ibi est magnus, vbicunque impius, ibi exiguus. Vt exigua statua etiam si sit in excelso monte collocata, pusilla tamen est, Colossus autem in ima valle magnitudinem suã non amittit, sic homo nefarius & sceleribus imbutus in sublimi mundi honore, rerumque prosperarum abundantia, pusillus est: Contrà verò vir sapientia & pietate præstans in sua inopia & abiectione est absque dubio magnus. Contemnamus igitur diuitias quæ in causa multis sunt, vt virtutem non sequantur, quæ in causa sunt, vt sermo Euangelicus nullum bonarum actionum fructum, nullumque meritum afferat. Contemnamus illas, quãdo nos nõ insignes, nõ magnos, sed humiles & exiguos efficiunt: fidem adhibeamus Domino dicenti eas esse spinas, esse fallaces atque mendaces.

Virtutes & nõ diuitiæ sunt quæ verã amplitudinẽ pariant.
Simile.

¶ *Qui verò in terram bonam seminatus est: hic est qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert.* Iustus qui optimæ terræ comparatur non solum audit Dei verba, sed ea in animo retinet, in animo versat, coquet & digerit vt fructum afferát: quod in sementi contingere videmus. Et quemadmodum nihil prodest plantam inserere, si priusquam fructum ferat turbine aut procella euellatur, sic parum vtilitatis afferet nobis verbum Dei auditum, & animo insertum & plantatum, si priusquàm fructum producat, fuerit tentationis vento conuulsum. Beatus vir, inquit Rex Dauid, cuius voluntas est in lege Domini, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Non ait eum esse felicem qui Dei verbum legerit aut audierit, sed, qui illud in animo versauerit; & in stomacho intellectus concoxerit, illique studiose obtemperauerit, in eiusque meditatione dies ac noctes consumpserit. Eam ob causam ait Deus Prophetæ Ezechieli, capit. 3: Venter tuus comedet, & viscera tua implebuntur volumine isto. Pro quo Ionathas habet: anima tua saturabitur. Et adiecit statim & viscera tua complebuntur volumine isto: nam multi comedunt verbum Dei, sed vacui manent: multi illud sumunt, quo

Iustus optimæ terræ cõparatur, & qua re.
Simile.
Psalm. 1
Ezec. 3.

rum viscera, hoc est, interiora animi non replentur, quia illius statim obliuiscantur, aut illud non ad vtilitatem, sed vt superius diximus ad curiositatem quærunt: neque ea obseruant quæ obseruanda animo percipiunt. Hoc obijciebat Deus ingratis Iudæis per Aggeum prophetam

Agg. 1.

dicens: Seminastis multum & intulistis parum: comedistis, & non estis saturati. Illi multum comedunt, sed minimè reficiuntur, qui multa legunt & audiunt sed male viuunt, se vsque adeò vitijs contaminantes vt cum eorum vita mirabiliter pugnet studium. Non ergo satis est verba Dei audire sed opus est illa in corde custodire, & iuxta illa operari. Vnde Dominus Ezechieli olim aiebat, vt ipse refert capite tertio: Omnes sermones meos, quos ego loquor ad te assume in corde tuo.

Ezech. 3.

Et in Deuteronomio, capite sexto, ait Deus per Moysem: Erunt verba mea in corde tuo, narrabis ea filijs tuis. Eruntque quasi signum in manu tua. Per manus opera intelligimus: eam ob causam per doctrinam Dei veluti gemmam in manu voluit Deus significare debere nos actiones nostras iuxta legem suam dirigere, ab eaque nullo modo discrepare. Id innuit Christus, quando apud nostrum Matthæum, in hoc capite Euangelicam doctrinam cum margarita & lapide pretioso, qui in manu gestatur comparauit. Præterea ponere aliquid vt signum in manu, est illud memoriæ mandare: Cum enim quis vult recordari alicuius rei, ligat pro signo filum in manu. Ita illud Exodi,

Deut. 6.

Exo. 13.

capite decimo tertio intelligitur: Erit quasi signum in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos. Debet igitur verbum Dei esse in manibus nostris, vt illius nunquam obliuiscamur. Sed non erit in manu nisi prius sit in corde. Ideo priusquam Deus dicat: Erunt verba mea in manu tua, ait: Erunt in corde tuo. Qui voluerit non incidere in peccata, sermonem Dei in terra cordis abscondat. Id voluit his verbis Regius Dauid ac diuinus Vates ostendere: Psalmo centesimo decimo octauo. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Psal. 118.

Tanto amore diuina verba prosequebatur, vt ea veluti pretiosissimum thesaurum, & excellentissima monilia, intima animi arcula recondita seruaret. Et Salomon filius eius in libro Prouerbiorum sexto. De verbo Dei, ac diuina doctrina loquens, liga, inquit, eam in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo, cum ambulaueris gradiatur tecum. Quemadmodum in Arca testamenti erat Diuina Lex, & manna, vt literæ Diuinæ multis in locis prodiderunt: nempe Exodi, capite decimo sexto, & Capite vigesimo quinto & secundo Paralypomenon quinto: Sic in anima vbi verbum Dei custoditur, est etiam Christus per gratiam, manna illud absconditum & diuinum, de quo dixit Esaias capite quadragesimo quinto: Verè tu es Deus absconditus. Et idem Christus apud Ioannem capite sexto: Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi.

Prou. 6.

Exo. 16.

Exo. 25.

2. Par. 5.

Esai. c. 45

106.

Eos,

Eos, qui legem Dei in animo habēt expressam, ait Diuus Paulus, ostendere opus legis scriptum in cordibus suis. Hi Deo parēt, eumq; amore am-
Ion. 14. plectūtur. Vnde ait apud Ioannē ipsa veritas: Si quis diligit me sermonem
Luc. 11. meū seruabit. Et apud Luc. Beati qui audiunt verbū Dei, & custodiūt illud.
Rom. 2. Nam vt ait in Epistola ad Roma. D. Paul. Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustifi-
Iaco. 1. cabuntur. Et Iacobus Apostolus in Canonica sua. Stote factores verbi, non auditores tantum, fallentes vos metipsos. Vt ille, qui vult in hostes
Simile. irruere, & impetum facere, aut se ab illis protegere, indiget gladio, quo manu apprehenso eos percutiat, vt possit de illis victoriam reportare, sic qui voluerit, de mundo, de carne, de diabolo triumphare, hostibus animæ accerrimis, debet in manibus, hoc est, in operibus verbum Dei gestare. Est enim verbum Dei vt in su-
Ephe. 6. periotibus annotauimus gladius di-
apa. 1. & 19. uinus. Cum Iacobus Patriarcha ad exitum vitæ vocaretur, dixit Iose-
Gene 48 pho filio suo: Do tibi partem vnam
Figura. extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. At nullibi in diuinis literis scriptum legimus Iacobum intulisse bellum Amorrhæo, nec cum eo pugnasse. Quis est igitur gladius hic districtus, quem aduersus illum vibrauit, & quo illum percussit, nisi verbum Dei? Amorrhæus, qui sonat rebellem, diabolus est, qui aduersus creatorem rebellauit. Hūc vicit Iacobus patriarcha insignis, nō modo domi clarus, sed foris etiam admirandus, qui moriens extrema verba ad laudem & memoriam diuinorum verborum reseruabat, & interruptis, ac morientibus vocibus, quæ ventura erant tempore Messiæ, diuinitus prædicebat. Arma illa fortia quibus dæmonem superauit non ferrea erant, sed spiritualia, hoc est, diuina verba in eius anima sculta, & manibus, id est, operibus vibrata. His armis munitus vicit hostem, de quo liberauit animam suam, quam moriens filio suo Ioseпho singulari quodammodo commendabat. His armis debemus indui, & hoc existimare nobile & illustre. Hæc debet esse nostra voluptas, & gloria diuinam legem seruare. Id animo percipiens diuinus psaltes concinebat: portio mea Domine dixi custodire legem tuam. Psa. 118.
Ac si diceret: dixi & mecum statui, meas opes esse legem tuam custodire, ac totam meam hæreditatem, totum patrimonium, omnes denique diuitias meas in legis tuæ obseruatione consistere. Nihil mihi est magis in optatis, quām verba tua custodire, & animo seruare, non eos sequens qui religionis simulatione ea ore iactant, cūm ab illorum amore animum habeant abhorrentem eam ob causam talibus comparat Dominus terræ bonæ excipienti semen. Qui & audiunt sermonem Euangelicum, quique secum repetunt & infigunt cogitationi, quique sic figunt ac transfundunt in affectus animi sui, vt nec morte velint ab eo deficere, quique semet explicant ab affectibus & sordidis curis diuitiarum, quæ non sinunt animum esse liberum, sed totos se præbent auri cœlesti. Huius in mentibus non est infrugiferum semen Euangelicæ doctrinæ: sed queadmodū idē triticū nō in quouis solo fert fructū

dulterino semine superseminaret: & fere totum fructum colligeret, nisi cœlestis pater mutilaret messem suã. Dolendum valde est, quod diabolus sine vllo sudore metat animas penè innumeras, in quarum creatione & redemptione, solus laborauerit creator. Nec solum Deus post diluuium bono semine voluit terram serere, sed & cum mundum creauit.

Dolendũ est quod diabolus sine vllo sudore tot aias metat

¶ *Domine non ne bonum semen seminasti in agro tuo? vnde ergo &c.* Bonum semen idest bona cogitatio, vnde bonũ opus quasi fructus oritur, à Deo seminatum est. Non enim sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficiẽtia nostra ex Deo est, ait D. Paul. Sed malum semen idest mala cogitatio, vnde malum opus quasi malus fructus oritur quandoque à dæmone: inimicus enim homo superseminauit zizania. Aliquando ex corde proprio oritur: De corde enim exeunt cogitationes malæ &c. Lege Bernar. sermo. 32. super Cant.

Bona cogitatio àdeo mala autẽ aliquando à diabolo aliquando à nobis seminatur. 2.cor.3.b

Inf 15.b. Bern. ser. 32. super Canti.

¶ *Vis imus & colligimus ea? & ait: non.* Ex hac parabola zizaniorum disce quid iusti in mundo valeant. Nam sicut nihil est patriæ & mundo perniciosius impijs: ita nihil est vtilius iustis. Vsquequo (ait Hieremias) lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur propter malitiã (inquit) habitantium in ea, consumptum est animal & volucre. Et apud Dauid legis: terram fructiferam in salsuginẽ versam, propter malitiam habitantium in ea. Quid verò iusti mundo sint, parabola ista zizaniorum optime docet, quia pater familias venenosas herbas eradicare non finit vsque ad messem, propter triticum: Nullũ enim venenum præsentius esse potest mũdo iniquis hominibus. Quot mala propter vnum iniquum mundus patiatur, & quot bona propter vnum solum iustum tam euidens est, vt lucẽ soli addere velit qui hoc probare nitatur.

Nihil vtilius iustis Et nihil pernitiosius impijs. Hie. 12.a

Psa. 106. d.

¶ *Dicam messoribus: colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos &c.* Hæc verba D. Gregorius enarrans, lib. 9. Moral. cap. 47. sic scribit. Si enim nullus in supplicijs ordo seruabitur, cur cõburẽda zizania in fasciculis ligantur? Sed nimirum fasciculos ad conburendum ligare est, hos qui æterno igni trahendi sũt, pares paribus sociari, vt quos similis culpa coinquinat, par etiã pęna cõstringat: & qui nequaquam dispari iniquitate polluti sunt, nequaquã dispari tormento crucientur, quatenus damnatio conterat, quos simul elatio subleuat: quosque non dissimiliter dilatauit ambitio, non dissimilis angustet afflictio, & par cruciet flãma supplicij, quos in igne luxuriæ par succensit flamma peccati. Sicut enim in domo patris mãsiones multæ sunt pro diuersitate virtutis, sic dãnatos diuerso supplitio gehennæ ignibus subijcit disparitas criminis: nã sicut vno sole omnes tangimur, nec tamen sub eo vno ordine æstuamus, quia iuxta qualitatem corporis sentitur etiam pondus caloris, sic damnatis & vna est gehenna quæ afficit, & tamen non vna omnes qualitate cõburit: quia quod hic agit dispar valetudo corporum, hoc illic exhibet dispar causa meritorum. Hæc Gregorius.

Fasciculos ligare quid sit. D. Greg.

Ordo in supplitijs.

Ioan. 14.

Simile.

¶ *Et sine parabolis non loquebatur eis.* Hoc tempore nihil mendacio licentiosius. Expende quæso temporum nostrorum malitiam, quando tam

est communis, sed specialis gloria cõferatur. Debetur ei, non solum aurea sed etiam aureola. Exod. 25. precepit Dominus vt fieret mẽsa & super mẽsam corona, & super coronam coronula imponeretur: qua significata est aureola. ¶ Thesaurum istum qui inuenit abscõdit, quia eius pretium intelligit, seculo renuntians, monasterium sibi elegit, vbi in abscondito faciei Dei viuit. Vnde D. Bernar. ait: Necesse habemus abscondere si quid habemus boni: quoniã thesaurũ regni cœlorum qui inuenit homo abscondit. Propter quod in claustro & in syluis abscondimur: Neq; hoc infructuose.

Exo. 25. Figura.

D. Ber.

¶ Thesaurus iste regno cœlorum similis est: vita enim virginum cœlesti vitæ multum assimilatur. Infra. 25. simile est regnum cælorum decẽ virginibus. Virginitas collocat in statu cœlesti quantum ad carnis incorruptionem & capit. 21. in resurrectione neque nubent neque nubẽtur, sed erunt sicut angeli Dei D. Bernard. de castitate loquens, cuius dignior species est virginitas, sic ait: Hæc sola in hoc mortalitatis loco & tẽpore, quendam statum immortalis gloriæ repræsentat. Hæc instar odoriferi balsami, quo condita cadauera incorrupta seruantur, sensus, & artus continet, & stringit. Virgines designatæ & significatæ sunt per pelles hyacinthinas, quæ in tabernaculo superiores fuerũt Exo. 26. & ibi ait glosa Bedæ: hyacinthus est cœlestis coloris, & subditur: per pelles ergo hyacinthinas exprimitur virtus illorum, qui mortificatis illecebris carnis, cœlestem in terris vitam gerũt, & inter homines positi angelicam

Infra. 25. Vita virginũ vitæ cœlesti similis est.

Inf. 21.

D. Ber.

Figura.

Exo. 26. Beda.

puritatem imitantur: quia neque nubent, neque nubentur. Et subditur: Meritò ergo pelles hyacinthinæ supremum locum tenent: & color cœlestis cœlo proximum. Cyprianus: imaginem eius qui de cœlo est, portat virginitas. Renuit angelus adorari à Ioanne virgine Apocalypsi vltimo. Vide (inquit) ne feceris, conseruus tuus enim sum: Non tamen renuit adorari ab Abraham, habente scilicet vxorem.

Cypria.

Apoc. vlt.

¶ Virgines etiam similes sunt regno cœlorum diuina in habitatione. Deus enim habitat in cœlis. Regnum cœlorum absconditum est. Mira res, cum terra in cœlo recludi debeat, in virginibus cœlum terræ includitur. Esaiæ. 50. induam cœlos tenebris: & ponam saccum operimentum eorum. Lucæ. 12. Regnum Dei intra vos est.

Virgines similes sũt regno cœlorũ diuina in habitatione.

Esai. 50.

Luc. 12.

¶ Vita virginum vita regia est, cum ipsæ sint sponsæ regis cœlestis: & ideò Reginæ: ipsæ enim regnant in regno corporis sui. Tanta ergo est dignitas & excellentia huius virtutis, vt merito omnia mundi bona pro tam precioso thesauro dare debemus.

Vita virginũ vita regia est.

¶ *Simile est regnum cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas.*

Docet hic locus, fideles ac pios homines negotiatores esse: non humanis ac turbulentis negotijs implicatos: sed eos qui quærentes bonas margaritas, inuenta vna pretiosa vendunt omnia sua, & emunt eam: quæ quidem Christus est. Hi sunt negotiatores illi, quibus datis talentis homo nobilis dixit: Negotiamini dum venio, vt ait Luc. capi. 19. qui operantes fuerunt alia talenta lucrati quorum

Pii homines negotiatores sunt.

Luc. 19.

rum meminit, & Matth. cap. 25. Hi sunt qui fletu emunt gaudium, terra cœlum, re finita infinitam, & temporali æternam, & auro terreno aurum cœlestem De quo dicebat Christus in Apocalyp. cap. 3. Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum, vt locuples fias. O felices nundinas, ô admirabiles commutationes. Eamus omnes ad tale emporium, vbi paruo pretio æternam gloriam comparemus. Sed quoniam diabolus est & mercator, qui breues ac pestilentes voluptates, aliasque mortiferas merces pretio animarum vendit, aut saltim promittit, vt nos ad ęterna supplicia deducat: est summa diligentia aduertendum, ne cum tali negotiatore commercia exerceamus. Ostendit dapes in superficie suaues & appetendas: sed intus latenti veneno contaminatas. Non est aurum id quod apparet, sed scoria: non mel, sed fel. non vita, sed mors: non fama, sed ignominia: non bonum, sed malum. Vt enim, stultus censetur, qui equum empturus non ipsum inspicit & fastidiosè perpendit: sed solum eius frenū, stratum, & exteriora ornamenta intuetur: sic insanus iudicandus est, qui mercium diaboli speciē solū aspicit, interiora verò minime cōtemplatur. Non est cristallus omne id quod cristallus apparet: vitrum & cristallum imitatur: res fragilis & vilis rem solidam & pretiosam: imo venenum habet aliquando speciem medicamenti. Tres mercatores sunt pestilētes, qui perniciem nobis, voluptatis specie tegentes, vendūt: & ad suas officinas alliciūt: diabolus, mundus, & caro; qui nobis interitum machinantur: eos fugiamus eorum voluptates contenamus, & pestiferas merces detestemur. Quid nobis cum mundo? quem antiqui congeriem malorum appellarunt. cuius vitam & naturam Plotinus quasi magicam esse affirmauit: imagines boni veri ac pulchri vbique fingentis, falsumque pro vero simulantis.

Mat. cap. 25. — Apo. 3. — Diabolus est mercator. — Simile. — Tres mercatores pestilēt. diabolus, mūdus, & caro. — Plotinus Platonicus

¶ *Simile est regnum cœlorum homini negotiatori*. Vita ergo sanctorum negotiatio est. Quicunque charitatem habet, particeps est lucri quod in Ecclesia sancti ex sua negotiatione reportant. Vndè charitati potest dici illud Prou. vltimo: Multæ filiæ cōgregauerunt sibi diuitias, tu verò supergressa es vniuersas: si boni ergo negotiatores esse velimus charitatem sectemur.

Vita sanctorū negotiatio est. — Prou. vlt.

Quærenti bonas margaritas. Diuitiæ huius mundi bonæ margaritæ non sunt, quia coinquinant hominis animū, detinent in peccatis, spoliant eū virtutibus, & Dei obliuionem inducūt. quare non querēdæ sunt. Quod verò diuitiæ inquinēt hominē &c. Vel ex eo colligi potest, quod Salomō ait prouerb. 27. qui festinat ditari non erit innocens. Ditari festinat, qui in mundo hoc qui locus est paupertatis & exilij, vult ditari. Vnde Eccle. 11. Si fueris diues, non eris immunis a delicto. Et Osææ. 9. de amatoribꝰ diuitiarū. Facti sunt abominabiles sicut ea quę dilexerūt. Et Seneca multū est, diuitiarum cōtubernio non corrumpi.

Diuitię huius mundi bonæ margaritæ nō sunt. — Diuitiæ coinquinant animum. — Prou. 27. — Eccle. 11. — Osęæ. 9. — Seneca.

¶ Diuitię etiā obliuionē Dei inducūt. Vnde Gen. 48. dicitur: Ephraim & Manasses fuisse fratres germanos. Ephraim interpretatur fructificans: per quā diuitiæ significātur. Manasses obliuio. Abundantia enim diuitiarum, & Dei obliuio cōsotiæ sunt: quæ societas innuitur Deut. 8. quo in loco

Diuitiæ obliuionē Dei secū afferunt. — Deut. 8.

loco sic legimus: Dominus Deus tuus introducet te in terram bonam: terram riuorum: & subiungitur: Absque penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfrueris. Deinde sequitur: obserua & caue, ne quando obliuiscaris Domini Dei tui. Has igitur margaritas quæ animam cōtaminant, quæ Dei obliuionem afferunt, quæ secum denique vniuersam vitiorum congeriem adducunt, minime quæramus: sed potius virtutes quæ bonæ margaritæ sunt, quæ verè diuites faciunt.

Quare homines piscibus comparentur.

¶ *Simile est regnum cœlorum Sagenæ, &c.* Quod piscium aliqui boni aliqui mali sint, nihil aliud significat quàm diuersitatem hominum in ecclesia. Quod pisces nunquam à matre idest, aqua recedunt, auulsi autem moriuntur: nihil aliud nos docet, quàm vt cum matre Ecclesia permaneàmus. Pisces verò raptores qui alios minores deuorant: impios homines exprimunt. Meritò ergo homines in hoc loco piscibus comparantur.

¶ Finis. Capi. XIII.

¶ Ioannis interitus & aliquot miracula.

Capitu. XIIII.

Mar. 6. b. Luc. 9. a.

IN illo tempore audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu: & ait pueris suis: hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis; & ideo virtutes operantur in eo. Herodes enim tenuit Ioannem & alligauit eum, & posuit in carcerē propter Herodiadem vxorem fratris sui. Dicebat enim illi Ioā-nes, non licet tibi habere eam. Et uolens illum occidere, timuit populum, quia sicut Prophetam eum habebant. Die autem natalis Herodis saltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi, vnde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcumq; postulasset ab eo. At illa præmonita à matre sua. Da mihi, inquit, in disco caput Ioannis Baptistæ, & contristatus est Rex, propter iuramentum autem & eos qui pariter recumbebant, iussit dari. Misitq; & decollauit Ioannem in carcere. Et allatum est caput eius in disco, & datum est puellæ, & illa attulit matri suæ. Et accedentes discipuli eius, tulerunt corpus eius & sepelierunt illud, & venientes nuntiauerunt Iesu. Quod cum audisset Iesus, secessit inde in nauiculam in locum desertū seorsum, & cum audissent turba

Mar. 6. c. Luc. 3. d. Infra. 12. c. Ioan. 6.

ba, sequuta sunt eum pedestres de ciuitatibus. Et exiens vidit turbam multam: & misertus est eius, & curauit languidos eorum. Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli eius dicentes: Desertus est locus & hora iam præteriit, dimitte turbas, vt euntes in castella emant sibi escas. Iesus autem dixit eis: Non habent necesse ire: date illis vos manducare. Responderunt ei: non habemus hic nisi quinque panes & duos pisces. Qui ait eis: afferte mihi illos huc. Et cum iussisset turbam discumbere super fœnum: acceptis quinque panibus & duobus piscibus, aspiciens in cœlum benedixit & fregit, & dedit discipulis panes, discipuli autem turbis. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos. Mar. 6. f. *Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum exceptis mulieribus,* Ioan. 6 b. *& paruulis. Et statim iussit Iesus discipulos ascendere in nauiculam, & præcedere eum transfretum donec dimitteret turbas. Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus, erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos Iesus ambulans super mare. Et videntes eum super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes: quia phantasma est, & præ timore clamauerunt. Statimque Iesus loquutus est eis dicens: Habete fiduciam, ego sum, nolite timere. Respondens autem Petrus dixit: Domine si tu es, iube me ad te venire super aquas. At ipse ait: veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam, vt veniret ad Iesum. Videns verò ventum validum, timuit. Et cum cœpisset mergi, clamauit dicens: Domine saluum me fac. Et continuo Iesus extendens manum apprehendit eum: Et ait illi: Modicæ fidei quare dubitasti? Et cum ascendisset in nauiculam cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eum, dicentes: Verè filius Dei es. Et cum transfretassent, venerũt in terra Genesar.* Mar. 6. g.

Et cum cognouissent eum viri loci illius, miserunt in vniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes, & rogabant eum: vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quicunque tetigerunt salui facti sunt.

Capitu. XIIII.

Ad literam.

¶ *Non licet tibi habere eam.* Non constat ex hoc textu, an Herodes acceperit eam viuente fratre, an mortuo, sed vtrumque illicitum erat. Nam nunquam vxorem fratris mortui licebat accipere in vxorem, si frater reliquerat filios. Certum est autem Philippum habuisse tūc filiam ex Herodiade. Hieronymus super hunc locum existimat: Herodem viuente fratre rapuisse vxorem: cui consentit Eusebius lib. 1. Ecclesia. histo. ca. 10. D. Hiero. Eusebius.

¶ *Quia sicut prophetam eum habebāt.* Vel quia prophetam esse crederent.

¶ *Cum iuramento pollicitus est ei.* Vel, testatus est.

¶ *Atilla praemonita à matre.* Vel instructa, informata, vel subornata.

¶ *Da mihi in disco caput Ioannis.* Apparet hoc ludibrij causa factum. Quasi & hic missus quidam esset genialis, illius, ac natalitij conuiuij.

¶ *Iussit ei dari.* Nota, caput tanti prophetae pro saltatione & gesticulatione dari.

¶ *Et misit.* Scilicet carnificem.

¶ *Et amputauit caput Ioannis.* Quū dixit misisse qui caput Ioānis praecíderent. Mox tamen subijcit: ipsum Herodem amputasse caput. Facit enim qui iubet.

¶ *Super foenum.* Vel super gramina.

¶ *Benedixit.* Idest bene precatus est, vel gratias egit. Heb. benedicere in sacra Scriptura, aliquando significat bene precari. Sic Gene. 14. Melchisedech benedixit Abrahae. &. 27. Affer mihi vt comedā, & benedicat tibi anima mea. Aliquando pro gratias agere, vel laudare, psalm. 33. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius. Benedicere variè sumitur in scriptura Gene. 14. &. 27. Psa. 33.

¶ *Duodecim cophinos.* Cophinus veteribus mensurae genus fuit auctore Iulio Polluce. Quanquam hic pro sportis positum apparet.

¶ *Duodecim cophinos fragmentorum.* Vel reliquiarum de fragmentis.

¶ *Statim iussit discipulos ascendere.* Vel compulit ascēdere: vt intelligamus: eos inuitos à tāto preceptore discessisse: quem sic amabāt, vt neque ad pūctum temporis possent abesse. Quēadmodum annotauit Hieronymus qui (*compulit*) legit, non (iussit).

¶ *Solus orare.* Vel seorsum, vel priuatim, aut secretò orare.

¶ *Respondens autem Petrus.* Hebra. pro loquutus. Vide supra capit. 11. ibi: Respondens autem Iesus, dixit: Confiteor tibi pater.

¶ *Quare dubitasti?* Vel quare vacillasti. Vox Greca Hinc inde animum impellere significat. Donec nihil spectabat nisi Christū, in tuto erat Petrus: at dum fluctuat animo, protinus periclitatur in fluctibus.

Cap.

Capit. XIIII.

¶ Ad mores.

¶ Herodes enim tenuit Ioannem, & alligauit eum, & misit & decollauit in carcere. Iam expressam imaginem in hoc loco vides: non Regis ac veri principis, sed potius immanissimi ac crudelissimi tyranni. Veri enim Regis propria laus est clementia: cumque plurimum possit, nulli tamen velle nocere, ac solum aculeo carere, seseque totum in populi sui commoditatem impendere. Adeò vt Niloxenus ille sapiens. Rogatus quid esset vtilissimum: responderit: Rex. Id est se proprium veri principis indicans vt quantum in ipso sit nemini noceat, prosit omnibus, sitque magis optimus quã maximus: quanquã nõ alia ratione potest esse maximus nisi vt sit quàm optim9, hoc est, beneficẽtissimus in omnes. ¶ E contra verò qui tyrãnus est, qualis fuit Herodes: Eò differt (vt Arist. ait) à Rege: quod ille suum ac priuatum commodum expectat: hic populi rebus consulit. Et tamen huiusmodi tyrannis, vix iam sat est regis cognominatio, nisi longam splendidissimorum mendaciorum addas coronidem: vt diui cognominentur qui vix sunt homines: inuicti, qui nunquam non victi discesserunt a prelio: Augusti, quibus angusta sunt omnia: serenissimi, qui bellorum tempestatibus, & insanis rerum motibus orbem concutiunt: illustrissimi, qui profundissima omnium honestarum rerum ignorantia caligant: catholici, qui quiduis spectant potius quàm ad Christum: neque est vllum aliud studium, nisi vt leges, edicta, bella, paces, fœdera, consilia, iudicia, sacra profanaque eo conferant, vt omnes omnium fortunas in suũ conuertant fiscum, hoc est, in doliũ pertusum congerant, & aquilarum in morem, innoxiarum auium visceribus, se suosque saginent pullos. Age, vt in aquilæ exemplo immoremur, si quis vultum ipsum, & os aquilæ diligẽtius contempletur: oculos auidos atque improbos, rictum minacem, genas truculentas, frontẽ toruam, non ne plane tyranni principis quoddam simulacrum agnoscet magnificum ac maiestatis plenũ? Accedit huc, & color ipse funestus, teter, & inauspicatus fusco squalore nigricãs. Vnde etiam quod fuscum est, ac subnigrum, aquilum vocamus. Tum vox inamœna, terribilis, exanimatrix, ac minax ille querulúsque clangor, quem nullum animantium genus non expauescit. Iam hoc symbolo protinus agnoscit, qui modo periculum fecerit, aut viderit certe, quã sint formidandæ malorum principum minæ, vel ioco prolatæ, & quãto opere contremiscant omnia, quoties huiusmodi vox intonuit aquilina. Ad hunc, inquam, aquilæ stridorem, illico pauet omne vulgus, contrahit sese senatus, obseruit nobilitas, obsecũdãt iudices, silẽt theologi, assẽtãtur iurisconsulti, cedũt leges, cedunt instituta: nihil valet nec fas nec pietas, nec æquitas, nec humanitas: cumque tam multæ sint aues, non ineloquentes, tam multæ canoræ, tamque variæ sint voces ac modulatus, qui vel saxa possint flectere: plus tamen omnibus valet, insuauis ille & minime musicus vnius aquilæ stridor. Quæ omnia, si attentius Euangeliũ lege-

Veri Regis propria laus est clementia.

Niloxenus.

Imago veri regis describitur, & tyranni.

Simile.

Tyrãni similes sunt aquilis & quare.

legeris, in vno Herode videbis.

Eccle. 25. ¶ *Propter Herodiadem.* Iā hic vides, quā vera sit sapiētis sententia: Non est (inquit) caput nequi9 super caput colubri, & nō est ira super irā mulieris: cō morari leoni & draconi placebit, quā habitare cū muliere nequā. Ira sanè mulieris multo perniciosior est veneno quod in capite colligit colubrum. Leo & draco, antequam hominibus noceant, iram suam à qua possis fugere ostendunt: mulier verò amicitiam simulādo mortem infert.

Mulierū ira, quàm perniciosa sit ostēdit.

¶ Irritabile profectò est ac vindex mulierum genus: partim ob rationis inopiam, partim ob animi humilitatem: nam veræ magnanimitatis est quasdam iniurias negligere, neq; quos vis homines dignari ira sua.

Simili. & dissimilitudo. Est autem formidabile animal mulier, cum ad sexus vitium accedit libido. Canis iratus, tantum oblatrat, interdum & mordet. At mulieres libidini deditæ, præter linguæ venenum, mortem & interitum pijs ac sanctis viris machinantur, si illas sua correptione à peccato reuocare contendant. D. Ioan. ingenti suo malo expertus est esse verissimum quod Ecclesiasticus dixit. Quare non sine causa apud antiquos poetas, tam male audiebat mulierum genus, vt apud illos in prouerbio esset: Nihil fœmina pestilentius, quæ quidem hodiernis tēporibus strenue aliquæ illarum dant operam, ne poetæ planè vaniloqui fuisse videantur. Dant etiam operam, vt illud etiam prouerbium verum sit. Mulierum exitia. Mulieres enim omnium ferè calamitatū auctores fuisse viris dicūtur. Testis pandora Hesioda; testis bellū Troianum: testis Hercules à Deianira extintus: testis Danaidū fabula: testis lāniarū mulierū historia: testis Cleopatra: testis Eua: testis impia Iezabel & Athalia: testis denique Herodias ista adultera, quæ prophetā Domini interficere fecit. Quàquam hæc magis conueniebat stultitiæ virorum adscribere, qui tantum indulgeant muliercùlis, & velut amentes amore in quoduis malum sequantur: cum par fuerit, vt illis moderantibus, mulier natura stultior, simul & imbecillior, minus desiperet. Quod enim animus est corpori: id virum oportebat esse mulieri. Verùm quemadmodū vulgus sua vitia corpori imputat, cū ab animo proficiscātur: & stulti principes insanissimos bellorum tumultus imputant populo, quorum ipsi sunt auctores: ita viri deijciūt in fœminas, si quid ipsi delirauerint: vt in vno Herode vides, qui propter Herodiadem, tenuit, & alligauit, & interfecit Ioannem.

Apud poetas semper male audiuit mulierū genus.

Mulieres omniū ferè calamitatum auctores.

Calamitas à mulieribus orta, potius virorum stultitiæ ascribēda est quàm illis.

¶ *Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eā.* Quia vera dicebat veritas, in carcere detinebatur. Sic hodie veritas capta detinetur: vix enim inueniuntur, qui veritatē sceleratis hominibus, maximè principib9, dicere audeant. Vnde Seneca iure optimo ait: Mōstrabo tibi, quid omnia possidentibus desit scilicet qui verū dicat. His enim tēporibus tā acriter veritas impugnatur, vt illā corruere necesse sit. Corruit (inquit Esaias) in platea veritas. Et Dan. 8. Prosternetur veritas in terra. Multi nūc sunt, qui eò quod deserant veritatē vitæ, fugiat ab eis veritas doctrinæ: quēadmodū è contra eos sequitur veritas doctrinæ, qui habēt veritatem vitæ. Volatilia (inquit ecclesiastic9) ad sibi similia conueniunt, & veritas ad eos qui operātur illam reuertetur.

Veritas hodie in carcere detinetur. Seneca.

Esai 59.c Dan. 8.

Eccli. 27. b.

Ec ¶ *Nauicu-*

Vnde in ecclesia nascantur tumultus.

¶ *Nauicula aūt in medio mari iactabatur fluctibus: Erat enim contrarius ventus.* Hinc discemus causas tantorum malorum quæ quotidie in ecclesia catholica contingunt. Quo cognito fonte facilè si volumus, malis mederi poterimus. Equidem apud Euāgelistas reperio bis periclitatam nauim Apostolicam, semel noctu quū abesset Iesus, quemadmodum legimus in hoc loco, nauicula, inquit, in medio mari iactabatur fluctibus. Quid autem mirum in Ecclesia nasci tumultus, si ibi non adsit Iesus? Quoties abest spiritus Christi, tunc spiritus huius mundi miserè iactant acvexant nauiculam. Quid mirum illic non esse salutiferum consilium, Vbi tantæ sunt tenebræ, vt Iesum aduenientem nōn agnoscant, & ad seruatoris aduentum expauescant, suspicantes esse phantasma noxium? Et nisi Iesus illos nota voce compellās, iussisset esse bono animo, metu fuerant exanimandi, Vbi Petrus tutius iudicauit in fluctibus esse cum Iesu, quàm in naui periclitante. Imitemur fidem Petri, & Iesus ilico, reuersus in nauim sedabit omnem tempestatē. Rursus periclitatur nauis apud eundē Euāgelistā, capite octauo, præ-

Sup.c.8.

sente quidē Iesu, sed altū dormiente. Nā & caput innixū fuisse ceruicali, addit Marcus, nec temerè adiecit id factū fuisse in puppi nauis. Vis aūt audire quantū sit periculi dormire Iesum? facta est, inquit, procella magna vēti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis, aūt, vt Matthæus narrat, operiretur fluctibus. Horribilis ventus ambitio, pestilēs ventus auaritia, perniciosus ventus voluptatū amor, cæteræq; cupiditates rerū mūdanarū. Hi vēti ciēt hos motus, sic vt fluctus bellorū ac dissidiorū inundēt in ecclesiā. Fitq; vt periclitetur nō solū nauis, in qua erāt Apostoli, sed cæteræ quoq; quæ nauim comitabantur. Addit.n. Marcus: & aliæ naues erant cū eo. Quid aūt sibi vult somnus Iesu? vtinā nō ille tā sępe dormiret in animis pastorū, qui locū in puppi tenēt, totius nauis honoratissimū, vbi cōuenit esse nauclerū, qui timonem moderetur. Quid sibi vult ceruical capiti suppositū? nōne is erat qui dixit, filius hominis non habet, vbi caput suum reclinet? quid aūt est, nō habet vbi caput reclinet, certe diuersoriū habebat Iesus, & consentaneū est, illi nō defuisse culcitram in qua dormiret. Sed qui nihil habet in hoc mūdo cui innixus animus acquiescat, sed totus inuigilat studio rerū cœlestiū, is nō habet vbi caput reclinet. O quàm molle ceruical est ambitioso, sūmus honos tādē per fas nefasq; obtēptus? quam dulce ceruical est amatori diuitiarū res domi pulchrè aucta & cōstabilita? qui sic fungūtur magistratu, vt nō sibi gerāt, sed alijs, qui cogitāt Episcopatū opus esse nō regnum, his non est ceruical quod ad somnum inuitet: sed crepitaculū potius, quod nō sinat obrepere somnū. Nūc quosdā videmus successu rerū mūdanarū sic delinitos ac penè dixerim ebrios, vt non ceruicali, sed mandragoræ, quod aiūt, indormire videātur. Hinc nimirum illa periculosa rerum tempestas, quia Christus dormit in nobis. Verūm in tāto discrimine, quod ad vniuersos pertinet, quid cōsilij fratres? Solēt enim naucleri, cuiuslibet etiam consilium admittere in magnis tēpestatibus. Vnde potius consiliū sūmamus quā ab Euāgelio? Diffisi præsidijs nostris inclamemus Iesum, pulse-

pulsemus aures illius, vecillemus, donec expergiscatur. Sic excitari & potest, & cupit, dicamus illi flebili voce: Domine tua non refert si pereamus. Dicamus cum summa fiducia: Domine serua nos, perimus. Ille vt est exorabilis, audiet suos, suoq; spiritu repente sedabit tempestatem mūdano spiritu excitatam. Dicet vento quiesce. Dicet mari: tace, obmutesce. Quid autem consequutum est? cessauit ventus, & facta est tranquillitas magna. Quandiu nauis Ecclesiæ ventorū arbitrio iactatur. In summo versatur discrimine. Etsi datur aliquando temporaria tranquillitas, rursum aliunde obortus ventus renouat tēpestatem. Si conquiescit ad tempus Auster auariciæ, surgit Aquilo superbiæ: si voluptatum Zephyri cessant, exoritur Boreas iracundiæ, assequutus sum hoc aut illud, cuius gratia digladiabar: mox obijcitur aliud, cuius gratia nouum & atrocius certamen suscipiam. Nam mundanarum cupiditatum nullus est finis. Hi venti sedari non possunt, nisi illis comminetur Iesus.

Capit. XV.

TVnc accesserunt ad eum ab Hierosolymis scribæ & pharisæi, dicentes: Quare discipuli tui trasgrediūtur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas cum panem manducant. Ipse autem respondens, ait illis: Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit: honora patrem & matrem, &, qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicunq; dixerit patri vel matri. Munus quodcunq; est ex me, tibi procederit, & non honorificabit patrem suum aut matrem suam: & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. Hypocritæ bene prophetauit de vobis Esaias, dicens: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est à me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum. Et conuocatis ad se turbis, dixit eis: Audite, & intelligite: Non quod intrat in os coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt ei: Scis quia pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt? At ille respōdens, ait: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur. Sinite illos: cæci sunt, & du-

Exo. 20. e
Deut. 5. b
Ephe. 6. a
Exo. 21. e
Leui. 20. b.
Prou. 20. c.
Esai. 29. b
Mat. 7. e
Ioā. 15. a.

duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, vterque in foueam cadunt. Respondens autem Petrus, dixit ei: Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit: Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligitis quia omne quod in os intrat in ventrem vadit, & in secessum emittitur quæ autem procedunt de ore de corde exeunt. Et ea coinquinant hominem, de corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adultera, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare nō coinquinat hominem. Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chonanæa à finibus illis egressa, clamauit, dicens ei: Miserere mei Domine fili Dauid: filia mea malè à dæmonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum, dicentes: Dimitte eam: quia clamat post nos. Ipse autem respondens: ait, non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.

Luc. 6. a.

At illa venit & adorauit eum, dicens. Domine adiuua me. Qui respondens, ait: Non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus. At illa dixit: etiam Domine: nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Et cum transisset inde Iesus, venit secus mare Galilææ, & ascendens in montem sedebat ibi. Et accesserūt ad eū turbæ multæ habentes secū mutos, cæcos, claudos debiles, & alios multos. Et proiecerunt eos ad pedes eius. Et curauit eos, ita vt turbæ mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes, & magnificabant Deum Israel. Iesus autem cōuocatis discipulis suis, dixit: Misereor turbæ, quia triduo iam perseuerant mecum, & non habent quod manducent, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiāt in via. Et dicunt ei discipuli: Vnde ergo nobis in deserto panes tantos vt saturemus turbam tantam? Et

Et

Et ait illis Iesus: quot habetis panes? at illi dixerunt: septem, & paucos pisciculos. Et præcepit turbæ vt discumberent super terram. Et accipiens septem panes, & gratias agens, fregit & dedit discipulis suis: & discipuli dederunt populo, & comederunt omnes & saturati sunt. Et quod super fuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas. Erant autem qui manducauerunt quatuor milia hominum, extra paruulos & mulieres, & dimissa turba ascendit in nauiculam, & venit in fines Magedam.

Ad literam.

Esai. 3. ¶*Cum panem manducant.* Heb. cum cibũ sumunt. panis pro cibo. Sic Esa. 3. Aufer à Iuda omne robur panis.
Hie. 5. Idest omnẽ vim cibi. Hiere. 5. deuorabit omnẽ messem & panem. Siue comedet segetes tuas & panem tuum vt nostra æditio ait.

¶*Honora patrẽ,* Græ. est, tima, quod significat: honorẽ habe. Verũ secũdũ
Honorare quid sit cõsuetudinẽ sermonis Hebraici, magis pertinet ad subsidiũ quã ad honorẽ. Precepit enim Deus, id, quod gẽtiliũ legibus cautũ est etiã vt liberi parentibus, vel ætate defectis, vel inopia laborãtibus, vel alioquin afflictis opitularẽtur. Et vt Græci loquũtur, Antipelargosi, Ad eundem modum loquutus est Paulus scribens Thimotæo: Honora viduas, quæ verè viduę 1. Ti. 5. c.
sunt, ac rursus præsbiteri duplici honore digni sunt. Quim & apud latinos, honor, pro præmio gratiaque vsurpatur, quæ pro merito refertur: et apud Græcos timi, à tio deductũ est, quod quoties in bonã accipitur partem significat per soluo. Ibidem.

¶*Munus quodcunque est ex me tibi proderit.* Principiũ legis pharisaicæ, quã non absoluit, idest, quidquid doni templo dicaturus eram, in tuum vertetur commodum. Taxat Christus oblationẽ, quæ fiebat contra præceptum Dei de parentibus alendis. Vide Marc. 7. in illa verba, *Corbam &c.* Mar. 7.
(quod est donum) &c. Solent Doctores & concionatores principia legũ communium, atque omnibus cognitarum tantũ allegare, reliqua omittẽdo, siue subintelligendo. Sic Christus in hoc loco principium huius legis allegauit & cętera tãquã nota omisit.

¶*Et irritum fecistis.* Idest, itaq, irritum fecistis.

¶*Populus hic labijs mę honorat.* Græcè appropinquat mihi populus hic ore suo, & labijs me honorat, idest, accedit populus hic ad tẽplum meũ vt oret.

¶*Non quod intrat per os coinquinat hominem sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem.* Transitus fit de ore corporis ad os cordis. De ore enim cordis exeunt cogitationes malæ furta, &c. Quæ coinquinant hominem.

¶*Sinite illos.* vel missos facite illos.

¶*Blasphemiæ.* Conuitia vel sermones impij.

¶*Secessit in partes Tyri.* Idest in eam Iudææ partem, quæ vicina est Tyro.

¶*Etiam Domine.* Græcè, certè Domine. Est enim confirmantis aduer-

biũ, non refellentis. Verum est quod dicis turpe est panem filiorum abijci catellis: ego licet sim canis micas peto, non panes.

¶ *Venit secus mare Galileæ.* Vel ad oram maris.

Ad mores.

Additio.

¶ *Tunc accesserunt ad eum ab Hierosolymis scribæ & pharisæi.* Hic nobis Spiritus sanctus describere vult quoddam hominum genus, cuius in republicis munus est aliorum defectus in lucem producere. Malus ideo viuit, inquit, Diuus Augustinus, vt corrigatur, aut per eum bonus exerceatur. Est enim malus bonorum ac piorum hominum tortor; & crux. Et quemadmodum in homine carnis munus & officium est contradicere spiritui: sic in mundo, impiorum & sceleratorum hominum est, iustis ac viris sanctitate præditis contradicere, eos, persequi & calumniari, eos, inquam, exercere in palestra spirituali. Nunquam equidem auctore Paulo Apostolo inter nos deerit Ismael qui persequatur Isaac. Quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc. Neque enim recens sed vetus querela est factiones & inimicitias inter pios & impios inter iustos & scelestos esse: ab illa enim die quia Deus serpenti dixit: inimicitias ponam inter te & ipsum, & inter semen tuum, & semen illius, bellum intestinum inter electos & præscitos durare experimur. Impij ergo legis Doctores atque superstitiosi Pharisæi ab Hierosolymis, veniunt vt munus suum exequantur, hoc est, vt vitam Christi & discipulorum eius calumnientur, eorumque defectus, quos ipsi putabant, in lucem prodant. Sunt enim impij veluti purgatorium piorum, ac veluti virga qua pannus contunditur, ne puluere maculetur. Sunt filij Dan de quo olim Iacob prædixerat in hunc modum: fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, vt cadat ascensor eius retro. Impius enim calumniator ac sycophanta, verè & coluber, & cerastes est, hoc est, cornutus serpens, quia contra vitam fidelium ac electorem cum morsu pestiferæ calumniæ armatur, etiam cum cornibus autoritatis & potestatis. Signanter autem coluber dicitur in via, quia eis quos in latitudine vitæ ambulare videt, libertatem quidem tribuit, non increpat non incusat, sed interim erroris sui veneno consumit. In semita autem est cerastes, quia quos fideles reperit, & sese ad precepti cœlestis angusta itinera constringentes, non solum nequitia sua impetit sed etiam terrore potestatis premit. Equus, quem insedit iustus vita eius sancta ac studiosa est, curant ergo impij cum equum mordere non possunt saltem vngulam equi mordere: curant, inquam. Piorum defectum aliquem etiam minimum omnibus

Est hominũ geuus cuius munus est aliorum defectus in lucẽ producere.

Gal. 4.

Gen. 3.

Simile.

Gene. 49. Figura

omnibus ostendere vt à bono suo nomine, ac opinione decidant: minime curantes immanissima crimina quibus ipsi imbuti sunt, intueri: festucam in alieno oculo vident & trabem in oculo suo non vident. Hi similes sarcinatoribus quibusdam esse dicuntur: quorum est pannum alienum ac prætiosum forcipe scindire quo alios induant: ipsi verò vilioribus pannis attritis atque laceris obsiti atque tecti, incedunt. Similes etiam fabris ferrarijs cultellos alienos acuentibus suos autem obtusos habentibus. Tanta est istorum hominum arrogantia atque præsumptio vt de sua obtusa ac dilacerata vita nô curantes totum tempus in cauillanda aliena consumant. Quare non immerito de huiusmodi hominibus Salomon in libro Sapientiæ, scriptum reliquit: semper præsumit sæua perturbata conscientia. Sed iam de istorum delatorum calumnijs sigillatim agamus.

Simile.

Simile.

Sapi. 17.

¶ *Tunc accesserunt ad eum ab Hierosolymis.* Ad quid obsecro tam longum iter, tam indefessus labor? Vt dicerēt: quare discipuli tui transgrediuntur præcepta seniorum? Non enim lauant manus cum manducant. Negocium sanè grandis momenti, manus lauare & mundare ante prandium. Ecce calumniatorum primum munus: piorum defectus & si minimos & nullius momenti oculis linceis intueri. Hi similes sunt ijs, qui in syrico aliorum, nudum minimum ac penè inuisibilem vident: in fune autem sua, nudum maximum non vident. Hi sunt qui non in eadem libræ lance facta sua, & facta aliorum quibus inuident, ponunt, sed in diuersa. Si enim scirent iustum gemina suspendere lance, ancipitis libræ: aliter de vita proximorum iudicarent, aliter sentirent loquerentur aliter: sed mendaces filij hominum in stateris. Si enim impius ille ac sceleratus Aman, exaltatus immerito à Rege Assuero, scelera sua perpendisset: non curaret an Mardochæus flecteret sibi genu necne. Si enim nostra malè commissa inspiceremus, de aliorum factis minime curaremus, nec de aliorum vita tam curiosi ac rigidi censores efficeremur, neque aures Midæ haberemus. Lucianus calumniæ depingens imaginem, meritò aures Midæ illi tribuebat, propter studium asculatandi quid alij rerum faciant.

Primum munus calumniatorum.

Psal. 61. c

Esther. 3.

Lucianus

¶ Sed interim obserua scribas istos non ad discipulos, sed ad Iesum accessisse, vt cū illo rem agerent. Nóne ô legis doctores satius esset magisque rationi consentaneum discipulos adire, eosque amicè corrigere, ac secretò cum illis de salute sua agere, quàm Christum conuenire? Vbi nam est lex fraternæ correptionis, quam ex lege didicistis? Vbi est charitas & amor proximorum? Vbi desiderium salutis eorum? Sed de hoc minime miremur, nam calumniatorum, atque impiorum hominum secundum munus est, de alienis moribus non secum, sed cum alijs murmurare: sicque inuidiam, odium, indignationemque suam palam ostendere, non enim tam de salute proximorum quàm de illorum pernicie agunt. Hinc est quod Salomon. ait: lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem, ciuitates munitas diuitum destruxit, & domus magnatorum effodit. Omnia confundit

Secūdum munus calumniatorū

Eccle. 28.

rum viſcera, hoc eſt, interiora animi non replentur, quia illius ſtatim obliuiſcuntur, aut illud non ad vtilitatem, ſed vt ſuperius diximus ad curioſitatem quærunt: neque ea obſeruant quæ obſeruanda animo percipiunt. Id obijciebat Deus ingratis Iudæis per Aggeum prophetam (Agg. 1.) dicens: Seminaſtis multum & intuliſtis parum: comedistis, & non eſtis ſaturati. Illi multum comedunt, ſed minimè reficiuntur, qui multa legunt & audiunt ſed male viuunt, ſe vſque adeò vitijs contaminantes vt cum eorum vita mirabiliter pugnet ſtudium. Non ergo ſatis eſt verba Dei audire ſed opus eſt illa in corde cuſtodire, & iuxta illa operari. (Ezech. 3.) Vnde Dominus Ezechiel olim aiebat, vt ipſe refert capite tertio: Omnes ſermones meos, quos ego loquor ad te aſſume in corde tuo. (Deut. 6.) Et in Deuteronomio, capite ſexto, ait Deus per Moyſem: Erunt verba mea in corde tuo, narrabis ea filijs tuis. Eruntque quaſi ſignum in manu tua. Per manus opera intelligimus: eam ob cauſam per doctrinam Dei veluti gemmam in manu voluit Deus ſignificare debere nos actiones noſtras iuxta legem ſuam dirigere, ab eaque nullo modo diſcrepare. Id innuit Chriſtus, quando apud noſtrum Matthæum, in hoc capite Euangelicam doctrinam cum margarita & lapide pretioſo, qui in manu geſtatur comparauit. Præterea ponere aliquid vt ſignum in manu, eſt illud memoriæ mandare: Cum enim quis vult recordari alicuius rei, ligat pro ſigno filum in manu. (Exo. 13.) Ita illud Exodi, capite decimo tertio intelligitur: Erit quaſi ſignum in manu tua, & quaſi monumentum ante oculos tuos. Debet igitur verbum Dei eſſe in manibus noſtris, vt illius nunquam obliuiſcamur. Sed non erit in manu niſi prius ſit in corde. Ideo priuſquam Deus dicat: Erunt verba mea in manu tua, ait: Erunt in corde tuo. Qui voluerit non incidere in peccata, ſermonem Dei in terra cordis abſcondat. Id voluit his verbis Regius Dauid ac diuinus Vates oſtendere: (Pſa. 118.) Pſalmo centeſimo decimo octauo. In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Tanto amore diuina verba proſequebatur, vt ea veluti pretioſiſſimum theſaurum, & excellentiſſima monilia, intima animi arcula recondita ſeruaret. Et Salomon filius eius in libro Prouerbiorum (Prou. 6.) ſexto. De verbo Dei, ac diuina doctrina loquens, liga, inquit, eam in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo, cum ambulaueris gradiatur tecum. Quemadmodum in Arca teſtamenti erat Diuina Lex, & manna, vt literæ Diuinæ multis in locis prodiderunt: (Exo. 16.) nempe Exodi, capite decimo ſexto, (Exo. 25.) & Capite vigeſimo quinto & ſecundo Paralypomenon quinto: (2. Par. 5.) Sic in anima vbi verbum Dei cuſtoditur, eſt etiam Chriſtus per gratiam, manna illud abſconditum & diuinum, de quo dixit Eſaias capite quadrageſimo quinto: (Eſai. c. 45) Verè tu es Deus abſconditus. (106.) Et idem Chriſtus apud Ioannem capite ſexto: Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi.

Eos,

Eos, qui legem Dei in animo habẽt expressam, ait Diuus Paulus, ostendere opus legis scriptum in cordibus suis. Hi Deo parẽt, eumq; amore am-
Ioa. 14. plectũtur. Vnde ait apud Ioannẽ ipsa veritas: Si quis diligit me sermonem
Luc. 11. meũ seruabit. Et apud Luc. Beati qui audiunt verbũ Dei, & custodiũt illud.
Rom. 2. Nam vt ait in Epistola ad Roma. D. Paul. Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.
Iaco. 1. Et Iacobus Apostolus in Canonica sua. Stote factores verbi, non auditores tantum, fallentes vos metipsos. Vt ille, qui vult in hostes
Simile. irruere, & impetum facere, aut se ab illis protegere, indiget gladio, quo manu apprehenso eos percutiat, vt possit de illis victoriam reportare, sic qui voluerit, de mundo, de carne, de diabolo triumphare, hostibus animæ accerrimis, debet in manibus, hoc est, in operibus verbum Dei gestare. Est enim verbum Dei vt in superioribus annotauimus gladius di-
Ephe. 6. apa. 1. & 19. uinus. Cum Iacobus Patriarcha ad exitum vitæ vocaretur, dixit Iose-
Gene 48 Figura. pho filio suo: Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. At nullibi in diuinis literis scriptum legimus Iacobum intulisse bellum Amorrhæo, nec cum eo pugnasse. Quis est igitur gladius hic districtus, quem aduersus illum vibrauit, & quo illum percussit, nisi verbum Dei? Amorrhæus, qui sonat rebellem; diabolus est, qui aduersus creatorem rebellauit. Hũc vicit Iacobus patriarcha insignis, nõ modo domi clarus, sed foris etiam admirandus, qui moriens extrema verba ad laudem & memoriam diuinorum verborum reseruabat, & interruptis, ac morientibus vocibus, quæ ventura erant tempore Messiæ, diuinitus prædicebat. Arma illa fortia quibus dæmonem superauit non ferrea erant, sed spiritualia, hoc est, diuina verba in eius anima sculta, & manibus, id est, operibus vibrata. His armis munitus vicit hostem, de quo liberauit animam suam, quam moriens filio suo Iosepho singulari quodammodo commendabat. His armis debemus indui, & hoc existimare nobile & illustre. Hæc debet esse nostra voluptas, & gloria diuinam legem seruare. Id animo percipiens diuinus psaltes concinebat: portio mea Domine dixi custodire legem tuam. Psa. 118.
Ac si diceret: dixi & mecum statui, meas opes esse legem tuam custodire, ac totam meam hæreditatem, totum patrimonium, omnes denique diuitias meas in legis tuæ obseruatione consistere. Nihil mihi est magis in optatis, quàm verba tua custodire, & animo seruare, non eos sequens qui religionis simulatione ea ore iactant, cum ab illorum amore animum habeant abhorrentem eam ob causam talibus comparat Dominus terræ bonæ excipienti semen. Qui & audiunt sermonem Euangelicum, quique secum repetunt & infigunt cogitationi, quique sic figunt ac transfundunt in affectus animi sui, vt nec morte velint ab eo deficere, quique semet explicant ab affectibus & sordidis curis diuitiarum, quæ non sinunt animum esse liberum, sed totos se præbent auri cœlesti. Huius in mentibus non est infrugiferum semen Euangelicæ doctrinæ: sed quẽadmodũ idẽ triticũ nõ in quouis solo fert fructũ

 parem,

dulterino semine superseminaret: & fere totum fructum colligeret, nisi cœlestis pater mutaret messem suã. Dolendum valde est, quod diabolus sine vllo sudore metat animas penè innumeras, in quarum creatione & redemptione, solus laborauerit creator. Nec solum Deus post diluuium bono semine voluit terram serere, sed & cum mundum creauit.

Dolendũ est quod diabolus sine vllo sudore tot aias metat

¶ *Domine non ne bonum semen seminasti in agro tuo? vnde ergo &c.* Bonum semen idest bona cogitatio, vnde bonũ opus quasi fructus oritur, à Deo seminatum est. Non enim sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficiẽtia nostra ex Deo est, ait D. Paul. Sed malum semen idest mala cogitatio, vnde malum opus quasi malus fructus oritur quandoque à dæmone: inimicus enim homo superseminauit zizania. Aliquando ex corde proprio oritur: De corde enim exeunt cogitationes malæ &c. Lege Bernar. sermo. 32. super Cant.

Bona cogitatio à deo mala autẽ aliquando à diabolo aliquando à nobis seminatur. 2. cor. 3. b

Inf 15. b. Bern. ser. 32. super Cant.

¶ *Vis imus & colligimus ea? & ait: non.* Ex hac parabola zizaniorum disce quid iusti in mundo valeant. Nam sicut nihil est patriæ & mundo perniciosius impijs: ita nihil est vtilius iustis: Vsquequo (ait Hieremias) lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur propter malitiã (inquit) habitantium in ea, consumptum est animal & volucre. Et apud Dauid legis: terram fructiferam in salsuginẽ versam, propter malitiam habitantium in ea. Quid verò iusti mundo sint, parabola ista zizaniorum optime docet, quia pater familias venenosas herbas eradicare non sinit vsque ad messem, propter triticum: Nullũ enim venenum præsentius esse potest mũdo iniquis hominibus. Quot mala propter vnum iniquum mundus patiatur, & quot bona propter vnum solum iustum tam euidens est, vt lucẽ soli addere velit qui hoc probare nitatur.

Nihil vtilius iustis Et nihil perniciosius impijs. Hie. 12. a

Psa. 106. d.

¶ *Dicam messoribus: colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos &c.* Hæc verba D. Gregorius enarrans, lib. 9. Moral. cap. 47. sic scribit. Si enim nullus in supplicijs ordo seruabitur, cur cõburẽda zizania in fasciculis ligantur? Sed nimirum fasciculos ad comburendum ligare est, hos qui æterno igni trahendi sũnt, pares paribus sociari, vt quos similis culpa coinquinat, par etiã pęna cõstringat: & qui nequaquam dispari iniquitate polluti sunt, nequaquã dispari tormento crucientur, quatenus damnatio conterat, quos simul elatio subleuat: quosque non dissimiliter dilatauit ambitio, non dissimilis angustet afflictio, & par cruciet flãma supplicij, quos in igne luxuriæ par succensit flamma peccati. Sicut enim in domo patris mãsiones multæ sunt pro diuersitate virtutis, sic dãnatos diuerso supplitio gehennæ ignibus subijcit disparitas criminis: nã sicut vno sole omnes tangimur, nec tamen sub eo vno ordine æstuamus, quia iuxta qualitatem corporis sentitur etiam pondus caloris, sic damnatis & vna est gehenna quæ afficit, & tamen non vna omnes qualitate cõburit: quia quod hic agit dispar valetudo corporum, hoc illic exhibet dispar causa meritorum. Hæc Gregogorius.

Fasciculos ligare quid sit. D. Greg.

Ordo in supplitijs.

Ioan. 14.

Simile.

¶ *Et sine parabolis non loquebatur eis.* Hoc tempore nihil mendacio licentiosius. Expende quæso temporum nostrorum malitiam, quando tam

est communis, sed specialis gloria cōferatur. Debetur ei, non solum aurea sed etiam aureola. Exod. 25. precepit Dominus vt fieret mēsa & super mēsam corona, & super coronam coronula imponeretur: qua significata est aureola. ¶ Thesaurum istum qui inuenit abscōdit, quia eius pretium intelligit, seculo renuntians, monasterium sibi elegit, vbi in abscondito faciei Dei viuit. Vnde D. Bernar. ait: Necesse habemus abscondere si quid habemus boni: quoniā thesaurū regni cœlorum qui inuenit homo abscondit. Propter quod in claustro & in syluis abscondimur: Neq; hoc infructuose.

Exo. 25. Figura.

D. Ber.

¶ Thesaurus iste regno cœlorum similis est: vita enim virginum cœlesti vitæ multum assimulatur. Infra. 25. simile est regnum cælorum decē virginibus. Virginitas collocat in statu cœlesti quantum ad carnis incorruptionem & capit. 21. in resurrectione neque nubent neque nubētur, sed erunt sicut angeli Dei D. Bernard. de castitate loquens, cuius dignior species est virginitas, sic ait: Hæc sola in hoc mortalitatis loco & tēpore, quendam statum immortalis gloriæ repræsentat. Hæc instar odoriferi balsami, quo condita cadauera incorrupta seruantur, sensus, & artus continet, & stringit. Virgines designatæ & significatæ sunt per pelles hyacinthinas, quæ in tabernaculo superiores fuerūt Exo. 26. & ibi ait glosa Bedæ: hyacinthus est cœlestis coloris, & subditur: per pelles ergo hyacinthinas exprimitur virtus illorum, qui mortificatis illecebris carnis, cœlestem in terris vitam gerūt, & inter homines positi angelicam puritatem imitantur: quia neque nubent, neque nubentur. Et subditur: Merito ergo pelles hyacinthinæ supremum locum tenent: & color cœlestis cœlo proximum. Cyprianus: imaginem eius qui de cœlo est, portat virginitas. Renuit angelus adorari à Ioanne virgine Apocalypsi vltimo. Vide (inquit) ne feceris, conseruus tuus enim sum: Non tamen renuit adorari ab Abraham, habente scilicet vxorem.

Infra. 25. Vita virginū vitæ cœlesti similis est.

Inf. 21.

D. Ber.

Figura.

Exo. 26. Beda.

Cypria.

Apoc. vlt.

¶ Virgines etiam similes sunt regno cœlorum diuina in habitatione. Deus enim habitat in cœlis. Regnum cœlorum absconditum est. Mira res, cum terra in cœlo recludi debeat, in virginibus cœlum terræ includitur. Esaiæ. 50. induam cœlos tenebris: & ponam saccum operimentum eorum. Lucæ. 12. Regnum Dei intra vos est.

Virgines similes sūt regno cœlorū diuina in habitatione.

Esai. 50.

Luc. 12.

¶ Vita virginum vita regia est, cum ipsæ sint sponsæ regis cœlestis: & ideo Reginæ: ipsæ enim regnant in regno corporis sui. Tanta ergo est dignitas & excellentia huius virtutis, vt merito omnia mundi bona pro tam precioso thesauro dare debemus.

Vita virginū vita regia est.

¶ *Simile est regnum cælorum homini negotiatori querenti bonas margaritas.*

Docet hic locus, fideles ac pios homines negotiatores esse: non humanis ac turbulentis negotijs implicatos: sed eos qui quærentes bonas margaritas, inuenta vna pretiosa vendunt omnia sua, & emunt eam: quæ quidem Christus est. Hi sunt negotiatores illi, quibus datis talentis homo nobilis dixit: Negotiamini dum venio, vt ait Luc. capi. 19. qui operantes fuerunt alia talenta lucrati quorum

Pii homines negotiatores sunt.

Luc. 19.

Mat. cap. 25. rum meminit, & Matth. cap. 25. Hi sunt qui fletu emunt gaudium, terra cœlum, re finita infinitam, & temporali æternam, & auro terreno aurum cœlestem De quo dicebat Christus in Apocalyp. cap. 3. Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum, vt locuples fias. O felices nundinas, ó admirabiles commutationes. Eamus omnes ad tale emporium, vbi paruo pretio æternam gloriam comparemus. Sed quoniam diabolus est & mercator, qui breues ac pestilentes voluptates, aliasque mortiferas merces pretio animarum vendit; aut saltim promittit, vt nos ad ęterna supplicia deducat: est summa diligentia aduertendum, ne cum tali negotiatore commercia exerceamus. Ostendit dapes in superficie suaues & appetendas: sed intus latenti veneno contaminatas. Non est aurum id quod apparet, sed scoria: non mel, sed fel: non vita, sed mors: non fama, sed ignominia: non bonum, sed malum. Vt enim, stultus censetur, qui equum empturus non ipsum inspicit & fastidiosè perpendit: sed solum eius frenũ, stratum, & exteriora ornamenta intuetur: sic insanus iudicandus est qui mercium diaboli speciẽ solũ aspicit, interiora verò minime cõtemplatur. Non est cristallus omne id quod cristallus apparet: vitrum & cristallum imitatur: res fragilis & vilis rem solidam & pretiosam: imo venenum habet aliquando speciem medicamenti. Tres mercatores sunt pestilẽtes, qui perniciem nobis, voluptatis specie tegentes, vendũt: & ad suas officinas alliciũt: diabolus, mundus, & caro; qui nobis interitum machinantur: eos fugiamus eorum voluptates contenamus, & pestiferas merces detestemur. Quid nobis cum mundo? quem antiqui congeriem malorum appellarunt. cuius vitam & naturam Plotinus quasi magicam esse affirmauit: imagines boni veri ac pulchri vbique fingentis, falsumque pro vero simulantis.

Apo. 3.

Diabolus est mercator.

Simile.

Tres mercatores pestilẽt sdiabolus, mũdus, & caro.

Plotinus Platonicꝰ

¶ *Simile est regnum cælorum homini negotiatori*. Vita ergo sanctorum negotiatio est. Quicunque charitatem habet, particeps est lucri quod in Ecclesia sancti ex sua negotiatione reportant. Vndè charitati potest dici illud Prou. vltimo: Multæ filiæ cõgregauerunt sibi diuitias, tu verò supergressa es vniuersas: si boni ergo negotiatores esse velimus charitatem sectemur.

Vita sanctorũ negotiatio est.

Prou. vlt.

Quærenti bonas margaritas. Diuitiæ huius mundi bonæ margaritæ non sunt, quia coinquinant hominis animũ, detinent in peccatis, spoliant eũ virtutibus, & Dei obliuionem induncũt: quare non querẽdæ sunt. Quod verò diuitiæ inquinẽt hominẽ &c. Vel ex eo colligi potest, quod Salomõ ait prouerb. 27. qui festinat ditari non erit innocens. Ditari festinat, qui in mundo hoc qui locus est paupertatis & exilij, vult ditari. Vnde Eccle. 11. Si fueris diues, non eris immunis a delicto. Et Oseæ. 9. de amatoribꝰ diuitiarũ. Facti sunt abominabiles sicut ea quę dilexerũt. Et Seneca multũ est, diuitiarum cõtubernio non corrumpi.

Diuitię huius mundi bonæ margaritæ nõ sunt.

Diuitiæ coinquinant animum.

Prou. 27.

Eccle. 11.

Oseæ. 9.

Seneca.

¶ Diuitię etiã obliuionẽ Dei inducũt. Vnde Gen. 48. dicitur: Ephraim & Manassẽs fuisse fratres germanos. Ephraim interpretatur fructificans: per quã diuitiæ significãtur. Manasses obliuio. Abundantia enim diuitiarum, & Dei obliuio cõsortiæ sunt: quæ societas innuitur Deut. 8. quo in loco

Diuitiæ obliuionẽ Dei secũ afferunt.

Deut. 8.

loco sic legimus: Dominus Deus tuus introducet te in terram bonam: terram riuorum: & subiungitur: Absque penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfrueris. Deinde sequitur: obserua & caue, ne quando obliuiscaris Domini Dei tui. Has igitur margaritas quæ animam cōtaminant, quæ Dei obliuionem afferunt, quæ secum denique vniuersam vitiorum congeriem adducunt, minime quæramus: sed potius virtutes quæ bonæ margaritæ sunt, quæ verè diuites faciunt.

¶ *Simile est regnum cœlorum sagenæ, &c.* Quod piscium aliqui boni aliqui mali sint, nihil aliud significat quàm diuersitatem hominum in ecclesia. Quod pisces nunquam à matre idest, aqua recedunt, auulsi autem moriuntur: nihil aliud nos docet, quàm vt cum matre Ecclesia permaneàmus. Pisces verò raptores qui alios minores deuorant: impios homines exprimunt. Meritò ergo homines in hoc loco piscibus comparantur.

Quare homines piscibus comparentur.

¶ Finis. Capi. XIII.

¶ Ioannis interitus & aliquot miracula.

Capitu. XIIII.

Mar. 6. b.
Luc. 9. a.

IN illo tempore audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu: & ait pueris suis: hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. Herodes enim tenuit Ioannem & alligauit eum, & posuit in carcerē propter Herodiadem vxorem fratris sui. Dicebat enim illi Ioānes, non licet tibi habere eam. Et uolens illum occidere, timuit populum, quia sicut Prophetam eum habebant. Die autem natalis Herodis saltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi, vnde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcumq; postulasset ab eo. At illa præmonita à matre sua. Da mihi, inquit, in disco caput Ioannis Baptistæ, & contristatus est Rex, propter iuramentum autem & eos qui pariter recumbebant, iussit dari. Misitq; & decollauit Ioannem in carcere. Et allatum est caput eius in disco, & datum est puellæ, & illa attulit matri suæ. Et accedentes discipuli eius, tulerunt corpus eius & sepelierunt illud, & venientes nuntiauerunt Iesu: Quod cum audisset Iesus, secessit inde in nauiculam in locum desertū seorsum, & cum audissent turba

Mar. 6. c.
Luc. 3. d.
Infra. 11. c.

ba, sequuta sunt eum pedestres de ciuitatibus. Et exiens vidit turbam multam: & misertus est eius, & curauit languidos eorum. Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli eius dicentes: Desertus est locus & hora iam præteriit, dimitte turbas, vt euntes in castella emant sibi escas. Iesus autem dixit eis: Non habent necesse ire: date illis vos manducare. Responderunt ei: non habemus hic nisi quinque panes & duos pisces. Qui ait eis: afferte mihi illos huc. Et cum iussisset turbam discumbere super fœnum: acceptis quinque panibus & duobus piscibus, aspiciens in cœlum benedixit & fregit, & dedit discipulis panes, discipuli autem turbis. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos. Manducantium

Mar. 6. f.

autem fuit numerus quinque millia virorum exceptis mulieribus, & paruulis. Et statim iussit Iesus discipulos ascendere in nauiculam, & præcedere eum transfretum donec dimitteret turbas. Et dimissa turba, ascen-

Ioan. 6 b.

dit in montem solus orare. Vespere autem facto solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus, erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos Iesus ambulans super mare. Et videntes eum super mare ambulantem, turbati sunt dicentes: quia phantasma est, & præ timore clamauerunt. Statimque Iesus loquutus est eis dicens: Habete fiduciam, ego sum, nolite timere. Respondens autem Petrus dixit: Domine si tu es, iube me ad te venire super aquas. At ipse ait: veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam, vt veniret ad Iesum. Videns verò ventum validum, timuit. Et cum cœpisset mergi, clamauit dicens: Domine saluum me fac. Et continuo Iesus extendens manum apprehendit eum: Et ait illi: Modicæ fidei quare dubitasti? Et cum ascendisset in nauiculam cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eum, dicentes: Verè filius Dei es. Et cum transfretassent, venerunt in terra Genesar.

Mar. 6. g.

Et

Et cum cognouissent eum viri loci illius, miserunt in vniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes, & rogabant eum: vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quicunque tetigerunt salui facti sunt.

Capitu. XIIII.

Ad literam.

¶ *Non licet tibi habere eam.* Non constat ex hoc textu, an Herodes acceperit eam viuente fratre, an mortuo, sed vtrumque illicitum erat. Nam nunquam vxorem fratris mortui licebat accipere in vxorem, si frater reliquerat filios. Certum est autem Philipum habuisse tűc filiam ex Herodiade. Hieronymus super hunc locum existimat: Herodem viuente fratre rapuisse vxorem: cui consentit Eusebius lib. 1. Ecclesia. histo. ca. 10.

D. Hiero.

Eusebius.

¶ *Quia sicut prophetam eum habebāt.* Vel quia prophetam esse crederent.

¶ *Cum iuramento pollicitus est ei.* Vel testatus est.

¶ *Atilla præmonita à matre.* Vel instructa, informata, vel subornata.

¶ *Dā mihi in disco caput Ioannis.* Apparet hoc ludibrij causa factum. Quasi & hic missus quidam esset genialis, illius, ac natalitij conuiuij.

¶ *Iussit ei dari.* Nota, caput tanti prophetæ pro saltatione & gesticulatione dari.

¶ *Et misit.* Scilicet carnificem.

¶ *Et amputauit caput Ioannis.* Quū dixit misisse qui caput Ioānis præciderent. Mox tamen subijcit ipsum Herodem amputasse caput. Facit enim qui iubet.

¶ *Super fœnum.* Vel super gramina.

¶ *Benedixit.* Idest bene precatus est, vel gratias egit, Heb. benedicere in sacra Scriptura, aliquando significat bene precari. Sic Gene. 14. Melchisedech benedixit Abrahæ. & 27. Affer mihi vt comedā, & benedicat tibi anima mea. Aliquando pro gratias agere, vel laudare, psalm. 33. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius.

Benedicere variè su mitur in scriptura Gene. 14. & 27.

Psa. 33.

¶ *Duodecim cophinos.* Cophinus veteribus mensuræ genus fuit auctore Iulio Polluce. Quanquam hic pro sportis positum apparet.

¶ *Duodecim cophinos fragmentorum.* Vel reliquiarum de fragmentis.

¶ *Statim iussit discipulos ascendere.* Vel compulit ascēdere: vt intelligamus: eos inuitos à tāto preceptore discessisse: quem sic amabāt, vt neq; ad pūctum temporis possent abesse. Quēadmodum annotauit Hieronymus qui (*compulit*) legit, non (iussit)

¶ *Solus orare.* Vel seorsum, vel priuatim, aut secretò orare.

¶ *Respondens autem Petrus.* Hebra. pro loquutus. Vide supra capit, 11. ibi: Respondens autem Iesus, dixit: Confiteor tibi pater.

¶ *Quare dubitasti?* Vel quare vacillasti. Vox Greca Hinc inde animum impellere significat. Donec nihil spectabat nisi Christū, in tuto erat Petrus: at dum fluctuat animo, protinus periclitatur in fluctibus.

legeris, in vno Herode videbis.

Eccle. 25.

¶ *Propter Herodiadem.* Iá hic vides, quã vera sit sapiẽtis sentẽtia: Non est (inquit) caput nequi9 super caput colubri, & nõ est ira super irã mulieris: cõmorari leoni & draconi placebit, quã habitare cũ muliere nequã. Ira sanè mulieris multo perniciosior est veneno quod in capite colligit colubrum. Leo & draco, antequam hominibus noceant, iram suam à qua possis fugere ostendunt: mulier verò amicitiam simulãdo mortem infert.

Mulierũ ira, quàm perniciosa sit ostẽdit.

¶ Irritabile profectò est ac vindex mulierum genus: partim ob rationis inopiam, partim ob animi humilitatem: nam veræ magnanimitatis est quasdam iniurias negligere, neq; quos vis homines dignari ira sua. Est autem formidabile animal mulier, cum ad sexus vitium accedit libido. Canis iratus, tantum oblatrat, interdum & mordet. At mulieres libidini deditæ, præter linguæ venenum, mortem & interitum pijs ac sanctis viris machinantur, si illas sua correptione à peccato reuocare contendant. D. Ioan. ingenti suo malo expertus est esse verissimum quod Ecclesiasticus dixit. Quare non sine causa apud antiquos poetas, tam male audiebat mulierum genus, vt apud illos in prouerbio esset: Nihil fœmina pestilentius, quæ quidem hodiernis tẽporibus strenue aliquæ illarum dant operam, ne poetæ planè vaniloqui fuisse videantur. Dant etiam operam, vt illud etiam prouerbium verum sit. Mulierum exitia. Mulieres enim omnium ferè calamitatũ auctores fuisse viris dicũtur. Testis pandora Hesioda; testis bellũ Troianum: testis Hercules à Deianira extinctus: testis Danaidũ fabula: testis lẽniarũ mulierũ historia: testis Cleopatra: testis Eua: testis impia Iezabel & Athalia: testis denique Herodias ista adultera, quæ prophetã Domini interficere fecit. Quãquam hæc magis conueniebat stultitiæ virorum adscribere, qui tantum indulgeant muliercułis, & velut amentes amore in quoduis malum sequantur: cum par fuerit, vt illis moderantibus, mulier natura stultior, simul & imbecillior, minus desiperet. Quod enim animus est corpori: id virum oportebat esse mulieri. Verùm quemadmodũ vulgus sua vitia corpori imputat, cũ ab animo proficiscãtur: & stulti principes insanissimos bellorum tumultus imputant populo, quorum ipsi sunt auctores: ita viri deijciũt in fœminas, si quid ipsi delirauerint: vt in vno Herode vides, qui propter Herodiadem, tenuit, & alligauit, & interfecit Ioannem.

Simili. & dissimilitudo.

Apud poetas semper male audiuit mulierũ genus.

Mulieres omniũ ferè calamitatum autores.

Calamitas à mulieribus orta, potius virorum stultitiæ ascribẽda est quàm illis.

¶ *Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eã.* Quia vera dicebat veritas, in carcere detinebatur. Sic hodie veritas capta detinetur: vix enim inueniuntur, qui veritatẽ sceleratis hominibus, maximè principib9, dicere audeant. Vnde Seneca iure optimo ait: Mõstrabo tibi, quid omnia possidentibus desit scilicet qui verũ dicat. His enim tẽporibus tã acriter veritas impugnatur, vt illã corruere necesse sit. Corruit (inquit Esaias) in platea veritas. Et Dan. 8. Prosternetur veritas in terra. Multi nũc sunt, qui eò quod deserant veritatẽ vitæ, fugiat ab eis veritas doctrinæ: quẽadmodũ è contra eos sequitur veritas doctrinæ, qui habẽt veritatem vitæ. Volatilia (inquit ecclesiasticus) ad sibi similia cõueniunt, & veritas ad eos qui operãtur illam reuertetur.

Veritas hodie in carcere detinetur.

Seneca.

Esai 59. c

Dan. 8.

Eccli. 27. b.

Ee ¶ Nauicu-

pulsemus aures illius, vecillemus, donec expergiscatur. Sic excitari & potest, & cupit, dicamus illi flebili voce: Domine tua non refert si pereamus. Dicamus cum summa fiducia: Domine serua nos, perimus. Ille vt est exorabilis, audiet suos, suoq; spiritu repente sedabit tempestatem mũdano spiritu excitatam. Dicet vento quiesce. Dicet mari: tace, obmutesce. Quid autem consequutum est? cessauit ventus, & facta est tranquillitas magna. Quandiu nauis Ecclesiæ ventorũ arbitrio iactatur, In summo versatur discrimine. Etsi datur aliquando temporaria tranquillitas, rursum aliunde obortus ventus renouat tẽpestatem. Si conquiescit ad tempus Auster auariciæ, surgit Aquilo superbiæ: si voluptatum Zephyri cessant, exoritur Boreas iracundiæ, assequutus sum hoc aut illud, cuius gratia digladiabar: mox obijcitur aliud, cuius gratia nouum & atrocius certamen suscipiam. Nam mundanarum cupiditatum nullus est finis. Hi venti sedari non possunt, nisi illis comminetur Iesus.

Capit. XV.

TVnc accesserunt ad eum ab Hierosolymis scribæ & pharisæi, dicentes: Quare discipuli tui trasgrediũtur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas cum panem manducant. Ipse au-
tem respondens, ait illis: Quare Exo. 20.e
& vos transgredimini manda-
tum Dei propter traditionem
vestram? Nam Deus dixit: ho Deut. 5.b
nora patrem & matrem, &,
qui maledixerit patri vel ma-
tri, morte moriatur. Vos autem Ephe. 6.a
dicitis: Quicunq; dixerit patri
vel matri. Munus quodcunq; Exo. 21.e Leui. 20.b.
est ex me, tibi procederit, & non Prou. 20.c.
honorificabit patrem suum aut
matrem suam: & irritum feci-
stis mandatum Dei propter tra
ditionem vestram. Hypocritæ
bene prophetauit de vobis E- Esai. 29.b
saias, dicens: Populus hic labijs
me honorat: cor autem eorum
longe est à me. Sine causa au-
tem colunt me, docentes doctri
nas, & mandata hominum. Et
conuocatis ad se turbis, dixit eis:
Audite, & intelligite: Non Mat. 7.e
quod intrat in os coinquinat
hominem: sed quod procedit ex
ore hoc coinquinat hominem.
Tunc accedentes discipuli eius,
dixerunt ei: Scis quia pharisæi
audito hoc verbo scandalizati
sunt? At ille respõdens, ait: Om Ioã. 15.a
nis plantatio quam non planta-
uit pater meus cœlestis eradica-
bitur. Sinite illos: cæci sunt, &

duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, vterque in foueam cadunt. Respondens
Luc. 6. a. autem Petrus, dixit ei: Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit: Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligitis quia omne quod in os intrat in ventrem vadit, & in secessum emittitur quæ autem procedunt de ore de corde exeunt. Et ea coinquinant hominem, de corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adultera, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare nõ coinquinat hominem. Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chonanæa à finibus illis egressa, clamauit, dicens ei: Miserere mei Domine fili Dauid: filia mea malè à dæmonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum, dicentes: Dimitte eam: quia clamat post nos. Ipse autem respondens: ait, non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. At illa venit & adorauit eum, dicens. Domine adiuua me. Qui respondens, ait: Non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus. At illa dixit: etiam Domine: nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Et cum transisset inde Iesus, venit secus mare Galilææ, & ascendens in montem sedebat ibi. Et accesserũt ad eũ turbæ multæ habentes secũ mutos, cæcos, claudos debiles, & alios multos. Et proiecerunt eos ad pedes eius. Et curauit eos, ita vt turbæ mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes, & magnificabant Deum Israel. Iesus autem cõuocatis discipulis suis, dixit: Misereor turbæ, quia triduo iam perseuerant mecum, & non habent quod manducent, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiãt in via. Et dicunt ei discipuli: Vnde ergo nobis in deserto panes tantos vt saturemus turbam tantam? Et

Et

Et ait illis Iesus: quot habetis panes? at illi dixerunt: septem, & paucos pisciculos. Et præcepit turbæ vt discumberent super terram. Et accipiens septem panes, & gratias agens, fregit & dedit discipulis suis: & discipuli dederunt populo, & comederunt omnes & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas. Erant autem qui manducauerunt quatuor milia hominum, extra paruulos & mulieres, & dimissa turba ascendit in nauiculam, & venit in fines Magedam.

Ad literam.

¶*Cum panem manducant.* Heb. cum cibũ sumunt. panis pro cibo. Sic Esa. Esai. 3.
3. Aufer à Iuda omne robur panis. Idest omnẽ vim cibi. Hiere. 5. deuorabit omnẽ messem & panem. Siue comedet segetes tuas & panem tuum vt nostra æditio ait. Hie. 5.

¶*Honora patrẽ,* Græ. est, tima, quod significat: honorẽ habe. Verũ secũdũ cõsuetudinẽ sermonis Hebraici, magis pertinet ad subsidiũ quã ad honorẽ. Precepit enim Deus, id, quod gẽtiliũ legibus cautũ est etiã vt liberi parentibus, vel ætate defectis, vel inopia laborãtibus, vel alioquin afflictis opitularẽtur. Et vt Græci loquũtur, Antipelargosi, Ad eundem modum loquutus est Paulus scribens Thimotæo: Honora viduas, quæ verè viduę sunt, ac rursus præsbiteri duplici honore digni sunt. Quin & apud latinos, honor, pro præmio gratiaque vsurpatur, quæ pro merito refertur: et apud Græcos timi, à tio deductũ est, quod quoties in bonã accipitur partem significat per soluo. Honorare quid sit. 1. Ti. 5. c. Ibidem.

¶*Munus quodcunque est ex me tibi proderit.* Principiũ legis pharisaicæ, quã non absoluit, idest, quidquid doni templo dicaturus eram, in tuum vertetur commodum. Taxat Christus oblationẽ, quæ fiebat contra præceptum Dei de parentibus alendis. Vide Marc. 7. in illa verba, *Corbam &c.* (quod est donum) &c. Solent Doctores & concionatores principia legũ communium, atque omnibus cognitarum tantũ allegare, reliqua omittẽdo, siue subintelligendo. Sic Christus in hoc loco principium huius legis allegauit & cętera tãquã nota omisit. Mar. 7.

¶*Et irritum fecistis.* Idest, itaq; irritum fecistis.

¶*Populus hic labijs mę honorat.* Græcè appropinquat mihi populus hic ore suo, & labijs me honorat, idest, accedit populus hic ad tẽplum meũ vt oret.

¶*Non quod intrat per os coinquinat hominem sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem.* Transitus fit de ore corporis ad os cordis. De ore enim cordis exeunt cogitationes malæ furta, &c. Quæ coinquinant hominem.

¶*Sinite illos.* vel missos facite illos.

¶*Blasphemiæ.* Conuitia vel sermones impij.

¶*Secessit in partes Tyri.* Idest in eam Iudææ partem, quæ vicina est Tyro.

¶*Etiam Domine.* Græcè, certè Domine. Est enim confirmantis aduer-

 bium,

omnibus ostendere vt à bono suo nomine, ac opinione decidant: minime curantes immanissima crimina quibus ipsi imbuti sunt, intueri: festucam in alieno oculo vident & trabem in oculo suo non vident.

Simile. Hi similes sarcinatoribus quibusdam esse dicuntur: quorum est pannum alienum ac prætiosum forcipe scindire quo alios induant: ipsi verò vilioribus pannis attritis atque laceris obsiti atque tecti, incedunt. Simile. Similes etiam fabris ferrarijs cultellos alienos acuentibus suos autem obtusos habentibus. Tanta est istorum hominum arrogantia atque præsumptio vt de sua obtusa ac dilacerata vita nõ curantes totum tempus in cauillanda aliena consumant. Quare non immerito de huiusmodi hominibus Salomon in libro Sapientiæ, scriptum reliquit: (Sapi. 17.) semper præsumit sæua perturbata conscientia. Sed iam de istorum delatorum calumnijs sigillatim agamus.

¶ *Tunc accesserunt ad eum ab Hierosolymis.* Ad quid obsecro tam longum iter, tam indefessus labor? Vt dicerẽt: quare discipuli tui transgrediuntur præcepta seniorum? Non enim lauant manus cum manducant. Negocium sanè grandis momenti, manus lauare & mundare ante prandium.

Primum munus calumniatorum. Ecce calumniatorum primum munus: piorum defectus & si minimos & nullius momenti oculis linceis intueri. Hi similes sunt ijs, qui in syrico aliorum, nudum minimum ac penè inuisibilem vident: in fune autem sua, nudum maximum non vident. Hi sunt qui non in eadem libræ lance facta sua, & facta aliorum quibus inuident, ponunt, sed in diuersa. Si enim scirent iustum gemina suspendere lance, ancipitis libræ: aliter de vita proximorum iudicarent, aliter sentirent loquerentur aliter: sed mendaces filij hominum in stateris. (Psal. 61.e) Si enim impius ille ac sceleratus Aman, exaltatus immerito à Rege Assuero, (Esther. 3.) scelera sua perpendisset: non curaret an Mardochæus flecteret sibi genu necne. Si enim nostra malè commissa inspiceremus, de aliorum factis minime curaremus, nec de aliorum vita tam curiosi ac rigidi censores efficeremur, neque aures Midæ haberemus. Lucianus calumniæ depingens imaginem, (Lucianus) meritò aures Midæ illi tribuebat, proter studium asculatandi quid alij rerum faciant.

¶ Sed interim obserua scribas istos non ad discipulos, sed ad Iesum accessisse, vt cũ illo rem agerent. Nõne ô legis doctores satius esset magisque rationi consentaneum discipulos adire, eosque amicè corrigere, ac secretò cum illis de salute sua agere, quàm Christum conuenire? Vbi nam est lex fraternæ correptionis, quam ex lege didicistis? Vbi est charitas & amor proximorum? Vbi desiderium salutis eorum? Sed de hoc minime miremur, nam calumniatorum, atque impiorum hominum secundum munus est, (Secũdum munus calumniatorũ) de alienis moribus non secum, sed cum alijs murmurare: sicque inuidiam, odium, indignationemque suam palam ostendere, non enim tam de salute proximorum quàm de illorum pernicie agunt. Hinc est quod Salomon. ait: (Eccle. 28.) lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem, ciuitates munitas diuitum destruxit, & domus magnatorum effodit. Omnia confundit

omnibus ostendere vt à bono suo nomine, ac opinione decidant: minime curantes immanissima crimina quibus ipsi imbuti sunt, intueri: festucam in alieno oculo vident & trabem in oculo suo non vident. Hi similes sarcinatoribus quibusdam esse dicuntur: quorum est pannum alienum ac pretiosum forcipe scindire, quo alios induant: ipsi verò vilioribus pannis atteritis atque laceris obsiti atque tecti, incedunt. Similes etiam fabris ferrarijs cultellos alienos acuentibus suos autem obtusos habentibus. Tanta est istorum hominum arrogantia atque præsumptio vt de sua obtusa ac dilacerata vita nō curantes totum tempus in cauillanda aliena consumant. Quare non immerito de huiusmodi hominibus Salomon in libro Sapientiæ, scriptum reliquit: semper præsumit sæua perturbata conscientia. Sed iam de istorum delatorum calumnijs sigillatim agamus.

Simile.

Simile.

Sapi. 17.

¶ *Tunc accesserunt ad eum ab Hierosolymis.* Ad quid obsecro tam longum iter, tam indefessus labor? Vt dicerēt: quare discipuli tui transgrediuntur præcepta seniorum? Non enim lauant manus cum manducant. Nego esum sanè grandis momenti, manus lauare & mundare ante prandium. Ecce calumniatorum primum munus: piorum defectus & si minimos & nullius momenti oculis linceis intueri. Hi similes sunt ijs, qui in syrico aliorum, nudum minimeum ac penè inuisibilem vident: in fune autem sua, nudum maximum non vident. Hi sunt qui non in eadem libræ lance facta sua, & facta aliorum quibus inuident, ponunt, sed in diuersa. Si enim scirent iustum gemina suspendere lance, ancipitis libræ: aliter de vita proximorum iudicarent, aliter sentirent loquerentur aliter: sed mendaces filij hominum in stateris. Si enim impius ille ac sceleratus Aman, exaltatus immerito a Rege Assuero, scelera sua perpendisset: non curaret an Mardochæus flecteret sibi genu necne. Si enim nostra malè commissa inspiceremus, de aliorum factis minime curaremus, nec de aliorum vita tam curiosi ac rigidi censores efficeremur, neque aures Midæ haberemus. Lucianus calumniæ depingens imaginem, meritò aures Midæ illi tribuebat, proter studium asculatan di quid alij rerum faciant.

Primum munus calumniatorum.

Psal. 61.

Esther. 3.

Lucianus

¶ Sed interim obserua scribas istos non ad discipulos, sed ad Iesum accessisse, vt cū illo rem agerent. Nōne ô legis doctores satius esset magisque rationi consentaneum discipulos adire, eosque amicè corrigere, ac secretò cum illis de salute sua agere, quàm Christum conuenire? Vbi nam est lex fraternæ correptionis, quam ex lege didicistis? Vbi est charitas & amor proximorum? Vbi desiderium salutis eorum? Sed de hoc minime miremur, nam calumniatorum, atque impiorum hominum secundum munus est, de alienis moribus non secum, sed cum alijs murmurare: sicque inuidiam, odium, indignationemque suam palam ostendere, non enim tam de salute proximorum quàm de illorum pernicie agunt. Hinc est quod Salomon. ait: lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem, ciuitates munitas diuitum destruxit, & domus magnatorum effodit. Omnia confundit

Secūdum munus calumniatorū

Eccle. 28.

ſurſum deorſumque euoluit lingua ſycophantorum, omnia deſtruit, & comburit. Quare iure optimo murmuratores, ſerpentibus regulis comparare poſſumus. De quibus apud Hieremiam ait Dominus: ecce mittam vobis ſerpentes regulos, quibus non eſt incãtatio, & mordebũt vos. Maledici enim & detractores nulla ratione, nullis precibus, nullisque deprecationibus flectuntur, neque commouentur ad parcendum proximorum ſuorum vitæ.

Hier. 8. f.

¶ *Quare diſcipuli tui transgrediuntur præcepta ſeniorum. Non enim lauant manus cum manducãt.* Iam hic vides iſtorũ ſapientium ac grauiſsimorum hominum ineptiam, & ſuperſtitioné: iam perſpicis iſtorum religioſorum malicioſam de re nihili criminationem, tam enim ſuperſtitioſi erãt homines iſti, vt non ſemel aut iterum, ſed millies manus lauarent. Vnde D. Marcus ſcribit, eorũ ſuperſtitioſam religionem notans: Iudæi niſi crebro lauerint, non manducant. Quaſi res eſſet maximi ponderis & momẽti: & quia diſcipuli Domini diuinis rebus intenti, cibi ſummendi immemores erant, nedum lauandi manus: incuſantur ab impijs Iudæis, nõ habẽtibus quod illis impingerent trãsgreſsionem legis Moſaicæ. ¶ Attende obſecro diſcipulorum ac piorum, & ſcribarum iſtorum differentiam. Pij enim ſolum de rebus ſerijs curãt, immemores omnium aliarum, quas pro nihilo faciunt: impij verò de minimis maximè curant: ſerias autem ac cœleſtes contemnunt. Hinc eſt quod D. Ioannes in prima ſua canonica cap. 4. ait: ipſi de mundo ſunt & ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit: qui nouit Deum audit nos. In hoc cognoſcimus ſpiritum veritatis, & ſpiritum erroris. Impij leuia & inania maximi faciunt, quæ nihil adferunt niſi moleſtam ſuperſtitionem: & ob ea violant Dei precepta: iuſti verò rebus ſupernis incumbentes humanarum cõſtitutiũcularum parum aut nihil vtilitatis adferentium penitus obliuiſcuntur. Huc erat quod adumbrabãt cortinæ illæ decem iuſſæ fieri in tabernaculo, quæ habebant anſulas quinquagenas, & circulos aureos quinquagenos à latere & ſumitate. Cortinæ tabernaculi (inquit Gregorius) Sancti omnes ſunt, qui ex diuerſis virtutũ coloribus, in ſanctæ Eccleſiæ ornamento proficiunt. Qui & interiora velant, & exteriora omnimodo exornant: quia eorũ vita in quantũ videtur, ornamẽtũ eſt: & eorũ intellectus intus abſcõditus, dum cœleſtia quæ in mẽte ſeruant, edicere nõ poſſunt, in eis aliquo modo velatur. Rectè autem decem cortinæ ſunt: quia per decalogi ſtudium, ipſa ſanctorũ corda protexerunt. Hyacinthinæ verò anſulæ cortinarum fieri quinquagiſta præceptæ ſunt. Hyacinthus cœli ſpeciem habet. Anſulæ ergo cortinarum ſunt præcepta cœleſtia, in quibus ligantur animæ, vt ab inferioribus ſubleuatæ ſuperius pendeant. Quæ videlicet anſulæ habent & circulos aureos, intellectum ſcilicet vera ſapientia fulgentem: Qui intellectus quia debet eſſe per omnia circũſpectus, & cautæ ſollicitudinis vigilantia munitus, rectè per circulos deſignatur. Item ſicut circulus principium & finem non habet, ita intellectus iuſtorum intentus ſemper eſt rebus ſupernis, principium & finem non habentibus: de rebus huius mũdi

Mar. 7.

Piorũ & impiorum differẽtia.

1. Ioan. 4.

Exo. 27.

Figura.

Hom. 19. in Ezec.

di vanis & caducis non curans, in Deum totus est absortus. Et idcirco notanter ansulæ a summitate iussæ sunt fieri, quia præcepta cœlestia, & intellectus spiritualis illos sursum in Dei amorem suspendit. Non ergo mirandum, quod discipuli Christi, immemores essent rerum tam leuium intenti rebus tam serijs.

Senes esse in republica maxime necessariū est.

¶ *Quare discipuli tui transgrediuntur præcepta seniorum?* Quod senes in republica sint, maxime necessarium esse scimus. Nam experientia, ac prudentia, qualis esse solet in senibus, ciuitates moderatur, regna gubernat, leges cōdit, reipublicæ consulit, illamque tuetur. Hæc autem tempore comparatur. Idcirco Thales ille Milesius, vt Laertius refert, tempus sapientissimum esse dicebat. Vt enim aqua vino admista, illud reddit moderatius, sic in republica senes adolescentulis admisti, eos grauitate sua moderantur, eorum temeritatem & studium coercentes. Eam ob causam legimus in lib. Numerorum dixisse dominū ad Moysen: congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti quòd senes populi sint ac magistri, & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, facięsque ibi stare tecum, vt descendam & loquar tibi: & auferam de spiritu tuo, tradamque eis, vt sustentent tecum onus populi & nō tu solus graueris. Vbi obserua hanc senectutem nō tam ad annos quàm ad consilium & virtutem esse referēdam, idcirco ait Dominus Moysi vt eligat senes, quos sciret esse senes. Nō igitur tam canos, quàm prudentes & virtute præditos intelligebat Dominus. Non enim ait: quos populus videt esse senes & canos, sed quos tu nosti senes populi esse ac magistros, canicies enim hominis est prudentia & virtus: & vt in libro Sapien. scriptum est: cani sunt sensus hominis. Hos ergo senes abstulit Dominus à Iudæis ob scelera sua. quod multo ante prædixerat Esaias capi. 3. His verbis: Ecce enim dominator Dominus auferet a Hierusalem & Iuda, validū & fortem, senem & honorabilē vultu &c. Vbi prædicit propheta Hierosolymam spoliandam esse omnibus ornamentis ad pulchrum & magnificum statum pertinētibus & in hoc catalogo calamitatum in quas erat incursura refert inopiam senium, hoc est, hominum qui magno rerū experimento fuerunt sapientiam & virtutem assequuti. Quare iam tēporis successu apud Iudæos multi senes reperiebantur ætate, nullus tamen virtute & sapientia. Multi senes rēperiebantur quales duo illi, qui apud Danielem leguntur, senes quidem si caniciem respicias, iuuenes verò si eorum effrenatam libidinem intuearis. Hi tanta auaritia ac diuitiarum immoderata cupiditate præditi erāt, vt nihil magis quàm sua curarent. De quibus conquerebatur idem Dominus apud eundem Esaiam dicens: populum meū exactores sui spoliauerunt. Tales erant seniores de quibus impræsentiarum scribæ isti ac pharisæi loquuntur, qui consulentes auaritiæ suæ, quod subleuandis parentibus erat impendendum, vertebant in lucrum suum, interim tamen vt sanctitate præclari viderentur, constitutiones, quæ nihil adferebant nisi vanam superstitionem magni faciebant. Inter quas vna erat, vt sæpe lauarent manus, maximè sumpturi cibum. Tantique hoc faciebant vt ab Hierosolymis venirent vt discipu

Simile.

Num. 11.

Senes qui verè dicātur.

Sapiē. 4.

Esai. 3.

Esai. 3. c.

cipulos calumniarētur quod hāc cō stitutionem non seruabant.

Dñi agnoscere debent se esse inculpa si serui, qui causa peream aliquid faciunt. ¶ *Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum.* Gene. 21. Abraham increpauit Abimelech propter puteum, quem abstulerāt serui eius. Quibus docentur Domini cognoscere se culpabiles, in ijs, quæ serui sui malefaciunt. Neque tam seruos ipsos esse culpandos, quam dominos, qui cum posśint, & debeant prohibere non curant. Sic isti, ad Christū existimantes, falsó tamen, esse in culpa, quare, inquiunt, discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum?

¶ *Non enim lauant manus cum manducant.* Perpende istorum calumniam atque malitiam. Sensim enim ac paulatim & discipulorum & Christi bonum nomen atque opinionem detrahere nitebantur. Nunc de disci pulis dicebant: hi sabbatum non custodiunt: nunc veró hi non seruant

Luc 5. & 7. præcepta seniorum. non enim lauāt manus cum manducant. Sic etiam nunc de Christo dicebant: hic cum peccatoribus manducat & amicus est publicanorum: nunc veró dicebant: hic homo peccator est: nunc au

Io. 9. tem hic homo nō est à Deo qui sabbathum nō custodit: deinde hic ho-

Sup. 11. mo vorax est, & potator vini. Tandē in eam temeritatem & impudentiā peruenerunt, vt ausi fuerint publicè dicere: dæmonium habet, in Beelze-

Ioan. 8. Sup 9. bub principe dæmoniorū eijcit dæ-

Tertium munus calūniatorū. monia. Seductor est & magus. Hoc est ergo tertium calūniatorum munus paulatim piorum famam detre-

Simile. ctare: quemadmodum enim gutta cauare solet lapidem, non semel, vt aiunt, sed sæpe cadendo: sic impiorū hominum detractio, auferre solet iustorum auctoritatem ac sanam opinionem, paulatim ac leniter eundo.

¶ Cæterum si ad nos hæc conuertatur oratio, animaduersione profecto dignos nos esse inueniemur. Nō enim lauamus manus, cum māducamus. Quotidie enim sacerdotes Christi panem cœlestem sumimus non emundantes prius actiones nostras. Vnde fit vt multi nostrum à Domini mensa Iuda ipso nequiores & scelestiores surgamus. Hinc est quod in nobis illud quod apud Michæam dominus ait, impleatur: calcabis oliuā & non vngeris oleo: & mustum & non bibes vinum. Quod emundare ab omni spurcitia peccatorum conscientiam nostram negligimus, inde dimanat non surgere ab hac tam cœlesti mensa, oleo diuinæ gratiæ vncti, neque vino huius preciosissimæ vitis inebriati quamuis quotidie rem diuinam agamus, quamuis singulis diebus Christi corpore & sanguine cibemur: sed potius inde surgentes, traditoris exemplo, Christū Dominum prodire non veremur. O cæcitas deploranda, accesśit mulier illa duodecim iam annos obnoxia pro fluuio sanguinis, accesśit inquam à tergo, & extremam vestis Christi oram attingendo salutem adepta est, vt noster Euāgelista refert: & nos miseri, Christi corpus & sanguinem sumentes quotidie, non solum animi salutem nō adipiscimur sed morimur: propterea, inquit Paulus, inter vos multi infirmi & imbecilles & dormiunt multi. Non enim lauamus manus cum hunc cibum sumimus. Probemus ergo prius nos ipsos & sic de pane isto edamus & de calice Domini bibamus vt idem Apostolus hortatur.

Sacerdotes ad christi cœnam accedētes cū animis immundicie rep̄rehensione maxima digni sunt.

Mich. 6.

Supr. 9.

1. cor. 11

Quare

¶ *Quare & vos transgredimini preceptũ Dei propter traditiones vestras?* Hic multa sese offerũt annotatione digna. Primũ cõsidera hoc esse quartum munus sycophãtarũ, trabẽ in oculo suo nõ videre, in alieno aũt festucã videre. vt dñs ait: & vt in superioribus annotare incipiebamus. Hi, hæc minima & leuissima calũniabãtur: non intuentes, se obtuas leges, Dei precepta violare. Rex etiã Dauid dũ in peccatis erat, trabẽ sui oculi nõ videbat: festucã verò in oculo alieno optimè intuebatur. Vnde Nathã propheta ait illi: responde mihi iudiciũ: diues habebat oues & boues plurimos, pauper autẽ nihil habebat omnino nisi ouẽ vnã paruulam &c. Cũ autẽ peregrinus quidã veniret ad diuitẽ, parcẽs ille sumere de ouibus suis, vt exhiberet conuiuiũ peregrino illi qui venerat ad se, tulit ouẽ pauperis, & præparauit cibos homini qui venerat ad se. Iratus aũt Dauid dixit: Viuit dñs quoniã filius mortis est vir q fecit hoc. Linceos sanè oculos habebat Rex iste ad intuẽdã festucã in õculo alterius, trabẽ aũt oculi sui non videbat. Hoc idẽ viderẽ licebit. 3. re. 20. in Rege Israel. Huius rei typũ habes. 2. li. reg. c. 6. Vbi sacra refert scriptura: extẽdisse Ozã manũ ad arcam Dei, & tenuisse eã: qm̃ calcitrabãt boues, & declinauerãt eã: iratũq; fuisse Dominũ cõtra Ozã & percussisse eũ super temeritate: mortuũq; fuisse ibi iuxta arcã. Aiũt aliqui ex hebreis hũc Ozã nocte anteacta fornicatũ fuisse. Tutius sanè illi fuisset potius de suo patrato crimine dolere quiã d Dei arca tã curiosè curare. Sic tutius ac satius esset impijs calũniatoribus, potius de vita sua tã male per acta pœnitentiã agere, quã de iustorũ vita tractare: ac suarũ actionũ tã rigidos cẽsores esse.

Quartum munus caluniatorũ.

2. Re. 12

2. li. Re. c. 6. Figura.

Sed illorũ temeritas impunita nõ remanet: cũ percutiãtur a dño atrociori recriminatione: illos incidere faciẽs in foueã, quã fecerunt. Vnde regius psaltes de huiusmodi loquẽs ait: ecce parturit iniustitiã cõcepit dolorẽ & peperit iniquitatẽ. Sed quid de huiusmodi iniquo cõceptu ac partu cõsequutus est? Quod lacũ aperuit & effodit eũ & incidit in foueã quã fecit. His. n. accidit quod olim accidisse misero illi ac infelici Amã q suspẽsus est in patibulo quod parauerat Mardocheo. In libro etiã Exodi sacra narrat historia quod rubus à Moyse visus ardebat sed nõ cõburebat. Quo significare volebat Dñs Aegyptiorũ persecutionẽ nõ esse populũ Dei in rubo figuratũ cõbusturã: imò inde subsecuta est tota tẽpestas Aegyptijs. Inciderũt. n. in foueam quã fecerũt.

Psalm. 7.

Esther. 7.

Exo. 4. Figura.

¶ Secũdo hinc colliges qua pœna afficit Deus eos qui aliorũ vitã cõtẽnũt, abhorrẽt, atq; nimio supercilio abominãtur, existimãtes se nõ esse sicut cæteri homines: hos. n. nõ solũ percutit Deus atrociore recriminatione, sed in maiora atq; atrociora peccata labi permittit. 2. li. reg. c. 13. scribitur Absalõ nõ solũ maximo odio prosecutũ fuisse fratrẽ suũ Amnõ, quod vi oppressisset Thamar sororẽ suã, sed eũ immaniter interfecisse: immoderatè abhorrẽtẽ peccatũ Amnõ. Et tãdẽ permisit dñs vt qui peccatũ fratris tãti fecerat, ingrederet ad cõcubinas patris sui corã vniuerso Israel: vt 2. li. reg. scriptũ legimus. quid nã hoc est ô Absalõ: tu, q fratris crimẽ ocultũ abhorrebas & execrabatis, coire cũ vxoribus patris tui corã vniuerso populo nõ abhorres? Sic scribæ & pharisei isti: leuia aliorũ calũniãtes atq; abhorrentes vel maximũ Dei preceptum violabant: sic adulteræ peccatũ, maximi

Qua pœna afficiãtur à Deo qui nimio supercilio aliorũ vitã abhorrẽt.

2. Re. 13.

2. Re. 16

mi facientes, innumera peccata sua prospicere non curabant: idcirco Christus digito scelera sua atrociora
Ion. 8. scribens in terra, eos confundere voluit: sciebat mulierculam ream, esse peccatricem, sed nouerat accusatores, qui se iustos videri volebant, multò sceleratiores esse quàm esset illa. Notabat ergo digito suo illorum arrogantiam, qui sibi vindicarant sanctimoniam, quum esset longè sceleratiores ijs, quos immani pœna lex puniret. Illa enim, quam publicis manibus lapidandam produxerant, non occiderat maritum suum, sed alteri viro per carnis infirmitatem corporis sui copiam fecerat. Illi pleni liuore, odio, calumnia, auaritia, ambitione, fraude, totius legis Dominum, qui solus omnium liber ac purus erat ab omni peccato, captabant ad mortem. Hinc discamus non alios contemnere præ nobis: discamus nõ nimis curiosè peccata proximorum scrutari. Dimittamus fastum ac supercilium, non nobis blandiamur, & animo supino despiciamus proximum: sed potius eius acta aut excusemus, aut dissimulemus, aut spiritu lenitatis corrigamus, memores nostrorum scelerum. Ne audiamus à Domino: qua fronte vos, qui proximi leuia peccata calumniamini violatis maxima Dei precepta? Et rursum ne audiamus: qui sine peccato est vestrum primus iaciat in eam la-
Gene. 38 pidem. Sed nos miseros: Nam similes sumus Iudæ filij Iacob, qui maximi faciens peccatum Thamar dicebat populo: producite eam vt comburatur: penitus sui sceleris & incestus oblitus. Quare meritò audire meruit, de viro cuius hæc sunt concepi: cognosce cuius sit annulus, armilla, & baculus. Nos etiam per horrescimus aliorum scelera, nostrorum omnino obliti. nos inquam, miseros & infelices: nam ad nos pertinent verba illa comminatione plena ab Esaia prædi- Esai 5.
cta: Væ qui dicitis bonum malum & malum bonum: ponentes tenebras lucem: & lucem tenebras: ponẽtes amarum in dulce, & dulce in amarum. Ea est enim temerarij iudicij corruptela, vt bona pro malis, illustria pro obscuris, dulcia pro amaris, lucem pro tenebris iudicet: Su- Simile.
mus enim similes infirmis sibi nocentia probantibus, proficientia verò damnantibus ac respuentibus.

Væ igitur nobis: nam, vt Christus autor est, in quo iudicio iudicaueri-
mus iudicabimur: & in qua mensu- Sup. 7.
ra mensi fuerimus, remetietur nobis. Vnde D. Paulus nos reprehendere volens ait: Tu autem quis es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit. Id est, Dño suo pec- Rom. 14.
cat aut benefacit. Stabit aũt, potens enim est Deus statuere illũ. Hoc est, stabilire & firmiorẽ reddere. Relinque igitur ô homo proximũ tuũ: vide quod (vt idẽ Paulus ait) in quo iudicas aliquẽ te ipsum cõdẽnas eadẽ.n.agis Rom. 2.
quæ iudicas. Propter quod inexcusabilis es, ô homo tu qui iudicas. Existimas aũt ô homo omnis qui iudicas eos, qui talia agũt, & facis ea, quia tu effugies iudiciũ Dei? Nõ ergo amplius inuicẽ iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculũ fratri. Sin Rom. 14.
aũt ad nos cõuersus Dñs dicet: quare & vos trãsgredimini mãdatum Dei propter traditiones vestras? Et tãdem cũ iustus sit dominus, & rectũ iudiciũ suũ, secundũ mensurã temeritatis iudicij de fratre erit cõpensatio pœnæ, cum steteritis ante tribunal Christi.

¶ De

¶ Deinde aduerte. Quanto amore Dominus prosequatur suos. Eos enim defendit ab impiorum calumnijs: eos tuetur ac patrocinatur: eorum causam agit: in eorum calũniatores incandescit. Quare inquit, & vos transgredimini preceptum Dei propter traditiones vestras? Vt hinc intelligas quàm vere per prophetã dixerit: qui tangit vos, tangit pupillã oculi mei. Vbi tactum pro vexatione & iniuria accipe: iuxta illud quod legimus: nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Qui enim sanctos Domini tetigerit: sic est quasi vexare cupiat pupillam oculi eius: & illum nitatur clara luce priuare: De qua loquitur in Euangelio: Vos estis lux mundi. Quo palàm fit eos, qui virum insontem aut lædunt, aut ignominia afficiunt, longè magis Deum, quantum in se est, & offendere, & ignominijs oppetere. Nam cum Deus bonorum patrocinium & tutelam susceperit, qui eis detrimẽtum afferre conatur, reprobare molitur, neque securum eos patrocinium habere, neque in tutum præsidium confugisse. Quod quidem in Deum nimis iniuriosum, & contumeliosum est: cum de nulla re magis glorietur, quã quod eos, qui ad se confugiunt, securos ab omni reddat periculo: vt Dauid ait: Altissimum posuisti refugiũ tuum: non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Et in Deuteronom. Videte quod ego sim solus, & non sit alius preter me, ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam & ego sanabo: id est, ego solus bona & mala recondita habeo, ita vt nemo neque bonis frui, neque mala inferre, nisi me volente poterit. Quare stultissimus est, qui eum, quem Deus defendendum susceperit incommodis afficere moliatur. Adde his: nam iniuriosi in proximos maius damnum reportant quam inferunt. Vnde in Hebræo est. Qui tangit vos tangit pupillam oculi sui: & ita vertunt septuaginta viri, ac est in commentarijs Diui Hieronymi. Tangit pupillam oculi eius & Plantinus testatur duo exempla vulgatæ editionis vidisse, in quibus erat, oculi sui, quod si hoc secundo modo legatur, magnum etiam timorem verba vatis iniuriosis in proximos, inijciunt. Scire enim debent se longè maius damnum reportare, quam inferant. Væ impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei, Esaias, inquit, Quod de illis dicitur qui alios lædunt, quibus longè maior gratia referenda est, & ob eam rem Propheta dicit: Væ impio &c. quæ interiectio ingentis cuiusdam vltionis significationem habet, quã legisperiti isti atque Pharisæi experti sunt. Non ergo tangamus Dei filios si diuinam vltionem experiri nolumus: eos enim Dominus amat, tuetur ac congregat sub alis quemadmodum gallina pullos suos. Et quemadmodum gallina & infirmatur vt pullos suos alat, ac foueat & eos à miluis rapacissimis fortiter defendit: sic Christus Dominus & langores suorum ipse tulit: & dolores nostros ipse portauit: & nos ab hostibus visibilibus & inuisibilibus acriter tuetur. Vt in hoc loco vides: Quare, inquit, & vos transgredimini præceptum Dei.

¶ Præterea si hominum status singulos intueamur, intelligemus ad

omnes

Marginalia: Suos defendit Dominus. — Zacha. 2. — D. Hiero. — Psa. 104. b. — Matt. 5. b — Psal. 90. — Deut. 32. — Iniuriosi in proximos maius damnũ reportãt quã inferunt. — Esai. 3. b — Simile. — Esai. 53.

Ad omne hominum genus pertinet quod Christus ait quare & vos trãsgredimini præceptum Dei propter traditionem vestram.

omnes, hoc est ad Reges, ad viros nobilitate præstantes, ad iurisperitos, ad negotiatores. Hæc Christi verba pertinuere. Singulis enim dicere possumus: quare & vos transgredimini præceptum Dei propter traditiones vestras? Quod si animo voluas menteque discurras per hominum conditiones & mores, hæc ita esse facilè cognosces. In summa: multi inter nos sunt qui voluntatem suam pro lege firma & stabili statuunt: Sic volunt, sic iubent; est illis pro ratione voluntas. Hi sunt qui Dei voluntatem relinquunt vt suam adimpleant: hæc est illorum lex, hæc illorum regula. Vnde fit vt inaniter & in cassum totã vitam consumant: eis enim dicitur: quare appenditis argentum & non

Esai. 55.

in panibus, & laborem vestrum & non in saturitate. Eo enim ipso quod quis habeat pro lege propriam volũtatem, nullum fructum, nullam vtilitatem, nullumque emolumẽtum ex suo labore sperare debet. Præcipit enim Dominus atque legem fert vt nullus in cœlo aut in terra alius adoretur neque colatur nisi ipse: Dominum (inquit lex) Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Præcipit Nabuchodonosor, vt in qua hora quis audierit sonitum buccinæ cadens in terram adoret statuam auream; si quis autem non prostratus adorauerit, eadem hora mittatur in fornacem ignis. Tu ô peccator quisquis es, hoc idem statuis, hanc eandem legem sancis. Erigis voluntatem tuam tanquã statuam, hanc vis vt non solum adorent omnes cogitationes tuæ, atque animi affectus, sed omnes alij vis vt eam prostrati venerentur, ac seruent: eadem est im quæ tu aduersus legem Dei operaris, ac facis vis vt omnes tibi subditi, omnes amici & cognati faciant: Si ludis vt ludant, si fornicaris vt fornicentur, si odio prosequeris inimicum tuum, vt eum omnes alij odio prosequantur. Missam ergo, si sapis, fac propriam voluntatem: Dei voluntas sit canon, sit regula, sit perpetua lex tua. Imitare Christum ducem qui de se ipso loquens ait: non veni vt faciam voluntatem meam, Io. 6.
sed eius qui misit me.

Deut. 6.
Dan. 3.

¶ Postremo perpende, noluisse dominum respondere scribarum accusationi, non quod vellet ceremonias sanctas ac constitutiones maiorum damnare: cum hæ, si moderatæ sint, maximè conducant ad virtutem & conseruandam & tuendam. Sicut enim folia fructus arborum, & cinis ignem, & murus ciuitatem conseruare ac protegere solent, sic leges & constitutiones hominum, virtute, prudentia ac sapia, præditorum, Dei precepta stare & permanere faciunt. At pharisæorum ceremoniæ tam innumeræ & immoderatæ erãt vt eas nemo ferre posset. Vnde Christus: alligant, inquit, onera grauia & importabilia & imponunt in humeros hominum. Hi tantum folia & non fructus bonarum actionum curabant: tantum cinerem & non ignem charitatis conseruare. Et ideo Christus illorum arrogantiam, nõ curans suarum constitutionum importabilem superstitionem, percutit: proponens illis quæ ad rem faciebant: nempe quod ob suas impias leges violabant vel maximum Dei præceptum.

Ceremoniæ & constitutiões maiorum si moderatæ sint dãnandæ nõ sunt sed suscipiendæ.

Similia.

Infr. 23.

¶ *Quare & vos transgredimini preceptum Dei propter traditiones vestras?* Iã hic vides quemadmodum legisperiti, qui rerum diuinarum peritiam profitebantur ad Dei honorem & glo-

gloriam, atque ad populi commodum parandum: ea abutebantur ad rem suam familiarem augendam.

Hoc faciunt nunc Hæretici qui eloquentiam, & Sanctarum scripturarum lectionem, quæ hominibus data sunt, vt in eorum cederent ornamentum & vtilitatem, sumunt ad materiam superbiæ, & iactantiæ, & perfidiæ, & aliorum maleficiorum.

Hæretici eloquentiã & eruditionem suã sumũt admateriã suorũ maleficiorũ.

Depravant literas diuinas, & ex illis hæresium pestilentium, peruersorumque dogmatum propositiones, leges, constitutionesque machinantur. Itaque ijsdem rebus numen sanctissimum offendunt, quibus illud poterant laudibus efferre. Tales fuerunt Lutherus, Buccerus, Munsterus, Zuinglius, Caluinus, & cæteri huiusmodi epicorei, nouique milites veneris, qui virginitatem, & pudicitiam & continentiam irrident, ieiunia & abstinentiam pro nihilo putant, & id quod etiam infideles in religione nostra christiana miris laudibus extollebant, & admirabantur, ipsi volunt penitus conuellere, & se ab Ecclesia Sancta Catholica separantes, castitatem quam publicè solemni voto Deo sanctè promiserant, impudicè repudiarunt, & sub titulo matrimonij se turpi voluptati & perpetuo meretricio tradiderunt. Quemadmodum ignis lignorum strue accenditur, sic libidinis flamma gulæ vitio concitatur. Et non erubescunt miseri, sed, vt verbis vtar Esaiæ, peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt; nec absconderunt. His autem virtutibus spretis & repudiatis fuit etiam spreta & repudiata fides. Et, vt ait in Epistola ad Roma. Apostolus, tradidit illos Deus in reprobum sensum.

Simile.

Esai. 1.

Nam cæci & amentes, sunt potestati libidinũ traditi, vt qui honestatis pulchritudinem diligere noluerũt, in sordibus & vitiorum luto volutentur, & in perfidia & Hæresum contumacia permaneant.

Rom. 1.

Quemadmodum ex nimia repletione stomachi, & ciborum redundantia oritur obstructio illa quam medici oppilationem vocant, ex qua producitur continuus capitis dolor, phrenesis ad insaniam producens, sic ex deprauata vitæ cupiditate & morum corruptela & gula & voracitate oritur effrænata libido, ex qua producitur phrenetica illa Hæreticorum insania, & in rebus fidei intellectus deprauatio.

Simile.

¶ Sed & legisperitis & Hæreticis omissis, ad peccatores fideles nostra conuertatur oratio: quorum nonnulli, donis Dei abutuntur tam intemperatè, vt aurum & argentum rem multam familiarem ad pauperum subsidium illis collatam, in impios vsus conuertant. Intuere obsecro fidelium mulieres, & videas eas ex auro, & argento superuacanea monilia, & inania ornamenta ex collo pendentia, ad iactationem & ostentationem conficere. Similes Hebræorum filijs, qui, ex auro quod illis Dominus Deus dederat vt sibi prouiderent atque consulerent, illud que pauperibus largirentur, & ita Deo honorificè seruirent, fabricati sunt idola, quæ Deo derelicto coluerunt: vt affirmat idem Dominus Deus apud Ezechielem ca. septimo. Quid autem dicemus de diuitibus, qui opes suas vanè consumunt, ex quibus vanitatis suæ gloriæque inanis idola conficiunt, quæ intueantur & colant: quibus Deus

Peccatores fideles donis & talentis Dei ab vtunt.

Ezec. 7.

bant: & eis quorum tutores esse debe rent, suis iniquis traditionibus opes rapiebāt. Populū meum (inquit) exactores sui spoliauerunt.

Qui aliorū peccata corrigere volūt, sua prius emēdare debēt.

¶ *Quare & vos &c.* Qui aliorū scelera corrigere & reprehēdere volūt, suā prius corrigere debēt. Sin aūt, merito illis dici poterit: Quare & vos trāsgredimini preceptū Dei? & rursum illud: Qui sine peccato est vestrū primus mittat in eā lapidē. Vnde D. Greg. explicās hūc locū, ait: Ad aliena quippe peccata ibāt, & sua relinquebāt. Reuocētur igitur ad suā cōscientiā, vt prius propria corrigāt: & tūc aliena reprehendāt. Hinc est quòd cū tribus Bēiamin in carnis scelere fuisset obruta, collectus Israel vlcisci voluit, sed tamē semel & iterū in ipso certamine est ipse prostratus. Consulto enim Dño si ad vlciscēdū ire debuisset, iustum est vt iret, qui iuxta diuinæ vocis imperiū perrexit: & semel & secūdò perdidit, & tūc demū peccatricē tribū valde feriēs, penè fūditus eā extinxit. Quid hoc est, quod in vltione sceleris inflāmatur & tñ prius iste prosternitur? nisi quod prius ipsi purgādi sunt, per quos aliorū culpę feriūtur, vt ipsi iā mūdi per vltionem veniant, qui aliorum vitia corrigere festinant.

D. Grego 3. q. 7. c. q. sine peccato.

Nullo prætextu diuini cultus debitus honor parētibus est negādus. d. 30. c. 1.

¶ *Honora patrem tuū.* Vnde fit, vt neq; prætextu diuini cultus debitū honorē & alimēta necessaria parētibus denegare debeamus. Hinc est, quod. d. 30 c. 1. ex cōsilio Gāgrēsi, dicitur: Si qui filij parētes maximè fideles, deseruerint occasione Dei cultus, hoc iustū esse iudicātes: & nō potius debitū honorē parētibus reddiderint, vt hoc ipsū in eis venerētur quòd fideles sint, anathema sit. E cōtra etiā, non debet ecclesia suscipere, quæ filio exhæredato sibi offerūtur. Vnde Aug. ait: quicūq; vult exhæredato filio hæredē facere ecclesiā, quærat alterū qui suscipiat, nō Augustinū. Tāta etenim vis hic iussio quarti precepti, vt nulla ratione, nulloq; pio prætextu frangendum sit.

D. Aug. in sermo. de vita cle ricor. 17. q. 4. c. vlt.

¶ *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorū longe est a me.* Eos etiā qui Deū labijs tātū honorant ab eo animo separātes, cōparat Christus apud hūc eūdē Euāgelistā, sepulchris dealbatis, quæ foris apparēt hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorū, & omni spurcitia. Sūt qui non habeāt virtutē, nisi in labijs benedicētes, sed ita animū à virtute seuocantes, vt cū eorū vita maximè pugnet oratio. Tribuūt Deo linguā quæ parū valet: cor aūt quo nihil habēt prætātius, tribuūt mūdo. Vide ineptā partitionē. Prebeamus igitur Deo cor nostrū, qait in prou. fili prebe mihi cor tuū. Dedit Deus vnicuiq; nostrū clauē vnā, qua cor nostrū possimus aperire & claudere: & alterā sibi reseruauit. Precepit nobis, vt cor nostrū illi reseruemus, atq; illi preberemus, & illi soli illud aperiremus, dicēs in prou: omni custodia serua cor tuū: At nos nostrū à Deo ipso abstrahimus, mūdoq; prebemus: tradimus eius clauē, mūdo, dæmoni, & carni: illud turpibus cogitationibus implētes, nullaq; custodia seruātes: imo cū illud deberet esse mūdissimū Dei domiciliū, facimus illud diuersoriū rerū peregrinarū, & stabulū iumētorū. Honoramus Deū solū lingua, corde aūt fugimus ab eo. Accedamus ergo ad Deū cū corde puro in plenitudine fidei, vt D. Pau. ait: Nā si fuerimus à Deo auersi peribimus quēadmodum (inquit) Salo. in prou. Auersio paruulorū interficiet eos. & pater eius Dauid; qui elongant se à te Domine peribunt. Quid nobis proderit Deū labijs honorare

Inf. 23.

Cor Deo præbēdū & non mūdo.

Prou. 23.

Prou. 4.

Heb. 10.

Prou. 1. Psal. 72.

norare, si eum fugimus: similes existentes Hebræis, qui pedibus ibāt ad terrā promissionis, animo aūt Aegyptū reuertebātur. Potius Deus vult animū quā os, & magis interiora quā exteriora requirit: gloria enim filiæ regis, debet esse ab intus, vt dicitur in psalmo, & foris etiam in fimbrijs aureis. Sed qui solū foris virtute fulget, intus verò est vitijs maculat9, similis est falsæ & adulterinæ monetę, quæ præfert veri nūmi insignia, & auri colorē, cum eius materia sit vile auricalcū. li. 3. reg. c. 6. vbi nostra versio habet: fecitq; in templo fenestras obliquas, interpretātur nōnulli: fenestras illas tēpli fuisse foris latas intus angustas: vt ostēderetur tēplū illud, magis diuino & interiori splendore illustratū esse, quā corporeo lumine extrinsecus veniēte. Nam nos qui sumus tēplū Dei, magis fulgere debemus interiori virtute quā exteriori apparētia, magis corde quā labijs: ne similes simus pharisæis de quibus hoc loco Christus tractat, & Esai. vaticinatur.

Figura — *Psal. 44.* — *Simile.* — *3. Reg. c. 6.* — *Figura.*

¶ *Cor aūt eorū longe est à me.* Corde, & nō solū ore est nobis orādū, si diuinas ac spirituales cōsolationes suscipere volumus. Hinc est quod Dauid ait: meditatus sum nocte cū corde meo. Et Apostolus ad Eph. 5. loquētes vobis metipsis in cāticis & Hymnis spiritualibus, cātātes & psallētes in cordibus vestris dño. Si. n. laus Dei sacrificiū est, iuxta psal. 49. Immola Deo sacrificiū laudis: pellē tantū sacrificij offerūt Deo qui ore laudāt, & cor subtrahūt à laude. Ille igitur (vt D. Bonau. auctor est) cū corde suo meditatur, qui discretè & sapienter cogitat: qui cor suū tenet. Et iuxta sententiā Senecæ, secū cōsistit & secū moratur. Sunt. n. multi, qui ore tātū Deū honorant, at verò corde diuagantur, de quibus Esai. c. 57. ait: Abijt vagus in via cordis sui; vias ei9 vidi, & dimisi eū. Vagus in via cordis sui vadit, qui leui cogitationū mobilitate, & affectionū ducitur, non animaduertens quid cogitat, sicut homo vagus nesciēs quo vadit. Nihil enim humano corde fugatius, vt ait Greg. Cor foris vagat, & corpus solū in tēplo remoratur. Pete ergo à Dño, vt cor tuū foris dispersum & profugū, ad seipsū reducat: & sic internas & cœlestes cōsolationes, quas recedēdo amiserat, redeūdo recuperabit; & tūc tibi etiā cōueniet, quod Dñs statim per Esaiā in prædicto testimonio subiūgit: Reduxi eū, & reddidi cōsolationes eius. Vnde meritò psaltes Dauid, postquàm dixerat: meditatus sum corde meo, addit statim: & exercitabar & scopebā spiritū meū. Exercitabar scilicet ad meditationē cordis rediens, & ad cor reuertens. Dignū igitur est omni laude, cor nostrū in oratione reuocare, & reuocatū retinere: quorū vtrūq; apud hūc Euangelistā c. 6. docet dñs dicēs: Cū oraueris intra in cubiculū tuū, & clauso ostio ora patrē tuū. Cubiculū intrare ait Bonauētura est: cor nostrū reuocare, ostiū verò claudere, est, cor reuocatū detinere, quod difficile quidē est: nā cor de facili elabitur. Vnde postquā psalmista dixerat ps. 39. Cor meum dereliquit me, cōtinuò subiūgit: cōplaceat tibi dñe vt eruas me. q. d. Meis virib9 cor meum reuocare minimè possū, nisi sim tuo adiutorio suffult9. Nō igitur voce tātū in ecclesia nobis canēdū est, sed corde potius: nec in tragędiarū modū (vt Hie. ait) gutur & fauces medicamine linēdæ sūt, vt in ecclesia theatrales moduli audiantur & cantica.

Corde & ore nobis orandum. — *Psa. 76.* — *Ephe. 5.* — *Psa. 49.* — *D. Bonau. de doctrina cordis c. 38.* — *Seneca.* — *Esai. c. 57* — *D. Greg.* — *Psal. 76.* — *Sup. c. 6.* — *Psal. 39.* — *D. Hiero. ad Ephe. 5. & adducit. 92. d. c. 1.*

¶ *Sine causa colunt me, docentes manda*

Leges humanę postponendæ & nō prępo nēdæ sunt veritati.

ta hominum. Leges humanæquè consuetudines postponendæ & non pręponendę sunt veritati. Vnde Cyprianus ait: Si solus Christus audiendus est, non debemus attendere quid aliquis ante nos faciendum putauerit: sed quid prius qui ante omnes est Christus fecerit: neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem. Cum per Esaiam prophetam loquatur Deus, & dicat: sine causa colunt me, docentes mandata & doctrinas hominum. Hæc Cyprianus. Et adducitur d. 8. ca. hu. Meritò ergo Christus pharisæorum consuetudines & leges, inutiles atq; nullius momenti esse docet. Cū vel Dei pręceptis contrariæ omnino essent: iuxta illud quod paulò ante dixerat: Quare & vos trangredimini mandata Dei propter traditionem vestram? Vel ociosæ & vanæ: qualis erat illa, de manibus à prandio abluēdis, quæ ad manuum quidem purificationem vtilis esse fortasse poterat: ad Dei certè cultum non poterat. Quāobrem, rectè per Esaiā Dominus ait: sine causa autē coluntme. Morē igitur nouum & legē, Christi institutis repugnātem, D. Cyprianus, vt visum est, meritò reprehendit.

Vid. d. 8. per totā & peculiariter c. si. & d. 9. c. Imperatores & d. 10. c. 1. & 2. Cypria. epist. 3. li. 2.

¶ *Cæci sunt & duces cæcorū*. Aspicis hic peccatores esse cęcos. Claudit diabolus eorū oculos, ne suā pernitiē intueātur. Vt enim fur nocturnus domū spoliaturus, statim extinguit lucernā: & lupus nocte, aut saltē tēpore obscuro irruit in gregē: & in aquam turbulentā piscator mittit retia, quoniam tunc cani pisces non vident: sic diabolus intellectum hominū tenebris circunfundit: ne suum exitium considerantes caueant, & diabolicas insidias declinent. Hoc intelligebat qui ait: Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi. Ac si diceret: meū intellectū dæmō caligine inuoluit: & me in tenebris posuit, vbi iacent omnes flagitiosi seculum amantes: quos ego mortuos seculi appello.

Peccatores sunt cęci.

Simile.

Similitu.

Simil.

Psal. 142

Væ illis qui nō solum sunt cæci, sed etiam alios obcæcant. Contrà verò illi sunt felices, qui nō solū sunt illuminati, sed alios illuminant, Christū imitantes, qui de seipso ait: Ego sum lux mūdi. De quo ait Zacharias: Visitauit nos oriens ex alto, illuminare ijs, qui in tenebris & in vmbra mortis sedēt &c. Et Esai. Dedi te in lucē gētium vt aperires oculos cæcorum. Io. 8.

Esai. 42 a

¶ *Cæci sunt &c*. Ad id cæcitatis olim perducti sunt Iudæi ante Christi aduētū, vt dicerēt, nō videt dñs nos. Audierāt quidē Deū cælū & terrā creasse: audierant omnia aspicere & gubernare, & non solū hominū actus, sed etiā eorū cogitationes intelligere, & tamē in tātis sceleribus cōtaminauerāt, tam obscuris scelerū tenebris intellectū operuerāt, vt quæ de Deo à diuinis vatibus audierāt, & in scriptura diuina legerāt, nō curarēt, quin potius ea penitus ex animo delerēt. Versabātur in erroribus intolerabilibus, & vt est in li. Sap. literis mādatū: excæcauit eos malitia eorū; Et, vt verbis vtar Pau. excæcatū est insipiēs cor eorū. Inde euenit vt vitæ ordo & ratio peruerteretur, essētq; illis omnia plena cōfusione. Id quidem est, quod ait Dauid: nescierūt neq; intellexerūt, in tenebris ambulāt, mouebūtur ōnia fundamēta terræ. Gētes absq; fide, lumine naturali illustratæ, asseruerunt Deū omnia videre. Ideo hieroglyphi volētes significare deū, pingebāt sceptrū rectū & erectū, cū oculo supra omnia circunspiciente: innuentes

Ezech. 8.

Cęcitas iudæorū ante aduentum Christi notat.

Sapi. 2.

Rom. 1.

Psa. 81.

vt ait D. Cyrillus lib. aduersus Iulianum nono, Deum esse iustum & rectum, cum oculo suprà omnia circumspicientem, hoc est omnia videntem, illiusq; nutu omnia gubernari. Per baculum rectum intelligebant regiam dignitatem, & rectam iustitiam, nulloquè modo posse diuinam naturam labefactari: per oculum verò diuinam prouidẽtiam. Imo Deus appellatur Grecè theos, à verbo theaome, quod est videre, & spectare, quasi omnia prospiciens: quò fit, vt thea, significet visionem. Homines a veri Dei cultu alienati, hoc sciebãt, Iudæi verò diuinæ legis lacte enutriti, illud ignorabant. Quare meritò illi vocabantur a prophetis cæci.

Cæcitas iudæorum post aduẽtũ Christi

¶ Iam verò scribæ, & pharisæi, atquè cæteri Iudæi omnes post aduentum Christi ad id cæcitatis venerũt, vt velamẽ quo operiebatur Moyses, vt eius faciem non aspicerent Hebræi, maneat hodie illis in lectione veteris testamenti, & vt ait D. Paul. 2. Cor. 3. Velamen positum est super cor Iudæorum. Cum autem conuersi fuerint ad Christum verum Deum, verum hominem, verum Messiam, auferetur velamen. Nunc cæci sunt & in Babylonica suæ infidelitatis captiuitate detenti, à qua nolunt miseri homines liberari, nec eum recipere qui eos liberatum venit. Legem Moysi secum portant, existimantes, eam esse vitam illis tributuram, & non vident insipientes homines, inde sibi ipsis mortem conflari, vnde vitam consequi arbitrantur. Eadem enim lex æternum illis minatur excidium, qui Christum recipere noluerunt. Quemadmodum Vrias literas Dauidis secum portans, quibus rex duci exercitus præcipiebat, vt ipsi Vriæ cędem moliretur, existimans magnum aliquid literis afferre, in illis mortem sibi portauit: sic perfidi Iudæi secum literas Dei portant, quibus ipsi dãnãtur, & ad mortem sempiternã ducuntur. 2.Re.11. Lex & prophetæ, & omnis deniquè sancta scriptura, qua Iudæi gloriantur, ostẽdũt venisse Messiam, esseq; Christum saluatorem nostrum, quem ipsi Iudæi ob eorum inuidiam, & superbiam, & auaritiam, & alia nefaria scelera occiderunt. Id quod fuerat antea à diuinis vatib9 prædictum, qui illis qui Christum recipere nolunt, æternum interitum minantur.

Cæcitas peccatorũ fidelium.

¶ Sed his perfidis hominib9 omissis, illud magnopere dolendum, multos esse hodie apud nos fideles, qui cæci sunt, atquè in medio Babylonis hoc est mundi collocati, eam non vident. Babylon mũdus est, qui, vt verbis vtar D. Ioannis, totus est positus in maligno. 1.Ioan.5. Quid est superbia, auaritia, gula, incontinentia, quid deniq; mundus, & congeries malorũm, nisi Babylon, & detestãda cõfusio? Quot hodie in mundo versantur, qui illum non agnoscunt? Quot mundi confusione circunfusi, ipsam confusionem minimè intuentur? Mundus est veluti calculorũ lud9, vbi sunt varia latrũculorum genera. Et queadmodũ hoc in ludo euenit sæpe, vt ipsi ludentes veluti oculis capti, ob nimiã cõfusionẽ nõ videãt quo modo latrunculos mouere debeãt, vt pro eis stet ludus, cũ illi qui extra ludũ sedẽt, ipsum foris cõsiderãtes, id rectè perspiciãt: (Simile.) sic qui inextricabilibus mundi negotijs implicantur, cæcutiunt mentis acie, tenebris cooperta: cum illi, qui animum à mundo separarunt, seque in solitariam requiem receperunt,

runt, mundi dolos, [illegible] vanitates, & [illegible] intueantur. Simile. Vt aliquid [illegible] oportet esse aliquod interuallum inter oculos & obiectum, sicut intuemur mundum, necesse est, esse aliquam distantiam inter nos & illum. [illegible] homines nefarij, sint mundus ipso; qui non potest, vt mundum perspiciat, si inter eos, & illum nullum est interuallum. Simile. Quemadmodum oculus palpebras suas perspicere non valet, quia nullum est inter eum & illas medium interiectum, ita flagitiosi mundum non vident, quia nulla distantia ab illo separantur. Eam ob causam in medio mundi eum intueri non valent, quia ab illo fugere nullatenus volunt, sed obcæcati a diabolo, a principe huius mundi, in tenebris versantur. De his ait psaltes: Psal. 57. supercecidit ignis & non viderunt solem. Hic ignis est amor sui inordinatus, & corruptus, qui obscenas dit tenebras, quibus cooperit intellectum, si se homo ei totum tradit. Hic autem sol est ille, de quo est libro Sap. 5. Sapientiæ mandatum: Sol intelligentiæ non est ortus eis. Est igitur illius psalmi sensus: homines seipsos nimio amore prosequentes in magnis erroribus versantur: non enim sunt sole sapientiæ illustrati, qui igne amoris proprij incenduntur. Simile. Comparatur amor cum igne, quia vt ignis est primum quatuor elementorum: sic amor est prima quatuor passionum; & quemadmodum vehemens ignis Prou. 6. in sinu celari non potest, vt verbis vtatur Salomonis, sic nec vehemens amor potest abscondi. Hic est ignis, Iob. 1. qui oues & pueros Iob incendio consumpsit: hoc est, qui innocentes cogitationes comburit, & pios affectus concremat, & deuorat, si iusto Iob

[illegible] Iud. 16. [illegible] 4. Re. 25. [illegible] Reblatha, [illegible]. Qui enim Hierosolymam, qui pacis visionem, qui spiritus [illegible] dereliquerit, sequetur in Reblatha [illegible] [illegible] flagitia contulerat, quid aliud quam mentis & corporis cæcitatem sperabat? Naas Rex Ammonitarum 1. Reg. 11. voluit dextros oculus eruere viris Galaaditis. Hoc est etiam [illegible] officium homines excæcare, [illegible] quod efficit omnibus, qui se illi committunt. O miserum illum qui se esse cæcum intelligens, non deponit cæcitatem, miseriorem qui non intelligit, & etiam tetris flagitijs corruptus est, vt ipsam cæcitatem colat & reputet acutissimum visum. Nescis, inquit Ioan. in Apo. 3. in Apocaly. quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus & nudus? Dic igitur cum psalmista: dereliquit me Psa. 37. virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. Tu qui Hierosolymam colis, qui mentem vere diligenter perpolita oculos tollis ad cœlum, diuinaque mysteria contemplaris, caue ne decidas in Reblatha, vbi oculis captus Babylonijs tradaris. Nam si contempta vnitate fueris in varias turpesque cogitationes distractus, obtemperabit voluntas effrenato

sint ad discendum: id est: sacramentorũ liber, lectionaris, antiphonarius, baptisteriũ, computus, canones pœnitẽtiales, psalteriũ, homiliæ per circulum anni in Dominicis diebus, & singulis festiuitatibus aptæ. Ex quibus omnibus si vnũ defuerit, sacerdotis nomen vix in eo cõstabit: quia valde periculosæ Euangelicæ minæ sunt, quibus dicitur: si cæcus cæcum ducatũ præstet, ambo in foueam cadũt. Hæc Augusti. ¶ Ignorãtia enim sacerdotum maximam perniciẽ affert populo Dei: vt Dominus per Malach. ad sacerdotes ait: & nunc ad vos mandatum hoc ô sacerdotes: labia sacerdotis custodient sciẽtiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituũ est: vos aũt recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege: propter quod, & ego dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis. Et per Ezechielẽ Dñs ait: Querẽt visionẽ à propheta: & lex peribit à sacerdote, & cõsiliũ à senioribus. In quæ verba Hiero: hæc aũt (inquit) nõ solũ eo tẽpore quãdo Babylonius contra Hierusalẽ veniebat exercitus, à prophetis, sacerdotibus, & seniorib9 quærebãtur, sed quotidie in ecclesijs requiruntur. Quæ si visionẽ, legẽ, cõsiliũq; perdiderint: frustra prophetas & sacerdotes & seniores, habere se iactãt. Adde huc illud Hieremiæ testimoniũ. Sacerdotes nõ dixerũt vbi est Dñs: & tenẽtes legẽ meam nescierũt me: & pastores præuaricati sunt in me: & prophetæ prophetauerũt in Baal. Quibus verbis vtẽdũ est aduersus nostri ordinis sacerdotes, & magistros. Hierony. in cõmentarijs auctor est. Ad quos etiã expectat illud: speculatores eius cæci omnes, nescierũt vniuersi: canes muti non valentes latrare vidẽtes vana, dormiẽtes & amãtes somnia. Ipsi pastores ignorauerũt intelligẽtiã: omnes in viã suã declinauerunt. Omnibus ergo viribus sacerdotes niti debẽt, vt doctrina & sapiẽtia omnibus sint præstãtiores, cũ sint duces & pastores populi Dei: nã si cæci & ignorãtes sint: ambo, hoc est: populus & dux: in foueã errorũ & peccatorũ incidẽt. Stat. n. sentẽtia Chri: Si cęc9 cęco ducatũ præstet ambo in foueã cadẽt.

Mala. c. 1 / Ignorãtia sacerdotũ maximã perniciẽm affert populo Dei. / Ezech. 7. / D.Hiero. / Iere. 2.b. / Hierony. / Esai. 56.

¶ *Et egressus inde Iesus in partes Tyri & Sidonis*. Sicut sol vt terrã fructificare faciat, totã circuit: sic Christus Dominus sol verus iustitiæ animas omnes circuibat, vt illas fructificare faceret: sic enim erat multiplicanda ecclesia, de qua propheta ait: ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Aethyopũ &c. Ideo egressus est in partes Tyri & Sidonis, vt non solũ Iudæos, sed gẽtiles ad se traheret. Itẽ animaduerte, quod sicut propheta Ezec. primò stat inter captiuos, postea iussus est egredi in cãpũ, & postea domũ redire: sic Christus dñs primũ erat prædicaturus Iudæis, postea verò gẽtibus, & rursum erat rediturus ad Iudæos. Ita D.Grego. ibi.

Simile. / Christus soli cõparatur. / Psal. 86. / Ezec. 3. f. Figura

¶ *Ecce mulier Chananæa*. Exẽplo Chananææ voluit De9 incitare iudeos: Imo peccatores õnes ad pœnitẽtiã incitat. erubesce Sydõ ait mare: pænitẽtia. n. Chananææ, Niniuitarũ, Magdalenæ, & aliorũ maxime nos cõmouere debet vt exẽplo illorũ verã pænitentiã agamus. Hinc est quod D. Pau. ait ad Roma. 11. Vobis. n. dico gẽtib9 quã diu quidẽ ego sum gentiũ Apostolus ministeriũ meũ honorificabo: Si quo modo ad æmulãdũ prouocẽ carnem meam, idest gẽtes mihi creditas laudo, & cõmẽdo ex fide perfecta, vt eorum lau-

Exemplo Chananęę excitat nos omnes Dominus ad pænitẽtiam. / Rom. 11.

laudibus aliquot ex iudæis ad credendum excitatos & prouocatos, saluos faciam; maximus est enim stimulus ad virtutem æmulatio & inuidia, pre ter eorum quos merito præcedere in omnibus debemus. ¶ Interim tamen considera, quomodo Deus exemplo hominum vilium nulliusque momenti humiliare peccatoré vult, eò enim ait Euangelista: Ecce mulier Chananæa. Et D. Luc. cap. 7. Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt pudeat nos in peccatis senescere: pudeat cum lachrymis ad Dei pedes non accedere: nos inquã diuino lumine, supernaque sapientia insignitos, atque in domo Domini cibo paneq; cœlesti nutritos. Væ peccatoribus in sceleribus ac criminibus obstinatis: quoniam hæc mulier Chananæa, mulier etiá in ciuitate pecatrix, ac viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione tali, & condemnabunt eam.

Luc. 7.

¶ *Ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa clamauit, dicens ei: Miserere mei Domine fili Dauid.* Intuere quàm vtilis sit afflictio. Vt enim in machina quam nostri bombardam vocant, ignis proijcit longissime pilam vehementi impetu cõcitatam: sic afflictio eleuat orationem vsq; ad Dei viscera. Narrat Pomponius Mela: esse in Cyrenaica prouincia fontem admirabilem, media nocte feruentem, meridiè verò frigidissimũ, qui Solis fons appellatur. Tales nos absq; dubio sumus, qui prosperitatis meridie tepescimus, nocte verò afflictionis igne diuini amoris inflammamur & ad Deum toto corde vnusquisque nostrum clamet: Miserere mei Domine fili Dauid.

Simile. Vtilis est afflictio.

Simile.

¶ Ostendit etiam Dominus in hoc loco, ideo nos affligere vt oculos aperiamus, & vitia relinquentes misericordiam eius imploremus. Solent enim peccatores conuerti, quando calamitatibus vexãtur & affligũtur. Hæc intelligens Dauid Psalmo. 31. Cõuersus sum (inquit) in ærumna mea, dum configitur spina. Ecce hic mulier Chananæa calamitatibus oppressa, clamat ad Dominũ: Miserere mei Domine fili Dauid. Ex quo colliges magnam Dei esse iram quãdo nobis non irascitur. Quemadmodum quando per Ezechielem dicebat: Zelus meus recedit à te, & non irascar tibi amplius. & per Oseam: Non visitabo super filias vestras, cũ fuerint fornicatæ, & super spõsas vestras cum adulterauerint. Tunc vltio Dei est grauissima, cum dimittit hominem in manu deprauati appetitus, de qua vltione ipse in Psalmo: Dimisi, inquit, eos, secũdum desideria cordis eorũ. Eam ob causam viri sapientes virtuteque præstãtes afflictionibus delectãtur. D. Pau. gloriamur (inquit) in tribulationibus. Et alibi: quod in præsenti est momẽtaneum & leue tribulationis nostræ: supra modum in sublimitate æternũ gloriæ pondus operatur in nobis: nã vt in semine fructus est, sic in tribulatione gloria. In Apocaly. de beatis dicitur: Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione. Non sine causa veteres sapientes memoriæ prodiderũt fictis fabulis: solem pasci aquis amaris, lunam vero dulcibus. Quia in re significare volebant: iustum qui per solem intelligitur, amara querere, afflictionibus delectari: stultum verò, & flagitijs coopertum, inconstantẽ, luceq; aliena resplendentem, qui per lunam significatur: mundi voluptates

Ideo Dominus affligit peccatores vt resipiscãt.

Psal. 31.

Magna ira Dei est nobis peccãtibus nõ irasci.

Ezec. 16.

Oseæ. 4.

Psa. 80.

Rom. 5.

1. cor. 4. d

Apo. 7.

Simile.

tes appetere, falsis illecebris pasci, & ardenti inanis celebritatis cupiditate inflammari.

Maius malum est hominẽ esse peccatorẽ quàm dæmoniacũ.

¶ *Miserere mei fili David, quia filia mea malè à dæmonio vexatur.* Cum multo maius ac perniciosius malum sit, hominem esse peccatorẽ, quàm dæmoniacum: fac ergo pro anima tua aut proximi tui, quod pro filia dæmoniaca Chananæa fecit, & omniũ tuorum scelerum expiationẽ à Domino consequeris.

Tanta est autoritas fidei nostræ vt etiã ab extraneis testimoniũ habeat.

¶ *Domine fili David.* Vnde nouerat esse Dominum & filium David? Tanta est enim maiestas fidei nostræ, vt non solum à domesticis, sed ab extraneis testimonium habeat. Ecce Chananæa, gentilis & idolatra: Christum esse Dominum & filium David confitetur. Ecce etiam rex ille Nabuchodonosor Dani. 3. de filio Dei testimoniũ perhibet: Ecce (inquit) ego video quatuor viros ambulãtes in medio ignis, & species quarti similis filio Dei: Super quæ verba Rupertus ait lib. 6. de victoria verbi Dei cap. 22. Speciosa victoriæ pars, & insigne præconium verbi Dei, filij Dei, quod illũ prius manifesta cõfessione cõfessus est inimicus, quàm amicus, persequutor quàm exequutor, & iniustus quàm iustus, gentilis quàm Iudæus. Quis enim, saltim ex omnibus prophetis, tam apertè nomen istud expressit filij Dei? Vide locum. Nos igitur fideles, qui in domo Domini suo nomine insigniti, vitam degimus: illum, & verum filium David, & verũ filium Dei esse cõfiteamur: memores interim illius quod D. Ioan. ait: qui dicit se nosse Deum & mãdata eius non custodit, mendax est.

Dan. 3.

Rupertus de victoria verbi. li. 6. c. 22.

1. Ioan. 2.

¶ *Miserere mei Domine fili David.* Quasi dicat: exerce Domine munus & officium tuũ: tuum est misereri & sanare: miserere igitur Domine fili David. Vel ex hoc loco disces, officiũ Christi esse misereri, sanare, saluare, illuminare, docere, viuificare &c. Iuxta illud: Misit me spiritus Domini, ut annuntiem captiuis remissionem &c. Misereri ergo nihil aliud est, quàm miseriam alterius sublevare, vel ad minus, compati: vbi igitur non est miseria, illic nõ est misericordia. Sic sanare, est ab infirmitate ad sanitatem reducere: sic de cæteris est dicendum. Si igitur Christus nostri misereri, nosque illuminare, & sanare, & docere debet; necesse est, quod nos simus miseri, infirmi & cæci: & quidem si nos ipsos consideremus, omnia hæc in nobis cernemus: sumus enim omnes cæci, pauperes, peccatores &c. Verè enim dicere poteris: dimitte nobis debita nostra, etiam si sanctitate maior Petro sis. Sic quantuncunq; doctus sis: verè tamẽ te ignarum profiteri potes: Sic quantuncumq; diues es: potes tamẽ cum David dicere: Ego mendicus sum & pauper: & sic de alijs. Verè igitur multis defectibus obnoxij sumus, licet non omnes agnoscamus. Hoc igitur vult Christus, vt nostram miseriã exemplo Chananææ cognoscamus: ego (inquit) diues sum, omniũ dominus sum: agnosce te pauperem, & te diuitem omnibus bonis faciã: Ego sapientia patris: agnosce te insipientem, & ego intellectum tibi dabo, & instruam te &c. Apud me est fons vitæ: agnosce te mortuum, & habebis vitã. Tales igitur nos Deus esse vult, vt in omnibus miseriã nostram cognoscamus, ad illumq; semper tanquam ad verum refugium recurra-

Munus Christi est misereri semper & parcere &c.

Esai. 61.

Matth. 6.

Psal. 38.

Psal. 35.

curramus imitātes Chananæam istā &c.

¶ *Filia mea male à dæmonio vexatur.* Pessima profectò est quorūdam peccatorum conditio, qui etiam si a dæmonijs malè vexentur, (multa enim flagella peccatoris ait Dauid) tamen tacent, nihil conqueruntur, nihil obmurmurāt: imo duros immensosq; labores substinent peccando: at si vel in re minima à Deo affligantur, statim tragœdias excitant, impatienter ferunt, ita vt ponant in cœlum os suum, & lingua eorum transeat in terram: similes mulieri adulteræ, quæ si ab amico suo percutiatur, tacet, dissimulat; ita vt interrogata, à quo vulnerata aut percussa fuerit, se casu cecidisse dicat. At si à viro suo percussa fuerit, clamat: vicinas omnes suis lachrymis & vocibus conuocat: amicis & inimicis vulnera sua ostendit. Nos igitur imitantes Chananæam istam, dæmonum flagella, & iniurias non ferētes illorū: ad Deum clamādo accedamus, dicentes: fili Dauid miserere mei, nam anima mea malè à dæmonio vexatur: at tribulationes à Deo latas æquo animo feramus: ipse enim vulnerat & medetur, mortificat & viuificat, flagellat & saluat.

Quā pessima sit quorundā peccatorum conditio ostēditur. Psal. 31.

Similitu.

Iob. 5. ca. 1. Re. 2. b To. 13. a.

¶ *Non respondit ei verbum.* Minimè mirandum est nobis, cur non statim vt manus ad Deum tollimus, concedat nobis quod obnixè postulamus: etiam si tandem illud sit concessurus: ob multas enim causas id Deū facere non ignoramus. ¶ Prima illa est, ne superbia feramur, existimantes nos apud Deum tātum valere dignosquè esse, vt statim exaudiamur: maximi enim meriti apud Deum mater eius fuit, & tamen non statim vini petitionem cōsequuta est, siquidem audiuit: quid mihi & tibi est mulier? ne elationis illi vel minima daretur occasio. Duabus etiam sororibus dicentibus: ecce quem amas infirmatur, nō statim subuenit, sed prius Lazarus mortuus est, imo prius sepultus. Clamat Chananæa, & Dominus tacet: intercedunt Apostoli, & Dominus non esse missum nisi ad oues quæ perierunt Domus Israel, respondet. ¶ Secunda verò causa esse solet: quod dæmones coram Dei tribunali assistentes maximè nostris petitionibus quotidie resistūt, opponētes peccata nostra: cuius rei exemplum habemus insigne. Dan. 10. orat prolixe Daniel, pro populi sui liberatione, & apparuit ei angelus Domini dicens: noli metuere Daniel, quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum, vt affligeres te in cōspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos: princeps autem Persarum restitit mihi. 21. diebus: Et ecce Michael vnus de principibus primis, venit in adiutorium meum. Vnde Rupertus lib. 9. de victoria verbi Dei capit. 8. ponderans & explicans verba hæc, inquit. Terribile atquè lamentabile hinc nobis datur documentum, vt sciamus causam esse apud Dei iudicium quoties in aliqua tribulatione, seu publica seu priuata, non citò exaudimur clamantes ad Dominū, scire nanquè debemus: sanctos angelos inter Deum & Dei seruos, seruos ad ministratores esse: nosquè in conspectu illorum psallere, & orare: semperquè illos paratos esse ad offerendas Deo orationes Ecclesiæ. Scire etiam debemus, angelos ècontra malos venire, & contradicere illis atque resistere: & cum sint iniusti, nostræ contra

Quare nō statim vt manus ad Deū tollimus, exaudiamur, ostenditur. Prima cau sa vt non statim exaudiamur a Deo.

Ioan. 2.

Ioan. 11.

Secunda causa.

Dan. 10.

Ruper. de victo. verbi li. 9. ca. 8.

tra

Quæ sunt conditiones nobis à Deo propositæ vt petentes ab illo exaudiamur. Esai. 58.

tra nos declamare causas iniustitiæ: quòd videlicet exaudiri non debeamus eò quòd neq; plena fide oremus, neq; propositas nobis exauditionis conditiones obseruemus; quæ sunt eiusmodi. Solue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt liberos, & omne opus dirumpe, frange esurienti panem tuum, & egenos vagosquè induc in domum tuam, cū vi deris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris: tunc inuocabis & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce adsum. Cum igitur inuocamus & Dominus non exaudit, dum clamamus & non dicit: ecce adsum; scire debemus sanctis angelis inuocationes & orationes nostras Deo offerentibus, resistere & contradicere malos, qui principes sunt huius mūdi, & rectores tenebrarum harū, habentes in manibus accusationum iacula, quæ sunt peccata nostra, non redempta iam dictis misericordiæ nostræ operibus, quæ Dominus in conditione posuit si iustè exaudiri desideramus. Hactenus Rupertus.

Tertia causa.

¶ Tertiò præterea causa huius esse solet, eò quòd expectet Dominus vt fidem in orationibus nostris sufficiētē habeamus, perfectamq; cordis dispositionē: de talibus enim ait David: Præparationē cordis eorum audiuit auris tua. & rursum Dominus in Euangelio: petite & accipietis; pulsate & aperietur vobis. Fide enim & humilitate, & feruore præparauit cor suum Chananæa: ita vt mereretur audire: ô mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. His ergo tribus præparemus cor nostrum, & præparationem cordis nostri audiet auris Dei. Vnde hoc in loco, illud considerandum à nobis est: Christum Dominum, in petitionibus & in miraculis, simili modo se habuisse: non enim semper, statim & subitò curabat infirmos, cum Marc. 8. dicatur; quod apprehensa manu cæci, eduxerit eum extra vicum, & expuēs in oculos eius impositis manibus interrogauerit eum, si quid vidisset; & aspiciens ait, video homines velut arbores ambulantes. Deinde iterum imponens manus super oculos eius, cepit videre, & restitutꝰ est visus, ita vt clarè videret omnia. Quæ verba explicans Beda ait: Quem vno verbo totum simul curare poterat, paulatim curat, vt magnitudinē humanæ cæcitatis ostendat, quæ vix & quasi per gradus ad lucem redeat, & gratiam suam nobis indicet, per quam singula perfectionis incrementa adiuuat. Chrysost. vero ait: non statim hunc cæcum sanasse propter incredulitatem eius. Itaquè sicut perfectè credētibus subito Christus medebatur: imperfectè verò non statim sed paulatim: ita etiam perfectè credentibus statim petitionem concedit: Alijs verò non statim respondet, quemadmodum Chananææ, donec plena fide, ac alta humilitate, magnoq; animi feruore præparentur. ¶ Tandem vltima causa huius est: quia & si Deꝰ statim lachrymas, preces, ac orationes exaudiat, eas nō statim exaudisse simulat, vt suorum fidem, patiētiam, tolerantiam, ac humilitatem, perseuerantiam deniq; hominibus ostendat: Hinc est quod Iob ait, cap. 9. & cū inuocantem exaudierit me, non credo quod exaudierit vocem meam, in turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa, non concedit requiescere spiritū meum

Psal. 9.

Sup. 7. & Luc. 11.

Mar. 8.

Vid. Sāct. Thom. 3. p. q. 44. art. 3. ad secūdum.

Beda.

Chryso.

Vltima causa.

Io. 9.

meū, & implet me amaritudinibus. Et in hoc loco, tacet, excusat, iniuria Chananæam afficit: vt magnam eius fiduciam, ac perseuerantiam ostendat: ideo concludens ait: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Vnde, quemadmodum Domini vt seruos suos probent, iram & iracundiam simulant: primùm non respondendo, deinde oculos auertendo, tandem iniurijs opprobrijsque afficiendo: sic & Dominus vt Chananæam probaret: Primum non respondit ei verbum: deinde terga vertens, illam dimisit: tandem illam canem vocat, vt sic probata, audiret: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Nos igitur exemplo Chananææ patienter sustineamus: nam ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinū lætitia: in paucis vexati, in multis bene disponētur, (ait sapiens) quoniam Deus tētauit illos, & inuenit dignos se. & pater eius ait: fulgura in pluuiā fecit. Fulgura enim reprehensionis in pluuiam consolationis conuertit Dominus. Quemadmodum enim candela fumigans trahit ad se lumen alterius candelæ: sic anima cum afflictione orans obtinet à Christo diuino lumine quicquid vult.

Simile.

Psa. 29.

Sapiē. 3.

Psal. 134

Simile.

¶ *Non respondit ei verbum.* Multoties contingit, Deum non respondere peccatori veniam postulanti: & cū Chananæa dicenti: Miserere mei fili Dauid. Nam licet Deus (inquit Diuus Tho.) quandoque subitò hominem moueat ad perfectam pœnitentiam & dispositionem, vt eodem momento infundatur in eius animum diuina gratia (quemadmodum Paulo in sua conuersione contigit) nonnunquam tamē per predicatores, per inspirationes, aliasquè vias mouet ad quasdam imperfectas dispositiones, quæ longo tempore durant ante gratiam. Sunt enim peccatores qui actu credunt, actu timent gehennæ pœnas, actu sperant peccatorum veniā, actu Deum acquisita charitate diligunt, actu denique peccatorum sordes detestantur: & tamē semper hæsitando iacent in peccatis, hi qui propriè iuxta testimonium Esaiæ dicuntur concepisse & parturisse: quia doloribus pariendi cruciantur, & tamē uitiorum catena religantur, ne pariant. Huiusmodi ergo peccatoribus non respondet statim Dominus, veniam præstando, sed tacet donec ex toto corde Deum precentur, sordes detestentur, emendam proponant: quod tandem fecit Chananæa, & sic cum salute filiæ anima eius sanata est.

Sæpè non respondet Deus peccatori veniam petēti, & quare.

S.Tho. in 4.d.14. q.2.a.5.

Esai. 26.

¶ *Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.* Deuterono. 22. præcepit Deus: si duxerit vxorem vir, & postea eam odio habuerit, quæsieritquè occasiones quibus dimittat eam, & objiciens ei nomen pessimum, & dixerit: vxorem hāc accepi & ingressus ad eam non inueni virginem: tollent eam pater & mater eius & deferent secum signa virginitatis eius ad seniores vrbis eius, qui in porta sunt, & dicet pater: filiam meam dedi huic vxorem, quam quia odit imponit ei nomen pessimum, & dicit: non inueni filiam tuam virginem, & ecce hæc sunt signa virginitatis filiæ meæ: expandent vestimentum coram senioribus ciuitatis, apprehendentquè senes illius vrbis virum, & verberabunt eum, condemnantes insuper centum siclis argenti, quos dabit patri puellæ, quoniā diffamauit nomen pessimum super virginem Israel,

Deut. 22.
Notanda.
Figura.

rael, habebitquè eam vxorem, & non poterit dimittere omni tempore vi-
Ruper. tæ suæ. Super quæ verba Rupertus sic ait: Hæc iustitiæ vel sapientiæ Dei litera pudicis sensibus obscurissima est. Quis enim pudicus animus saltem cogitare patienter valeat, qualiter ruptæ virginitatis cruenta in panno seruentur vestigia? Sed consoletur nos in isto quoquè loco eadem Dei sapientia clamans de huiusmodi occidẽti litera, spiritus enim meus
Eccle. 24 b. super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauũ, ac deinceps: & qui elucidant me vitam æternam habebunt. Igitur de obscura literæ huius spelunca, lucidum euoluamus spiritus mysterium, talemque & hanc sapiamus legem, cui subiectum fuisse non deceat virum sanctæ Ecclesiæ Christum.

¶ Si duxerit (inquit) vir vxorem,
Christus vir ecclesiæ. & postea eam odio habuerit &c. Spiritualiter hoc ita factum est, vir vxorem duxit, quãdo naturam assumpsit humanam filius Dei. Vnde est, in so-
Psal. 18. le posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam spõsus procedens de thalamo suo. Spiritualibus sponsi filijs mysterium hoc notum est. Vnde & gratulantes dicunt, qui habet spon-
Ioan. 3. d sam sponsus est. Itemquè cum Apostolo: erunt duo in carne vna: Sacra-
Ephe. 5. g mentum hoc magnum est in Christo & in ecclesia. In illa inquàm carnis assumptione, vir iste cognouit vxorem suam, scilicet vniuersam Iudæorum atquè gentium Ecclesiam, pro temporum quidem vel locorum diuersitate numerosam, sed iuxta fidei Sacramentum vnam, verùm sic acceptam postea quodammodo odio habuit eam, quæsiuitquè occasiones
Sup. 10. quibus dimitteret eam: Dixit enim discipulis suis: in viam gentium ne abieritis, & in ciuitate Samaritanorum ne intraueritis. Item in hoc loco idem Dominus ait: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Ac deinceps: non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus ad manducandum. Voces naquè huiusmodi voces erant odij, non iuxta rationem diuinitatis, sed secundũ sensus carnis, priori non consonantes proposito eius, vel scripturarum veritati. Nam priusquam incarnaretur, amorem Ecclesiæ gentium professus fuerat in omnibus prophætis, Ita tanquam mutato consilio obijciebat illi nomen pessimum, dicẽs: vxorem hanc accepi, & ingressus ad eam, non inueni virginem. Non inueni (inquit) eam virginem, sed multitudinem deorum, tanquam multorum virorũ milibus prostitutam. Verùm id frustra fuit. Nam in copula prædicta, in illa incarnatione filij Dei sacrosancta, vestigia virginitatis spectanda re posita sunt. Egit enim illa quondam prostituta, egit inquam pœnitentiã, mortificauit carnem suam: insuper & sub gladijs persequutorum propter illum virum suum fudit sanguinem suum. Quid igitur? Tollent inquit eam pater & mater eius, & deferent secum signa virginitatis eius ad seniores vrbis illius, qui in porta sunt, & expandent vestimentum coram senioribus ciuitatis, & apprehendẽt virum, & verberabunt eum &c. Vt supra. Nempe miro modo, miro charitatis ordine, propter ipsum crimen, vnde Ecclesiam de gentibus redarguit homo factus Dei filius ipse verberatus & crucifixus est, & in porta ciuitatis coram senioribus vrbis, idest, in consistorio cœli, in conpe-

ctu

ctu patris & Sanctorum Angelorum eius virgo iudicata est, quæ in coniunctione eius posuit vestigia sanguinis sui, quæ in prædicatione eius pœnitentiam egit, clamando cum Chananæa: fili David miserere mei, quæ pro fide eius sanguinem fudit. Nempe etsi antea prostituta fuerit, postquam tamen sic illi coniuncta est, iam virgo meretur & dici & est. Quis vero pater & mater est eius, nisi ordo apostolicus, & Ecclesia primitiua, quorum testimonio in cœlo & in terra defenditur? Verberabunt (inquit) illum, condemnantes insuper centum siclis argenti, quos dabit patri puellæ, quoniam diffamauit nomen pessimum super virginem Israel. Denique, quia de peccato arguebat Ecclesiam, siue Synagogam, quam virginem esse volebat, idcirco vir iste verberatus insuper & crucifixus est. Imò vt peccatum prostitutionis eius deleret, idcirco verberari & crucifigi dignatus est: deditque centum siclos argenti, idest, plenitudinem donorum spiritus sancti. Habebit (inquit) ergo eam vxorē, & non poterit dimittere eam omni tempore vitæ suæ. Videlicet impleta prophetia quæ dicit, habitabit. n. iuuenis cum virgine, & habitabunt in te filij tui, & gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus. Hactenus Rupertus. Quæ omnia in hac muliere Chananæa præfigurata etiam videbis si attētē mysterium consideres.

Esai. 62.

Rupertus lib. 1.

Deut. 19.

¶ *Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.* Huius testimonij forsitan occasione, quærit D. Basil. interrogatione. 190. Nunquid eos, qui naturali nobis necessitudine coniuncti sunt, misericordia moueri debemus cupidi salutis illorū? ad quod sic respondet: qui natus est ex spiritu, vt Dominus ait, & potestatem etiam assequutus est, vt fieret filius Dei, hunc pudet naturæ coniunctionis, & propinquos suos agnoscit, propinquos fidei, quibus testimonium Dominus dat, cum dicit: mater mea & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt. Et æquè misericordia mouetur omnium, qui longè recedunt à Domino, & in his nihilo plus cognatorum suorum, qui secundum carnem sunt, quàm reliquorum. Si verò sit, qui cum maiorem quādam his misericordiam tribuat, existimet huius affectionis suæ patronum habere se Apostolum, quòd is dicat: optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secūdum carnem: intelligat is ex ijs, quæ sequuntur, apud Apostolum non in pretio haberi cognationem eā, quæ erat secundum carnem, sed Israelem, & quæ precipuè à Deo in ipsum collata fuerant beneficia: neque quoniā cognati ipsius erāt Israelitæ, sed quoniā Israelitæ erāt, qui secundū carnē cognati illius erant: & quoniam tot talibusq; à Deo beneficijs fuerant affecti, quoniam ipsorum erat adoptio filiorum & gloria, itemque legislatio & cultus Dei, quoniam ipsis data fuerant testamenta & promissiones, quorum etiam ipsorum erant patres, quoniam ex ipsis Christus secūdum carnem idcirco tanti salutem illorum facit non habita ratione cognationis, sed humanitatis ipsorum causa à Domino assumptæ cuius verba sunt hæc: non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Hactenus D. Basilius.

Basi. interrogatione 190 to. 2.

Germani fideles sūt mater & fratres domini.

Sup. 12. d

Rom. 9.

Exemplo confirmat.

¶ Non

Quare cõueniens fuit vt Christus Iudæis & nõ gentibus prædicauerit.

¶*Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel*. Multis de causis (inquit D. Tho.) conuenientissimũ ac maximè consentaneum fuit Christum Dominũ Iudæis & non gentibus prædicare. Tum vt ostenderet per aduentum eius impleri promissiones olim factas non gentibus sed Iudæis, quod docet Paulus in Epistola ad Romanos. cap. 15. Dico Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis, idest, Apostolum & prædicatorem Iudæorum propter veritatem Dei ad confirmãdas promissiones patrum: Tum etiam, vt aduentus eius a Deo esse, manifestò pateret. Quæ enim à Deo sunt (vt Paul. ait) ordinata maximè sunt. Hoc ergo debitus ordo postulabat, vt Iudæis Deo per fidem & religionem propinquioribus, primũ Christi doctrina proponeretur, & per illos ad gentes transiret: sicut etiam in cœlesti hierarchia per superiores inferiores angeli edocentur. Vnde D. Hieronymus in hæc verba: Non sum missus &c. ait: Non hoc dicit quin & ad gentes missus sit, sed quod primum ad Israel missus sit. Vnde Esai. mittam (inquit) ex eis (scilicet ex Iudæis) qui saluati fuerint, ad gentes, & annũciabunt gloriam meam gentibus. lege alias conuenientias in D. Thoma. Et quamuis hæc ita sint, quod Christus Dominus non debuit à principio indifferenter gentibus prædicare, vt Iudæis tãquam populo primogenito deditus seruaretur: tamen non debuit gentiles omnino repellere, ne spes salutis eis præcluderetur. Ob hanc ergo causam, gẽtiles aliquot, inter quos fuit Chananæa, fuerunt peculiariter, ad Christi doctrinam admissi.

D. Tho. 3.p.q.42 art.1. — Prima causa. — Rom.15. — Secunda causa. — Rom.13. — D.Hiero. — Esai.66.f. — Nota.

Ouis in sacra Scriptura etiam malos aliquãdo significat.

¶*Non sum missus nisi ad oues*. Hinc colliges quod nomen ouis malos etiam in Ecclesia significat, ne dum probos. Hinc illa sunt: Erraui sicut ouis quæ perierat, & omnes nos quasi oues errauimus, & sicut oues in inferno positi sunt, & iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ, & in Euangelio: ouem errantem inuenimus. Et in hoc loco: non sum missus nisi ad oues quæ perierant domus Israel. Atque cum Dominus Petro commisit oues, si nomen hoc pro solis bonis vsurpatum censeamus verendum est vtique, ne mali à Petri cura existiment se exemptos; sanè verò quicunque sacramentum fidei habent Petro intelligentur esse commissi, nec ab eo modò requirendũ si gregem bonorum pauerit, sed illa etiam: an quod infirmum fuit consolidauerit, & ægrotum sanauerit, & quod confractũ alligauerit, & quod abiectum reduxerit, & quod perierat requisierit.

Psa. 118. — Esai.63. — Psalm.48 — Psalm.73 — Lu.15. — Ioã.21.d. — Ouis Christi dicitur quicũq; Baptismũ suscepit. — Ezec.34.

Publicis peccatoribus est eucharistia deneganda.

¶*Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus*. Vide quæ annotauimus cap. præcedenti, in illa verba: Nolite dare sanctum canibus. Præterea ex hoc loco colligunt sancti, eucharistiam quæ panis est, non solum hominũ sed angelorum; peccatoribus esse denegandam. Quod de peccatoribus manifestis & publicis id intelligendum est, non tamen de occultis, quorum iudicium Deo soli præseruatur.

Gene. 19.

¶*Non est bonum sumere &c.* Gene. 19. ait Loth angelis: obsecro Domini declinate in domum pueri vestri &c. Qui dixerunt: minimè, sed in platea manebimus. Hoc faciunt angeli, vt fides eius & charitas omnibus illustrior fiat. Vnde statim addit

scriptu

scriptura sacra compulit illos oppidò vt diuerterent ad eum. Sic Christus in hoc loco Chananææ ait: Nõ est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus quorsum hæc? Vt ostenderet omnibus quanta esset mulieris fides. Sic etiam Genesis. 22. ait Moyses: quæ postquàm gesta sunt, tẽtauit Dominus Habraham. Tentauit enim eum, volens omnibus eius fidem manifestare qui cõtra spem in spem credidit. Sic nobis nonnunquã videtur quod Deus misereri nolit: Non tamen obid de promissionibus eius dubitemus, quia tentat nos. Primò igitur verbo credamus, quantumcunquè quæ sequuntur videantur cõtraria. Nullis ergo pressuris à Deo diuellamur, nam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

Gen. 22.

Aliquãdo videt deus durè relinquere vt fides nostra illustrior ostendat.

Rom. 8.

¶ *O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.* Et nos quidem (inquit Rupertus) ferè omnes fidem habemus. Etenim sine fide impossibile est placere Deo. Sed magnam fidem non omnes habent. Vnde & eiusmodi gratiã non omnes accipimus. Deniquè est & magna fides, est & modica fides, est & minima fides. Si non ita esset, non diceret Dominus: ô mulier magna est fides tua: & alibi quid timidi estis modicę fidei & alibi: quantò magis vobis minimæ fidei? ¶ Minima ergo fides est, vbi homines christiani quidem, sed in seculari conuersatione viventes, ita de crastino cogitant & solliciti sunt dicentes: quid manducabimus aut quid bibemus, vt propter hãc sollicitudinem acriorem vitam aggredi subterfugiant, & penè despe raut de cura Dei, si in aliquo horum vel ad tempus deficiat. Ideo Dominus dicit: si autem fœnum quod hodie est, & cras in clibanum mittitur Deus sic vestit, quantò magis vos minimæ fidei?

Hebr. 11.

Triplex fides mag namodica minima.

Sup. 10.
Luc. 12.
Minima fides.

Supr. 6.

¶ Modica verò fides est, vbi propter metum mortis sub articulo persequutionis vocem quis abscondit humanæ confessionis, quod fecit Petrus vbi Christum negauit. Ideo & Petro dixit cum cepisset mergi, quia videns ventum validum timuit, modicæ fidei quare dubitasti? ¶ Porrò magna fides est, vbi tã Apostoli quã cæteri sancti, non solum mori nõ timuerunt, verum mori pro vita æterna præoptauerunt. Secundum exẽplum illorum trium puerorum, qui cum dixissent Nabuchodonosor: Ecce enim Deus quem colimus potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis Rex liberare: addiderunt adhuc: quod si noluerit, notum sit tibi Rex quod Deos tuos non colimus, & statuam auream quam exexisti non adoramus. Hactenus Rupertus. ¶ Hanc igitur fidem habuit hæc mulier Chananæa: quod testatur in hoc loco dicens: O mulier magna est fides tua. Ad hanc deniquè fidem pertinet omnis dolor & mæror sanctorum in hac vita degentiũ: eo quòd diu peregrinantur à Domino: quibus Dominus vinum & siceram, hoc est, gratiam & consolationem spiritus sancti, quotidie cõfert: iuxta illud quod in prouerbijs Dominus ait: Noli Regibus ô Lamuel, noli regibus dare vinum: date siceram mærentibus, & vinum his qui amaro sunt animo. Quod in hac Chananæa impletũ esse vides, propter magnam fidem quam in Deum habuit, vinum enim consolationis accepit, cum dominus dixit: fiat tibi sicut vis: nam sanata est filia eius in illa hora. Hanc igitur fidem toto corde a do mi-

Modica fides.

Sup. 14.
Magnifica fides.

Dan. 3.

Rupertus de gloria Trini. li. 8 cap. 15. & 16.

Prou. 31.

mino postulemus, vt non solum ab illo laudibus efferri mereamur, sed quicquid postulauerimus consequamur &c.

Prelatorũ est pro subditis peccatoribus orare sine cessatione

¶ *Et sanata est filia eius in illa hora.* Vel hinc discant prelati, pro sibi subditis, in anima à dæmone vexatis, ad Deum preces & lachrymas sine cessatione fundere, vt mereantur audire: fiat tibi sicut vis: & vt sanentur filij sui spirituales in illa hora. Prælatorum enim in hac re desidium & negligentia, sæpe in causa est, vt sibi subditi male à dæmonio vexentur.

¶ Pharisæis signum cœleste negatur, discipulorum de Christo opinio.

Capi. XVI.

Mar. 8. b. Lu. 12. g.

ET accesserunt ad eũ pharisæi & Sadducæi tentantes: & rogauerũt eum: vt signum de cœlo ostẽderet eis. At ille respondens, ait illis: Facto vespere dicitis, serenum erit: rubicũdum est enim cœlum. Et mane, hodie tempestas, rutilat enim triste cœlum. Faciem ergo cœli diiudicare nostis, signa autem temporũ non potestis? Generatio mala Sup. 12. g Ioan. 1. a. *& adultera signũ quærit & signũ non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ, & relictis illis abijt: & cũ venissent discipuli eius transfretum obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis: intuemini* Mar. 8. b. *& cauete à fermento pharisæorũ, & Sadducæorũ. At illi cogi-* Luc. 12. a *tabant inter se dicẽtes: quia panes non accepimus. Sciens autem Iesus, dixit: Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes non habetis. Nondũ intelligitis neq; recordamini quinq; panum &* Sup. 14. e *quinq; milliũ hominũ & quot cophinos sumpsistis? Neq; septẽ* Ioã. 6. b. *panum, & quatuor millium hominum, & quot sportas sumpsistis? Quare non intelligitis quia* Sup. 15. d *non de pane dixi vobis: Cauete à fermento pharisæorum & Sadduceorum? Tunc intellexerunt quia non dixit cauendum à fermento panũ sed à doctrina pharisæorum & Sadducæorũ. Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philipi: & interrogabat discipulos suos dicẽs. Quẽ dicunt homines esse filiũ hominis. At illi dixerũt: alij Ioannẽ Baptistã, alij aũt Eliã, alij verò Ieremiã, aut vnũ ex prophetis. Dicit illis Iesus: vos aũt quẽ me esse dicitis? Respõdẽs Simõ Petrus, dixit: tu* Mar. 8. c. Luc. 9. c. *es Christus filius Dei viui. Respõ* Ioan. 6. g.

sione, cui simile est roseum cœlum vespere: & item de tribulatione ante aduentum suum futura: cui simile est mane roseum cum tristitia cœlum. Hæc Augustinus.

Epitasis. i. vehementia siue exaggeratio. ¶ *Intuemini & cauete.* Hæc verborū conduplicatio, nihil aliud quàm epitasin cautionis habet.

¶ *At illi cogitabant inter se.* Vel disputabant.

¶ *Quem dicunt homines esse filium hominis.* Græcè quem me dicunt homines esse filium illum hominis. Hebra. i. quem vulgarem & plebeium, parumquè nobilem reputant hominem. Sic Gene. 6. Videntes filij Dei filias hominū. i. filij magnatum filias plebeiorum.

Dij in scriptura sacra. ¶ *Vos autem.* Idest vos qui non estis homines sed Dij, quem me esse dicitis? Qui virtutem sectando Deū imitantur, quiquè veluti principes regendo, imperando, iudicando, Deo similes facti sunt, dij appellantur in scriptura sacra. Sic in Psal. 49. Deus Deorum Dominus loquutus est. Itē, Deus stetit in Synagoga Deorum. Et illud: ego dixi dij estis & filij excelsi omnes. Et alibi: dijs non maledices, & principibus populi tui nō dices malū, qua acceptione apostoli vocantur Dij. Vide Hieronymum circa principium li. 3. in Math.

Psal. 49. Psa. 81. Exo. 22. D. Hieron. li. 3. in Math.

¶ *Tu es Christus filius Dei viui.* Articulus Græcus emphasin habet, quare sic licebit trāsferre: tu es Christus ille filius Dei viui. Hoc est, ille ipse qui solus & vnicus, non gratia filius, sed, qui ex ipsa patris substantia genitus. Sic Theoph.

Theophy.

¶ *Beatus es Simon Bariona.* Bariona. Vice cognominis (quo carent Hebræi) ponitur filius Iona.

Caro & sanguis pro homine. ¶ *Caro & sanguis.* Heb. pro homine (Reuelauit) vel detegit hoc. Caro & sanguis in scriptura sacra pro homine accipitur. Sic ad Galat. 1. & 2. Non acquieui carni & sanguini, idest hominibus. Sic in hoc loco quasi dicat Christus: neq; ex viribus tuæ naturæ, neq; ab hominibus accepisti.

Gala. 1. & 2.

¶ *Et ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hāc petram ædificabo Ecclesiam meā, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum &c.* Vel ex hoc loco colligunt omnes Ecclesiæ proceres, Petrum fuisse totius Ecclesiæ caput, Romanumquè pontificem Petri successorem esse, ac Christi vicarium super omnes totius mūdi Ecclesias ab ipso Christo in beato Petro institutum. Sed de hoc alias multi multa disputant. Nos verò in præsentiarū solum adijciemus multitationibus congruisse, vt vnus vice capitis toti præsideret ecclesiæ. Sic in Synagoga (quæ fuit vmbra dumtaxat Ecclesiæ) præfuit vnus qui & princeps sacerdotum dicebatur, sub quo multi gradus & ordines fuerunt. Quod vt plenius intelligas, animaduerte quod Paulus ait. 1. Cor. 10. Omnia in figura contingebant illis. Et ad Heb. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorum. Palam est igitur Synagogam Iudæorū, Ecclesiæ (quæ iam christianorum est) vmbram quamdam fuisse, & populum illum huius populi figuram: Sed iter quod illi per solitudinem egerunt versus terram eis promissam; nostrum iter quod per huius mundi desertum agimus versus patriam cœlestem, quæ nobis est promissa, significat. Cæterum ductores populi: Nempe Moses & Aaron, suis adumbrationibus carere non possunt. Cernimus plerūq; lucēte sole, quādā arborē

Petrus totius ecclesiæ caput & ei Romanus pōtifex eius successor.

Nota sequētes cō gruentias.

1. Co. 10.

Hebr. 10.

Pulcherrimū de arbore Exemplū.

ramis dilatatam, folijs opertam, onustamque pomis, super tellurem vmbram proijcere, vsque adeo sibi simile, vt quicquid ramorũ, foliorũ, aut fructuum in arbore fuerit, id vmbra habeat sibi respõdẽs. Et vicissim quicquid in vmbra contineatur, id quisq; in arbore solidũ respiciat: vt & oculis vmbrã cũ arbore conferens & vmbræ quãlibet portiunculã obseruans, dicere potest: hæc vmbræ portio, hanc arboris partẽ spectat, & ista notat rãmũ, illa folium refert, alia pomũ representat: sic & quædã stipitẽ, quædam autem arboris summitatem. Quamobrem, si cuncta quæ Iudæis contigerunt futurorum vmbræ fuerant: necesse fuerit eiusmodi duos inuenire, quorum alter sub altero duxerint in hac Ecclesiæ peregrinatione, quales constat Moysen & Aarõ fuisse Iudæis. Nam quando cætera videmus tũ vel ad amussim respõdere: nẽpe Pharaoni diabolũ, Aegypto peccatum, exitum ab Aegypto exitũ à peccati tenebris, Iudæis christianos, iter itineri, deserto mundum, cœlestẽ patriam Iudææ: ita Mosem & Aarõ velut vmbras itẽ quasdam, suis veritatibus respondere necessum est. Ibi nimirum sunt Christus & Petrus.

Moyses Aaro christũ & Petrum figurabant.

Quatuor indicijs probatur propositũ.

¶Quod & nos quatuor indicijs comprobabimus. Primum erit ratione sacerdotij. Erãt itaq; Moses & Aaron sacerdotes veteris legis: Christus autem & Petrus legis nouæ. Cæterũm vt à solo Deo Moses consecratus, fratrem suum Aaron vna cum cæteris huius filijs in sacerdotes consecrauit: ita tamen, vt Aaron esset cæterorum princeps. Sic & Christus à solo Deo patre sacerdos secundum ordinem Melchisedech effectus, Petrum ipsum vnà cum cæteris Apostolis constituit eiusdem ordinis sacerdotes: sed Petrum cæterorum principem effecit, cui vel soli suam nuncupationem communicauit, vt diceretur à petra Petrus: cum antea Simon vocaretur: hoc cognomine prorsus indicans: Petrum supra cæteros vicarium suum esse constitutum. Vt igitur redeamus vnde digressi sumus. Quemadmodum in Synagoga præfuit, primùm Moses, deinde Aaron, veluti loco ipsius, deinde semper præfuit vnus qui & princeps sacerdotum dicebatur: sic in Ecclesia christiana primùm Christus, deinde Petrus, & post Petrũ vnus summus pontifex præesse debere, congruum maximè fuit.

¶Præterea Ecclesia triumphans, cui veluti exemplari nostra militans respondet, vnum habet præsidem Deum sibi, quo nouem Angelorum ordines esse cũctis est creditum: quomodo igitur Ecclesia quæ media inter vmbrã & exẽplar est, ex vna quidem parte respiciens vmbram, ex altera verò spectans exemplar, carere potest vnitate præsidis? — Secunda ratio.

¶Sed etsi naturæ modum intueamur, prospiciemus omnem multitudinem, quæ quouis modo dicitur vna, nũquam non ad vnum seu caput & principium referri. In arboribus multi ramorum ordines sunt: sed ij omnes ad vnitatem radicis proficiscũtur. In animantibus multa quoquè membra, sed hæc omnia reguntur vno capite. — Tertia ratio.

¶Ad hæc vt Cypriani verbis vtar: Rex vnus est apibus, & dux vnus in gregibus, armentis rector vnus, & demum in politia quauis non perperam instituta, referri debet ad vnum totius rei prorsus — Quarta ratio.

sit administratio. Ex quibus nimirũ dicere possumus, nunquam posse Ecclesiam recte gubernari, nisi tanta varietas ordinum ad vnum referatur.

¶ Id quod ex tribus fiet dilucidũ. Primum quoties lites emergũt de rebus fidei, & quoties incidat de scripturarum sensu cõtrouersia, necesse est vt aliquem supremum iudicem habeamus, cuius iudicio stabitur. Deinde cum plerunque necessitas vrgeat, vt generalia concilia celebrentur, per quendam ceu principem, cuius mandato cæteri pariturí sint, conuocari facilius poterit Episcoporum synodus. Nam alioqui fortassis accersiti nequaquam accederent. Tertiò propter contumaces reprimendos, & maximè cùm inter se dissentiant Episcopi, necessaria est capitis vnitas, quæ studeat eos ad concordiã redacere, ne tautoribus hinc inde multiplicatis pusilla principio lis in perniciosum tandem schisma erumpat. Meritò ergo Christus Dominus in hoc loco soli Petro ait: Et ego dico tibi quia tu es Petrus &c. His verbis illum totius Ecclesiæ caput constituens.

¶ *Tu es Petrus.* Non intelligas Petrum hoc nomen modò accepisse, sed tũc potius cum Ioannes commemorat cap. 1. ei dictum esse: vocaberis Zephas, quod interpretatur Petrus. Tũc enim ei hoc nomen impositum est, cum antea vocaretur Simon. Vnde in hoc loco non ait Christus: Tu vocaberis Petrus. Sed tu es Petrus.

Ioã. 1.

Lapides Ecclesiæ sũnt fideles sapientia & virtutibus ornati.

¶ *Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Lapides Ecclesiæ sunt viri fideles sapientia & virtutibus ornati. De quibus Dominus per Esaiam ait: ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in saphyris, & ponam iaspidẽ propugnacula tua, & portas tuas lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles vniuersos filios meos doctos a Domino.

Esai. 54. c

Funda. 1.

Fundamentum verò primarium huius ciuitatis est Christus, vt Paulus ait in prima Epistola ad Corinthios. Sed cum Beatus Petrus sit Christi vicarius, cumq; Christus eũ Petrum appellaret, qui antea Simon appellaretur, est sine dubio ipse Petrus Ecclesiæ fundamentum: ideo enim nomen ab ipso Christo deriuatum accepit. Christus enim, vt Paulus asserit petra est; æquũ enim fuit vt Christi nomen acciperet ille cui Christus vices suas commisit, & cui dixit, vt agnos suos ac oues pasceret, quem denique Apostolorum principem constituit. Hic enim est ille cui in hoc loco ait: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Vbi vides esse Ecclesiam supra Petrum fundatam. Ita enim hũc locum explicat Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Gregorius, Chrysostomus, Basilius, & omnes deniq; patres tam latini quàm Græci, quos adducit Roffen. ar. 25. aduersus Lut.

1. Cor. 3. Funda. 2.

1. Co. 10.

Hieron. in Math. Augu. cõ. Donati. Amb. sermo. 47. de fide Petri. D. Grego lib. 6. epi. 37. Chryso. hom. 55. in Math. Basi. aduersus Eunomium.

¶ *Portæ inferi.* Hę pro præsidijs, & propugnaculis. Hebræi. n. per portas aliquãdo ciuitates & omnẽ munitionẽ intelligũt per synedochẽ. Hinc nimirũ quòd circũ portas omnia sunt munitissima. Huc Christus respexit in hoc loco. Et Gen. 22. possidebit semẽ tuũ portas inimicorum suorum.

per portas quid significet in sacra scriptura.

¶ *Portæ inferi nõ prævalebũt aduersus eam.* Meritò ergo dicebat Esai. 26. In die illa cãtabitur cãticũ istud in terra Iuda vrbs fortitudinis nostræ Siõ saluator ponetur in ea murus & ante murale. Vrbs hæc est Christi Ecclesia quã di-

Gen. 22. Esai. 26. a

diuinus vates appellat Sionem, hoc
Vrbs chri- est, speculam ex qua cœlestia contẽ-
sti ecclesia planiur. Huius meminit propheta
ita inquiens. Psallite Domino qui
Psal. 9. habitat in Siõ. Quæ non tam de Siõ
& Hierosolyma illa terrena, quàm
de Ecclesia militãte intelligitur, in
qua prædixit hoc in loco Esai. ponẽ
Christus, dum esse Christum, tanquàm murũ
murus & & ante murale, vt eam muniret, ita
ante mura- vt portæ inferi aduersus eam non
le eius. præualerent. Christum appellat pro
pheta saluatorem: Iesus enim idẽ est,
quod saluator. Ita enim dixit angelus
Ioseph: Pariet autem filiũ & vocabis
nomen eius Iesum: ipse enim saluũ
Supr. 1. faciet populum suum à peccatis eo-
rum. Hunc prædixit Esaias fore mu
rum Ecclesiæ. Quod ipse Christus
Zach. 2. b his verbis dixerat per Zachariam.
Ego ero ei (ait Dominus) murus ig-
nis in circuitu, & in gloria ero in me
dio eius. Vbi vides Christum esse no
strum murum & ante murale, & glo
riam nostram. O Ecclesia sancta, ci-
uitas magnificentissima, quæ Deo
muniris & decoraris; quàm gloriosa
dicta sunt de te ciuitas Dei. Tu est
ipsa contra quam (vti ipsa veritas ait
in hoc loco) portæ inferi non præua
lebunt. Sunt autem portæ inferi per-
sequutiones, quibus Petri potestas at
què Christi Ecclesia oppugnatur, sed
non vincitur. Sunt hæreticorum do
ctrinæ, ipsam Ecclesiam vastare co-
nantium, sed suum effectum non cõ
sequentium. Est enim Ecclesia & Pe
tri potestas inexpugnabilis, quæ deũ
habet pro muro & protectione.

¶ *Portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Ex hoc loco apertissimè col-
Ecclesiæ ligitur, Ecclesiæ fidẽ deficere nõ pos-
fides non se. Est enim sponsa Christi per fidẽ.
potest de- Sicut scriptum est: desponsabo te mi
ficere. hi in fide. Quod si ecclesiæ fides dees- Osee. 2.
set, iã sponsi sponsæq; matrimoniũ diri
meretur: quorũ tamẽ est indissolubi-
lis perpetuaq; coniũctio. Spõsabo, ait,
te mihi in sempiternũ; & sponsa: te- Cant. 3.
nui eã nec dimittã. Et ille rursum: ec
ce ego vobiscũ sum vsq; ad cõsuma- Inf. vlti.
tionẽ seculi. Quo testimonio ad id
probandũ vtitur Leo ad Augustã & Epis. 24.
Theodorũ. Probat etiã Iulius in de- & .69.
cretis suis illo psalmi testimonio: cir
cũdate Sion, & cõplectimini eã quo Psal. 47.
niã hic est Deus Deus noster in se-
culũ: ipse reget nos in secula: quod
de ecclesia Christi apertè intelligi-
tur. Idẽ quoq; ostenditur ex eo: Reg-
nabit in domo Iacob in æternũ, & re Luc. 1.
gni eius nõ erit finis. Si ergo in æter
nũ Ecclesia Christi manu substine-
tur, Christi præsidio armatur, Chri-
sti virtute fulcitur, Christi sapientia
regitur: fides profectò in ea permane-
bit, sine qua regnũ Christi in terris
nullũ est. Confirmat aũt hoc clarissi-
ma illa Esaiæ vaticinatio: hoc fœdus
meũ cũ eis, dicit Dñs spiritus meus Esai. 59.
qui in te est, & verba mea quæ posui
in ore tuo non recedent de ore tuo,
& de ore seminis tui à modò & vs-
què in sempiternũ. Præterea, vir sa-
piẽs describitur à Dño is qui ædifica
uit domũ suã super petrã: Christus
igitur domũ suã super petram funda
uit, quare nec pluuia, nec flumina,
nec vẽti obruẽt illã. At fide stamus,
vt ait Paul. ecclesia igitur fidẽ habe-
bit semper: nã aliàs nõ stabit sed ruet.

¶ *Tunc præcepit discipulis, vt nemini dicerent quia ipse esset Christus.* Hoc videtur Christus
esse cõtrariũ ei, quòd ipse miserit dis non sibi
cipulos ad prędicandũ aduẽtũ suum. cõtrarius
Sed hoc non esse contrariũ intelligi- in pręcep-
mus ex diuersitate tẽporũ & rationũ, tis.
qbus fit vt nõ sit absurdũ diuersis tẽpo
ribus ex

ex alia ratione nunc præcipere & vetare. Deinde aliud erat ad quod prædicandum misit ipse discipulos, Math. 10. Aliud quod prædicari vetuit in hoc loco. Illic enim misit discipulos vt prædicarent regnum Dei. Et vt prædicarent ex auctoritate dedit illis potestatem curandi omnem languorem: Petro autem & alijs in hoc loco, vetuit ne dicerēt, quod ipse esset Christus filius Dei viui: addens causam: quia oporteret filium hominis multa pati. Ac si diceret: inutile adhuc est meam diuinitatem manifestare turbis, quæ mox me sunt visuræ flagellatum, crucifixum & mortētem. Postquàm autem filius hominis à mortuis resurrexerit tempus erit manifestandę diuinitatis.

¶ *Absit à te Domine*. Vel propitius tibi sis Domine vel propitius tibi erit Deus. Est sermo abominātis, peculiaris Hebræis.

¶ *Sathana*. Petrum Sathanam. i. aduersarium vocat, non diabolum intelligens, sed quod humano affectu aduersaretur consilio diuino. At totidem verbis nunc repellit Petrum quibus ante tētantem diabolum. Vade (inquit) retro Sathana.

¶ *Scandalum mihi es*. Vel offensioni es mihi.

¶ *Quia non sapis quæ sunt Dei*. Idest decretum Dei non sapis.

¶ *Qui vult venire post me*. Hinc colliges neminem esse cogendum ad fidem. Quod euidentissimè & vrgentissimè probatur, & confirmatur ex legibus quas Christus Math. 10. cum discipulos ad prædicandum miserit, eis præscripsit: quæ quidē omnes pacem illam super cœlestē quæ (vt Pau. ait ad Phili. 4) exuperat omnem sensum, mirificè redolent: infirmos (inquit) curate, mortuos suscitate &c. Quod gratis accepistis gratis date videlocū. De quare superius diximus.

Sup. c. 10.

¶ *Tollat crucem suam*. Non sunt audiēdi Lutherani huius temporis, qui negant pœnitentiam & carnis afflictionem non esse necessariam, quoniam crux Christi nos ab hoc labore eripuit. Si enim sola crux Christi ita esset sufficiens & efficax, vt nostra nō esset necessaria: non diceret Christus in hoc loco: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me. Et D. Luc. ait: Tollat crucem suam quotidie & sequatur me. Vbi apertissime Deus ostendit esse nobis nostram crucem necessariam. Non dicit tollat crucem meam, sed crucem suam, & sequatur me. Oportet igitur ieiunijs & ciborum abstinentia & temperantia carnē domare, si volumus esse veri christiani. Nam vt Paulus ait: qui sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.

Pœnitentiā esse necessariam ostendit.

Luc. 9.

Gal. 5.

¶ *Qui enim voluerit animam suā &c.* Idest vitam seruare &c. Anima pro vita. Vide supra. ca. 6. ne soliciti sitis animæ vestræ. Sic accipitur apud latinos. Vnde Salu. At nobis est domi inopia, foris æs alienum, mala res, spes multo asperior: denique quid reliqui habemus præter miserā animā?

¶ *Quam dabit homo commutationem pro anima sua?* i. pro vita sua amissa? Est igitur sensus omnium rerum iacturam esse faciendā citius quàm vitæ, quæ si semel pereat nihil est tā carū, quo possis illam redimere, quicquid dederis.

¶ *Reddet vnicuique secūdū opera eius*. Quid ad hoc testimoniū respōdebūt lutherani, qui sola fide gloriātur, opa aūt charitatis reijcrūt, affirmātes nō esse necessaria. Si so-

Opera sūt necessaria ad salutē.

sola fides satis est, cur Dominus in hoc loco ait: filius hominis venturus est in gloria &c. & reddet vnicuiq; secundum opera eius? Et cap. 7. Multi dicent mihi in illa die: Domine domine, nōne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus? Et tunc confitebor illis, quia non noui vos: discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Et paulò post: Is qui audit verba mea & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam. Vbi Christus apertissimè docet: neminem esse vitam æternam consequuturum, nisi sit charitate præditus: etiamsi tantā fidem habeat, vt in nomine Christi vaticinetur, & dæmonia eijciat. Sed de hac re passim doctores disserunt: vide infra cap. 20. in illa verba: misit eos in vineam suam.

Sup. 7.

¶*Qui non gustabunt mortem*. Idest, non morientur. Metaphora ab epotantibus venenum.

¶*Venientem in regno suo*. Idest talem qualis est in regno suo cælesti. Viderūt autem speciē eius in monte vt videbis. cap. sequenti.

¶*Generatio mala & adultera*. Generationem adulteram illos vocat, quia eo ipso contempto, mundum, carnem, & dæmonem sequebātur. Quos etiam intuebatur cum per Esaiam dicebat: Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis. In quo loco, non tam de corporis quàm de animæ fornicatione, hoc est, idolatria, intelligit. Illa ciuitas & illa anima est meretrix & adultera, quæ sponsum suum Deū derelinquit, seq; cum idolis aut vitijs coniungit. Ita intelligitur locus ille Hieremiæ in omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. Et illud Ezechielis: ædificasti tibi lupanar & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis.

Quāre vocatur generatio mala & adultera. Esai. 1. Hiere. 2. Ezec. 16.

¶*Generatio mala & adultera*. Diuinæ literæ (inquit Ambro.) non solū mores in his qui prædicabiles sunt, sed eorum parentes plerunq, solent laudare. Vt veluti transmissa immaculatæ puritatis hæreditas, in his quos volumus laudare præcellat. Sic sancti Samuelis mater, sic sancti Ioannis parentes in scriptura laudantur. At verò è diuerso scelus est maximū, ab iniquis parentibus esse genitum & in paterno scelere permanere. Vnde Ezechie. 2. Ipsi recesserunt à me, & patres eorum. Et c. 20. Abominationes patrum suorum ostende eis. Et Esai. 1. Semen impiorum vocantur Hebræi. Et in hoc loco: generatio mala & adultera. Et infra cap. 23. eisdem dicitur: itaquè testimonio estis vobis metipsis, quia filij estis eorum qui prophetas occiderunt &c. De his dicitur in Exod. Vindicās iniurias patrum in filios vsque ad tertiā & quartam generationem, his qui oderunt à me. Porrò, si quis à sceleratissimis trahat originem, dunmodo ipse in Deo noua sit creatura, nihil ei nocebit parētum iniquitas aut ignobilitas; apud Deum enim neq; pręputium neq; circuncisio aliquid valet, sed noua creatura. Atquè ideo Christus ab illaudatis quibusdam mulieribus originem duxit: quia cum suscepit omnia propter nos hoc quoq; suscepit, vt obscuros haberet progenitores. Vt omnes sanctificaret ille, qui non venit ad vocandum iustos, sed peccatores. Ideo Iob maximè cōmendatur quòd inter iniquos Idumæos, sanctus inuentus sit: & Noe quòd fuerit iustus in generatione sua. Et

Laus est, à iustis, & opprobiū à sceleratis parētibus esse aliquē progenitū si illorum mores sequatur. Ezech. 2. & 20. Esai. 1. Infr. c. 23. Exo. 20. Nihil tibi nocebit parentum iniquitas si sis noua creatura. Gala. 6. d Iob. 1.

Epipha.li. 1. aduers. Her.to. 1. & Theoph. Math. 1. vbi Iudas aút.

& Abrahá qui cum ab idolatra Thare (vt epiph. ait) genitus fuerit: relicta eius domo & patria domino adhæserit. Sectare igitur virtutem, & quod ab ignobilibus aut sceleratis parentibus genitus sis non cures.

Ad mores.

Iosue.7.

¶ *Cauete à fermento pharisæorum*. Iosue. capit. 7. vbi æditio vulgata habet Achá vsurpasse de anathemate Hierico regulam auream. Quidam vertút linguam auream: & ita legit Origines. Hierico significat lunam per quam múdus intelligitur, qui instabilis est & mutabilis vt luna, modo plena modo vacua. Ille capit linguam Hierico, qui adhæret falsæ doctrinæ, quæ quamuis sit aurea, quamuis sit omnibus oratorijs ornamentis munita: tamen si falsa est relinquéda est. Ita locum illum explanat Origines Homi. 7. Quæ alia est ergo lingua aurea, nisi Lutheri & pharisæorum, & aliorum hæreticorum doctrina? quam si acceperis & in tabernaculo tuo, hoc est, in animo tuo posueris, peribis in æternum, nec poteris veram terram promissionis vnquàm ingredi. Iubet enim Iosue verus ille saluator noster: anathema esse omne aurum, quod in Hierico fuerit inuétum. Et quemadmodum apud Iosue significatur hæreticorum dogma per linguam Hierico: ita hoc in loco per fermentum pharisæorum.

Origenes. Figura.

Falsa doctrina quá uis sit omnibus oratoriis ornamétis munita relinquenda est.

Gen. 6. Cóuersari cú impiis perniciosú est bonis moribus.

¶ *Cauete à fermento pharisæorum*. Gene. 6. dicitur: Videntes filij Dei filias hominum, acceperunt sibi in vxores &c. Ex his locis videmus quàm perniciosum sit bonis moribus cum impijs conuersari. Commixti (inquit) sunt inter gentes, & didiscerunt opera eorum. Sic Israelitæ inter Aegyptios versati, vix obliuisci potuerút Aegyptios mores. Ob eam causam illis inhibitum erat, ne vnquàm amicitias, maximè autem ne cóiugia cótraherent cum alienigenis. Ob eam causam Abraham & alij noluerunt filijs suis vxores dare ex alienigenis: ne ad idolatriam inducerentur. E cótra autem Salomó alienigenas ducés, per eas seductus est. Idem contigit his filijs Dei, de quibus in loco prædicto fit sermo. Hinc est, quod in scriptura vbiquè monemur vitare consortia malorú. Sic Hieremias dicit: fugite de terra Babylonis, & saluet vnusquisq; animam suam, & Oseas: Nolite ire in Galgala, neq; in Bethauen. Loca scilicet idolorum, & Christus supra capit. 10. in viam gentium ne abieritis. Et in hoc loco: cauete à fermento pharisæorum.

Psal. 105. Deut. 7. Gene. 24. & 28. 3. Re. 11. Ierem. 51 Oseæ. 4.

¶ *Quia tu es Petrus*. Consideratione dignum existimo: cur Deus eis, quos ad múnus aliquod elegerit, mutare nomen solitus sit. Quemadmodum Abrahæ, Saræ, Iacob, & Petro fecisse legimus. Et hoc facere videtur, vt quotiescunq; nominis sui memores fuerint: toties in gratiarum actionem prorumpát, & meminerint mores in melius de cætero mutare.

Quare Deus mutá re solet nomen eorú quos ad munus aliquod eligere vult. Gene. 17. & 32.

¶ *Beatus es Simon Bariona &c. Et ego dico tibi &c. & tibi dabo &c.* Sicut propter excellentiam confessionis dicit illi hæc omnia: ita propter excellentiam amoris, dicit illi: pasce agnos meos: & dedit illi potestatem iurisdictionis. Vbi datur nobis intelligi, quod doctoribus fidelioribus, & precipuis Dei amatoribus gubernatio Ecclesiastica committenda est.

Ioá. 21. Dignioribus gubernatio spiritualis dá da est.

¶ *Et portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Diuinus ille psaltes psalmo. 96. Ecclesiam Dei insulis comparat, dicens: Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Vnde D. Augustinus ait: possunt in figura rectè accipi insulæ omnes Ecclesiæ. Quare insulæ quia circunlatrantur fluctibus omnium tentationum. Sed quomodo insula vndique circunstrepentibus fluctibus, tundi potest, frangi non potest, magis magisquè ipsa frangit fluctus venientes, quàm frangatur ab eis: sic Ecclesiæ Dei pullulátes per totum orbem terrarum passæ sunt persequutiones vndiquè frementium infidelium. Et ecce stant insulæ, & iam placatum est mare. Iocundentur insulæ multæ. Portæ igitur inferi, hoc est, omnia propugnacula mundi, & carnis, & dęmonum, non præualebunt aduersus fidelium Ecclesiam: est enim insula fortissima, quæ & si quatiatur, fluctibus maris frangi non potest: imo ipsa franget fluctus.

Psal. 96.

D. Aug. Insulę in scriptura sacra ecclesiæ vocat. & quare.

¶ Hoc etiam est quod Dominus promiserat Abrahæ Gene. 22. Possidebit semen tuum portas inimicorũ suorũ: hoc enim verbum in fidelibus impletur, qui quotidie de mundo & de diabolo triumphant. Portæ enim inferi non possunt præualere aduersus eos. Hoc etiam est, quod in alio loco Dominus ait: Dedi vobis potestatem calcandi super serpẽtes, & super omnem virtutem inimici.

Gen. 22.

Lu. 10. c.

¶ *Qui vult venire post me abneget semetipsum &c.* Huius perfectæ abnegationis exemplum habes. Genesis, 22. Vbi præcepit Dominus Abrahæ, vt offerret Deo filium suum in holocaustum: quo audito Abraham, de nocte consurgens exequutus est præceptum Domini. Quo in loco consi dera quæso, quo pacto quia Deus præcipiebat, statim surrexit, quantũuis reclamarét affectus, imo natura. Deinde, non moratur, non cunctatur, non allegat naturæ legem contrariam, non rogat pro filio, non deplorat orbitatem suam, non dicit Saræ ne impediat, paucos de familia accipit, secretò agere volens ne impediretur. Demum etiam ligna concidit, ne quid impediret obedientiá in incerto loco lignorum defectus. Quis nõ miretur huius hominis obedientiam? Tales discipulos quærit Deus, qui nulli rei hæreant, aut fidant quam ipsi Deo, charissima quæquè parati sint Dei gratia relinquere, imo etiam se ipsos. Hinc Christus in hoc loco ait: Qui vult venire post me, abneget semetipsum &c. Discamus igitur fortiter, & alacriter omnia sustinere, quicquid aduersitatis inciderit. Alacriter etiam omnibus renuciare, nihil sit in mundo tá preciosum, tá charum quod amore Dei nõ relinquamus: qui enim amat patrem aut matrem pluśquàm Christum, non est Christo dignus.

Gene. 22.

Perfectæ abnegationis. Exemp. &c.

Sup. 10.

¶ *Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam.* Vnde qui voluntatem suam contra Dei voluntatem implere conantur glareis vel lapidibus quos fluuius secum deorsum trahit, & glareis cocyti, quæ ad luctum veniũt, compará tur. Cocytus enim luctus infirmantium interpretatur, vt Gregorius ait, exponẽs illud Iob: Dulcis fuit glareis cocyti. Trahit ergo lapides duros fluuius voluptatis, trahit quẽque sua propria voluptas in luctũ & in perpetuá perditionẽ, quia ducũt in bonis dies suos, ideò in pũcto ad inferna descendunt, & quia in hoc

Peccatores glareis cociti cõparátur.

D. Greg. li. 15. mo. c. 19. Iob. 21.

Ibidem.

hoc mūdo rident, ideo in æternum flebunt. Væ vobis ridentibus, quia flebitis. Stat enim sententia; qui voluerit animam suam saluam facere perdet eam. Fluuius enim voluptatis homines perditos secum in perpetuas tenebras, & in luctum æternum trahit.

Luc. 6. d.

¶ *Et qui perdiderit animam suam propter me, in vitam æternam custodit eam.*

Si vis ab æterna morte liberari, patere æquo animo in hac vita Crucis mortificationem. Mortificatio siquidem crucis Christi, est vitam temporalem pro Christo exponere, & voluntatē propriam pro Christi voluntate implenda cōtemnere. 3. Reg. 19 cap. Dicitur quod Helias timens Iezabel fugit & tandē sedit subter vnā iuniperum, & obdormiuit, & venit angelus qui cibū ei præstitit; ac post prandium obdormiens, rursum ab angelo expergiscitur, & iterum cibatur. Quæ verba enarrans Rupertus in commentarijs, hoc pacto scribit. Nunquid hæc casu gesta sunt? non vtiq; sed mysterijs propheticis plena sunt. Helias qui supra in spiritu fortitudinis agendo Dei & domini secundum nomen suum typum gerebat, Ipse hoc loco infirmitate sua generis hominum figuram gestabat. Ibi capitis, hic membrorum mysterium est. Iezabel quæ mortem Heliæ intētat mors æterna est, quæ per peccatum in hunc mūdum introierat. Hāc quicunq; fugit sedet subter iuniperum, idest confugit ad sanctum crucis dominicæ lignū: currit ad baptismum: poscit dominicæ passionis sacramētum: illic ambit mortē: illic festinat cōmori Christo, ne a Iezabel occidatur complantari similiter mortis Christi, ne in æterna morte detineatur; proijcit ergo se in vmbra iuniperi, & obdormiscit, idest, subijcit cruci Christi & commoritur ibi. Omnes (inquit Apostolus) quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Inde surgens inuitatur ab angelo Domini ad prandium, idest, percipit à sacerdote Dominici corporis & sanguinis sacramentum. Illud comedit & bibit, & tamē rursus obdormiscit. Quamuis enim Christo commortuus, mortem æternam euaserit christianus, temporali tamen morte corporis est moriturus: sed rursus angelus Domini reuertitur, eūque iterato inuitat ad manducandum & bibendum. Surgit enim omnis qui dormit veniente Christo in iussu & voce archangeli & in tuba, & manducabit deinceps semel tantum & semper panem verum, panem angelorum, facie ad faciem videndo Deum, in fortitudine illius cibi ambulauit ad mōtem Dei quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, idest, perseuerauit in coæternitate Dei cunctis diebus. Imo sine fine cum angelicis spiritibus. Hæc Rupertus. Si igitur euadere desideras hanc æternā mortem, sede sub vmbra iuniperi. Crux est iuniperus arbor spinis plena. Noli igitur crucem timere, nam etsi initiò carnem cruciat, vmbram admirabilem & salutiferā spiritui præstat, & tandem animam nostram in vitā æternam custodit. Sin autem nolueris, ab impia Iezabele mortem æternam non euades. Qui enim voluerit animam suam saluam facere perdet eam, & qui perdiderit animam suam propter Christum, in vitam æternā custodit eam.

Crucis mortificatio, est vitæ tēporalis p Christo expositio: & voluntatis propriæ pro Christi voluntate cōtēptus. 3. Re. 19 Figura Notanda. Rupertus

Helias ge[illegible] hominum.

Iezabel mors æterna.

Iuniperus Christi crux.

Rom. 6.

Angelus dñi sacerdos. prandiū eucharistia.

primus somnus mortificatio.

Secundus somnus mors naturalis. Secunda suscitatio resurrectio.

Secundū prandium est mensa cœlestis.

¶ *Et tunc reddet vnicuiq; secundum opera eius.*

Gene.43 Figura. ra eius. Huius figuram habes Gen. 43: Vbi dicitur: quod in mensa Ioseph sederunt fratres ordine suo. Sederunt (inquit) primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatẽ suã. Eodẽ modo in futuro iuditio & in futura mensa, erit distributio gloriæ, & mansionum secundum differẽtias meritorum. Reddet (inquit) vnicuique secundum opera sua.

Finis Ca. XVI.

¶ Transfiguratio Christi.

Capitu. XVII.

POST dies sex assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioãnem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum: & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus dixit ad Iesum: Domine bonum est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum, & Moysi vnum, & Elia vnũ. Adhuc eo loquente, ecce nubis lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacui: ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Et accessit Iesus & tetigit eos, dixitq; eis: Surgite, & nolite timere. Leuantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de monte, præcepit Iesus, dicẽs: Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis à mortuis resurgat, & interrogauerunt eum discipuli dicentes: Quid ergo scribæ dicunt, quod Eliam oporteat primum venire? At ille respondens, ait eis: Elias quidem venturus est, & restituet omnia. Dico autem vobis quia Elias iam venit, & non cognouerunt eũ, sed fecerunt in eo quæcumq; voluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Tũc intellexerunt discipuli quia de Ioanne Baptista dixisset eis. Et cum venisset ad turbam accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum, dicens: Domine miserere filio meo quia lunaticus

Luc. 9. a. 2. Pe. 1. d. Marc. 9. Malac. 4. Sup. 11. b Mar. 9. c.

cus est & male patitur. Nam sæpe cadit in ignem, & crebrò in aquam, & obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum. Respondens autem Iesus, ait: O generatio incredula & peruersa, quousque ero vobiscũ, vsquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me, & increpauit illum Iesus, & exijt ab eo dæmonium, & curatus est puer in illa hora. Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secretò, & dixerũt: Quare nos nõ potuimus eijcere illum? Dixit illis Iesus: Propter incredulitatem vestram. Luc. 17. b

Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis dicetis monti huic, transi hinc illuc, & trãsibit: & nihil impossibile erit vobis. Hoc autẽ genus non eijcitur, nisi per orationem & ieiunium. Conuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus: filius hominis tradendus est in manus hominum, & occident eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer. Et cum venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non soluit didrachma? Ait, etiam. Et cum intrasset in domum præuenit eum Iesus, dicens: Quid tibi videtur Simon: reges terræ à quibus accipiũt tributũ vel censum, à filijs suis an ab alienis? & ille dixit, ab alienis. Dixit illi Iesus, ergo liberi sunt filij: vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterẽ, illum sumens, da eis pro me & te.

Mar. 9. e. Luc. 9. e. Infr. 20. c. d.

Capi. XVII.

Ad literam.

¶ *Et post dies sex assumpsit Iesus &c.* Luc. 8.
Luc. cap. 9. ait: factum est autem post hæc verba, ferè dies octo. Sed quomodo vtrũq; verum sit diximus supra ca. 12. ibi tribus diebus, & tribus noctibus: Vide Hierony. hic, qui nondum nodum dissoluit. Vide Theophi. Hic. Et Augustinum li. 1. quæstio. Euangelicarum. q. 7. c. 7. & 3. li. de doctrina christiana cap. 33. & li. 2. de consensu euangelistarum capi. 66. & lib. 2. cap 13. & cap. 24. & Epiph. vltimis verbis secundi libri contra hæreses. Hierony. Psa. 5. ait quod octonarius in. 6. numero contineatur. Vide illum.

Sup. c. 12 · D. Hiero. · D. Aug. · Epipha. · D. Hiero. Psa. 5. tom. 8.

¶ Ecce

¶ *Ecce apparuerunt Moyses & Elias.* Glossa ordinaria. Non afferebant viri isti vera corpora, sed corporū simulachra, vt ait glosa ordinaria Luc. 9. solent enim imagines rerum eorum nominibus appel- Luc. 9. Regula. lari quorum sunt imagines, vt ait D. Augustinus. Sic Pharao dixit se D Augu. ad simplicia q. 3. to. 4. vidisse spicas & boues. Et Esai. Vidisse Dominum sedentem super soliū. Esai. 6. Sic ergo in hoc loco dicitur apparuisse Moysem & Eliā. Notādū est, inquit glosa, nō corpora vel animas Heliæ vel Moysi apparuisse, sed ex aliqua subiecta creatura illa corpora formata fuisse. Potest etiam credi Angelico ministerio illud factum esse, vt Angeli eorum personas assumerēt. Vel dic & melius, Moysem sum pto aereo corpore apparuisse, Heliā verò qui nondum mortuus est, verè apparuisse.

¶ *Hic est filius meus dilectus.* Ecce hic est de quo dixerat Esaias. Dominus dilexit eum, faciet voluntatem Esai. 48. suam in Babylone, & brachium suum in Chaldæis. Quæ verba quanuis de Cyro dicantur Hebræorum liberatore, ad Christum tamen mundi liberatorem conuenientiùs referūtur. Quem Esai. cum hæc dicebat, cōtemplabatur. Ille sanè est quem Deus pater dilexit. De quo in hoc loco ait: hic est filius meus dilectus, ille est qui fecit patris voluntatem, qui de se ipso ait in psalmo: in capite libri scri- Psal. 39. ptum est de me, vt facerem voluntatem tuam. Quem locum Paulus in Epistola ad Hebr. de Christo explanauit. Hic est qui Babylonem, hoc est, mundi confusionem, subuertit, brachiumquè suum, hoc est potētiam suam in dæmones Chaldæorū nomine significatos ostendit. De eo ait Ioan. in Apoca. vicit leo de tribu Apo. 5. Iuda.

¶ *In quo mihi bene complacui.* Vel in quo placatus sum. Nota ex Ambro. lib. 1. de Abraham capi. 8. quod multoties in scriptura sacra præteritum ponitur pro præsenti. Vt in hoc loco. Et alibi (secundum text Græcum) tolle filium tuum quem dilexisti Isaac. Ioānes. 20. Noli me tangere, nondum ascēdi ad patrem meum. Dilexisti pro diligis, ascendi pro ascendo, complacui pro complaceo. Sed de hac phrasi passim testimonia inuenies, nosq; aliás dicemus. Regula. Ambros. Gen. 22. Ioan. 20.

¶ *Hic est filius meus in quo mihi bene complacui.* Hoc ipsum testatus est idē pater per Esaiam capit. 42. Ecce (inquit) seruus meus, suscipiam eum. Electus meus complacuit sibi in illo anima mea, idest, ecce seruus meus, qui est mihi charissimus. Esai 42.

¶ *Ipsum audite.* Hic est præceptor ille de quo dicebat idem pater per Esaiam. Ecce testem populis dedi eum ducem ac præceptorem gentibus. Hic est quem appellat Ioel, doctorem iustitiæ, & Baruch eum adinuenisse omnem viam disciplinæ affirmat. Esai. 55. Ioel. 2. Baruch. 3

¶ *Et timuerunt valde.* Et, pro enim. Timuerunt enim valdè territi sunt enim vehementer, &, pro nam vel enim ponitur Hebræis & hoc sæpius.

¶ *Elias venturus est* (primùm) &c.

¶ *Dico autem vobis quod Elias iam venit.* quasi dicat verum quidem est quod scriptura sacra dicit, Eliam primùm venturum: verùm iam venit. ¶ *Et non cognouerunt eum.* &, pro, sed, positum videtur. Vt sæpe apud Hebræos.

¶ *Et sanatus est puer ex illa hora.* Vel à tempore illo.

¶ *Amen dico vobis si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, trāsi, &*

Regula. *si, & transibit*, Notanda est hæc regula, quód multa in scriptura dicūtur,
D.Augu. Vt Augustinus ait in libr. de spiritu & litera cap. 1.) posse fieri, quorum deest exemplum: Nam transire camelum per foramen acus: Dominus dixit esse possibile: tamen nunquám factum est.
In.c.16.e. Legis duodecim millia legionum angelorum pro Christo ne pateretur, pugnare potuisse: nequè tamen factum. His addi possunt illa
Sapi. 16. quæ leguntur. Sapiē. 16. quod multa posset noua tormenta Deus exercere in impios ad nutum sibi seruiente creatura, quæ tamen non exercuit. Potest idem dici de monte isto, quē fides in mare transfert, quod nūquā factum vel legimus, vel audiuimus. Ex quibus verbis constat, quem sensum habeant secundum Augustinū, hæc verba. Nam etsi nunquam inuenissemus id contigisse; non proinde dicendum est, id fieri non posse.

D. Greg. & Agapetus môtes per fidem transtulerunt. ¶ At D. Eucherius in pareniti co affirmat D. Gregorium Neozesariensem, hoc fecisse. ¶ Et Suidas in dictione Agapetos, ait: Agapetus Episcopus, quem vehementer laudat Eusebius, referens ingentia miracula ab ipso esse patrata: videlicet, quod montes & flumina è proprijs locis ab ipso dimota, & aliò translata sint. Nequè ab ijs dissidet Theophilatus in
Theoph. Mat. 17. hoc capit. ait enim vbi montes transtulerunt Apostoli? nusquam quidé scriptum est: veruntamen vero simile est quod transtulerint, etiam si non sit scriptum. Non enim omnia scripta sunt. Atquè illi sufragatur
Euthe. Euthe.

Didrachma valet ferè. 2. numos argéteos nos- ¶ *Accesserunt ad eum qui didrachma accipiebant*. Didrachmum, siue didrachma, valet septē solidos turonicos. Y cómo dos reales castellanos poco menos.

¶ *Magister vester non soluit didrachma? Ait, etiam*. Præsens soluit pro præterito more Hebraico, quasi dicat. Præceptor vester nondum pensitauit tributum? Petrus respondit: certè nondum pensitauit, etiam, certè. stri temporis.

¶ *Præuenit eum Iesus*. Ocupauit vel anteuertit sermonem, S. Petri de ea re colloquuturi.

¶ *Et aperto ore eius inueniens staterem*. Stater, quatuor drachmas valet, quātum & siclus. Vnde media eius pars didrachmum est quod viritim pensitabant. Drachma veró genus est nūmismatis denarium valens Romanum. Hoc est (vt Budæus docet) solidos Turonenses tres cum semisse. Ferè appendit drachma, nostri temporis argenteum nūmum Authore Antonio Nebrisensi. Quare siclus & stater, ferè appendebant nostri temporis quatuor argenteos nummos. D.Hiero. Ezechiel. c.4. Siclus & stater ferè valent quatuor argenteos nostri temporis. Drachma ferè vnū argenteū valet.

¶ Pro maiore istorum locorū intelligentia. Nota quod apud Hebræos erat olim in vsu nūmus argenteus dictus à Iosepho Siclus. Ab ipsis Hebræis Sicel quæ dictio & pondus significat auri, vel argenti, quod ipse nūmus appendit. Nempè quatuor Atticas drachmas. Authore Iosepho li. 3. antiq. cap. 10. & lib. 7. de Bello Iud. cap. 26. & Hieronymus lib. 1. capi. 4. in Ezechielem. & traditio Hebræ. super Gene. capi. 24. Atquè ideo hoc pondus aut numus continet. 24. Græcos obolos. Hebræos autem obolos habet. 20. Sicuti constat Leuiti. 27. Exodo. 30. & Num. 3. Hebræus veró obolus maior erat obolo attico. 5. parte: nam. 24. oboli attici efficiebant siclū sanctuarij, quem efficiūt. 20 Hebræi oboli. Cautum enim erat legé veteri cuius mentio fit in dicto cap. 30. nume- Iosep. li. 3. antiqui. 10. Siclus sanctua ij. 20 obolos. h. 4. drachas atticas, siue. 4 nūmos argéteos regales. Leui. 27. Exod. 30.

quod in hoc loco adimpletum vides. Nam postquàm Christus Dominus verbo & exemplo deduxerat suos per vias rectas: modò ascendit in cœlum,
Capi. 16. & ostendit illis regnum Dei. De quo regno supra dixerat: sunt de hic stantibus qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis in regno suo.

¶ *Duxit illos &c. Et transfiguratus est*
Heb. 11. *ante eos*. D. Paulus in Epistola ad Hebræos ca. 11. ait: accedentem ad Deū oportet credere quia est, & quia remunerator est. Et ideo Christus Dominus ostendit se in hoc transfigurationis mysterio, Deum verum esse vnigenitumq; filium Dei: Sic enim pater ait, hic est filius meus dilectus. Se etiam esse iustorum remuneratorem. Viderunt enim Apostoli hodie gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Corde, & ore, & exemplo accedamus ad Christū: ipse enim Deus noster, & inquirentium eum remunerator est. In cuius rei testimonium, & expressum signum, assumpsit discipulos suos, & duxit illos in montem, & transfiguratus est ante eos, & resplenduit facies eius sicut Sol, & vox de cœlo audita est dicens: hic est filius meus dilectus. Accedite igitur ad eum & illuminamini, & facies vestræ non confundentur: nam ecce Deus veniet; ecce merces eius cum eo vt Esai. ait. Quæ merces ipsemet Deus est. Secundum illud quod Dominus ad Abraham ait: Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Nam Deus noster cum sit, nihil aliud quam se ipsum dat. Vnde Dauid ait. Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei. Threnorum. 3. pars mea Dominus dixit anima mea. Quærite denique Dominum & cōfirmamini: quærite faciem eius semper; ipse enim cum inquirentibus se remunerator sit, deducet vos in montem cœlestem, & transfigurabimini cum eo, resplendebitque facies vestra sicut sol.

In hoc mysterio ostēdit Chris se esse deū & remuneratore. Ioan. 1. Vi. S. Th. heb. 11. Psalm. 33 Esai. 4. Gen. 15. a Psa. 16. b Thre. 3. Psal. 33. a

¶ *Transfiguratus est ante eos*. Ideo transfiguratus est ante eos, vt ad præmium nos alliceret: vt præmio inquàm proposito ad virtutem nos alliceret. Nam vt Solon ait: nulla respublica contineri potest, nisi præmio & pœna. ¶ Quæ causa Platonem mouit, vt quoniam videbat optimos sæpe viros pro rebus præclare gestis, nullo in hac vita præmio virtutis, nullo insigni honoris, nullo monimento laudis decoratos: assereret, animos immortales officij præmium aliquando accepturos. Absurdum quippe esse, vt verus & iustus & honestus labor: honoribus, præmijs, splendore, careret, si quæ est in cœlo pietas, si quod numen quod talia curet. Non itaquè aut campos Elisios, aut Sisyphi saxum, Ixionis rotam, Tātalitium, poematis solum esse sed historiæ. Nam vt ficta sint à poetis isthæc omnia: veri tamen significandi gratia facta sunt. Vt vt hisce illa verissimaque sentētia in animis hominum inscriberetur. rectè factis præmia, peccatis supplicia deberi. Hodie igitur Dominus in præsentiarū gloriam suam Apostolis ostendit, vt proposito præmio eos & nos, in perpetua virtute cōtineret. Item etiam, vt inuento tanto thesauro, omnia pro illo possidēdo alacri animo expēdātur. Ita vt dicere audacter possimus quod monachus aut religiosus quidā dixisse fertur: Accusatus enim ac grauiter à cognatis reprehēsus quòd tā arctam ac asperrimam vitam ageret

Quare Christus transfiguratus est. Solon. Plato.

respondit: tanta & talia audiui de vita æterna, quòd non curo quantum mihi constet, & quid pro ea expendam. Proposito igitur ante oculos nostros tanto præmio, virtutem sectemur, crucem nostram tollamus, & Christum imitemur. Nam quos præsciuit & prædestinauit Deus, cõformes fieri imagini filij sui in ærũnis & laboribus, hos & glorificabit. Item qui fuerint socij passionum, erunt & consolationum. Vnde Christus ait: pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum. & D. Paul. Saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.

Rom. 8.

2. Cor. 1.

Ioã. 17.

2. Cor. 3.

¶ *Transfiguratus est ante eos.* His ergo qui fidem Trinitatis habent, qui mundi diuitias & voluptates contẽnunt, qui montis perfectionem cõscendunt, ostendit Dominus gloriã suam. Hi inquàm sunt qui audiũt vocem patris, qui beatitudinis in hac vita exemplum sumunt, qui à consilijs sunt Christi, qui consortium habẽt cum sanctis, quos obũbrat nubes splẽdida, hoc est, quos gratia spiritus sancti contra vitia omnia, & contra mundi persequutiones refrigerat, quemadmodum enim nubes Moysem obumbrauit in deserto, quando ob murmurabant filij Israel: sic virtus altissimi mundi contemptores obumbrat, eosquè in terram humiles cadere facit, ac Christi mysteria sibi reuelata intra pectus absconduũt, dicentes illud Esaiæ. capi. 24. Secretum meum mihi, secretum meum mihi.

Quibus Christus ostendit gloriam suam.

Esai. 42.

¶ *Transfiguratus est ante eos.* Peccatores non sunt transfigurati, sed deformati, diuersasquè bellu arum formas induerunt. Vnde furibundi, serpentibus comparantur. Furor illis secundum similitudinem serpentis. pessimi verò, viperis: genimina viperarum, quis vos demonstrauit fugure à ventura ira? Carnales autem, equis: equi amatores in fœminas, vnusquisquè ad vxorem proximi sui hinniebat. Versipelles, vulpibus: dicite vulpi illi. Vecordes, equis & mulis: Nolite fieri sicut equus & mulus in quibus non est intellectus. De qua re aliàs diximus.

Peccatores non trãsfigurantur sed defigurantur.

Psa. 57.

Sup. c. 3.

Hiere. 5.

Luc. 13

Psal. 31.

¶ *Et apparuerunt Moyses & Helias.* D. Hieronymus aduersus Iouinianum, ait: ob ieiunij consortium apparuisse Moysem, & Eliam in hoc monte cum Christo transfigurato. Quãdiu adam ieiunauit, priusquàm pabulum illud mortiferum comederet, ad quod Eua eum incitauit in paradiso, feliciter vixit: postquàm verò comedit fuit eiectus, & vxorem cognouit: & qui ieiunus in paradyso virgo fuerat, satur extra eum vxori copulatur. Aspicis in his locis: paradysi & trãsfigurationis felicitatem, absquè cibi abstinentia non fuisse. Væ ergo qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsquè ad vesperam, vt vino æstuetis, nã à perpetua beatitudine & æterna felicitate priuabimini, Sed de hoc latius agemus apud Luc. c. 9.

D. Hiero. Quare apparuerũt Moyses & Elias.

Ieiunium commendatur.

Esai. 5. c.

¶ *Et dicebant excessum quem completurus erat in Hierusalem.* Christe sancte. Quàm dissimilis hæc tua transfiguratio, ab illa quæ fuit in monte Caluariæ, ossibus & fœtoribus repleto. Hic es modo tu Domine comitatus discipulis, quos elegeras: illic ab illis derelictus, & à Petro paulò ante negatus. Voluerũt enim metu mortis

Mar. ait.

Nota.

vitam

vitam derelinquere. Hic fuisti in medio illustrium virorum collocatus Moyse & Elia, illic inter duos latrones constitutus. Hic in monte eleuatus, illic cruci duris clauibus affixus. Hic exultans gloria, illic dolens & lachrymas fundens: neque erat tibi species neque decor. Hic tágis tuos discipulos, illic dira lancea percuteris. Hic eras splendidis vestibus indutus, illic nudus illisque immaniter spoliatus. Hic audisti suauissimam patris vocem te filium dilectum vocantem, illic autem audis improperia & iniurias: & perditorum hominú cateruam, te inauditis blasphemijs afficientem. O rem dignam perpetuo gemitu, & pærennium lachrymarú abundantia. Vtinam oculi mei vertantur in fontes: vtinam exitus aquarum deducant oculi mei. Quis dabit
Hier. 9. a. capiti meo aquá, & oculis meis diluuium lachrymarum? Deficiant præ lachrymis oculi mei: vtinam sint mihi lachrymæ panes die ac nocte.
Psal. 41. a Quis mihi daret vt laborarem in gemitu, & per singulas noctes lauarem lectum meum: & possem lachrymis
Psal. 6. meis stratum meum iugiter rigare, ac verbis innumerabilibus explicare hunc inenarrabilem excessum, qué hi viri illustres dicebant complendú in Hierusalem. Bonum est, viri virtute & charitate præstantes, nos hic esse: atque in hác ignominiosam trás figurationem, inauditamque metamorphosim figere nostra tabernacula: vt tandem illis tabernaculis sempiternis perpetuó habitare mereamur.

¶ *Bonum est nos hic esse.* Quemadmodum mundi amatores insanire solent, cum viderint rei amatæ exemplum ac similitudinem: Sic Petrus videns Christi gloriosam transfigurationem, quæ gloriæ similitudiné repræsentabat, veluti insaniédo ait: Domine bonum est nos hic esse.

¶ *Bonum est nos hic esse.* Addit Marcus. *Nesciebat enim quid diceret.* Iure sané vt diximus hæc addit Marcus. Nam viri virtute præstantes nó habent in hac vita domicilium permanens, sed peregrini sunt super terram. Impij veró sunt qui habitant in terra. Qui bus minatur æternam damnationé aquila volans dicens apud sublimé aquilam volantem: Væ, væ, væ, habitantibus in terra. At viri pietate præcellentes, studioq; immortalitatis flagrantes, cú in terra vt hospites & peregrini vitam degant táquám in diuersorio non táquám in domicilio, mortem semper expectant, atq; ita viuunt, ac si essent prope diem é vita excessuri. Id intelligens Dauid ait, vt literæ diuinæ in libro primó Paraly. memoriæ prodiderunt: peregrini sumus corá te Domine, & aduenæ sicut omnes patres nostri. Dies nostri sicut vmbra super terram & nulla est mora. Hanc sententiam repetés in psalmo dicit: ne sileas quoniá aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. De quibus ita ait in Epi. ad He. Pau. Iuxta fidé defuncti sunt omnes isti nó acceptis repromissionib9, sedá lóge eas aspiciétes, & salutátes, & confitétes, quia peregrini & hospites sunt super terrá. Et in Epi. 2. ad Co. ait idé Aposto. dú sumus in corpore peregrinamur á Dño. Nunquá. n. viri iusti táta in hac vita conati fuissent, quæ ad æternitatis memoriam pertinerent, nisi mentis oculis æternitatem ad se pertinere perspexissent. Quis enim perpetuos summosque labores susciperet, si existimaret fore, vt eius gloria

Iusti peregrini sút, impij veró ciues huius múdi.

Apo. 8.

1. par. 29

Psal. 38.

Hebr. 11

2. Cor. 5.

ijsdem finibus, quibus vita esset terminanda. At sapientium animus ita se gerit, & immortalitatem prospicit, vt certissimè credat cum excesserit è vita, tunc deniq; victurum esse, & gloriam immortalem consecututum. Nos ergo ad Deum aspiremus, & dicamus cum D. Paulo conuersatio nostra in cœlis est, ne terræ habitatores dicamur, & consequenter audiamus: venit contritio super te qui habitas in terra. Ezechie. cap. 7.

Phil. 3.

¶ *Tibi vnum, Moysi vnum, & Eliæ vnum*. Perpende quomodo felicitas mundi sit animæ inimica. Pincerna Pharaonis succedentibus prosperis oblitus est interpretis sui. Ideo dixit illi Ioseph. Memento mei dum bene tibi fuerit. Ne in prosperitate obliuisceretur, dixit vt memor sui esset, dum bene contigisset ei in domo Pharaonis: at ille oblitus fuit Ioseph, sicut nunc Petrus obliuiscitur Andrææ fratris, qui illum ad Christi cognitionem vocauerat. Hinc videbis quá periculosa sit magna potẽtia & prosperitas rerũ humanarum, peruertit mores, ac hominum ingenium. Primo Reg. c. 9. ait scriptura sacra: filius vnius anni erat Saul cum regnare cœpisset, idest, innocẽs instar infantuli. Quibus verbis significare voluit spiritus sanctus, Saulis virtutem, & morum integritatem, priusquàm fuisset in regia dignitate constitutus. At cũ ad principatũ euectus est, scelera impia perpetrauit. Exẽplum etiam tibi sit Rex Dauid, qui subditus, inimico pepercit; & vitam tribuit, rex autem amicum per summum scelus interfecit.

Mundi felicitas est inimica animæ.

Genes. 4.

Ioan. 1.

Prosperitas est periculosa.

1. Re. 9.

1. Re. 24

1. reg. 26

2. Re. 11

¶ *Bonum est nos hic esse: faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, & Eliæ vnum*. In eo quòd Petrus cõmune bonum particulari postponebat, vehementer errabat: in eo verò quòd vitam solitariam & quietam ad contemplandã Dei magestatem eligebat, minimè decipiebatur, sed potius rem acu tangebat. Vnde D. Bernard. in sermone de vita solitaria ad fratres de monte Dei sic ait: res est (scilicet vita solitaria) antiquæ religionis perfectæ, fundatæ in Christo pietatis, antiqua hæreditas ecclesiæ Dei, à tempore prophetarum præmõstrata, iamq; nouæ gratiæ sole exorto, in Ioanne Baptista instaurata, & innouata: ab ipso Domino familiarissimè celebrata, ab ipsis discipulis ipso presente concupita: cuius transfigurationis gloriam cum vidissent qui cũ eo in monte sancto erant: continuò Petrus in eo quidẽ abreptus sibi, & nesciens quid diceret, quia visa Dei magestate cõmune bonum intra priuatũ suũ visus est cõclusisse: in eo aũt præsentissimus sibi, & scientissimus quid diceret: quia suauitate eius gustata optimũ sibi iudicauit in hoc tempore esse, vitã hãc in cõtubernio Dei & ciuiũ supernorũ quos cũ eo viderat concupiuit, dicẽs: Domine bonũ est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum, Moysi vnũ, & Eliæ vnum. In quo si auditus fuisset, facturus proculdubio erat post modum alia tria: sibi vnum, Iacobo vnũ, & Ioanni vnum. Post passionem verò Domini, calente adhuc in cordibus fidelium effusi eius sanguinis recenti memoria, solitariam hanc vitã eligentibus, paupertatem spiritus sectantibus, & in spiritualibus exercitijs, & in contẽplatione Dei pingue otiũ altero in alterũ zelãtibus, deserta repleta sunt. Ex quib9 legim9 Paulũ, Macariũ, Antoniũ, Arseniũ, & alios complu-

Vita cõtẽplatiua & solitaria cõmendatur.

D. Ber. de vita solitaria.

rinios in sanctę huius cōuersationis república cōsulares viros, egregia nomina in ciuitate Dei, nobiles & triūphales titulos habētes de victoria huius sęculi, & principis huius mundi, & corporis sui, de cultu animi & domini Dei sui. Hactenus Bernar. Fugiamus igitur tabernacula impiorū, & in hoc cœlesti monte tentoria nostra figamus, nā bonū est nos hic esse. ¶ *Faciamus hic tria tabernacula.* Damascen⁹ super hæc verba sic ait: Nō te Dominus tabernaculorū sed vniuersalis Ecclesiæ constructorem constituit.

Marc. addit. Quare Petrus errabat. ¶ *Nō enim sciebat quid diceret.* Hoc addit Marcus, & meritò: Nā viri iusti in illis æternis sedibus debēt tabernaculū suū, hoc est, felicitatē suā collocare. At verò impij terrenis adhærētes, in terrenis tabernaculis habitare cōtēdūt: nō curātes quod Domin⁹ (Iob c. 8.) ait: Tabernaculū impiorum nō subsistet. Super quæ verba, sic. D. Grego. ait: Tabernaculū quippe cōstruitur, vt ab æstu corpus & frigore deffendatur. Quid itaq; hoc loco tabernaculi, nisi ædificatio terrenæ fœlicitatis exprimitur, per quā super se reprobi casura multiplicāt, vt se à præsentis mundi necessitatibus quasi ab æstu & imbribus defendant? honoribus nāq; excrescere ambiūt, ne despecti videātur. Terrena aggregādo exaggerāt, ne inopiæ frigore tabescāt. Cōtēnūt curare quod sequitur: & tota intētione satagūt, nequid in præsentibus desit. Studēt nomen dilatare ne lateant, etsi cuncta ad desiderium suppetant, munitos se in omnibus & felices putant. Vbi ergo mētis habitationem cōstruunt, ibi proculdubio tabernacula fixerūt. Aduersa impatiēter perferūt, remissè in prosperis lætātur. Sola quæ assunt cogitāt, nec ad effectū cœlestis patriæ vlla recordatiōe respirāt. Gaudēt sibi suppetere bona quæ cupiunt atq; ibi carne requiescūt: ibi mentē extinguēdo sepeliūt, qui secularis curæ telo truci dati, terrenarū rerū aggerē, quē foris exquirēdo multiplicāt, hūc semper interius per cogitationē portāt. At contra iusti, nec oblata bona hic pro magno suscipiūt, nec illata mala valde pertimescūt, sed cū bonis præsentibus vtūtur, vētura mala metuūt: & cū de malis præsentib⁹ gemūt, bonorū sequētiū amore cōsolātur, sicq; tēporali refouētur subsidio, sicut viator in stabulo vtitur lecto, pausat & recedere festinat: quiescit corpore sed ad aliud tēdit mēte. Nonūquā verò & aduersa perpeti appetūt, in transitorijs prosperari refugiūt, ne delectatiōe itineris à patriæ peruētione sequestrētur: ne gressum cordis in via peregrinationis figāt, & quādoq; ad cōspectū cœlestis patriæ sine mora perueniāt: gaudēt despici, nec dolēt se necessitatibus affligi. Qui ergo cōtra præsentia se aduersa nō muniūt, quasi cōtra æstus & pluuias habere tabernaculū nolūt. Vnde & Petrus iure reprehēditur; quia nōdū mētis perfectione roboratus, veritatis claritate cognita in terra figere tabernaculū conatur. Iusti itaq hic se constituere negligūt, vbi peregrinos se & hospites nouerūt. Quia. n. in proprijs gaudere desiderāt, esse in alieno felices recusant. Iniusti aūt quantò lōgius ab æternæ patriæ hæreditate diuisi sunt, tātò in terra altiùs fundamēta cogitationis figūt. Hinc est quòd ab ipso humanæ cōditionis exordio in electa prole Enoch septim⁹ nascitur. Hinc est quòd cain primū filiū suū Enoch vocat, atq; ex eius nomine ciuitatē quā cōdidit appellat.

Iob. 8.

D. Grego.

Iusti nec præsentia bona magni pēdūt, nec præsentia mala pertimescūt.

S. mili.

Figura.

lat. Enoch quippe dedicatio dicitur. Iniqui ergo fe in primordijs dedicāt, quia in hac vita quæ ante est, cordis radicē plantant, vt hic ad votū floreant, & á sequenti patria funditus arescant. Ex iustis verò Enoch septimus oritur, quia eorū vita festa dedicatione in fine seruatur. Hinc est quòd ateståte Paulo Abrahā in casulis habitat, quia habentē fundaměta ciuitatē quā supernus artifex cōstruxit, expectat. Hinc est, quod Iacob greges ouiū sequēs humiliter graditur, atq; huic Esau obuiāve niens tumultu multiplicis comitatus eleuatur, quia nimirū & electi hic elationē nō habēt: & in bonis carnis reprobi læti tumēt: Hinc ad Israel Dñs ait: si elegeris vnū de populo terræ, & cōstitueris principē super te, nō faciet sibi equos & equites. Et tamē primus rex ab eodē populo electus, repentè vt culmē potestatis attigit, tria millia sibimet equites elegit, in elationē protinus prodijt, ad ædificationē percepti culminis erupit, quia foris restringere sub æqualitate non poterat, quod intus animus super cæteros tumebat. Quasi munitū sibi diues ille tabernaculū construxerat, qui dicebat anima habes multa bona reposita in annos multos: requiesce, comede, & bibe, epulare. Sed quia eius tabernaculum in veritatis fundamento non subsistit, illico audiuit: stulte hac nocte repetēt animam tuam abs te: quæ autem parasti cuius erunt? bene ergo Marcus addidit: non enim sciebat quod diceret: & rursum: bene apud Iob dicitur: tabernaculum impiorum non subsistet: quia vitæ fugientis amatores dū studiosè se in præsentibus construunt, repentè ad æternā pœnam rapiūtur. Hæc Greg.

Figura

Hebr. 11

Gene. 33

Deut. 17.

Luc. 12.

¶ *Et ecce nubes lucida obumbrauit eos.* Hæc sunt Dei insignia quibus cognoscitur. Quēadmodū inter nos D. Petrū per claues, D. Paulum per ensem, D. Catharinam per rotam cognoscimus, sic Deus olim per nubem cognoscebatur. Hinc est quod gentiles depingebāt etiam Iouem Deorū suorum principem coopertum nubibus: vocabantq; illum Iouē tonantem. Nubes ergo designabat Dei præsentiā. Vnde ascendēti Moysi in mōtē Sinai dixit Deus: veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentē ad te & credat tibi. Et cum nebula impleret tēplū dixit Salomō: Dñs dixit vt habitaret in nebula: vt in. 3. Reg. & 2. Paraly. literæ diuinæ memoriæ prodiderūt. Apud Ezech. etiā leges quod nubes impleuit atriū interius. Et eleuata est gloria Domini desuper cherubim ad limē domus, & repleta est domus nube. Fortasse per nubē Dei præsentia ideo dignatur, vt intelligamus nullā mētis aciē esse tā acutā & perspicacē quæ illū possit intueri: nulla. n. humana cogitatione potest eius natura cōprehēdi. Quō fieri potest, vt in carne positi in exilio hoc cōstituti, diuinā intueamur essentiā? Id significabāt nubes, quę mōtē hūc & mōtē Horebū, & Salo. tēplū Deo aduētāte oppleuerūt. Vnde ait D. psaltes: inclinauit cœlos, & descēdit, & caligo sub pedibus eius. Et paulò post. Et posuit tenebras latibulum suū, in circuitu eius tabernaculū eius. Dei habitatio est lux in accessibilis, vt asserit Apostolus: quam ob causam per lucem tabernaculum eius significatur iuxta Theodoreti & Theodori Antiocheni sententiam. At huic tabernaculo circūfudit Dominus nubem in mundum descensurus,

Nubes sūt insignia quibus cognoscitur Deus.

Exo. 19.

3 Reg 8.
2 para. 6.
Ezec. 10.

Psal. 17.

1. Tim. 6.

surus, vt ostenderet non posse carnis oculis eius essentiam videri. Nubes ergo, Dei præsentiam designat. Quibus etiam insignijs Dei filius quãdo in cœlum voluit ascendere astãtibus Apostolis insignitus est, vt apertè ostenderet se esse verum Deum. Videntibus illis ait Lucas, eleuatus est & nubes suscepit eum.

Acto. 1.

¶ *Hic est filius meus dilectus*. Gene. 28. Scalam vidit Iacob &c. Per hanc scalam præfiguratum fuit mysteriũ incarnationis Christi. Ipse enim est scala, cœlestia coniungens terrenis, qua sola ascendimus in cœlum. Nemo (inquit) venit ad patrem nisi per me. Extra hanc scalam non est salus, vt Petrus ait Acto. 4. Scala hæc cœlum & terram tangit: quia Christus Deus & homo est, mediatorquè Dei & hominum: huic scalæ innixus est Deus. hic est (inquit) filius meus dilectus in quo mihi complacui: hũc signauit Deus: per hunc nos gratos &c. in hac scala angeli ad nos descendunt, nosquè ascendimus: Per Christum enim angeli fratres nostri effecti sunt, vel angeli sunt prędicatores Christũ prædicãtes. Hi ascendũt & descendũt. Prædicant enim Christũ verũ filiũ Dei, ab æterno dilectũ à patre, & verũ hominẽ, baptizatũ à Ioãne, interfectũ à Iudæis &c. ascendentes dicũt in principio erat verbum. Descendentes autem, Verbum caro factum est.

Gene. 28. Scala Iacob figura Christi. Figura.

Acto. 4.

¶ *Ipsum audite*. Ge. 11. Dicitur quòd descendit Dñs vt videret turrim quã ædificabãt filij Adã &c. ædificare in scriptura est docere. Iuxta illud: Dedit nobis potestatẽ in ædificationẽ. Aedificare in cœlũ, est docere veram iustificationẽ. Hoc autẽ solùs Christus facit. Is nobis à Deo datus est, doctor iustitiæ & salutis. Iuxta illud quod in hoc loco ait: ipsũ audite. Verũ nõ cõtẽti homines, & ipsi ædificare volũt; ac sua doctrina hominibus iustitiã, salutẽ, & cœlum promittũt. Hoc primũ conati sunt philosophi; deindepseudo prophetæ apud Iudæos: Postremò hæretici apud christianos. Aedificãt aũt nõ in mõte, aut super petrã quæ Christ9 est, sed in loco plano Senaar, in loco fertili: vẽtri. s. & auaritiæ suæ cõsulẽtes. Aedificãt magna põpa, eloquẽtia scilicet verborũ homines decipiẽtes. Verũ nõ lapidibus è mõte, sed lateribus è luto ædificãt: hoc est, nõ vtuntur dictis solidis scripturæ, sed tãtũ ad inuentionibus rationis humanæ. E cõtra huiusmodi ædificationẽ primò sequitur cõfusio, & illaqueatio cõsciẽtiarũ: Deinde iusto Dei iudicio puniũtur huiusmodi doctores, vt à se inuicẽ dissentiãt, & mutuò se nõ intelligãt, sicquè hæreses & sectas introducũt. Sequamur igitur Christum verum doctorem datum nobis à patre.

Gen. 11. Aedificare quid sit.

Figura. Notanda.

¶ *Et audientes discipuli ceciderũt in faciem suã*. Tãto splẽdore atq; tanta vi vocis perterriti ceciderũt in terrã. Eodem modo Abrahã cõsiderata fragilitate sua, viso dño cecidit pronus in faciem: & Esa. corrui, inquit, cũ audirẽ, cõturbatus sũ cũ viderẽ. Et Dan. vidi visionẽ grãdẽ hãc, & nõ remãsit in me fortitudo. & paulò post: dñe mi in visionẽ tua dissolutæ sunt cõpages meæ, & nihil in me remãsit viriũ. Si diuini vates, sanctiq; apostoli tãto splẽdore & amplitudine obruũtur visa Dei similitudine, & audita eius voce, quãta erit Dei in sua essentia magestas? ¶ Illud est hoc loco aduertendũ hos sanctos nõ cecidisse retrorsum sed in facies suas, impios verò legim9 retrorsum

Gen. 17. Esa. 11. Dan. 10.

Sancti cadūt ante Deum in facies suas, impij verò retrorsum. ſum cecidiſſe: quoniam qui ante faciem ſuam ruunt, vident foueam, & facilè ſurgunt, qui autem retrorſum haud quaquam. Vnde ait ſcriptura fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordēs vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro. Per Dan, iuxta Gene. 16. Hieronymi ſententiam in li. de quæſtio. Hebre. Et Euſebium Emeſenū, intelligitur Sanſon, qui fuit de tribu Dan. Hic vicit Philiſtæos, eorum equos eneruauit, & aſcenſores eorum retrorſum deiecit: qui Chriſtum adūbrauit, qui impios Iudæos à pertinacia ſua deſiſtere nolentes, in terram 1. Reg. 4. retrorſum proſtrauit. Heli qui ſceleratos filios ſuos non vt decebat, caſtigabat, eoſquè effrenatos, ſibiquè præſidentes tanquam in gyrum rationis & doctrinæ non ducebat, cecidit retro, & fractis ceruicibus animam Ioan. 18. eflauit. Qui Chriſtum Deū noſtrū comprehendere & ligare volebant, auditis his Chriſti verbis: ego ſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram. Vna Chriſti vox lenis & dulcis terribilem cohortem armis munitam percuſsit, perterruit, & proſtrauit.

¶ *Et acceſserunt qui didrachma accipiebant ad Petrum & dixerunt ei: Magiſter veſter non ſoluit didrachma?*

¶ Cur ſaluator pro ſe tātùm & Petro didrachma ſoluit, non etiam pro pro cæteris Apoſtolis: quippe cū omnes cū relictis omnibꝰ ſecuti ſint, pro omnibꝰ ſoluere debuiſſe videtur. Explicat Auguſti. lib. quæſt. ve. Et noui teſtamenti, his verbis: Didrachma, capitum exactio intelligitur, nō prædiorum: nec enim ſaluator aliquid poſsidebat in mundo, cum ſit Dominus mundi: mortuus enim alienis impendijs ſepelitur: & nos à quibus mundus extraneus eſt, facultates au-

Quare Chriſtus pro ſe & Petro & nō ꝑ alijs Apoſtolis tributū ſoluerit.

gere cupimus, vt morientes mundū à nobis in vaſum, non tantum voce, ſed & literis conteſtemur, vt profeſſione noſtra ab eo cuius mundus eſt cōdemnemur. Hinc Dominus: Qui Luc. 14 nō reliquerit omnia & ſequutus me fuerit non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quicunquè ergo ſic habet facultates ſuas, vt ſpem in illis nō habeat, paratus autem ſit pro fide illas obijcere, viam ambulat qua itur ad Chriſtum. Didrachma ergo ab his exigenda erat qui aliquid negotij gerebant, aut artibus operam dabant: ſaluator autem quia nihil horum curabat, nequè diſcipuli eius, exigenda ab eo nō erat: ſed quia inimicus diabolus ſemper in inſidijs erat, occaſionem quærens ſi poſſet inclinare ſaluatorem, exactorum didrachmæ animos occupauit, vt eius facerent voluntatem: vt accedentes ad Petrum qui primus inter apoſtolos erat, ſolui debere ab eorum magiſtro didrachmam dicerēt, qui ab eis oneribus liberi erat: Nihil enim agebant in mundo quod eſſet mundi: Vt quia non erat vnde ſolueret, aut his ſcandalo eſſet aut certè humilitate ſuffragij quæreret à quo ſolueretur. Tunc Dominus vt improuidum diabolum aduerſus ſemetipſum ſemper machinari oſtenderet, ad mare ire Petrum Apoſtolū iubet & capti piſcis os aperire, & illic inuenire nummum exactori debitum: quo ſoluto non ſolum ſcandalo non eſſet exactoribus, nequè inclinaretur requiſito auxilio ad ſoluēdum: verum etiam ſignum virtutis maximæ demonſtraret, per quod captos à diabolo ad ſe traheret, vt argumento & aſtutia ſua diabolus torqueretur. Dicunt ergo exactores ad Petrum: Magiſter veſter non ſoluit didrachmam? quo dicto, magiſtrum vt

pro

pro omnibus discipulis solueret, conuenerunt. Saluator autem cum pro se & Petro dari iubet, pro omnibus exsoluisse videtur: quia sicut in saluatore erant omnes causæ magisterij: ita & post saluatorem in Petro omnes continentur: ipsum enim constituit esse caput eorum, vt pastor esset gregis dominici. Nam inter cætera dicit discipulis: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. & Petro dicit: ecce Sathanas expostulauit vt vos ventilet sicut triticum, ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu tandem conuersus confirma fratres tuos. Quid ambigitur? pro Petro rogabat, & pro Iacobo & Ioanne non rogabat, vt cæteros taceam? manifestum est in Petro omnes contineri: quia in alio loco dicit: ego pro his rogo quos mihi dedisti pater: & volo vt vbi ego sum & ipsi sint mecũ. Hactenus D. Augustinus.

Mar. 14. d. Luc. 22. c.

D. Aug. 4.to. li. q. no. & vet. testamen. quęst. 75. Nota inauares.

¶ *Et aperto ore eius inueniẽs staterem.* Parui & angusti animi est, amare diuitias, & auaritia torqueri. Et tamen videbis multos pecuniæ seruos: nihil nominantes nisi pecuniam, semper in ore pecuniam habentes. Sunt similes pisci huic habenti staterem in ore, quem D. Petrus assumpsit. Vtinã veniat aliquis D. Petrus, qui ex horũ ore & corde pecuniam aufferat.

¶ Finis. Capit. XVII.

¶ Docet Christus humilitatem, vitare scandalum, quo modo peccans arguendus.

Capit. XVIII.

In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes. Quis putas maior est in regno cælorum? Et aduocans Iesus paruulum statuit eũ in medio eorum, & dixit. Amẽ dico vobis, nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Quicunquè ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cælorum. Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit: qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspẽdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo à scandalis. Necesse est enim vt veniant scandala: verumtamen væ homini illi per quẽ scandalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scãdalizat tè abscinde eum, & proijce abste: bonũ est ad vitam ingredi debilẽ, vel claudũ, quàm duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si occulus

Marc. 9. e Luc. 9. f. Infr. 19. b

1. Co. 14. d.

Marc. 9. f

Lu. 14. d.

Sup. 5. e.

Mar. 9. g.

tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te, bonum est tibi vnum oculum habentem in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis vnũ
Eccl. 5.b. *ex his pusillis. Dico enim vobis, quia angeli eorum in cœlis sem-*
Psal. 33.a *per vident faciem patris mei qui in cœlis est. Venit enim filius ho*
Luc. 19.b *minis saluare quod perierat.*
Luc. 15.a *Quid vobis videtur si fuerint alicui centum oues, & errauerit vna ex eis. Non ne reliquit. 99 in montibus, & vadit quærere*
.b *eam quæ errauit: Et si contigerit vt inueniat eam, amen dico vobis quia gaudet super eã magis, quàm super 99. quæ non errauerunt. Sic non est voluntas ante patrem vestrum qui in cœlis est, vt pereat vnus de pusillis*
Luc. 17.a *istis. Si autem peccauerit in te fra ter tuus vade & corripe eum in-*
Leu. 19.d *ter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum,*
Eccl. 19.b *si autẽ te non audierit, adhibe te cum adhuc vnum, vel duos, vt*
Iacob 5.d
Deut. 19. b. *in ore duorum, vel trium testiũ stet omne verbum. Quod si nõn*
2. Co. 13 a. *audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit sit*

tibi sicut ethnicus & publicanus. Heb. 10.e Ioã. 8. c. 2. The. 3. d.
Amen dico vobis quæcũquè alligaueritis super terram, erunt 1. Co. 5.d
ligata & in cœlo: & quæcunq; Ioan. 20.f
solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terra de omni re quacunquè petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Tunc accedens Petrus ad eum, dixit. Domine quoties peccabit in me frater meus &
dimittam ei? vsq; septies? Dixit Luc. 17.a
illi Iesus: non dico tibi vsquè septies, sed vsq; septuagies septies. Ideo assimilatum est regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis: & cum cepisset rationem ponere oblatus est ei vnus qui debebat ei decem millia talenta, cum autem non haberet vnde rederet, iussit eum Dominus eius venũ dari, & vxorem eius & filios, & omnia quæ habebat & reddi. Procidens autem seruus ille, orabat eum, dicens: Patientiam habe in me & omnia reddam tibi. Misertus autẽ Dominus ser-

ui illius

ui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. Egressus aūt seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum dicens: redde quod debes. Et procidens conseruus eius, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abijt & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius quæ fiebant, constristati sunt valde: & venerunt, & enarrauerunt Domino suo omnia quæ facta fuerant. Tūc vocauit eum Dominus suus: & ait illi: serue nequam, omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me: non ne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quoad vsque redderet vniuersum debitum. Sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.

Ad literam.

E*T aduocans paruulum*. Anselmus significat hunc paruulum esse sanctum Martialem. Qui fuit ex nume. 70. discipulorum: cuius extant duæ Epistolæ. Nizepho. lib. 2. histo. capi. 36. Dicit fuisse Ignatium.

¶ *Quicunque se humiliauerit sicut paruulus iste.* Vel quisquis dimiserit se metipsum, vel humilem se reddiderit similiter puello isti.

¶ *Expedit ei vt suspendatur mola asinaria & demergatur*. Ecliptica videtur oratio. ¶ Expedit ei &c. Scilicet magis quam illud fecisse) *Vt suspendatur, &c.* Vel expedit, pro melius est. Hebræi carent comparatiuo.

¶ Apud veteres iudæos mos erat, (inquit Hieronymus) vt ingentium peccatorum perpetratores in profundum ligato saxo demergerētur. Hoc est quod hic dicitur: expedit ei. Quia multò melius est pro culpa breuem recipere pœnam, quàm æternis seruari cruciatibus.

¶ *Væ mundo à scandalis.* Hebra. propter scandala, siue offendicula; quasi dicat: infelicissimus est mūdus propter scandala, quæ pusillis assiduè creat. Vnde not. est: quòd præpositiones. á. vel ab, nūc causam designāt, vt in hoc loco, nunc rem aliquam præsidere rei per ablatiuum significatæ. Vt: Iosaphat erat á commentarijs, id est: præerat cōmentarijs. Nūc comparationem. Vt Paul. ait: Nihil minus feci à magnis Apostolis. Hoc est: nihil minus quàm Apostoli magni. Et est illud: descēdit hic iustificatus ab illo, id est: præ illo, aut plusquā ille, vt ait Hieronymus.

Regula. A. vel. ab quid designent in sacra scriptura.

2 regū 8

2 Co. 11.

Luc. 18.

¶ *Necesse*

¶ *Necesse est vt veniant scandala*. De necessitate consequentiæ, siue ex suppositione causæ efficientis, loquitur Christus. Vnde necessitas ex suppositione est, secundum quam aliquid argumento irrefragabili sequitur ex re aliqua, vel ex sententia præsupposita: veluti cum dicimus: si sic malè vixeris necessariò damnaberis. Talis necessitas est, secundum quam aliquid non potest non esse supposita actione causæ efficientis: ad quam necessitate natruæ hoc sequitur: quêadmodū dicimus: necesse est hūc qui talivtitur dieta ęgrotare. De hac igitur necessitate loquitur Christus in hoc loco cū dicit: necesse est vt veniant scādala. Quemadmodum si medicus videns hominem vtentem mala dietà, dicat: necesse est hunc ægrotare. Ita stante lapsu, imbecillitate, peruersitate humani generis: Christus præuidês zizania inter electos crescere vsque in consumationem seculi, dicit: Necesse est vt interdum scandala fiant, & hoc indicat sententia immediate præmissa: Væ mundo (inquit) à scandalis, hoc est: malè erit mundo propter scandala, & tunc subiungit: necesse est enim vt scandala fiant. Apertè insinuans: necessarium esse vt in mundo fiant scādala: in mūdo inquam, de quo Ioannes, mundus in maligno positus est totus. Sed non inde consequens est, hominem prorsus inuitum scandalizare aut peccare. Vnde & cōtinuò adijciens: verūtamē væ homini illi per quē scādalum venit, satis docet hāc necessitatē, nequè cogere neq; excusare eū qui scandalizat. Loquitur autem Christus de scandalo gemino, tam passiuo videlicet quàm actiuo: palam insinuās hominem habere in potestate, non solùm ne sit alteri offendiculo: verùm etiam ne ruat ex alterius offendiculo. Si manus (inquit) tua, aut pes tuus scādalizat te, abscinde &c. Deinde, etsi necesse sit, vt stantibus naturæ inclinationibus in mūdo fiant generationes & commixtiones coniugum: non tamen inde consequês est, quòd homo quispiam interdum ex necessitate aut generet, aut suæ vxori commisceatur. Nam super aliud hic, super aliud illic designatur necessitas. Sic alia designatur necessitas, cum dicitur necesse est vt in mūdo scandala veniāt, alia cum dicitur: necesse est hunc hominem scandalizare. Nam in priori propositione significatur necessitas huius: in mūdo scandala veniunt: in posteriori verò designatur, scandalizare necessariò conuenire rei quæ subijcitur. Quāuis ergo necesse est vt veniant scandala in mundo: non autem oportet per te scandala fieri. Nam si vis vt te non tangant scandala, exi de mundo, vt sis in societate eorum, quibus Christus dicit: Ego elegi vos de mūdo. Nam si mille sint scādala, non tāgent eum qui non fuerit de hoc mūdo, in quem intrauit peccatum per vnum hominem.

Necessitas ex suppositione quid sit.

1. Ioan. 5.

Scandalū duplex actiuum & passiuum.

Ioan. 15.

¶ *Per quem scandalum venit*. Per quē (inquit Chrysosto.) nonnunquā dicitur pro à quo. Gene. 4. possedi hominem per Deum, id est, a Deo. Fidelis Deus, per quem vocati estis, id est, à quo vocatis estis. 1. Corinth. 1. Et in hoc loco: per quem, id est, à quo scādalum venit.

Regula.

Gene. 4.

1. Cor. 1.

¶ *Bonum est tibi ad vitam ingredi quā &c*. Melius est tibi. Hebr. conficiunt enim Hæbrei sua comparatiua per præpositionem Men id est, ab (quam interpretes aliquando vertunt quā) po-

Regula.

positiuis subiunctam. Vt bonus sum ego à patibus meis, idest, melior quā patres mei. Psalm. 117. Bonum est confidere in Domino quàm confidere in homine, idest melius est &c. Ecclesia. 7. Bona est sapientia cum hereditate, & amplius videntibus solé, idest, melior est sapiētia opibus iūcta hominibus viuentibus &c.

Psal. 117
Eccl. 7.

¶ *Angeli eorum semper vident &c.* Idest, angeli eorum custodes atquè tutores, á quibus Deus nunquàm auertit faciem suam, accusant apud Deū illos à quibus iniuriam accipiūt isti humiles, moribus & vita pueros referentes. Vide Danie. 10. Apocaly. 12. Exo. 23. de Angelis custodibus.

Dan. 10. Apoc. 12 Exod. 23. Gene. 9.

¶ *Si peccauerit in te.* Gene. 9. enarratur, quód Cham impius risit vidés nuditatem patris, atq; nuntiauit fratribus suis. Cham iste eorum figurā gerit, quibus summum studium est, peccata aliorum etiam occulta propalare, contra legem naturæ, quæ dicit; Quod tibi nō vis alteri ne facias: contraquè hoc præceptum Christi: si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum.

Figura.

¶ *Si peccauerit in te.* Vel si te præsente & vidente, aliquod scelus admiserit, & ita te offenderit. De publica iniuria quæ Deo fit loquitur. Præpositio, in, pro, ante accipitur. ¶ Vnde illud est etiam animaduertēdum: quód quisquis coram me peccat, re vera in me peccat: & animam meam si Deo grata est, maximè cruciat. Vnde Petrus in. 2. Epistola ca. 2. loquens: quomodó Sodomitæ peccabāt præsente Loth, Sic ait: Aspectu enim & auditu iustus erat: habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Item Paulus ait: Quis scandalizatur & ego nō vror? Psaltes Dauid Psalm. 118. Tabescere me fecit zelus meus. Tabescit iustus de offensa Dei: tabescit de interitu & perditione fratris: quemadmodum è contra exultat ac gaudio maximo afficitur, cum eum pœnitere videt.

Qui corā me peccat in me peccat.
2. Pet. 2.
1. Co. 11
Psa. 118.

¶ *Frater tuus &c.* Quare, si fidelis postquàm peccauerit adhuc frater à Christo appellatur, dareque iubet operā, vt illum à peccato reuocemus; quod si non assequamur, ab Ecclesia puniri vult: minimè extra Ecclesiam esse censendus est. Improbi ergo ad Ecclesiam pertinent.

Improbi ad ecclesiá pertinent.

¶ *Inter te & ipsum solum.* Idest interim dum tu & ipse soli estis. vel te & ipso solis.

¶ *Si peccauerit in te frater tuus corripe eum &c. dic Ecclesiæ.* Vel vno hoc testimonio cōtendunt nonnulli summū Pontificē etiā extra casum hæresis, iudicem habere in terris: videlicet Ecclesiam vniuersalem. Certum est (inquiunt) quod Papa noster frater est. cum vnus pater scilicet Deus, & vna mater scilicet Ecclesia, omnibus fidelibus sit. Vbi ergo correptus de manifesto crimine emendare se noluerit, dicendum est Ecclesiæ, sicut fit alijs confratribus: & hoc non nisi vt iustitia fiat: quia aliàs frustra diceretur: sed iudicium fit per superiorē: summus ergo Pontifex superiorem habet iudicem in terris scilicet ecclesiam vniuersalem, quæ ipsum incorregibilem existentem, iudicare & punire valeat. Alijs autem hæc sententia non placet. Quia etsi summus Pontifex noster frater sit naturæ conformitate, & fidei religione: est etiam princeps & caput, totius vniuersalis Ecclesiæ, supremam potestatem habens in ea. Ratione ergo primi scilicet,

An summus pōtifex habeat superiorem in terra qui illum corrigere possit.

Sũmus pōtifex, etsi fraterna charitate corripi potest, denũciari tamẽ nō potest. cet, quia frater noster est, extendit se ad eum hoc testimonium, in ea parte in qua simplex tangitur fraterna correctio, quæ dicit simplicẽ quãdã admonitionẽ, quæ cũ sit actus charitatis extendit se ad omnẽ proximum, siue superiorem, siue æqualem, siue inferiorem, sicut & ipse charitatis effectus. Ratione verò secundi: videlicet quòd princeps & caput est, supremam potestatem habens in Ecclesia: non extendit se hoc testimonium in ea parte, in qua contra non suscipiẽtem correctionem fraternam, iubetur denuntiationem fieri: quia cũ denuntiatio non acquiescentis fraternæ correctioni, ordinetur ad finem vt talis punitione corrigatur, qui per simplicem admonitionem non corrigitur, & talis non fiat nisi superiori: non potest denunciari prælatus qui superiorem non habet: nisi sit tale peccatum eius, per quod à sublimitate cadat: quale est peccatum hæresis. Quòd verò summus Pontifex superiorem nō habeat iudicem in terris, *D. Ber.* manifestè inter alios innuit Bernardus, qui ad Innocentium pontificem scribens, sic ait: Quis faciet mihi iustitiam de vobis? Si haberem iudicem ad quẽ vos trahere possem, iam nũc ostenderem vobis. Vt parturiens loquor quid mihi eminet: extat quidẽ tribunal Christi: sed absit vt ad illud appellem vos. Hæc Bernardus.

¶ Multa tamen sunt acommodata remedia, quibus admonẽdus est summus Pontifex, in moribus turpiter errans: ac praua vita sua totam Ecclesiam scandalizans. De quibus infra dicemus cum de moribus agamus.

Regula. ¶ *Corripe eum inter te & ipsum solum.* Notanda est hæc regula in scriptura sacra. Vt si quid Petro vt priuato homini congruit: hoc ad singulos fideles expectare existimemus: cuiusmodi est hoc correctionis præceptum. Sin verò quicquam illi conuenit vt Apostolorum principi & Ecclesiæ pastori: hoc sine controuersia putemus ad successores in Ecclesiæ pontificatu esse referendum: idquè in genuino literæ sensu: nam & quæ legis lator ciuilis præscribit delegatis suis, nō ad eum solùm, sed ad cæteros qui illi in eodem officio succedunt, referuntur.

¶ *Adhibe tecum adhuc vnum vel duos.* Sub. testes sceleris admissi. *Vt in ore duorum*, idest, in sermone duorum, *stet* omne verbum, idest, omnis res rata sit. Hoc est: vt duorum testimonio possit reuinci. Hebr. apud Hebræos *Hebr.* quodlibet negotium, res, causa, aut factũ, verbum dicitur, eò quòd verbis *Verbum in scriptura sacra quid significet.* soleant complecti & narrari. Sic etiã Hiere. 32. Non erit tibi difficile omne verbum. Sic & in libris regum sæpe iuuenies. *Hiere. 32 c.* Luc. 1. Non erit impossibile apud Deum omne verbũ, idest, *Luc. 1.* nulla res. stare vero in iudicio per metaphoram, significat vincere iudiciũ, *Stare in iudicio quid.* causamq; approbare. Duorum igitur testium testimonio, omnis causa, & omnis res, & omne iuditium vinci potest.

Ecclesiæ capita ecclesia vocãtur. ¶ *Dic Ecclesiæ.* Idest, cætui & congregationi publicæ, siue multitudini: vel paælato, qui Ecclesia dicitur, eò quòd sit caput eius: sicut capita ciuitatis ciuitas appellantur: & Christus rex cœlestis, appellatur regnũ cœlorum, quòd sit caput regni cœlorum. *Aristo. 9. ethi. c. 9.* Vnde præclarum est illud quod Aristo. ait: ciuitatẽ id maximè esse, quòd est in ea principale. Inde est, vt quæ principes, vel gubernatores ciuitatis faciant & sentiant, ea ciuitas facere ptu-

& sentire, dicatur. Cuius rei in scri-
3.Reg.8. ptura sacra illud exemplum est: con
gregati sunt omnes maiores natu Is-
rael, cum principibus tribuũ, & du-
ces familiarum in Hierusalem. Et in
ferius: cõuertitquè rex faciem suam,
& benedixit omni Ecclesiæ Israel:
omnis enim Ecclesia Israel stabat. Il-
Exo. 19. lud est etiam simile huic: Venit Moy
ses, & conuocans maiores natu popu
li, exposuit omnes sermones quos
mandauerat Dominus, responditq;
omnis populus simul, cuncta quæ lo
quutus est Dominus, faciemus. Itaq;
maiores natu dicuntur omnis po-
pulus.

¶ *Dic Ecclesiæ*. Non ergo Ecclesia
Ecclesia ex bonis & malis constat. constat ex solis prædestinatis, nequè
ex solis iustis: aliàs incerta & incog-
nita esset Ecclesia, cum planè nõ cõ-
1.ratio. stet qui sint prædestinati qui non:
Qui iusti & Deo chari, & qui impij
& iniusti sint. Ecclesia ergo cui
denuntiandum est, non ex bonis tan-
tum, sed ex bonis & malis constat.
2.ratio. ¶ Alioqui quibus Ecclesia occulta
est, quid habeant illi facere cum in
graues incidũt de lege, ac religione,
quæstiones? Cum duobus aut tribus
testibus criminis admisi frater ad-
monitus non corrigitur? Num ani-
mi pendere vsquè, & nullo firmo lo
co consistere? Incerta nempe erũt om
nia, si apud solos pios Ecclesia est. In
quocunquè enim Ecclesiæ iudicio,
excipiet is contra quem sententia di
citur, quòd iudices non sunt pij. Quã
obrem qui Eccclesiam, iustorum solũ
numero deffiniunt, ij cùm à malis Ec
clesię pastoribus omnem potestatem
auferunt, tum iudiciorum Ecclesiasti
corum vires infirmant, nec vlla habe
re possunt Ecclesię firma dogmata.
3.ratio. ¶ Ac nisi Christus intelligeret, ma-
los Ecclesiæ suæ non partes quasli-
bet, sed primas etiam aliquando futu
ros, nusquàm illud profectò admone
ret: super cathedram Moysi sederunt Infra. 23.
scribæ & pharisæi: quæcunquè dixe-
rint vobis facite, secundùm autem
opera eorum nolite facere. ¶ Quid
verò Paulus? hic causam quæritur in- 1.Cor. 4. 4. ratio.
ter dispensatores, vt fidelis quis inue
niatur. Mihi autem pro minimo est
vt à vobis iudicer &c. Quod si neces-
sarij essent boni mores, vt aliquis pars
& minister esset Ecclesiæ, non vtiq;
pro minimo haberet Paulus ab ho-
minibus iudicari, cũ tale iudicium
cum Apostolicę potestatis ruina cer
nebat esse coniunctum. Nunc autem
videns ad dispensatoris potestatem
illud non esse necessarium, quod Co
rinthij nonnulli requirebant, mihi
ait pro minimo est vt à vobis iudi-
cer &c. ¶ Iam quot, quamq; vehem-
tes scrupuli, quantaquè confusio at- 5.ratio.
què perplexitas ipsis etiam dispensa-
torum animis inijceretur, si ex pecca
to ab Ecclesia alienarentur, omnem-
què adèo Ecclesiæ potestatem amitte
rent? bene igitur subditur ab Apo-
stolo: sed nequè me ipsum iudico.
Humanorum autem iudiciorũ quan
ta temeritas si ab animi virtute Eccle
siæ partes officiaquè penderent? Ea
propter adiungit: nolite ante tem-
pus iudicare. Quantum vt schisma-
tum quotidie in Ecclesia videremus,
dum vnus alteri diceret, tu non es de
Ecclesia quia malus es: ego de Eccle-
sia sum quia sum bonus? Dumquè
etiam quem hic damnaret, eum, ille
deffenderet, quantum putas fore litiũ
iurgiorumquè materiam? Præclarè
itaquè concludit Apostolus: hæc au-
tem trãsfiguraui in me & Apollo vt
vnus aduersus alterum infletur pro
alio.

alio. Maneat igitur Ecclesiæ nomē, fideles vniuersos, probos, improbosq; complecti. Cum ergo frater duobus aut tribus testibus præsentibus admonitus, de crimine commisso emendare vitam renuerit, dicendum est Ecclesiæ, hoc est, prælato qui cunq; ille sit: siue dicēdum est Ecclesiæ, hoc est, publicæ congregationi fidelium, vt sic quemadmodum Diuus Hieronymus ait in glo. multorū detestatione habitus opprobrijs saluetur, qui pudore saluari non potuit.

D. Hiero.

¶ *Quod si Ecclesiæ non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, quæcunque enim alligaueritis &c.* Ex isto loco tria solent colligere doctores sancti. Primùm in Ecclesia esse excommunicādi facultatem, atq; potestatem semouedi a communione fidelium hominem pertinacem, qui primò & secūdò & tertiò admonitꝰ resipiscere nō vult: secundum est, talē excommunicationis pœnam pro solo inobedientiæ crimine incurri. Si ecclesiæ (inquit) non audierit, sit tibi tāquam ethnicus &c. Ad hoc enim dumtaxat hunc gladium Christus ecclesiæ suæ tradidit, vt subditos posset in suā obediētiam cogere. Quare licet quis scelera & flagitia quantuncūquè grauissima commiserit, dummodo ecclesiæ sit parere paratus, potest quidē iudex alio supplicio pro commisso crimine eum plectere: excommunicare verò minimè. Tertium est, trinam monitionem esse ante excommunicationem præmittendam necessariò. Hæc enim ex hoc loco colligitur, vbi peccantem fratrem admonetur Petrus corripere priuatim, etsi tunc non audierit, iubetur secundò adhiberi duos testes quos: si non audierit, iubetur denuntiari ecclesiæ. Ex quo in Concilio Rhetomagensi colligitur trinæ monitionis necessitas. 16. quæst. 7. can. omnes decimæ. Sub his verbis: statuimus vt decimas dare nolentes, secundùm Domini præceptum admoneantur semel, secundò & tertio: qui si non se emēdauerint anathematis vinculo feriantur. ¶ Tu vero adde his: quàm sit grauissimum crimen, ecclesiæ iussis nō obtemperare, quippe quod tam graui supplicio coerceatur. Quo circa Paulus Thessalonicensibus cum præcepta dedisset, adiungit: itaque qui hæc spernit, non hominem spernit sed Deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. Ita cum Ecclesia spiritu Dei agatur, qui præcepta & leges eius spreuerit Deū spernere videtur. Vt Christus Apostolis ait: qui vos spernit me spernit. Et Moyses populo murmuranti dixit: audiuit Dominus murmurationes vestras, quibus murmurati estis contra Deum: nos enim quid sumus? neque contra nos est murmur vestrum sed contra Dominum. Et quoniam Samuelis imperio non esset populus contentus, Samueli ait Deus: non te abiecerunt sed me.

Potestas excōmunicandi data est ecclesiæ.

Pro sola inobediētia inferri potest excōmunicatio.

Trina admonitio est necessaria.

16. q. 7. c. omnes decimæ.

Grauissimū crimē est ecclesiæ nō obedire.

1. Thes. 4.

Luc. 10.

1. reg. 8. b

¶ *Amen dico vobis quæcunque alligaueritis super terram erunt alligata & in cœlo &c.* Quæ Apostolis mandasse legimus Christum Dominum, ea eorū successoribus credimus ad literā esse mandata. Cuius rei exemplum hic habes. Et illud item Ioan. sicut misit me pater, & ego mitto vos: accipite Spiritum sanctum &c. Vide quæ annotauimus sup. in illa verba: corripe eum inter te & ipsum solum. ¶ De hac verò potestate ligandi atque soluendi, multi multa disputant: inter

Regula.

Ioan. 20.

est

Vuald de Sacra ca 143. & 144. quos est Vualden lib. de Sacramentis c. 143. & 144.

Potestas soluendi à peccatis est cõcessa in hoc loco ecclesię ex D. Augu. lib. de vera & falsa pœnitẽtia c. 9.

¶ *Quæcunque solueritis, &c.* Pollicetur ergo in hoc loco Dominus Apostolis, & ex consequenti eorum successoribus, potestatem soluendi & ligandi, quam explicat D. August. li. de vera & falsa pœnitentia. c. 9. exemplo Lazari dicens: ipsi enim sacerdotes plus iam possunt proficere, plus confitentibus parcere, quibus crimẽ remittit Dominus. Lazarum enim iam suscitatum obtulit discipulis soluendum: per hoc ostendens, potestatem soluendi concessam sacerdoti: Dixit enim: quodcunque solueris super terram, soluetur in cœlis. Hoc est. Ego Deus, & omnes ordines cœlestis militiæ, & omnes sancti in mea Ecclesia laudant nobiscum & confirmant quod ligatis & soluitis. Non dicit quos putatis ligare, & soluere, sed in quos exercetis opus iustitiæ & misericordiæ. Alia autem opera in peccatores non agnosco. Hæc ille. In qua sentẽtia innuitur plena auctoritas quam Dominus super peccantes commisit Ecclesiæ: quia Dominus priùs ipse soluit reum potestate sua, non sic vt tollat Ecclesiæ soluẽdi potestatem, sed conferat: quia nisi ipse priùs peccatori ad aperiendum scelus, sua potestate inspiraret anhelitũ, non posset sacerdos soluere non concessum. Ideo Lazarum iam suscitatum (inquit Augustinus) obtulit discipulis soluendum: ostendens per hoc, potestatem soluendi concessam sacerdotibus. Cui vtiquè sententiæ

Ambrosi. conuenit expositio illa Ambrosij, in eundem locum Euangelij. libr. 2. de pœnitentia post medium, vbi dicit: videns itaquè graue onus peccatoris, illachrymat Dominus Iesus. Solam enim flere non patitur Ecclesiã: Compatitur dilectæ suæ, & dicit defuncto: veni foras. Hoc est; qui iaces in tenebris conscientiæ, & delictorũ tuorum sordibus, & quodam reorũ carcere: exi foras: delictum proprium prode, vt iustificeris: ore enim cõfessio fit ad salutem. Si confessus fueris à Christo vocatus, claustra rumpentur, & omnia soluentur vincula: etsi corruptelæ corporeæ grauis fœtor sit. Sequitur: quantũlibet ergo mortui fœtor sit aboletur omnis, vt sacrũ redoluerit vnguentum, & surgit defunctus, & solui iubentur eius vincula, qui adhuc in peccato fuit: tollere velamen de facie eius, quod veritatem gratiæ quã acceperat obumbrat. Sed quia venia donatus est, reuelare faciem, aperire vultum iubetur, non habet enim quod erubescat, cui peccatum remissum est. Hæc Ambro.

¶ Hæc autem potestas ligandi atquè soluendi quid sit, explicat D. Augu. super psal. 101. tract. 2. in principio. D. Augu. sup ps. 101.

Soluitur (inquit) vnusquisq; à vinculis cupiditatũ malorũ, vel à nodis peccatorũ suorũ. Remissio peccatorũ solutio est. Quid. n. prodest Lazaro quia processit à monumẽto: nisi diceretur soluite eũ, & sinite abire? Ipse quidẽ voce de sepulchro suscitauit: ipse clamãdo aĩam reddidit: ipse terrenã molẽ sepulto impositã abiecit, & processit ille vinct9. Nõ ergo pedib9 proprijs sed virtute producentis. Fit ergo hoc in corde pœnitẽtis, cũ audis hominem suorũ peccatorũ pœnitere, iã reuixit: cũ audis hominẽ cõfitendo proferre cõsciẽtiã, iã de sepulcho eductus est, sed nondũ solutus est. Quando soluitur? à quib9 soluitur? quę solueritis, inquit, in terra soluta erunt in cœlo. Meritò per Ecclesiã dari solutio peccatorũ po-

Potestas soluendi est potestas remittendi peccata.

potest. Suscitari autem ipse mortuus, nisi clamante Domino non potest: hoc enim Deus interiùs agit. Loquimur ad aures vestras: vnde scimus quid agatur in cordibus vestris? quod autem intus agatur, non à nobis sed ab illo agitur. Hæc ille. Remissio ergo peccatorum, solutio est. Tunc igitur suscitatur peccator à Domino & de sepulchro educitur, cum diuino afflatu gratiæ præuenientis excitatus prodit se in confessione. Túnc verò ille à vinculis peccatorum soluitur, cum virtute absolutionis sacerdos omnia peccata condonat.

¶ *Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quamcunquè petierint, fiet illis à patre meo: vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Aliqui existimant conciliorum auctoritatem isto solo testimonio inniti: sed tota errant via: nihil enim de Ecclesiæ concilijs præfinire videtur in hoc loco Christus, sed vnitatis consensionem commendare, cuius ad impetrandum magna vis est. Quòd si propter Innocentium. 20. distinct. capit. De quibus. & propter synodum. 6. acti. 17. & propter synodum Chalce. in Epistola ad Leonem, de synodis locus ille intelligatur: aliter deinde explicare possumus, quòd quemadmodum in nomine principis consilium aggregatur, cũ eius auctoritate indicitur: sic synodus Ecclesiæ in Christi nomine cogitur, cum indicente Christo, vel eius vicario cogitur. Concilia itaquè quæ præter auctoritatem Romani Pontificis fiunt, non oportet Christum in medio habeant. Talis autem fuit synodus Carthaginensis sub Cypriano, & aliæ idgenus, tametsi ne: omnes

Nõ isto testimonio innicitũ cõciliorũ auctoritas vt aliqui existimant.

Quòd si de synodis intelligitur aliter explicari debet hoc testimoniũ.

quidem viri iusti, qui in nomine etiam Christi congregantur, quamuis Christum in medio habeant, adhunc semper effectum habent, vt veritatem quæstionis propositæ discernere & tenere possint: sed si fuerit res ad salutem necessaria, hoc fiet illis à patre cœlesti. Vt vel ab eo in cuius nomine & auctoritate congregati sunt, probentur si vera dixerint: vel doceantur si vera non dixerint. Id enim satis est, vt preces eorum exauditæ dicantur, iuxta præscriptum huius loci testimonium.

¶ *Non solum septies, sed septuagies septies.* Septuagies septem sic enim Græca ad verbum reddi possunt, vt subaudias peccata, id est, quadrigenties nonagies. Infinitas remissiones indicat: quasi dicas latinè sexcenties.

¶ *Simile est regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis.* In hac parabola argumentum sumitur à simili. Totus scopus propter quem sumitur hæc parabola est, vt nos contra legem Dei peccantes, si velimus misericordiam à Deo expectare, demus veniam cõseruis in nos peccantibus: præsertim si illi veniam ante nos procidẽtes petãt, sicut Deus misericors est nobis supliciter rogantibus. Neq; opus est in hac parabola exactè singula scrutari, ne curiosa fortasis magis sit, quàm inuestigatio vtilis: cum scire sufficiat, quòd in decẽ millium talentorum tam magnum debitum intelligamus, quantum soluere Deo impossibile nobis sit: etiã venundatis nobis, vxore & liberis: quia nihil à se homo habet, per quod se à peccati debito redimat. in debito cẽtũ denariorũ intelligitur offẽsa quã fecit homo in hominẽ. Hęc etsi maior sit quã homo soluere posset homini: lõga ta-

Scopus huius parabolæ quis sit.

tamen est distantia & maior, quàm est differentia decem millium talétorum, & centum denariorum. Oportet ergo in omnibus parabolis (quod aliàs diximus) considerare scopos, propter quos magister noster Christus assumpserit illas. Vid. quæ annotauimus. Cap. XIII.

Ad mores.

Efficiamini sicut paruuli. Vide quæ annotauimus capi. 11. in illa verba: quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

¶ *Si oculus tuus scandalizat te, erue eũ.* Hinc discamus, quantum fidelibus cauendum sit à malorum & impiorum conuersatione, moribus, & factis: latè enim serpit contagio, & facilè incautos inficit. Hinc est quòd Gene. 24. ait Abraham ad seruum seniorem domus suæ, qui præerat omnibus quæ habebat: Pone manum tuam subter femur meum, vt adiurem te per Dominum Deum cœli & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum inter quos habito. Videbat enim in his gentibus inter quas habitabat, multa quæ moribus suis non conueniebant. Hinc etiam est quòd Iacobus ait: vera religio est, immaculatum se custodire ab hoc seculo: mundus enim totus in maligno positus est. Huc pertinet quòd Christus in hoc loco, manus & pedes abscindere: imò & oculos eruere iubet, si offendant.

Cauendũ est à malorũ conuersatione, moribus, & factis.
Gene. 24.
Iacob. 1.

¶ *Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis.* Gene. 43. ait Ioseph: Non videbitis faciem meam, nisi adduxeritis fratrem vestrum minimum. Hanc vocem veri Ioseph Christi, audiant omnes Christiani, ne quempiam quamtumuis humilem & pusillum contemnant; nam & hos, & potissimũ illos, vult habere Ioseph noster. Videte (inquit) ne contemnatis vnum ex pusillis.

Gen. 43. Figura.

¶ *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum.* Seneca in prouerbijs ait: amici vitia si feras, facis tua. Et idem etiam: consueta vitia ferimus: nisi reprehendimus. Et Innocen. d. 83. cap. error, sic ait: Error cui non resistitur approbatur: negligere quippe cum possis perturbare peruersos, nihil est aliud quàm fouere, nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.

Seneca.
Correptio necessaria. d. 83. c. error.

¶ Vnde Diuus Augustinus. 1. libr. de ciuitat. cap. 9. egregiè docet causam propter quam in hac vita boni simul flagellantur cum malis: quia scilicet neglexerunt cum possent malos corripere. Flagellantur (inquit) simul, non quia simul agant malam vitam, sed quia simul amant temporalem vitam: non quidem æqualiter, sed tamen simul: quam boni contemnere deberent: vt alli correpti atque correcti, consequerentur æternam: ad quam consequendam si nollent esse socij, ferrentur & diligerentur inimici: quia donec viuũt, incertum est vtrum voluntatem sint in melius mutaturi. Quare non vtiquè parem, sed longè grauiorem habent causam. Quibus per Prophetam dicitur: ille quidem in suo peccato morie-

D. Augu. 1 li. de ciuit. c. 9.
Flagellantur sæpè & boni in hac vita non corripientes malos.
Ezec. 33.

morietur, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. Ad hoc enim speculatores, hoc est: populorũ præpositi cõstituti sunt in Ecclesijs, vt non parcant, obiurgando peccata. Nec ideo tamen ab huiusmodi culpa penitus alienus est, qui licet præpositus non sit, in eis tamen quibus vitæ huius necessitate coniungitur, multa monenda vel arguenda nouit, & negligit, deuitãs eorum offensiones, propter illa quibus in hac vita non vt debuit, vtitur, sed plusquã debuit delectatur. Lege totum illud. c. D. August.

¶ Idem Augustinus super Epistolam Ioannis, & habétur. 23. q. 5. capi. non putes. Non putes (inquit) te amare tunc seruum tuum, quando ei nõ das disciplinam: aut tunc amare vicinum tuum, quando eum non corrigis. Nõ est ista charitas, sed languor. Ferueat charitas ad emendandum & corrigendum. ¶ Idem Fausto ait: quid faciet Ecclesiæ medicina salutẽ omnium materna charitate conquirens: tanquã inter phreneticos & lethargicos æstuans: nunquid contemnere? nunquid desistere, vel debet, vel potest? vtrisquè necesse est: vt sit molesta quæ neutris est inimica. Nã & phrenetici nolũt ligari: & lethargici nolunt excitari. Sed perseuerat diligẽtia charitatis: freneticum ligare: lethargicũ stimulare: ambos amare: ambo offenduntur: sed ambo diligũtur. ambo molestati, quandiu ægri sunt indignantur, sed ambo sanati congratulantur.

D. Augu. 23. q. 5. c. nõ putes.

Idem. 23. q. 4. c. quid faciet.

Simile.

¶ Et in Epistola ad D. Hierony. idem Augustinus ait: Nescio vtrum Christianæ amicitiæ putandæ sunt, in quibus magis valet vulgare prouerbium, obsequium amicos, veritas odium parit, quàm Ecclesiasticum: meliora sunt vulnera diligentis, quã fraudulenta oscula odientis. Corripiendus est ergo frater, non adulandus: Non enim Christus Dominus in hoc loco ait: Adulare eum: sed corripe eum &c. ¶ Quanta verò modestia & verborum lenitate, hæc correptio fraterna facienda sit, docet Diuus Hierony. super illud Prouerbi. 29. qui vehementer emungit, ellicit sanguinem qui modestè (inquit) alloquitur proximum, gratum accipit responsum: & quasi de vberibus de quibus lac quærebat, butyrum exprimit: sed qui incepto verbo rixam & discordiam ex fraterno corde prouocat: quasi necessariũ vltra modũ emungens sanguinem ellicit. Hæc Hieronymus. Vnde, qui nimia asperitate fratres suos corripiũt, similes sunt (vt D. Bonauentu. ait) illis qui patellas veteres reficiunt: qui dum foramẽ vnum vno ictu mallei obstruere volunt: vel multa foramina faciunt, vel patellam omnino confringunt. Quid enim aliud est correptio, nisi vasis fracti reparatio? Vnde Ecclesiasti. 21. sapiens ait: cor impij quasi vas cõfractum. Si ergo reparaturus patellam, ictum mallei temperas, quare ad reficiendum cor peccatoris cõfractum, correptionem non temperas? Vitia siquidem animi (auctore Seneca) sicut vulnera carnis leniter tractanda sunt. Plus enim (ait Ambro.) proficit amica correptio, quam turbulentia. Tales etiam similes sunt barbitonsoribus, qui sine aqua capillos capitis aut barbæ radere volunt. Quid per aquam quæ barbam humectat, nisi lenitas designatur, quæ correptionem præire & comitari debet? iuxta illud quod D. Paulus ad Gala. scribens ait.

Augusti.

Prou. 27.

D. Hiero. Pro. 25.

Qua modestia corripiendus est frater.

D. Bonauen. de do ctri. cordis.

Simile.

Eccle. 21.

Seneca.

Ambrosi.

Simile.

Nos

Gal.6. Vos qui spirituales estis, corrigite huiusmodi hominem præoccupatum in delicto, in spiritu lenitatis. Volebat Apostolus barbam radẽdam humectare, qui in spiritu lenitatis fieri præcipiebat. Grauissimũ sanè est ab ignoranti barbitonsore, nouacula dentata, sine aqua radi. Quid enim est dentata nouacula, nisi mordax & aspera correptio: quæ illos qui malè raduntur, idest, ineptè & aspere reprehendũtur, cogit cum abundantia lachrymarum faciem rigare? Noli ergo aquam dimittere in barba radenda, lenitatem & mansuetudinem in correptione facienda: aufer dentes à nouacula, idest, conuitium à correptione, vt malos capitis aut barbæ pilos, idest, excessus & crimina fratris furari potius quàm violenter auferre videaris. Simile. Qui enim iumentum suũ onerare volunt: mollia supponere consueuerunt: ne onus superimpositum, iumentum lædat, dorsumquè eius totum excoriet. Simile. Ille etiam qui quadrigam trahere facilè vult, modulos quadrigę vngere solet: vt ab equis leniùs & suauius trahatur. Sic tu preces & supplicationes supponere debes, vt onus correptionis frater facilè portare sine aliquo nocumento possit. Vel hinc discant prælati subditos suos cum mansuetudine corripere, quando obstinati & rebelles nõ sunt. Discant etiam iram in correptione sibi subijcere: & non ab ira & indignatione subiectari. D.Ber. Quod de iusto Malachia docet Bernard: quòd scilicet ira in manu eius erat: vocata veniebat, nutu & non impetu ferebatur, quacunquè vellet vtebatur, & cum nollet non vtebatur. Ideo Moyses de vindicta Dei aduersus Aegyptios verba faciẽs, ait: Exo.15. Exod. 15. Misisti iram tuam, quę deuorauit eos sicut stipulam. Non mittunt iram, sed potius ab ira mittuntur, qui iræ suæ impetum sequuntur. Mitte ergo tu, quisquis sis, ante te iram tuam exemplo Domini, vt non ex impetu, sed maturo & liberato consilio, & animi lenitate culparum exequaris vindictã. Animaduerte quod de viro stulto dicat Iob.c.41. Cum apprehenderit eum gladius, subsistere non poterit: Iob.41. per gladium iram intellige: qui stultum apprehẽdere dicitur, cum ab ira superatur. Multo profectò melius est apprehendere gladiũ, quàm à gladio apprehẽdi, idest: iram cohibere, quàm ab ira superari. Non te superet ira ait Iob.c.26. Iob.26. Hoc est, quod de iudice Christo sapiens ait. Acuet diram iram in lanceã. Sap.5. Iram suam ille acuit, qui illam cohibet, & animo suo dominatur: & deliberato & prudenti iudicio fratrem corripit, aut vindictam in eum peccantem exercet. Ille verò ab ira acuitur, qui non nutu sed impetu fertur. Modestia igitur, & animi mansuetudo, & lenitas, in correptione adhibenda est &c.

¶ Sal etiam prudentiæ & discretionis est etiã in correptione maximè necessariũ. Prudẽtia in correctione necessaria. Nã primũ nõ publicè corripiẽdus est frater. Corripe, inquit, eũ inter te & ipsum solũ: Deinde personarũ status inspiciẽdus est: nã (aucto re Hierony.) nõ sanat oculũ, quod sanat calcaneũ. D.Hiero. Quare cũ sene & veterano partiùs agẽdũ est, vt ait Seneca, Seneca. & D. Paul. 1. Ti. 2. seniorẽ ne increpaueris, sed obsecra vt patrẽ. 1.Tim.1. Cũ iuuene verò q benignitate nõ corrigitur, durius agendũ est, incutiẽdo. s. timorẽ. Vnd. Aug. ait: sicut meliores sũt, quos amor corrigit, ita peiores sũt quos nõ corrigit timor. Sed in timore isto in

ritas nimia verborum (quod iam diximus) omnino vitanda est ac fugienda. De leuibus etiam criminibus, leuis debet etiam esse correptio: ne contra muscas & pulices cum gladio pugnare videamur.

¶ Illud etiã maximè ante oculos habẽdũ est, vt ex amore & charitate fraterna correptio exire videatur. Hoc est enim quod significare voluit (inquit Bonau) inter alia Esaias. c. 2. cum ait: egredietur virga de radice Iesse. Quid per virgã (inquit Bonau.) nisi correptio? Quid per Iesse, quòd interpretatur incendiũ, nisi amor designatur. Quid ergo est, virgam de radice Iesse exire: nisi correptionẽ de radice charitatis procedere? Nã qui ex malo animo aliũ accusat: aut qui precipuè in correptione fratris cõfusionẽ intẽdit, nõ aũt correctionẽ aut emendã: is grauiter offendit, etiam si vera sint quæ profert.

Ex charitate procedere debet correptio fraterna. Esai. 1. c. D. Bonau. de doctri. cor. c. 63.

¶ Tandẽ in correptione fratris cõmodũ quærendũ, & intẽdendũ esse, satis apertè docet Christus Dominus in hoc loco, dicens: si enim te audierit, lucratus es fratrẽ tuũ. Quare inutiliter corripit, qui sciẽs & prudẽs incorregibilẽ hominẽ corrigit, fine illius aut aliorũ emolumento aliquo. Quãdo quis etiã imperio potius quã charitatiua admonitione, corrigere aliquẽ cõtẽdit, plꝰ multò nocere quã prodesse solet. Nã vt August. ait: mali quãdoq; tolerãdi sunt: ac pro ecclesiæ pace & trãquillitate substinendi. Lenitas ergo, & discretio, & charitas, & vtilitas, in hac fraterna correctione maximè (vt diximus) necessariæ sunt, vt rite fiant. De quibus D. Bonauent. de doct. cor. c. 63. & 77.

Cõmodũ fatris est attendẽdũ in correptione.

¶ *Si te non audierit.* Sunt sanè corda quorundam hominum perditorum (inquit Bonau.) similia carnis veteris gallinæ, quæ nec coqui possunt, nec dentibus aut vnguibus carpi: correptionem scilicet nullo pacto ferentia. De quibus Salomon ait Pro. 15. Non amat pestilens eum qui se corrigit: imò tales sunt similes equis scabiosis, quorum si vulnera tangãtur, fremere atquè recalcitrare solent. Tales etiã diabolo similes sunt, qui corrigi non potest. Vnde idem Salomõ ait; Qui odit correptionem vestigiũ est peccatoris: Peccatorem vocans diabolum per Antonomasiam. Sicut enim vestigium pedi omnino assimilatur: sic talis qui correptionem non audit, diaboli vestigiũ ac expressam similitudinem in corde suo habet. Indiciũ siquidem est & argumentũ maximum stultitiæ, non solum correptionem non audire: sed eam ob causam corripientem odio habere: quòd solẽt quã plurimi, ideo ait Salo. argue sapiẽtẽ & diliget te. Et alio in loco: plꝰ proficit correptio apud sapientem, quã. 10. plagæ apud stultũ. Præterea arguentẽ & corrigẽtẽ odire; præsefert cordis leuitatẽ. Ideo sapiens ait: Non murmurabit correptus vir prudens & disciplinatus. Quẽadmodũ enim dolium inane & vacuum cum malleo percutitur, maximè resonat, si verò plenũ fuerit, minimè strepitũ vllum facit: sic qui vacui sunt diuina gratia & sapientia, cum corripiuntur murmurare solẽt: pleni autẽ tacent & substinẽt: imò æquo animo audiũt & corriguntur. Hæc ex D. Bonauentura. Libenter igitur audiamus corrigentes nos: cum totis suis viribus nos Deo lucrari cõtẽdant. Quod si illos audire noluerimus, saltẽ nõ tã insipientes & stulti simus, vt eos propter correctionem odio habeamus.

Obstinatis nihil pdest correptio. D. Bonau. de doctri. cordis. c. 18. Simile. Prou. 15. Simile. Eccl. 21. Prou. 9. Eccle. 20. Simile.

¶ Dic

[Quid fiet quádo Súmus pótifex in moribus turpiter errat? Vid. Turrecrema. li. 2. de Ecclesia. ca. 606.]

¶*Dic Ecclesiæ*. Quid igitur (quærút aliqui) faciendum est, cum summus Pontifex qui superiorem Ecclesiam non habet, turpiter in moribus errauerit; potestate sua abutendo: bona Ecclesiæ dissipando: beneficia ecclesiæ vendendo? quibus respondemus: plura nobis suppetere remedia. ¶Primum est, humilis admonitio, & fraterna charitatiua correctio: quæ vt supra diximus ad superiores se extendit. [1. remedium.] ¶Secundum est, oratio pia ac deuota totius Ecclesiæ. [2. remedium.] Orandus enim est tunc Deus: vt illum aut illuminet aut de medio tollere velit: cor enim regis in manu Dei est, & quocunquè voluerit vertet illum. [Pro. 21. a] Ipse est enim qui cor Regis Assueri crudele conuertit in mansuetudinem, quando Iudæis mortem parabat. [Esther. 9.] Hoc remedio audita est Ecclesia contra Anastasiú secundum, qui orationibus iustorú percussus interijt. De quo in capi. Anastasius distinct. 19. cum glo. [In c. Anastasius. di. 19.]

¶Tertium est vbi prædicta non prodessent, resistentia. [3. remedium.] Resistédum enim ei esset in faciem per principes Ecclesiæ. Hoc est: Cardinales, sicut Paulus restitit Petro, quia non ambulabat ad veritatem Euangelij. ¶Quartum est, non acceptare, si forte simoniacus sit, eaque male & contra legé Dei per eum essent gesta: vt promotiones, prouisiones beneficiorú, collationes manifestè simoniacè factas: cú tales in Ecclesiá nó per Christú qui est ostiú, sed aliúde intrare præsumpserint, qui nó pastores Ecclesiarú sed fures & latrones arbitrádi sunt. [4. remedium.] Vnde Grego. septé falsas taliú iudicat ordinationes, in. c. ordinationis. 1. q. 1. ¶Quintú remediú est, cóuocare concilium generale: [5. remedium.] quæ cóuocatio per Cardinales fiéda esset, quádo summ9 Pótifex renuerit cógregare: aut per alios illis negligétibus, quòd tamen nó ad summú pótificé deponédú, esset aggregandú, cú talé potestaté non habeat: sed ad prædicta tria cú maiori auctoritate faciédú, scilicet ad illú admouendú, ad orandú pro illo solémniter. Si enim Domin9 in hoc. c. ait: si duo consenserint super terram, de omni re quácunq; petierint, fiet eis á patre meo: quátò magis vbi tot ac táti patres cógregati sunt, vno animo cósentientes, et potissimè orátes pro re tá necessaria ecclesiæ vniuersali? Et tandé si hæc nó proficerent, cógregádú esset cóciliú ad resistendú tot tantisq; malis, etiá cú inuocatióe brachij secularis: Hoc est, imperatoris, aliorú què principú: ne tota Ecclesia periclitaretur. Sextum remediú, quando occulto Dei iudicio hæc non sufficerent, esset: ad tépus patienter tolerare quod diuina iustitia tolerat. [6. remedium.] Nó enim verosimile est, vt talis diu à Deo toleraretur. Vnde Psal. 36. Dauid ait: inimici verò Domini mox vt honorificati fuerint & exaltati, deficiétes quemadmodum fumus deficient. [Psal. 36.]

¶*Si duo ex vobis consenserint*. Quantú apud Deú valeat oratio cómunis, iá nuper diximus in secúdo & quinto remedio, quibus vtitur ecclesia, quando Súmus pótifex criminosus est. [Oratio cómunis maximè prodest.] Ité si iuxta scripturá sanctá deprecatio vni9 iusti assidua multú valere dicitur: [Iaco. 5.] quátò magis oratio iustorú multorú: quátò etiá magis iustorú totius ecclesiæ? Vnde D. Th. de regé & regno scribés, ait: [D. Tho. li. de rege & regno.] quod si omnino cótra tyrannú auxiliú humanú nó posset haberi: recurrédú esset ad regé omnium Deú: qui est adiutor in opportunitatibus. Ipse est qui Nabuchodonosor crudelem in tantam deuotio-

nem conuertit: quòd factus est diuinæ potentiæ prædicator. Hæc ex Thoma. Hoc enim remedio vsus est. B. Hylarius, qui contra Leonem Pontificem (secundum alios, Liberium) orando præualuit. Hoc etiam vsus est contra Anastasium secundum Ecclesia, vt iam retulimus.

¶*Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio illorum.* In medio eorum sum, tanquàm scilicet Dominus, magister & princeps: vt adsim eis, iuuemquè eos & defendā. Qua loquutione vsus est Dominus Exod. 8. Vt scias quia ego Dominus in medio terræ. Metaphora sumpta est à regibus & principibus, qui sedes suas ferè habēt in medijs prouintijs: vt meliùs & faciliùs illis prospicere, easquè regere & gubernare, tueri, defendereq; possint, cum opus fuerit. Ad similitudinem humani cordis quod in medio corporis humani constitutum esse videtur, vt ex eo veluti ex fonte, spiritus vitalis quo totum viuificatur corpus, commodiùs in omnia membra diffundi possit. Hac de causa inquiūt Hebræi, Deū sedem suam Hierosolymis habere voluisse, quæ in meditullio Iudææ sita est: vt æquè omnibus ad istum locum vbi cultus Dei erat, & vbi Dominus illis propitius precesquè eorum exaudire decreuerat, aditus pateret. Ex quibus reges & principes discāt quod piaculi sit, ad angulos regni pro sua propria commoditate confugere: relinquētes loca, quibus suis commodiùs prospicere possent.

In medio illorū esse quid significet.

Exod. 8.

Similitu.

¶*Non dico tibi septies, sed &c.* Idest, toties quoties peccauerit. Hinc colliges quanta sit Dei misericordia, quā taq; eius benignitas, qua omnes peccatores quantumuis grauissimos ad pœnitentiā vocat: Nullūq; in hac vita peccatū esse irremissibile, apertè in hoc loco demōstrat, quasi dicat: Nullus erit numerus peccatorum, nullū ve genus, quod non remittes. Hinc est, quòd multo ante per prophetam dixerat: si impius egerit pœnitentiā ab omnibus peccatis suis &c. Ab omnibus dicit. Quare in vniuersum statim subditur: omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor. Et in alio loco ait: viuo ego (inquit Dominus) nolo mortem impij. Hoc est, nullius impij cuiuscuis conditionis impietate fuerit infectus. Vnde subdit: nunquid voluntatis meæ est mors impij (inquit) Dominus? & illud Ioelis. 2. vniuersale verbum est, conuertimini ad me: quemadmodū illud: venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā vos. Et ad Apostolos Ioan. 21. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, idest, quorumcunquè, & quæcunquè peccata. Est enim vtroquè verbo vniuersalis assertio, qua plenissima confertur Apostolis potestas. Quibus testimonijs Ecclesia commota definit cap. firmiter, de summa Trinitā. & fide ca. quod si quisquàm post baptismum prolapsus fuerit in peccatū, per veram potest semper pœnitentiā reparari. Vnde D. Chrysost. in lib. de reparatione lapsi, & refertur can. talis de pœnitētia d. 3. talis (inquit) mihi crede, talis est erga homines pietas Dei, nunquàm spernit pœnitentiā, si ei sincerè & simpliciter offeratur: etiam si ad summum perueniat malorum, conuersum ad libertatis viam libenter amplectitur.

De misericordia ostendit.

Ezec. 18.

Capi. 33.

Ioel. 2.

Sup. 11.

Ioan. 21.

Ca. firmiter.

Chryso.

¶Nequè his obstat quod Ioan. capit. 12. ait: propterea non poterant credere quia iterum dixerat Esaias

Obiectio.
Ioā. 12.
Esai. 6.

c.6. Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos: si enim non poterant, nulla eis pœnitentia sufficiebat. Non inquam obstat hoc: nam inter auxilia Dei specialia, sunt gradus. Est enim ordinarium auxilium, quod sufficit suapte natura vt resipiscat peccator. Hoc autem Dominus nulli hominum etiam sceleratissimo denegat: sed semper stat ad ostium eius & pulsat, vt ipse ait Apocalyp.3. Aliud tamen excellentissimum auxilium est, quo homines in profundum malorum co lapsi, indigent vt resurgant à suis sceleribus: hoc autem non semper Deus illis offert: sed quasi miraculum est grande illos resipiscere: quod in Babylonicis & in Pharaone videre est. De quibus Hiere.c.51. ait. Curauimus Babylonem & non est sanata: derelinquamus eam, quoniam peruenit vsq, ad cœlum iudicium eius. Quo in sensu tales homines scelerati dicuntur excæcati, & non posse credere. Immeritò tamen isti culpam huius in Deum reijcient, qui sufficienter quantum ad illũ attinet illis auxiliatur: sed potius se ipsos inculent, qui tam difficilem salutem suam fecerũt. Ita vt semper stet sententia illa Oseæ: perditio tua Israel, idest, tu es illius causa. Quò fit, vt quãdo per timores seruorum, quos natura instigante, habere possunt eiusmodi iniqui & scelerati homines, cor suum emoliuerint, atquè alijs calamitatibus & ærumnis edomati, á tam ingenti scelerum prauitate cesare cœperint, tũc sufficiet eis ordinarium auxilium: præterquàm quòd illud etiam egregium nonnunquàm illis offert; vt Mathæo, Magdalenæ, & Paulo.

Nota de auxilio speciali.

Apo. 3.

Hier. 51.

Oseæ. 13. c.

¶ Quòd si quosdam legimus pœnitentiam egisse, & tamẽ gratiam & misericordiam non inuenisse: non de vera, sed deficta potius pœnitentia intelligendum est. Esau enim non eiulabat nisi propter primogenituram amissam: tamen odiũ fratris non deponebat: imo dicebat: veniet luctus patris mei, & occidã Iacob fratrem meũ. Antiochus etiã 2. Macha. 9. diuina plaga percussus, cœpit imaginem quandam pœnitẽtiæ verbis affingere: sed tamen quia non verè eum offensæ Dei pœnitebat, sed quòd culpa illa causa eiusdẽ plagæ fuerat, veniam non obtinuit: quod hystoria significauit appellans eum scelestum quia scelestè Dominum orabat. ¶ Nequè mirandum est quòd Christus supra capit.12. dicat: qui dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro: cum non affirmet huiusmodi peccatum esse irremissibile: sed non remittetur inquit. Loquitur enim de facto, secundũ communẽ rerum cursum, scilicet propter defectum pœnitentiæ, quæ difficilis est, in his qui consultò absq; ignorantia & animi passione delinquunt. Iuxta illud Esaiæ. 22. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur: & reuelata est in auribus meis vox Domini exercituum: si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini, dicit Dominus; quasi dicat minimè. ¶ Nequè obstat etiam quod Ioan. ait in prima sua Canoni.c.5. est peccatum ad mortem, non dico pro eo vt oret quis. Vocat enim D. Ioannes peccatum ad mortem, quãdo hominem videmus adeò obstinatum & inueteratum, vt in inimicitijs, aut in concubinatu, aut in vsura, aut obstina-

2. obiectio.

Hebr. 12

Gene. 27

2. Mach. 9.

3. obiectio.

Sup. 12

De peccato in spiritum sanctũ vid. S. Th. 2.2.q 14.

Esai. 22.

De hoc vide. Chry. hom. 42. sup. Mat.

4. obiectio.

1. Ioan. 5.

obstinatissima hæresi, vt quantùm prudentia docet humana, nulla spes de illo habeatur. Et tunc non prohibet D. Ioan. orare pro illo: non enim ait, nemo oret: sed non dico, idest, non præcipio vt roget quis, aut quemadmodum est Græcè, vt roges. Orare enim pro huiusmodi hominibus est pro re desperatissima preces fundere: quàuis tales conuerti possint: vt D. Paulus precibus Stephani, & D. August. precibus matris. Quare sæpe est consilium orare pro talibus: tametsi pro Turca & perfidis Iudæis rarò sint qui orent. Hinc est quod ecclesia pro infidelibus non nisi in die Parasceue orare solet. De huiusmodi ergo genere peccatorum dicit Ioannes: quasi desperato & deplorato non pro eo dico, idest, præcipio vt quis roget. Cui loco Ioannis aptè quadrat pulchra illa exageratio Ecclesiastici. 28.

Eccl. 28. aduersus vindictæ cupidos, quam visum est hic explicandi gratia, & huiusmodi homines à vindicta deterrendi adiungere: est autem huiusmodi: qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini reseruat iram, & a Deo quærit medelam: in hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Ipse dum caro sit, reseruat iram, & propitiationem petit à Deo? Quis exorabit pro delictis illius? tam detestandū est fraternæ vindictæ scelus, vt pro eo orare non cogamur: tam detestandum est etiam infidelitatis peccatū, quo quis post agnitum Deum ad idola reuertitur,

Hiere. 7. vt dicat Dominus Hierem. 7. Tu ergo noli orare pro populo isto, neque assumas pro eis laudem & orationē: & non obsistas mihi, quia non exaudiam te. Nonne vides quid isti faciāt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalem: filij colligunt ligna, & patres succendūt ignem, & mulieres cōspergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cœli, & libent dijs alienis? Pro quibusdam ergo peccatis difficilis est impetratio veniæ: quāuis nullum sit omnino in hac vita, quod cōdonari non possit, si toto corde conuertamur ad Dominum. Vnde verba hæc Domini: Noli orare pro populo isto quia non exaudiam te, & alia id genus, comminatoria sunt. Sicut

illa Ionæ. 3. Adhuc. 40. dies & Niniue subuertetur. Nam postquàm in Ionæ. 3.

hoc loco & capit. 14. dixerat Hieremias: Noli orare pro populo isto. & Hier. 14.

cap. 15. Si Moyses & Samuel steterint & 15. coram me, non est anima mea ad populum istum: statim eodem cap. propter orationem Hieremiæ nomine populi, ait Dominus: si conuerteris conuertā te, & ante faciē meā stabis.

Pari modo intelligitur illud Amos. Amos. 1.

1. & 2. cap. Vbi Dominus ait super & 2. tribus sceleribus Damasci, & super quatuor nō conuertam eum. Intelligitur, inquàm, quantum ad flagella. Quæ in illo loco comminatur Dominus Damasco & Tyro, persequentibus populum Israel. Ait enim Dominus: quòd si vnum aut alterum incursum fecissent aduersus populū, forsitan pepercisset eis, sed quia pergebant bella multiplicare, deperdet eos. Quòd verò attinet ad culpā, septuagies septies conuersis pepercisset, vt in hoc loco pollicetur.

¶ Atq; ad hunc comminatorium sensum ait Dominus Prou. 1. Tunc Prou. 1. inuocabunt me, & non exaudiam,

Comminatur enim multa flagella in hac vita pro peccatis inferenda, quod ex præcedentibus patet. Quando venerit (inquit) super vos tribulatio, & angustia, & repentina calamitas. Nam ad pœnas remittendas non semper necesse est, vt Deus exaudiat preces etiam iustorum hominum.

¶ *Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat decem millia talenta &c.* Hæc ratio tunc sumitur in hac vita, quando peccatori in memoriam veniunt, tum innumera Dei beneficia, quæ quantò maiora sunt, tantò maiorem ad seruiendum Deo inferunt obligationem, vt D. Gregorius ait. Tum etiam quando veniunt innumerabilia peccata aduersus Deū commissa, loco gratitudinis exhibēdæ. Tum deniquè quando in memoriam venit, quàm horrendum sit incidere in manus Dei viuentis. Ex quibus subit in mentem timor maximus pœnarum: quo timore correptus, ait intra se peccator cum Dauid: Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum: quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Quid igitur tunc temporis faciet peccator? id scilicet quod homo iste fecit; procidat ad pedes Domini; & deprecetur veniam: satisfactionem polliceatur, atquè similem illius animum inducat, (vt Basilius ait) qui dixit: iniquitatem odio habui, & abominatꝰ sum. Et rursum, Domine ne in furore tuo arguas me. Ea item faciat, quæ pro alioqui peccauerat, facta ab ijs fuisse Apostolus testatur: qui secundum Deum contristati fuerant. Ecce (inquit) hoc ipsum secundum Deum contristatos esse vos: quantam in vobis operatum est solicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam, in omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio. Quòd si deniquè vt Zachęus commissa peccata contrarijs rectè factis multis cōpensauerit, tunc misertus Dominus peccatoris, dimittet eum, & debitum etiam condonabit.

Quando peccator reddit rationem.

Psalm. 37

Quo pacto consequetur homo veniā peccatorū

Psal. 118

D. Basi. in regulis breuiori bus interrogatione 5.

Psal. 6.

2. Cor. 7. c.

Luc. 19

¶ *Nonne omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti &c.* Iam hic vides quanta sit orationis efficatia & virtus. Quare inter alia quæ nos vt securè diem Domini expectemus, maximè præparabunt, est oratio humilis. Tanta enim est eius virtus vt iusti iudicis misericordiam imploret. Vnde Salomon ait: oratio humiliātis se nubes penetrabit, donec appropinquet nō consolabitur: & non discedet donec aspiciat altissimus. Et angelus ad Tobiam: quando orabas cum lachrymis ego obtuli orationem tuam Domino. Et Dominus per Esai. ad Ezechiam: audiui orationem tuam: vidi lachrymas tuas. Plurimum enim valet apud Dominum humilis oratio coniuncta lachrymis. Nam vt Diuus Hieronymus ait: oratio Deūm lenit: lachryma cogit: hæc vngit: illa pungit. Vnde D. Bernar. ait: ô humilis lachryma, tua est potentia: tua est regni gloria. Ante faciem iudicis sola intrare non vereris: quicquid petieris impetrabis: accusatori silentium ponis: & quandoquè sententiā ab ore iudicis rapis: vincis inuincibilem: ligas omnipotētem. Loquamur ergo in amaritudine animæ nostræ, & dicamus Deo; Noli nos condemnare, & tunc omne debitum dimittet nobis, quoniam rogauimꝰ illum.

Orationis virtus maximè si iūcta est cū lachrymis

Eccle. 35.

Tob. 12.

Esai. 38.

D. Hiero.

Bernard.

ora-

oratio enim hominis contriti cœlos penetrat, veniam impetrat, & Deum placat.

¶ Imò vt hác orationis virtutem extollamus, illud hoc in loco addendum esse dignum existimaui: quod aliqui existimant tantam esse orationis efficaciam, vt illa possit iustificationis gratiam nonnunquàm impetrare. Si enim peccata actu displicent, quæ malè placuerunt, adhuc tamen imperfectè & quantum satis non est ad gratiam. Vel si quis ideo non dolet de suis peccatis, quia illa memoria exciderunt, aut alia aliqua ratione ea ignorat inculpabiliter: posset superueniens oratio impetrare veniam peccatorum. Imò si commissa peccata actu non displiceant, sed virtute duntaxat, & subito aliquo mortis periculo quispiam præuentus, cōuersus toto corde ad Dominum feruēter clamet: Domine miserere mei, tantam esse virtutem orationis, aliqui persuasi sunt, vt tunc, vel solam orationem credant satis esse ad remissionem peccatorum omnium. Et dicunt virtute displicere peccata illi qui ita esset affectus, vt de illis doleret, si vel eorum meminisset, vel locū haberet pœnitentiæ. Ego tamen vix crediderim, posse ita feruidam orationem contingere absquè pœnitentiæ actu: ipsa namquè cordis compūctio est, quæ sic cogit exclamare, & implorare Dei misericordiam. Sed si id contingat, orationem habere virtutem hanc: ostendisse nobis videtur Christus, cum dixit: petite & accipietis: quærite & inuenietis: pulsate & aperietur vobis. Et ne iustis tantum hæc dici putaremus, continuò subiecit: omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Et hoc Chrysosto. in Math. aliquanto dilucidius fecit his verbis: omnis qui petit accipit, siue iustus sit, siue peccator. Et ipse Christus, vt & ad petitionem iustificationis & remissionis peccatorum hæc intelligeremus referri, testante Luca, mox addidit: si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quātò magis pater vester cœlestis dabit spiritum bonum petentibus se?

Oratio sola potest iustificationis gratiam nonnūquā impetrare secundū aliquos. Vega li. 6 c. 38.

1. argum

Sup. c. 7.

Chryso.

Luc. 11. b.

¶ Vtquè ista orationis virtus manifestior esset nobis, in præsenti parabola huius qui debebat decem millia talenta: Regem commemorauit dixisse: *Serue nequā omne debitum dimisi tibi quia rogasti me &c.*

2. argum.

¶ Atq; ex his edoctus est Ioannes quod postea vniuersæ Ecclesiæ tradidit, dicens: hæc est fiducia quam habemus ad Deum: quia quodcunquè petierimus secundùm voluntatem eius audiet nos. Quid autem magis secundum voluntatem eius possumus petere, quàm nostram iustificationem? Omnes vult saluare, & neminem vult perire: & voluntas illius (sicut ait Paulus) sanctificatio nostra est. Eccle. Item hanc potentiam orationis nobis olim expresserat: fili, peccasti, non adijcias iterum: sed & de præteritis deprecare, vt tibi dimittantur: nunquàm ille ad orationem hortatus esset, ea præsertim adiecta particula, vt tibi dimittantur, nisi certus fuisset orationem eius esse valoris, & meriti apud Deum, vt et veniā queat peccatorum impetrare.

3. argum.

1. Ioan. 5.

Ecclesi.

1. Ti. 2.

1. The. 4.

Eccle. 21.

¶ Et qui omnes ad se confugientes benignè recipit, quomodo credatur despicere eos, qui subitis mortis periculis præuenti, ad vnius ipsius clementiam pia & humili oratione con-

4. argum.

Zach. 1. confugiunt? Ipse sanè dixit: conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Neque dubitari potest quin & conuersio ad ipsum, sit feruens & deuota suæ misericordiæ imploratio.

7. argum. ¶ Si apud homines clemétes & benignos, hanc vim habeat humilis petitio remissionis offensæ sibi illatæ: multo magis profectò & apud Deú, cuius miserationum non est numerus, hanc gratiam oratio habere censenda est. Et si homines vt iniurias sibi illatas condonent, magis humilem petitionem veniæ, aut certè non minùs quàm earum pœnitentiam recipiunt, & eam petitionem veniæ pœnitentiæ loco habent, neque amplius requirunt: non est cur credamus expertem esse huius virtutis apud Deum orationé humilem, quà nostrorum peccatorum remissioné petimus.

Ioã. 9. ¶ Sed quid (inquies) quod Beatus ille cæcus Euangelicus ait: scimus quia peccatores Deus non exaudit? Cæci nondum illuminati (dicit D. Aug. Augustinus) fuisse hæc verba, & de perseuerantibus in peccatis ille loquebatur: non de actu, vel virtute illorũ pœnitentibus ea verba esse intelligẽ Cyrillus. da doctè admodum probat Cyrillus Esai. 1. ex Esai. 1. & Threno. 3. verissimum Thre. 3. què est, Deum non exaudire peccatores, vt testimonium eorum sanctitati per miracula exhibeat. Quare cũ miracula illa eximia, de quibus cæcus & pharisæi tunc agebant, in testimonium diuinitatis & sanctitatis Christi fierent, optimè cæcus potuit exinde sanctitatem Christi tueri, quòd peccatores Deus non exaudit.

¶ *Nonne omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me?* Non ergo solum eleemosyna & ieiunium, sed & oratio quãuis mentalis sit, satisfactoria est: impetrat enim à Deo omnium talẽtorum veniam. Quod si ita non esset, neq; in hoc loco dixisset Rex Christus: nonne omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me? Neque alio in loco docuisset nos orare, dicentes: Dimitte nobis debita nostra. Sed ais: oratio afflictionem corporis secum non affert; non ergo est satisfactoria. Ad quod facilè respondemus: quòd si oratio vocalis sit, afflictione corpus afficere: si verò mentalis sit, etiam si spiritus suauitatem afferat secum: carnis macerationem secum habet. Nam vt D. Grego. ait super Ezechi. Dum crescit in nobis fortitudo amoris intimi, infirmatur proculdubio fortitudo carnis. Vnde & neruus femoris Iacob, legitur Gene. 32. ex tacta Angeli emarcuisse. Quod si oratio nullam pœnam afferret corpori, tanta est eius virtus & potentia, vt impetrando veniam; sic satisfacere dicatur. Peccata ergo nostra si eleemosynis aut ieiunijs redimere non possumus; saltem lachrymis & precibus redimamus; vt audire a Rege Christo mereamur; Omne debitũ dimisi tibi quoniam rogasti me.

Oratio est satisfactoria.

Sup. 7.

An oratio sit opus pœnale.

D. Greg.

Quamuis oratio nõ esset pœnalis, est satisfactoria per modum impetrationis.

¶ *Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus Dominus tradidit eum tortoribus &c. Sic pater meus faciet vobis, si non dimiseritis de cordibus vestris vnusquisq; fratri suo.* Dimittamus ergo æquo animo iniurias nobis illatas, ne tortoribus inferorũ tradamur. Dimittamus libenter hominibus peccata eorum; vt dimittat nobis pater cœlestis peccata nostra; vt idem Dominus ait. Ité Ecclesia. 28. Dimitte proximo tuo nocenti te; & tunc peccati tibi peccata soluẽtur. In quæ verba interlinea-

Sup. 6.

Eccl. 28.

Glosa.

lis

ris glosa ait: indignum est Deum ei esse propitiū, qui crudelis est in proximum. Et D. Augustinus: vnusquis- *Augusti.* què talem indulgentiam accepturus est à Deo: qualem ipse dederit proximo suo. Via sanè aptissima est ad veniam peccatorum consequendam, iniuriarum remissio. Quod significatum inuenimus. 4. Reg. 4. in mulie- *4. Re. 4.* re illa, quæ debita sua creditori soluit, oleo ab Elisæo multiplicato. O- *Figura.* leo igitur misericordię, quo erga proximum nobis iniuriam inferentem vtimur, Deo omnia debita soluimus: sin aũt nõ dimiserimus de cordibus nostris: nec nostris nec alienis precibus misericordiam à Deo expectemus: sed ille nos tortoribus tradet. *Eccle. 28.* Hinc est quod Ecclesiasticus ait: Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam: & peccata eius seruans seruabit. Quis exorabit pro delictis illius? Homo homini seruat iram, & à Deo quærit medelam? in hominē similem sibi non habet misericordiam, & pro peccatis suis deprecatur? Ipse cum caro sit reseruat iram, & propitiationem petit à Deo?

¶ *Tradidit eum tortoribus, quousquè redderet vniuersum debitum.* Notandum hoc in loco maximè est, quòd non solùm immisericordia indigna est venia sed quod multò plus est, homini non ignoscenti misericordia cum proximo suo, videntur peccata iam remissa reuocari. Detestemur igitur iram & odium in proximum: Tum vt Christum Dominum imitemur, quem patientissimum fuisse satis nobis omnibus constat. Summa enim religionis est, vt Augustinus ait, imitari quem colis: Tum etiam ne à nobis, qui vindicari volumus, omnia iam olim peccata dimissa, repetat. Ec-

An peccata iam dimissa per sequentē culpā redeant: ad vindictā. Augusti.

ce in hoc loco vides, quo pacto Rex tradidit seruum suum tortoribus, quousquè redderet vniuersum debitum prius sibi dimissum, quoniã rogauerat illum. Et quamuis doctores Theologi quamplurimi, oppositã sententiam veriorem esse iudicent: *S. Tho. 3. p. q. 88.* timendum sanè est Dei incomprehensible iudicium: quis enim cognouit sensum Domini: aut quis consiliarius eius fuit? Audio psalmistam *Rom. 11. Psal. 78.* dicentem: Domine ne memineris iniquitatum nostrarũ antiquarũ, cito anticipent nos misericordiæ tuæ. Et alio loco: redeat in memoriam iniquitas patrum suorum. Audio mu- *Psa. 108.* lierem Sareptanam dicentem: quid *3. Re. 17* mihi & tibi vir Dei: ingressus es ad me, vt rememorentur iniquitates meæ? Deum autem iniquitatum antiquarum reminisci, quid aliud esse potest, quàm ad æternas pœnas iterũ peccata imputare. Audio etiam D. Gregor. in hunc locum Mathæi di- *D. Grego.* centem: inde constare, si quod aliquis in nos deliquit, ex corde non dimittimus, & illud rursus exigitur, quod nos iam per pœnitentiam dimissum fuisse gaudebamus. Et Diuũ Augustinum lib. de Bapt. imo asserē- *D. Augu. lib. de baptis.* tem redire dimissa peccata, vbi fraterna charitas non est, apertissimè Dominus in Euangelio docet; in illo seruo à quo Dominus debitũ petijt, eò quòd ille conseruo suo debitum nolet dimittere. Sed quicquid de hoc sit, aliorum sto iudicio.

¶ *Si non dimiseritis vnusquisq; &c. de cordibus vestris.* Odium ergo & propriam vindictam in hoc loco prohibet Dominus. Hanc enim Deo esse reseruatam, docet. D. Paulus ad Roma. 12. Mihi vindictam & ego retri- *Rom. 12.* buã, dicit Dominus. Sed si esurierit

ini-

inimicus tuus, ciba illum &c. Hoc enim faciens carbones ingeres super caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Non tamen prohibet, vt coram iudicibus à Deo in vindictam malorum positis, compareamus: iustumquè iudicium aduersus inimicos & persequutores requiramus. Quod in hoc loco significauid Dominus, dicēs: Sic pater meus faciet vobis, si non dimiseritis de cordibus vestris, animi iracundiam tantum vetans.

¶ Cap. XVIII. Finis.

¶ Uxor non dimittenda, mandata Dei obseruanda, & diuitiæ spernendæ.

Capi. XIX.

ET factum est: cū consumasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem, & sequutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum pharisæi tentantes eum, & dicentes, Si licet homini dimittere vxorem suam quacunq̃ ex causa? Qui respondens, ait eis. Non legistis Gen. 1. d. *quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos? Et dixit, propter hoc dimittet homo patrem & matrē,* Gene. 2. d *& adhærebit vxori suæ: & erūt* Ephe. 5. g *duo in carne vna. Itaq̃, iam non* 1. Co 6. d *sunt duo: sed vna caro, quod ergo Deus cōiunxit, homo non separet. Dicunt illi, quid ergo Moyses mandauit dare libellū repudij, & dimittere? Ait illis.* Deut. 24. a. *Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras, ab initio autem non fuit sic. Dico au-* Supr. 5. e. *tem vobis, quia quicunq̃ dimise-* Mar. 10. b. *rit vxorem suam, nisi ob fornica-* Luc. 16. d *tionem, & aliam duxerit, mœ-* 1. Cor. 7. b. *chatur: & qui dimissam duxerit mœchatur. Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis, Non omnes ca-* Mar. 10 b *piunt verbum istud, sed qui-* Luc. 16. c. *bus datū est. Sūt.n. eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat. Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret & oraret. Discipuli autem increpa*-

velut vnus homo censebuntur. Itaq; iam, vel, itaq; posthac. *Non sunt duo sed vna caro* idest, non censebuntur duo, sed vnus homo. Est autem is sermonis color Hebræis familiaris: erit mihi in patrem, pro erit mihi pater, seu vice patris. Sic, Erūt duo in carnem vnam, pro erunt vna caro, seu vice vnius carnis, idest, hominis Heb. est.

2. Reg. 7. Sic. 2. Reg. 7. Ero ei in patrem & ipse erit mihi in filium, idest ego ero ei vt pater, & ipse erit mihi vt filius.

¶ *Ad duritiam cordis vestri.* Vel ob duritiam cordis vestri.

¶ *Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudij & dimittere? Ait illis: quoniā Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores.* ¶ De libello repudij videtur esse contrarietas apud Euangelistas. Nam in hoc loco apud

Concordia euāgelistarum. Mar. 10. Mathæum. Christus nō ait Moysem mandasse. sed ad duritiam cordis permisisse, vt vxores dimitterent. Apud Marcum autem ca. 10. ait: Moysem præcepisse libellum repudij. Ad duritiam (inquit) cordis vestri permisit Moyses præceptū hoc. Sed non sunt cōtrarij: nā aliud est dimittere vxorē aliud dare libellū. Dimittere vxorē nō præceptū, sed propter duritiā cordis erat permissū, & hoc voluit Christus apud Mat. de dimissione vxoris respōdens. Dare libellū repudij præceptū erat his, qui volebant vxores dimittere; & hoc voluit Christus apud Marcū de libello repudij dādo explicans præceptum. Ya que a vno se permitia dexar la muger, mandaua Moysen que le diesse el libello &c.

Nota. ¶ *Dico vobis quia quicunq; dimiserit vxorem suam nisi ob fornicationem: & aliam duxerit.* Non intelligas ob fornicationē licere dimittere vxorem & aliam ducere. sed licere tātum dimittere. Quare illa particula (ob fornicationem) adiungi debet illi, quicunq; dimiserit vxorem. Vel dicendum quód excepit Christus fornicationem, quia de illa imprætentiarum nihil voluit definire. Quicunq; ergo dimiserit vxorem, excepta fornicationis causa, qa de fornicatione nihil modo definio. No me quiero meter aora en esso Fuera de esto, quicūq; dimiserit vxorē suā & alterā duxerit mœchatur.

¶ *Non omnes capiunt verbum istud.* Idest, hoc dictum non descēdit in animos omniū quód alijs affectib9 sunt occupati: vt illic nō sit locus diuino consilio. Verti potest. Nō omnes capaces sunt huius rei. Quomodo locū capacem vocamus, qui tā est spatiosus, vt possit recipere quod infertur.

¶ *Qui se castrauerunt propter regnum cœlorum.* Idest, qui volentes continent, vt commodiùs doctrinam Euangelicam annuntient. 1. Cor. 6. 1. Co. 6.

Cœlibatus probatur. ¶ *Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cœlorum.* Quid ad hoc testimoniū respōdebūt Lutherani, qui Cœlibatū execiātur: & votū castitatis esse ineptū & improbatū affirmāt? Si hoc ita esset cur Christus laudat eunuchos, qui se castrauerūt propter regnū cœlorū? Cur apostolus cœlibatū & perpetuā castitatē suadet? Qui cœlibatū improbāt, volūt Christum & Paulū cōculcare. Qui votū castitatis

Psalm. 75. frāgūt, cōtēnūt Dauidē. Vouete & reddite dño Deo vro: & in alio psalmo: tibi reddā vota mea. Et Eccle. dicētē:

Eccle. 5. si qd vouisti Deo ne moreris reddere displicet. n. ei in fidelis &. stulta promissio; sed quodcūq; voueris redde. Sed dicūt Lutherani neminē esse qui castitatem seruet. Quod planè & impium est. Sunt enim absque dubio multi christiani castissimi & cōtinētissimi. Quid loquor de chrīanis; cū sit memoriæ proditum, multos

gentiles nō solum castitatem seruasse, sed pro ea seruanda se morti obiecisse. Narrat Valerius Maximus li. 6. Græcam quamdam fœminā nomine Hipponē, cū hostiū manibus esset excepta, se in mare proiecisse, ne incontinentes homines eius pudicitiam violarent. Sabellicus autem lib. 5. scriptum reliquit. Democlem adolescentem Atheniensem in feruentis aquæ lacum se proiecisse, vt castitatem quam in periculo videbat, tueretur. Voluit potiùs in interitum voluntarium ruere, quàm continentiā amittere. Quid dicam de virginibus Vestalibus, cum si aliqua in crimen incontinentiæ incidisset, viua in cāpo scelerato sepeliebatur: pro cuius incestu vt refert Fuluius in lib. de antiquitatibus erat in vrbe publicus luctus. Ethnici castitatem seruant: nos autem dedicati Christo, eiusquè sanguine redempti, cœlestiquè præsidio muniti etiam seruare nō poterimus? Quis audiuit vnquam tale? Vbi igitur Christiana religio? Vbi carnis mortificatio? vbi crux nostra? vbi voluptatum contemptus? vbi vis illa Christiana, quam patitur regnum cœlorum, quod violenti rapiunt? vbi pudicitiæ feruor? vbi ardentes preces ad Christum fusæ, feruentibus lachrymis sotiatæ? vbi cœlestis præsidij fidutia? Nonne videtis ô impij Lutherani vos hac in re etiam ab ethnicis infidelibus superari? sed dimittamus illos tanquàm cœcos & duces cœcorum.

Valerius Maxim⁹. Sabellic. Fuluius.

¶ *Magister bone quid boni faciam &c. quid me interrogas de bono?* Græcè, cur me vocas bonū? vnus est bonus (nempe) Deus. Mos erat Christi accōmodare sermonē ad mentē interrogantiū, & nō ad verba (vt docet Chrysos.) quoniā iuuenis iste venit ad Christū ceu ad hominē nudū. Idcirco ei quasi homo respōdit. Nemo bonus nisi solus Deus. Sic ad Samaritanā, quæ arbitratur eū esse vnū de plebe iudæorū loquitur sicut vn⁹ ex eis. Nos (inquit) adoramus quod scimus: vos adoratis quod nescitis. Et Iudæis qui existimabāt eū esse deceptorē, dicit Ioan. 5. Si ego testor de me ipso, testimoniū meū non est verum. Est alius qui testimonium perhibet de me. Ioā. 5.

Regula. Chryso. ho 63. in Math.

¶ *Si autē vis ad vitam ingredi serua mandata. Dicit illi: quæ? Iesus autem dixit: Non homicidiū facies &c.* Narrat præcepta decalogi quæ ad proximum pertinent. Quare summè aduertendū est, quod Augusti. 8. de Trinitate cap. 7. annotauit. Quod cum duo præcepta sint ex quibus tota lex pēdet & prophetæ; dilectio Dei & proximi: plerunquè scriptura pro vtroq; vnū ponit: nunc tantum Dei, vt est illud. diligentibus Deū omnia cooperātur in bonū. Et iterū: quisquis diligit Deū hic cognit⁹ est ab illo. Siue tātū dilectionem proximi scriptura cōmemorat, sicut est illud: inuicē onera vestra portate, & sic adimplebitis legē Christi. Et illud: omnis lex in vno sermone impletur: in eo quod scriptū est. Diliges proximū tuū tanquā te ipsum. Fortè ob hanc causam cum in hoc cap. numerentur præcepta decalogi, nil dicitur de præceptis ad Deum expectantibus. Neque enim vnum præceptū sine alio perfectè adimpleri potest, & ideò scriptura sacra pro vtroquè vnum solet ponere.

Regula. Augusti. de Tri. c. 7. Nota. Rom. 8. 1. Cor. 8. Gala. 5. Gal. 6.

¶ *Non homicidiū facies, non adulterabis.* Futura pro imperatiuis more Hebræorum. Sic alibi: omnis vallis implebitur &c. pro impleatur &c. Luc. 3. a.

¶ *Abijt tristis.* Tristitia affectus.

¶ Faci-

¶*Facilius est camelum intrare per foramen acus, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum &c.* Hyperbolica loquutio est, quæ frequens esse solet in scriptura sacra. Qui nihil aliud intelligi voluit, quàm esse difficile, vt diues obtemperet Euangelicæ doctrinæ. *Regnum cœlorum*, pro doctrina Euangelica capitur. Sic Gene. 7. Hyperbolicè dicitur: Rupti sunt omnes fontes & abyssi magnæ, & cataractæ cœli apertæ sunt. Sic enim dictum est ad insinuandam inundationis magnitudinem, quæ tanta fuit, vt fundamentū cœli videretur secundum vulgarem opinionem dissipatum, cataractæ cœli sunt fenestræ, aut viæ occultæ, per quas de cœlo aereo secūdum plebis opinionem pluuia venit. Quibus secūdum stultam rerum opinionem apertis, deorsum funditur aqua. Quæ clausis eisdem sursum continetur. Item Deute. 9. hyperbolicè dicitur: vt possideas ciuitates ingentes, & in cœlum vsq; muratas. Item Nume. 13. Vidimus ciuitates pertingētes vsquè ad cœlos. Vidimus viros, & eramus sicut locustæ coram eis. Item Psal. 106. Ascendunt vsquè ad cœlos &c.

Hyperbolica loquutio frequens in sacra scriptura.

Gene. 7.

Deut. 9.

Num. 13.

Psal. 106.

¶*Vos qui sequuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis &c.* Distingui potest post (*me*) vt (*in generatione*) ad iungantur sequentibus, in hunc modum: *Vos qui sequuti estis me, in generatione cum sederit &c.*

¶*Sedebitis & vos super sedes. 12. iudicantes &c.* Fortasse de Apostolis loquebatur Dominus, cum diceba E-sai. cap. 51. Prope est iustus meus, & egressus est saluator meus: & brachia mea populos iudicabunt. Erāt enim Apostoli brachia quibus in hoc loco ait: sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israel. Et sursum de his principibus intelligebat Esaias cum dicebat ca. 3. Dominus ad iudicium veniet cū senibus populi sui, & principibus eius. Dominus enim cum senibus, hoc est, cū patriarchis, & prophetis, & cum principibus, hoc est, cum Apostolis, veniet ad iudicandū populos. Quos intuens alius propheta dicebat in Psalmo: pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram. Hi sunt iudices de quibus dicebat Dominus Esai. 1. Restituam iudices tuos vt fuerunt priùs. Quæ verba non tam ad tempus post captiuitatem Babylonicam, quàm ad tempus gratiæ, existimo esse referenda.

Esai. c. 51

Esai. 3.

Psal. 44.

Esai. 1.

¶*Centuplum accipiet.* Vel centies tāto amplius.

¶*Centuplum accipiet.* Scilicet in præsenti vita. *Et vitam æternam possidebit.* Solet scriptura duas prophetias pariter collocare (vt ait Chrysos.) quarum vnam hic impleat, alteram spōdeat in futuro, vt ex hac quæ iam facta est, etiam illa quæ impleta nondū est, credatur suo tempore implenda. Promittit centuplum in præsenti vita: & in futura vitam æternam ex his vtiquè quæ in præsenti præstat, vera esse etiam futura declarat. Similiter Math. 3. dicitur: baptizabit vos spiritu sancto, & igni scilicet inextinguibili. Primum quod difficilius erat in præsenti vita adimpleuit: secundum adimplebitur in die iudicij quando igne comburet.

Regula Chrysost. ho. 11. sup Math.

Supr. 3.

¶*Et vitam æternam possidebit.* Astruit in hoc loco Dominus animorum immortalitatem; quæ tam certa est, vt non solū sacræ sciptura testimonijs, sed aliorū philosophorū multisq; alijs rationibus probari possit. Cice. sic ait, non

Animæ immortalitas probatur.

Cicero.

vtriusquè conditio: voces sunt hominis insipientis, cuius personam in illo loco agit Salomon. At verò illæ, cap. 6. Quid habet amplius stulto sapiens: quid pauper, nisi vt pergat illuc vbi est vita? & cap. 9. Corda filiorum hominum implentur malitia & contemptu in vita sua? & post hæc ad inferos deducentur: voces viri sapientis sunt, cuius interim personã induit etiam Salomon.

Capi. 6.
Cap. 9.

Ad mores.

Facilius est camelum &c. Gen. 13. Dicitur quòd erat Abrahã diues valde &c. Quod pertinet ad ostendẽdam Dei erga suos prouidentiam, quasi dicat: En qui ante paucos dies famelicus in Aegyptum descenderat, nunc bonis omnibus onustus redit: Adeò Deus etiã temporalia suis accumulat. Has autem diuitias non fraudibus acquisiuit: sed partim ex donatione regis, partim ex benedictione Domini, quæ sola diuites facit. Nõ est igitur quòd hoc exemplum Abrahæ nostris cupiditatibus prætexamus, quemadmodũ solent hi, qui rebus parandis studẽt. Etiam Abraham (inquiunt) diues fuit: cur non & mihi liceat diuitias accumulare? Non considerãt hi, quã periculosum sit diuitijs inhiare, vt etiam Christus in hoc loco dicat: facilius esse camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum: raro enim fit vt non insolescant qui diuitias possident: animã enim, & spiritum addũt, sed malum. Vnde Paul. radicem, ait, omniũ malorũ esse pecuniæ studiũ.

Gene. 13
Dei prouidentia erga suos.

¶ Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. Nõ sat est omnia relinquere: sed opus est nos ipsos illi tradere, eum ipsum sequendo. Ideò ait Petrus: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Ac si diceret: omnia dimisimus vt nostri maneremus: vt cum nostri essemus, tibi nos ipsos traderemus: te ipsum sequendo, tuis cõsilijs obtemperando. Bonũ est eleemosynas tribuere, & diuitias pauperibus largiri: sed nisi nos ipsos Deo tradiderimus, non sumus perfectionem assequuti: nos enim sumus prætium quod Deus exigit à nobis, quo vitam æternam sumus empturi: et aquas illas salutares, de quibus Esaias ait: omnes sitientes venite ad aquas: emite & comedite vinum & lac, sumus consecuturi.

Nõ sat est omnia relinquere, sed necesse est nos ipsos Deo tradere.

Esai. 55.

¶ Ecce nos reliquimus omnia. Meritò Esai. c. 55. dicebat: Omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum properate. Non dicit properate vos diuites, qui argenti copia abundatis: sed qui non habetis argentum properate. Vult Deus ijs verbis significare, eos non bene currere, qui sunt argenti pondere onerati. In Genesi, vbi nostra versio habet; erat autẽ Abraham diues valde in possessione auri & argenti; habet litera Hæbraica; erat autem grauis valde, siue vehementer. Et ita habet versio Græca D. Hierony. Barys sphodra, hoc est; grauis vehementer. Abraham enim Aegypti opum pondere grauabatur. Nam etsi diuitiæ videantur; tamen quia Aegyptiæ sunt, viro sancto graues sunt. Eam ob causam dicit in hoc loco Petrus; Ecce nos reliquimus omnia. Currere enim & properare volentes; pondus omne relinquunt.

Esai. 55.
Currere & properare volentes in via Dei, pondus omne diuitiarũ relinquũt.
Gene. 13. b.

Prædicatores sunt dentes ecclesiæ. Canti.

¶ *Ecce nos reliquimus omnia.* Congruum sanè est & maximè rationi consentaneum, vt dentes Ecclesiæ, hoc est, apostolici prædicatores, sint velut greges tonsarum: omnia huius mundi bona relinquentes, summámque paupertatem sectantes. Quod ita esse multis de causis commonstrare possumus. ¶ Prima, ne qui rerum temporalium contemptum prædicant, hoc facere videantur, vt eas soli habeant. ¶ Secunda verò ratio est; nã prædicatores Euangelici, Ecclesiæ sunt oculi: oculos autem maximè expedit longè esse à terra: cum modicũ terræ oculo iniectum plurimùm impediat visum: sic etiam terrenorum amor plurimùm impedit visum spiritualem. ¶ Tertia autem causa sit: quòd prædicationis officio, lege diuina, debita est à subditis necessariorum administratio. Quod probat D. Paulus. 1. Cor. 9. Quis (inquit) militat suis stipendijs vnquàm? Et paulò post: si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, vt vestra carnalia metamus? Et iterùm ait, Deus ordinauit, his qui Euangelium annuntiant de Euangelio viuere. Et ad Galat. 6. comunicet is qui catechizatur verbo, ei, qui se catechizat in omnibus bonis. Hoc idem ostendit Dominus apud nostrum Math. cap. 10. Nolite possidere aurum &c. Dignus est enim operarius cibo suo. Vnde D. Hierony. Considerandùm (inquit) est quòd vni operi nostro duplex merces debetur: vna in via, alia in patria: vna quę nos in labore sustinet: altera quę nos in resurrectione remunerat. Et Beda: qui saccum & peram prohibuit, sumptus ex prædicatione concedit. ¶ Quarta causa à sanctis doctoribus assignari solet: quòd concionatores Euangelici operarij sunt, atque in vinea Domini laborãt dies noctesq;. Math. 20. Misit operarios in vineam suam. Ad Dominum ergo vineæ peculiariter pertinebit, eis de sumptibus necessarijs prouidere. Vnde Beda sic ait: Tanta prædicationi debet esse fiducia in Deo, vt præsentis vitæ sumptus non ferat. Vltima tãdẽ causa esse potest, vt operi cõcionãdi liberiùs & vtilius possint incũbere. Qui. n. diuitias habẽt liberi nõ sunt: sed in illis acquirẽdis aut cõseruãdis occupati, serui potiùs diuitiarũ quã Dei sunt dicẽdi. Hinc est quòd Dñs sup. c. 6. dicebat: nõ potestis Deo seruire & mammonæ. Et Chry. Diuitiæ à seruitute Dei nos expellũt in suã captiuitatẽ. Vnde diuites dicuntur viri diuitiarũ in Psal. Et Seneca: Nostri essemus si nostra nõ essent. Relinquamus ergo omnia huius mũdi bona, vt ad cõcionãdi munus exercendũ prõptiores & expeditiores esse possimus, & dicamus cum D. Petro: Ecce nos rel. quim9 omnia.

Sunt oculi ecclesię.

Simile.

1. Cor. 9.

Gal. 6.

Sup. 10.

Hierony.

Beda.

Infra. 20

Sup. c. 6.

Chryso.

Psal. 58.

Sen ca.

¶ *Ecce nos reliquimus omnia.* Meritò Apostoli omnia huius mundi bona reliquerũt: meritò omnes diuitias cõtẽpserunt, cum tanta tãq; innumera mala, diuitiæ hominibus afferant. Nam primùm, amatores suos coinquinant. Ideo ab Eezec. Sterquilinio comparantur: aurum (inquit) eorum stirquilinium erit. Et meritò, nã quẽadmodum sterquilinium si dispergatur, vtile est cum agros fructificare faciat: si verò congregetur, ad nihilum nisi ad hominem contaminandũ & fętorem inducendum deseruit: sic etiã diuitiæ in pauperes dispersæ, maximè prosunt: cõgregatæ verò, suos possessores coinquinant nõn solùm vna vel altera macula: sed quod defleta-

Quare diuitiæ sunt contemnendæ.

Ezech. 7.

Diuitiæ coinquinãt animã. Simile. optata.

detestabilius est, omnium scelerum labe hominum animos aspergunt & coinquinãt. Quod facilè erit videre, si per singula vitia & capitalia crimina discurramus. Coinquinant superbia.
Eccle. 21. Ecclesi. 21. Domus quæ nimis est locuples, annihilabitur superbia.
Gen. 13. Coinquinant ira: Gene. 13. Dicitur, quòd facta est rixa inter pastores Loth & Abraham: erat enim substantia eorum multa, & nequibant habitare simul. Inuidia etiam,
Prou. 8. quod videre est Prouer. 8. Qui festinat ditari & inuidet alijs; ignorat quod ægestas superueniet. Gregorius
D. Grego. etiam de viro iusto verba faciens, sic ait: Per hoc quod in terris nil appetit, alienis profectibus inuidere nescit. Item coinquinãt accidiæ labe. Vnde
Hier. 48. de Hieremias ait, cap. 48. Sterilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fæcibus suis. Contaminant similiter
Eccl. 57. luxuria. Ecclesi. enim. 57. dicitur Salomoni: collegisti quasi aurichalcum aurum: & computasti quasi plumbum argentum. Et post sequitur: inclinasti fæmora tua mulieribus. Gula deniquè conspergunt.
Luc. 12. Lucæ. 12. ait diues ille: anima mea multa habes bona reposita in annos plurimos: comede & bibe &c. Secundũ verò nocumẽtum quod diuitiæ suis possessoribus afferre solent, illud est:
Diuitiæ spoliant suos possessores. quod illos omnino spoliãt. Nam bona temporalia (authore Augustino) bona viscata sunt. Hinc est quòd Se-
Augusti. Seneca. neca ait: quisquis volet vitam agere tutam, ista viscata beneficia deuitet. Quemadmodum igitur virgæ si viscatæ sunt, aues spoliare solent plu-
Simile. mis suis: sic temporalia bona, pennis virtutum homines spoliare solent: & plumis sanctarum cogita-
Simile. tionum. Et sicut spinæ, oues lana qua indutæ sunt, spoliant, & interdum excoriant, itavt à muscis affligantur: sic diuitiæ hominum corda atquè animos excoriant: & in causa sunt, vt à muscis, hoc est, solicitudibus huius seculi, maxima molestia afficiantur. Quod significatum est in illa musca grauissima quæ venit in domo Pharaonis & seruorum e- Figura.
ius Exod. 8. Vnde Gregorius, ait: Exod. 8.
Nihil laboriosius quàm terrenis desiderijs æstuare: nihil quietius quàm in hoc mundo nihil appetere. Hinc est quòd Israeliticus populus ob seruationem & custodiam Sabbati accepit in munere: & Aegyptus muscarum multitudine percutitur. Quòd cum hæc ita sint mirũ profectò est, quomodo diuites isti nócessat cum mundo ludere: cum in cessantet & perpetuò perdant: & spolientur à mundo. Sed tamen ludo calefacti, nesciunt se ludo subtrahere; sic vt non perdat, non cessat ludere lusor. ¶ Mitto modò tertium nocumentum; quòd diuitiæ vires omnes ad bene operandum atquè Vires eneruant ad bene operandum diuitiæ.
studiosè, eneruare solent. Ita vt de diuitibus huius seculi dicere meritò possimus illud Psalmi: manus habent & non palpabunt: pe- Psal. 113
des habent & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo. ¶ Mitto etiam quòd diuitiarum proprium sit, amatores suos maximè affligere.
Ecclesiasti. enim. capi. 2. de auaro dicitur: cuncti dies eius pleni sunt laboribus & ærumnis: nec per noctem Ecclesi. 2.
mente requiescit. Et Philosophus Philoso.
ait: nihil infelicius fortunato insipiente. Quod significatum fuit in Figura.
eo quod Abel fuisse legitur frater Gene. 4.
Cain. Abel luctus, Cain possessio interpretatur: quia luctus & possessiones iuncti,

 sunt,

Simile. tamen latrare non cessant, si quis inde sumere velit. Similes arcæ non habenti commodum aliud de pecunia quam seruat, nisi quod illius ocasione interdum tota frangitur. Simile. Similis etiam bursæ hoc solum emolumentum reportanti de pecunijs quas habet, quod maculis plena remanet, & custodiendo pecunias consumitur & dirumpitur: & interdum à latronibus scinditur.

4. ratio. ¶ Tandem ea omnia reliquunt timentes huius mundi pericula & naufragia. Simile. Timentium enim est proijcere quæcunquè fugæ suæ cursum impediunt, & quæcunquè euasioni suæ obstant. Sancti ergo, & viri virtute præstantes, timore periculi mundũ & omnia bona eius relinquunt. Vnde super illud Iob cap. 31. Iob. 31. c. Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum, glosa ait, Glosa. fluctus cum tumentes desuper eminent ea ex naui proijciunt, pro quibus nauigia sum pserunt. Hinc est quòd paupertas spirit9 qua omnia relinquimus, á doctoribus sanctis dono timoris adaptetur. Timor enim sanctus in causa est, vt paupertatem spiritus sectemur.

¶ *Ecce nos reliquimus omnia*. Illud in hoc loco maximè animaduertẽdum est, quod Petrus non dixit: Ecce nos relinquemus omnia &c. Quid ergo erit nobis? Sed quid ait? Nota. Ecce nos reliquimus omnia: & hoc ante quã Christus Dominus diceret: vos qui secuti estis me sedebitis &c, vt intelligamus quod solo Dei amore, sine aliquo intuitu præmij, omnia hui9 mundi bona reliquerunt Apostoli. Solo Dei amore cõmotj omnia relinquere debemus. Perfectissima enim charitas Christum propter se ipsum solum esse diligendum docet, sine intuitu præmij, non tamen sine præmio. Ideo statim subiungit Dominus: Amen dico vobis quod vos &c.

¶ *Reliquimus omnia*. Omnia scilicet terrena: non tamen omnia cœlestia. Quæ tam magna sunt, vt eorum comparatione, omnia terrestria puncto indiuisibili comparentur. Quare non magni æstimandum est, totam terram relinquere, cum pro illa totũ cœlum tribuatur. Vi. Titelmanũ de magnitudine & exiguitate terræ li. 7. cap. 5.

¶ *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te*. Meritò docuit Christus apostolos suos itemq; viros alios omni virtute præstantes relinquere diuitias terrenas: & imitari eius virtutes. Nam reuera, nequè artificiales nequè naturales diuitiæ, hominem diuitẽ efficere possunt sed virtutes duntaxat animum satiant & omnino locu pletant. Neq; artificiales diuitiæ neq; naturales aliquẽ ditant sed sola virtutes ¶ Quòd verò artificiales diuitiæ, hoc est, pecuniæ neminem ditent, tam certa res est, vt ea nulla sanè probatione indigeat: quãuis philosophi proclament illud Ecclesia. Eccle. 10. capit. 10. Pecuniæ obediunt omnia. Nam pecuniæ quæ in arca sunt non magis animum explent, aut naturalem appetitum satiant, quàm epulæ in mensa positæ, quæ tamen nunquã ab esuriente comeduntur. Hinc est quod Salomo. ait Prouer. 13. Prou. 13. Est quasi diues cum nihil habeat scilicet intra se: & est quasi pauper cum in multis diuitijs sit. Peccuniæ igitur etsi arcam aut bursam quam implent diuitem faciant: non tamen hominem, in quo non sunt. Simile. Quemadmodum enim albus, aut magnus, aut pulcher quis nõ dicitur, albedine, aut magnitudine, aut pulchritudine quę in alio est: ita diues dici non potest ob pecunias quæ in arca sunt. ¶ Quòd autem diuitiæ naturales, hoc est, agri,

aliarumquè rerum possesiones, locupletem non faciant, vel hac sola ratione constare nobis poterit: quòd quanto plures sint, tanto pluribus alijs egeamus ad eas excolendas & substentandas. Si enim agros. v. g. possideas: animalia ad arandum, stabula, & paleas, & annonam ad hæc animalia substentanda, habere necesse est. Itē iuga, vomeres, aratra, semina, falces, messores, horrea, molendina, fornaces, aliaquè innumera tibi necessaria sunt. Quòd si vineis abundaueris, multis indigere, vel ipsa experientia docebit: ita vt de te meritò dicatur: est quasi pauper, cum in multis diuitijs sit scilicet naturalibus. Virtutes ergo quæ animum hominis intrant, explent & satiant: virtutes quæ indigentiam non multiplicāt, sed potiùs diminuunt, veræ diuitiæ dicendæ sunt. Ergo fratres si verè diuites esse cupitis (inquit Gregorius) veras diuitias amate. Solæ veræ diuitiæ sunt, quæ nos verè diuites efficiunt: quæ mentem satiant, & secum omnia portant, vt in æternùm diuites faciant. Hac ergo veritate edocti Apostoli, aiunt: Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te: mores scilicet tuos & vitam imitantes.

Prou. 13.

D. Greg.

¶ *Quid ergo erit nobis?* Quid erit nobis interrogat Petrus. Quòd scilicet vestri eritis, cum antea non vestri, sed diuitiarum miseri serui & subditi eratis. Vnde Augustinus meritò ait: venditis rebus nostris, nullum maius earum recipimus pretium quàm nos ipsos. Implicati enim talibus nostri non eramus. Et Seneca: Nostri essemus si nostra non essent. Quòd verò diuites auari serui diuitiarum sint, tā certò constat, vt probatione non egeat. Tum quòd pecuniæ ad nutum obediunt. Pecuniæ (inquit Salomon) obediunt omnia. Tum etiam quia se in omnibus ad crumenam conformare solent: quemadmodū ancilla ad voluntatē Dominæ suæ. Hinc est quòd Bernar. ait, ad auarum sermonem cō uertens: facis te pecuniæ tuæ non dominum sed seruum: custodem, non possessorem: denique conformaris crumenæ tuæ, tanquàm seruus Domino suo. vt quomodo ille necessariò congaudet illo gaudente, & condolet dolenti; tu quoq; concrescente marsupio tuo, crescis pariter & animo, & decrescente pariter decrescis, nam contraheris tristitia cum illud exinanitur; & solueris lætitia, aut certe inflaris superbia, cum illud impletur. Vendamus igitur omnia vt nostri simus, vt à tam misera seruitute liberemur. Maxima enim stultitia est, vt ea sola putemus emi, vt ait Seneca, pro quibus pecunias soluimus; & ea gratuita vocemus, pro quibus nos ipsos impendimus. Vnde meritò idem Seneca ait; quod nihil est cuiquè se vilius. Vt igitur nostri simus omnia cum Apostolis relinquamus; & illud erit nobis maximū in hac vita præmium, ac maximum lucrum ac merces; vt à tanta seruitute liberati nostri simus; sicquè expediti, faciliùs & promptiùs Deum colere, Christūquè sequi poterimus.

Augusti. Reliquē do diuitias nostri sumus cū antea non nostri sed diuitiarō essem⁹. Seneca.

Eccle. 11.

Bernard. sup Cāti. Diuites non sui sed diuitiarū sunt.

Seneca.

Idem.

¶ *In regeneratione cum sederit &c. Sedebitis & vos &c.* In illa siquidem die, implebitur quod psalmista ait; Omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti. Potestates tunc temporis superborum confringentur; iustorum autem potestates exaltabuntur, cum sederint ad iudicandum homines impios & iniquos. In die illa dicent Apostolici viri,

Psal. 74.

Cornu; idest, potestas.

ri, dicent martyres omnes; in te modò inimicos nostros ventilabimus, cornu in nomine tuo spernemus insurgentes in nos. Qui enim in hac vita contempserunt omnia, & sequentes Christum nimia fuerunt afflictione confecti; resument tunc animum, & dicent: in te inimicos nostros ventilabimus cornu. In die deniq; illa confessio erit Domini super cœlum, & terram, & exaltabit cornu populi sui, id est, potestatem. Quod siquidem cornu hic humiliatum est propter afflictiones & dolores, quos patitur populus fidelis qui Christum sequitur, vitamq; eius & mores induit: ibi autem exaltabitur maxime; tum quia dexteram Christi merebitur: Tum etiam, quia cum illo iudicabit iniquos: Tum deniq; quia in æternam pacem, gaudiumq; transibit; vt meritò exaltatus dicatur, qui vsque ad ipsius Domini contemplationem, mirabili eius pietate peruenit.

Psa. 43.

Psal. 148

¶ *Centuplum accipiet &c.* Maxima prudentia est, omnia relinquere propter Christum. Maxima verò auarus stultitia laborat. Nam cum vehementer fœnerari desideret, non vult tamen cum Domino fœnerari, quod sine peccato aliquo & maximo cum lucro posset facere: sed ibi fœneratur, vbi pœnam aut nihil lucratur. Idque cum peccato non paruo fit. Vnde Augustinus: miser homo cur fœneraris homini? Fœnerare Deo & centuplum accipies, & vitam æternam possidebis. Apostoli ergo & viri perfecti, prudentes vsurarij facti sunt: Qui propter Christum omnia reliquerunt: & ideo centies tanto amplius acceperunt in hac vita, & in futura vitam sempiternam.

Qui sint stulti vsurarij, qui vero prudentes.

¶ *Centuplum accipiet &c.* Quid quæso in causa est, quòd multi religiosorum hominum, propter Christum, patrem & matrem & omnia alia reliquerint: & tamen hoc centuplum in hac vita non accipiant? Ea sanè causa est, quia aliqua de his quæ reliquerunt iterum sumere volunt. Deuteronom. enim in cap. 14. dicitur: Omne quod repat & pennas habet erit immundum: tales verò partim repant, partim pennulas habent, & ideo immundi sunt coram Deo. Iosue. cap. 6. dicitur: maledictus qui reædificauerit Iericho. Huiusmodi sanè homines meritò stulti iudicandi sunt, qui cum inuenta pretiosa margarita, omnia bona sua vendiderint & illam emerint; Deinde eam conculcare, & pro nihilo dare velint. Et cum eos Dominus de huius seculi naufragio eripuerit, & in loco tuto collocauerit, hoc est, in religionis naui: ipsi furtiuè aliquid è mundi mare iterum sumant & in naui reponant: vt in portu nauigantes submergantur.

Quare multi religiosorum hoc præmium non consequuntur.

Deut. 14. c.

Figura.

Iosue. 6.

¶ *Centuplum accipiet.* Quàm verum sit quod in hoc loco Dominus pollicetur vno, vel altero exemplo comprobare possumus. Gene. 13. ait Dominus Abrahæ (qui propter pacem seruandam reliquerat Loth consobrino suo terram optimam) leua oculos tuos in directum; & vide à loco in quo nunc es, ad Aquilonem, & Meridiem, ad Orientem, & Occidentem: omnem terram quam conspicis tibi dabo, & semini tuo &c. Idemque dicit cap. 17. Dabo tibi & semini tuo terram hanc. Vide quàm largiter Deus remuneret, si quid, propter Deum, iustitiam, pacem, relinquamus. In modicâ cesserat Abraham ipsi Loth; & nunc vniuersam terram accipit. Mundi homines timerent se ad famem re-

Gene. 13 Exemplis probatur promissio hæc Christi.

Gene. 17

¶ *Centuplum accipiet &c.* Quid quæso

di-gessi-

si magnum videatur quòd Isaac hoc centuplum acceperit: maiora nobis promissa sunt: Centuplum(inquit) accipiet, qui propter Deum temporalia relinquit: & insuper vitam æternam possidebit. Confortamini igitur (dicebat Azarias propheta) & nō dissoluantur manus vestræ: est enim merces operi vestro. Et Paulus: Bonū facientes non deficiamus: tempore enim suo metemꝰ nō deficientes.

2. par. 15.

Gala. 6.

¶ *Et vitam æternam possidebit*. Hac æterna vita omnia relinquētibus promissa confirmare voluit Dominus animos nostros, ne vel pœniteat relinquere omnia propter Christum; vel si iam dimissa fuerint, ne in admirationem corporalium diuitiarū relabamur. Itaquè dum vilibus rebus studuerimus ditescere, miserabiliter bonis animi atquè vita illa sempiterna pauperescamus. Quare vt magis ad contemptū rerum omniū alliciamur, opere præcium mihi visum est, de æterno illo præmio de cęlesti illa patria, dequè vita illa æterna differere. Huius enim attenta consideratio maximè ad rem faciet.

¶ Duo igitur sunt quæ sese offerunt præcipuè pertractanda impræsentiarum, & loci cœlestis (hoc est cœli empyrei) magnitudo, pulchritudo & excellentia: & Regis regum in hac cœlesti aula cum innumerá Angelorum atquè sanctorum multitudine habitantis gloria, magestas, & refulgentia.

Describitur beatitudo nostra.

¶ Quanta sit huius loci atquè regni pulchritudo & præstantia, quanta sit eius diuitiarum & opum abundantia, nulla vi dicendi, nulla verborum amplificatione, explicari potest: Licebit tamen nonnullis coniecturis aliquid de tanta re intelligere: Inter quas vna est, consideratio scilicet finis, in quem tantum ac tam illustre & magnificum opus æditum à Deo est. Scopus ergo huius operis, diuinæ gloriæ manifestatio fuit. Quàmuis enim omnia propter semetipsum operatus sit Dominus, vt Salomō ait, hoc tamen opus tam pulchrum tam immensum peculiariter conditum est vt in eo eius magnitudo, eius magestas eiusquè magnificentia demonstraretur. Quemadmodum enim magnus ille Assuerus (qui regnauit in Asia super centum viginti septem prouincias) in Susa ciuitate fecit grāde conuiuium cunctis principibus regni sui centum & octoginta diebus, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui ac magnitudinem potentiæ suæ: sic rex iste cœlestis, conuiuium alterum facere statuit celeberrimum atquè sollenissimum, nō centum & octoginta diebus, sed æternum duraturum: vt ostenderet incredibilem suæ sapientiæ atquè liberalitatis & magnificentiæ immensurabilem mēsuram. Hoc est conuiuium illud de quo Esaias loquitur dicens: Et faciet Dominus in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum & vindemiæ defecatæ. Hoc est conuiuium in quo erūt pinguia & opima fercula & vina purissima. In quo, inquàm, erūt fercula suauissima atquè preciosissima. Si ergo hoc tam cœleste conuiuium facit Dominus, vt manifestetur atquè ostendatur cunctis sui regni ciuibus magnitudo gloriæ suæ: & hæc tanta sit: quantæ erunt diuitiæ quantæ sollemnitates in hunc finem ordinatæ? ¶ Quod vt adhuc clariùs faciliusquè percipiamus, animaduertenda atquè confideranda

Prima coniectura magnitudinis & pulchritudinis loci cœlestis, atq; vitæ beatæ.

Prou. 16.

Esther. 1.

Esai. 25.

Dei poten- randa est & diuinæ potentiæ & diui-
tia quanta tiarum opum magnitudo & abundā-
sit. tia. Quæ tāta profectò est, vt solo ver-
bo hanc cœlestem ac mundialem machinam, tam pulchram, tamq; ad mirabilem condiderit: atq; solo alio, in nihilum redigere facile poterit: innumerosquè mundos alios, eodem verbo & oriri, & statim omninò perire, efficere pro libito suo licebit. Adde his: qua enim facilitate formicas creauit, eadem & Angelos omnes; non enim desudat laborando, nō defatigatur, non oneri succumbit: quicquid enim illi libet, potest; & quicquid efficere vult, sola voluntate sua operatur. Si ergo tanta est Domini omnipotētia, tantaquè gloria nominis eius, tantusquè eius amor: qualis dicito mihi erit Domus, qualis solemnitas, qualis apparatus, quale denique conuiuium in hunc finem paratum? Quid hic desiderari potest vt opus hoc sit omnibus numeris absolutum, omniquè ex parte perfectum? manus non desideratur, dum opifex huius operis, sit omnipotens. Ingenium & ars non desideratur, cum artifex sit infinita sapientia præditus: voluntas non desideratur, cum sit infinitæ bonitatis: opes & diuitiæ deniquè non desiderantur; cum ipse sit omnium bonorum fons, & pelagus: quale igitur erit opus; vbi hæc omnia conueniunt atquè concurrunt? Quale erit ædificium, qualis structura, à tali officina procedēs? Vbi tales artifices inueniūtur, quales sunt omnipotentia patris, sapientia filij & bonitas Spiritus sancti? Vbi bonitas vult, sapientia dirigit, omnipotentia potest, quod diuina voluntas vult, atquè diuina sapientia statuit & ordinat, quamuis communia hæc omnia sunt, omnibus tribus personis?

¶ Deinde considera, quod ad rem maximè facit. Non solum præparasse Dominum, domum istam propter semetipsum: sed propter electos suos, ac propter eorum gloriam atquè honorem. Quanto honore Dominus prosequatur eos qui illum dum viuebant honore affecerunt, explicatione non eget: cum re ipsa sæpe vsu venisse experti simus: Cum omnia dum in hac vita mortali morabātur subiecerit sub pedibus eorum. Cum omnes creaturas illis parere & obedire compulerit. Sol (inquit Iosue) contra Gabaon ne mouearis, & Luna cō- Iosue. 10.
tra vallem Aialon. Stetitquè Sol totaquè mūdi machina habenis, hoc est, iussu Iosue. Obediente (inquit) Domino voci hominis. Quid de Esaia Esai. 38.
referā, qui solo verbo reuertere fecit Solem decem lineis per gradus quos descenderat? Quid de Helia proferā, qui pro suo libito aquas in cœlis detinebat, ne terram irrigarent: illasquè cum volebat, descendere vi orationis & præcationis suæ faciebat? ¶ Atquè non solum sanctos electosquè suos Dominus dum viuerēt honorabat, sed post illorum etiam mortē. Quod facilè videre quisquè poterit si. 4. Re- 4. Reg. 13.
gum cap. 13. legerit, ibi enim narrat scriptura: ossa Elisæi mortuum suscitasse. Atquè non solum sanctorum ossa tanto honore digna fuerunt, sed (quod omnem rationē superat) vmbram Petri tāti à Deo habitam fuisse legimus, vt quotquot illam tangebant liberarentur quauis infirmitate, atquè mala valetudine essent affecti: vt in Actis Apostolorum narrat Acto. 5.
D. Lucas. Si ergo tanta cura & diligentia suos, in hac mortali vita, (quæ tota militia tota labor & dolor, & non

& non locus requiei, au præmiorum est) honorat Deus quanta obsecro erit gloria à Deo definita & destinata ad honorãdum electos suos, qui in hac vita pro nomine sancto suo strenue pugnauerunt?

3. cõiect. ¶ Attende præterea, quàm magnificus, quàm liberalis in referenda gratia Dominus sit. Præcepit Deus
Gene. 22 Abrahamo, vt immolaret illi filium suum Isaac: cumq; libenter iussis paruisset, iam iamq; arripuisset gladiũ vt illum interficeret, ait illi Dominus: non extendas manum tuam super puerum. Nunc cognoui quòd timeas Deum. Et addidit Dominus. Per me metipsum iuraui quia fecisti rẽ hanc, & nõ pepercisti filio tuo propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & veluti arenam quæ est in littore maris. Et benedicentur in semine tuo (hoc est, in Christo mundi saluatore) omnes gentes terræ. Nonne vides quale præmium illi Dominus retulerit: præmium sanè Dei magnificentia dignum? ¶ Secundo Regum
2. Re. 7. cap. 7. legimus dixisse Regem Dauidem Prophetæ Natham. Videsne, quòd ego habitem in domo cedrina, & arca Dei posita sit in medio pellium? Tantiquè fecit Dominus huius Regis propositum & desideriũ, vt sequenti die mitteret ad illum eũdem prophetam qui diceret: annun-
1. par. 13 tio ego tibi, quod ædificaturus sit tibi Dominus domum; & suscitabo semen tuum post te, & firmabo solium eius in æternum. Ita promisit, atq; ita adimpleuit. Nam non ablatum est sceptrum de domo eius, donec venit Christus Dominus: qui sedet super sedem eius & regnabit in sempiternũ. Si ergo paradysi gloria & beatitudo non est aliud quàm vniuersalis ac generalis quædam laborum retributio sanctorum omnium, tamq; magnificus ac liberalis sit Dominus in habenda gratia, qualis obsecro erit hæc sanctorum gloria? quis sapiẽs & intelliget hæc?

¶ Alia etiam coniectura non minori, rimari quis poterit huius gloriæ magnitudinem. Considera ergo atquè alta mente reuolue, precium quod Deus pro sanctorum gloria postulauerit: cum aliàs sit natura ipsa tanta liberalitate ac beneficentia decoratus. Post primorum enim parẽtum labem, non minori, quàm sanguine vnigeniti filij sui, gloriam suã æstimare voluit. Pro morte itaquè Dei, conceditur vita Dei; pro tristitia Dei, confertur homini lætitia Dei: & pro eo quod Deus in patibulo steterit, inter latrones duos positus: homini datur, vt sit inter angelorum choros. Dicito ergo mihi, si potes, quale erit quantumquè bonum illud, quod vt impetrares, necesse fuit vt Deus innumeras guttas sanguinis desudaret: necesse fuit vt comprehenderetur tanquàm latro quidam insignis, flagris cæderetur, illuderetur multis varijsquè modis ac tandem cruci affigeretur? Quæ ergo erunt quæ præparauit Dominus diligentibus illum? Mens deficit, lingua obmutescit in huius immensi pelagi consideratione atquè explicatione. ¶ Adde; quod tanquàm additamentum huius precij, à nobis postulat Dominus, quicquid homo pro suis viribus in hac vita præstare potest. Nempe vt tollamus crucem nostram & sequamur illum. Eruamus Sup. 10.
oculum nostrum si est nobis offendi Sup. 4.
culo: & quòd odio habeamus parentes

tes atquè cognatos, resquè omnes familiares, si nobis sint obstaculo ne minùs legem Dei obseruemus. Et quãuis hæc à nobis ita fiant, adhuc tamẽ gratis nobis cœlestem vitam donare ipse affirmat apud Ioan. Apoca. cap. 21. His verbis: Ego sum Alpha & O. initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ, gratis. Quale ergo quantumquè bonum erit illud tanti emptum & adhuc gratis nobis concessum? Gratis, inquám, quantũ attinet ad precij operisquè nostri naturam, non ad gratiam qua valorem æstimationemquè maximam habet. Dicito igitur mihi si Dominus iste tam magnificus ac liberalis est: si eius magnificentia tam innumeram creaturarũ multitudinem liberè concessit hominibus tam iustis quàm iniustis, tam studiosis quàm sceleratis: quæ bona præparata erunt, diligentibus illum? nequè oculus profectò vidit, nequè in cor hominis ascendit tanta bonorum immensitas atq; magnitudo.

q. cælest. ¶ Preterea non nihil huius glorię ostendit loci sanctorum pulchritudo, magnitudo, nobilitas, atquè dignitas. Quibus locus ille, hoc est, cœlũ empyreum superat cœlos omnes, qui oculis cernuntur. Locus ille vocatur à scriptura sacra terra viuentium. Ex quo fit vt terra quam nos miseri habitamus, non viuentium

Psal. 26. sed morientium terra dicẽda potiùs sit. Si ergo in hac terra morientium tot res sunt tam excellentes, tam venustæ, tam pulchræ: quæ (dic mihi) inuenientur in terra illa viuentium? Extende parumper oculos per mundum hunc visibilem, & vide, quot quantaq; sint in illo spectatu dignissima. Quanta sit cœlorum magnitudo: quantus sit solis & Lunæ atq, stellarum splendor. quanta sit pulchritudo terræ, arborum, auium, cæterorumquè animalium. Quid rogo videre est planiciem camporum, altitudinem mõtium, viriditatem vallium, varietatem fontium, atquè venustatẽ fluuiorum hac atquè illac per diuersas terræ venas fluentium? Quid latitudinem marium, quæ tanta rerũ varietate sunt circunsepta atquè circundata? quid aliud sunt innumera quæ vndiquè inueniuntur stagna aquis cristallinis clarisquè referta, nisi veluti oculi quidam terræ aut specula quædam cœli? Quid prata virentia varijs rosis floribusquè diuersis cõtexta: nisi veluti cœlum stellatum in nocte serena? quid referam de tanta auri, & argenti, ac lapidum preciosorum venarũ multitudine? quid de saphyrorum, smaragdorum, diamantum pulchritudine, quæ certare videtur cum stellarum specie & claritate? Deficeret dies si omnia sigillatim ac singulatim prosequi vellẽ. Si ergo in hoc infimo elemento, & quod terra est (vt iam diximus) morientium, tot tantaquè sunt quæ maximè delectent, ac oculos detineant, quid obsecro erit in illo omnium supremo loco: qui quanto omnibus elementis atquè cœlis altior ac superior est, tanto est nobilior, ditior, & pulchrior? vix profectò hoc humana ratione cõiectari potest.

¶ Scimus etiam triplicẽ locorũ differentiã homini cõpetere, pro triplici alia differẽtia tẽporũ quibus in vita moratur. Primus locus est matris vẽter, post eius cõceptũ: secũdus est mũdus iste post eius ortũ: tertius est cœlũ empyreũ post eius mortẽ, si virtutẽ tamem sectatus fuerit. Inter locos q. cælest.

istos, hic est ordo, atque hæc proportio. Quantũ.n. in duratione, in pulchritudine, atq; magnitudine secundus præstat primo, tertius præstat secũdo: matris enim vẽter, qui primus est locus vitæ hominis, nouẽ durationẽ mẽsib9 metiri solet; mũdus vero, qui secundus est locus, vix annis centũ: at cœlũ qui tertius est locus æternitate mẽsuratur. Magnitudo primi tãta est, quãta vẽtris est matris, secundi verò, quãta est huius mũdi quem cernimus: tertij verò, secũdũ præfatã proportionẽ priorũ locorum, est maior. Atq; hoc idẽ intelligere de istorũ pulchritudine, nobilitate, opib9, atq; diuitijs par erit. Si ergo mundus iste qui oculis apparet, tã magnus tã pulcher atq; venustus & diuitiarum plenus est: quãto pulchrior, quanto maior, quãto venustior & opulẽtior erit, mundus ille inuisibilis qui locus beatorum est?

¶ Hoc idẽ similiter demõstrat, atque ob oculos ponit ciuium discrimẽ: in isto atq; illo loco habitantiũ. Quales enim sunt ciues, tales esse solẽt ædificiorũ excellẽtia & magestas. Ista ergo est (vt semel atq; iterũ diximus) terra morientiũ: illa viuẽtiũ: ista peccatorũ: illa iustorũ: ista hominũ: illa angelorũ: ista pœnitẽtiũ: illa indulgentiã consecutorũ: ista militãtiũ: illa triũphantiũ: ista deniq; amicorũ & inimicorũ, illa solũ amicorũ atq; electorũ: si ergo tãta est differẽtia ciuiũ, quãta erit locorũ: si quidẽ tã loca quã locata secũdũ debitũ modũ ac proportionem à Deo fuisse condita certò scimus? Verè gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Magna profectò tu es latitudine, artificio pulcherrima, materia maximè preciosa, societate nobilissima, opibus ditissima, á malis omnino libera atq; exempta. In omnibus magna dicenda es: quod maximus sit cõditor tuus, altissimus finis in quẽ edita es; ac nobilitate maxima decorati ciues illi, propter quos effecta es.

Psalm. 83

¶ Quæ hactenus docuimus ad sanctorum gloriam (quam accidentalem vocant) pertinent. Nunc autem de gloria quam essentialem appellãt, est dicendum. Hoc est de beatitudine illa qua Deo omnium bonorum maximo, beati in illa cœlesti patria fruuntur. De qua ait Diuus Augustinus, præmium virtutis erit ipse, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. Præmium itaque istud maius profectò est quàm excogitari potest. Cum non sit cœlum aut terra, aut maria, aut creatura aliqua, sed conditor ipse rerum omnium, atq; Dominus & imperator totius vniuersi. Qui quàmuis sit vnum idq; simplicissimũ bonum: in illo tamen est omnium bonorum summa.

Visio Dei est premiũ essentiale beatorũ.

D. Augu. 22. de ciuita.

¶ Pro cuius intelligẽtia maioriq; explicatione sciẽdũ nobis est inter innumeras alias diuinæ naturæ perfectiones, eã nõ esse minorẽ, continete scilicet eminẽtiori altioriq; modo omniũ creaturarũ perfectiones. Nã cum ipse sit omniũ illarũ conditor & gubernator: dirigens illas in præfinitos sibi fines atque perfectiones: carere ipse nõ poterit his omnib9 quæ alijs largitur, atq; pro sua magnificẽcia ĩpartitur. ¶ Hinc est quod spirit9 illi beati atq; cœlestes in Deo solo bonis omnibus fruũtur, atq; in eo solo omnia intuebũtur, vnusquisquè secũdum mẽsuram sibi definitã. Quemadmodũ enim in hac vita mortali creaturæ omnes veluti quoddã speculũ sunt, quo Dei pulchritudo,

Deus eminenter cõtinet perfectiones omnium creaturarum.

Beati in Deo tanquã inspeculo omnia vidẽt.

sapientia & bonitas aliquo modo conspicitur: sic tunc Dominus speculum erit omniũ creaturarũ, quę vi debũtur perfectius ac dilucidius omnes, quã si in seipsis respicerẽtur. Ibi itaq; erit Deus vniuersale bonũ sanctorũ omniũ, perfectaq; sui voti atq; desiderij quies, perfectũq; cõplementũ. Ibi erit speculũ oculis nostris, musica auribus; mel suauissimũ gustui, balsamus fragãtissimus olfactui. Ibi videbimus tẽporũ varietatem, veris pulchritudinẽ, æstatis claritatẽ, autũni abũdãtiã, hiemis requiẽ atq; quietẽ. Ibi deniq; erit quicquid sensibus his omnibus iocundũ & placidũ esse potest. Ibi sapientia sine ignorantia, memoria sine obliuione, intellectus sine errore, ratio sine obscuritate fulgebit. Ibi erit Deus plenitudo lucis, intellectui; pacis multitudo, voluntati; cõtinuatio æternitatis, memoriæ: ibi ignorantia existimabitur sapientia Salomonis, fœditas, pulchritudo Absalonis; infirmitas, fortitudo Sansonis; & mortalitas, vita primorũ parentum, atq; inopia, omnium imperatorum diuitiæ.

¶ Quid ergo ô miser si hæc ita sunt (vt verè sunt) vagaris per totã terrã Aegypti ad colligẽdas paleas? quid derelinquis fontẽ aquæ viuæ & facis tibi cisternas, cisternas dissipatas quæ cõtinere nõ valẽt aquã? si voluptates desideras, leua cor tuum, atquè altamẽte cõsidera, quã delectabile erit bonũ illud, omniũ bonorũ dulcedinẽ, atq; voluptatẽ cõtinẽs. Si hæc vita à Deo creata, tibi grata atq; iucũda est: quãto gratior ac iucũdior esse debet illa quæ omnia creauit? si dulcis ac suauis est cognitio creaturarũ: quãto dulcior, ac suauior erit, cognitio creatoris? Si pulchritudine delectaris ac delectaris, ipse est cuius pulchritudinẽ sol & luna mirãtur. Si generè ac nobilitate: ipse est totius nobilitatis fõns & origo. Si vitæ lõgitudine, & corporis salute; ipse est salus vera, ac dierũ lõgitudo. Si saturitate & abũdãtia, ibi adest omniũ bonorũ atquè diuitiarũ copia. Si musicæ suauitate ac melodia, ibi canunt angeli, ac maxima vocũ dulcedine resonãt organa sanctorũ omniũ. Si amicorũ societate: ibi est, omniũ electorũ atquè sanctorum societas & vnanimitas. Si honoris & diuitiarũ cupiditate: honores & opes sunt in domo Dei. Tadẽ si omni labore & ærũna carere desideras, ibi est vbi procul hæc omnia absunt. Gene. 17. c. Præcipiebat dñs vt octauo die fieret circũcisio. Quo significare voluit quòd octauo die suscitationis vniuersalis omniũ hominũ (qui huius mortalis vitæ hebdomadã est subsequutur9) circũcidet dñs labores omnes ac miserias illorũ, qui Dei amore flagrantes, omnia huius mundi bona, omnem animi spurcitiam, circũciderũt. Talis est patria illa cœlestis. Quid ergo beatius esse potest vita illa omniũ malorũ experte? vbi (vt Augustinus ait) nõ est mors, non est luctus, non est lassitudo, non est infirmitas, nõ est fames, nulla sitis, nullus æstus, nulla corruptio, nulla indigẽtia, nulla mæstitia, nulla tristitia.

¶ Vbi nõ erit aliqua inuidia disparis claritatis: qm regnauit in omnib9 vnitas charitatis. ¶ Vbi victoria, vbi veritas, vbi dignitas, vbi sanctitas, vbi vita, vbi æternitas. Ibi hymnidici angelorũ chori, ibi societas ciuiũ supernorum, ibi dulcis solemnitas à peregrinationis huius tristi labore redeũtium: ibi festiuitas sine fine, æternitas sine labe, serenitas sine nube. Quid

Exod. 5. b
Hiere. 2.
Gen. 17. Figura.
D. Augu. de symbo. lib. 3.
Augu. sup Ioan.
Augu. de vita æterna.
D. Augu. super Ioa. homi. ego sum pastor bon9.

Augusti. li de moribus. Quid plura? tanta est ibi pulchritudo iustitiæ, tanta est iucunditas lucis æternæ, hoc est, incommutabilis sapientiæ, vt etiam si non liceret in ea amplius manere quàm vnius diei mora, propter hoc solum innumerabiles anni hujus vitæ pleni delitijs, & circunfluentia bonorum temporalium, rectè meritóque contemnerentur.

¶ Si ergo tantum tamquè vniuersale est bonum hoc, qualis obsecro erit felicitas, qualis gloria illorum beatorum oculorum qui in illo pascentur? quid erit videre pulchritudinem illius ciuitatis? gloriam supernorum ciuium? faciem conditoris? venustatem & decorem illorum ædificiorum? letitiam & alacritatem communem, ac vniuersalem omniũ in illa patria cœlesti habitantium? quid tunc erit ordinem sanctorum spirituũ atquè sacri illius senatus auctoritatem intueri? quid tũc erit magestatem conspicere seniorum illorum quos vidit Ioannes sedentes super thronos circum amictos vestimẽtis albis & in capitibus eorum coronæ aureæ? quàm suaue, quàm dulce, quàm iocundum erit audire tantam angelorum multitudinem canentiũ canticum illud, (quod idem Ioannes narrat) benedictio & claritas & sapiẽtia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum amen? Quòd si hanc vocũ melodiam, ac consonantiam tam suaue, tam gratum ac iocundum est audire, quid quæso erit corporũ & animorum concordiam, pacem, & vnitatem inspicere? quid hominum & angelorum? quid deniquè hominum & Dei? ¶ Quid insuper erit tunc considerare, campos illos pulchritudinis, fontes illos vitæ perẽnis? pascua illa super mõtes Israel. quid sedere in mensa illa cœlesti, ac sedem inter cõuiuas illos habere? intingereque manum in Dei catino, hoc est, eadem qua ipse fruitur, frui gloria? imbi requiescent & gaudebunt: cantabũt & laudabunt: atquè intrantes & exeuntes pascua inæstimabilis suauitatis inuenient. Si ergo talia ac tanta præmia pollicetur Dominus, patrẽ aut matrem aut agros propter Dominum relinquentibus: quis est tã ingenij inops, tãq; sui oblitus, vt nõ omnia libẽter relinquat, nedum aliqua, nedum virtutem sectetur? audi ergo Dominum in hoc loco promittẽtẽ vitam æternam, aut omnia aut aliqua propter illum contemnentibus.

Apoca. 4.

Apoca. 7.

¶ Finis. Capit. XIX.

¶ Operariorum æquale præmiũ, matrisquè filiorum Zebedæi petitio.

Capit. XX.

SIMILE *est regnum cœlorum homini patri familias qui exijt primo mane conducere operarios in vineã suam. Conuentione autem facta cũ operarijs ex denario diurno: misit eos in vineam suam.*

detestabilius est, omnium scelerum labe hominum animos aspergunt & coinquinãt. Quod facilè erit videre, si per singula vitia & capitalia crimina discurramus. Coinquinant superbia. Ecclesi. 21. Domus quæ nimis est locuples, annihilabitur superbia. Coinquinant ira: Gene. 13. Dicitur, quòd facta est rixa inter pastores Loth & Abraham: erat enim substantia eorum multa, & nequibant habitare simul. Inuidia etiam, quod videre est Prouer. 8. Qui festinat ditari & inuidet alijs; ignorat quod ægestas superueniet. Gregorius etiam de viro iusto verba faciens, sic ait: Per hoc quod in terris nil appetit, alienis profectibus inuidere nescit. Item coinquinãt accidiæ labe. Vnde Hieremias ait, cap. 48. Sterilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fæcibus suis. Contaminant similiter luxuria. Ecclesi. enim. 57. dicitur Salomoni: collegisti quasi aurichalcum aurum: & computasti quasi plumbum argentum. Et post sequitur: inclinasti fæmora tua mulieribus. Gula deniquè conspergunt. Lucæ. 12. ait diues ille: anima mea multa habes bona reposita in annos plurimos: comede & bibe &c. Secundũ verò nocumẽtum quod diuitiæ suis possessoribus afferre solent, illud est: quod illos omnino spoliãt. Nam bona temporalia (authore Augustino) bona viscata sunt. Hinc est quòd Seneca ait: quisquis volet vitam agere tutam, ista viscata beneficia deuitet. Quemadmodum igitur virgæ si viscatæ sunt, aues spoliare solent plumis suis: sic temporalia bona, pennis virtutum homines spoliare solent: & plumis sanctarum cogitationum. Et sicut spinæ, oues lana qua indutæ sunt, spoliant, & interdum excoriant, ita vt à muscis affligantur: sic diuitiæ hominum corda atquè animos excoriant: & in causa sunt, vt à muscis, hoc est, solicitudibus huius seculi, maxima molestia afficiantur. Quod significatum est in illa musca grauissima quæ venit in domo Pharaonis & seruorum eius Exod. 8. Vnde Gregorius, ait: Nihil laboriosius quàm terrenis desiderijs æstuare: nihil quietius quàm in hoc mundo nihil appetere. Hinc est quòd Israeliticus populus ob seruationem & custodiam Sabbati accepit in munere: & Aegyptus muscarum multitudine percutitur. Quòd cum hæc ita sint mirũ profectò est, quomodo diuites isti nocessãt cum mundo ludere: cum in cessanter & perpetuò perdant: & spolientur à mundo. Sed tamen ludo calefacti, nesciunt se ludo subtrahere; sic vt non perdat, non cessat ludere lusor. ¶ Mitto modò tertium nocumẽtum; quòd diuitiæ vires omnes ad bene operandum atquè studiosè, eneruare solent. Ita vt de diuitibus huius seculi dicere meritò possimus illud Psalmi: manus habent & non palpabunt: pedes habent & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo. ¶ Mitto etiam quòd diuitiarum proprium sit, amatores suos maximè affligere. Ecclesiasti. enim. capi. 2. de auaro dicitur: cuncti dies eius pleni sunt laboribus & ærumnis: nec per noctem mente requiescit. Et Philosophus ait: nihil infelicius fortunato insipiente. Quod significatum fuit in eo quod Abel fuisse legitur frater Cain. Abel luctus, Cain possessio interpretatur: quia luctus & possessiones iúcti,

Marginalia: Eccle. 21. | Gen. 13. | Prou. 8. | D. Grego. | Hier. 48. | Eccl. 57. | Luc. 12. | Diuitiæ spoliant suos possessores. | Augusti. | Seneca. | Simile. | Simile. | Figura. | Exod. 8. | Vires enervant ad bene operandum diuitiæ. | Psal. 113 | Ecclesi. 2. | Philoso. | Figura. | Gene. 4.

Simile. tamen latrare non cessant, si quis inde sumere velit. Simile. Similes arcæ non habenti commodum aliud de pecunia quam seruat, nisi quod illius ocasione interdum tota frangitur. Similis etiam bursæ hoc solum emolumentum reportanti de pecunijs quas habet, quod maculis plena remanet, & custodiendo pecunias consumitur & dirumpitur: & interdum à latronibus scinditur.

4. ratio. ¶ Tandem ea omnia reliquunt timentes huius mundi pericula & naufragia. Simile. Timentium enim est proijcere quæcunquè fugæ suæ cursum impediunt, & quæcunquè euasioni suæ obstant. Sancti ergo, & viri virtute præstantes, timore periculi mundũ & omnia bona eius relinquunt. Vnde super illud Iob cap. 31. (Iob. 31. c.) Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum, glosa ait (Glosa.), fluctus cum tumentes desuper eminent ea ex naui proijciunt, pro quibus nauigia sunt pserunt. Hinc est quòd paupertas spirit9 qua omnia relinquimus, adoctoribus sanctis dono timoris adaptetur. Timor enim sanctus in causa est, vt paupertatem spiritus sectemur.

¶ *Ecce nos reliquimus omnia*. Illud in hoc loco maximè animaduertẽdum est, quod Petrus non dixit: Ecce nos relinquemus omnia &c. Quid ergo erit nobis? Sed quid ait? (Nota.) Ecce nos reliquimus omnia: & hoc ante quã Christus Dominus diceret: vos qui sequuti estis me sedebitis &c, vt intelligamus quod solo Dei amore, sine aliquo intuitu præmij, omnia hui9 mundi bona reliquerunt Apostoli. (Solo Dei amore cõmoti omnia relinquere debemus.) Perfectissima enim charitas Christum propter se ipsum solum esse diligendum docet, sine intuitu præmij, non tamen sine præmio. Ideo statim subiungit Dominus: Amen dico vobis quod vos &c.

¶ *Reliquimus omnia.* Omnia scilicet terrena: non tamen omnia cœlestia. Quæ tam magna sunt, vt eorum comparatione, omnia terrestria puncto indiuisibili comparentur. (Vi. Titelmanũ de magnitudine & exiguitate terræ li. 7. cap. 5.) Quare non magni æstimandum est, totam terram relinquere, cum pro illa totũ cœlum tribuatur.

¶ *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te.* Meritò docuit Christus apostolos suos itemq; viros alios omni virtute præstantes relinquere diuitias terrenas: & imitari eius virtutes. Nam reuera, nequè artificiales nequè naturales diuitiæ, hominem diuitẽ efficere possunt sed virtutes duntaxat animum satiant & omnino locupletant. (Neq; artificiales diuitiæ neq; naturales aliquẽ ditant sed solæ virtutes.) ¶ Quòd verò artificiales diuitiæ, hoc est, pecuniæ neminem ditent, tam certa res est, vt ea nulla sanè probatione indigeat: quãuis philosophi proclament illud Ecclesia. capit. 10. (Eccle. 10.) Pecuniæ obediunt omnia. Nam pecuniæ quæ in arca sunt non magis animum explent, aut naturalem appetitum satiant, quàm epulæ in mensa positæ, quæ tamen nunquã ab esuriente comeduntur. Hinc est quod Salomo. ait Prouer. 13. (Prou. 13.) Est quasi diues cum nihil habeat scilicet intra se: & est quasi pauper cum in multis diuitijs sit. Peccuniæ igitur etsi arcam aut bursam quam implent diuitem faciant: non tamen hominem, in quo non sunt. (Simile.) Quemadmodum enim albus, aut magnus, aut pulcher quis nõ dicitur, albedine, aut magnitudine, aut pulchritudine quę in alio est: ita diues dici non potest ob pecunias quæ in arca sunt. ¶ Quòd autem diuitiæ naturales, hoc est, agri,

 alia-

aliarumquè rerum possesiones, locupletem non faciant, vel hac sola ratione constare nobis poterit: quòd quanto plures sint, tanto pluribus alijs egeamus ad eas excolendas & substentandas. Si enim agros. v. g. possideas: animalia ad arandum, stabula, & paleas, & annonam ad hæc animalia substentanda, habere necesse est. Itè iuga, vomeres, aratra, semina, falces, messores, horrea, molendina, fornaces, aliaquè innumera tibi necessaria sunt. Quòd si vineis abundaueris, multis indigere, vel ipsa experientia docebit: ita vt de te meritò dicatur: est quasi pauper, cum in multis diuitijs sit scilicet naturalibus. Virtutes ergo quæ animum hominis intrant, explent & satiant: virtutes quæ indigentiam non multiplicāt, sed potiùs diminuunt, veræ diuitiæ dicendæ sunt. Ergo fratres si verè diuites esse cupitis (inquit Gregorius) veras diuitias amate. Solæ veræ diuitiæ sunt, quæ nos verè diuites efficiunt: quæ mentem satiant, & secum omnia portant, vt in æternùm diuites faciant. Hac ergo veritate edocti Apostoli, aiunt: Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te: mores scilicet tuos & vitam imitantes.

Prou. 13.

D. Greg.

¶ *Quid ergo erit nobis?* Quid erit nobis interrogat Petrus. Quòd scilicet vestri eritis, cum antea non vestri, sed diuitiarum miseri serui & subditi eratis. Vnde Augustinus meritò ait: venditis rebus nostris, nullum maius earum recipimus pretium quàm nos ipsos. Implicati enim talibus nostri non eramus. Et Seneca: Nostri essemus si nostra non essent. Quòd verò diuites auari serui diuitiarum sint, tā certò constat, vt probatione non egeat. Tum, quòd pecuniæ ad nutum obe-

Augusti. Reliquēdo diuitias nostri sumus cū antea non nostri sed diuitiarū essemus. Seneca.

diunt. Pecuniæ (inquit Salomon) obediunt omnia. Tum etiam quia se in omnibus ad crumenam conformare solent: quemadmodū ancilla ad voluntatē Dominæ suæ. Hinc est quòd Bernar. ait, ad auarum sermonem cōuertens: facis te pecuniæ tuæ non dominum sed seruum: custodem, non possessorem: deniquè conformaris crumenæ tuæ, tanquàm seruus Domino suo. vt quomodo ille necessariò congaudet illo gaudente, & condolet dolenti; tu quoq; concrescente marsupio tuo, crescis pariter & animo, & decrescente pariter decrescis, nam contraheris tristitia cum illud exinanitur; & solueris lætitia, aut certè inflaris superbia, cum illud impletur. Vendamus igitur omnia vt nostri simus, vt à tam misera seruitute liberemur. Maxima enim stultitia est, vt ea sola putemus emi, vt ait Seneca, pro quibus pecunias soluimus; & ea gratuita vocemus, pro quibus nos ipsos impendimus. Vnde meritò idem Seneca ait; quod nihil est cuiquè se vilius. Vt igitur nostri simus omnia cum Apostolis relinquamus; & illud erit nobis maximū in hac vita præmium, ac maximum lucrum ac merces; vt à tanta seruitute liberati nostri simus; sicquè expediti, faciliùs & promptiùs Deum colere; Christūquè sequi poterimus.

Eccle. 10.

Bernard. sup Cāti. Diuites non sui sed diuitiarum sunt.

Seneca.

Idem.

¶ *In regeneratione cum sederit &c. Sedebitis & vos &c.* In illa siquidem die, implebitur quod psalmista ait; Omnia cornua peccatorum confrigam, & exaltabuntur cornua iusti. Potestates tunc temporis superborum confringentur; iustorum autem potestates exaltabuntur, cum sederint ad iudicandum homines impios & iniquos. In die illa dicent Apostolici vi-

Psal. 74.

Cornu, idest, potestas.

ri,

ri, dicent martyres omnes: in te mo dò inimicos nostros ventilabimus cornu: in nomine tuo spernemus insurgentes in nos. Qui enim in hac vita contempserunt omnia, & sequentes Christum nimia fuerunt afflictione confecti: resumunt tunc animum, & dicent: in te inimicos nostros ventilabimus cornu. In die deniq; illa confessio erit Domini super cœlum & terram, & exaltabit cornu populi sui, id est, potestatem. Quod quidem cornu hic humiliatum est, propter afflictiones & dolores, quos patitur populus fidelis qui Christum sequitur, vitamq; eius & mores induit: ibi autem exaltabitur maxime; tum quia dexteram Christi merebitur: Tum etiam, quia cum illo iudicabit iniquos: Tum deniq; quia in æternam pacem, gaudiumq, transibit; vt meritò exaltatus dicatur, qui vsque ad ipsius Domini contemplationem, mirabili eius pietate peruenit.

Psa. 43.

Psal. 148

¶ *Centuplum accipiet &c.* Maxima prudentia est, omnia relinquere propter Christum. Maxima verò auarus stultitia laborat. Nam cum vehementer fœnerari desideret, non vult tamẽ cum Domino fœnerari, quod sine peccato aliquo & maximo cũ lucro posset facere: sed ibi fœneratur, vbi penitus aut nihil lucratur. Idque cũ peccato non paruo fit. Vnde Augustinus: miser homo cur fœneraris homini? Fœnerare Deo & centuplum accipies, & vitam æternam possidebis. Apostoli ergo & viri perfecti, prudentes vsurarij facti sunt: Qui propter Christum omnia reliquerunt: & ideo centies tanto amplius acceperunt in hac vita, & in futura vitam sempiternam.

Qui sint stulti vsurarij, qui vero prudentes.

¶ *Centuplum accipiet &c.* Quid quæso in causa est, quòd multi religiosorũ hominum, propter Christum, patrẽ & matrem & omnia alia reliquerint: & tamen hoc centuplum in hac vita non accipiant? Ea sanè causa est, quia aliqua de iis quæ reliquerunt iterum sumere volunt. Deuteronō. enim ca pi. 14. dicitur: Omne quod reptat & pennas habet erit immundum: tales verò partim reptant, partim pennulas habent, & ideò immundi sunt coram Deo. Iosue. cap. 6. dicitur: maledictus qui reædificauerit Ierico. Huiusmodi sanè homines meritò stulti iudicandi sunt, qui cum inuenta præciosa margarita, omnia bona sua vendiderint & illam emerint; Deinde eam conculcare, & pro nihilo dare velint. Et cum eos Dominus de huius seculi naufragio eripuerit, & in loco tuto collocauerit, hoc est, in religionis naui: ipsi furtiuè aliquid è mundi mare iterum sumant & in naui reponant: vt in portu nauigantes submergantur.

Quare multi religiosorum hoc præmium non consequuntur.

Deut. 14. c.

Figura.

Iosue. 6.

¶ *Centuplum accipiet.* Quàm verum sit quod in hoc loco Dominus pollicetur vno, vel altero exemplo comprobare possumus. Gene. 13. ait Dominus Abrahæ (qui propter pacem seruandam reliquerat Loth confobrino suo terram optimam) leua oculos tuos in directum, & vide a loco in quo nunc es, ad Aquilonem, & Meridiem, ad Orientem, & Occidentem: omnem terram quam conspicis tibi dabo, & semini tuo &c. Idemque dicit cap. 17. Dabo tibi & semini tuo terram hanc. Vide quã largiter Deus remuneret, si quid, propter Deum, iustitiam, pacem, relinquamus. In medico cesserat Abraham ipsi Loth; & nunc vniuersam terram accipit. Mũdi homines timerent se ad famem redigen-

Gene. 13 Exemplis probatur promissio hæc Christi.

Gene. 17

digendos, si vel in modico alijs cederent ex charitate. Atqui Abrahã nihil ob id pauperior effectus est, quòd ipsi Loth cessit: imò ideò maiora à Deo accepit. Vt ex hoc intelligamus quàm verissimum sit quod in hoc loco Christus ait: qui reliquerit domum &c. propter me, centuplum accipiet &c. Sic & in eleemosyna, pauca damus & magna accipimus: quomodo inter se paria sunt obolum pauperi dare, & obtinere remissionem peccatorum? Pascere esurientem & in illa horribili die fiduciam assequi: & audire verba nullo regno conferenda: venite benedicti

Infra. 25. &c. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare &c. Imò ideò Deus pauperes inter nos esse vult, vt ipsi patiẽtia multum mercedis acquirant: & nos per eleemosynam fiduciam consequamur: alioqui posset & ipsorum inopiam auferre.

Gen. 15. ¶ Præterea Gene. cap. 15. ait Dominus Abrahæ: Ego ero protector tuus: Ego ero merces tua magna nimis. Obseruandæ sunt hæ promissiones: multam enim efficaciam habent promouendi hominem ad bonum. Qui enim cogitat Dominum esse protectorem suum, facilè contemnet mundi mala: Et qui futuram remunerationem attendit, nõ murmurabit à labore: sciẽs nimirũ quòd breuis est omnis labor huius vitæ & modicus, si ad futurã remunerationẽ conferatur: non enim sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam. Quòd autem hæ promissiones ad omnes pertineant fideles, exemplo eo patet quòd Christus in Euangelio fermè simi-

Sup. 6. & 8. lia suis sequacibus promittit: vt cum dicit: scit pater vester cœlestis quòd his opus habeatis. Item: quid timidi estis modicæ fidei &c. Et in hoc loco: centuplum accipient, & vitam æternam possidebunt. Item qui mihi ministrauerit, honorificabit eũ pater meus. Ioan. 12.

¶ Quantum verò ad Abraham attinet: ille vitam filij contempsit propter Dei obedientiam & timorem. Vnde Dominus ad eum: Nunc cognoui quòd timeas Deum: quia non pepercisti filio tuo propter me. Quantum nos adhuc distemus ab hoc vero timore Dei, explicatione non eget. Nam experimento cõstat, quòd etiam leuissima quæquè lucra Deo præponamus: graueq; sit quicquid propter Deum expendere debemus, etiam si leue sit. Curandum igitur est, vt etiam nos aliquando ab eo audiamus: nunc cognoui quòd tu times Deum: quia non pepercisti filio, filiæ, vxori, pecuniæ, honoribus, famæ, propter me. Felix qui hoc auditurus est: is enim verè & certò centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Verùm quàm pauci inueniuntur tales. ¶ Capit. etiam

Gene. 21. 21. ait Dominus Abrahæ: Non tibi videatur asperum super puero & super ancilla tua; omnia quæ dixerit tibi Sara audi vocem eius. Quidquid nobis Sara, id est, fides, vel scriptura dixerit, non videatur nobis durum; magna enim præmia sequuntur; cẽtuplum (inquit) accipiet, & vitam æternam possidebit. Capi. 26.

¶ Præterea cap. 26. de Isaac dicitur: Creuit homo, & ibat proficiẽs donec magnus vehemẽter effectus, habuitquè possessiones ouium, & armentorum, & familiæ plurimum. En vides quo pacto pij iusti, centuplũ in præsenti vita accipiunt quod si ma-

si magnum videatur quod Isaac hoc centuplum acceperit. maiora nobis promissa sunt: Centuplum (inquit) accipiet, qui propter Deum temporalia relinquit: & insuper vitam æternam possidebit. Confortamini igitur (dicebat Azarias propheta) & nō dissoluantur manus vestræ: est enim merces operi vestro. Et Paulus: Bonū facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus, nō deficientes.

2. par. 17.

Gala. 6.

¶ Et *vitam æternam possidebit*. Hac æterna vita omnia relinquētibus promissa confirmare voluit Dominus animos nostros, ne vel pœniteat relinquere omnia propter Christum; vel si iam dimissa fuerint, ne in admirationem corporalium diuitiarū relabamur. Itaquè dum vilibus rebus studuerimus ditescere, miserabiliter bonis animi atquè vita illa sempiterna paupercscamus. Quare vt magis ad contemptū rerum omniū alliciamur, opere præcium mihi visum est, de æterno illo præmio de cęlesti illa patria, dequè vita illa æterna differere. Huius enim attenta consideratio maximè ad rem faciet.

¶ Duo igitur sunt quæ sese offerunt præcipuè pertractanda impræsentiarum, & loci cœlestis (hoc est cœli empyrei) magnitudo, pulchritudo & excellentia: & Regis regum in hac cœlesti aula cum innumera Angelorum atquè sanctorum multitudine habitantis gloria, magestas, & refulgentia.

Describitur beatitudo nostra.

¶ Quanta sit huius loci atquè regni pulchritudo & præstantia, quanta sit eius diuitiarum & opum abundantia, nulla vi dicendi, nulla verborum amplificatione, explicari potest: Licebit tamen nonnullis coniecturis aliquid de tanta re intelligere. Inter quas vna est, consideratio scilicet finis, in quem tantum ac tam illustre & magnificum opus æditum à Deo est. Scopus ergo huius operis, diuinæ gloriæ manifestatio fuit. Quamuis enim omnia propter semetipsum operatus sit Dominus, vt Salomō ait, hoc tamen opus tam pulchrum tam immensum peculiariter conditum est vt in eo eius magnitudo, eius magestas eiusquè magnificentia demonstraretur. Quemadmodum enim magnus ille Assuerus (qui regnauit in Asia super centum viginti septem prouincias) in Susa ciuitate fecit grāde conuiuium cunctis principibus regni sui centum & octoginta diebus, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui ac magnitudinem potentiæ suæ: sic rex iste cœlestis, conuiuium alterum facere statuit celeberrimum atquè sollenissimum, nō centum & octoginta diebus, sed æternum duraturum: vt ostenderet incredibilem suæ sapientiæ atquè liberalitatis & magnificentiæ immensurabilem mēsuram. Hoc est conuiuium illud de quo Esaias loquitur dicens: Et faciet Dominus in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum & vindemiæ defecatæ. Hoc est conuiuium in quo erūt pinguia & opima fercula & vina purissima. In quo, inquàm, erūt fercula suauissima atquè preciosissima. Si ergo hoc tam cœleste conuiuium facit Dominus, vt manifestetur atquè ostendatur cunctis sui regni ciuibus magnitudo gloriæ suæ: & hæc tanta sit: quantæ erunt diuitiæ quantæ sollemnitates in hunc finem ordinatæ? ¶ Quod vt adhuc clariùs faciliusquè percipiamus, animaduertenda atquè consideranda

Prima coniectura magnitudinis & pulchritudinis loci cœlestis, atque vitæ beatæ.

Prou. 16.

Esther. 1.

Esai. 25.

rantiæ est & diuinæ potentiæ & diuitiarum opum magnitudo & abundantia. Quæ tāta profectò est, vt solo verbo hanc cœlestem ac mundialem machinam, tam pulchram, tamq; admirabilem condiderit: atq; solo alio, in nihilum redigere facile poterit: innumerosquè mundos alios, eodem verbo & oriri, & statim omnino perire, efficere pro libito suo licebit. Adde his: qua enim facilitate formicas creauit, eadem & Angelos omnes; non enim desudat laborando, nō defatigatur, non oneri succumbit: quicquid enim illi libet, potest; & quicquid efficere vult, sola voluntate sua operatur. Si ergo tanta est Domini omnipotētia, tantaquè gloria nominis eius, tantusquè eius amor: qualis dicito mihi erit Domus, qualis sollemnitas, qualis apparatus, quale deniquè conuiuium in hunc finem paratum? Quid hic desiderari potest vt opus hoc sit omnibus numeris absolutum, omniquè ex parte perfectum? minus non desideratur, dum opifex huius operis, sit omnipotens. Ingenium & ars non desideratur, cum artifex sit infinita sapientia præditus: voluntas non desideratur, cum sit infinitæ bonitatis: opes & diuitiæ deniquè non desiderantur; cum ipse sit omnium bonorum fons, & pelagus: quale igitur erit opus, vbi hæc omnia conueniunt atquè concurrunt? Quale erit ædificium, qualis structura, à tali officina procedēs? Vbi tales artifices inueniūtur, quales sunt omnipotentia patris, sapientia filij & bonitas Spiritus sancti? Vbi bonitas vult, sapientia dirigit, omnipotentia potest, quod diuina voluntas vult, atquè diuina sapientia statuit & ordinat, quamuis communia hæc omnia

Dei poten tia quanta sit.

sunt, omnibus tribus personis?

¶ Deinde considera, quod ad rem maximè facit. Non solum præparasse Dominum, domum istam propter semetipsum, sed propter electos suos ac propter eorum gloriam atquè honorem. Quanto honore Dominus prosequatur eos qui illum dum viuebant honore affecerunt, explicatione non eget cum re ipsa sæpè visu venisse experti sumus: Cum omnia dum in hac vita mortali morabātur subiecerit sub pedibus eorum, Cum omnes creaturas illis parere & obedire compulerit. Sol (inquit Iosue) contra Gabaon ne mouearis, & Luna cōtra vallem Aialon. Stetitquè Sol totaquè mūdi machina habenis, hoc est, iussu Iosue. Obediente (inquit) Domino voci hominis. Quid de Esaia referā, qui solo verbo reuertere fecit Solem decem lineis per gradus quos descenderat? Quid de Helia proferā, qui pro suo libito aquas in cœlis detinebat, ne terram irrigarent: illasquè cum volebat, descendere vi orationis & præcationis suæ faciebat? ¶ Atquè non solum sanctos electosquè suos Dominus dum viuerēt honorabat, sed post illorum etiam mortē. Quod facilè videre quisquè poterit si 4. Regum cap. 13. legerit, ibi enim narrat scriptura: ossa Elisæi mortuum suscitasse. Atquè non solum sanctorum ossa tanto honore digna fuerunt, sed (quod omnem rationē superat) vmbram Petri tāti à Deo habitam fuisse legimus, vt quotquot illam tangebant liberarentur quauis infirmitate, atquè mala valetudine essent affecti: vt in Actis Apostolorum narrat D. Lucas. Si ergo tanta cura & diligentia suos, in hac mortali vita, (quæ tota militia tota labor & dolor, & non

2. cō. sid.

Iosue. 10.

Esai. 38.

4. Reg. 13.

Acto. 5.

& non locus requiei, au præmiorum est) honorat Deus quanta obsecro erit gloria à Deo definita & destinata ad honorãdum electos suos, qui in hac vita pro nomine sancto suo strenue pugnauerunt?

3. cõiect. ¶ Attende præterea, quàm magnificus, quàm liberalis in referenda gratia Dominus sit. Præcepit Deus
Gene. 22 Abrahamo, vt immolaret illi filium suum Isaac: cumq; libenter iussis paruisset, iam iamq; arripuisset gladiũ vt illum interficeret, ait illi Dominus: non extendas manum tuam super puerum. Nunc cognoui quòd timeas Deum. Et addidit Dominus. Per me metipsum iuraui quia fecisti rẽ hanc, & nõ pepercisti filio tuo propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & veluti arenam quæ est in littore maris. Et benedicentur in semine tuo (hoc est, in Christo mundi saluatore) omnes gentes terræ. Nonne vides quale præmium illi Dominus retu erit: præmium sanè Dei magnificentia dignum? ¶ Secundo Regum
2. Re. 7. cap. 7. legimus dixisse Regem Dauidem Prophetæ Natham. Vides ne, quòd ego habitem in domo cedrina, & arca Dei posita sit in medio pellium? Tantiquè fecit Dominus huius Regis propositum & desideriũ, vt sequenti die mitteret ad illum eũdem prophetam qui diceret: annun-
1. par. 1 7 tio ego tibi, quod ædificaturus sit tibi Dominus domum; & suscitabo semen tuum post te, & firmabo solium eius in æternum. Ita promisit, atq; ita adimpleuit. Nam non ablatum est sceptrum de domo eius, donec venit Christus Dominus: qui sedet super sedem eius & regnabit in sempiternũ. Si ergo paradysi gloria & beatitudo non est aliud quàm vniuersalis ac generalis quædam laborum retributio sanctorum omnium, tamq; magnificus ac liberalis sit Dominus in habenda gratia, qualis obsecro erit hæc sanctorum gloria quis sapiẽs & intelliget hæc?

¶ Alia etiam coniectura non minori, rimari quis poterit huius gloriæ magnitudinem. Considera ergo atquè alta mente reuolue, precium quod Deus pro sanctorum gloria postulauerit: cum aliàs sit natura ipsa tanta liberalitate ac beneficentia decoratus. Post primorum enim parẽtum labem, non minori, quàm sanguine vnigeniti filij sui, gloriam suã æstimare voluit. Pro morte itaquè Dei, conceditur vita Dei; pro tristitia Dei, confertur homini lætitia Dei: & pro eo quod Deus in patibulo steterit, inter latrones duos positus: homini datur, vt sit inter angelorum choros. Dicito ergo mihi, si potes, quale erit quantumquè bonum illud, quod vt impetrares, necesse fuit vt Deus innumeras guttas sanguinis desudaret: necesse fuit vt comprehenderetur tanquàm latro quidam insignis, flagris cæderetur, illuderetur multis varijsquè modis ac tandem cruci affigeretur? Quæ ergo erunt quæ præparauit Dominus diligentibus illum? Mens deficit, lingua obmutescit in huius immensi pelagi consideratione atquè explicatione. ¶ Adde; quod tanquàm additamentum huius precij, à nobis postulat Dominus, quicquid homo pro suis viribus in hac vita præstare potest. Nempe vt tollamus crucem nostram & sequamur illum. Eruamus Sup. 10.
oculum nostrum si est nobis offendi Sup. 4.
culo: & quòd odio habeamus parentes

istos, hic est ordo, atquè hæc proportio. Quantū.n. in duratione, in pulchritudine, atq; magnitudine secundus præstat primo, tertius præstat secūdo: matris enim vēter, qui primus est locus vitæ hominis, nōnē dumtaxat mēsib9 metiri solet: mūdus verò, qui secundus est locus, vix annis centū: at cœlū qui tertius est locus æternitate mēsuratur. Magnitudo primi tāta est, quāta vētris est matris, secundi verò, quāta est huius mūdi quem cernimus: tertij verò, secūdū præfatā proportionē priorū locorum, est maior. Atq; hoc idē intelligere de istorū pulchritudine, nobilitate, opib9, atq; diuitijs par erit. Si ergo mundus iste qui oculis apparet, tā magnus tā pulcher atq; venustus & diuitiarum plenus est: quāto pulchrior, quanto maior, quāto venustior & opulētior erit, mundus ille inuisibilis qui locus beatorum est?

¶ Hoc idē similiter demōstrat, atquè ob oculos ponit ciuium discrimē in isto atq; illo loco habitantiū. Quales enim sunt ciues, tales esse solēt ædificiorū excellētia & magestas. Ista ergo est (vt semel atq; iterū diximus) terra moriētiū illa viuētiū: ista peccatorū: illa iustorū: ista hominū: illa angelorū: ista pœnitētiū: illa indulgentiā consecutorū: ista militātiū: illa triūphantiū: ista deniq; amicorū & inimicorū, illa solū amicorū atq; electorū: si ergo tāta est differētia ciuiū, quāta erit locorū: si quidē tā loca quā locata secūdū debitū modū ac proportionem à Deo fuisse condita certò scimus? Verè gloriosa dicta sunt de te ciuitas
Psalm. 83 Dei. Magna profectò tu es latitudinē, artificio pulcherrima, materia maximè preciosa, societate nobilissima, opibus ditissima, à malis omnino libera atq; exempta. In omnibus magna dicenda es: quòd maximus sit cōditor tuus, altissimus finis in quē edita es, ac nobilitate maxima decorati ciues illi, propter quos effecta es.

¶ Quæ hactenus docuimus ad sanctorum gloriam (quam accidentalem vocant) pertinent. Nunc autem de gloria quam essentialem appellāt, est dicendum. Hoc est de beatitudine illa qua Deo omnium bonorum maximo, beati in illa cœlesti patria fruuntur. De qua ait Diuus Augustinus, præmium virtutis erit ipse, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. Præmium itaquè istud maius profectò est quàm excogitari potest. Cum non sit cœlum aut terra, aut maria, aut creatura aliqua, sed conditor ipse rerum omnium, atq; Dominus & imperator totius vniuersi. Qui quamuis sit vnum idq; simplicissimū bonum: in illo tamen est omnium bonorum summa.

Visio Dei est premiū essentiale beatorū. D. Augu. 22. de ciuita.

¶ Pro cuius intelligētia maioriq; explicatione sciēdū nobis est inter innumeras alias diuinæ naturæ perfectiones, eā nō esse minorē, continere scilicet eminētiori altioriq; modo omniū creaturarū perfectiones. Nā cum ipse sit omniū illarū conditor & gubernator: dirigens illas in præfinitos sibi fines atquè perfectiones: carere ipse nō poterit his omnib9 quæ alijs largitur, atq; pro sua magnificēcia īpartitur. ¶ Hinc est quòd spirit9 illi beati atq; cœlestes in Deo solo bonis omnibus fruētur, atq; in eo solo omnia intuebūtur, vnusquisquè secūdum mēsuram sibi definitā. Quemadmodū enim in hac vita mortali creaturæ omnes veluti quoddā speculū sunt, quo Dei pulchritudo,

Deus eminenter cōtinet perfectiones omnium creaturarum.

Beati in Deo tanquā in speculo omnia vidēt.

 sapien-

sapientia & bonitas aliquo modo conspicitur: sic tunc Dominus speculum erit omniũ creaturarũ, quę vi debũtur perfectius ac dilucidius omnes, quã si inseipsis respicerentur. Ibi itaq; erit Deus vniuersale bonũ sanctorũ omniũ; perfectaq; sui voti atq; desiderij quies, perfectũq; cõplementũ. Ibi erit speculũ oculis nostris, musica auribus; mel suauissimũ gustui, balsamus fragãtissimus olfactui. Ibi videbimus tẽporũ varietatem, veris pulchritudinẽ, æstatis claritatẽ, autũni abũdãtiã, hiemis requiẽ atq; quietẽ. Ibi deniq; erit quicquid sensibus his omnibus iocundũ & placidũ esse potest. Ibi sapientia sine ignorantia; memoria sine obliuione; intellectus sine errore, ratio sine obscuritate fulgebit. Ibi erit Deus plenitudo lucis, intellectui; pacis multitudo, voluntati; cõtinuatio æternitatis, memoriæ: ibi ignorantia existimabitur sapientia Salomonis, fœditas, pulchritudo Absalonis; infirmitas, fortitudo Sansonis; & mortalitas, vita primorũ parentum, atq; inopia, omnium imperatorum diuitiæ.

¶ Quid ergo ô miser si hæc ita sunt (vt verè sunt) vagaris per totã terrã Aegypti ad colligẽdas paleas? quid derelinquis fontẽ aquæ viuæ & facis tibi cisternas, cisternas dissipatas quæ cõtinere nõ valẽt aquã? si voluptates desideras, leua cor tuum, atque altamẽte cõsidera, quã delectabile erit bonũ illud, omniũ bonorũ dulcedinẽ, atq; voluptatẽ cõtinẽs. Si hæc vita à Deo creata, tibi grata atq; iucũda est: quãto gratior ac iucũdior esse debet illa quæ omnia creauit? si dulcis ac suauis est cognitio creaturarũ: quãto dulcior, ac suauior erit, cognitio creatoris? Si pulchritudine delectaris ac delectaris, ipse est cuius pulchritudinẽ sol & luna mirãtur. Si genere ac nobilitate: ipse est totius nobilitatis fons & origo. Si vitæ lõgitudine, & corporis salute; ipse est salus vera, ac dierũ lõgitudo. Si saturitate & abũdãtia, ibi adest omniũ bonorũ atque diuitiarũ copia. Si musicæ suauitate ac melodia, ibi canunt angeli, ac maxima vocũ dulcedine resonãt organa sanctorũ omniũ. Si amicorũ societate: ibi est, omniũ electorũ atque sanctorum societas & vnanimitas. Si honoris & diuitiarũ cupiditate: honores & opes sunt in domo Dei. Tandẽ si omni labore & ærũna carere desideras, ibi est vbi procul hæc omnia absunt. Gene. 17. c. Præcipiebat dñs vt octauo die fieret circũcisio. Quo significare voluit quòd octauo die suscitationis vniuersalis omniũ hominũ (qui huius mortalis vitæ hebdomadã est subsequtur) circũcidet dñs labores omnes ac miserias illorũ, qui Dei amore flagrantes, omnia huius mundi bona, omnem animi spurcitiam, circũciderũt. Talis est patria illa cœlestis. Quid ergo beatius esse potest vita illa omniũ malorũ experte? vbi (vt Augustinus ait) nõ est mors, non est luctus, non est lassitudo, non est infirmitas, nõ est fames, nulla sitis, nullus æstus, nulla corruptio, nulla indigẽtia, nulla mæstitia, nulla tristitia.

¶ Vbi nõ erit aliqua inuidia disparis claritatis: qm regnauit in omnibus vnitas charitatis. ¶ Vbi victoria, vbi veritas, vbi dignitas, vbi sanctitas, vbi vita, vbi æternitas. Ibi hymnidici angelorũ chori, ibi societas ciuiũ supernorum, ibi dulcis solemnitas à peregrinationis huius tristi labore redeũtium: ibi festiuitas sine fine, æternitas sine labe, serenitas sine nube. Quid

Marginalia: Exod. 5. b; Hiere. 2.; Gen. 17. Figura.; D. Augu. de symbo. lib. 3.; Augu. sup Ioan.; Augu. de vita æterna.; D. Augu. super Ioa. homi. ego sum pastor bon⁹.

Quid plura? tanta est ibi pulchritudo iustitiæ, tanta est iucunditas lucis æternæ, hoc est, incommutabilis sapientiæ, vt etiam si non liceret in ea amplius manere quàm vnius diei mora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vitæ pleni delitijs, & circunfluentia bonorum temporalium, rectè meritóque contemnerentur.

Augusti. li. de moribus.

¶ Si ergo tantum tamquè vniuersale est bonum hoc, qualis obsecro erit felicitas, qualis gloria illorum beatorum oculorum qui in illo pascentur? quid erit videre pulchritudinem illius ciuitatis? gloriam supernorum ciuium? faciem conditoris? venustatem & decorem illorum ædificiorum? letitiam & alacritatem communem, ac vniuersalem omniũ in illa patria cœlesti habitantium? quid tunc erit ordinem sanctorum spirituũ atquè sacri illius senatus auctoritatem intueri? quid tũc erit magestatem conspicere seniorum illorum quos vidit Ioannes sedentes super thronos circum amictos vestimẽtis albis & in capitibus eorum coronæ aureæ? quàm suaue, quàm dulce, quàm iocundum erit audire tantam angelorum multitudinem canentiũ canticum illud, (quod idem Ioannes narrat) benedictio & claritas & sapiẽtia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum amen? Quòd si hanc vocũ melodiam ac consonantiam tam suaue, tam gratum ac iocundum est audire, quid quæso erit corporũ & animorum concordiam, pacem, & vnitatem inspicere? quid hominum & angelorum? quid deniquè hominum & Dei? ¶ Quid insuper erit tunc considerare, campos illos pulchritudinis fontes illas vitæ perẽnis? pascua illa super mõtes Israel? quid sedere in mensa illa cœlesti, ac sedem inter cõuiuas illos habere? intingereque manum in Dei catino, hoc est, eadem qua ipse fruitur, frui gloria? ibi requiescent & gaudebunt: cantabũt & laudabunt, atquè intrantes & exeuntes pascua inæstimabilis suauitatis inuenient. Si ergo talia ac tanta præmia pollicetur Dominus, patrẽ aut matrem aut agros propter Dominum relinquentibus: quis est tã ingenij inops, tãq; sui oblitus, vt nõ omnia libẽter relinquat, nedum aliqua, nedum virtutem sectetur? audi ergo Dominum in hoc loco promittẽtẽ vitam æternam, aut omnia aut aliqua propter illum contemnentibus.

Apoca. 4.

Apoca. 7.

¶ *Finis. Capit. XIX.*

¶ *Operariorum æquale præmiũ, matrisquè filiorum Zebedai ſ e itio.*

Capit. XX.

SIMILE *est regnum cœlorum homini patri familias qui exijt primo mane conducere operarios in vineã suam. Conuentione autem facta cũ operarijs ex denario diurno: misit eos in vineam suam.*

Et egressus circa horã. 3. vidit alios stãtes in foro otiosos, & dixit illis: Ite in vineã meã, et quod iustũ fuerit dabo vobis. Illi aũt abierũt. Iterũ autẽ exijt circa sextã, & 9. horam, & fecit similiter. Circa vndecimã verò exijt, & inuenit alios stantes, & dicit illis: quid hic statis tota die otiosi? dicũt ei: quia nemo nos cõduxit. dicit illis: ite et vos in vineã meã. Cũ sero aũt factũ esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo. Voca operarios: & redde illis mercedẽ, incipiẽs à nouissimis vsque ad primos. Cũ venissent ergo qui circa vndecimã horã venerãt, acceperũt singulos denarios. Veniẽtes aũt & primi, arbitrati sunt quòd plus essent accẽpturi. Acceperũt aũt & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabãt aduersus patrẽ familias, dicẽtes. Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus põdus diei, & æstus? At ille respondens vni eorum, dixit: amice non facio tibi iniuriã: nonne ex denario cõuenisti mecũ? Tolle quod

Sup. 19. d Mar. 10. d. Lu. 13. f. *tuum est, & vade. Volo aũt & huic nouissimo dare sicut & tibi, aut nõ licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequã est, quia ego bonus sum? Sic erũt nouissimi primi, & primi nouissimi: multi. n. sunt vocati, pauci verò electi. Et ascẽdẽs Iesus Hierosolymã, assumpsit duodecim discipulos secretò, & ait illis. Ecce ascẽdimus Ierosolymã, & filius hominis traddetur principibus sacerdotũ & scribis, & cõdẽnabũt eũ morte, & traddẽt eũ gentibus ad illudẽdũ, et flagellãdũ, et crucifigẽdũ, & tertia die resurget.* Mar. 10. c. Luc. 18. c.

Tũc accessit ad eũ mater filiorũ Zebedæi cũ filijs suis adorãs & petẽns aliquid ab eo. Qui dixit ei: quid vis? Ait illi. Dic vt sedeãt hi duo filij mei, vnus ad dexterã tuã, & vnus ad sinistrã, in regno tuo. Respondẽs aũt Iesus, dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicẽ quẽ ego bibiturus sum? Dicũt ei, possum. Ait illis. Calicẽ quidẽ meũ bibetis: sedere aũtẽ ad dexterã meã. l. sinistrã, nõ est meũ dare vobis, sed quibus paratũ est à patre meo. Et audiẽtes decẽ, indignati sunt de duobus fratribus. Iesus aũt vocauit eos ad se: & ait, scitis quia principes gẽtiũ dominãtur eorũ: et qui maiores sũt, potestatẽ excercẽt in eos. Non ita erit inter vos. Sed quicunque Mar. 10. g. Luc. 22. c.

voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare: & dare animã suã redemptionem pro multis. Et egrediẽtibus illis à Iericho, secuta est eum turba multa. Et ecce duo cæci sedẽtes secus viam, audierũt quia Iesus transiret: & clamauerũt dicentes: Domine miserere nostri fili Dauid. Turba aũt increpabat eos vt tacerent. At illi magis clamabant dicẽtes. Domine miserere nostri fili Dauid. Et stetit Iesus & vocauit eos, & ait. Quid vultis vt faciã vobis? dicũt illi. Domine vt aperiãtur oculi nostri. Misertus autẽ eorũ Iesus, tetigit oculos eorũ. Et confestim viderũt, & secuti sunt eũ.

Phi. 2. a
Mar. 10. g
Mar. 18. f

Ad literam.

SIMILE est regnum cœlorum homini patri familias. In sacra scriptura nõ vbiq; mysteriũ requirendũ esse docet August. 16. de ciuitate. Non sanè (inquit) omnia quæ gesta narrãtur, significare aliquid putãda sunt: sed propter illa quæ aliquid significãt, & ea quæ nihil significãt attexũtur: solo vomere terra proscinditur: sed vt hoc fieri possit, etiã cætera aratri mẽbra sunt necessaria. Et soli nerui in citharis & alijs vasis musicis aptãtur ad cãtũ. sed vt aptari possint, insunt & cætera quæ nõ percutiũtur à canẽtibus: sed ea quæ percussa resonãt his cõnectũtur. Ita in prophetica historia dicuntur & aliqua quæ nihil significãt, sed quibus adhærcãt ea quæ significant, & quodãmodo religẽtur. Quã sentẽtiã esse verissimã, vel ex ista parabola cõstare poterit. Nã intentio Chrĩ in hac cõparatione ea fuit, vt ostẽderet Dei pietatẽ erga peccatores serò ad pœnitẽtiã veniẽtes. Quibus eãdẽ mercedẽ beatitudinis daturus est, quã mane veniẽtibus est collaturus sine iustorũ iniuria. Nã vbi vni fit gratia, nõ fit alteri iniuria. Non ergo oportet ex hac parabola concludere, quòd quemadmodũ in hac vita murmurabãt cõtra patrẽ familias primi mercenarij: ita & in die iudicij, iusti, qui à prima ætate vsq; ad senectutẽ laborarũt in vinea Domini murmurabunt aduersus Deũ. Cũ oppositũ potiùs inferat Christus huius similitudinis auctor: volens quòd sicut in hoc mundo pater familias iustè arguit carnales homines primos, habentes oculũ nequã, & docet nequè eos habere causam murmurãdi; ita in die iudicij reddẽs beatitudinẽ primis & nouissimis, illustraturus est primorum mẽtes, vt planè videãt se nõ habere iustã murmurãdi rationẽ. Hæc & alia ad intelligẽtiã parabolarũ pertinẽtia Vi. sup. c. 13. in illa verba: & loquutus est eis multa in parabolis. In hac parabola argumẽtũ sumit à similitudine.

D. Augu. de ciuita.

Simile.

Simile.

Sup. 13.

¶ *Simile est regnũ cœlorũ.* i. rex cœlestis. ¶ *Conuentione autem facta.* Non ergo vitiãtur opera nostra bona, ex quo illa faciamus intuitu mercedis. Fide, inquit Paulus de Abrahã loquẽs, commoratus est in terra repromissionis &c. Expectabat enim fundamẽta ha-

Opera nõ vitiantur etiã si fiãt intuitu mercedis.
Hebr. 11. b.

 ben-

bentem ciuitatem, cuius artifex & conditor est Deus. Et rursum ait: Per patientiam curramus ad propositũ certamen: aspicientes in authorem fidei, qui proposito sibi gaudio substinuit crucem omni confusione contempta. idem ad col. 1.

ad heb. 10 & 11.

Col. 1.

¶ *Denario diurno*. Denarius valet tribus solidis cum dimidio. cerca deun real castellano.

opera cõmẽdãtur.

¶ *Misit eos in vineã suã*. Lege scripturã, & vbiq; inuenies opera commendari. In hoc loco Christus nos ad operãdũ mittit, & alibi: sic luceat lux vestra corã hominibus vt videãt opera vestra bona, & alibi: reddens rationẽ quare perducturus est iustos ad regnũ sempiternũ, opera charitatis commemorat: nulla facta mentione de fide, sine qua impossibile est placere Deo, vt paul. ait: D. Petrus deniq; in epistola sua. 2. sic ait: satagite vt per bona opera certã vestrã vocationẽ & electionẽ faciatis. Sed de hoc iã. c. 16 disseruimus in illa verba: Reddet vnicuiq; secundum opera sua.

sup. c. 5.

infra. 24.

Heb. 11.

2. pe. 1.

sup. c. 16.

¶ *In vineã suam*. A mane vsquè ad vesperã egressus est pater familias ad cõducendũ operarios in vineã suã. Vt intelligas quòd vna sit ecclesia quã à mũdi exordio ad finẽ vsquè mundi dñs colere conatur, in omni etiã loco, & omni etiam tẽpore semper fuit Ecclesia, semper idẽ docuit, semper in ea vnica fuit fides.

Vna fuit ecclesia & erit à mũdi exordio ad finẽ vsque mundi.

¶ *Quid hic statis tota die otiosi? dicunt ei: quia nemo nos conduxit. Dicit illis: ite & vos in vineam meam*, Dicere Deum ita in nobis bona nostra operari, vt nos nihil operemur, vel ex isto loco constat esse falsum. Nõne deus est pater iste familias qui conduxit operarios istos in vineã suã? non ne iste est qui istis dixit: quid hic statis tota die otiosi? ite & vos in vineam meam. Et apud Ioannem: operamini non cibũ qui perit: & D. Pau. in epistola. 1. ad corint. opus enim (inquit) operetur: & Pauló post: vt subditi sitis omni cooperanti & laboranti. Sumus igitur dei cooperatores: ideò ait D. Ioã. in epistola sua: cooperatores sumus veritatis. Sic ergo Deus operatur opera nostra in nobis, vt nos etiam ea operemur. Vt cum nauis expanso velo prospero vento agitatur, parum videtur agere nauclerus, licet aliquid agat: quoniam ipsum velum flatibus expansum tenet, quod si contraxerit non agitur nauis. Sic homo qui agitur spiritu & gratia Dei, quàmuis parum agere existimetur, agit tamen: quoniam pandit diuinæ gratiæ arbitrij libertatem: & spiritus sancti flatui velum bonæ voluntatis extẽdit, & ita ad arbitriũ cooperatur gratia.

Liberũ arbitriũ etiã operatur adiutũ dei gratia.

Ioã. 6.

1. cor. 16.

cap. 3.

Simile.

¶ *Voca operarios, & redde illis mercedẽ*. Ex hoc loco colliges: bona opera facta in gratia, nõ solùm nõ esse peccata, sed vitã æternam mereri, nam si merces, ergo meritum: quod etiam indicauit apostolus quando numeratis suis actionibus, dixit: in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi dominus in illa die iustus iudex non solum autem mihi sed & his qui diligunt aduentũm eius. Aduerte: non dixit: quam dabit mihi, sed quam reddet mihi, neque Christus dixit: dã illis mercedem: sed voca operarios, & redde illis mercedem.

Bona opera facta in gr̃a meritoria sunt vitę ęternæ.

1. tit. 4.

¶ *Acceperunt autem & ipsi singulos denarios*. Hac parabola id tantùm Christus nos admonet, vt intelligamus quòd in Dei cultu tantum solertissimus quisque potest in breui tempore proficere, quantum

Quid in hac parabola chr̃s nos admoneat.

tum segnis in maiori. Itẽ docet quòd omnia nostra merita, à sua gratia & libera voluntate valorem sortiũtur. Ideo ait: volo autem huic nouissimo dare sicut & tibi: cæterùm in suprema illa retributione gloriæ, quã uis cunctis iidem conferatur denarius, qui erit Dei essentia ab omnibus clarè conspecta: tamen visio illa non erit omnibus æqualis; in domo (inquit) patris mei mansiones multæ sunt: & stella etiam differt ab stella in claritate, sed de hoc agemus Ioan. 14.

Beatitudo non erit omnibus æqualis.

Ioan. 14.

¶ *Multi sunt vocati, pauci verò electi.* Vocati, & electi, nomina sunt & nõ participia (cleti & electi,) quæ tamen prope modum vice participiorum vidẽtur vsurpari. Omnes ergo iusti qui seruantur, appellantur in sacra scriptura vocati. Hi autem tã multi sunt, vt dicat D. Ioan. in Apoca. Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat. Inter istos autem quàm pauci sunt electi, hoc est, inclyti: quales fuerunt Ioannes Baptista, virgo mater, Apostoli: quemadmodum in domo Regis multi sunt eius serui, mercedem vnusquisq; pro suo munere ferens: pauci verò sunt incliti & peculiarissimo amore à rege prosequuti. quæ explicatio maximè facit ad propositum huius parabolæ. Multi etiam sunt qui ab ineunte ætate, & ab ætate virili Deo seruientes, denarium æternæ felicitatis accipiũt: pauci verò qui Dei misericordia post lõgam malè actam vitã in mortis articulo ad pœnitentiã salutarem veniẽtes, eundem denarium reportẽt. Sed de hoc infra dicemus, cum ad mores componendos locum hunc repetierimus.

Vocati & electi nomina sunt

Apoca. 4.

Simile.

¶ *Multi sunt vocati, pauci verò electi.* Si verò hæc nomina vocati & electi, participiorũ loco accipiantur: re vera innumeri sunt ad fidem vocati, & quàm paucissimi ad gloriam à Deo electi. Quo testimonio satis confutatur error quorundam existimantiũ, homines in sua secta, atque in sua lege seruari. Dicebant enim: quòd cum Deus non minùs pronus sit ad miserendum, quàm ad puniendum: non esse credendum, solos iustos qui in Ecclesia Christi sunt, in rectis actionibus perdurantes, esse seruandos: reiecta tanta multitudine hominum, tam iudæorum quàm gentium. Alioquin enim, quare Dei misericordia tã tum (inquiunt) mortalium numerũ condidit, quos illos esse condemnandos præuidit? Sed certa & à fide sentẽtia est, quòd paucissimi sunt qui seruãtur, comparatione omnium illorum qui ob scelera & crimina sua ad inferos descendunt. ¶ Vilium enim semper est multitudo maior, quàm preciosarum rerum: vt ferri & plumbi, quàm auri & argenti: & lapidum communium quàm gemmarum: & querquum quàm cedriorum & palmarum: & maior est aceruus palearum quàm tritici: maiorq; numerus stultorum quã sapientiũ, sic multi sunt vocati, pauci verò electi. Præterea cũ in tanta multitudine filiorum Adã pauci sint reges temporales: quid mirùm si etiam pauci sint regnum filiorum Dei possessuri? item, cum pauci sint qui ad regnum, hoc est, vineam Domini venire curent: quid mirum si pauci perueniant? quid etiam mirum, si pauciores sint qui cœlos ascendant, quàm qui ad infernum descendant: cum facilis sit descensus auerni, difficilisquè sit ascensus ad cœlos. Sed causam huius quæ-

Vocati & electi participiorũ loco accipi possũt.

Error illorum cõfutatur, qui existimabãt vnumquemquẽ in sua secta seruari posse.

quæstionis quare tam pauci sint qui seruentur, dicemus infra explicando ad mores hunc locum.

¶ *Potestis bibere calicem?* Vel potum, idest, potestis ferre supplicium quod ego toleraturus sum? Idem significat *Baptismo quo ego baptizor*, quod additur in Græco textu.

Quare nomine calicis afflictio significet. ¶ Calicis nomine intelligunt Hebræi afflictionem, & flagellum. Eo quod sicut vinum statum mentis euertit, ita quòd neque pes neque mens, satis suum officium faciant: sic & afflictiones quæ bibuntur, idest, inferuntur, ita cócitant homines, vt omnibus viribus destituátur. Vnde impiorú calix est laqueus, ignis, sulphur, spiritus procellarum Psalm. 10. Calix etiam passionem significat. Hiere. 25. Calix ergo Christi est passio eius, in lege & prophetis prænuntiata.

Psal. 10. Hiere. 25.

Voluntas pro facto reputatur in scriptura sacra. ¶ *Calicem quidem meum bibetis.* Fieri aut factum esse dicitur cum aliquis prompto animo est ad aggrediendú fe aliquam. Vt 1. Corinth. 15. Quotidie morior ob gloriam vestram. Dicit se mori quotidie, moriédi proposito. Sic his duobus fratribus dixit Dominus: calicem quidé meum bibetis. Ioannes enim vt narrat Tertullianus lib. de præscrip. hæres. Romæ postquam in dolium feruentis olei demersus nihil passus est, in insulam relegatur: & deniquè senio cófectus obijt. Bibit ergo calicem Domini, proposito.

1. Co. 15.

Tertul. li. de præscr. hære.

¶ Sed aduerte secundum Abdiam in lib. de vitis Apostolorum: Ioannem non fuisse missum in crateré olei feruétis Romæ, sed Ephesi. Quod quibusdam verius videtur, cum totá ferè vitam in Asia transegerit, sed nos nostræ potiùs Romanæ traditioni fidem adhibemus. ¶ Item in Exo. Fecerunt magi similiter, & non potuerunt, idest, efficere conati sunt.

Abdias li. de vitis Aposto.

Exod. 8.

Calix afflictio est. ¶ Aut secundò potest dici calicé accipi pro quacunque afflictione, & sic calicem Domini filij Zebedæi biberunt. Lege Hieronym. super Mathæum.

¶ *Non est meum dare vobis.* Vobis vacat. sed (ijs contingct) Quibus paratum est a patre. Sed verti potest pro, nisi, tunc nihil subaudiendum fuerit. Sed dicendum non est meum dare, *Nisi quibus paratum est à patre.*

¶ *Dare animam suam redemptionem pro multis.* Vox Græca significat multitudinem populi, quasi dicat pro tota multitudine hominum & vulgo. Nota quòd multi aliquando pro omnibus accipitur vt in hoc loco, & cap. 26: Hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur. Gene. 17. patrem multarum gentium constitui te. ad Roma. 5. Per vnius inobedientiá peccatores constituti sunt multi. Vide Theophi. super Mathæú. Et Augustinum contra Pelagianos lib. 6. cap. 12.

Nota. Infra. 26. Rom. 5. Theophi. sup Mat. Augu. cótra Pelag. li. 6. c. 12

Ad mores.

QVI exijt primo mane. Pater iste familias primo mane conduxit operarios: & hora tertia, & sexta, & nona, & vespere. Vt intelligas semper esse in Ecclesia Dei quod elaborádum nobis sit. Vnde Bernardus lib. 2. de consideratione, sicasti putas cenim & tu inuenies aliquid elaborandum in agro Domini tui: & plurimum. Non sanè totum potuere cnúdare prophetæ, aliquid filijs suis Apostolis quod agerent reliquerunt, aliquid ipsi parentes tui, tibi: sed nec tu

D. Ber. de consideratione.

tu ad omne sufficies, aliquid profectò relicturus es successori, & ille alijs, vsquè ad finem. Circa vndecimam denique horam operarij otij arguuntur, & mittuntur in vineam. Antecessores tui Apostoli audierût:
Luc. 10. quia messis quidem multa, operarij autem pauci. Paternam tibi vindicato hæreditatem. Nam si filius & hæ-
Gala. 4. res. Vt probes hæredem euigila ad curam, & non otio torpeas: ne & tibi dicatur: Quid hic stas tota die otiosus? Hactenus Bernar. Curent igitur prælati & verbi Dei concionatores, semper vineam Domini excolere: memores in ea esse positi, vt euellât,
Hiere. 1. destruant, & disperdant, & dissipêt, & ædificent, & plantent vsquè ad côsumationem seculi.

¶ *Exijt primo mane.* Tanta est Dei benignitas & misericordia, vt suo lumine gratiæ nos in omni ætate præueniat: & ad bene operandum proposito ante oculos præmio, nos prouocet. Quosdam primo mane, hoc est, in ætate puerili conducendo: quosdá verò hora tertia, hoc est, in adolescê-
Thre. 3. tia &c. Vnde Hierem. ait bonum est viro, si portauerit iugum ab adolescêtia sua. Et rectè inquit bonum est: ná adolescentes peccatis assuefacti, difficil'imè conuerti in ætate virili pos-
Hier. 13. sunt. Hiere. 13. dicitur: si mutare potest Ethyops pellem suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis bene facere cum didiceritis malum. Qui enim non asueuit virtutibus dû iuuenescit, à vitijs desinere nescit quando senescit: vt phylosophantur viri sapientes. Studeant igitur parentes filios suos ab infantia in vineam Domini mittere; virtutê colere: fructus dignos pœnitentia facere: scienti
Rom. 1. tes quòd digni sunt morte (Paulo auctore) non solum qui scelera faciût, sed etiam qui consentiunt facientibus. Super quæ verba ait D. Augusti- Augu. vi. glo.
nus. consentiunt facientibus, qui deberent corrigere & non faciunt.

¶ *Exijt primo mane & hora tertia, & hora sexta, & nona & vndecima.* Hinc discamus quanta sit bonitas & misericordia Dei qui sæpe nos vocat, & expectat patienter, & sustinet peccatores vsquè ad vitæ finem in peccatis existêtes. Multo labore sudat Dominus vt peccatores á peccatis emundentur. Quod ipse apud Ezechielem testatur dicens: multo labore sudatû Ezec. 24.
est: & non exiuit de ea nimia rubigo eius, nec per ignem: ac si diceret: dedi operam vt mundaretur Hierosolyma: sed ipsa noluit mundari. Laborat enim Deus vt homines ad vineâ suam trahat & tamen multoties frustra: Vnde apud Esaiam: laboraui, in- Esai. 1.
quit, sustinés: & rursum: in vacuum Esai. 49.
laboraui sine causa, & vanè fortitudinem meam consumpsi: & apud Hie- Hiere. 19.
remiam: laboraui rogans. Vocat nos Dominus & non venimus multi nostrum, quia nolumus: habem⁹ enim liberum arbitrium & ideo si nolumus venire quâmuis laboret Dominus & det operam vt ad vineam suâ eamus, nihil proderit. Si enim faceremus quod in nobis est, Deus qui nos vocat, nobis gratiam tribueret: sed volumus potiùs creaturam quam creatorem diligere, & nos ipsos ad gratiâ & vocationem non disponimus: sed potius indurati peccatis vocationem contemnimus. Abijciamus ergo hanc cordis duritiem, audiamus Dominum vnicuique nostrum dicentem: Et tu fili hominis Ezech. 4.
sume tibi laterem & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem

Vi hiero. de regula monacho. de laude religionis p. 186. in fine cap.

Nō metu pœnarū sed beati tudinis desiderio potiùs laborandū est.

& illum habeamus remuneratorem: non metu pœnarum: sed benedictionum & repromissionum (vt hieronius ait) denario, veniamus ad salutem. Nihil enim est dignius quàm vt homo sit authoris imitator (qui proposito sibi gaudio sustinuit crucē) & secundū modum propriæ voluntatis, diuini sit operis exequutor: nā qui edere vult nucleum frāgat nucē. Qui enim beatitudinem sibi propositam assequi desiderat, non otiandū sed laborādū sibi esse certò sciat: cu operarijs enim cōuētio facta est.

Nos ipsi sumus vinea dñi. Luc. 15.

¶ *Misit eos in vineam suā.* Cū nos simus ipsa christi vinea ad nos ipsos nos mittit, qui sceleribus & vitijs implicati extra nos ipsos eramꝰ, vide Luc. 15. super parabolā filij prodigi, & mulieris quærentis drachmam quam perdiderat.

diffinitio spei.

¶ *Quod iustum fuerit dabo vobis.* Spes ergo nostra est certa expectatio beatitudinis veniēs ex Dei gratia, & ex meritis præcedētibus. Vnde spes dupli ci fundamēto innititur: Dei liberalitati, quæ sibi seruientes remunerat, vt eā decet: & Dei iustitiæ, quæ laborantibus soluit quæ promisit.

non est iustitia secūdū æqualitatē, sed secūdū proportionēinter opera nrā & gloriā.

¶ *Quod iustum fuerit:* Inter opera nostra & beatitudinem iustum ad æqualitatem inueniri non potest: cum nō sint condignæ passiones huius temporis ad tantam gloriam quæ reuelabitur in nobis: iustum tamē secundum proportionem inuenitur: qui enim plus in vinea Domini laborauerit, maius gloriæ pondus suscipiet.

otiū quot mala secū ferat.

¶ *Circa. 11. vero exijt &c. quid hic statis tota die otiosi?* Meritò sanè homines istos otiosos, & in vinea Domini minimè laborantes, Christus reprehendit: meritò otium detestatur. Nam id eiusmodi est vt innumera penè mala hominibus afferat. Otiū dęmonibus locum facit: ideò Hieronimus ait, semper aliquid boni operis facito, vt te diabolus inueniat occupatum. Otium indignum pane quo vescitur hominē etiam efficit. Si quis non vult operari (inquit Pau.) non manducet. cum veluti mortuū reddit. Otium sine literis (ait Seneca) mors est: & viui hominis sepultura. vberrimos ac plurimos fructus quos excolendo vineam suam, hoc est, se ipsum homo perciperet, amittere facit. Turpissima iactura est (inquit idem) quæ per negligentiam fit. E contra occupatio sancta, clipeus qui dā fortissimus est aduersus diaboli sagittas. Vnde poeta quidam ait: otia si tollas, periere cupidinis arcus. Castrum est etiam vndiquè munitissimum. Non facilè capitur à tentatore qui bono vacat exercitio, dicit Augusti. Otium etiam receptaculum est omnium sordium. Vnde Bern. omnium sordium & cogitationum malarum & inutilium sentina, est otium. Magister & pręceptor est humanę malitiæ. Seruo malo tortura & compedes: mitte eum in operationē ne vacet. Multam enim malitiam docuit otiositas, ait Salomon.

2. thesa. 3

Seneca.

Idem.

poeta.

Augu.

Bernard.

Eccl. 33.

¶ Et quāmuis omnes otiosi animaduersione digni sint: Multo maiori profectò sunt fideles, qui tempore gratiæ otiantur, quam qui fuerunt ante otiosi. Quod uel ex isto loco satis constare poterit: cum pater familias illos reprehendat, quos decima iam hora otiosos inuenit. Per hos siquidem significantur omnes illi, qui sub gratiæ tempore in mundo sunt. Tales ergo maiori reprehensione digni sunt: Tum quòd Christum Dominum non imitētur,

qui

qui semetipsum exinaniuit formam serui accipiens: exemplum nobis relinquens, vt quemadmodum ipse fecit ita & nos faceremus. Tum etiam, cum omnes nos simus serui empticij: empti enim sum9 pretio magno, quare magis ad laborandum in vinea Domini tenemur. Tum deniq; quia iam nobis merces multo melior proponitur quã alijs, hoc est Deus, hoc est regnum cœlorum, hoc est æterna felicitas. Eamus igitur in vineam domini, & bonis operibus operam demus, cum ad hoc positi simus. Posui vos (inquit) vt eatis & fructum afferatis: & fructus vester maneat.

1.Cor.6.

Ioan. 15.

¶ Quòd si fideles omnes tam acriter à Christo increpantur: quid de prælatis, quid de Ecclesiasticis, quid de religiosis nimium seipsis indulgentibus, dicendum erit? Vide quæ D. Hierony. Monachos doceat, in regula monachorum, cum de labori bus manuũ pertractat: vbi docet sem per laborandum religiosis esse, ne vagetur mens pernitiosis cogitationibus, & ad instar fornicantis Hierusalem omni transeunti diuaricet pedes suos. Lege etiã.d.44. c. pro reuerẽtia. Pro reuerentia (inquit) Dei & sacerdotum id vniuersa constituit sy-nodus (quia solent crebrò mensis otiosæ fabulæ interponi) in omni sacerdotali conuiuio lectio diuinarũ scripturarum immisceatur: per hoc enim & animæ ædificantur ad bonũ, & fabulæ non necessariæ prohibentur. Si ergo sumendo cibum otiosi Ecclesiastici esse non debent: quanto magis alio tempore ad laborandum instituto?

Eccl siastici otiosi sunt, cęteris omnibus sunt magis reprehensibiles.

D.Hiero.

Vi.d. 44. c. pro reuerẽtia.

Ex conci. Tole. 3.

¶ *Tota die otiosi.* Non in hoc loco reprehẽduntur omnes otiosi: sed solũ illi qui tota die sunt otiosi. Vnde virtus Euthrapeliæ, hoc est vrbanitatis & leporis, hominibus necessaria est. Necesse est enim nostris interponere gaudia curis: vt sic aliquantisper recreati, ad vineam Domini promptiores redeamus.

Eutrapeliæ virtus.

¶ *Quid hic statis tota die otiosi.* D. Bernardus otium sentinam appellat omnium malorum: & rectè quidem, nã vt ait Ecclesiasticus: multam malitiã docuit otiositas. Et ingenioso poeta: otia si tollas periere Cupidinis arcus. Cum Rex Dauid deberet ad bellum procedere, domi otiosus remansit, & in illo otio adulterium & homicidium commisit. Vide quàm periculosum sit otiosum esse: quare meritò Dominus reprehẽdit in hoc loco otiosos. Equus ille alatus, Pegasus appellatus, vt veteres poetæ & insignes philosophi tradiderunt, ac finxerũt, ex sanguine Medusæ, quam Perseus interemit, natus est. Medusa illa mortalibus perniciosa, turpe otium est: equus verò alatus fama est, & nominis celebritas & amplitudo, quæ ex morte pestilentis otij, & ex cæde illius detestandi monstri nomine Medusæ signi..cati, absque dubio nascitur. Interfice otium, & orietur fama. Ideò aiebat Euripides laborem esse patrem famæ: & Hesiodus virtutem per labores incedere asserebat. Hæc est fama illa, virtutisque splendor & claritas, de qua ait in prouerbijs Salomon: melius est nomen bonum quã diuitiæ multæ. Et Augustinus de doctrina christiana: sic doctor bonam eligat vitam, vt etiam bonam non negligat famam. Et Casiodorus Epistola.24. Laborem quippe non refugit, qui virtutis gloriam cõcupiscit. Occide igitur turpe otium, & nominis celebritatem consequeris, quæ instar

Otium est omnium malorum sentina.

Eccle.38.

Poeta.

2.Re.11.

Pegasus.

Euripides

Hesiodus

Prouer.

D.Augu.

Casiodo.

star

stit effusi odoriferi vnguenti odorē
longiùs emittat. Quemadmodum vt
globus ferreus extendatur, vt ex eo
magna fiat lamina, aut bractea, opor
Simile. tet mitti in ignem, atque in incude
malleo contundi, sic et fama propa-
getur longiùs, necesse est, vt igne la-
boris conflectur & molestiarum icti-
bus tundatur. Quemadmodum fax
Simile. immota torpet, & paulatim extingui
tur, mota autem & agitata restituit
flammam, sic vita otiosa extinguit
sensim non solùm bonum nomen
sed virtutem, seu labore excitata eam
Iob. 5. accendit. Ideò dicitur in libro Iobi
homo nascitur ad laborem. Eam ob
causam ait D. Paulus in Epistola se-
2.Ti.4. cunda ad Timothæum: tu verò vigi
la, in omnibus labora. Et in prima ad
1.Cor.3. Corint. vnusquisquè propriam mer
cedem accipiet secundum suum labo
rem. Aiunt iureconsulti hæredita-
tem sequi cum suo onere, cum au-
tem verè christiani sint hæredes Dei
Rom.8. cohæredes autem Christi, vt ait A-
postolus, oportet vt hanc sublimem
hæreditatem cum onere & labore cō
sequantur. Si nos dederimus somno
& otio, erimus à dæmone decepti nā
cum dormirent homines, vt verbis
Sup. 13. vtar Euangelij, venit inimicus, & su
perseminauit zizania. Vnde Chri-
stus in loco isto, vt vides, damnat o-
tium dicens: quid statis hic tota die
otiosi: & paulò post: voca operarios
ad mercedem. Nō otiosi ad mercedē
vocantur, sed qui laborauerunt vo-
cantur à labore ad requiem, à pauper
tate ad diuitias, à calamitatib9 ad per
petuas voluptates. Itaquè beati mor-
tui, vt inquit in Apocalypsi Diuus
Apoc.14. Ioannes, qui in Domino moriun-
tur: amodo enim iam dicit spiritus,
vt requiescant à laboribus suis. Cum

dormiret Tobias, cecidit super eius Tob. 2.
oculos immunditia ex nido hirundi
num, quæ illum obcæcauit: ita dor- Figura.
mientibus nobis somno otij & igna
uiæ, ex nido cordis exeunt cogitatio
nes nefariæ, & pestilentes, quæ obcæ
cant intellectum. Otio ait Augusti- D. Augu.
nus, perijt Roma, deleta Carthago est. de ciuit.
Et Chrysosto. Otium omnem mali- Chrysost.
tiam docet. Otium appellat Seneca, in Gene.
sepulchrum hominis viui. Cum in-
terrogaretur Cleomenes, vt narrat Cleome.
Plutarchus, cur Lacedemonij cum
Argiuos sæpe vincerent, eos non dele
rent. Nolumus, inquit, vt habeamus
qui iuuenes nostros exerceant. Para-
bāt sæpè Argiui bellum aduersus La
cedemonios, & erat bellum illud ve-
luti cos, vbi iuuenes Lacedemonij a-
cuebantur, & perpoliebantur, ne tur
pi otio diffluentes fortitudinē amit-
terent, seq; vitijs coinquinarent. De
testemur ergo otium quod alit deli-
cias & flagitia, & laborem illum am-
plectamur, qui virtutē ac famam pa-
rit immortalem, qui ob Christi glo-
riā sumitur, quo vinea Domini, hoc
est, consciētia colitur, quo ea cōficiū-
tur quæ vigent memoria omnium se
culorum. Si quid feceris honestū cū
labore, labor abit, honestū manet: si
quid turpe cum voluptate, turpitu-
do manet, voluptas abit. In libro
Genesis scriptum legimus: tulit Do- Gene. 2.
minus hominem, & posuit eum in
paradyso voluptatis vt operaretur &
custodiret illum. Et Salomon in pro- Prou. 10.
uer: egestatem, inquit, operata est ma
nus remissa, manus aūt fortium diui-
tias parat. Vnde D. Paul in. 1. ad Co- 1.Cor.4.
rinthios, laboramus, inquit, operan-
tes manibus nostris. Et in. 1. ad The. 1.Tessa.2.
memores enim facti estis fratres la-
boris nostri & fatigationis, nocte

ac

si perseueranti in bonis actionibus vsquè ad mortis introitum. Stultitia quæ maxima est post longum iter à virtute recedere.

¶*Cum autem serò esset factum.* An nos iam in fine seculorum venerimus, an sub solis occasum viuamus, an serò iam sit: tam notum est, vt etiã cæcutiẽtes id videant. Experimẽto enim constat, quòd quando sol, torrentes, colles, & montes, & valles illuminat: adhuc mane, & esse & dici. Quando verò non colles, non valles, non torrentes irradiat, serò iam & eius occasum esse. Quòd si in totam christianam rempublicam ocolos iaciamus: intelligemus profectò prope solis occasum esse nos iam. Olim torrentes, hoc est, homines humiles reipublicæ: quales sunt rustici & laboratores qui imminuti sunt plusquàm omnes gentes, atq; humiles in vniuersa terra: hi inquàm erant omnes docibiles Dei: nunc verò nequè seipsos crucis ligno munire sciunt, nedum ad salutem æternam sibi necessaria, nescierunt nequè intellexerunt: in tenebris ambulant. Olim valles, idest, diuites qui abundabant frumento: omnia relinquebant & pauperibus erogabant: modò omnes auaritiæ student, à minimo vsq; ad maximum. Iam olim colles, hoc est, Dei sacerdotes & ministri virtute & scientia reliquos superabant. modò verò de illis meritò dici potest quod de sacerdotibus veteris legis ait Ezech. Sacerdotes eius contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea: inter sanctũ & prophanum non habuerunt distantiam: inter pollutũ & mũdum non intellexerunt: & à sabbathis meis auerterũt oculos suos, & coinquinabar in medio illorum. Colles inquàm, hoc est, religiosi olim feruore maximo & Dei charitate affecti erant: pinguescebant tunc temporis speciosa deserti, & exultatione maxima colles isti accingebantur. Et ecce modò magis hi confregerunt iugum: ruperunt vincula, vt Hiere. ait. Deniquè olim mõtes altissimi Ecclesiæ, hoc est, proceres & primates eius, pastores veri erant: pro ouibus suis animas dabãt: gregis suis commodo attẽdebant: modò verò omnes quæ sua sunt quærũt, non quæ Iesu Christi. Montes inquàm, hoc est principes & temporales Domini, tunc temporis ius suum vnicuiq; reddebant, bona sua Deo & eius pauperibus impartiebãtur: nũc autem principes tui (inquit propheta) infideles, socij furum: omnes diligunt munera; sequũtur retributiones: pupillo non iudicant: & causa viduæ non ingreditur ad illos. Si ergo hæc ita contingunt, perspicuum sanè erit, nos iam sub solis occasum esse; cum tam pauci sint, quos iam sol iustitiæ illuminare dignetur.

¶*Cum serò autem factum esset, dicit procuratori suo: voca operarios, & redde illis mercedem.* Post occasum solis mercenarij isti, & non antea mercedem receperunt. Vt hinc intelligamus, nequè pœnitentiam, nequè alia meritoria opera, mercedem beatitudinis accepisse ante Christi mortem. Gene 28. dicitur: quod post solis occubitum vidit Iacob in somnis scalã, cacumen tãgebat cœlum, pes terrã: Angeli ascendebant & descendebãt: & Dominum vidit ibi scalæ innixũ. Scala hæc pœnitentiam Christianã obumbrat, quæ gradus habet quàm plurimos. Christus Dominus post eius occasum & hãc pœnitentiæ scalam

Margin notes: Iã sumus in hora vltima diei. — Simile. — Torrẽtes sunt humiles. — Psal. 81. — Valles sũt diuites. — Colles sũt sacerdotes. — Eze. 22. f. — Colles sũt etiam religiosi. — Psa. 64. — Hiere. 5. — Montes sunt prælati, & principes seculi. — Phili. 2. — Esai. 1. — Post solis occasum, hoc est, post Christi mortẽ merces redditur et nõ antea. — Gene. 28 — Figura.

lam erexit: atquè in die ascensionis per illam cum patribus veteris testamenti ad cœlos ascendit. Oportebat enim Christū pati, & ita intrare in gloriam suam. Iam modò omnes qui in vinea Domini laborāt post Christi passionem, per hanc scalam cœlos conscendunt, vt mercedem & coronam promeritam accipiant. Sicut tunc Angeli ascendebant & descendebāt per scalam Iacob: sic modò pœnitentes quidam, contemplatione ad Deum ascendunt: quidam verò operibus misericordiæ ad proximū descendunt: atquè hos omnes Dominus capiti & cacumini scalæ innixus inuitat, dicēs: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.

Luc. 24.

Sup. 11.

¶ *Voca operarios & redde illis mercedem.* Quatuor inueniuntur peccata, quæ quotidie ad Deum clamare non cessant: innocentiū oppresio. Exodo. 12. sodomitæ crimen. Gene. 18. homicidium Gene. 4. & detētio mercedis mercenariorum. Iacobi Vltimo. Ecce merces operariorum vestrorum quæ fraudata est à vobis clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabbaoth introiuit. Et Ecclesiasti. 33 hoc peccatum tanquam homicidiū reputatur. Panis egentium, vita pauperis est: qui defraudat illum, homo sanguinis est. Et ibidem: qui auffert in sudore panē, quasi qui occidit proximum suum. Et rursum: qui effudit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario: fratres sunt. Vocate igitur patres familias operarios, & reddite illis debitam & condignam sui laboris mercedem: ne tale scelus clamet ad Dominum, & pereatis miserè in hoc seculo.

Exec. 12. Gene. 18. Gene. 3. Iacob. vlt.

Crimen esse maximū mercedem defraudare.

Eccle. 33.

Idem.

Idem.

¶ *Cum serò esset factum dixit dominus vineæ procuratori suo. Voca operarios & redde illis mercedem.*

¶ Locus iste satis apertè docet iustos bene operantes in vinea Domini vitam æternam promereri. Post iustificationem namquè cum gratia gratum faciente de condigno meremur incumbentes in virtutum actiones æternam vitam. verum est tamē quod meriti nostri fundamentum est in diuina misericordia, quæ nos ad vineam vocauit, quæ nobiscum conuenit, collocatum. Vt anulus cupreus pretiosissimo adamante ornatus summi valoris est, non ob cuprum, sed ob gemmam inæstimalem cupro ipsi inclusam: sic bona opera nostra in gratia vitam æternam merentur. Non quòd nostra sint, quia sic vt cuprum sunt parui precij, sed quia sunt in gratia, & insignita sunt tāquam inæstimabili adamante merito mortis & passionis Christi, cui per gratiam adhæremus: qui nobis ob misericordiā suam bona opera in gratia facientibus, denarium, hoc est, vitam æternā promisit. Eam ob causam in hoc loco vita æterna merces iustorum appellatur. Quia eam bonis suis operibus mercantur. Volens Christus hāc etiam ostendere veritatem ait apud nostrum Mathæum: filius hominis venturus est in gloria patris sui cum Angelis suis, & tunc reddet vnicuiquè secundum opera eius: attende quod non ait: dabit: sed vt in hoc loco etiā, reddet. Aspicis igitur exigi opera ad æternam salutē, per quæ illam consequimur, nō ex ipsorum operum in se dignitate, sed ex illis cū fide, spe, & charitate coniunctis, per quæ ex Dei misericordia ita nobiscum pascicētis vitam æternam dicimur mereri. Quāuis enim quis fidē habeat,

Gloria datur propter merita nostraque in diuina misericordia nituntur.

Simile.

Sup. 16.

habeat, si tamen est peccato mortifero astrictus, non prodest ei fides ad æternã salutē cõsequēdã. Fides qua vitã æternã meremur, ea est, quæ vt ait
Gala. 5. Apostolus, per charitatem operatur.
1.Co.13. Nam ipse ait: Si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem nõ habuero, nihil sum.
Iac. 2. Hoc idem est, quod ait D. Iacobus Apostolus in Canonica sua: videtis, quòd ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. Loquitur de secunda iustificatione, de qua ait D.
Apoc. 22. Ioan. in Apoca. qui iustus est, iustificetur adhuc: sanctus sanctificetur adhuc. Ex operibus enim adiuncta gratia meremur salutem & iusti nominamur. Nec pugnat hæc Iacobi sententia Diui Pauli doctrinæ, qui in Epistola ad Romanos ait hominem non iustificari ex operibus. Ibi enim loquitur
Rom. 11. Apostolus de prima iustificatione, quando peccator ex impio fit iustus per Dei gratiam. Iacobus autē loquitur de secunda iustificatione, de qua loquitur Ioãnes in Apocaly. D. Paulus errorem Iudæorum refellit, qui se meritis bonorum operum gratiam Euangelicam arbitrantur obtinuisse, asserentes non esse ad Euãgelium recipiendos gentiles, qui fuerant idolorum cultores & in opera legis veteris non incubuerant; Apostolus autem docet non iustificari hominem ex operibus fidem & primam iustificationem præcedentibus, sed ex Dei gratia. Sed quoniam erant nõnulli qui ex hac Pauli doctrina perperam intellecta, bona opera cõtemnebãt, & solam fidem ad vitam æternam consequendam satis esse affirmabant, voluit illis D. Iacobus veritatem illius doctrinæ Beati Pauli ostendere, asserens hoc de prima intelligi iustificatione, non autē de secũda: nam si post primam iustificationē quis bona opera reliquit, seque sceleribus contaminauit amittet gratiã, manente fide, quæ sine operibus mortua est. Aspicis igitur istorum duorũ Apostolorum sententias inter se nõ repugnare quin potiùs maximè cohærere, & impios non mereri ex condigno primam iustificationem, etiã si postquã sunt in gratia cõstituti bonis suis operibus vitam æternam mereantur. At nostri temporis hæretici non ferunt meriti vocabulum, asserentes nullum esse meritum, & vocabulum hoc delendum penitus esse: & bona opera nostra in gratia nihil mereri, imò peccata esse. Quod quidem mirandum non est. Cum enim illi sint à fide separati, & ab Ecclesia exclusi, cum cæci sint, seque vitijs cõtaminauerint, & Satanæ dediderint, & vt verbis vtar Apostoli, cum tradiderit illos Deus in reprobũ sensum, Rom. 1.
quid mirum est eos dicere, nullũ esse meritum, cum ipsi nihil boni mereãtur. Meritum, vocabulum est sanctorum doctorũ, Hieronymi, Augustini, Ambrosij, Gregorij, & reliquorũ patrum, qui vitæ sanctitate & miraculorum euidentia fuerunt præcellentes, & ingenij acumine ac doctrinæ & sapientiæ celebritate præstantes. Pleni sunt libri doctorũ theologorũ, tam veterum quã recentiũ dictione hac, plena est præsens schola, plena est antiquorũ vetustas, quorũ scripta ad memoriã immortalē consecrantur. Res ipsa per se loquitur, infinitis lucet exemplis, clarior est luce meridiana. Nihilominus tamen audēt Lutherani asserere vocē hanc nũquã fuisse in Ecclesia auditã, nec inter doctores vsitatã, nec in sacris Bi-

 blijs

blijs reperiri. O errorē intolerabilē, ô figmentū impudens: Numerarem doctorum sanctorū loca, nisi essent innumerabilia. Passim vocabulum hoc in catholicorū patrū, tā Latinorū quàm Græcorū libris inuenitur. Quinimo ipsa sacra scriptura hoc vtitur vocabulo, nimirū capite ecclesiastici sexto decimo, quòd eā ob causam annotandū duxi. Ita enim est loco illo scriptū: Omnis misericordia faciet locū vnicuiq; secundū meritū operū suorū. Incumbamus igitur bonis operibus, vt cū nox mortis aduenerit, dicat Dominus procuratori Christo voca operarios, & redde illis mercedem.

Eccle. 16.

¶ Sed obserua quòd merces non redditur operarijs nisi sub noctē. Vt intelligas non satis esse vt bonū opus incipias, nisi perfeceris illud & ad finem vsq; perseueraueris. Perseuerātia virtus est, quæ tantum coronā meretur & cui præmium datur. Non coronabitur inquit Apostolus nisi qui legitimè certauerit. 2. Para. c. 3. sacra narrat historia Salomonē in templo palmā pingere præcepisse. Palma verò victoribꝰ datur. Oportet ergo fortiter laborare & contendere si palmā accipere volumus, hoc est, si templū illud cœleste ingredi. Iob comparat hominem cum milite dicens: cūctis diebus quibus nunc milito: & alibi: militia est vita hominis super terrā. Et cōparat eū cū mercenario dicens: sicut dies mercenarij dies eius. Vult significare debere hominē cautè viuere veluti inter perpetuos inimicos instar militis in bello, & fortiter dimicare: & altera ex parte debere ignauiā repellere, & labores subire instar mercenarij tota die laborantis. Id voluit diuina scriptura significare, cum dixit, eos qui tēplū Hierosolymæ, & mœnia ciuitatis instaurabant, manu vna fecisse opus, & altera tenuisse gladiū. Armati ædificabant pugnātes & laborātes. Et in hoc loco vides quòd Dominus nō reddit denariū nisi vsquè ad solis occasum laborātibus: denarius aūt vt iam diximus est merces æterna, est palma victoriæ & corona vitæ, quā repromisit Deus diligentibus se, & præmiū signatū per palmas illas quas in porta tēpli quæ respiciebat ad Austrū vidit Ezechiel. Cœlatæq; (inquit) erāt palmæ, vna hinc & altera inde in frōte eius. Aduerte: Palma vna erat ad dextrā, & altera ad sinistrā. Quia & illi à Deo coronantur qui in prosperitate habent tēperantiā vsq; ad vitæ finē, & illi qui in aduersitate patientia se muniunt. In prosperis ergo moderationem habeamus, in aduersis verò patientiā ad solis occasum vsq; & tunc palmā vtramquè reportabimus.

Perseuerātia necessaria nobis est.

2. Tim. 2

2. Para. 3.

Figura.

Iob. 14.

Iob. 7.

2. Esdr. 4.

Figura.

Iacob. 1.

Ezech. 40.

Figura.

¶ *Acceperunt & ipsi singulos denarios.* obserua: quòd peccatoribus secūdum vias suas Dñs reddit: vt quantū glorificauit se in delicijs tātū recipiat tormētorū. Vt D. Ioan. docet in Apoca. nēpe vt teneat iudicij veritatē, seruet què iudicis æquitatē. In sanctis verò ac viris pietate præstantibus, in vinea eius vsquè ad solis occasum laborantibus, excedit Dominus modum ac limitē clemētiæ: neq; n. cōdignæ sunt passiones huius tēporis ad futurā gloriā quæ reuelabitur in nobis. Vt D. Paul. affirmat. Vnico n. intuitu visionis beatæ (quod alias diximꝰ) omnia merita nr̄a, omnē operā, omnesq; labores exhibitos in vinea sua posset optimè dñs remunerare; ita excellit gaudiū & voluptas ac felicitas illius æternæ gloriæ. Sed qui semel vide-

Peccatoribus reddit Dñs secundùm vias suas: in iustis præmiādis excedit limitē clementiæ.

Apo. 18.

Rom. 8.

Explicat locus Pau.

viderit, semper videbit: qui semel fruetur: semper illa gloria fruetur. Ac cuilibet seruo domini dicitur, siue multū, siue parū laborauerit: siue plurimū siue paululū cū mna sibi cōmissa ac tradita fuerit lucratus: intra in gaudiū Domini tui: quāuis super pauca fuisti fidelis. Intra totus in gaudiū: licet totū illud ac summū bonū nō intret in te: immergere & inebriare à torrente voluptatis Dei. Et in hoc loco vides quòd omnibus detur denarius. Quāuis cū alijs iustitia seruetur & æquitas: quorū singulis dicitur: tolle quod tuū est: ex cōuentione diuina: cū alijs misericordia: quod ostēditur illis verbis: volo & huic nouissimo dare sicut & tibi. An non licet mihi quod volo facere? Omnes accipiūt palmas: stollas binas: ac coronas. De omnibus dicitur: Amē dico vobis quod præcinget se: & faciet illos discūbere, & trāsiens ministrabit illis. Quid autē illis ministrabit ille, quē nosse vita est æterna? Quē amare fruitio ac felicitas æterna? Cui seruire regnare est; cui placere summa beatitudo, sūmū gaudiū, summa voluptas est? Quomodo autē trāsiet qui semper est, quod est? Et apud quē solū qui stat, is nō trāsit: queadmodum olim dictū est Moysi: tu aūt sta mecū? Transiēs (inquit) ministrabit pincerna regis, candor lucis æternæ, splēdor gloriæ: cui milia miliū præsto sunt vt ministrent, & ad nutum obediāt: cui decies centena milia assistunt. Transibit igitur & pertransibit omnia desideria, omnes animi affectus nostros abundantiùs quàm petimus aut intelligimus: mēsuram bonam, confertam, coagitatam, preterfluentem, redundantem remetiens nobis: ita vt extasim passi, & extra nos positi, & nescientes vtrum in corpore an extra simus, dicamus ac verè quidem (si forte tamen præ gaudio ac cordis lætitia, stupore ac extasi loqui potuerimus, & non dicamus cum D. Paulo audiui arcana Dei quæ non licet homini loqui) maior est gloria tua & opera tua quàm rumor quem audiui. Vix credebam narranti mihi Paulo, ac dicenti: non sunt condignæ passiones huius temporis &c. Donec ipsa veni & vidi oculis meis: non iam posteriora, non per speculū, quæ nec oculus vidit mortalis: & probaui quòd media pars mihi nuntiata non fuerit. Quo modo media pars cū gaudium illud partes minimè habeat: sed quælibet pars sit æqualis toto? Verè quæ hic audiuimus rumores sunt: vmbra de Sole: gutta de abysso: instās de æternitate: somnium de veritate: color de vino: rumores de his qui in cor hominis nunquàm ascenderunt. Transiet igitur omnia vota nostra: cum ministrauerit nobis bona quæ præparauit & diligentibus se, & strenuè pugnantibus, atquè diligēter in vinea eius laborantibus. ¶ Transeamus & nos interim vt videamus vel mente visionem hanc magnam, quare rubus non comburatur & ardeat. Deus noster ignis est cōsumens & illuminās: cōsumit peccata: illuminat pectora. Rubi nos sumus peccatores, ex peccatoribus nati; quorum spinas cum hic ignis ille diuinus absumpserit; ibi naturam nostram à vitijs purgatam luminis sui radio penetrabit; quomodo de Ecclesia in Apocalyp. dicitur: ipsa ciuitas (inquit) similis vitro mundo & amicta sole, & meritis Apostolorū duodecim coronata; & omnis mutabilitas sub pedib9 ei9; cū mortale hoc induerit immortalitatem

Luc. 19. Infra. 25. 4. Esdræ. 2. Luc. 12. Exod. 33. Dan. 7. Ephe. 3. Luc. 6. 2. Co. 12. Figura. 3. Re. 10. Rom. 8. Exo. 3. c. Deut. 4. a Figura. Apoc. 21 Apoc. 12 1. Cor. 3.

tem &c. Hoc igitur modo rubus nō comburetur & ardebit: & æterna viriditate florebit. Illi discumbent: eò quòd omnes resurgent in ordine suo ordinatissimè. Hoc enim etiā admirata est Regina Saba: habitacula seruorum: stella enim à stella differt, & situ & claritate: & ordines ministrantiū: vestesq; eorum. Rex cuius rubrū erat indumentum, militum vestes aspersæ sanguine sed agni, virgines stollis albis &c. Quin & pincernas admirata est. Et verè extasim passa esset: si vel modicum gustasset sicut Architiclinus: is enim est qui dixit: Domine bonum est nos hic esse. Mirata est & domum quā ædificauerat Salomon. Cuius fundamenta in mōtibus sanctis, de qua, gloriosa dicta sunt: & in qua mãsiones multæ sunt. Nos autem illam suspiremus, quam sponsa requirebat dicens: Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in Meridie: ne vagari incipiamus post greges hominum stultorum, quærentium requiem vbi eam non inueniēt. Quid autem tantū ostendere potest homo virtutis, quod certet cum Domini liberalitate ac magnificentia? Si Paulus, qui quotidie moriebatur & plus omnibus laborauit, adhuc dicit: Non sunt condignæ passiones huius temporis &c: Quid nos dicturi sumus, qui neq; vulgarem quidem laborem pro denario illo cœlesti suscipere volumus: sed vndecunquè voluptati operam damus, otio indulgemus, animi & corporis recreationem captamus: & hoc vnum consideramus, ne quid nobis accidat laboriosum, aut triste: cum sciamus (nisi fortè surda aure audiuimus) quod oportebat pati Christū vt in glorā suā intraret: & tu alienā, stertēs & rōcō nare dormitās, ingressurū cōfidis? Ad hæc Greg. mercenarius (inquit) cū faciēda opera cōspicit, mētē protinus ex longinquitate & pōdere laboris deijcit. Cū verò lassescentē animū ad cōsiderandū operis præmiū reuocat, vigorem mox animi ad exercitiū laboris reformat: & quod graue perpendit ex opere, leue æstimat ex remuneratione. Grauia sunt quæ Apostolus enumerat. 2. Co. 11. & 2. Co. 1. dicens: Supra modū grauati sumus & supra virtutē: ita vt tæderet nos viuere: sed quo modo remunerationis linteo sudores tanti laboris tergat, ipse ostendit dicēs: quoniā nō sunt cōdignæ passiones huius tēporis &c. & reuera. Sicut ait doctor sanctus: nullus melius D. Pau. de veritate hac testimoniū perhibere potest: ipse nāq; vtrūq; expertus est, & labores innumeros: qui & raptus est in paradisum vbi audiuit verba illa ineffabilia: ex quibus tātum licuit loqui: quòd nō sunt condignæ passiones huius tēporis &c. Origen. etiam sic ait: Si quis intueatur quòd pro eo vt quis efficiatur filius Dei excelsi, & hæres bonitatis eius, Christiq; cohæres: etiā si in ōniū mādatorū obseruātia & lege Dei sine querela permaneat & peruigili in his mēte perduret, si omnia etiā pœnarum genera, quæ inferri humanę naturæ vel extrinsecus possunt, aut etiā si quis illa sustineat quæ de Iob scripta esse commemorātur, in substātia, in filijs, & in carne. l. si quis grauiora pati potest, eaq; cōferat his quæ neq; oculus vidit, intelligere poterit quo modo Paulus ista cōsiderās dixit: nō sunt cōdignæ passiones huius tēporis &c. In quo. n. immortale mortalibus cōpares, aut trāsitoria æternis, aut caduca perpetuis, vel ea quæ Deus præparauit amicis suis.

Ibidem. Sup. 16. Psal. 86. Ioan. 14. Canti. 1. 1. Co. 15. Luc. 24. D. Greg. 2. Cor. 11. 2. Cor. 1. S. Thom. Origenes. Rom. 8. lib. 7.

suis charissimis, cum his quæ communia sunt homini & iumentis, bonis & iniquis? Si quæ tamen in præsenti vita velut quædã possunt semina gloriæ colligi futuræ, ista (inquit) semina ex tribulationibus & passionibus colliguntur. Quòd autem ex tribulationum quantitate, mensura quædam & magnitudo gloriæ colligatur, puto ex verbis prophetæ colligi posse cum dicit: secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerũt animam meam: vnde puto quod in vita hac mortali consolatio detur iustis secundùm mensuram cruciatus atque vulnerum: futuræ verò gloriæ, de qua Apostolus ait: quòd reuelabitur in nobis, non secundùm afflictionum passionumq; mensuram. Hæ enim non sunt condignæ, sed præsentes passiones, sicut diximus semina quædam sunt, quibus nobis præparãtur quæ oculi minimè viderunt. Quòd autem in vita hac præsenti iustis consolatio conferatur secundum passionum mensuram, affirmat idem Paulus alibi his verbis: quoniam sicut abundant Christi passiones in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Hæc ex Origene.

Psal. 93.

Rom. 8.

2. Co. 10.

¶ *Voca operarios, & redde illis mercedem.* Nõ legimus quod ante solis occasum pater iste familias cõtulerit operarijs cibũ aut potũ: sed quod post solis occasum mercedẽ dũtaxat reddere præceperit. Solet dñs aliquãdo huiusmodi diuitias ab ijs quibus æternã mercedẽ est largiturus, auferre: quas tamẽ peccatoribus cõdẽnãdis abũdanter largitur. Quòd in diuite epulone & in paupere Lazaro videre est. Pudeat igitur eos qui vitã perfectã profitẽtur: velle victu & vestitu, atq; omnibus huius mũdi bonis abũdare: veluti abũdãt illi qui nullã post vitam mercedẽ altã sunt recepturi. Pudeat inquã eos, diuites in hoc seculo esse; quasi pro nihilo reputãtes terrã desiderabilẽ, quæ eis pro mercede reddẽda est, immemores moris cõsuetũdinisque patris familias, qui operarijs quibus mercedẽ maximã pollicetur, adueniẽte vespere, victũ & vestitum nõ præbet; sed mercedẽ dũtaxat: alijs verò cũ quibus nihil de mercede actũ est: cibum & potũ, aliaq; neccessaria ante solis occasum impartitur.

Solet Dominus auferre diuitias ab ijs quib⁹ beatitudinẽ largiturus est, quas tamen cõdẽnandis abundanter largit.

¶ *Murmurabant &c. dicentes: hi nouissimi vna hora fecerunt &c.* Quã stultũ sit sese alijs hominibus præferre, satis sanctorũ exemplis, monitis & testimonijs, constat. Noli te cõparare (inquit Ber.) maioribus: noli minoribus: noli aliquibus: noli vel vni. Nemini te, nõ dico præponas, sed nec præsumas cõparare. & idẽ: in anima planè non est timẽda quãtalibet humiliatio: horrẽda aũt nimiũq; pauenda, vel nimia temere præsumpta erectio. Queadmodũ. n. qui per ostiũ humile ingreditur, si caput plus debito leuauerit, illud lædere necesse est: sic etiã qui per ostiũ regni cœlorũ ingredi desiderat: nõ cristas erigere, non caput leuare, nõ plurimũ de se præsumere, non deniq; alios præ se cõtẽnere, illũ maximè oportet. Ostiũ (inquit Aug.) paradysi est humile: quòd si sano capite volumus intrare, oportet nos caput demittere. Homines isti de se ipsis plus debito præsumentes, existimant solem iustitiæ minimè lucere in aliena domo, sed solùm in domo conscientiæ suæ. Quod maxima profectò stultitia est. Vnde Diuus Bernar: Nolo vt nusquam arbi-

Vana & se ipsis æstimatio fugienda.

D. Bern.

Idem.

Simile.

Augũ.

Bernard.

arbitreris lucere diem, nisi in cella tua: nusquam esse serenum nisi penès te nusquàm operari gratiam Dei nisi in conscientia tua. Malo te cogitare vbiquè esse serenum: nisi apud te: & peius de te quàm de aliquo alio æstimare. Hactenus Bernar.

¶ *Murmurabant aduersus patrem familias &c.* Sex solent à doctoribus sanctis recenseri detractionis species. Prima est: secreta proximorum peccata in publicum refferre. Secunda, crimina quæ audimus aliquid eis addendo narrare. Tertia, falsa crimina proximis imponere. Quarta, est occulta bona illorum pedibus manibusq; negare. Quinta, virtutes omnibus notas & manifestas diminuere. Sexta, deniq; est: bona in malum conuertere. Hoc detractionis genere vsi sunt mercenarij isti, murmurâtes aduersùs patrem familias: qui suam liberalitatem erga mercenarios parû laborantes, eandem eis mercedem largiendo, ostendere voluit absquè primorum iniuria.

6. detractionis species.

¶ *Murmurabant aduersùs patrem familias.* Quantùm à nobis detestanda est proximorum detractio, satis à Domino multis in locis scripturæ sacræ edocemur. Leuit. 19. ait: non eris criminator, nec susurro in populis. Deutero. 12. caue ne sanguinem comedas. Reuera sanguinem proximi sui comedit detractor: qui vel in peccato alterius delectatur, vel vitam eius sanctam incusat, & in actiones eius studiosas inuehitur. Ecclesia. etiam cap. 5. Non appelleris susurro in vita tua: & lingua tua ne capiaris. Et Iac. cap. 4. Nolite detrahere. D. Bernard. Noli esse alienæ vitæ aut temerarius iudex, aut curiosus explorator. Meritò iuditio meo huiusmodi hominû genus, canibus & serpêtibus comparatur. Canes sine delectu aduersus omnes latrare non cessant: detractores nulli hominum statui parcunt: canes, non solùm carnes comedunt, sed ossa rodunt: detractores similiter nô solùm carnalibus hominibus detrahunt, sed spiritualibus etiam. Canes in macello commorantes sanguini inhiantur, sanguinolentaque habent labia: sic quoq; detractores. Ita vt illis non sine causa aptari possit quod Salomon ait Prouer. 1. insidiemur sanguini. Item serpêtibus sunt similes. Si mordeat (inquit Salomô) serpens in silentio, nil eo minus habet qui occultè detrahit. Quòd si serpens proditor est & silentio mordet, & tortuosè incedit, & terram comedit: sic detractor proditor est: cû præsentes amare se simulet: & absentes si sint mordere non cesset: cum non detrahere audeat, nisi vbi de silentio côfidere possit certò existimet. Cum à laudibus eorum quibus detrahere cupit inchoare soleat; animiq; sui rectitudinem prætendat, dicens: non animo detrahendi talia profari: quin potiùs obnixè amare eum cui detrahit. Cum deniquè quod terrenum & infirmum sit in homine, hoc in ore suo verset. Hoc ergo tam detestabile vitium fugiamus: nam homines illi assuefacti, vix profectò corrigûtur. Vnde Salo. sic ait: homo assuetus verbis improperij, omnibus dieb9 vitæ suæ non erudietur.

Detractoris vitium detestâdû

Leui. 19.

Deut. 12.

Eccle. 5.

Iac. 4.

Detractores com-

paratur canibus.

Prou. 1.

Detractores comparantur serpentibus.

Eccle. 10.

Eccl. 23.

¶ *Murmurabant &c.* Diuus Bernard. in libr. sententiarum capit. secundo, sic docet: ante omnia sine murmuratione sint fratres. Fortè aliqui leue peccatû æstimât murmurare: sed nô hic, qui ante omnia monet esse cauêdû. Puto aût neillû quidé leue

D. Ber. li. sententiarum. 2.

Philip. 2. Murmuratio cauêda

leue reputasse, qui murmurantibus
Exo. 16. aiebat: non contra nos est murmur,
1.Co. 10. sed cōtra Dominum: nos enim quid
sumus? Sed ne illum quoquè qui dixit: Nō murmurauerìtis, sicut quidā murmurauerunt: & perierunt ab exterminatore qui positus est in hoc ipsum, vt à terminis beatæ illius ciuitatis arceat murmuratores, & longè faciat à finibus eius. Cui dicitur:
Psal. 147. Lauda Hierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion, qui posuit fines tuos pacem. Nihil enim commune habent murmur & pax: gratiarū actio & detractio: zelus amaritudinis & vox laudis. Itaquè in ore trium & talium testium stet hoc verbum: vt pestē istam murmurationis summopere nobis nouerimus esse cauendam. Hæc Bernar. Loco iā allegato.

¶ *Pares illos nobis fecisti qui portauimus pondus diei &c.* Quærula vox hæc est imprudentiū religiosorū. Cū choristæ de officialibus, prædicatoribus & alijs conquerūtur: non intelligentes omnes in monasterio fratres, spiritualē harmoniā efficere (vt Bo. est au- ctor) Nā quēadmodū in cātu sunt notæ in regula, & notæ in spatio, quæ omnes ad cōsonantiā faciūt: sic etiā in monasterijs & sanctis cōgregationibus sunt infirmarij, procuratores rerum temporalium, concionatores verbi Dei, qui, & si quasi notæ existētes in spatio & non in regula sint: ad vitæ communis conferunt concētū & harmoniam: quare æqualis præmij participes effici debent. Iuxta Dauidis sententiam. 1. Regum. cap. 30.

Quemadmodū diuersę notę in cātu armoniā efficiūt: sic in monasterijs diuersa munera quibus fūgūtur fratres.

1. reg. 30. Quod æqualis daretur portio remanentibus ad sarcinas, & euntibus ad prælium. Remanent ad sarcinas qui infirmis medentur, qui rebus necessarijs procurandis incumbunt, qui in lege Domini meditantur die ac nocte: vt illam cum emolumento populo Christiano administrent: qui deniquè in alijs ministerijs & muneribus conuentus sunt occupati. At verò quasi ad prælium vadunt, qui vitam monasticam intra conuentum, sustantur, ceremonias, silentium, ieiunia seruando: canonicas horas cantando: precesquè alias diuinas fundendo. Quæ omnia tam ordinatè procedunt, vt quasi castrorum acies ordinata videantur. Canti. 6.

Qui in monasteriore manēt ad sarcinas: qui verò ad prælium vadunt explicatur.

¶ *An non licet mihi quod volo facere.* Lege quæ annotauimus Luc. 10. ibi Ita pater quia sic placitū est ante te. Ex Gregorio.

¶ *Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.* Idest, nouissimo tempore erūt primi, idest, abundantiùs præmiabūtur, vt pote quia abūdantiùs breui tēpore laborabunt. Quia copiosiùs eis propter Christi merita iā exhibita, superna dona cōmunicabūtur, quām existētibus in lege naturæ & scripturæ. Neq; propter hoc iniustus iudicādus erit Deus, sicut & pater familias quòd nouissimos fecerit potiores & priores nulli iniuriā aliquā irrogauit: sic Deus sancti spiritus dona potest cui voluerit pro sua bona voluntate conferre. Spiritus vbi vult spirat: & cui voluerit cumulatiùs ea præstare poterit: eò quòd sua dona sint, nulliquè hominū iure aliquo debita. Eaq; gratis donare solet, vt Apostol9 ait. Hāc aūt tā affluētē, tāq; supereminētē gratiā christianis & nō Iudæis præbere aute seculū definiuit. Eā ob causam ait Christus in Euāgelio: beati oculi qui vidēt quę vos videtis &c. Luc. 10. Beati profectò dicēdi sunt: qa nō sacerdotē, nō leuitā: legē veterē videlicet ferētē, vidēt: sed pijssimū samarita

1. sensus huius loci.

num gratiam adiuuantem in oleo & vino figuratam, conferentem. Quando illi duo qui scribuntur Num. 13. è terra promissionis botrum portabant in vecte, facilius erat nouissimo quàm priori è botro potiri. Sic etiam Christus Dominus verus botrus è quo omnis gratia dimanat, in vecte crucis positus: à Iudæis & gentibus viua fide portatus est. Glorificate (inquit Paulus) & portate Deum in corpore vestro. Et tamen facilius est Christiano populo è botro isto suauissimo comedere, quàm præcedenti populo Iudæorum. Qua ratione nouissimi Christiani, primi dicũtur: & primi Iudæi dicuntur nouissimi. Potiora enim munera exhibet nobis Dominus, propter merita Christi exhibita quàm præmissa. Et reuera minori labore vnusquisquè Christianorum mercedem beatitudinis consequitur, quàm vnus è populo Iudæorum, quamuis non minori merito. Illi enim tunc temporis grauissimum iugum legis habebant quod patres nostri (vt D. Petrus ait) portare non potuerunt. Nos verò iugum Christi suaue, & onus eius legis leuissimum portamus. Minori ergo labore, beatitudinis præmium, reportamus: nõ tamen (quod iam diximus) minori merito. Eò quòd maiori & ardentiori erga Deum & proximum, dilectione laboremus in vinea Domini.

Num. 13. Figura.

1. Cor. 6.

Acto. 15. a.

1. sensus. Iob. 8.

¶ *Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.* Iob cap. 8. explicatur terræ cõditio. Hæc (inquit) est lætitia viæ eius, vt rursum de terra alij germinent. Nimirum hunc ludum gaudet ludere terra, vt quod heri natum est hodie exarescat, & loco eius oriatur alterum, iterumquè vbi hoc cras exaruerit, aliud in locum eius succrescat. Sic gaudet terra quotannis, aut quotidie mutare habitum ornatũq; suum: quemadmodum gaudent homines noua sæpius induere vestiméta, ornatumquè sæpius mutare. Similem ludum etiam sol gaudet ludere: vt quod heri suo calore de terra fecerit exurgere, hodie faciat suo ardore exarescere. Ad hũc modum cum hominibus res habet: quos enim Dei misericordia primos fecerat, modò nouissimos faciat: & quos antea nouissimos modò primos. Licet enim illi de suo quod libuerit efficere: quos enim modò deprimit, mox exaltat: & quos modò exaltat, mox deprimit, sicquè fiunt nouissimi primi, & primi nouissimi.

Simile.

Simile.

¶ *Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.* Idest, erunt nouissimi sicut primi, & primi sicut nouissimi in præmio. Non quòd plus merentibus maior non conferatur præmium, & æqualiter merentibus æquale: cum stet sententia tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua. Sed, quia potest contingere, vt vnus minori tempore minorique labore, tantum mereatur quantum alter maiori tempore & labore: eò quòd paruo illo tempore ardentiori spiritu, feruentiore dilectione & charitate, profundioreq; humilitate in Deum feratur: hinc est vt ambobus eadem merces tribuatur: & fiat nouissimus sicut primus, & primus sicut nouissimus. Imò sæpius euenire etiam solet, vt qui minori tempore laborat, maior illi beatitudo & gratia contingat. Lege Hierony. de conse. d. 5. cap. non mediocriter. Nũquid verborum multitudine flecti Deus vt homo potest: non enim verbis tantum sed corde oranandus est Deus.

3. sensus. & germanus.

Sæpe qui minus laborant ex æquo cum magis laborantibus præmiantur, imo aliquando maiori afficiuntur præmio: eò quod magis charitate rem agant.

Deus. Quapropter melior (inquit Hieronymus) est quinq; psalmorum decantatio cum cordis puritate ac serenitate ac spirituali hilaritate, quã totius psalterij modulatio cum anxietate cordis atquè tristitia. Et vt D. Gregor. ait, non respicit Deus quantũ, sed ex quanto. Quod in vidua pauperc videre est. In omnibus enim laboribus nostris quod potissimum Deus noster respicere solet, est prõpta voluntas. Et hoc etiam potissimè in suis erga nos beneficijs respici voluit. Eò enim ait: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur. Ecce (inquit) ascendimus: quasi diceret: animaduertite voluntatem ascendendi: considerate animum promptum, & paratum ad mortem pro vobis sustinendam. Quamuis igitur ad vineam Domini hora mortis veniamus per pœnitentiam; ita tunc temporis ferueat opus, vt idem præmium eandemq; gloriæ mercedem, eandemquè confertam mensuram, quam qui prima ætatis hora venientes receperunt: & super tempus illud breue liceat, multo cumulatiorẽ recipiamus. Et sic erimus nouissimi sicut primi: imò potiores primis.

Luc. 21.

Luc. 18.

¶ *Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.* D. Hieronymus explicans verba illa Hierem. cap. 4. Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicũdiores ebore antiquo, sapphyro pulchriores, sic ait: mysticè casus animarum quorundam fidelium à propheta deploratur. Quid enim Nazaræorum nomine, nisi abstinentium & continentium vita designatur, quæ niue & lacte nitidior dicitur? Nix enim ex aqua congelascit, quæ desuper venit. Lac autẽ ex carne exprimitur, quæ de inferioribus nutritur. Quid enim per niuẽ nisi cãdor vitæ cælestis? quid per Lac, nisi temporalis dispensationis administratio demonstratur? Et quia plerunquè continentes viri in Ecclesia tam mira opera faciunt, vt multi qui cœlestem vitam tenuerunt, multi qui terrena benè dispensauerunt, superari videantur: & candidores niue & nitidiores lacte referuntur: quæ etiam quia per fauorem spiritus antiquorum ac fortium patrum nõnunquam vincere vitam videantur, rectè adiungit: Rubicundiores ebore antiquo. Dum enim ruboris nomen imprimitur, sancti desiderij flamma signatur. Ebur esse os magnorum animalium, non ignoramus. Ebore vtiquè antiquo rubicundiores sunt: quia sæpe ante humanos oculos non nullis præcedentibus patribus studij feruentiores existunt: de quibus vt totum simul ostendatur adiungitur: sapphyro pulchriores, aereiquippe coloris est sapphyrus. Et quia præcedentes multos atquè ad superna tendentes, per cœlestem conuersationem videntur vincere, narrantur sapphyro pulchriores extitisse. Hac Hiero. Curemus igitur ita viuere vt patribus præcedentibus vitæ sanctitate præstantibus, nitidiores & candidiores, atquè pulchriores simus: sic erimus nos nouissimi sicut illi primi: imo priores & potiores illis erimus: illi verò erunt nouissimi in omnibus.

D. Hiero.
Hiere. 4.

Nazaræi abstinentes cõtinẽtesquè.

Nix cãdor vitæ cœlestis.
Lac tẽporalis dispẽsationis administratio.

Rubor desiderij flamma.
Ebur antiquum patres præcedentes.

sapphyrus cœlestis vitæ homo.

¶ *Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.* Tremenda sanè terribilisquè sententia vniuersim intellecta. Iudæi primi fuerunt & facti sunt iam nouissimi, à primo statu & dignitate cadentes. Quare meritò Paulus

Timenda est hæc Chri sententia.

1. Co. 10.

lus ait: qui stat videat ne cadat. Multi enim christianorum sunt à Domino scientia sanctorum, nobilitate filiorum Dei, diuitijs spiritualibus, virtute & omnipotentia diuina, exaltati: omnia potentes in eo qui illos confortat. Vnde Esai. de vno quoque illorũ ait: Ecce intelliget seruus me9: & exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde. Intelliget (inquit) quoniam vnctio docet illum. De qua vnctione dicitur: vnctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis: & nõ necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus. Exaltabitur (inquit) generis nobilitate: cum nõ ex sanguinibus, sed ex Deo natus sit. Eleuabitur autẽ diuitijs spiritualibus perpetuò duraturis. Gloria enim & diuitiæ in domo, hoc est, conscientia eius, & iustitia eius manet in seculũ seculi. Erit deniquè sublimis potentia: omnia enim potest in eo qui illum confortat. Talis igitur vir iustus, qui ita stat, & qui primus à Deo inter omnes alios factus est: videat ne cadat; videat ne fiat nouissimus: caueat sibi & prouideat, ne à tanta dignitate & sublimitate ruat. Heu quot sunt in Ecclesia modò viri, olim prudentes & virtute præstantes: qui vel suggestu diaboli, vel carnis impulsu, vel mundi delitijs allecti, in miseram peccati seruitutem prolapsi sunt. Nitamur igitur, nõ baculo arundineo, sed Dei virtute: si impulsi ab inimico cadere nolumus. Impulsus (inquit Dauid) euersus sum vt caderem, & Domin9 suscepit me: fortitudo mea & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem. Quemadmodum enim qui columnam fortissimam vtroquè brachio fortiter amplectitur: etsi ab aliquo impellatur minimè cadere potest: sic etiam qui Deum ieiunijs & orationibus, toto corde, ac totis viribus amplexatur: impulsus à dæmone, non cadet: sed potius tantæ colũnæ innixus, stabit. Deus enim fortitudo nostra: ipse est laus nostra: ipse factus est nobis nostra salus. Curramus igitur in via Domini: cum timore tamen & tremore nostram salutẽ operantes: vt perpetuò stemus. Nam quemadmodum qui velociter currit, si impingat, grauiùs & periculosiùs cadere solet, quam qui maturat lẽtè: sic quandoq; multo periculosius à virtute & status sublimitate cadunt iusti, magno cum feruore in via Domini currentes, quàm cæteri fideles. Vt ergo redeamus vnde digressi sumus: qui stat videat ne cadat: timeat sententiã Domini dicentis: erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Quę permutatio, exemplo Saulis & Dauidis satis nobis constare potest. In istis primùm magnificè (ait Rupertus) impleta est verbi Domini veritas, quam olim Anna cecinerat. Dominus pauperem facit, & ditat: humiliat, & subleuat: suscitans de puluere egenum: & de stercore erigens pauperem: vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Tunc enim cũ diues esset Saul & sublimis, Dauid autem pauper & humilis: tanta permutatio facta est, vt hic pauper & humilis diues fieret & sublimis, suscitatus de puluere & tenens solium gloriæ: Saul autem ita pauper & humilis factus est, vt maligno spiritui traditus, suimet impos existeret. Vide alia de his duobus apud Rupert. lib. 4. de victo. verbi Dei. c. 14. 15. & 16. Saul enim propter inobedictiæ peccatum, abiectus & nouissimus factus est

Marginalia: Esai. c. 52 — Explicatur Esai. — 1. Ioan. 2. — Ioan. 1. — Psal. 111 — Phi. 4. — Psal. 117. — Simile. — Phil. 2. — Simile. — Saulis & Dauidis conditio permutata. — 1. Re. 2. — Rupertus de victor. verbi Dei c. 14. 15. & 16.

est, qui antea in obedientia stabat: Dauid autē pauper & humilis, quia inuentus est secundum cor Domini, primas partes obtinuit. Saul cecidit: non tamen vera, sed ficta pœnitentia se erigere conatus est, dicens: 1.Re.15. peccaui, sed nunc honora me coram senibus. Non enim Dei gloriam sed propriam quærebat. Dauid autē etsi cecidit, vera pœnitentia erectus est, dicens: miserere mei Deus, quia tibi Psalm.50 soli peccaui: miserere mei, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Quærebat enim in isto animi dolore, in his lachrymis, Dei gloriam solùm: vt vinceret scilicet cum ab hominibus iudicaretur & condemnaretur, quòd promissiones & iuramenta quæ illi præstiterat de rege venturo non adimplebat. Iustificeris in sermonibus tuis (inquit Dauid) & vincas cum iudicaris. Quod est dicere: vt fidelis permaneas Deus: vt sermo tuus, qui factus est ad me, non sit in illo est & non, sed sit in illo, est, nec iudicari posis, quòd leuitate aut mutabilitate vsus sis: Et sicut de cæteris, ita de isto promisso, vel iuramento, ad me facto, veraciter omnis sexus, omnis ætas dicere possit, & ego cum illis: quotquot enim promis-2.Cor.1. siones Dei sunt, in illo est: Ideò & per ipsum dicimus amē Deo ad gloriā nostram. Propterea cum dixit: peccaui 2.Re.12 dño: statim audire meruit. Dominus quoq; transtulit peccatum tuum, nō morieris. Qui ergo steterit videat ne cadat à vitæ anteactæ sublimitate. Quòd si ceciderit, vera cordis pœnitentia ad vineam Domini redeat: quemadmodum Dauid, qui erectus in eodem statu regio permansit, & in Dei amiticia perseuerauit.

¶ *Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.* Videtur sanè vel ex isto loco Dominum mundi legem & consuetudinem imitari. Ea est enim mundi natura & conditio, vt minus laborātibus plura cōcedat: quales sunt mercatores, viri nobiles & magnates, qui mundi lac & medullā comedunt. At verò, de pastoribus, agricolis reliquoquè vulgo, dici potest illud: si vos nō vobis &c. Portant enim onus, & pōdus diei & æstus: & tamē minus à mūdo præmiantur. Hoc idem facere videtur pater familiás cœlestis, si ita res habet, quòd erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Sed revera noster pater familiás, minimè mundi morē sequitur, cū stet sentētia: quòd vnusquisquè secundum suum laborem accipiet: & rursum Dauid affir- 1.Cor.3. met: tu reddes vnicuiq; secundū ope- Psa.61. ra sua. Et qui parcè seminauerit parcè & metet, clamet Paulus. Labores 2.Cor.9. verò hominū potiùs ex animo quā ex corpore metiūtur. Quare quia eorum opera qui serò venerunt, ex profundiori humilitate, & ex ardentiori dilectione, & sine mercedis alicuius intuitu, sed ex puro & sincero animo, citra aliquam inuidiam aut timorē, processerūt: ideò æqua sorte & merce de coronati nouissimi sunt, qua reliqui omnes, qui ab hora prima diei ad horam vsq; postremam, nō tāta charitate & animi feruore laborarūt. Cōtingit enim sæpe sępius, vt qui à pueritia vocati sunt, remissiores in bonis atq; studiosis actionibus sint quā alij peccatores qui à senectute venerunt, de quibus Dauid ait: multipli- Psal.15. catæ sunt infirmitates eorum postea accelerauerunt. Frequentāt enim sacramēta: ieiunia multiplicāt, lachrymas addunt; preces deuotissimas fundunt: cum latrone clamant: memēto

mei

nis bonum post adultam iam ætatem à nobis percipitur, atquè parum cognoscitur, parumquè nos ipsos mouet: tam ipsum quam eius oppositũ & contrarium malum, tam culpæ quàm pœnæ: vt experimento manifesto omnibus constat. Ostendit autem hæc tam infelix naturæ nostræ conditio, illam minimè esse eiusdem naturæ & conditionis quam res omnes aliæ quæ videntur, habent. Cum illis statutum sit bonum vt in pluribus: nobis autem non ita, sed potiùs pauci sint, qui viam vitæ ingrediantur, rationemquè sectentur. ¶ Demõstrat etiam hæc misera nostræ naturæ conditio eam non esse similem rebus alijs visibilibus; sed altiorem ingredi rerum ordinem, parum tamen de illo participando. ¶ Post hæc tamen omnia, vera ratio huius rei potissimùm est referenda ad diuinæ sapientiæ profunditatem. Quod satis propheta Dauid ostendit, toto illo Psalmo. 11. dicens: saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus, à terra scilicet: diminutæ sunt veritates à filijs hominum &c. Et vt tantorum hominum pessimorum multitinis causam redderet, ait. Eloquia domini eloquia casta. Argentum igne examinantum, probatum terræ (siue à terra purgatum) probatum septuplum. Quasi diceret: eloquia Domini casta sunt. Quare qui ea sequi debet, necesse est, vt sit castus, hoc est, ab omnibus vanitatibus ablatus & alienus. Eloquia etiam Domini examinata sunt: quare igne charitatis examinatus esse debet qui legem Dei est sectaturus. Eloquia etiam Domini probata sunt & probata septuplum, idest, consumata: quare qui ea sequi voluerit, consumatũ & perfectũ esse oportet. Et addit propheta: in circuitu impij ambulãt: vt ostẽdat quod homines difficulter perueniant ad centrum, difficulter signum tangãt: omnes enim in circunferentia ambulant: omnes maiori ex parte tota errant via. Et cum in circuitu ambulent semper, etsi magis laborent ac defatigentur, nihil tamen proficiunt; sed continuò magis elongantur à requie: & lassati in via iniquitatis ad inferos præcipitantur. Et vt huius rei causam assignaret, concludit propheta, dicens in fine psalmi: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum: quasi diceret, passim occurrit vbiq; magnus stultorum atq; impiorum numerus: tu tamen secundum altitudinem incomprehensibilis consilij, & sapientiæ tuæ, atq; secundum profunditatem occulti iudicij tui multiplicasti illos. Ad profundam ergo Dei sapientiam retulit causam tantæ multitudinis impiorum, quæ illos condidit, permittitq; in suis sceleribus viuere. Et meritò Dauid hanc affert causam: nam re vera etsi aliæ rationes multæ afferantur à sanctis doctoribus; tamen multas alias adducere possemus ad probandum magis peccatores laborare magisquè affligi, maioriquè affici pœna peccando quàm afficiuntur iusti virtutem sectando. Ita vt tãdem proclament: lassati sumus in via iniquitatis: ambulauimus vias difficiles. Iustum autẽ deducit Dñs per vias rectas: ostenditquè illi regnũ Dei, vt sic iter alleuiet ambulanti & proficiscenti. Sagite igitur viri fideles, vt per bona opera certam vestram vocationẽ faciatis: vt non solum inter vocatos, sed inter electos qui pauci sunt, recenseri sitis digni.

Postrema vera ratio

Psal. 11. explicatur.

Sap. 5.

Sapiẽ. 10.

2. Pet. 1.

¶ In

tũ quẽadmodũ olim apud Romanos Euocati dicebãtur, qui velut amici ad bellũ accersebantur: & hodie quoque vocãtur electi, qui proximi sunt senatoriæ dignitati. Magna ergo nobis fidelib9 cõsolatio esse debet, quòd intra Ecclesiã & intra vineã Domini tã multi sint, qui denariũ accipiãt, vt eos (quod supra diximus) Ioan. in Apo. dinumerare non poterit. Vidi (inquit) turbã magnã, quã dinumerare nemo poterat. Magna hinc etiã nobis esse debet cõsolatio, quòd intra ecclesiã plures iudicio meo sint qui saluẽtur quã qcõdẽnentur. Plures. n. infantes in Ecclesia sunt qui cũ baptismate discedãt, quã illi qui sine illo moriãtur. Plures etiã adulti sunt, qui sacramẽtis susceptis Deo animã reddãt: quã illi, qui nullo dolore nulloq; sacramẽto ab hac vita mortali discedãt. Inter hos tamẽ fideles quã pauci sũt, qui, si totã vitã in prauis actionibus cõsumpserint, mortis articulo resipiscãt: hac. n. animaduersione (inquit August.) percutitur peccator, vt dũ viuẽs oblitus est Dei, moriẽs obliuiscatur sui. Aliquãdo tamẽ misericors Deus, eos tũc tẽporis ad pœnitẽtiã vocat. Quod in latrone videre est, vt ostẽdat diuitias misericordiæ suæ: ostẽdatq; nos omni hora & omni tẽpore ad pœnitentiã prouocare. Non igitur desperemus, quãtũuis tota die otiosi & inutiles steterimus: sed potiùs animũ erigamus: etiã in mortis articulo ad vineã veniẽtes. Nam etsi pauci sint tales electi: sunt tamen & qui cũ prioribus denariũ beatitudinis accipiũt. Plurimi ergo sunt vocati, hoc est plurimi ad gratiã & gloriã destinati, & accersiti, quamuis pauci electi. Hoc est, qui iã serò ad pœnitẽtiam accedentes seruentur.

Apoca. 7.

Intra Ecclesiã plures sunt quãtũ crediderim qui saluantur quàm qui cõdẽnantur.

Augu.

¶ *Multi sunt vocati, pauci verò electi.* Gene. 6. ait Dñs ad Noe: ingredere tu & filij tui, & vxor tua, & vxores filiorũ tuorũ. Quo in loco obseruãdũ est: quòd tãtũ octo personæ in diluuio seruatæ recẽsentur. Tã pauci salbati sũt, cũ tã multi perierint. Nemo igitur multitudinẽ sequatur: sed saluet vnusquisq; animã suã: vnusquisq; enim pro se ipso rationẽ reddet. Deniq; etiã nos terrere debet, quòd semper in mũdo plures sunt qui pereunt quã qui saluãtur. Cõparatione. n. fideliũ iustorũ in virtute perseuerãtiũ, innumeri sunt homines infideles, multi etiã peccatores fideles, qui condẽnãtur: etsi omnes quotquot in mũdo sunt ad fidẽ sint vocati. Quare si omnibus hominibus hãc sententiã aptare velimus, multi sunt vocati pauci verò electi: vt superius explicuimus.

Gene. 6.

Figura

¶ *Ascendens Iesus Hierosolymã assumpsit 12. discipulos secretò.* Cũ iã dñs discipulos suos instruxisset multis modis, de cõtẽnẽdis diuitijs, de negligẽdis parentibus, & cognatis, de castitate, de singulari modestia, de præmijs quæ manerẽt illos etiã in hac vita, educit apostolos suos. 12. secretò, velut hos selectos duxisset, & idoneos, quibus crederetur mysteriũ crucis, quòd turba nõdũ potuisset capere. Quãquã & populo prædixit mortẽ suã, cum loqueretur de Iona, & tẽplo soluendo, eodẽq; in triduo instaurando: Sed ita prædixit, vt nõ ante intelligerẽt quid esset dictũ, quã posteã quã viderẽt factũ. Discipulis velut firmioribus iã semel atq; iterũ aperuerat arcanũ suæ crucis, absq; in volucro loquens, sed quoniam facilè obliuiscũtur homines, quod non libenter audiunt, nec facilè demittunt in pectus, à quo abhorret animus, dñs quo suos confirmaret ad tempestatem imminẽtem, clarius

Quare secretò Christus mortẽ suã Apostolis manifestauit.
Sap. 12.
Ioan. 2.

Mortis memores esse debemus. ¶*Ecce ascendimus Hierosolymam.* Ante quã Christus moriatur mortis est memor: vt tu sis ante morté memor mortis. Eccles. 17. in omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Hiero. in episto. Platonis est sententia omniũ sapientum vitam meditationem esse mortis. Sapiẽtis summa philosophia assidua est mortis meditatio. Eccl. 30 memor esto iudicij mei: sic enim erit & tuum: meũ heri, tuum hodie. Quæ verba dicũtur vnicuiq; viuentiũ in persona iam mortui. Leuit. 1. præcepit dominus vt offerens holocaustũ de turturibus, aut de columbę pullis proijceret vesiculam gutturis & plumas in locum cinerum. Ille de turture holocaustum offert, qui mundo relicto Christum pauperem sequitur: ille verò de colũba offert, qui in mũdo viuens Deo seruire contendit. Turtur enim solitudinem amat colũba verò gregatim volat. Gutturis autem vesicula, quæ quasi horreum est quoddam auium, mundi cupiditaté significat. Pluma verò leuitatem. In locum ergo cinerum vesiculã proijcit, qui cõsideratione mortis suæ cupiditatem abs se abijcit: non curans acquirere ea, quę breui est amissurus & perditurus: & quod grauius est, ea à quibus erit perpetuo perdendus. Vnde Bern. vtinam tantùm congregata perirent, & non congregator eorum. Tolerabilius esset insudare labori perdituro quàm perempturo. Plumam verò in locum cinerum proijcit, qui consideratione mortis vanitatem huius mũdi refugit, intelligẽs fatuum & stultum esse, in via quæ ad morté perducit, gaudio affici. Augu. enim ait: nihil aliud esse tempus præsentis vitæ, quàm cursum ad morté.

Eccl. 17. Eccl. 3. Leuit. 1. Figura. Bernard. D. Augu.

Commoditates ex memoria mortis sequentes. ¶Quanta verò cõmoda ex mortis memoria nobis vsu venire possint, facilè explicari non potest. Mortis siquidem recordatio fugat vitiorũ exercitium; mundum contemnit: omnes eius vanitates arguit; hominem se ipsum cõtemnere facit; quomodo se in hac vita rectè gerat ostendit: immoderatã in rebus prosperis lætitiã moderatur: & tandem in causa est, vt homo de præsenti & de futura vita rectè iudicet. ¶Fugat inquam vitiorum exercitiũ mortis memoria: non enim tantum latrones iudicis aduentum timent, quãtum vitia mortem. Vnde quemadmodum iumenta omnia, cauda quã habent se à muscis deffendunt: ita homo a vitiorũ impulsu mortis cõsideratione. ¶Omnes mũdi vanitates arguit. Concupiscentiã scilicet oculorũ, in hoc quod homo nudus in terram à qua egressus est reuertitur, vt Iob ait. Concupiscentiã carnis, in eo quod corpus delitijs & voluptatibus enutritũ vermibus datur. Superbiam vitæ, in eo quod qui præferri, & anteponi alijs omnibus appetebat, sub visceribus terræ quæ infimum omnium elementum est, sepelitur & collocatur. ¶Hominem similiter se ipsum contemnere facit mortis memoria: eius tãdem in cinerem & puluerem, resolutionem ante oculos ponendo. Et hoc erat quod obnixe Dauid deprecabatur, dicens; vt sciant gentes quoniam homines sunt idest, de humo & terræ limo sumpti. ¶Prætereaquomodo se in hac vita gerat docet. Quemadmodũ enim aues cauda se ipsas volãdo regũt, & pisces natãdo: sic homines memoria mortis. Vnde Iob ait. c. 12. interroga iumẽta & docebunt te, & volatilia cœli & indicabũt tibi. Sicut etiã qui naui regere beneuult in nauis fine se collocat: sic vir sapiẽs finis sui consideratione

Prima vtilitas. Simile. 2. Vtilit. Iob. 1. 3. vtilitas Psal. 9. 4. vtilitas Simile. Simile. 5. vtilitas.

Na gu

gubernat rectè omnes suas actiones. ¶Prodest etiã quamplurimũ mortis recordatio, ad immoderatam rerum prosperarum lætitiam moderandã & temperandam, cum tantam præseferat amaritudinẽ. Eccle. 41. O mors quàm amara est memoria tua quieto viro &c. ¶Et vt finem his addamus. Huius memoria, vir sapiens de præsenti & futura vita ritè iudicant. Positus enim mortis meditatione aliquis, in extrema hora iudicat à prope, terribiles infernorum pœnas, atq; ineffabilẽ beatitudinis mercedẽ. Qui verò hac consideratione non tenẽtur, sed potiùs se diu esse victuros sperant: à longe & pœnas & præmia considerant. Ex quo fit, vt quàm modica ea omnia eis videantur. Quasi in initio vitæ suæ se ille tenebat, qui dicebat: anima mea, multa habes bona posita in annos plurimos: requiesce: bibe: comede: epulare. Sed Deus subitò ad finem vsq; vitæ perduxit, dicens: stulte hac nocte animam tuã repetã à te. Habitemus igitur & non sicut Isachar inter terminos vitę pręsentis & futuræ: vt sic rectiùs de vtraq; iudicium ferre valeamus: sicq; vitã nostram ad Dei normam atq; regulã instituamus, Christum q; ad mortẽ ascendentem imitemur.

Eccle. 41.

Luc. 12.

Gen. 49.

Christi passio in memoria est semper habenda.

D. Bern. ad fratres de Monte Dei.

Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis, &c. Captat Christus dominus attentionem in hoc loco, vt doceat eius passionis memoriã quotidie à nobis esse recolẽdam. Hoc enim maximè expedire certum est, vt docet d. Bernar. qui sic ait: scit etiam quicunq; sensum Christi habet quãtum pietati Christianę expediat: quãtum & seruum redemptionis Christi deceat, & vtile ei sit, vna saltem aliqua diei hora passionis & redẽptionis attentiùs recolere beneficia, ad fruendum suauiter in conscientia, & recõdendũ fideliter in memoria: quod est spiritualiter manducare corpus Christi, & bibere eius sanguinem in memoriam eius. Quia omnibus in se credẽtibus pręcepit dominus dicẽs: hoc facite in meã cõmemorationẽ. In quo etiam propter peccatum inobedientiæ quàm impium sit hominem tantæ Dei pietatis immemorẽ esse, palàm omnibus est: cũ amici hominis abeuntes sub quolibet signo cõmendatam memoriam nefas sit obliuisci. Siquidem sanctę huius ac reuerendissimæ cõmemorationis mysterium suo modo, suo tempore, suo loco celebrare, licet paucis hominibus, quibus creditum est hoc mysterium: rem verò sacramenti, vel mysterij, in omni tempore, & in omni loco dominationis Dei, modo quo traditum est, hoc est, debitæ pietatis affectu, agere, contrectare, & sumere sibi in salutem, omnibus in prõptu est, quibus dicitur: vos autem genus electũ regale sacerdotium, gens sancta, popul9 acquisitionis, vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Nam et sacramẽtum sicut accipit ad vitam, dignus: sic ad mortem suam & iudicium indignus. Rem verò sacramenti nemo percipit, nisi dignus & idone9. Sacramẽtũ enim sine re sacramẽti sumẽti mors est, res verò sacramẽti, etiã pręter sacramẽtũ sumẽti vita est. Si autẽ vis & verè vis, omnibus horis tã diei quàm noctis hæc tibi in cella tua pręsto est. Hęc Bern. Memores igitur sẽper simus Christi passionis, neq; eam obliuioni tradamus, si vitam volumus. Ideo enim captando attentionem in hoc loco ait: ecce ascendimus &c. Et apud alium euangelistam: ponite in cordibus vestris ser

1. pe. 2.

Luc. 9.

sermones istos (scilicet qui sequūtur de mea passione: cū eius recordatio & memoria vtilissima sit) filius hominis tradendus est in manus hominū.

Luc. 9.

Ecce ascendimus &c. Ostēdit etiam in hoc loco dominus voluntariè se morti offerre, vt mortem nobis non timendam insinuaret. Et meritò: nā profectò nō est quare à viro christiano & pio mors timeri debeat. Quod ostendit idem dominus multis ex causis supra cap. 10. Nolite (inquit) timere eos qui occidunt corpus &c. vide locum. ¶ Praeterea etiam in hoc loco docere nos voluit, vt quemadmodum ipse pro nobis mortem subijt: sic nos parati simus, pro illo aequo animo mortē pati. Vnde Chrysost. si ille pro nobis mortuus est, qui mori nō poterat nisi voluisset: quanto magis nos pro illo mori debemus, qui et si nolimus mortales sumus? Si dominus pro seruo mortuus est, & hoc sine praemio, iustius est vt seruus pro domino moriatur, & hoc cum praemio. Vnde & Augustinus: non habebat ille quare moreretur, & mortuus est: & tu habes: & quare mori dedignaris? Dignare aequo animo pati per meritum tuum, quod ille pati dignatus est, vt te à sempiterna morte liberaret. ¶ Imo nō solum dominus vult nos laetanter pro eius amore vitā donare: sed etiā vt morti si opus sit, occurramus; quemadmodū ipse obuiā ei occurrit: cuius rei testimonium vt acciperent, ait discipulis suis: ecce ascendimus Hierosolymam, &c. Mors ergo et si terribilis sit, tamen sapientis animus virtutibus omnibus septus, venienti libētissimè pro Christo quē toto corde diligit, obuiam ire solet. ¶ Mors inquā & si terribilis sit: multis tamen solatijs affectus, illam vir iustus securus aggreditur. De quibus pauca, inter alia quae Seneca ponit: in medium proferam. ¶ Morieris inquit, & respondet: hac conditione intraui vt exirem. Morieris. Gentiū lex est quod acceperis reddere. Morieris. Peregrinatio est vita: cū multum ambulaueris, domū redeundū est. Item morieris. Stultum est timere quod vitare non possis. Istud nō effugit etiam qui distulit. Morieris. Nec primus, nec vltimus. Omnes te antecesserunt; omnes te sequentur. Item, peregrè morieris. Ego quod debeo soluere paratus sum: videat foenerator quo me appellet. Iuuenis morieris. Optimū est ante quàm optes mori: optimū est mori cum iuuat viuere. Iuuenis moriar. Fortassis alicui malo te subdet fortuna: & si nulli alij, certe saltem senectuti. Insepultus iacebis. Quod aliud respondeam, quàm illud Virgilianum: facilis iactura sepulchri: si nihil sentio non pertinet ad me iactura corporis sepulti: si sentio omnis sepultura tormentum est: quid interest, ignis an fera me consumat, an tempus omnium vltima sepultura, non defunctorum cura sed viuorum inuenta est; vt corpora & visu foeda, & odore amouerentur. Quod si haec aliaq; huiusmodi multa sint quae nos consolentur, vt mortem non solum non timeamus, sed vt illi laetantes obuiā eamus: mors Christi tamen est, quae maximum solatiū fidelibus praebere solet. Hoc nos D. Paulus prouocat ad currendū dicens in epistola Ad Heb. c. 12. curramus ad propositum certamē aspiciētes in authorem fidei, & consumatorē Iesū, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem: Vnde Augustinus: magna consolatio est memo-

Mors nō timenda sed contēnēda. Vi. Platoné in Phedo ne vel de immortalitate animę vi. Bonau. de doctrina cordis, cap. 10.

Sup. c. 10.

Mors pro Christo subeunda libenter.

Chrisost.

Lege Basilium.

D. Augu.

Morti si est necesse occurrēdum est Dei amore.

Seneca de remedijs fortuitorum.

Heb. 12.

D. Augu.

bris ex capite, quod Christus qui est sapientia Dei patris gaudium mundi fugit, & ad mortem voluntariè venit: quod vt ostenderet, ait; ecce ascẽdimus. &c.

D. Hiero. *Ecce ascendimus Hierosolymam.* Duobus modis (inquit Hiero.) diabolus impugnat homines: tribulatione, vt frangat: persuasione, vt molliat. Tãto monta cortar como desatar. Cum enim delitiarum & voluptatum persuasione nos impugnat, fugere debemus: quemadmodum Christus dominus fecit in desertum fugiendo: quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ibi ieiunando: vigilijs & precibus operam dando. Vnde Paulus ait. 1. Cor. 6. fugite fornicationem.

Tribulationi occurrendũ est, si illam vincere volumus.

1. Cor. 6

Cum verò nos tribulatione & afflictione impugnare conatur: non fugiendum, sed potiùs illi occurrendum est exemplo Christi. Vnde Bernardus ait: o verè tuta pro Christo & cũ Christo pugna: in qua neq; vulneratus, neq; prostratus, nec cõculcatus, nec millies, si fieri posisit, occisus, fraudaberis à victoria; tãtum ne fugias. Idem: libentius insequitur aduersarius fugientem, quàm substineat repugnantem. Item idẽ sic ait: sola causa qua perdere posisis victoriam, fuga est: fugiendo poteris illam amittere, moriendo nõ poteris: & beatus si pugnãdo moriaris: quia mortuus mox coronaberis. Væ autem tibi, si declinando pugnam, perdis & victoriam simul & coronam. Patientes igitur & lætantes tribulationibus occurramus exemplo ducis & preceptoris nostri, si illas vincere faciliter velimus: neque illas fugiamus: nam fugientes sequuntur. Vnde Seneca: quemadmodum perniciosior est hostis fugiẽtibus: sic omne fortuitum incommodum magis instat cedẽti & aduerso. Plurimum enim iratus est Iosue videns populum domini fugientem: domine Deus quid dicam videns Israelem terga hostibus suis vertentẽ? Iosue. 7.

Ber. in epistolis.

Idem.

Idem.

Seneca.

Ecce ascendimus Hierosolymã. &c. Viri iusti & omni virtute præstantes quotidie dicere possunt: ecce ascendimus Hierosolymam: cum eant de virtute in virtutem, vt videant Deum deorũ in Sion. At verò iniqui non sic: sed potiùs dicere poterunt: ecce descendimus in infernum, cũ in peius semper proficiant, atq; quotidie deteriores fiãt. Quare si Christus studiosum interrogasset: quo vadis? respondere meritò posset: ecce ascendo &c. Quòd si impium: ecce descendo. Itaq; iusti singulis diebus iter diei peragunt in cœlum conscendendo: impij verò in inferos descẽdẽdo. Quotidie peragunt iter diurnum boni, vtiq; cœlum petendo, mali verò inferos. Scalam vidit Iacob terræ innixã cuius cacumen cœlum tangebat: angelos etiam vidit ascendentes & descendentes per illam; præterea dominum vidit illius cacumini incumbẽtem. Quo mysterio significare apertè voluit spiritus sanctus: iustorum ascensum, atq; peccatorum descensum: alij enim ascendunt vsq; ad cœlos, alij descendunt vsq; ad abyssos. Scala igitur qua viri iusti ascendunt, charitas est. Gradus verò huius scalæ quindecim annumerat d. Paulus. 1. cor. 13. dicẽs: charitas benigna est, patiens est, non æmulatur, non agit perperam &c: non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, nõ cogitat malum, nõ gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia sperat, omnia substinet. Per huiusmo

Iusti quotidie ascẽdũt in cœlum. Etiam pii descendunt in infernum.

Psa. 83.

Gen. 28. Figura

Psa. 107.

Pau. 1. co. 13.

Hi gradus figurabantur in. 15 gradibus templi.

1. Cor. 3.

iusmodi igitur gradus vir pius ascendit Hierusalem, quæ sursum est mater nostra. Has ascensiones in corde suo disponit, viuens in hac lachrimarum valle. His gradibus quæ sursum sunt quærit: quæ rursum sunt sapit, non quæ super terram. Tales, dominus altitudini scalæ huius innixus, prouocat, dicēs: venite ad me omnes qui laboratis, bonis operibus insudādo, & ærumnis & afflictionibus onerati estis: & ego, in hac peregrinatione, refocillabo vos: & post peractam, prandio vitæ æternæ reficiam. At verò scelerati à charitate decidentes, per oppositos gradus in infima descendunt, impatientes cum sint: malitiam æmulatores, agentes perperā, inflati, ambitiosi, quærentes quæ sua sunt &c. Imitantes suum principem diabolum cuius fuit semper descendere: videbam (inquit Dominus) sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Lege infra cap. 26. ibi an putas quòd non possum rogare patrem: ad literam.

Ad Col. lo. 3.

Supr. 11. d.

Luc. 10.

¶ *Ecce ascendimus.* Totā Christi vitam si cōsideres, eam ascēsum & descensū quedā fuisse apertè cognosces. Descēdit primū à cœlo in terrā, quādo verbū istud caro factum est: exiui (inquit) à patre, & veni in mundum ascendit autem, quādo mortis & crucis patibulum subijt: ecce (inquit) ascendimus Hierosolymam &c. Et clarius Ioan. 3. sicut Moyses exaltauit serpētem in eremo: ita exaltari oportet filium hominis. Descendit secundò à supplicio ad inferos vsq;: & rursum à mortuis resurgens, in cœlos ascendit: ad Eph. 4. qui descēdit ipse est, & qui ascēdit super omnes cœlos. Talis ergò debet esse via nostra, si Christū sequi volumus, ascendamus cœlestia

Tota vita Christi ascensus atq; descensus fuit: talisq; esse debet christiani vita

Ioá. 3.

AdEph. 4

anhelando: & descendamus humilitatem eius sectando. Hominum animalium qui campi pecoribus sunt similes, via est lata & facilis quantum videtur: at verò piorum & spiritualium, montuosa esse debet. Quis (inquit) ascendet in montem domini? & respondet: innocens manibus, & mundo corde &c. Iustitia enim Dei quam fidelis sectari tenetur, est sicut mōtes Dei. Vnde de Christo dicitur: & excelsior cœlis factus: & mons in vertice montium. Qui autem dicit se in Christo manere: debet sicut ipse ambulauit: non scilicet per campos, sed per asperos montes tribulationū, & ille ambulare. Vnde apostolus, nostra conuersatio in cœlis est.

Psa. 23.

heb. 7. d
Esai. 2. a.
1. Io. 2. a

Philip. 3.

¶ *Ecce ascendimus:* Voluntariè se mortem subire his verbis ostendit. Quod pater eius Iacob significauit dicens: requiescens accubuisti vt leo, & sicut leæna, quis suscitabit eum? Quæ verba explicans diuus Augustinus, sic ait: mors Christi prædicta est verbo dormitionis, & nō necessitas sed potestas in mortem, nomine leonis. Quam potestatem in euangelio ipse prædicat, dicens: potestatem habeo ponendi animam meam: & potestatē habeo iterum sumendi eam. Nemo eam tollit à me: sed eam ego pono à me ipso, & iterum sumo eam. Sic leo fremuit. sic quod dixit impleuit. Ad eam nanq; pertinet potestatem, quod de resurrectione eius adiunctum est: quis suscitabit eum? hoc est: quia nullus hominum sed ipse se suscitabit. Quia etiam de corpore suo dixit: soluite templum hoc, & in triduo reædificabo illud. Ipsum autē genus mortis, hoc est: sublimitas crucis in vno verbo intelligitur, quod ait: ascendisti, quod verò addit: recumbens

Genes. c. 49
Mors christi voluntaria.
Aug. 16. de ciuita. Dei.

Ioa. 10. d

Ioa. 2. d.

vbi dicit & inclinato capite tradidit spiritum? Aut certe sepultura eius agnoscitur, in qua recubuit dormiens, & vnde illum nullus hominũ sicut prophetæ aliquos, vel sicut ipse alios, suscitauit: sed sicut à somno ipse surrexit. Hæc Augustinus. Hoc idem in hoc loco ostendit, dicens: ecce ascendimus Hierosolimã, & filius hominis tradetur &c. Et tertia die resurget. Quòd si nos mortui fuerimus cum illo etiam in gloriam resurgemus.

Christus labores quęsiuit, et inuenit: quę imitari debem9.

¶ Ecce ascendimus: quare meritò potest Christus dominus dicere: tribulationem & dolorem inueni. Alij enim homines, labores non inueniunt, quia illos non quærunt: imò potius quo ad fieri potest fugiunt: illos deuitare conantur: ab illis se abscondunt: & tamen velint nolint, labores & afflictiones, illos sectantur & comprehendunt. Christus tamẽ tribulationem & dolorem quęsiuit, atquè illam inuenit: ad hoc enim de cœlo descẽdit: ad hoc ascẽdit modò Hierusalem. Quem imitantur viri perfecti & omnibus numeris absoluti: tales enim sitim & famem & nuditatem quærũt, & inueniunt: quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati. Hinc est quod ipse ait: qui vult venire post me, tollat crucẽ suã. (Sup. 16.) Quasi dicat nolo vt alter illam super humeros eius imponat, sed ipse tollat illam. Et alibi: tollite iugum meum super vos. (Sup. 12.)

Prima causa ob quã Christus se filiũ hominis vocat.

¶ Ecce ascendimus Hierosolymam & filius hominis. &c. Filius hominis cõsuetudine hebrææ linguæ significat verum hominẽ obnoxium calamitatibus & doloribus. Eam ob causã se Christus filiũ hominis sępenumero appellabat, ostendens se cum esset Deus infirmitates nostras suscepisse, vt nostris nostris ægritudine vitiorum laborantibus mederetur. Hinc voces illæ quem dicunt homines esse filium hominis? filius hominis nõ habet vbi caput suũ reclinet: (sup. 16. Supr. 8.) & in hoc loco. filius hominis tradetur &c, & cæteræ huiusmodi, quæ passim in Euangelijs reperiuntur. Esaias eum vocat Virum dolorum: (Esai. 53.) & Pauló post ait: verè langores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Cum igitur filius hominis accipiatur pro re abiecta voluit Deus qui se propter hominem abiecerat, tali nomine appellari. Hinc est quod olim prophetas ac sanctos suos hoc nomine vocabat, vt eos de fragilitate sua cõsiderãda admoneret, ne ob illas diuinas visiones quas illis ostẽdebat, nimio gaudio efferretur. (Ezech. 2. & 3. 4. 5. 6. &c.) Tali enim fauore prosequitur Deus amicos suos, vt non inflentur, quin potiùs seipsos abijciant, & imbecillitatem suã cognoscant. Cõtra verò principes terræ eos, quos diligunt, fauore suo sæpe numero superbos vsquè adeo efficiunt, vt eos etiam atquè etiã ad maximos errores adducãt. Vidẽtes enim in se principũ oculos cõiectos, omnes despiciũt, suiquè fragilitatis obliti, sũmisquè superbiæ stimulis cõcitati, omnia iura diuina atquè humana peruertũt. Meminerimus ergo si sapimus quòd homines sumus, quòd filij hominis. Quid est enim fragilius homine? quid imbecillius? quid calamitosius? Homo, inquit, Iob, quasi flos egreditur & conteritur: & fugit velut vmbra: (Iob. 14.) & nunquã in eodẽ statu permanet. Et regius vates: homo sicut fœnum dies eius, tanquàm flos agri sic efflorebit. (Psa. 102.) Quoniã spirit9 pertrãsibit in illo,

& nô cognoscet amplius locû suum. Et
Esai. 40. Esaias: omnis caro fœnum, & omnis
gloria eius quasi flos agri. Qui modo
vigebat, & admirabili pulchritudine
ornatus oculos videntium oblectabat,
dicto citiùs tabescit, & instar floris vẽ
to rapti decidit, & ad interitum voca-
tur. Nullum vitæ tempus est aut metu
liberum, aut calamitatibus vacuû, aut
mœroribus solutum. Vitam ingrediẽ
tes statim nos tradimus lamentis, & in
signum futurarum ærumnarum exor-
Iob. 14. diû ducimus à ploratu. Homo, inquit
Iob, natus de muliere, breui viuens tem
pore repletur multis miserijs. Cum Io
Ionæ. 4. nas sub vmbra hederæ, quæ cellerrimè
creuerat, requiesceret, essetquè gaudio
perfusus, venit vermis, & percussit he-
deram, & exaruit. Quam ob causam
fuit Ionas tot curis confectus, tot dolo
ribus implicatus, vt exitum vitæ opta
Figura. ret. Quæ est hedera hæc viriditate flo
rens, citò pullulascens, & statim euanes
cens, nisi vitæ iucunditas, & cætera
illa, quæ magnopere desideramus, in
quibus voluptatem constituimus:
Quæ adepta statim amittuntur. Ve-
nit vermis mortis aut mœroris & om
nia consumit. Quot homines vidi-
mus, qui diuitias, honores, dignita-
tes expectantes, ad quas auiditate in-
flammati rapiebantur, eas fuerunt
consecuti, sed in medio suæ lætitiæ
omnia illa momento temporis eua-
nuerunt, & ipsi ad summam mun-
di gloriam florescentes illico calami
tatibus pressi, & in dedecore versa-
ti, aut statim consumpti sunt, aut
vitam sibi acerbam esse putarunt? O
falsam mortalium spem ô variam
volucremquè mundi commutatio-
nem, ô cæcam nostram cupidita-
tem ó præposteram gratulationem:
quàm citò vitam nostram, mun-
di opes & honores, ex fallaci volup-
tate, ad verum luctum recidere in
tuemur. Omnia hæc instar imagi-
nis consumũtur & pereunt, & vt Pin
dari vtar verbis, cum vmbræ som
nio comparantur. In lib. sapiẽtiæ sunt Sap 5.
etiam hæc verba literis mandata:
transierũt omnia illa sicut vmbra, & tã
quàm nuntius percurrens, & tam-
quàm nauis, quæ pertransit fluctu-
antem aquam, cuius cum præterie-
rit non est vestigium inuenire, nec
semitam carinę illius in fluctibus. Hoc
intuẽs. D. Ioan. in. 1. sua can. Nolite in
quit, diligere mundum nec ea, quæ in
mũdo sunt. Et Paulò post: trãsit mũdus
& concupiscentia eius. Et D. Paul. 1. Io. 2.
in. 1. ad Corinth. præterit figura huius 1. Co. 7.
mundi. Si mundus transit, si id,
quod substantiam esse existimamus,
figura est, cur vitam nostram, spem,
opes & voluptates cogitamus perman
suras? Quid est, inquit D. Iacobus, Iac. 4.
vita vestra? vapor ad modicum pa-
rens. Aspice cui rei tam fragili vi-
tam nostram compararit. In sapientię
lib. scriptum est: transibit vita nostra Sap. 2.
tamquàm vestigium nubis, & sicut ne
bula dissoluetur. Videbis aliquando Simile.
in aere nubem hominis magni figu-
ram habentem: quæ mox expanditur,
& turres excelsas repræsentat: sed sta-
tim vento rapta dissoluitur, & euanes
cit. Huiusmodi est spes nostra in
mundo collocata. Ponit nobis mun-
dus in imaginationis conceptu futu-
ros nos esse magnos homines, & no-
men ac celebritatem consecuturos:
promittit nobis montes aureos, & tur
res gloriæ & dignitatum, sed omnia
hæc sunt arces in aere fabricatæ, & caste
lla ex vẽto cõposita, in vanitate funda
ta, quę cellerrimè dissipãtur: ea pleros-
q; mortales falsis promissionib9 oble

cognoscat, qui sui ipsius nō habet cognitionem: hanc nostram cognitionem appellat Deus collyrium, dicens in Apoc. Ioan. collyrio munge oculos tuos, vt videas. Est autem collyrium medicamentū aduersus oculorum lyppitudinem. Qui suam miseriam intelligit, visum quem per superbiam amiserat, recuperat. Neque solum fideles, sed etiā gentes fide destitutæ hoc animo perspiciūt. Ait Proclus Platonicus in lib. de anima, principium dialogorū Platonis, eiusque philosophiæ præcipuū institutum esse naturæ nostræ cognitionem. Et rectè quidem, nam hæc est prauitatis causa: ignoratio sui. Eam ob causam Deus non filius Dei, sed filius hominis in hoc loco & aliàs sæpe vocatur, eam etiam ob causam olim suos vates, atquè sibi charos filios hominis appellabat filios Adæ, filios terræ, vt se illosq; esse fragiles, fluxos, & calamitatibus ac mœroribus obnoxios significaret. Ideò ait: filius hominis tradetur principibus sacerdotum &c. & condēnabunt eum morte.

Apoca. 3.

¶ Secundò se filium hominis vocat, quia quatenus homo, erat mortalis & passibilis: ac quatenus homo mortem subijt atque passus est, non autem quatenus Deus. Has duas naturas fuisse in Christo in vna persona significare voluit dominus Ezechie. c. 8. & vidi, inquit, & ecce similitudo quasi aspectus ignis: ab aspectu lumborum eius & deorsum ignis & à lumbis eius & sursum quasi aspectus splendoris, & visio electri. Hoc est apparuit mihi ignea quædam hominis similitudo, quæ splēdebat instar ignis ardentis à parte inferiore: sed à lumbis ad partem superiorem fulgebat instar electri. Hæc hominis similitudo significabat deum hominem fore. Inferior pars significabat humanitatem, superior diuinitatē per electrum significatam, à seipso habens splendorem. Sunt in christo duæ naturæ, diuina & humana: Et quia vnio verbi incarnati facta est in persona, nō autem in natura, credimus & confitemur filium dei vnigenitum non esse in duas personas diuisum, sed vnum & eūdem esse dominum nostrum Iesum christum, in quo duas naturas cognoscimus, vnam autem personam, vnam hypostasim, vnum suppositū. Id quod ait D. Cyrillus, diuinam naturam esse incarnatam: & D. Gregorius nazianzenus humanam naturam esse deificatā: ita intelligitur, vt ait D. Ioann. damascenus, vt natura diuina dicatur incarnata, quia est vnita carni personaliter, non quòd sit in naturam carnis conuersa. Similiter & caro dicitur deificata, non per cōuersionem sed per vnionem ad verbum saluis suis proprietatibus, vt intelligatur caro deificata, quòd facta sit dei verbi caro, non quod facta sit Deus. Cum igitur in christo sint duæ naturæ nempè diuina & humana, secundùm humanam passus, & mortuus est, non autem secundùm diuinā: deus enim quatenus deus immortalis est & impassibilis. Eam ob causam erat prædicta similitudo in parte inferiore igne succensa, hoc est, in humanitate tormentis affecta. Quemadmodum superiore parte diuinitas intelligitur, sic inferiore humanitas significatur. Ignis autē dolor est & cruciatus, vt apud Iob, deuorabit eum ignis, qui nō succenditur: siue vt potest ex hæbreo verti: deuorabit eum ignis, nullis follibus excitatus. Ac si dicat ignis à quo comburetur, non erit fornacis fabri ferrarij, qui follibus ventilatur, sed fornacis molestiarū & dolorū. Opprimetur enim calamitatibus incredibilibus

Secūda ratio ob quā se christus vocat in hoc loco filiū hōis.

Ezech. 8. figura.

D. Cyril.

D. Grego

Damasce.

Iob. 20.

Psal. 16. Et in psalmio igne me examinasti & non est inuenta in me iniquitas. Erat tunc Dauid ab impio Saule acerbissimè vexatus, & maximis calamitatibus pressus. Et vt aurũ igne exploratur, ita ille igne doloris probatus fuit: ærumnarum facibus incẽsus. Et rursum, trãsiuimus per ignem & aquam & induxisti nos in refrigerium. Psal. 65. Et si Christus in inferiore parte hoc est, quatenus homo esset vulneratus & acerbissimis cruciatibus affectus, non tamen in superiore, hoc est, quatenus deus, quia sic nec mori vnquàm potuit, nec pati. Carbunculus gemma est igniti carbonis similitudinẽ referens, eximio splendore refulgens, quæ vt Plinius asserit ignem non sentit. Simile. Si gemmam hanc anulo plumbeo inclusam & vnitam in ignem conijcias, videbis plumbũ lique fieri, & consumi, eam autem integram manere: ignis enim in plumbum agit, in carbunculum autem agere non potest. Ita christus deus noster in igne tormentorum constitutus passus & mortuus est vt homo: filius (inquit) hominis tradetur, & condemnabunt eum morte, non vt deus: ignis afflictionũ egit in plumbum humanitatis, gẽma verò diuinitatis integra permansit. Eã ob causam rectè dicimus fuisse christũ mortuũ in infirmitate nostra, semper autem viuentem in virtute sua. Vt culpas nostras suo sanguine expiaret, exinaniuit semetipsum, vt verbis vtar. D. Pauli, Phill. 2. formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semet ipsum, factus obediẽs vsq; ad mortem, mortem autem crucis. At diuinitatis splendor eclypsim non patitur, fuit enim semper Christus æqualis patri secundum diuinitatem. Aduerte. Non ait Ezechiel fuisse Christum igne cõbustum, sed igne inflammatum: ille enim dicitur igne calamitatũ comburi, qui patientiam amittit: at qui iniurias patienter tulerit, qui rerum aduersarũ molem, & acerbas ærumnarum angustias æquo animo sustinuerit, ardere dicitur non autem comburi. Id significabat rubus ille, in quo deus erat, qui ardebat, sed non cõburebatur: Exo. 3. Figura. vir enim iustus ab omni contagio impietatis seuocatus, cuius anima est dei sedes, ac domiciliũ, rubus est in quo deus est, quoniam flammis rerum aduersarum expositus, & infinitis calamitatibus pressus ardet, quidem, sed non consumitur incendio, cum nullæ eum possint calamitates de gradu dignitatis eijcere, nec à virtute abducere, nec ab incepto honestatis cursu retardare. D. ille Paul. in medio flammarum constitutus aiebat. 1. cor. 4. Maledicimur & benedicimus, persecutiones patimur, & substinem9, blasphemamur, & obsecramus. Et alibi: quis nos poterit separare à charitate christi tribulatio, an angustia, an fames &c? Rom. 8. Ac si dicat: nil horum, nullus est ignis qui nos possit incendio comburere. Hæc est ratio cur dominus apparuit tunc igne incensus, sed non combustus, Filius ergo hominis & nõ fili9 dei, ait in hoc loco christus, tradetur principibus sacerdotum &c. et condemnabunt eum morte vt ostenderet se quatenus homo, passurum non quatenus deus.

¶ *Et filius hominis tradetur principibus sacerdotum.* Si hæc ita sunt domine, vt verè sunt, non est quare aut timore aliquo, aut dolore afficiaris: quando tradendus sis primarijs sacerdotibus, hoc est, Dei ministris, sanctitate præstantibus, pietate præditis, virtute fulgentibus: qui te defendent, atq; ab omni capitis periculo liberabunt: qui causam tuam

tuum agent ac partes suscipient. Sed audi quid addat Christus dominus: *Et condemnabunt eum morte, &c.* Hoc est, non conquiescent illum criminari, donec adigant ad condemnationē capitalem &c. Miseros atq; infoli-ces sacerdotes illos: qui criminibus ac sceleribus sunt imbuti: nam infestiores ac perniciosiores profecto esse solent cæteris hominibus. Si enim regnat in eorum animis liuor, inuidia, odium ac cætera vitia, omnia conturbant: omnia sursum ac deorsum subuertunt: nihil non tentant, audēt, aggrediuntur, infestant: omnia se impune posse facere existimant. Et quemadmodum si piscis in aquis salsis nutritus, si insuauis sit, et insipidus, pejor habetur pisce in aquis dulcibus nato: Sic homo in domo Dei atq; in templo sancto eius inter pios inter sapientes, ac religione præstantes educatus, si sceleratus sit, multo sceleratior ac scelestior esse solet, quàm reliqui de populo. Idcirco notanter ait in hoc loco dominus: filius hominis prodetur non cuiuis de plebe sed primoribus ecclesiæ: qui cum cæteris iniquiores sint, nō quiescent donec adigant illum ad mortem, & tradant eum gentibus, vt illudant illi, vt flagellent, vt conspuant, & in cruce figant. Sed miseros illos, nam qui eiusmodi sunt, condignas pœnas dabunt. Quid tu vides Hieremia: (ait dominus) & dixi: ficus, ficus bonas, bonas valde: & malas, malas valde: quæ comedi nō possunt eò quod sint malæ. Et factū est verbum domini ad me dicens: sicut ficus pessimæ quæ comedi non possunt, eò quod sint malæ, sic dabo Sedechiam Regem Iuda, & principes eius, & reliquos de Hierusalē,

Infestiores esse solent cæteris hominibus sacerdotes vitijs imbuti: & ideò acriꝰ punientur.

Simile

Hier. 24.

& mittam in eis gladium, & famē, & pestem, donec consumantur de terra quam dedi eis. Bonos enim ac studiosos sacerdotes ac ecclesiæ principes maximo amore ac beneuolentia prosequitur Deus: eosq; ab huius mundi captiuitate redimit, atq; ad illam sanctam ac cœlestem ciuitatē Hierusalem reducit: impios vero ac sceleratos, quos & sceleratissimos vocat, odio prosequitur, ac in perpetuas miserias redigit. Crimen tanē maximum est, Deum in altari quotidie manibus contrectare & aliàs suis sceleribus illum prodere.

¶ *Et condemnabunt eum morte, & tradēt eum gentibus ad illudendum & flagellandum, & crucifigendum.* Obiectio in hoc loco quod Christus sæpe loquitur de sua passione, vt eam magis memoriæ commendaret. Voluit enim saluator vt memores simus tanti beneficij vt ei debitas gratias referamus. Nam si Dauid & Assuerus rex memorabiles res gestas literis mandabant perpetuæ rei memoriam, vt 2. reg. 8 & c. 6. Esther colligi facile potest quanto magis tantum Dei beneficium literis mandari debebat ac sæpe sepius à prophetis prænūtiari, à sanctis præfigurari, à Christoq; prædicari: vt saltem pro nostra paruitate & imbecillitate gratiam illi haberemus semper. Huius passionis memor fuit Deus apud Ezechielem. c. 17. Nam vbi nostra æditio habet: in monte sublimi Israel plātabo illud. Septuaginta habent: & suspendā illū in monte sublimi Israel. Hoc est: permittam vt in cruce suspendatur in monte Caluariæ. Loquebatur cœlestis pater de filio suo Messia venturo, & dixit se esse illum suspensurum in crucis patibulo. Quo in loco nota, q

multa

Quare Christus tā frequēter de sua passione loquatur

2. reg. 8. Esther. 6.

Ezec. 17.

multa dicuntur in scriptura conce- dendo non iubendo, vt apud Zachariam: percute pastorem, & dispergentur oues. Verba sunt Dei patris, quibus ait se permittere, vt principes sacerdotum & scribæ condemnarent Christum morte, & traderent eum gentibus vt cruci ageretur. Quæ verba diuus Mathæus per futurum vertit primæ personæ dicens: scriptum est enim percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Ita intelligitur id, quod est in oratione dominica: & ne nos inducas in tentationem: Hoc est, ne permittas, vt inducamur in tentationem. Eodem modo pater dicitur filium in manus impiorum istorum tradidisse & illum in cruce suspendisse. Ait Damascenus lib. 4. c. 14. morem esse diuinę scripturæ permissionem Dei actionem eius vocare. Quemadmodum hoc loco ait pater se esse filium suum in crucis arbore suspensurum.

Zach. 13
Infra. 26.
Supra. 6.
Damas.

¶ In ea pependit Christus Deus noster, de quo etiam fuerat in libro Deuteronomij perpetuis monimentis consignatum: erit vita tua pendens ante te. Ac si diceret: Christus qui est vita pro te morietur, & erit coram te cruci affixus. Ipse de se ait: ego sum resurrectio & vita. Cuius figura fuit serpens æneus quem Moyses extulit in deserto, de quo ait Christus apud Ioannem: Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam. ¶ Fuerunt in cruce duo ligna, vnum erectum, alterum transuersum, sed ambo coniuncta. Natura angelica lignum rectum est, natura vero humana transuersum. Qua in re voluit nobis Deus significare per Christi mortem & crucis mysterium homines esse similes angelis effectos, in eo quod in cœlo vtriq; Deo in æternum fruuntur. ¶ Fuit hæc crux, vt ait Origines, virga illa Moysi, quę vicit Aegyptum, mare aperuit, & de Pharaone triumphauit. Hæc fuit in monte Caluariæ fixa, in qua pependit redemptor noster. ¶ Fuit etiam hæc crux præsignata in altari, de quo ait dominus Ezechielis. c. 43. Hi sunt ritus altaris, in quacunq; die fuerit fabricatum, & vt offeratur super illud holocaustum, & effundatur sanguis. Et dabis sacerdotibus qui sunt de semine Sadoc, qui accedunt ad me, ait dominus deus, vt offerant mihi vitulum de armento pro peccato. Et assumes de sanguine eius pones super. 4. cornua eius, & super quatuor angulos crepidinis. Hic est sanguis Christi, qui quatuor crucis cornua tinxit, & quatuor mundi partes liberauit, & à demonis tyrannide redemit. Non corruptibilibus auro & argento, inquit Petrus, redempti estis de vestra vana conuersatione paternę traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati. Et in prima ad cor. 6. Paulus: empti enim estis pretio magno. Et d. Ioa. in 1. epist. sua: sanguis Iesu Christi filij Dei emundat nos ab omni peccato. Hic Christi sanguis quatuor altaris cornua decorans, quatuorq; orbis terrarum oras eripiens, fuit per 12. apostolos prædicatus, qui sunt duodecim cubiti huius altaris in longitudine & in latitudine: quoniam mundum vniuersum in longitudine & latitudine peragrarunt, vt cecinerat vates: in omnem terram exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorum. Verùm vbi editio nostra habet:

Deut. 28
Ioa. 11
Num. 21
Ioa. 3.
Exod. 4.
Ezechie. 43.
1. Pe. 1.
1. co. 6.
1. Io. 1.
Psalm. 18

bet: & assumens de sanguine eius, & pones, &c. Habent. 70. & assumẽt de sanguine eius, nempe sacerdotes, & ponent. Quo intelligeremus a sacerdotibus ac primoribus eorũ esse Christum damnandum, & sua opera ac diligentia cruci affigendum.

¶ Hoc idem significare volens dominus ait statim eidem prophetæ Ezechieli. c. illo. 43. Et tolles vitulũ qui oblatus fuerit pro peccato, & cõbures eũ in separato loco domus extra sanctuariũ. Eodem modo in lib. leui. & num. præcepisse Deum legimus vitulum pro peccato immolatum extra castra asportari. Hæc loca interpretans d. Paul. in episto. ad He. quorum animalium, inquit, infertur sanguis pro peccato in sancta per põtificem, horum corpora cremabãtur extra castra. Propter quod & Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Eamus igitur ad eum extra castra improperium eius portantes: hæc ille. Idem voluit ipse Christus iudæis significare quando narrauit illis parabolam de patre familias, qui vineam plãtauerat, misitq; filium suum ad colonos, qui eum apprehensum eiecerũt extra vineam, & occiderũt. Fuit enim a Hierosolyma deiectus & in monte caluariæ crucifixus, vbi diuini amoris incendio flagrans, fuit vitulus cœlestis in crucis altari pro nobis immolatus. Sed & vnus quisq; nostrum vitulus esse debet totus immolatus in cruce pœnitẽtiæ, extra ciuitatem mũdi, extra castra vanitatum & deliciarum, extra inanes hominum opiniones, & dimicationes & cupiditates. Ad hoc nos hortatur apostolus in epist. ad Ro. dicens: obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuẽtem sanctã, Deo placentẽ, rationabile obsequium vestrum. Rationabile obsequium appellat humanum sacrificiũ cum homo seipsum immolat Deo, ei seruiens, & obtemperans. Græcè enim est, latriam logicin. Hoc est, nõ carnale sacrificium vitulorum, mortuorum, & animaliũ irrationabiliũ, quemadmodũ iudæi olim offerebãt, sed rationale & spirituale nouæ in Christo vitæ sacrificium: sacrificate vos ipsos viuentes & rationales. Id appellat hostiam viuentem, & obsequium rationale. Ac si dicat: non est necesse vt occidatis vos ipsos, est enĩ omnibus anima in custodia corporis retinenda, nec iniussu Dei eius creatoris ex hac vita discedendum & vincula carceris frangenda, ne munus assignatum à Deo defugisse videamur: sed occidite impios appetitus, & concupiscentias deprauatas, contẽnite voluptates, coercete vanas cogitatiões, offerte Deo animam & cor vestrum, & ita mortui quo ad carnem & viui quo ad spiritum, eritis viuũ & rationabile holocaustum. Hoc autẽ obsecrabat Romanos d. Pau. dicens: obsecro vos fratres, quibus verbis fraternam eius charitatem & profundam animi submissionem ostẽdebat. Et ne aliquis existimaret satis esse præbere Deo voluntatem, nõ autem corpus, incipit à corporibus, indicans non satis esse præbere Deo voluntatẽ atq; eum per illã colere, sed oportere corpora etiam illi immolare per bonorũ operum sacrificia, per pœnitentiã & carnis mortificationẽ. Ita hũc d. Paula locum Origenes & Photius & alij exponunt.

¶ Huius etiam mysterij typus erat vitulus ille pro peccato oblatus, cuius sangui

Margin notes: Ezec. 43. Leui. 14. Num. 19 He. 13. Cap. seq. Rom. 12. Ezec. 45

& vnigenitum offerebat in quo susceperat repromissiones: arbitrans quod& à mortuis suscitare pôst deus.

¶ *Tunc accessit mater &c.*: Obserua: quam lōgè distent Dei cogitationes & curæ, a cogitationibus & cūris hominum: obserua præterea qualem se se gerat deus erga homines, & quales homines erga Deū. Ecce ascēdimus ait dominus, Hierosolymam & filius hominis tradetur &c. At nos tunc de nostris cōmodis, voluptatibus & honoribus cogitamus: tunc nos dicimus, coronemus nos rosis ante quā marcescant: non sit pratum quod nō pertranseat luxuria nostra &c. Dum dominus in vertice montis curat, digito suo in tabulis lapideis legē qua homines seruētur, & in viam salutis dirigantur, scribere: curant ipsi vitulum aureum quem adorent, Deo vero relicto, erigere. Quo erecto sedit populus manducare, & bibere, & surrexerūt ludere. Agit modo Deus de morte & passione sua, & tūc accedit mater Ioānis & Iacobi subornata ab illis, vt sedes huius mundi petat: hoc est, requiem, voluptatē, excellentiā, cæteraq; huius mundi bona quæ ex dignitatibus consequuntur. ¶ Considera deinde quā nimius atq; immoderatus sit amor quorundā parentum erga filios: minimè sanè & sua propria salutē curant, dum modo eos in dignitatibus cōstitutos per fas nefasq; relinquāt. Si ergo sapere volunt, curēt esse virtute, pietate ac religione præstantes & tunc dominus de liberis suis peculiarem curam ac prouidentiā habebit. Beatus vir, inquit Dauid, qui timet dominum in mādatis eius volet nimis. Potēs in terra erit semē eius, generatio rectorū benedicetur. Sola benedictione Isaac atq, baculo egressus est Iacob de domo patris: regressus est diues. Vt Gen. 28. &. sacra narrat historia. ¶ Tandem animaduerte opportunè accessisse ad petendum matrem istorū: si iusta ac rationi cōsentanea esset eius petitio. Solent enim reges cū victoriam insignem adepti sunt, aut cū nuptias celebrant suos petitores maximis muneribus afficere: quod opportunè petāt: sic nūc rex regū & dñus dominantiū cum ascēdat Hierosolymā de morte, de mundo, de dæmone triūphaturus, omnibus iusta petētibus annuit. Hinc est quòd ingressus & egressus Ierico cæcos illuminat, Malcho aurem restituit, pro trāgessoribus orat, matrem Ioanni cōmēdat, latroni peccata condonat: nūc ergo accedamus & ab eo non vanas mūdi diuitias, nō gloriosos titulos sed animæ salutem petamus & illā sine dubio cōsequmur.

¶ *Petens aliquid ab eo.* Hoc cōmune est: vt qui postulat, parua faciat quæ postulat. Quod ex arte Rethorū esse constat: quoniā solēt homines quæ parua sūt facilè donare: nō sic autē magna: sic Bersabe cum Adonias apud Salomonem postulasset sunamitidē, cum qua simul postulabat & regnum: petitionem tamen paruulam se petere dicebat. 3. reg. 2. qui verò donant magna facere donaria solēt. Quemadmodum ibi Salomon. Vnde mater istorum aliquid se petere dicebat cum tamen regni Christi assesores postulasset. Sic Gen. 19. postulabat Loth saluari in ciuitate paruula. Nonne (inquit) modica est?

¶ *Quid vis?* Quid ista vellet optime sciebat: omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. Sed quia iudex erat testis esse noluit. Lege. 4. q. 4. c. nullus el pri. & nullus el. 2. et. q. 1. c. multi.

Nesci

Qualiter se gerat deus erga homines, & qualiter homines erga deū.

Sap. 2.

Exod. 32

Nimius amor parentum erga filios damnatur.

Psa. 111.

... rex debet opportuna.

3. Re. 2.

Gen. 19.

Iudex nō debet esse testis.

Nō est nobis in hac vita sedendum, sed currendū

1.Cor.9. 2.Thi.4. Psa.118.

¶ *Nescitis quid petatis.* Meritò Christus dominus sic apostolis respōdet. Non enim hic sedere debemus: sed currere, donec cœleste præmium cōsequamur. Sic currite (inquit apostolus) vt comprehendatis. Et alio in loco. Bonum certamē certaui, cursum consumaui. Et Dauid viam mandatorum tuorū cucurri. Non enim vita nostra debet esse sessio, sed festinatio. Quam ob causam dicebat diuus Paulus: festinemus ingredi in illā requiē. Cum enim hic non habemus manētem ciuitatem, vt inquit idē apostolus, sed futuram inquirimus, stultum est sedere hic, sed currere & festinare ad beatam illam requiem, & æternā securitatē. At anima quæ fuerit sceleribus onusta, non curret: sed desolata in terra sedebit, vt Esai. ait. c. 3. loquens de Hierusalem.

Hebr.4.

Ibidē.13.

Esai.c.3.

¶ *Nescitis quid petatis.* Perpende quā cito Christus hos fuerit alloquutus: quām sine mora sententiam tulerit: nescitis (inquiens) quid petatis. Non eos ad alios emisit: non dilatauit tēpus: nos eos passꝰ est in postulatione vitam consumere. Et in cruce pendens grauiter cruciatus, etiam morti propinquus, supplicantem audiuit, ei q; statim respondit, hodie (inquiēs) mecum eris in paradiso. Quæ maior poterat esse in absoluenda petitione diligentia? Tres qualitates tribuit sacra scriptura iusto regi & iudici: prima est: iudicare sine acceptione personarum: secunda: etiam non rogatum inquirere iudicium: tertia est: nō esse negligentem & tardum, sed velocē & diligentem in exercenda iustitia: qualis fuit in hoc loco Christus. Quas omnes attigit Iosaphat iudæorum rex, in ea oratione quam habuit ad eos quos iudices constituerat. Videte (inquit) quid faciatis: non enim hominis exercetis iudicium, sed domini: & quodcunq; iudicaueritis in vos redundabit. Sit timor domini vobiscum: & cum diligentia cuncta facite: nō est enim apud dominum iniquitas, nec personarū acceptio, nec cupido munerum. Has omnes regi Ezechiæ tribuit Esaias cap. 16. Et præparabitur in misericordia soliū: & sedebit super eum in veritate iudicans, & quærens iudicium & velociter reddens quod iustum est. Quæ omnes qualitates potius Christo quā Ezechiæ qui eius figuram gerebat, cōueniunt.

Iudex diligens esse debet & nō remissus.

Luc.23.

Conditiones boni ac recti iudicis.

2.par.19 b.

Esai.16.

¶ *Nescitis quid petatis.* Arbitrantes scilicet quod ecclesiæ principatus debeat esse sicut gentilium. Principes enim gentium dominantur eorum, idest, in seruitutem redigunt sibi subditos, secūdum illud Ezech. 22. principes tui in medio eius, quasi lupi rapaces. Non ita erit inter vos: sed quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Principes enim ecclesiæ constituuntur à Deo, non vt dominētur in clero, vt diuus Pet. ait: sed vt seruiant minoribus suis, & ministrent eis quæcunq; acceperunt à Christo: vt suas vtilitates negligāt, & illorum procurent: vt Chry. ait. Quamuis ergo dominus Petrum cæterosq; apostolos principes ecclesiæ cōstituerit, secūdū illud Psal. 44. cōstitues eos principes super omnē terrā: & Christꝰ legitur dixisse Petro: super plebē meā principē te cōstitui: nō tamē eos tales constituit quales mundi principes esse solēt. Qui non vt præsint, non vt pascant oues, sed vt eos tanq; sibi seruos subijciant, eligūtur.

Differentia inter dignitates ecclesiæ & dignitates mundi.

Ezec. 22.

1.Pet.5.a

Chrysost. super hūc locum scilicet Principes gentium.

Psal. 44.

¶ *Nescitis quid petatis.* Quia christianorum principatus non carni & sanguini

Dignitas ecclesiæ sanguini non innititur.

guini inniti debet, sed meritis. Vocari enim debent principes Ecclesiæ à Deo, tanquam Aaron. Vnde Hiero ny. in cap. Moyses. 8. q. 1. sic ait: Moyses amicus Dei, cui facie ad faciem loquutus est Dominus: potuit vtiquè successores principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem: sed extraneus ex alia tribu elegitur Iesus scilicet Iosue, vt sciremus principatum in populum non deferendum esse sanguini sed vitæ. At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere. Vt non quærat eos in Ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscant ecclesiæ prodesse: sed quos vel ipsi amant, vel quorũ suntobsequijs deliniti: vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit: & vt deteriora taceam, qui vt clerici fierent muneribus impetrarunt. Item in cap. in scripturis Grego. ait: in scripturis vestris vos magnopere requiê quæ iisse narratis: sed per hoc ad pastoralem solicitudinem vos congrue venisse ostenditis: quia sicut locus regiminis desiderantibus negandus est, ita fugientibus offerendus est. Vnde egregius prædicator dicit: si vnus pro omnibus mortuus est, ergo & omnes mortui sunt: & pro omnibus Christus mortuus est: & si hoc est, superest vt qui viuunt non iam sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & surrexit. Lege totum capit. Vide etiam de his. 8. quæstione. 2. capi. 1. &. 2.

D.Hiero.

Lege quæ dicuntur 1. q. 6. ca. viti.

Gregor. c. in scrip. turis. 8. q. 1.

8. q. 2. c. 1 &. 2.

¶ *Nescitis quid petatis*. Quia omne quod hic eminet (vt Gregorius ait) plus mæroribus afficitur quàm honoribus gaudet. Distinct. 13. c. nerui testiculorum eius.

D. 13. ca. nerui testiculorũ eius.

¶ *Nescitis quid petatis*. Hinc disces amicos reprehendere cum opus fuerit, subditos corrigere cum necesse: non enim qui parcit est amicus; nequè qui verberat est inimicus, vt dicit Augustinus ad Vincentium donatistam: Meliora enim sunt vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimici. Melius est enim cum seueritate diligere, quàm cum lenitate decipere. Vtilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligat, quàm esurienti panis frangatur, vt iustitiæ seductus non acquiescat. Et qui phreneticum ligat, & qui letargicum excitat, ambobus molestus ambos amat. Quis potest nos amplius amare quàm Deus & tamen non solum docere suauiter, sed tamẽ salubriter terrere non cessat: fomentis lenibus quibus Deus omnes consolatur, sæpe etiam mordacissimum tribulationis medicamentum adiungit. Exercet fame patriarchas; etiã pios & religiosos: populum contumacem pœnis grauioribus agitat. Non auffert ab Apostolo stimulum carnis ter rogatus vt virtutem in infirmitate perficiat. Et infra sic ait: noueris aliquando furem auertendis pecoribus pabulum spargere: & pastorem aliquando flagello ad gregem pecora errantia reuocare. Hæc ille. Non igitur odio habetur, sed diligitur qui castigatur & corrigitur. Vnde D. Ambro. dicit: non osculatur semper pater filium, sed aliquãdo castigat. Ergo quandò castigatur qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur: habet enim & amor plagas suas, quæ dulciores sunt, cum amatis amarissimè inferuntur: dulcior enim est religiosa castigatio, quàm blanda remissio. Vnde ait Sapiens: dulciora sunt vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimici.

Proximi reprehẽdẽdi sunt cum errãt lege. 5. q. 5. ca. 1. &. 2.

Simile.

Simile.

Idem.

Ambrosi.

Prou. 27

Oo ¶ Nesci-

¶ *Nescitis quid petatis*. Ex isto loco 28. quàm alijs quàmplurimis, colliges quàm sapienter Euangelistæ, qui vel in ipsis Apostolis, quos eramus vitæ totius exemplum habituri: nec affectus naturæ imbecilliores, nec casus etiam grauiores, dissimulant. Diuina hæc sapientia quidem Euangelistarum fuit: sed bonitas quoquè integritasquè naturæ, vt nihil illis in scribēda hystoria deesset, quod in hystoriæ lege vel ethnici requisissent: Vt verissimi, fidelissimi, integerrimiquè historici haberentur.

Euangelistæ leges hystoriæ obseruauerunt in omnibus.

¶ *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: possumus. Ait illis calicem quidem meum bibetis &c*. Christus Deus noster, afflictionum calicem bibit & illum suis electis porrigit atq; propinat. Hic est calix de quo in hoc loco ait: potestis bibere calicem, quem ego sum bibiturus? & alibi: calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Solent magni ac nobiles viri, quando suam erga familiares & amicos beneuolentiam ostendere volunt, illis calicem suū tradere, vt ex eo bibant. Sic Christus Deus noster calicem suarum afflictionum propinat, vt suam erga eos charitatem ostendat.

Suis Christus poculum afflictionis propinat.

Ioan. 18.

¶ Sed illud est aduertendum: duos esse calices; alterum Christi, alterum mundi. Calix Christi est gustui amarus, sed animæ saluberrimus. Contra verò calix mundi est gustui suauis: sed magnam affert animę perniciem. Est foris aureus: sed intus habet pestiferum venenum: qui ex eo bibunt, pereunt & ruunt in interitum voluntarium. Sed tanta est hominum insania, vt non desinant hoc venenum obbibere: quanquam intelligant eos qui illud potant, conceptam mortem in anima continere. Si adesses conuiuio, & hausto poculo moreretur is qui biberet, & quotquot biberent mortui caderēt, nonne iudicares illud esse venenū? iudicares quidem, & ex eo nihil sumeres, nisi penitus iudicio careres. Nūc quanta est amentia, quanta animi cæcitas, id velle quod semper detrimentum attulerit, existimare fore vt ipse non pereas cum alijs, cum illos perire videas. Hic est calix de quo Ioannes in Apoca. cecidit (inquit) cecidit Babylon illa magna, quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gētes. Fugiamus calicem Babylonis: detestemur calicem mundi; & calicem Christi amplectamur. Christus eum bibit priusquàm nobis propinaret. Illum inquam, bibit moriens in cruce, atrocissimis iniurijs, indignissimis doloribus, acerbissimis cruciatibus affectus.

Duplex calix mūdi & Christi.

Simile.

Apoc. 14.

¶ Hic est calix ille quem Ioseph in saculo Benjamin sui charissimi fratris iussit abscondi. Erat Benjamin minimus inter fratres qui ibi paruulus apellatur. Vbi inuenitur calix Ioseph, nisi in paruulis. hoc est, in humilibus; in ijs quos Deus diligit? eos enim permittit in afflictionibus versari. Ioseph qui quærens fratres suos venditus est, qui seruauit Aegyptum, & mundi saluator appellatus est, vt in Gene. diuinæ literæ testantur, fuit Christi figura, cuius angustiarum calix in saculo Benjamin reperitur, de quo ait Ioseph: ipse sit seruus meus, & in illum maiora contulit beneficia. Ille qui est seruus CHRISTI, quem CHRISTVS plus amat, cui maiora munera largitur: indigad aliquando patitur, & magnis

Figura. Gen. 44.

Gene. 37

magnis afflictionibus premitur, & vsque ad fundũ calicis soporis bibit, vt Esaias testatur. ¶ Hic est calix, de quo propheta: Calicem (inquit) salutaris accipiam & nomen Domini inuocabo.

Esa. 51.

Psal. 115

Christus suis calicẽ afflictionis propinat.

¶ *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Suis Dominus suum afflictionis, vt diximus, calicẽ propinat.

Simile.

Quemadmodũ magni pisces non in fluuijs dulcibus nutriuntur, sed in aquis maris, sic magni viri excellenti virtute præditi, non falsis mundi voluptatibus oblectãtur, sed amaris calamitatibus, quas propter Deũ tolerãter ferunt, nutriuntur. Et veluti est gloriosum, & illustre militi, arma & stẽmata sui principis portare, sic nihil est homini præstantius, nihil illustrius, nihil perpetuæ hominũ memoriæ accõmodatius, quã esse Christi armis inductũ, hoc est, calamitatibus affectũ, & tolerãtia munitũ. Audi strenuũ illũ ac diuinũ militẽ Paulũ dicẽtẽ: Ego stigmata Iesu Christi in corpore meo porto. Imò omnes, vt verbis vtar Apostoli, qui piè volũt viuere in Christo Iesu, persecutiones patiẽtur. Si eas passus est Christ9, quid mirũ si illas eius mẽbra patiantur? Hic est calix ad quẽ recipiẽdũ ob Dei gloriã, parat9erat Rex Dauid, cũ in loco prędicto canebat: calicẽ salutaris accipiã &c. Explicãs aũt quis esset hic calix subdit: pretiosa in cõspectu dñi mors sanctorũ eius. Habet Christ9 calicẽ suũ, habet etiã mũdus suũ: Christi calix potionẽ habet amarã, sed salubrẽ: mũdi verò contra aureus est foris, & intus voluptatis plenus, sed pestilẽs & mortifer, potionẽ habet sensibus dulcẽ sed animæ lethalẽ; quẽadmodũ medicus amara quędã & insuauia ægrotis propinat vt noxius corporis humor expellatur, sic Deus medicus cœlestis volẽs sceleribus nostris mederi, porrigit nobis calamitatis & molestiæ calicẽ, vt ablatis sceleribus instauremur, & ad pristinã salutẽ restituamur. At mundi calix pulcher apparet, sed plenus est veneno: oblectat oculos & gustũ, sed perniciẽ animis infert, & interitũ sempiternũ. Id voluit D. Io. in Apo. significare, cũ literis mãdauit, se mulierem quãdã vidisse nomine Babylonẽ, per quã mundũ intelligebat, auro ornatã & margaritis, habentẽ poculũ aureũ in manu sua plenũ abominatione & immũditia. Hũc calicẽ detestemur, nõ nos decipiat exteriore auro & gustus suauitate, qm̃ intus mors est, ducẽs ad excidiũ sempiternũ. Calicẽ domini læti accipiamus, pœnas iustas nostris flagitijs debitas æquo animo luamus, quibus scelera nostra expiemus. Hũc calamitatũ & molestiarũ calicẽ propinat Deus fidelibus suis, vt eos à peccatis abducat & ad se ipsum cõuertat: sic olim conatus est Hierosolymã ad se trahere. Vnde apud Ezechie. ait: dabo (inquit) calicẽ eius in manu tua. Sed heu miseros illos omnes, qui huiusmodi calamitatibus, ac molestijs ad Deũ redire nolũt; nã calicẽ illũ bibẽt de quo Regius vates ait: pluet super peccatores laqueos; ignis & sulphur & spiritus procellarũ. Et subdit: pars calicis eorum. Ac si dicat; hæc erit eorum calamitas, hæc erit portio, quæ in eos conferetur. Metaphora est sumpta à vetere conuiuiorum consuetudine, vbi præses Symposij cuiq; suã portionẽ vini in calice impartiebat. Sed aduerte obsecro & impiorũ supplicia altamente perpẽde. Dicẽs: pluet, significat pœnarũ multitudinẽ; dicẽs: laqueos, ostẽdit

Simile.

Gal. 6.

2. Tim. 3

Psal. 115

calix christi & calix mundi differunt.

Simile.

Apoc. 17

Fidelibus suis propinat Deus calicẽ ęrũ narũ vt ad se ipsum cõuertat, quod si noluerint conuerti propinabit calicẽ perpetuæ amaritudinis.

Psal. 10.

dit nullã esse spem declinãdi supplicia, quæ à Deo exhibẽtur: cõtra Deũ n. nô est spes. Nomine ãsignẽ, sulphur, & ventũ procellarũ, terribilẽ suppliciorũ magnitudinẽ & acerbitatẽ declarat. Et in alio Psal. Calix (inquit) in manu Dñi vini meri plenus misto. Et inclinauit ex hoc in illud: veruntamẽ fęx eius nõ est exinanita: bibẽt omnes peccatores terræ. Ac si dicat: habet Deus in manu sua iustæ vltionis dispensationẽ, quã improbis propinat. Vinũ huius calicis ira Dei est quod vinũ dicitur merũ absq; mistione aquæ: & nihilominus dicitur mistũ, hoc est, turbulentũ, & fæcis plenũ, ad atrocitatẽ & amaritudinẽ pœnarũ significandã. Ex hoc calice potũ propinat Deus omnibus impijs, quos simul dãnat iudicio: ideò calicẽ hunc ex impio inclinat in impiũ: sed fæx eius semper durat, cũ ex eo bibant omnes peccatores. Volẽs Esaias acerbissimas Israelitici populi calamitates exprimere ait: Cõsurge Hierusalẽ, quæ bibisti de manu Domini calicẽ iræ eius: vsq; ad fundũ calicis soporis bibisti, & potasti vsq; ad fæces. Primoribus labijs, hunc calicem gustare est pœnã leuẽ suscipere: illũ aũt vsq; ad fundũ, & fæces potare, est pœnas luere grauissimas, summisq; doloribus cruciari. Hieremias inducit Deum sibi in hunc modum loquentem: sume calicem vini furoris huius de manu mea & propinabis de illo cunctis gẽtibus, ad quas ego mittã te. Et in Threnis alloquens Iduméam, ad te quoquè (inquit) perueniet calix. D. Io. in Apoc. De pœnis loquens quas nefarius luet, has voces emisit: hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero, in calice iræ ipsius. Vinum furoris Domini merum appellat, hoc est, forte absquè aqua, & mistum, hoc est fæculentum, & turbulentum, tropum imitans Psalmographi. Si igitur ab his grauissimis pœnis liberari cupimus ad Deum conuertamur. Quod si iam iusti effecti calicem Domini biberimus, æquo animo feramus, Christũ ducem nostrum sequentes: si enim compatimur & conregnabimus.

Psal. 74. — Esai. 51. — Hier. 25. — Thre. 4. — Apoc. 14 — 2. Tim. 2.

¶ *Scitis quia principes gentium dominantur illis, & qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos: sed quicumq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister.* His verbis docet Dominus quanta humilitate debeant esse præditi, præsules Ecclesiæ. Humiles ergo eligendi sunt qui se propter Deum abijciũt & infirmos reputãt: qui nequè inanem aucupantur rumorem, neq; vmbras falsæ gloriæ cõsectantur. Hi debẽt in principatu, & dignitate cõstitui & speculatores esse, vt quantò se inferiùs per humilitatẽ demittũt, tantò sublimiùs per dignitatem erigantur. Et in dignitate positi debẽt pristinam humilitatẽ seruare. Rectorẽ (inquit Ecclesiasti.) te posuerũt, noli extolli, esto in illis, quasi vnus ex ipsis. Vnde D. Paul. in Epist. ad Phi. De Christo loquẽs, semetipsum (inquit) exinaniuit, formã serui accipiens. Hinc effectũ est, vt Sũmus Põtifex, cũ antea esset D is .a .é. priuatã personã, vbi est in sũma illa dignitate cõstitutus, se seruũ seruorũ Dei appellat. Insignis quidẽ titulus, & præclara antistitis Christiani nomẽclatura. Pontifex verè Christianus est seruus publicus: & quo primùm die eligitur, suis delicijs debet mori, vt aliorum vtilitatibus viuere incipiat: nequè eligi debet superbus, sed humilis. Vt nonnullæ aues priusquã euolent,

Præsules ecclesiæ maxima humilitate pollere debent. — Eccle. 32 — Philip. 2.

euolent, seque erigant in sublime caput deprimunt, rostroque terram attingunt, sic animi humilitatem suique abiectionem ostendere quis debet, priusquã ad excelsas euehatur dignitates. Idcirco Dominus olim dicebat Ezechieli: cum tulerit populus terræ virum vnũ de nouissimis suis, & constituerit eum super se speculatorem &c. Per nouissimos homines intelligens humiles & se propter Deum deprimentes: hi ergo in speculatores & primates eligendi sunt, electi verò eãdẽ animi humilitatẽ habere debẽt, vt in hoc loco docet Dñs.

Simile.

Ezech. 33

¶ Christus asinæ insidens ingreditur Hierusalem. Cap. XXI.

Et cum appropinquasset Hierosolymis, et venisset Bethphage ad montem Oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos dicens eis: ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea, soluite & adducite mihi: & si quis vobis aliquid dixerit, dicite: quia Dñs his opus habet: & confestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentẽ: dicite filiæ Sion: ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinã, & pullũ filiũ subiugalis. Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus: Et adduxerunt asinam & pullum & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt: plurima autem turba, strauerunt vestimenta sua in via: alij autem cedebãt ramos de arboribus, & sternebant in via, turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur clamabant dicentes: hosan na filio Dauid: benedictus qui venit in nomine dñi, hosan na in altissimis. Et cũ intrasset Hierosolymã cõmota est vniuersa ciuitas dicẽs: quis est hic? populi aũt dicebant: hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ. Et intrauit Iesus in tẽplũ Dei: & eijciebat omnes vẽdẽtes & emẽtes in tẽplo: & mensas numulariorũ & cathedras vẽdentiũ colũbas euertit. Et dixit eis: scriptũ est domus mea domus orationis vocabitur, vos aũt fecistis illã speluncã latronũ. Et accesserũt ad eũ cæci & claudi in tẽplo, & sanauit eos. Videntes autem principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicẽtes, Hosanna filio Dauid, indignati sunt, & dixerunt ei. Audis

Zacha. 9.

Esai. 55. c
Iere. 7. b.

quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis. Vtiq; nunquàm legistis:
Psal.8.b. quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam: ibiq; mansit. Mane autem reuertens in ciuitatem, esurijt.
Mar.19.b. Et videns fici arborem vnam secus viam, venit ad eam: & nihil inuenit in ea, nisi folia tãtum: & ait illi: Nunquã ex te fructus nascatur in sempiternum: & arefacta est continuò ficulnea. Et videntes discipuli, mirati sunt dicentes.
Mar.11.e. Quomodo continuò aruit? Respondens autem Iesus, ait eis. Amen dico vobis, si habueritis fidẽ, & non hasitaueritis, non solum de ficulnea facietis: sed etsi monti huic dixeritis, Tolle & iacta te in mare: fiet.
Sup.7.a. Ioan.15.a Et omnia quæcũque petieritis in oratione credentes, accipietis. Et cũ venissent in templum, accesserũt ad eum docentem principes sacerdotum & seniores populi dicentes. In qua potestate hæc facis? & quis tibi
Mar.1.d. Luc.10.a dedit hanc potestatẽ? Respondẽs Iesus, dixit eis: interrogabo vos & ego vnũ sermonẽ, quem si dixeritis mihi, & ego dicã vobis in qua potestate hæc facio. Baptismus Ioannis vnde erat: è cœlo an ex hominibus? At illi cogitabãt intra se dicẽtes, si dixerimus è cœlo: dicet nobis: Quare ergo nõ credidistis illi? Si aũt dixerimus ex hominibus, timemus turbam. Omnes enim habebant Sup.14.a
Ioannẽ sicut prophetã. Et respõdentes Iesu, dixerunt. Nescimus. Ait illis et ipse: nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio. Quid autẽ vobis videtur? Homo quidã habebat duos filios: & accedens ad primũ, dixit. Fili vade hodie, operari in vinea mea. Ille aũt respondens, ait: nolo. Postea aũt pœnitentia motus abijt. Accedẽs autẽ ad alterũ, dixit similiter. At ille respõdẽs: ait eo dñe. Et nõ iuit. Quis ex duobus fecit volũtatẽ patris? Dicunt ei: primus. Dixit illis Iesus, Amen dico vobis, quia plublicani & meretrices præcedent vos in regno Dei: Venit.n. ad vos Ioannes in via iustitiæ: & non credidistis ei. Publicani aũt & meretrices crediderunt ei: vos autẽ videntes nec pœnitẽtiã habuistis postea, vt crederetis ei. Aliã parabolã audite. Homo erat pater familias qui

Esai. 5.
Hiere. 2.

vineam, & sepem circũdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregre profectus est. Cũ autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissimè autem misit ad eos filium suum, dicens: forsitam verebuntur filium meum. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se. Hic est hæres: venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cum ergo venerit Dominus vineæ quid faciet agricolis illis? aiunt illi. Malos malè perdet: & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus. Nunquã legistis in scripturis: lapidẽ quẽ reprobauerunt ædificãtes, hic factus est in caput anguli: à Domino factũ est illud & est mirabile in oculis nostris? Ideò dico vobis quia auferetur à vobis regnũ Dei, & dabitur gẽti faciẽti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istũ cõfringetur: super quem verò ceciderit conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum & pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. Et quærentes eũ tenere, timuerũt turbas: quoniã sicut prophetam eum habebant.

Infra. 26. a. 27. a. Ioã. 11.

Psal. 118

Acto. 4. Rom. 9. g 1. Pet. 2. a Luc. 20. c Marc. 12. a. Esa. 28. d.

Ad literam.

ITE *in castellum*. Qui fuerint isti duo, qui missi sunt nõ satis cõstat inter doctores: quidã putãt fuisse Petrũ & Ioannẽ: quibus familiarius vtebatur Dominus vt ex cæna, passione, trãsfiguratiõe patet. Ambr. Luc. 21. & Ansel. Math. 21. & Magister in histo. Scholast. Petrum & Philippum diaconũ putant fuisse. Quia Petrus Cornelium gentilem primùm baptizauit. Et Philippus apud Samariam prædicauit. At Dominus cum Apostolis loquebatur, nam Philippus diaconus erat.

¶ *Et confestim dimittet eos*. Emittit ipsos sub. Apostolos suos. Hic variant Græci codices. Hiero. Et Chry. legũt: dimittet eos, vt referantur ad iumenta.

¶ *Dicite filiæ Sion*. Filiæ, datiuus est. i. concioni Sionis, populo Israelitico.

¶ *Filius subiugalis*. Natum subiugi.

¶ *Eum desuper sedere &c*. Eũ super illã.

¶ *Hosan na filio Dauid. Benedictus qui venit &c. Hosan na in altissimis*. Hosan na. Vox est corrupta à vulgo, pro, Hosiah.

Hosiahna idest obsecro saluifica, aut fortuna huic omnia, fer opem.

multa dicuntur in scriptura concedendo non iubendo, vt apud Zachariam: percute pastorem, & dispergentur oues. Verba sunt Dei patris, quibus ait se permittere, vt principes sacerdotum & scribæ condemnarent Christum morte, & traderent eum gẽtibus vt crucifigeretur. Quæ verba diuus Mathæus per futurum vertit primæ personæ dicens: scriptum est enim percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Ita intelligitur id, quod est in oratione dominica: & ne nos inducas in tentationẽ: Hoc est, ne permittas, vt inducamur in tentationem. Eodem modo pater dicitur filium in manus impiorum istorum tradidisse & illum in cruce suspẽdisse. Ait Damascenus lib. 4. c. 14. morem esse diuinę scripturæ per missionem Dei actionẽ eius vocare. Quemadmodum hoc loco ait pater se esse filium suum in crucis arbore suspensurum.

Zach. 13

Infra. 26.

Supra. 6.

Damasc.

¶ In ea pependit Christus Deus noster, de quo etiam fuerat in libro Deuteronomij perpetuis monimentis consignatũ erit vita tua pendens ante te. Ac si diceret. Christus qui est vita pro te morietur, & erit coram te cruci affixus. Ipse de se ait: ego sum resurrectio & vita. Cuius figura fuit serpens æneus quem Moyses extulit in deserto, de quo ait Christus apud Ioãnem. Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam. ¶ Fuerunt in cruce duo ligna, vnum erectum, alterum transuersum, sed ambo coniuncta. Natura angelica lignum rectum est: natura vero humana trãsuersum. Qua in re voluit nobis Deus significare per Christi mortem & crucis mysterium homines esse similes angelis effectos, in eo quod in cœlo vtrique Deo in æternum fruuntur. ¶ Fuit hæc crux, vt ait Origines, virga illa Moysi, quę vicit Aegyptum, mare aperuit, & de Pharaone triumphauit. Hæc fuit in monte Caluariæ fixa, in qua pepẽdit redemptor noster. ¶ Fuit etiam hæc crux prælignatã in altari, de quo ait dominus Ezechielis. c. 43. Hi sunt ritus altaris, in quacunque die fuerit fabricatum, & vt offeratur super illud holocaustum, & effundatur sanguis. Et dabis sacerdotibus qui sunt de semine Sadoc, qui accedunt ad me, ait dominus deus, vt offerant mihi vitulum de armento pro peccato. Et assumẽs de sanguine eius pones super. 4. cornua eius, & super quatuor angulos crepidinis. Hic est sanguis Christi, qui quatuor crucis cornua tinxit, & quatuor mundi partes liberauit, & à demonis tyrannide redemit. Non corruptibilibus auro & argento, inquit Petrus, redempti estis de vestra vana conuersatione paternę traditionis, sed prętioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati. Et in prima ad cor. 6. Paulus: ẽpti enim estis prętio magno. Et d. Ioã. in. 1. epist. sua. sanguis Iesu Christi filij Dei emundat nos ab omni peccato. Hic Christi sanguis quatuor altaris cornua decorans, quatuorque orbis terrarum oras eripiens, fuit per. 12. apostolos prædicatus, qui sunt duodecim cubiti huius altaris in longitudine & in latitudine: quoniam mundum vniuersum in longitudine & latitudine peragrarunt, vt cecinerat vates in omnem terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorum. Verùm vbi editio nostra habet:

Deut. 28

Ioã 104

Num. 21

Ioã 3.

Exod. 4.

Ezechie. 43.

1. Pe. 1.

1. co. 6.

1. Io. 1.

Psal. 18

bet: & assumens de sanguine eius, & pones, &c. Habent. 70. & assumēt de sanguine eius, nempe sacerdotes, & ponent. Quo intelligeremus a sacerdotibus ac primoribus eorū esse Christum damnandum, & sua opera ac diligentia cruci affigendum.

¶ Hoc idem significare volens dominus ait statim eidem prophetæ Ezechieli. c. illo. 43. Et tolles vitulū qui oblatus fuerit pro peccato, & cōbures eū in separato loco domus extra sanctuariū. Eodem modo in lib. leui. & num. præcepisse Deum legimus vitulum pro peccato immolatum extra castra asportari. Hæc loca interpretans d. Paul. in episto. ad He. quorum animalium, inquit, infertur sanguis pro peccato in sancta per pōtificem, horum corpora cremabātur extra castra. Propter quod & Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Eamus igitur ad eum extra castra improperium eius portantes: hæc ille. Idem voluit ipse Christus iudæis significare quando narrauit illis parabolam de patre familias, qui vineam plātauerat, misitq; filium suum ad colonos, qui eum apprehensum eiecerūt extra vineam, & occiderūt. Fuit enim a Hierosolyma deiectus & in monte caluariæ crucifixus, vbi diuini amoris incendio flagrans, fuit vitulus cœlestis in crucis altari pro nobis immolatus. Sed & vnusquisq; nostrum vitulus esse debet totus immolatus in cruce pœnitētiæ, extra ciuitatem mūdi, extra castra vanitatum & deliciarum, extra inanes hominum opiniones, & dimicationes & cupiditates. Adhoc nos hortatur apostolus in epist. ad Ro. dicens: obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuētem sanctā, Deo placentē, rationabile obsequium vestrum. Rationabile obsequium appellat humanum sacrificiū cum homo seipsum immolat Deo, ei seruiens, & obtemperans. Græcè enim est, latriam logicin. Hoc est, nō carnale sacrificium vitulorum, mortuorum, & animaliū irrationabiliū, quemadmodū iudæi olim offerebāt, sed rationale & spirituale nouæ in Christo vitæ sacrificium: sacrificate vos ipsos viuentes & rationales. Id appellat hostiam viuentem, & obsequium rationale. Ac si dicat: non est necesse vt occidatis vos ipsos, est enī omnibus anima in custodia corporis retinenda, nec iniussu Dei eius creatoris ex hac vita discedendum & vincula carceris frangenda, ne munus assignatum à Deo defugisse videamur: sed occidite impios appetitus, & concupiscentias deprauatas, contēnite voluptates, coercete vanas cogitatiōes, offerte Deo animam & cor vestrum, & ita mortui quo ad carnem & viui quo ad spiritum, eritis viuū & rationabile holocaustum. Hoc autē obsecrabat Romanos d. Pau. dicens: obsecro vos fratres, quibus verbis fraternam eius charitatem & profundam animi submissionem ostēdebat: Et ne aliquis existimaret satis esse præbere Deo voluntatem, nō autem corpus, incipit à corporibus, indicans non satis esse præbere Deo voluntatē atq; eum per illā colere, sed oportere corpora etiam illi immolare per bonorū operum sacrificia, per pœnitentiā & carnis mortificationē. Ita hūc d. Pauli locum Origenes & Photius & alij exponunt.

¶ Huius etiam mysterij typus erat vitulus ille pro peccato oblatus, cuius sangui

Ezec. 43.
Leui. 14.
Num. 19
He. 13.
Cap. seq.
Rom. 12
Ezec. 45

sangnine aspergebātur postes tēpli. Sic enim ait domin9 Ezechieli: tollet sacerdos de sanguine vituli propeccato & ponet in postib9 domus. Hic est sanguis etiā agni paschalis, qui in postibus & super liminaribus domorū positus filios Israelis eripuit in ægypto. Hic est sāguis Christi Dei nostri, per quem introiuit semel in sancta, æterna redēptione inuenta, cuius imaginē gerebat sanguis agni paschalis, & vituli immolati, & sanguis ille, quo fuit aspersum tabernaculū. Nam vt ait in epistola ad He. d. Paul. Omnia pene secundum legem in sanguine emundabantur, & sine sanguinis effusione nō fiebat remisio. Quia futurum erat vt Christi sanguis nos à maculis nostris expiaret, & scelera omnia deleret. Id intuens d. Ioa. ait: Lauit nos à peccatis nostris in sāguine suo. Et quoniam hoc non fuit in vna dumtaxat orbis terrarum parte, sed in omnibus quatuor mundi partibus, ac plagis: addit in prædicto loco Ezechiel, esse etiam sanguinem vituli in quatuor angulis crepidinis altaris ponēdum. Agnus etiā iste fuit in altari crucis igne amoris incensus, & acerbissimorum cruciatuū flāmis assus, immolatus pro nobis in ara crucis, vt scelera nostra suo sanguine expiaret, nos q; ad veram terram promissionis perduceret. Qui nō fuerint eius sanguine insigniti, qui ei9 mortis non habuerint memoriam animis impressam, eam credētes, in eamq; remedium suū collocātes, qui eius charactere quem ipse nobis imprimit per baptismi sacramentū (qui charatter non est sicut in subiecto in animæ essentia, sed in eius potentia) non fuerint consignati, vitam æternam nequaquā adipiscētur.

Ezec. 45.
Exod. 12.
hebr. 9.
Exod. 24.
hebr. 9.
Apoca. 1.

Demus igitur operam vt non solū indelebili charactere sacramentali, sed etiā signo gratiæ, simus consignati, si voluerimus vt sit Deo gratū obsequiū nostrū. Idcirco enim sępe repetit vaticinijs, figuris, sermone suo mortē suā, vt memores vt diximus tanti muneris nos ipsos illi in gratū sacrificium offeramus, sicq; illi gratiam rependamus.

¶ *Ecce ascendimus &c. Et tertia die resurget.* Docet nos prouidentiam habere & futuras calamitates & vēturas prosperitates cogitare. Vnde Seneca ait: qui nihil de futuro præmeditatur, in omnia incautus incidet. Prouidētia, vel mala futura vitat, vel temperat, vel animum præparat, vt ea leniùs ferat. Grego: eo periculum vitari non potest quo non potuit præuideri. Seneca: propone animo tuo, & mala futura, & bona: vt illa sustinere posis ista moderari. Gregorius in pastoralibus: hostis calidus tanto liberiùs pectus percutit, quāto nudum à prouidētię lorica deprehēdit.

Docet prouidentiam habēdam.
Seneca.
Gregor.
Idem.

¶ *Tertia die resurget.* Figuram huius mysterij habes in Habrahami dicente seruis suis: expectate hic: ego & puer postquàm adorauerimus reuertemur ad vos. Postquā enim pater cœlestis filium immolauit in mōte, tertia die suscitauit illum à mortuis: & reuersus est ad discipulos suos. An verò Habrahami his verbis prophetauerit quod ignorabat: an filiū crediderit, cum illa proferebat protinus suscitandum, res adhuc sub iudice est. Ambrosius primū existimat. Lib. 1. de Habraham. c. 8. Augustinus verò secūdum, sermone. 1. de immolatione Isaac. Hoc idem apostolus videtur tradere ad Hebr. 11. dicens: fide obtulit Habrahami Isaac, cum tentaretur, & vni-

Figura Gene. 22. De Christi resurrectione.
Ambro. li. 1. de habrahā. c. 8.
Augu. ser. 1. de immolatione Isaac: est hic numero 71. idem in sermone. 71.

& vnigenitum offerebat in quo susceperat repromissiones: arbitrans quod & à mortuis suscitare pôst deus.

¶ *Tunc accessit mater &c:* Obserua: quam lógè distent Dei cogitationes & curæ, a cogitationibus & cũris hominum: obserua præterea qualem se se gerat deus erga homines, & quales homines erga Deũ. Ecce ascẽdim9 ait dominus, Hierosolymam & filius hominis tradetur &c. At nos tunc de nostris cõmodis, voluptatibus & honoribus cogitamus: tunc nos dicimus, coronemus nos rosis ante quã marcescant: non sit pratum quod nõ pertranseat luxuria nostra &c. Dum dominus in vertice montis curat, digito suo in tabulis lapideis legẽ qua homines seruẽtur, & in viam salutis dirigantur, scribere: curant ipsi vitulum aureum quem adorent, Deo vero relicto, erigere. Quo erecto sedit populus manducare, & bibere, & surrexerũt ludere. Agit modo Deus de morte & passione sua, & tũc accedit mater Ioãnis & Iacobi subornata ab illis, vt sedes huius mundi petat: hoc est, requiem, voluptatẽ, excellentiã, cæteraq; huius mundi bona quæ ex dignitatibus consequuntur. ¶ Considera deinde quã nimius atq; immoderatus sit amor quorundã parentum erga filios: minimè sanè à sua propria salute curant, dum modo eos in dignitatib9 cõstitutos per fas nefasq; relinquãt. Si ergo sapere volunt, curẽt esse virtute, pietate ac religione præstantes & tunc dominus de liberis suis peculiarem curam ac prouidentiã habebit. Beatus vir, inquit Dauid, qui timet dominum in mãdatis eius volet nimis. Potẽs in terra erit semẽ eius, generatio rectorũ benedicetur. Sola benedictione Isaacatq, baculo egress9 est Iacob de domo patris: regressus est diues. Vt Gen. 28. &. sacra narrat historia. ¶ Tandem animaduerte opportunè accessisse ad petendum matrem istorũ: si iusta ac rationi cõsentanea esset eius petitio. Solent enim reges cũ victoriam insignem adepti sunt, aut cũ nuptias celebrant suos petitores maximis muneribus afficere: quod opportunè petãt: sic nũc rex regũ & dñus dominantiũ cum ascendat Hierosolymã de morte, de mundo, de dæmone triũphaturus, omnibus iusta petẽtibus annuit. Hinc est quòd ingressus & egressus Iericho cæcos illuminat, Malcho aurem restituit, pro trãgessoribus orat, matrem Ioanni cõmẽdat, latroni peccata condonat: nũc ergo accedamus & ab eo non vanas mũdi diuitias, nõ gloriosos titulos sed animæ salutem petamus & illã sine dubio cõseq̃mur.

¶ *Petens aliquid ab eo:* Hoc cõmune est: vt qui postulat, parua faciat quæ postulat. Quod ex arte Rethorũ esse constat: quoniã solẽt homines qua parua sũt facilè donare: nõ sic autẽ magna: sic Bersabe cum Adonias apud Salomonem postulasset sunamitidẽ, cum qua simul postulabat & regnum: petitionem tamen paruulam se petere dicebat. 3. reg. 2. qui verò donant magna facere donaria solẽt. Quemadmodum ibi Salomon. Vnde mater istorum aliquid se petere dicebat cum tamen regni Christi assesores postulasset. Sic Gen. 19. postulabat Loth saluari in ciuitate paruula. Nonne (inquit) modica est?

¶ *Quid vis?* Quid ista vellet optime sciebat: omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. Sed quia iudex erat testis esse noluit. Lege. 4. q. 4. c. nullus el pri. & null. el. 2. et. q. 1. c. multi.

Nesci

Qualiter se gerat deus erga homines, & qualiter homines erga deũ.

Sap. 2.

Exod. 32

Nimius amor parentum erga filios damnatur.

Psa. 111.

...tores debet opportuna.

3. Re. 2.

Gen. 19.

Iudex nõ debet esse testis.

Nō est nobis in hac vita sedendum, sed currendū. 1. Cor. 6. 2. Thi. 4. Psa. 1 1 9.

¶ *Nescitis quid petatis.* Meritò Christus dominus sic apostolis respōdet. Non enim hic sedere debemus: sed currere, donec cœleste præmium cōsequamur. Sic currite (inquit apostolus) vt comprehendatis. Et alio in loco. Bonum certamē certaui, cursum consumaui. Et Dauid viam mandatorum tuorū cucurri. Non enim vita nostra debet esse sessio, sed festinatio. Quam ob causam dicebat diuus Paulus: festinemus ingredi in illā requiē.

Hebr. 4.

Cum enim hic non habemus manētem ciuitatem, vt inquit idē apostolus, sed futuram inquirimus, stultum est sedere hic, sed currere & festinare ad beatam illam requiem, & æternā securitatē.

Ibidē. 13.

Esai. c. 3.

At animā quæ fuerit sceleribus onusta, non curret: sed desolata in terra sedebit, vt Esai. ait. c. 3. loquens de Hierusalem.

¶ *Nescitis quid petatis.* Perpende quā cito Christus hos fuerit alloquutus: quām sine mora sententiam tulerit: nescitis (inquiens) quid petatis. Non eos ad alios emisit: non dilatauit tēpus: nos eos passꝰ est in postulatione vitam consumere. Et in cruce pendens grauiter cruciatus, etiam morti propinquus, supplicantem audiuit, eiq; statim respondit, hodie (inquiēs) mecum eris in paradiso.

Iudex diligens esse debet & nō remissus.

Luc. 23.

Conditiones boni ac recti iudicis.

Quæ maior poterat esse in absoluenda petitione diligentia? Tres qualitates tribuit sacra scriptura iusto regi & iudici: prima est: iudicare sine acceptione personarum: secunda: etiam non rogatum inquirere iudicium: tertia est: nō esse negligentem & tardum, sed velocē & diligentem in exercenda iustitia: qualis fuit in hoc loco Christus. Quas omnes attigit Iosaphat iudæorum rex, in ea oratione quam habuit ad eos quos iudices constituerat. Videte (inquit) quid faciatis: non enim hominis exercetis iudicium, sed domini: & quodcunq; iudicaueritis in vos redundabit. Sit timor domini vobiscum: & cum diligentia cuncta facite: nō est enim apud dominum iniquitas, nec personarū acceptio, nec cupido munerum.

2. par. 19 b.

Has omnes regi Ezechiæ tribuit Esaias cap. 16. Et præparabitur in misericordia soliū: & sedebit super eum in veritate iudicans, & quærens iudicium & velociter reddens quod iustum est. Quæ omnes qualitates potius Christo quā Ezechiæ qui eius figuram gerebat, cōueniunt.

Esai. 16.

Differentia inter dignitates ecclesiæ & dignitates mundi. Ezec. 20.

¶ *Nescitis quid petatis.* Arbitrantes scilicet quod ecclesiæ principatus debeat esse sicut gentilium. Principes enim gentium dominantur eorum, idest, in seruitutem redigunt sibi subditos, secūdum illud Ezech. 20 principes tui in medio eius, quasi lupi rapaces. Non ita erit inter vos: sed quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Principes enim ecclesiæ constituuntur à Deo, non vt dominētur in clero, vt diuus Pet. ait: sed vt seruiant minoribus suis, & ministrent eis quæcunq; acceperunt à Christo: vt suas vtilitates negligāt, & illorum procurent: vt Chry. ait.

1. Pet. 5.

Chrysost. super hūc locum scilicet Principes gentium. Psal. 44.

Quamuis ergo dominus Petrum cæterosq; apostolos principes ecclesiæ cōstituerit, secūdū illud Psal. 44. cōstitues eos principes super omnē terrā: & Christus legitur dixisse Petro: super plebē meā principē te cōstitui: nō tamē eos tales constituit quales mundi principes esse solēt. Qui non vt præsint, non vt pascant oues, sed vt eos tanq; sibi seruos subijciant, eligūtur.

Dignitas ecclesiæ sang. ini non innititur.

¶ *Nescitis quid petatis.* Quia christianorum principatus non carni & sanguini

guini inniti debet, sed meritis. Vocari enim debent principes Ecclesiæ à Deo, tanquam Aaron. Vnde Hieronym. in cap. Moyses. 8. q. 1. sic ait: Moyses amicus Dei, cui facie ad faciem loquutus est Dominus: potuit vtiquè successores principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem: sed extraneus ex alia tribu elegitur Iesus scilicet Iosue, vt sciremus principatum in populum non deferendum esse sanguini sed vitæ. At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere. Vt non quærant eos in Ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscant ecclesiæ prodesse: sed quos vel ipsi amant, vel quorũ sunt obsequijs deliniti: vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit: & vt deteriora taceam, qui vt clerici fierent muneribus impetrarunt. Item in cap. in scripturis Grego. ait: in scripturis vestris vos magnopere requiẽ quæsisse narratis: sed per hoc ad pastoralem solicitudinem vos congrue venisse ostenditis: quia sicut locus regiminis desiderantibus negandus est, ita fugientibus offerendus est. Vnde egregius prædicator dicit: si vnus pro omnibus mortuus est, ergo & omnes mortui sunt: & pro omnibus Christus mortuus est: & si hoc est, superest vt qui viuunt non iam sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & surrexit. Lege totum capit. Vide etiam de his. 8. quæstione. 2. capi. 1. &. 2.

D. Hiero.

Lege quę dicuntur 1. q. 6. ca. viti.

Gregor. c. in scripturis. 8. q. 1.

8. q. 2. c. 1 &. 2.

¶ *Nescitis quid petatis*. Quia omne quod hic eminet (vt Gregorius ait) plus mœroribus afficitur quàm honoribus gaudet. Distinct. 13. c. nerui testiculorum eius.

D. 13. ca. nerui testiculorũ eius.

¶ *Nescitis quid petatis*. Hinc disces amicos reprehendere cum opus fuerit, subditos corrigere cum necesse: non enim qui parcit est amicus; neque qui verberat est inimicus, vt dicit Augustinus ad Vincentium donatistam: Meliora enim sunt vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimici. Melius est enim cum seueritate diligere, quàm cum lenitate decipere. Vtilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligat, quàm esurienti panis frangatur, vt iustitiæ seductus non acquiescat. Et qui phreneticum ligat, & qui letargicum excitat, ambobus molestus ambos amat. Quis potest nos amplius amare quàm Deus & tamen non solum docere suauiter, sed tamẽ salubriter terrere non cessat: fomentis lenibus quibus Deus omnes consolatur, sæpe etiam mordacissimum tribulationis medicamentum adiungit. Exercet fame patriarchas: etiã pios & religiosos: populum contumacem pœnis grauioribus agitat. Non auffert ab Apostolo stimulum carnis ter rogatus vt virtutem in infirmitate perficiat. Et infra sic ait: noueris aliquando furem auertendis pecoribus pabulum spargere: & pastorem aliquando flagello ad gregem pecora errantia reuocare. Hæc ille. Non igitur odio habetur, sed diligitur qui castigatur & corrigitur. Vnde D. Ambro. dicit: non osculatur semper pater filium, sed aliquãdo castigat. Ergo quando castigatur qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur: habet enim & amor plagas suas, quæ dulciores sunt, cum amatis amatissimè inferuntur: dulcior enim est religiosa castigatio, quàm blanda remissio. Vnde ait Sapiens: dulciora sunt vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimici.

Proximi reprehendendi sunt cum errãt lege. 5. q. 5. ca. 1. 2. &. 2.

Simile.

Simile.

Idem.

D. Ambros.

Prou. 27

¶ *Nescitis quid petatis*. Ex isto loco 18. q. è alijs quàmplurimis, colliges Euangelistæ leges hystoriæ obseruauerunt in omnibus. quàm sapienter Euangelistæ, qui vel in ipsis Apostolis, quos eramus vitæ totius exemplum habituri: nec affectus naturæ imbecilliores, nec casus etiam grauiores, dissimulant. Diuina hæc sapientia quidem Euangelistarum fuit: sed bonitas quoquè integritasquè naturæ, vt nihil illis in scribéda hystoria deesset, quod in hystoriæ lege vel ethnici requisissent: Vt verissimi, fidelissimi, integerrimiquè historici haberentur.

¶ *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: possumus. Ait illis calicem quidem meum bibetis &c.* Suis Christus poculum afflictionis propinat. Christus Deus noster, afflictionum calicem bibit & illum suis electis porrigit atq; propinat. Hic est calix de quo in hoc loco ait: potestis bibere calicem, quem ego sum bibiturus? & alibi: calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Ioan. 18. Solent magni ac nobiles viri, quando suam erga familiares & amicos beneuolentiam ostendere volunt, illis calicem suũ tradere, vt ex eo bibant. Sic Christus Deus noster calicem suarum afflictionum propinat, vt suam erga eos charitatem ostendat.

¶ Sed illud est aduertendum: duos esse calices; alterum Christi, alterum mundi. Duplex calix mũdi & Christi. Calix Christi est gustui amarus, sed animæ saluberrimus. Contrà verò calix mundi est gustui suauis: sed magnam affert animę perniciem: Est foris aureus: sed intus habet pestiferum venenum: qui ex eo bibunt, pereunt & ruunt in interitum voluntarium. Sed tanta est hominum insania, vt non desinant hoc venenum obbibere: quanquam intelligant eos qui illud potant, conceptam mortem in anima continere. Simile. Si adesses conuiuio, & hausto poculo moreretur is qui biberet, & quotquot biberent mortui caderét, nonne iudicares illud esse venenũ? iudicares quidem, & ex eo nihil sumeres, nisi penitus iudicio careres. Nũc quanta est amentia, quanta animi cæcitas, id velle quod semper detrimentum attulerit, existimare fore vt ipse non pereas cum alijs, cum illos perire videas. Hic est calix de quo Ioannes in Apoca. cecidit (inquit) cecidit Apoc. 14. Babylon illa magna, quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gẽtes. Fugiamus calicem Babylonis: detestemur calicem mundi; & calicem Christi amplectamur. Christus eum bibit priusquàm nobis propinaret. Illum inquam, bibit moriens in cruce, atrocissimis iniurijs, indignissimis doloribus, acerbissimis cruciatibus affectus.

¶ Hic est calix ille quem Ioseph in Figura. saculo Benjamin sui charissimi fratris iussit abscondi. Gen. 44. Erat Benjamin minimus inter fratres qui ibi paruulus apellatur. Vbi inuenitur calix Ioseph, nisi in paruulis. hoc est, in humilibus: in ijs quos Deus diligit? eos enim permittit in afflictionibus versari. Ioseph qui quærens fratres Gene. 37. suos venditus est, qui seruauit Aegyptum, & mundi saluator appellatus est, vt in Gene. diuinæ literæ testantur, fuit Christi figura, cuius angustiarum calix in saculo Benjamin reperitur, de quo ait Ioseph: ipse sit seruus meus, & in illum maiora contulit beneficia. Ille qui est seruus CHRISTI, quem CHRISTVS plus amat, cui maiora munera largitur; indignè aliquando patitur, & magnis

magnis afflictionibus premitur, & vsque ad fundū calicis soporis bibit, vt Esaias testatur. ¶ Hic est calix, de quo propheta: Calicem (inquit) salutaris accipiam & nomen Domini inuocabo.

Esa. 51.
Psal. 115

¶ *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Suis Dominus suum afflictionis, vt diximus, calicē propinat. Quemadmodū magni pisces non in fluuijs dulcibus nutriuntur, sed in aquis maris, sic magni viri excellenti virtute præditi, non falsis mundi voluptatibus oblectātur, sed amaris calamitatibus, quas propter Deū tolerāter ferunt, nutriuntur. Et veluti est gloriosum, & illustre militi, arma & stēmata sui principis portare, sic nihil est homini præstantius, nihil illustrius, nihil perpetuæ hominū memoriæ accōmodatius, quā esse Christi armis indutū, hoc est, calamitatibus affectū, & tolerātia munitū. Audi strenuū illū ac diuinū militē Paulū dicētē: Ego stigmata Iesu Christi in corpore meo porto. Imò omnes, vt verbis vtar Apostoli, qui piè volūt viuere in Christo Iesu, persecutiones patiētur. Si eas passus est Christus, quid mirū si illas eius mēbra patiantur? Hic est calix ad quē recipiēdū ob Dei gloriā, paratus erat Rex Dauid, cū in loco prædicto canebat: calicē salutaris accipiā &c. Explicās aūt quis esset hic calix subdit: pretiosa in cōspectu dñi mors sanctorū eius. Habet Christus calicē suū, habet etiā mūdus suū: Christi calix potionē habet amarā, sed salubrē: mūdi verò contra aureus est foris, & intus voluptatis plenus, sed pestilēs & mortifer, potionē habet sensibus dulcē sed animæ lethalē; quēadmodū medicus amara quædā & insuauia ægrotis propinat vt noxius corporis humor expellatur, sic Deus medicus cœlestis volēs sceleribus nostris mederi, porrigit nobis calamitatis & molestiæ calicē, vt ablatis sceleribus instauremur, & ad pristinā salutē restituamur. At mundi calix pulcher apparet, sed plenus est veneno; oblectat oculos & gustū, sed perniciē animis infert, & interitū sempiternū. Id voluit D. Io. in Apo. significare, cū literis mādauit, se mulierem quādā vidisse nomine Babylonē, per quā mundū intelligebat, auro ornatā & margaritis, habentē poculū aureū in manu sua plenū abominatione & immūditia. Húc calicē detestemur, nō nos decipiat exteriore auro & gustus suauitate, qm̄ intus mors est, ducēs ad excidiū sempiternū. Calicē domini læti accipiamus, pœnas iustas nostris flagitijs debitas æquo animo luamus, quibus scelera nostra expiemus. Húc calamitatū & molestiarū calicē propinat Deus fidelibus suis, vt eos à peccatis abducat & ad se ipsum cōuertat: sic olim conatus est Hierosolymā ad se trahere. Vnde apud Ezechie. ait: dabo (inquit) calicē eius in manu tua. Sed heu miseros illos omnes, qui huiusmodi calamitatibus, ac molestijs ad Deū redire nolūt; nā calicē illū bibēt de quo Regius vates ait: pluet super peccatores laqueos; ignis & sulphur & spiritus procellarū. Et subdit: pars calicis eorum. Ac si dicat; hæc erit eorum calamitas, hæc erit portio, quæ in eos conferetur. Metaphora est sumpta à vetere conuiuiorum consuetudine, vbi præses Symposij cuiq; suā portionē vini in calice impartiebat. Sed aduerte obsecro & impiorū supplicia altamente perpēde. Dicēs: pluet, significat pœnarū multitudinē; dicēs: laqueos, ostē-

Christus suis calicē afflictionis propinat.
Simile.
Simile.
Gal. 6.
2. Tim. 3
Psal. 115
calix christi & calix mundi differunt.
Simile.
Apoc. 17
Fidelibus suis propinat Deus calicē ærūnarū vt ad se ipsum cōuertat, quod si noluerint conuerti propinabit calicē perpetuæ amaritudinis.
Psal. 10.

dit nullã esse spem declinãdi supplicia, quæ à Deo exhibẽtur: cõtra Deũ n. nõ est spes. Nomnnãsignẽ, sulphur, & ventũ procellarũ, terribilẽ suppliciorũ magnitudinẽ & acerbitatẽ declarat. Et in alio Psal. Calix (inquit) in manu Dñi vini meri plenus misto. Et inclinauit ex hoc in illud: veruntamẽ fęx eius nõ est exinanita: bibẽt omnes peccatores terræ. Ac si dicat: habet Deus in manu sua iustæ vltionis dispensationẽ, quã improbis propinat. Vinũ huius calicis ira Dei est quod vinũ dicitur merũ absq; mistione aquæ: & nihilominus dicitur mistũ, hoc est, turbulentũ, & fæcis plenũ, ad atrocitatẽ & amaritudinẽ pœnarũ significandã. Ex hoc calice potũ propinat Deus omnibus impijs, quos simul dãnat iudicio: ideò calicẽ hunc ex impio inclinat in impiũ: sed fæx eius semper durat, cũ ex eo bibant omnes peccatores. Volẽs Esaias acerbissimas Israelitici populi calamitates exprimere ait: Cõsurge Hierusalẽ, quæ bibisti de manu Domini calicẽ iræ eius: vsq; ad fundũ calicis soporis bibisti, & potasti vsq; ad fæces. Primoribus labijs, hunc calicem gustare est pœnã leuẽ suscipere: illũ aũt vsq; ad fundũ, & fæces potare, est pœnas luere grauissimas, summisq; doloribus cruciari. Hieremias inducit Deum sibi in hunc modum loquentem: sume calicem vini furoris huius de manu mea & propinabis de illo cunctis gẽtibus, ad quas ego mittã te. Et in Threnis alloquens Idumeam, ad te quoquè (inquit) peruenietcalix. D. Io. in Apoc. De pœnis loquens quas nefarius luet, has voces emisit: hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero, in calice iræ ipsius. Vinum furoris Domini merum appellat, hoc est, forte absquè aqua, & mistum, hoc est fæculentum, & turbulentum, tropum imitans Psalmographi. Si igitur ab his grauissimis pœnis liberari cupimus ad Deum conuertamur. Quod si iam iusti effecti calicem Domini biberimus, æquo animo feramus, Christũ ducem nostrum sequentes: si enim compatimur & conregnabimus.

Psal. 74. · Esai. 51. · Hier. 25. · Thre. 4. · Apoc. 14 · 2. Thi. 2.

¶ *Scitis quia principes gentium dominantur illis, & qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos: sed quicumq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister.* His verbis docet Dominus quanta humilitate debeant esse præditi, præsules Ecclesiæ. Humiles ergo eligendi sunt qui se propter Deum abijciũt & infirmos reputãt: qui neque inanem aucupantur rumorem, neq; vmbras falsæ gloriæ cõsectantur. Hi debẽt in principatu, & dignitate cõstitui & speculatores esse, vt quantò se inferiùs per humilitatẽ demittũt, tantò sublimiùs per dignitatem erigantur. Et in dignitate positi debẽt pristinam humilitatẽ seruare. Rectorẽ (inquit Ecclesiast.) te posuerũt, noli extolli, esto in illis, quasi vnus ex ipsis. Vnde D. Paul. in Epist. ad Phi. De Christo loquẽs, semetipsum (inquit) exinaniuit, formã serui accipiens. Hinc effectũ est, vt Sũmus Põtifex, cũ antea esset D[illegible], a [illegible] priuatã personã, vbi est in sũma illa dignitate cõstitutus, se seruũ seruorũ Dei appellat. Insignis quidẽ titulus, & præclara antistitis Christiani nomẽclatura. Pontifex verè Christianus est seruus publicus: & quò primùm die eligitur, suis delicijs debet mori, vt aliorum vtilitatibus viuere incipiat: neque eligi debet superbus, sed humilis. Vt nonnullæ aues priusquã euolent,

Præsules ecclesiæ maxima humilitate pollere debent. · Eccle. 32 · Philip. 2.

euolent, sequè erigant in sublime caput deprimunt, rostroquè terram attingunt, sic animi humilitatem suiquè abiectionem ostendere quis debet, priusquã ad excelsas euehatur dignitates. Idcirco Dominus olim dicebat Ezechieli: cum tulerit populus terræ virum vnũ de nouissimis suis, & constituerit eum super se speculatorem &c. Per nouissimos homines intelligens humiles & se propter Deum deprimentes: hi ergo in speculatores & primates eligendi sunt, electi verò eãdẽ animi humilitatẽ habere debẽt: vt in hoc loco docet Dñs.

Simile.

Ezech. 33

¶ Christus asinæ insidens ingreditur Hierusalem. Cap. XXI.

ET cum appropinquasset Hierosolymis, et venisset Bethphage ad montem Oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos dicens eis: ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea, soluite & adducite mihi: & si quis vobis aliquid dixerit, dicite: quia Dñs his opus habet: & confestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem: dicite filiæ Sion: ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinã, & pullũ filiũ subiugalis. Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus: Et adduxerunt asinam & pullum & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt: plurima autem turba, strauerunt vestimenta sua in via: alij autem cedebãt ramos de arboribus, & sternebant in via, turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur clamabant dicentes: hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine dñi, hosanna in altissimis. Et cũ intrasset Hierosolymã cõmota est vniuersa ciuitas dicẽs: quis est hic? populi aũt dicebant: hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ. Et intrauit Iesus in tẽplũ Dei: & eijciebat omnes vẽdẽtes & emẽtes in tẽplo: & mensas numulariorũ & cathedras vẽdentiũ colũbas euertit. Et dixit eis: scriptũ est domus mea domus orationis vocabitur, vos aũt fecistis illã speluncã latronũ. Et accesserũt ad eũ cæci & claudi in tẽplo, & sanauit eos. Vidẽtes autem principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicẽtes, Hosanna filio Dauid, indignati sunt, & dixerunt ei. Audis

Zacha. 9.

Esai. 55. c

Iere. 7. b.

starunt, sed spem suarum cogitationū sæpe numero fefellerunt. Vnde ecclesiasticus.

Eccle. 34.

Hoc inquit, secundum hoc visio somniorum. Ac si diceret: diuitiæ, quæ appellantur, quæ reuera non sunt diuitiæ, sed diuitiarum imagines, & alia huiusmodi, quæ nō sunt res solidæ & perpetuæ, vt mundus existimat, sed earum rerum vmbræ, & figuræ, & simulacra, omnia deniquè quæ non sunt hoc, sed id, quod videtur hoc, sunt absquê dubio res quędā visę in somnis, fallaces & inanes. Ideó exclamat Salomon vanitas vanitatum, & omnia vanitas.

Eccle. 1.

Et pater eius in Ps. vidi impium super exaltatum & eleuatum sicut cedros libani, & transiui & ecce nō erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.

Ps. 36.

Simile.

Oculi non vident se, at vidēdentes speculum seipsos intuētur: nos non consideramus fragilitatē nostrā, sed si speculum memoriæ mortis & cognitionis nostri coram oculis posuerimus, illud aspicientes, nos ipsos in illo aspiciemus. Hoc speculum nobis tribuit sancta mater ecclesia feria. 4. cinerum, vt illud manu tenentes & ante mentis oculos cōstituentes, nos puluerem cineremquè esse cognoscamus. Memento homo, inquit illa, quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Ac si dicat cognosce te ipsum ne decipiaris, cōspice te in hoc speculo veritatis. Vide quid sis, & quid futurus es, redige in memoriam te esse hominē, & ex consequēti puluerem & cinerem. O excellentē memoriam, ò veritatē amplexandam, ò speculum admirabile, & nunquàm è manibus deponendum.

D.Augu.

Priùs quàm esses homo, inquit Augustin. terra eras & priùs quàm terra esses nihil eras. Aspice tuam progeniem, tuā nobilitatem, & generis splendorem, & amplitudinem. Quid igitur superbis terra, & cinis?

Philipp.

Philippus lacedomoniorum rex cum in palæstra prostratus iugeret, videretquè in puluere corporis vestigium; Papè, inquit, vt minimam terræ partem natura sortiti orbem petimus vniuersum. Autor est Plutarchus in apophthegmatū libro.

Apel.

Apelles, cui fuit pingendi palma reseruata, pinxit Alexandrum magnum fulmen manu tenentem, vt ait Plinius lib. 35. vt ostenderet esse eius gloriam per totum orbem terrarum volitaturam, seculiq; principes & magnates territurā, sed instar fulminis subiti esse celeriter labefactandam, & penitus consumendam.

Arist.

Aristoteles apud Stobæum ita hominem definit. Homo est imbecillitatis exemplum, temporis spoliū, fortunæ lusus, inconstantiæ imago.

Herodot.

Et Herodotus, homo, inquit, nihil omnino aliud est, quàm calamitas ipsa. Interrogatus à quodam rege quidam philosophus quid esset homo respondit, vt refert in tertia parte theologali D. Antoninus, homo est mancipiū mortis, hospes loci, viator transiens.

D.Anton.

Interrogatus rursus quomodo se haberet, respondit, vt lucerna ad ventum, quæ citò extinguitur, vt scintilla in mari, quæ citò ab vndis absoruetur, vt spuma gracilis, quæ citò à procella dispergitur, vt lanugo, quæ subitò à vēto rapitur. D. Augustin. de verbis domini, homo, inquit, vitreo vase fragilior est. Cum homo sit fragilis, debilis, caducus, morbis varijs oppressus, & incōmodis prope infinitis agitatus, oportet imbecillitatē suam considerare, seque hominem esse intelligere. At nos quocunquè fauore efferimur, atque in rebus prosperis, & ad voluntatem fluentibus nostri confestim obliuiscimur: Et ignorantes nostra, alia etiam ignoramus. Quî fieri potest, vt alia cog

noscat

cognoſcat, qui ſui ipſius nõ habet cognitionem: hanc noſtri cognitionem appellat Deus collyrium, dicens in Apoc. Ioan. collyrio munge oculos tuos, vt videas. Eſt autem collyrium medicamentũ aduerſus oculorum lyppitudinem. Qui ſuam miſeriam intelligit, viſum quem per ſuperbiam amiſerat, recuperat. Neque ſolum fideles, ſed etiã gentes fide deſtitutæ hoc animo perſpiciũt. Ait Proclus Platonicus in lib. de anima, principium dialogorũ Platonis, eiusque philoſophiæ præcipuũ inſtitutum eſſe naturæ noſtræ cognitionem. Et rectè quidem, nam hæc eſt prauitatis cauſa ignoratio ſui. Eam ob cauſam Deus non filius Dei, ſed filius hominis in hoc loco & aliàs ſæpe vocatur, eam etiam ob cauſam olim ſuos vates, atque ſibi charos filios hominis appellabat filios Adæ, filios terræ, vt ſe illosq; eſſe fragiles, fluxos, & calamitatibus ac mœroribus obnoxios ſignificaret. Ideò ait: filius hominis tradetur principibus ſacerdotum &c. & condẽnabunt eum morte.

Apoca. 3.

¶ Secundò ſe filium hominis vocat, quia quatenus homo, erat mortalis & paſsibilis: ac quatenus homo mortem ſubijt atque paſſus eſt, non autem quatenus Deus. Has duas naturas fuiſſe in Christo in vna perſona ſignificare voluit dominus Ezechie. c. 8. & vidi, inquit, & ecce ſimilitudo quaſi aſpectus ignis: ab aſpectu lumborum eius & deorſum ignis & à lumbis eius & ſurſum quaſi aſpectus ſplendoris, & viſio electri. Hoc eſt apparuit mihi ignea quædam hominis ſimilitudo, quæ ſplẽdebat inſtar ignis ardentis à parte inferiore: ſed à lumbis ad partem ſuperiorem fulgebat inſtar electri. Hæc hominis ſimilitudo ſignificabat deum hominem fore. Inferior pars ſignificabat humanitatem, ſuperior diuinitatẽ per electrum ſignificatam, à ſeipſo habens ſplendorem. Sunt in chriſto duæ naturæ, diuina & humana: Et quia vnio verbi incarnati facta eſt in perſona, nõ autem in natura, credimus & confitemur filium dei vnigenitum non eſſe in duas perſonas diuiſum, ſed vnum & eũdem eſſe dominum noſtrum Ieſum chriſtum, in quo duas naturas cognoſcimus, vnam autem perſonam, vnam hypoſtaſim, vnum ſuppoſitũ. Id quod ait D. Cyrillus, diuinam naturam eſſe incarnatam: & D. Gregorius nazianzenus humanam naturam eſſe deificatã; ita intelligitur, vt ait D. Ioann. damaſcenus, vt natura diuina dicatur incarnata, quia eſt vnita carni perſonaliter, non quòd ſit in naturam carnis conuerſa. Similiter & caro dicitur deificata, non per cõuerſionem ſed per vnionem ad verbum ſaluis ſuis proprietatibus, vt intelligatur caro deificata, quòd facta ſit dei verbi caro, non quod facta ſit Deus. Cum igitur in chriſto ſint duæ naturæ nempè diuina & humana, ſecundùm humanam paſſus, & mortuus eſt, non autem ſecundùm diuinã; deus enim quatenus deus immortalis eſt & impaſsibilis. Eam ob cauſam erat prædicta ſimilitudo in parte inferiore igne ſuccenſa, hoc eſt, in humanitate tormentis affecta. Quemadmodum ſuperiore parte diuinitas intelligitur, ſic inferiore humanitas ſignificatur. Ignis autẽ dolor eſt & cruciatus, vt apud Iob, deuorabit eum ignis, qui nõ ſuccenditur: ſiue vt poteſt ex hæbreo verti: deuorabit eum ignis, nullis follibus excitatus. Ac ſi dicat ignis à quo comburetur, non erit fornacis fabri ferrarij, qui follibus ventilatur, ſed fornacis moleſtiarũ & dolorũ. Opprimetur enim calamitatibus incredibilibus

Secũda ratio ob quã ſe chriſtus vocat in hoc loco filiũ hõis.

Ezech. 8. figura.

D. Cyril.

D. Grego

Damaſce.

Iob. 20.

Psal. 16. Et in psalmo igne me examinasti & non est inuenta in me iniquitas. Erat tunc Dauid ab impio Saule acerbissimè vexatus, & maximis calamitatibus pressus. Et vt aurũ igne exploratur, ita ille igne doloris probatus fuit: ærumnarum facibus incẽsus. Et rursum, trãsiuimus per ignem & aquam & induxisti nos in refrigerium. Psal. 65. Et si Christus in inferiore parte hoc est, quatenus homo esset vulneratus & acerbissimis cruciatibus affectus, non tamen in superiore, hoc est, quatenus deus, quia sic nec mori vnquàm potuit, nec pati. Carbunculus gemma est igniti carbonis similitudinẽ referens, eximio splendore refulgens, quæ vt Plinius asserit ignem non sentit. Simile. Si gemmam hanc anulo plumbeo inclusam & vnitam in ignem conijcias, videbis plumbũ liquefieri, & consumi, eam autem integram manere: ignis enim in plumbum agit, in carbunculum autem agere non potest. Ita christus deus noster in igne tormentorum constitutus passus & mortuus est vt homo: filius (inquit) hominis tradetur, & condemnabunt eum morte, non vt deus: ignis afflictionũ egit in plumbum humanitatis, gẽma verò diuinitatis integra permansit. Eã ob causam rectè dicimus fuisse christũ mortuũ in infirmitate nostra, semper autem viuentem in virtute sua. Vt culpas nostras suo sanguine expiaret, exinaniuit semetipsum, vt verbis vtar. D. Pauli, Phill. 2. formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semet ipsum, factus obediẽs vsq; ad mortem, mortem autem crucis. At diuinitatis splendor eclypsim non patitur, fuit enim semper Christus æqualis patri secundum diuinitatem. Aduerte. Non ait Ezechiel fuisse Christum igne cõbustum, sed igne inflammatum: ille enim dicitur igne calamitatũ comburi, qui patientiam amittit: at qui iniurias patienter tulerit, qui rerum aduersarũ molem, & acerbas ærumnarum angustias æquo animo sustinuerit, ardere dicitur non autem comburi. Id significabat rubus ille, in quo deus erat, qui ardebat, sed non cõburebatur: Exo. 3. Figura. vir enim iustus ab omni contagio impietatis seuocatus, cuius anima est dei sedes, ac domiciliũ, rubus est in quo deus est, quoniam flammis rerum aduersarum expositus, & infinitis calamitatibus pressus ardet, quidem, sed non consumitur incendio, cum nullæ eum possint calamitates de gradu dignitatis eijcere, nec à virtute abducere, nec ab incepto honestatis cursu retardare. D. ille Paul. in medio flammarum constitutus aiebat. 1. cor. 4. Maledicimur & benedicimus, persecutiones patimur, & substinem9, blasphemamur, & obsecramus. Et alibi: quis nos poterit separare à charitate christi tribulatio, an angustia, an fames &c? Rom. 8. Ac si dicat: nil horum, nullus est ignis qui nos possit incendio comburere. Hæc est ratio cur dominus apparuit tunc igne incensus, sed non combustus, Filius ergo hominis & nõ fili9 dei, ait in hoc loco christus, tradetur principibus sacerdotum &c. et condemnabunt eum morte vt ostenderet se quatenus homo, passurum non quatenus deus.

¶ *Et filius hominis tradetur principibus sacerdotum.* Si hæc ita sunt domine, vt verè sunt, non est quare aut timore aliquo, aut dolore afficiaris: quando tradendus sis primarijs sacerdotibus, hoc est, Dei ministris, sanctitate præstantibus, pietate præditis, virtute fulgentibus: qui te defendent, atq; ab omni capitis periculo liberabunt: qui causam

tuam

tu iam agent ac partes suscipient. Sed audi quid addat Christus dominus: *Et condemnabunt eum morte, &c.* Hoc est, non conquiescent illum criminari, donec adigant ad condemnationẽ capitalem &c. Miseros atq; infelices sacerdotes illos: qui criminibus ac sceleribus sunt imbuti: nam infestiores ac perniciosiores profecto esse solent cæteris hominibus. Si enim regnat in eorum animis liuor, inuidia, odium ac cætera vitia, omnia conturbant: omnia sursum ac deorsum subuertunt: nihil non tentant, audent, aggrediuntur, infestant: omnia se impune posse facere existimant. Et quemadmodum si piscis in aquis salsis nutritus, si insuauis sit, et insipidus, pejor habetur pisce in aquis dulcibus nato: Sic homo in domo Dei atq; in templo sancto eius inter pios inter sapientes ac religione præstantes educatus, si sceleratus sit, multo sceleratior ac scelestior esse solet, quàm reliqui de populo. Idcirco notanter ait in hoc loco dominus: filius hominis prodetur non cuiuis de plebe sed primoribus ecclesiæ: qui cum cæteris iniquiores sint, nõ quiescent donec adigant illum ad mortem, & tradant eum gentibus, vt illudant illi, vt flagellent, vt conspuant, & in cruce figant. Sed miseros illos, nam qui eiusmodi sunt, condignas pœnas dabunt. Quid tu vides Hieremia? (ait dominus) & dixi: ficus, ficus bonas, bonas valde: & malas, malas valde: quæ comedi nõ possunt eò quod sint malæ. Et factũ est verbum domini ad me dicens: sicut ficus pessimæ quæ comedi non possunt, eò quod sint malæ, sic dabo Sedechiam Regem Iuda, & principes eius, & reliquos de Hierusalẽ, & mittam in eis gladium, & famẽ, & pestem, donec consumantur de terra quam dedi eis. Bonos enim ac studiosos sacerdotes ac ecclesiæ principes maximo amore ac beneuolentia prosequitur Deus: eosq; ab huius mundi captiuitate redimit; atq; ad illam sanctam ac cœlestem ciuitatẽ Hierusalem reducit: impios verò ac sceleratos, quos & sceleratissimos vocat, odio prosequitur: ac in perpetuas miserias redigit. Crimen sanè maximum est, Deum in altari quotidie manibus contrectare & aliàs suis sceleribus illum prodere.

infestiores esse solent cæteris hominibus sacerdotes vitijs imbuti: & ideò acrius punientur.

Simile

Hier. 24.

¶ *Et condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum, & crucifigendum.* Obserua in hoc loco quod Christus sæpe loquitur de sua passione, vt eam magis memoriæ commendaret. Vult enim saluator vt memores simus tanti beneficij vt ei debitas gratias referamus. Nam si Dauid & Assuerus rex memorabiles res gestas literis mandabant ad perpetuam rei memoriam, vt pote 2. regum 1. & c. 6. Esther colligi facilè potest: quanto magis tantum Dei beneficium literis mandari debebat ac sæpe sæpius à prophetis prænũciari, à sanctis præfigurari, à Christo q; prædicari? vt saltem pro nostra paruitate & imbecillitate gratiam illi habeamus semper. Huius passionis memor fuit Deus apud Ezechielem. c. 17. Nam vbi nostra æditio habet: in monte sublimi Israel plãtabo illud: Septuaginta habent: & suspendã illũ in monte sublimi Israel. Hoc est: permittam vt in cruce suspendatur in monte Caluariæ. Loquebatur cœlestis pater de filio suo Messia venturo, & dixit se esse illum suspensurum in crucis patibulo. Quo in loco nota, qđ multa

Quare Christus tã frequẽter de sua passione loquatur

2. reg. 1.
Esther. 6.

Ezec. 17.

multa dicuntur in scriptura conce-
Zach. 13 dendo non iubendo, vt apud Zachariam: percute pastorem, & dispergentur oues. Verba sunt Dei patris, quibus ait se permittere, vt principes sacerdotum & scribæ condemnarent Christum morte, & traderent eum gentibus vt cruci ageretur. Quæ
Infra. 26. verba diuus Mathæus per futurum vertit primæ personæ dicens: scriptum est enim percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Ita intelligitur id, quod est in oratione domi-
Supra. 6. nica: & ne nos inducas in tentationē: Hoc est, ne permittas, vt inducamur in tentationem. Eodem modo pater dicitur filium in manus impiorum istorum tradidisse & illum in cruce
Damas. suspēdisse. Ait Damascenus lib. 4. c. 14. morem esse diuinę scripturæ permissionem Dei actionē eius vocare. Quemadmodum hoc loco ait pater se esse filium suum in crucis arbore suspensurum.

¶ In ea pependit Christus Deus noster, de quo etiam fuerat in libro
Deut. 28 Deuteronomij perpetuis monimentis consignatū: erit vita tua pendens ante te. Ac si diceret. Christus qui est vita pro te morietur, & erit coram te cruci affixus. Ipse de se ait: ego sum re-
Ioa 10 surrectio & vita. Cuius figura fuit ser-
Num. 21 pens æneus quem Moyses extulit in deserto, de quo ait Christus apud Ioannem: Sicut exaltauit Moyses serpen-
Ioa 3. tem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam. ¶ Fuerunt in cruce duo ligna, vnum erectum, alterum transuersum, sed ambo coniuncta. Natura angelica lignum rectum est; natura verò humana trāsuersum. Qua in re voluit nobis Deus significare per Christi mortem & crucis mysterium homines esse similes angelis effectos, in eo quod in cœlo vtriq; Deo in æternum fruuntur. ¶ Fuit hæc crux, vt ait Origines, virga illa Moysi, quę vicit Aegyptum, mare aperuit, & de Pharaone triumphauit. Hæc fuit in Exod. 4.
monte Caluariæ fixa, in qua pepēdit redemptor noster. ¶ Fuit etiam hæc crux præsignata in altari, de quo ait dominus Ezechielis. c. 43. Hi sunt ritus altaris, in quacunq; die fuerit fa- Ezechie.
bricatum, & vt offeratur super illud 43.
holocaustum, & effundatur sanguis. Et dabis sacerdotibus qui sunt de semine Sadoc, qui accedunt ad me, ait dominus deus, vt offerant mihi vitulum de armento pro peccato. Et assumēs de sanguine eius pones super. 4. cornua eius, & super quatuor angulos crepidinis. Hic est sanguis Christi, qui quatuor crucis cornua tinxit, & quatuor mundi partes liberauit, & à demonis tyrannide redemit. Non corruptibilibus auro & argento, in- 1. Pe. 1.
quit Petrus, redempti estis de vestra vana conuersatione paternę traditionis, sed prętioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati. Et in prima ad cor. 6. Paulus: ēpti enim estis prętio magno. Et diles. 1. co. 6.
in 1. epist. sua: sanguis Iesu Christi filij Dei emundat nos ab omni peccato. Hic Christi sanguis quatuor altaris cornua decorans, quatuorq; orbis terrarum oras eripiens, fuit per 12. apostolos prædicatus, qui sunt duodecim cubiti huius altaris in longitudine & in latitudine: quoniam mundum vniuersum in longitudine & latitudine peragrarunt, vt cecinerat vates: in omnem terram exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ verba Psalm. 18
eorum. Verùm vbi editio nostra habet:

bet: & assumens de sanguine eius, & pones, &c. Habent. 70. & assumēt de sanguine eius, nempe sacerdotes, & ponent. Quo intelligeremus a sacerdotibus ac primoribus eorū esse Christum damnandum, & sua opera ac diligentia cruci affigendum.

¶ Hoc idem significare volens dominus ait statim eidem prophetæ Ezechieli. c. illo. 43. Et tolles vitulū qui oblatus fuerit pro peccato, & cōbures eū in separato loco domus extra sanctuariū. Eodem modo in lib. leui. & num. præcepisse Deum legimus vitulum pro peccato immolatum extra castra asportari. Hæc loca interpretans d. Paul. in episto. ad He. quorum animalium, inquit, infertur sanguis pro peccato in sancta per pōtificem, horum corpora cremabātur extra castra. Propter quod & Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Eamus igitur ad eum extra castra improperium eius portantes: hæc ille. Idem voluit ipse Christus iudæis significare quando narrauit illis parabolam de patre familias, qui vineam plātauerat, misitq; filium suum ad colonos, qui eum apprehensum eiecerūt extra vineam, & occiderūt. Fuit enim a Hierosolyma deiectus & in monte caluariæ crucifixus, vbi diuini amoris incendio flagrans, fuit vitulus cœlestis in crucis altari pro nobis immolatus. Sed & vnusquisq; nostrum vitulus esse debet totus immolatus in cruce pœnitētiæ, extra ciuitatem mūdi, extra castra vanitatum & deliciarum, extra inanes hominum opiniones, & dimicationes & cupiditates. Ad hoc nos hortatur apostolus in epist. ad Ro. dicens: obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuētem sanctā, Deo placentē, rationabile obsequium vestrum. Rationabile obsequium appellat humanum sacrificiū cum homo seipsum immolat Deo, ei seruiens, & obtemperans. Græcè enim est, latriam logicen. Hoc est, nō carnale sacrificium vitulorum, mortuorum, & animaliū irrationabiliū, quemadmodū iudæi olim offerebāt, sed rationale & spirituale nouæ in Christo vitæ sacrificium: sacrificate vos ipsos viuentes & rationales. Id appellat hostiam viuentem, & obsequium rationale. Ac si dicat: non est necesse vt occidatis vos ipsos, est enī omnibus anima in custodia corporis retinenda, nec iniussu Dei eius creatoris ex hac vita discedendum & vincula carceris frangenda, ne munus assignatum à Deo defugisse videamur: sed occidite impios appetitus, & concupiscentias deprauatas, contēnite voluptates, coercete vanas cogitatiōes, offerte Deo animam & cor vestrum, & ita mortui quo ad carnem & viui quo ad spiritum, eritis viuū & rationabile holocaustum. Hoc autē obsecrabat Romanos d. Pau. dicens: obsecro vos fratres, quibus verbis fraternam eius charitatem & profundam animi submissionem ostēdebat: Et ne aliquis existimaret satis esse præbere Deo voluntatem, nō autem corpus, incipit à corporibus, indicans non satis esse præbere Deo voluntatē atq; eum per illā colere, sed oportere corpora etiam illi immolare per bonorū operum sacrificia, per pœnitentiā & carnis mortificationē. Ita hūc d. Pauli locum Origenes & Photius & alij exponunt.

¶ Huius etiam mysterij typus erat vitulus ille pro peccato oblatus, cuius sangui

[Margin notes: Ezec. 43. — Leui. 16. — Num. 19 — He. 13. — Cap. seq. — Rom. 12. — Ezec. 45]

& vnigenitum offerebat in quo susceperat repromissiones: arbitrans quod & à mortuis suscitare pôst deus.

¶ *Tunc accessit mater &c*: Obserua: quàm lôgè distent Dei cogitationes & curæ, a cogitationibus & cūris hominum: obserua præterea qualem se se gerat deus erga homines, & quales homines erga Deū. Ecce ascēdimus ait dominus, Hierosolymam & filius hominis tradetur &c. At nos tunc de nostris cōmodis, voluptatibus & honoribus cogitamus: tunc nos dicimus, coronemus nos rosis ante quā marcescant: non sit pratum quod nō pertranseat luxuria nostra &c. Dum dominus in vertice montis curat, digito suo in tabulis lapideis legē qua homines seruētur, & in viam salutis dirigantur, scribere: curant ipsi vitulum aureum quem adorent, Deo vero relicto, erigere. Quo erecto sedit populus manducare, & bibere, & surrexerūt ludere. Agit modo Deus de morte & passione sua, & tūc accedit mater Ioānis & Iacobi subornata ab illis, vt sedes huius mundi petat: hoc est, requiem, voluptatē, excellentiā, cæteraq; huius mundi bona quæ ex dignitatibus consequuntur. ¶ Considera deinde quā nimius atq; immoderatus sit amor quorundā parentum erga filios: minimè sanè à sua propria salute curant, dum modo eos in dignitatibus cōstitutos per fas nefasq; relinquāt. Si ergo sapere volunt, curēt esse virtute, pietate ac religione præstantes & tunc dominus de liberis suis peculiarem curam ac prouidentiā habebit. Beatus vir, inquit Dauid, qui timet dominum in mādatis eius volet nimis. Potēs in terra erit semē eius, generatio rectorū benedicetur. Sola benedictione Isaac atq; baculo egress9 est Iacob de domo patris, & regressus est diues. Vt Gen. 28. & sacra narrat historia. ¶ Tandem aduerte opportunè accessisse ad petendum matrem istorū: si iusta ac rationi cōsentanea esset eius petitio. Solent enim reges cū victoriam insignem adepti sunt, aut cū nuptias celebrant suos petitores maximis muneribus afficere: quod opportunè petāt: sic nūc rex regū & dñus dominantiū cum ascendat Hierosolymā de morte, de mundo, de dæmone triūphaturus, omnibus iusta petētibus annuit. Hinc est quòd ingressus & egressus Ierico cæcos illuminat, Malcho aurem restituit, pro trāgessoribus orat, matrem Ioanni commēdat, latroni peccata condonat: nūc ergo accedamus & ab eo non vanas mūdi diuitias, nō gloriosos titulos sed animæ salutem petamus & illā sine dubio cōseqmur.

Qualiter se gerat deus erga homines, & qualiter homines erga deū.

Sap. 2.

Exod. 32

Nimius amor parentum erga filios damnatur.

Psa. 111.

Petitores debent esse opportuna.

¶ *Petens aliquid ab eo*. Hoc cōmune est: vt qui postulat, parua faciat quæ postulat. Quod ex arte Rethorū esse constat: quoniā solēt homines quæ parua sūt facilè donare: nō sic autē magna: sic Bersabe cum Adonias apud Salomonem postulasset sunamitidē, cum qua simul postulabat & regnum: petitionem tamen paruulam se petere dicebat. 3. reg. 2. qui verò donant magna facere donaria solēt. Quemadmodum ibi Salomon. Vnde mater istorum aliquid se petere dicebat cum tamen regni Christi assesores postulasset. Sic Gen. 19. postulabat Loth saluari in ciuitate paruula. Nonne (inquit) modica est?

3. Re. 2.

Gen. 19.

¶ *Quid vis?* Quid ista vellet optime sciebat: omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. Sed quia iudex erat testis esse noluit. Lege. 4. q. 4. c. nullus el pri. & nullus. el. 2. et. q. 1. c. multi.

Iudex nō debet esse testis.

Nesci

guini inniti debet, sed meritis. Vocari enim debent principes Ecclesiæ à Deo, tanquam Aaron. Vnde Hieronym. in cap. Moyses. 8. q. 1. sic ait: Moyses amicus Dei, cui facie ad faciem loquutus est Dominus: potuit vtiquè successores principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem: sed extraneus ex alia tribu elegitur Iesus scilicet Iosue, vt sciremus principatum in populum non deferendum esse sanguini sed vitæ. At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere. Vt non quærat eos in Ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscant ecclesiæ prodesse: sed quos vel ipsi amant, vel quorū sunt obsequijs deliniti: vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit: & vt deteriora taceam, qui vt clerici fierent muneribus impetrarunt. Item in cap. in scripturis Grego. ait: in scripturis vestris vos magnopere requiē quæ misse narratis: sed per hoc ad pastoralem solicitudinem vos congrue venisse ostenditis: quia sicut locus regiminis desiderantibus negandus est, ita fugientibus offerendus est. Vnde egregius prædicator dicit: si vnus pro omnibus mortuus est, ergo & omnes mortui sunt: & pro omnibus Christus mortuus est: & si hoc est, superest vt qui viuunt non iam sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & surrexit. Lege totum capit. Vide etiam de his. 8. quæstione. 2. capi. 1. & 2.

D.Hiero.

Lege quę dicuntur 1. q. 6. ca. viti. Gregor. c. in scripturis. 8. q. 1.

8. q. 1. c. 1 & 2.

¶ *Nescitis quid petatis*. Quia omne quod hic eminet (vt Gregorius ait) plus mæroribus afficitur quàm honoribus gaudet. Distinct. 13. c. nerui testiculorum eius.

D. 13. ca. nerui testiculorū eius.

¶ *Nescitis quid petatis*. Hinc disces amicos reprehendere cum opus fuerit, subditos corrigere cum necesse: non enim qui parcit est amicus; nequè qui verberat est inimicus, vt dicit Augustinus ad Vincentium donatistam: Meliora enim sunt vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimici. Melius est enim cum seueritate diligere, quàm cum lenitate decipere. Vtilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligat, quàm esurienti panis frangatur, vt iustitiæ seductus non acquiescat. Et qui phreneticum ligat, & qui letargicum excitat, ambobus molestus ambos amat. Quis potest nos amplius amare quàm Deus & tamen non solum docere suauiter, sed tamē salubriter terrere non cessat: fomentis lenibus quibus Deus omnes consolatur, sæpe etiam mordacissimum tribulationis medicamentum adiungit. Exercet fame patriarchas: etiā pios & religiosos: populum contumacem pœnis grauioribus agitat. Non auffert ab Apostolo stimulum carnis ter rogatus vt virtutem in infirmitate perficiat. Et infra sic ait: noueris aliquando furem auertendis pecoribus pabulum spargere: & pastorem aliquando flagello ad gregem pecora errantia reuocare. Hæc ille. Non igitur odio habetur, sed diligitur qui castigatur & corrigitur. Vnde D. Ambro. dicit: non osculatur semper pater filium, sed aliquādo castigat. Ergo quandō castigatur qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur: habet enim & amor plagas suas, quæ dulciores sunt, cum amatis amarissimè inferuntur: dulcior enim est religiosa castigatio, quàm blanda remissio. Vnde ait Sapiens: dulciora sunt vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimici.

Proximi reprehēdendi sunt cum errāt. lege. 5. q. 5. ca. 1. 2. & 2.

Simile.

Simile.

Idem.

Ambros.

Prou. 27

magnis afflictionibus premitur, & vsque ad fundū calicis soporis bibit, vt Esaias testatur. ¶ Hic est calix, de quo propheta: Calicem (inquit) salutaris accipiam & nomen Domini inuocabo.

Esa. 51.

Psal. 115

Christus suis calicē afflictionis propinat.

¶ *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Suis Dominus suum afflictionis, vt diximus, calicē propinat.

Simile.

Quemadmodū magni pisces non in fluuijs dulcibus nutriuntur, sed in aquis maris, sic magni viri excellenti virtute præditi, non salsis mundi voluptatibus oblectātur, sed amaris calamitatibus, quas propter Deū tolerāter ferunt, nutriuntur.

Simile.

Et veluti est gloriosum, & illustre militi, arma & stēmata sui principis portare, sic nihil est homini præstantius, nihil illustrius, nihil perpetuæ hominū memoriæ accōmodatius, quā esse Christi armis inductū, hoc est, calamitatibus affectū, & tolerātia munitū. Audi strenuū illū ac diuinū militē Paulū dicētē: Ego stigmata Iesu Christi in corpore meo porto. Imò omnes, vt verbis vtar Apostoli, qui piè volūt viuere in Christo Iesu, persecutiones patiētur. Si eas passus est Christ9, quid mirū si illas eius mēbra patiantur? Hic est calix ad quē recipiēdū ob Dei gloriā, parat9 erat Rex Dauid, cū in loco prædicto canebat: calicē salutaris accipiā &c. Explicās aūt quis esset hic calix subdit: pretiosa in cōspectu dñi mors sanctorū eius. Habet Christ9 calicē suū, habet etiā mūdus suū: Christi calix potionē habet amarā, sed salubrē: mūdi verò contra aureus est foris, & intus voluptatis plenus, sed pestilēs & mortifer, potionē habet sensibus dulcē sed animæ lethalē; quēadmodū medicus amara quædā & insuauia ægrotis propinat vt noxius corporis humor expellatur, sic Deus medicus cœlestis volēs sceleribus nostris mederi, porrigit nobis calamitatis & molestiæ calicē, vt ablatis sceleribus instauremur, & ad pristinā salutē restituamur. At mundi calix pulcher apparet, sed plenus est veneno: oblectat oculos & gustū, sed perniciē animis infert, & interitū sempiternū. Id voluit D. Io. in Apo. significare, cū literis mādauit, se mulierem quādā vidisse nomine Babylonē, per quā mundū intelligebat, auro ornatā & margaritis, habentē poculū aureū in manu sua plenū abominatione & immūditia. Hūc calicē detestemur, nō nos decipiat exteriore auro & gustus suauitate, qm̄ intus mors est, ducēs ad excidiū sempiternū. Calicē domini læti accipiamus, pœnas iustas nostris flagitijs debitas æquo animo luamus, quibus scelera nostra expiemus. Hūc calamitatū & molestiarū calicē propinat Deus fidelibus suis, vt eos à peccatis abducat & ad se ipsum cōuertat: sic olim conatus est Hierosolymā ad se trahere. Vnde apud Ezechie. ait: dabo (inquit) calicē eius in manu tua. Sed heu miseros illos omnes, qui huiusmodi calamitatibus, ac molestijs ad Deū redire nolūt; nā calicē illū bibēt de quo Regius vates ait: pluet super peccatores laqueos; ignis & sulphur & spiritus procellarū. Et subdit: pars calicis eorum. Ac si dicat; hæc erit eorum calamitas, hæc erit portio, quæ in eos conferetur. Metaphora est sumpta à vetere conuiuiorum consuetudine, vbi præses Symposij cuiq; suā portionē vini in calice impartiebat. Sed aduerte obsecro & impiorū supplicia altamente perpēde. Dicēs: pluet, significat pœnarū multitudinē; dicēs: laqueos, ostē-

Gal. 6.

2. Tim. 3

Psal. 115

calix christi & calix mundi differunt.

Simile.

Apoc. 17

Fidelibus suis propinat Deus calicē ærūnarū vt ad se ipsum cōuertat, quod si noluerint conuerti propinabit calicē perpetuæ amaritudinis.

Psal. 10.

euolent, sequè erigant in sublime caput deprimunt, rostroquè terram attingunt, sic animi humilitatem suiquè abiectionem ostendere quis debet, priusquã ad excelsas euchatur dignitates. Idcirco Dominus olim dicebat Ezechieli: cum tulerit populus terræ virum vnũ de nouissimis suis, & constituerit eum super se speculatorem &c. Per nouissimos homines intelligens humiles & se propter Deum deprimentes: hi ergo in speculatores & primates eligendi sunt, electi verò eãdẽ animi humilitate habere debẽt: vt in hoc loco docet Dñs.

Simile.

Ezech. 33

Christus asina insidens ingreditur Hierusalem. Cap. XXI.

ET cum appropinquasset Hierosolymis, et venisset Bethphage ad montem Oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos dicens eis: ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea, soluite & adducite mihi: & si quis vobis aliquid dixerit, dicite: quia Dñs his opus habet: & confestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentẽ: dicite filiæ Sion: ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinã, & pullũ filiũ subiugalis. Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus: Et adduxerunt asinam & pullum & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt: plurima autem turba, strauerunt vestimenta sua in via: alij autem cedebãt ramos de arboribus, & sternebant in via, turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur clamabant dicentes: hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine dñi, hosanna in altissimis. Et cũ intrasset Hierosolymã cõmota est vniuersa ciuitas dicẽs: quis est hic? populi aũt dicebant: hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ. Et intrauit Iesus in tẽplũ Dei: & eijciebat omnes vẽdẽtes & emẽtes in tẽplo: & mensas numulariorũ & cathedras vẽdentiũ colũbas euertit. Et dixit eis: scriptũ est domus mea domus orationis vocabitur, vos aũt fecistis illã speluncã latronũ. Et accesserũt ad eũ cæci & claudi in tẽplo, & sanauit eos. Vidẽtes autem principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicẽtes; Hosanna filio Dauid, indignati sunt, & dixerunt ei. Audis

Zacha. 9.

Esai. 55. c
Iere. 7. b.

quid isti dicunt? Iesus autem di-
Psal.8.b. *xit eis. Utiq; nunquàm legistis: quia ex ore infantium & lactẽtium perfecisti laudem. Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam: ibiq; mansit. Mane autem reuertens in ciuitatem, esurijt. Et videns fici arbo-*
Mar.19.b. *rem vnam secus viam, venit ad eam: & nihil inuenit in ea, nisi folia tãtum: & ait illi: Nunquã ex te fructus nascatur in sempiternum: & arefacta est continuò ficulnea. Et videntes disci-*
Mar.11.c. *puli, mirati sunt dicentes. Quomodo continuò aruit? Respondens autem Iesus, ait eis. Amen dico vobis, si habueritis fidẽ, & non hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis: sed et si monti huic dixeritis, Tolle & iacta*
Sup.7.a. *te in mare: fiet. Et omnia quæcũ-*
Ioan.15.a *què petieritis in oratione credentes, accipietis. Et cũ venissent in templum, accesserũt ad eum docentem principes sacerdotum & seniores populi dicentes. In qua potestate hæc facis? & quis tibi*
Mar.1.d. Luc.10.a *dedit hanc potestatẽ? Respondẽs Iesus, dixit eis: interrogabo vos & ego vnũ sermonẽ, quem si dixeritis mihi, & ego dicã vobis in qua potestate hæc facio. Baptismus Ioannis vnde erat: è cœlo an ex hominibus? At illi cogitabãt intra se dicẽtes, si dixerimus è cœlo: dicet nobis: Quare ergo nõ credidistis illi? Si aũt dixerimus ex hominibus, timemus turbam. Omnes enim habebant* Sup.14.a
Ioannẽ sicut prophetã. Et respõdentes Iesu, dixerunt. Nescimus. Ait illis et ipse: nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio. Quid autẽ vobis videtur? Homo quidã habebat duos filios: & accedens ad primũ, dixit. Fili vade hodie, operari in vinea mea. Ille aũt respondens, ait: nolo. Postea aũt pœnitentia motus abijt. Accedẽs autẽ ad alterũ, dixit similiter. At ille respõdẽs: ait eo dñe. Et nõ iuit. Quis ex duobus fecit volũtatẽ patris? Dicunt ei: primus. Dixit illis Iesus, Amen dico vobis, quia plublicani & meretrices præcedent vos in regno Dei: Venit .n. ad vos Ioannes in via iustitiæ: & non credidistis ei. Publicani aũt & meretrices crediderunt ei: vos autẽ videtes nec pœnitẽtiã habuistis postea, vt crederetis ei. Aliã parabolã audite. Homo erat pater familias qui

Esai. 5. Hier. 2. *vineam, & sepem circũdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregre profectus est. Cũ autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissimè*
Infra. 26. a. 17. a. Ioa. 11. *autem misit ad eos filium suum, dicens: forsitam verebuntur filium meum. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se. Hic est hæres: venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cum ergo venerit Dominus vineæ quid faciet agricolis illis? aiunt illi. Malos malè perdet: & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus.*
Psal. 118 *Nunquã legistis in scripturis: lapidẽ quẽ reprobauerunt ædificãtes, hic factus est in caput anguli: à Domino factũ est illud & est mirabile in oculis nostris? Ideò dico vobis quia auferetur à vobis regnũ Dei, & dabitur gẽti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istũ cõfringetur: super quem verò ceciderit conteret eum.* Act. 4. Rom. 9 g 1. Pet. 2. a Luc. 20. c Marc. 12. a. Esa. 28. d. *Et cum audissent principes sacerdotum & pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. Et quærentes eũ tenere, timuerũt turbas: quoniã sicut prophetam eum habebant.*

Ad literam.

ITE *in castellum*. Qui fuerint isti duo, qui missi sunt nõ satis cõstat inter doctores: quidã putãt fuisse Petrũ & Ioanné: quibus familiarius vtebatur Dominus vt ex cæna, passione, trãsfiguratiõe patet. Ambr. Luc. 21. & Anfel. Math. 21. & Magister in histo. Scholast. Petrum & Philippum diaconũ putant fuisse. Quia Petrus Cornelium gentilem primùm baptizauit. Et Philippus apud Samariam prædicauit. At Dominus cum Apostolis loquebatur, nam Philippus diaconus erat.

¶ *Et confestim dimittet eos.* Emittit ipsos sub. Apostolos suos. Hic variant Græci codices. Hiero. Et Chry. legũt: dimittet eos, vt referantur ad iumenta.

¶ *Dicite filiæ Sion.* Filiæ, datiuus est. i. concioni Sionis, populo Israelitico. Hosiahna idest i. brecro saluifica, aut fortuna huic omnia, fer opem.

¶ *Filius subiugalis.* Natum subiugi.

¶ *Eum desuper sedere &c.* Eũ super illã.

¶ *Hosan na filio Dauid. Benedictus qui venit &c. Hosan na in altissimis.* Hosanna. Vox est corrupta à vulgo, pro,

 Hosiah.

Hosiah, vel, Hoseah. Na. quæ dictio datiuo construitur. Sic autem Latine vertendum: saluum fac obsecro filiũ Dauid regnum suum ineuntem. Felix qui à Deo missus est nobis Rex: fer inquam opem ò tu qui habitas in altissimis. Est enim hæc vox, fausta precantium acclamatio: quemadmodum ineuntibus magistratum, solemus bene precari. Peculiaris fuit eius gẽtis acclamatio: quemadmodũ apud Romanos: Io triumphe.

¶ *Mansit illic.* Vel, *pernoctauit illic.*

¶ *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. &c. Sed ns super asinam.* Vide quæso errorem Iudæorum expectãtium regem, qui eos redimat à terrena captiuitate: de spirituali autem minimè curantium. (Error Iudæorum de rege Messia.) Cum eorum scripturæ contestentur, Christum esse redemptorem animarum: non vt ipsi expectabant bellatorem, non diuitijs affluentem, non ascendentem ornatũ equum, aut currum triumphalem, non habentem armatos satellites; sed eius apparatum esse spiritualem, cœlestique Regi congruẽtem, vt in hoc loco aperte affirmat Zacharias. Venit Christus non cum humana pompa, & superbo apparatu: sed in humilitate & mansuetudine, quemadmodum ipse de se ait: discite à me, quia mitis sum & humilis corde. (Sup. 11.) Non ne aspicis Hebræe Messiam non venturum fuisse ad humanas opes nobis tribuendas? Qui fieri poterat vt diuini patriarchæ, sanctiquè vates omni sapientia & virtute præstantes eũ tam ardenter expectarent qui humanas tantùm opes & dignitates afferret, quas ijdem viri contemnebant, & pro nihilo putabant? Quas diuitias allaturus esset ille, quem Zacha. in hac prophetia pauperem, & Esai. ca. 52. ingloriũ appellat, nisi cœlestes & immortales? (Esai. c. 52) Hoc intelligẽs Dauid: redimet (inquit) animas seruorum suorum. (Psal. 33.) Esaias: Israel (inquit) saluatus est in Domino salute æterna. (Esai. 59.) Non loquuntur de salute temporali, sed de æterna immarcescibili, & peccatorum carceris apertione. De qua ait Esai. Dedi te in fœdus populi, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctum. (Esai. 42.)

¶ *Et arefacta est continuò ficus.* Christus (auctore Chryso.) quicquid in seculo gessit, quicquid docuit, vel quascunquè parabolas intulit, in ipsis hominem dessignauit cuius causa salutis descẽdit. (Chryso. ho. 24. in Math. ex varijs locis.) Quem aut instruxit aut monuit, aut armauit. Instruxit dum dixit: nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem occidere nõ possunt. (Sup. 10.) Sic Christus ad arborem fici venit esuriens. Sed cur ad arborem accessit cum fructum non habere certò sciret? post: cur eam arborem maledixit, quæ non sua voluntate sed temporis necessitate fructum non habuit? nisi enim arborem figuratam in homine acceperis, rationem nullam inuenire nõ poteris. Nouerat enim Dominus exhibẽdi fructus tempus non esse: nouerat enim arborem ob hoc maledici non debere, quæ tunc forsitam maledicenda fuisset, si suo tẽpore debita denegaret. Est igitur in arbore similitudo hominis, ad quẽ Dominus esuriens venit. Quid esurit in homine Dominus, nisi quod ipse patri exhibuit, meus cibus & meus potus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me. (Ioan. 4. c.) Non es arbor à Deo plantata, si bonos fructus non exhibes. Omnis enim arbor non faciens fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. (Sup. c. 3.) Non es plãtatus

iuxta

Psal. 1. iuxta tractus aquarum si, fructus tépore suo non reddis.

¶ *Interrogabo ego vobis vnum sermonem.* Vel vnum verbum. Heb. pro interrogabo quiddam. Vid. supra. cap. 18. Ibi, in ore duorum, vel trium stat omne verbum. Sermo enim & verbũ accipitur pro aliqua re aut aliquo facto, sic illud; excepto sermone Vriæ 3. Re. 15. Ethei, idest, excepta re illa, & facinore illo in Vriam Etheũ perpetrato.

¶ *Baptismus Ioannis vnde erat? ex Deo an ex hominibus?* Idest, qua auctoritate baptizabat Ioãnes? Auctoritate Dei an hominum?

¶ *Omnes enim habebant Ioannem sicut prophetam &c.* Vel. habent Ioannem, &c. Varia est lectio. Si legimus omnes enim habent Ioannem &c. Refertur hæc lectio ad ipsos pharisæos ita cogitantes.

¶ *Eo Domine.* Græcè: ego Domine. Hebraismus est. Respondent enim Hebræi per pronomina, vbi Latini per verba, aut aduerbia. Sic. 1. Reg. 3. 1. Reg. 3. de Samuele: vocauit Dominus Samuel, qui respondens ait: ecce ego.

¶ *Forsitam verebuntur filium meum.* Regula. Hierony. Hieremiæ. 5. ait: loquitur sæpe Dominus sermone dubitantis, Hiere. 5. vt in hoc loco vides & apud Hieremiam. Ego dixi: forsitan pauperes sunt & stulti, ignorantes viam Domini: ibo igitur ad optimates & loquar eis: Vt ex ambiguitate sententiæ & suspicione verborum, liberũ hominis monstretur arbitrium. Vide idem Ezechi. 2. Hie. 26.

¶ *Dixerunt intra se.* Dixerunt inter se.

¶ *Aufferetur à vobis regnum Dei.* Idest, prædicatio & doctrina Euangelij. Sic Hierony. In Math. capi. 13. Hiero. sup. 13. cap. Math.

¶ *Dabitur genti facienti.* Vel afferenti fructus eius scilicet regni.

¶ *Et qui ceciderit super lapidem istum confringetur, super quem verò ceciderit conteret eum.* Quasi dicat peribit is cui Christus offensioni erit, nec fuerit ei gratus. Quem item Christus oderit, peribit infelicissimè.

Ad mores.

ECCE *Rex tuus*. Rex verus fuit Christus Dominus, non ab hominibus, sed à Deo patre electus: ego autem cõstitutus sum Rex ab eo, super Siõ Psalm. 2. montem sanctum eius prædicans præceptum eius. Siue ad annuntiandum & promulgãdum legem & præcepta eius. Ex quo intelliges discrimen inter rempublicam ciuilem, & Ecclesiã: quod reipublicæ ciuili nullus fuit à principio Rex, cui competeret dominium: sed respublica creauit suum Regem, quæ poterat per alios à se creatos magistratus administrari. Ecclesiæ verò, Christus fuit Rex à patre cõstitutus, vt in psalmo prædicto Dauid ait. Quare sicut in familia domestica, non residet auctoritas gubernandi domum, sed in patre familias & alijs œconomis & ministris, quos ipse voluerit eligere: ita & Christus regit suam familiam, cui non dedit iurisdictionem sed ministris quos elegit ipse tanquàm eius præsidentes. Obediamus igitur Ecclesiæ prælatis tanquàm à Deo constitutis, & ab illo immediatè postquã electi fuerint & creati iurisdictionẽ habẽtibus. Obediamus Regi nostro, tanquàm à Deo patre nobis dato, vt legem suauem & leuẽ ferret qua seruaremur.

Discrimen inter rempublicam Christi, & rempublicam ciuilem.

¶ *Ecce Rex tuus venit tibi.* Non (inquit) venit sibi, eò quòd tyrannus nô sit: sed venit (inquit) tibi eò quòd rex verus sit. Differt enim tyrannus à rege (vt ait Phi.) quod hic ad vtilitatem & commoditatem subditorum gubernationem totam ordinat: atque ad hunc finem præcepta ponit, statuit leges, & omnia plebiscita facit; ille verò proprium suum commodû intendit. Qualem dominatum abhorrebat Dominus cap. præcedenti, dicens: principes gentium dominantur eorum: non ita erit inter vos. Hinc est quod Dauid ait: Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuâ filio Regis. Et reddens huius rationé & causam, addit: iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. Discant igitur Christi successores, non tyrannos sed veros Reges esse: non solà Christo constitutos, sed populo: non ad quiescendum sed ad regendum: nô denique vt quæ sua sunt quærant, sed quæ subditorû. Imitentur Dominum Regem, qui non sibi sed nobis venit. Ecce (inquit Propheta) Rex tuus venit tibi. Quod vt apertius intelligeremus: Aliquando non Rex, non Dominus, non Deus solum in sacra scriptura vocatur, sed etiam pater. Hinc est quod Paulus ait in Epist. ad Ephe. capi. 4. Vnus Dominus, vnus Deus, & pater &c. In quibus verbis eò vt mihi videtur respiciebat; ne in vno huius reipublicæ Domino & Rege tyrannidem ac dominationem subesse putaremus: vnum itaq; Dominum cum dixisset, blandioribus verbis dominatum mollit ac mitigat. Ne te (inquit) terreat vt Dominus. Vnus enim Deus idem est, vnusquè etiam pater. In Dei porrò nomine bonitatem, suauitatem, prouidentiam numinis intellige. Beatus ait populus, cuius Dominus Deus eius: in patre siquidem singularis amor, & cura minime vulgaris designatur. Vt non tam regnum, quàm patris vnam filiorumque familiam intelligas.

Aristo. 8. ethi. Differentia inter verum regem & tyrannum.

Psal. 71. a

Ephe. 4.

Nota.

Psal. 143

¶ *Ecce Rex tuus.* Rex meritò Christus appellatur; quia non solum regit exterius legem dando, sed vt subditi eam seruent, adiuuãdo interius. Dominus regit me (inquit Dauid) & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit: super aquas refectionis educauit me, animam meam conuertit. Deduxit me &c. Explica totum psalmum.

Christus rex nô solù regit exterius, sed adiuuat interius.

Psal. 22.

¶ *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* Ex hoc loco edocemur, quòd si clementia sit omnibus necessaria, maximè tamen principibus. Vnde Dominus primum principem populi sui Moysen constituit, qui erat vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. 3. Reg. 20. legitur: Audiuimus quod Reges domus Israel clementes sunt. Esai. 16. Emitte agnum Domine dominatorem terræ. Et in hoc loco: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus: & lex eius vocabitur lex clementiæ Prouerb. vlti. Vnde Seneca, sic ait. Nullum ex omnibus clementiam magis quàm Regem aut principem decet. Clementia efficit, vt inter Regem tyrannumquè discrimen sit. Vnde notandum, quòd clementiæ virtus mediocritatem seruat, in parcendo & vlciscêdo. Vnde Seneca: tam omnibus ignoscere crudelitas est, quàm nulli. Modû tenere debemus: sed quia difficile têperamêtum est, quicquid plus æquo futurum est, in partem humaniore præponderet. In arca erat virga Aaron

Maximè decet regê clementia & mansuetudo.

Num. 12

3. Re. 20

Esai. 16.

Prou. vlt.

Seneca.

Figura. Hebr. 9. rõ cum manna Heb. 9. Virga Assueri extensa signum erat clementiæ Figura. Esther. 8 Hesther. 8. Discant igitur principes clementes & mansuetos esse, exemplo Christi Regis sui, qui misericors & benignus est, & præstabilis super Ioelis. 2. malitia, vt Ioel ait. Qui parcit omni- Sapi. 11. bus quoniam sua sunt, vt Salomõ ait. Seneca. Quod si Deus (inquit Seneca) placabilis est, & delicta potentium non statim fulminibus persequitur: quanto æquius est, hominem hominibus præpositum miti animo exercere imperium? Discant mansuetos ac benignos esse, saltim exemplo Regis a- Simile. pum, quæ etsi iracundissimæ ac pro captu corporis pugnacissimæ sint, & aculeum in vulnere relinquant: Rex ipse sine aculeo est: noluit enim natura ipsum sæuum esse: telumquè detraxit & iram eius inermem reliquit. Exemplar hoc hominibus regibus ingèns. Pudeat ergo ab exiguis animalibus non trahere mores; cum tanto moderatior hominum animus esse debeat quanto vehementiùs nocet.

¶ *Venit tibi mansuetus*. Mansuetudo Mansuetudo commẽdatur. est: modesti animi tranquillitas, quæ nulla incurrẽtium rerum tribulatio- Mãsuetudinis diffinitio. ne agitatur. Hanc induit rex noster. Propter veritatem (inquit Dauid) & mansuetudinem & iustitiam, dedu- Psa. 45. b cet te mirabiliter dextera tua. Hanc Sup. 11 docuit superiùs capit. 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Hæc maximè decet principes. Imò omnes Christi seruos. Ad Ephe. 4. Ephe. 4. ait D. Paulus: obsecro vos vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis cum omni humilitate & mansuetu- 1. Tim. 6 dine. Et 1. Thimo. 6. Tu autem homo Dei sectare patientiam & mansuetudinem. Et meritò profectò hãc virtutem sectari admonet Paulus. Nam ea ipsa est quæ vitam corporis conseruat. Prouer. 11. Clemẽtia præ- Prou. 11 parabit vitam, & sectatio malorum mortem. Et cap. 12. qui suauis est vi- Prou. 12. uit in moderationibus. Ea ipsa est quæ animam custodit. Eccles. 10. Eccle. 10 Fili in mansuetudine serua animam tuam. Est enim mansuetudo in anima quemadmodum antemurale in Simile. castro, lapides iracundiæ leniter excipiens, atque proinde ictus frustrãs, & hominem à nocumento custodiens. Quemadmodum etiam vasa Simile. vitrea fœno aut lana, aut paleis inuoluta à confractione & læsione seruãtur: sic mansuetudo animam conseruat, ne ab ira aut indignatione, aut à conuitijs aliorum frangatur. Hæc etiam virtus tanta est, vt animos suorum delectet. Mansueti (ait Dauid) Psa. 36. b hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Est enim Simile. mansuetudo, veluti mollissima culcitra, in qua veluti in lectulo animus omnino quiescit. Hic est lectulus de quo Salomon ait. Canti. 1. Lectulus Canti. 1. noster floridus. Hæc virtus est, quæ proximorum gratiam nobis compa- rat. Ecclesiasti. 3. Fili in mansuetudi- Eccle. 3. ne opera tua perfice, & super gloriã hominum diligeris. Ezech. 3. Vt ada- Ezech. 3. mantem & silicem dedi faciem tuã. Sicut adamas ferrum trahit, sic man- Simile. suetudo corda hominum. Tandem hæc virtus est quæ vitam cœlestem possidet: Beati mites quoniam ipsi Sup. 5. possidebunt terram. Induamus igitur mansuetudinem, exuamus crudelitatem, & sic Christo venienti eandem vestem induto dignè ocurremus.

¶ *Mansuetus*: Dan. 7. Quatuor mũ- Dan. 7. di regna bestijs quatuor ferocissimis com-

Vide Rupertũ in præfatione libro. rũ de vita verbi Dei.

comparantur, quia crudelitatem profitebantur. At verò Christi imperium agno assimilari solet: & meritò: nam regnum est pacis, regnum charitatis, & germanitatis, imperiũ est pietatis, & dominatio veritatis & iustitiæ, & mansuetudinis. Et ideò debet secundum rem, vel rei dissimilitudinem dissimilem quoquè habere imaginem. De regno Christi agit D. Cypria. lib. 2. aduersus Iudæos cap. 28. & 29.

D. Cypr. aduersus Iudæos. c. 28. & 29

Quare rex noster nõ super equum sed super asinũ sederit. Origenes.

¶ *Sedens super asinam & pullum &c.* Non sine magno mysterio actum est, vt Rex iste cœlestis non sederit super equum vt mundi reges solẽt: sed super asinum. Cuius mysterium ostendit Origenes Iosue. 11. sunt (inquit) asini frequenter in scriptura in typo gentium positi, & saluator ostẽditur supra asinum sedens &c. Sed & propheta de ipso ita prænuntiauerit, ecce Rex tuus mansuetus, sedens super subiugalem, & pullum asinæ nouellũ; & exterminabit currus Effrem & equum ex Hierusalem. Vides ergo quomodo qui super asinum sedet exterminauit currus Effrem, & equũm de Hierusalem, & ideò videntur mihi asini quidem, vt diximus, figuram seruare eorum qui ex gentibus credunt super quos sedisse scribitur Dominus, equi verò qui exterminantur, & currus, figuram tenere illorum, qui in cœlestibus positi per lasciuiam & superbiã deciderũt, quando vel ad filias hominum cõcupiscentias semetipsos incestatores præbuerunt, vel sequuti sunt illum qui dixit ponam super nubes sedem meam &c. Inde forsitam est quod propheta dicit: falsus est equus ad salutẽ. Et iterum dicit de ijs qui in dæmonibus confidebant: hi in curribus & hi in equis &c. Nequè enim currus & & equos Deo contulisset quantum ad inuocandum expectat: sed vtiquè hoc ostendit, quia sicut nos inuocamus Deum, ita illi inuocant currus & equos, idest, dæmones quos inuocabant gentes illæ, quæ aduersus Israel bellum gerebant. Hæc ille.

Zach. 9.

Equi autẽ Angeli superbi.

Esai. c. 14

Psalm. 32

Psal. 19

¶ *Et eum desuper sedere fecerunt.* Asinus super quem Christus sedit, Hierusalem intrat cum triumpho maximo. Nemo enim cœlestem patriam ingredi potest nisi à Christo dirigatur & regatur. Nemo cœlestem Hierusalem intrare valet nisi Christo initiatus. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. Neminem Christus insedit, nisi simplicem in credẽdo & humilem in obediendo. Superquẽ (inquit) requiescet spiritus meus nisi super humilem & trementem sermones meos? &c.

Nemo cœlestẽ Hierusalem intrare potest nisi à Christo dirigatur.

Ioã. 3.

Esai. 66. a

¶ *Quæ præcedebant & quæ sequebantur clamabant hosan na.* Nume. 13. botrus in vecte portabatur à duobus &c. Sic Christus Dominus à duobus populis in cruce portabatur. Glorificate (inquit Paulus) & portate Deum in corpore vestro. Vterquè ex botro comedebat; sic omnes, tam qui præcesserunt quàm qui sequuti sunt Christi mortem, virtute illius seruati sunt. Merito enim & gratia quæ ex hoc botro exprimitur per viuam fidem saluati sunt illi qui præcesserunt, & saluantur omnes qui sequũtur. Imò hi multo melius. Quia sicut in illa figura facilius ex botro comedere poterat qui sequebatur quàm qui præibat, sic qui Christi passionem sequuntur. Sed de hoc iã in cap. præcedenti diximus, super illa verba: erũt nouissimi primi & primi nouissimi. Ex hoc testimonio intelli

Num. 13

Figura.

1. Cor. 6.

Christus quatenus homo caput est omniū fidelīū. Vi. Turrecre. li. 1. de Eccle. c. 48. 49. 50. 1. Io. 1. D. Augu.

ges Christum quatenus homo non solum esse caput Ecclesiæ quæ illum sequuta est, sed etiam omnium fidelium, qui incarnationem eius præcesserunt. Vnde D. Ioannes ait: ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non nostris autem tātum, sed totius mundi. Vbi glo. Augustini: non pro nostris tantum, qui in carne viuim9 sed pro omni Ecclesia. Cum igitur propitiationē esse pro peccatis, Christo cōueniat quatenus caput est, inde fit vt quatenus homo caput fuerit omnium fidelium qui etiam incarnationem eius antecesserunt. Vnde D. Augusti. tractans illud: iunior fui etenim senui: sic ait: caput nostrū Christus est. corpus capitis illius nos sumus. Nūquid soli nos? Et illi qui fuerunt ante nos omnes, qui ab initio seculi fuerunt iusti, caput Christum habent: illum enim vēturum esse crediderunt, quem nos venisse iam credimus, & in cuius fide & ipsi sanati sunt & nos: vt ipse esset caput totius ciuitatis Hierusalem, connumeratis fidelibus ab initio vsque in finem. Item idem Augustinus in alio loco ait: eadem fides mediatoris quæ nos saluat: saluos iusto faciebat antiquos pusillos cum magnis: quia sicut credimus Christum in carne venisse, ita illi vēturum: & sicut nos mortuum, ita illi moriturum; & sicut nos surrexisse, ita & illis resurrecturum & nos & illi ad iudicium viuorum & mortuorū. Quare, licet Christus quatenus homo, tempore multos sanctos sequutus fuerit: nihilominus omnium caput dicendus est. Cuius rei exemplū adducit idem Augustinus libro de catechizā. dis rudibus, quod scribitur Gen. 36. de filijs Iudæ, in quorum natiuitate Zaram prior eduxit manum

D. Augu. sup. Psal. 36.

Aug. li de nup. & cōcupis.

D. Augu. li de catechizandis rudibus.

in qua obstetrix ligauit coccinum, dicens: iste egredietur prior. Illo verò retrahente manum egressus est alter. Sicut Zaram (inquit Augustinus) dum nasceretur prior emisit manū, postmodum caput sequutum est, deinde cætera membra, sed tamen caput dignitate & potestate præcellit, licet tempore sequeretur: ita Christus mediator Dei & hominum, in patriarchis & prophetis præmisit manum antequàm appareret in carne, vinculis legis superbum populum cōstringentem siue comprimentem: tempore autem nascendi sequutum est caput toti ecclesiæ, cui adhæserunt omnes fideles.

Figura. Gene. 36.

¶ *Mensas nummulariorum &c. Euertit.* Hoc per se fecit Christus, vt ostenderet quod subditorū delicta per prælatos, prælatorū verò peccata per Dominum ipsum sunt corrigenda. Vnde Grego. ait: non frustra per se Dominus æs nummulariorum fudit, & cathedras vendētium columbas euertit: nimirum significans, quia per ministros quidem vitā iudicat plebiū; sed per semetipsum vitam examinat ministrorum.

Subditorū delicta per prælatos, prælatorum verò peccata per Dnm ipsum sūt corrigenda. D. Grego li. 15. mo.

¶ *Et eijciebat omnes vendentes & ementes in templo, & mensas nummulariorum. &c.* Hoc ergo facto (inquit Orige.) omnia Christ9 eiecit, in ministerio spiritualium actuum suorum: & tūc quod fecit, visibiliter egit, eijciens ementes & vendentes de templo; & mensas nummulariorum euertens: cathedras vēdentium columbas dissipauit ad correctionem populi, vt non pro mundanis festiuitates in nomine Dei celebrent, ne emptionibus & venditionibus vacent in loco nō competenti, in quo non debent emere & vendere, sed orationibus tantū vaca-

Origenes 16. q. 7. c. & hæc ois ximus. Quid figurare voluerit Christus hac facto.

vacare: atque congregari quasi in domo orationis. Nunc autem arbitror templum Dei ex viuis lapidibus constructum esse Ecclesiam Christi; sunt autem multi in ea, non sicut cōdecet spiritualiter viuentes sed secundum carnem militantes, qui & domum orationis ex lapidibus viuis constructam faciunt esse speluncam latronū actibus suis: non Ecclesia Dei digni sed spelunca latronum. Qui enim cōsideret in multis Ecclesijs talium christianorum peccata: inueniet arbitrantes quæstum esse pietatem, & cū deberent de Euangelio viuere secundum quod viuere decet seruos Dei: hoc non faciunt, sed diuitias & multas possesiones acquirunt: nonne dices speluncam latronum factam esse sub illis Ecclesiā: vt recte dicat Christus ad eos: propter dissipationem Ecclesiæ suæ: quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionē?
Psal. 29. Item ipse per prophetam; Væ mihi,
Mich. 7. quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe: & sicut qui racemū in vindemia: cum non sint botri ad manducandum; & primogenita: Væ animæ meæ quia perijt timoratus à terra, & qui corrigat in hominibus omnibus non est. Et cum intellexeris Iesum dicentem talia, & lugentē peccata nostra, aspice simul & illud quod in Euangelio scribitur: cum vidisset
Luc. 19. Hierusalem stetit & fleuit super eam & dixit: quia si cognouisses & tu: etsi rationabiliter fleuit super Hierusalem, rationabilius fleuit super Ecclesiam, ædificatam quidem vt esset domus orationis, factam autem propter turpia lucra speluncam latronum. Et arbitror conuenire verbum Dei de venditoribus columbarum eis qui tradunt Ecclesias auaris & tyrannis & indisciplinatis & irreligiosis Episcopis aut presbiteris; propter quæ & cathedras tantummodo appellauit Euangelista euersas esse à Iesu: & vtinam audirent hæc cum dicentis admonitione scripturæ: qui gloriantur de cathedris Moysi in quibus sedetur & vendunt cathedras columbarum, & tradūt eas talibus præpositis ad quos recte dicitur à Domino per Hieremiam prophetam principes populi mei non me cognoue- Hiere. 4.
runt: filij enim sunt insipientes & nō intelligentes: sapientes sunt vt faciāt mala, bene autem facere nesciunt. Hæc ille.

¶ *Domus mea domus orationis &c.* Domus Dei est omnis iustus. Vnde Paulus. 2. Cor. 13. ait: Christus in vobis est nisi reprobi sitis. Vt Salomon ait: sapientia ædificauit sibi domum, signum autem huius est quod sit domus orationis: non potationis, aut cæterorum vitiorum. Vbi ergo non est oratio (hoc est eleuatio mentis in Deum quæ sursum sunt quærens in voce tubæ cornuæ) ibi non habitat Christus. Impius autem non est domus Dei, sed domus negotiatoris. Domus in quā aperta qui omni prædæ omnique rapinæ patet: domus clamoris & tumultus, in quā nullū omnino silentium obseruatur: domus proprietatis, in qua nihil commune possidetur: domus famis & inquietudinis, in qua nec comedere nec quiescere homo potest, domus emptionis & venditionis, in qua omnia quæ ibi sunt venalia exponūtur. Re vera cor & cōsciētia peccatoris, domus tumultus dici potest: tum quòd in ea nec Deus ipse comminationibus tonans, audiatur, nedum vox hominum: Tum etiam quòd in ea innumere

Omnis iustus est domus Dei. 2. Co. 17. Prou. 9.

Qualis sit domus in cōscia peccatoris ex Bonau. de doctrina cordis. ca. 10.

Conscientia impij domus est tumultus

te & variæ cogitationes tumultuātes & impacatæ vertentur, atquè sibi inuicem contrariantes ciuitatem positam in tumultum constituant, vt
Esai. 19. Esai. ait. Re vera domus proprietatis etiam est cor impij vbi regnat cupiditas, vbi longè abest charitas, quæ sola communia proprijs & non propria communibus anteponit: illa (inquam) charitas, quæ omnia proximorum facit. Verè domus egestatis & famis est quoq; malorū hominum cōscientia, similis domui ioculatoris: vbi nihil lare frigidius inuenitur. Egestas enim à Domino in domo mala, idest, in conscientia impij, inquit Salomō. Verè domus inquietudinis est cor peccatoris, in quo ipse ad similitudinem mulieris prostitutæ pedibus suis, idest, affectibus obsistere non potest, vt in eodem loco idem Salomon ait. Domus similiter emptionis & venditionis; cum de illo Salomon dicat quod animam suam venalem habeat, & cum pro minima atq; vilißima delectationis moneta eam diabolo vendat. Qua propter in Prouerbijs dicitur: cor impiorum pro nihilo. Noli ergo domum patris cœlestis, hoc est, propriam cōscientiam, quæ domus orationis est, in domum negotiationis conuertere. Noli te ipsum tam parui facere, qui tanto precio es à Christo comparatus. Appende te ex precio, vt ait D. Augustinus. Nam Christus tanti emit (vt idem ait) vt solus possideret: tanti (inquam) emit, vt marsupium carnis suæ precio sanguinis vt te emeret, euacuauerit & excuserit: & vt ostenderet quasi nihil pecuniæ remansisse in marsupio; sanguis effusus est vsquè ad aquam. Nā vt scriptura ait: Vnus militū lancea latus eius aperuit: & cōtinuo exiuit sanguis & aqua. Hæc ex Bonauen.

Domus est proprietatis.

Domus est famis.

Prou. 3.

Domus inquietudinis.

Eccle. 10

Prou. 10.

D. Augu.

Ioh. 19.

¶ *Et eijciebat ementes & vendentes &c. vos autem fecistis illam speluncam latronū.*

Auaritia maximè à clericis fugiēda est: eorū est enim orare, & non negotiari. Vnde d. 88. per multa capitula hoc illis prohibetur. c. cōsequens ait Gelasius: consequēs est vt illa quoq; quæ de Picenis partib, nuper ad nos missa relatio nuntiauit, non prætereūda putaremus, idest, plurimos clericorum negotiationibus inhonestis & turpibus lucris inhiare, nullo pudore cērentes Euangelicā lectionem, qua ipse Dñs negotiatores è templo verberatos asseritur expulisse: nec Apostolica verba recolētes, quibus ait, nemo militās Deo implicat se negotijs secularibus. Psalmistā quoq; Dauid surda dissimulantes aure cantātē: quoniā nō cognoui negotiationes introibo in potentias Dñi. Proinde huiusmodi aut ab indignis posthac quæstibus nouerint abstinendū, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio cupiditateq; cessandū: aut in quocunquè gradu sint positi, mox à clericalibus officijs cogantur abstinere: quoniam domus Dei domus orationis & esse & dici debet. Ne per officia negotiationis potius sit latronum spelūca. Et infra Hiero. ait: negotiatorē clericum, ex inope diuitē ex ignobili gloriosū quasi quādā pestē fuge.

¶ *Vos autē fecistis illā Speluncā latronum.*

Quæret forsitā aliquis, quare Chrūs Dñs tā acriter reprehenderit, imò flagellauerit Iudæos, cum. 6. q. 3. c. scriptum, dicat Greg. scriptum est in lege: per alienam messem transiens falcē mittere nō debes, sed manu spicas conterere & manducare. Falcem. n. iudicij mittere nō potes: nec debes in-

Auaritia & negotiatio clericis fugienda Vi. d. 88. per multa capitula & 1. q. 1. & 1 & 3 Gelasius.

2. Ti. 2.

Psa. 70. c.

D. Hiero.

Quare Christus Iudæos tā acriter reprehenderit & flagellauerit

eam

magnis afflictionibus premitur, & vsquè ad fundū calicis soporis bibit, vt Esaias testatur. ¶ Hic est calix, de quo propheta: Calicem (inquit) salutaris accipiam & nomen Domini inuocabo.

Esa. 51.
Psal. 115

Christus suis calicē afflictionis propinat.

¶ *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Suis Dominus suum afflictionis, vt diximus, calicē propinat. Quemadmodū magni pisces non in fluuijs dulcibus nutriuntur, sed in aquis maris, sic magni viri excellenti virtute prædıti, non falsis mundi voluptatibus oblectātur, sed amaris calamitatibus, quas propter Deū tolerāter ferunt, nutriuntur. Et veluti est gloriosum, & illustre militi, arma & stēmata sui principis portare, sic nihil est homini præstantius, nihil illustrius, nihil perpetuæ hominū memoriæ accōmodatius, quā esse Christi armis inducū, hoc est, calamitatibus aff. ctū, & tolerātia munitū. Audi strenuū illū ac diuinū militē Paulū dicētē: Ego stigmata Iesu Christi in corpore meo porto. Imò omnes, vt verbis vtar Apostoli, qui piè volūt viuere in Christo Iesu, persecutiones patiētur. Si eas passus est Christ9, quid mirū si illas eius mēbra patiantur? Hic est calix ad quē recipiēdū ob Dei gloriā, parat9 erat Rex Dauid, cū in loco prędicto canebat: calicē salutaris accipiā &c. Explicās aūt quis esset hic calix subdit: pretiosa in cōspectu dñi mors sanctorū eius. Habet Christ9 calicē suū, habet etiā mūdus suū: Christi calix potionē habet amarā, sed salubrē: mūdi verò contra aureus est foris, & intus voluptatis plenus, sed pestilēs & mortifer, potionē habet sensibus dulcē sed animæ lethalē; quēadmodū medicus amara quædā & insuauia ægrotis propinat vt noxius corporis humor expellatur, sic Deus medicus cœlestis volēs sceleribus nostris mederi, porrigit nobis calamitatis & molestiæ calicē, vt ablatis sceleribus instauremur, & ad pristinā salutē restituamur. At mundi calix pulcher apparet, sed plenus est veneno; oblectat oculos & gustū, sed perniciē animis infert, & interitū sempiternū. Id voluit D. Io. in Apo. significare, cū literis mādauit, se mulierem quādā vidisse nomine Babylonē, per quā mundū intelligebat, auro ornatā & margaritis, habentē poculū aureū in manu sua plenū abominatione & immūditia. Hūc calicē detestemur, nō nos decipiat exteriore auro & gustus suauitate, qm̄ intus mors est, ducēs ad excidiū sempiternū. Calicē domini læti accipiamus, pœnas iustas nostris flagitijs debitas æquo animo luamus, quibus scelera nostra expiemus. Hūc calamitatū & molestiarū calicē propinat Deus fidelibus suis, vt eos à peccatis abducat & ad se ipsum cōuertat: sic olim conatus est Hierosolymā ad se trahere. Vnde apud Ezechie. ait: dabo (inquit) calicē eius in manu tua. Sed heu miseros illos omnes, qui huiusmodi calamitatibus, ac molestijs ad Deū redire nolūt; nā calicē illū bibēt de quo Regius vates ait: pluet super peccatores laqueos; ignis & sulphur & spiritus procellarū. Et subdit: pars calicis eorum. Ac si dicat; hæc erit eorum calamitas, hæc erit portio, quæ in eos conferetur. Metaphora est sumpta à vetere conuiuiorum consuetudine, vbi præses Symposij cuiq; suā portionē vini in calice impartiebat. Sed aduerte obsecro & impiorū supplicia altamente perpēde. Dicēs: pluet, significat pœnarū multitudinē; dicēs: laqueos, ostē-

Simile.
Gal. 6.
Simile.
2. Tim. 3
Psal. 115
calix christi & calix mundi differunt.
Simile.
Apoc. 17
Fidelibus suis propinat Deus calicē ęrūnarū vt ad se ipsum cōuertat, quod si noluerint conuerti propinabit calicē perpetuæ amaritudinis.
Psal. 10.

euolent, seque erigant in sublime caput deprimunt, rostroque terram attingunt, sic animi humilitatem suique abiectionem ostendere quis debet, priusquã ad excelsas euehatur dignitates. Idcirco Dominus olim dicebat Ezechieli: cum tulerit populus terræ virum vnũ de nouissimis suis, & constituerit eum super se speculatorem &c. Per nouissimos homines intelligens humiles & se propter Deum deprimentes: hi ergo in speculatores & primates eligendi sunt, electi verò eãdẽ animi humilitate habere debẽt: vt in hoc loco docet Dñs.

Simile.

Ezech. 33

¶ Christus asinæ insidens ingreditur Hierusalem. Cap. XXI.

ET cum appropinquasset Hierosolymis, et venisset Bethphage ad montem Oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos dicens eis: ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea, soluite & adducite mihi: & si quis vobis aliquid dixerit, dicite: quia Dñs his opus habet: & confestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentẽ: dicite filiæ Sion: ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinã, & pullũ filiũ subiugalis. Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus: Et adduxerunt asinam & pullum & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt: plurima autem turba, strauerunt vestimenta sua in via: alij autem cedebãt ramos de arboribus, & sternebant in via, turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur clamabant dicentes: hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine dñi, hosanna in altissimis. Et cũ intrasset Hierosolymã cõmota est vniuersa ciuitas dicẽs: quis est hic? populi aũt dicebant: hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ. Et intrauit Iesus in tẽplũ Dei: & eijciebat omnes vẽdẽtes & emẽtes in tẽplo: & mensas numulariorũ & cathedras vẽdentiũ colũbas euertit. Et dixit eis: scriptũ est domus mea domus orationis vocabitur, vos aũt fecistis illã speluncã latronũ. Et accesserũt ad eũ cæci & claudi in in tẽplo, & sanauit eos. Videtes autem principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicẽtes, Hosanna filio Dauid, indignati sunt, & dixerunt ei. Audis

Zacha. 9.

Esai. 55. c
Iere. 7. b.

Esai. 5. Hiere. 2. *vineam, & sepem circūdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregre profectus est. Cū autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissimè* Infra. 26. a. 17. a. Ioā. 11. *autem misit ad eos filium suum, dicens: forsitam verebuntur filium meum. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se. Hic est hæres: venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cum ergo venerit Dominus vineæ quid faciet agricolis illis? aiunt illi. Malos male perdet: & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus. Nunquā legistis in scripturis:* Psal. 118 *lapidē quē reprobauerunt ædificātes, hic factus est in caput anguli: à Domino factū est illud & est mirabile in oculis nostris? Ideò dico vobis quia auferetur à vobis regnū Dei, & dabitur gēti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istū cōfringetur: super quem verò ceciderit conteret eum.* Act. 4. Rom. 9. g 1. Pet. 2. a Luc. 20. c Marc. 12. a. Esa. 28. d. *Et cum audissent principes sacerdotum & pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. Et quærentes eū tenere, timuerūt turbas: quoniā sicut prophetam eum habebant.*

Ad literam.

ITE *in castellum*. Qui fuerint isti duo, qui missi sunt nō satis cōstat inter doctores: quidā putāt fuisse Petrū & Ioannē: quibus familiarius vtebatur Dominus vt ex cœna, passione, trāsfiguratiōe patet. Ambr. Luc. 21. & Ansel. Math. 21. & Magister in histo. Scholast. Petrum & Philippum diaconū putant fuisse. Quia Petrus Cornelium gentilem primùm baptizauit. Et Philippus apud Samariam prædicauit. At Dominus cum Apostolis loquebatur, nam Philippus diaconus erat.

¶ *Et confestim dimittet eos.* Emittit ipsos sub. Apostolos suos. Hic variant Græci codices. Hiero. Et Chry. legūt: dimittet eos, vt referantur ad iumenta.

¶ *Dicite filiæ Sion.* Filiæ, datiuus est. i. concioni Sionis, populo Israelitico. Hosiahna idest obsecro saluifica, aut fortuna huic omnia, fer opem.

¶ *Filius subiugalis.* Natum subiugi.

¶ *Eum desuper sedere &c.* Eū super illā.

¶ *Hosan na filio Dauid. Benedictus qui venit &c. Hosan na in altissimis.* Hosanna. Vox est corrupta à vulgo, pro,

Hosiah, vel, Hoseah. Na. quæ dictio datiuo construitur. Sic autem Latinè vertendum: saluum fac obsecro filiũ Dauid regnum suum ineuntem. Felix qui à Deo missus est nobis Rex: fer inquàm opem ò tu qui habitas in altissimis. Est enim hæc vox, fausta precantium acclamatio: quemadmodum ineuntibus magistratum, solemus bene precari. Peculiaris fuit eius gẽtis acclamatio: quemadmodũ apud Romanos: Io triumphe.

¶ *Mansit illic.* Vel, *pernoctauit illic.*

¶ *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. &c. Sed ns super asinam.* Vide quæso errorem Iudæorum expectãtium regem, qui eos redimat à terrena captiuitate: de spirituali autem minimè curantium. Cum eorum scripturæ contestentur, Christum esse redemptorem animarum: non vt ipsi expectabant bellatorem, non diuitijs affluentem, non ascendentem ornatũ equum, aut currum triumphalem, non habentem armatos satellites; sed eius apparatum esse spiritualem, cœlestique Regi congruẽtem, vt in hoc loco aperte affirmat Zacharias. Venit Christus non cum humana pompa, & superbo apparatu: sed in humilitate & mansuetudine, quemadmodum ipse de se ait: discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Non necaspicis Hebræe Messiam non venturum fuisse ad humanas opes nobis tribuendas? Qui fieri poterat vt diuini patriarchæ, sanctiquè vates omni sapientia & virtute præstantes cũ tam ardenter expectarent qui humanas tantùm opes & dignitates afferret, quas ijdem viri contemnebant, & pro nihilo putabant? Quas diuitias allaturus esset ille, quem Zacha. in hac prophetia pauperem, & Esai.

Error Iudæorum de rege Messia.

Sup. 11.

ca. 52. inglorium appellat, nisi cœlestes & immortales? Hoc intelligẽs Dauid: redimet (inquit) animas seruorum suorum. Esaias: Israel (inquit) saluatus est in Domino salute æterna. Non loquuntur de salute temporali, sed de æterna immarcescibili, & peccatorum carceris apertione. De qua ait Esai. Dedi te in fœdus populi, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctum.

Esai. c. 52. Psal. 33. Esai. 59. Esai. 42.

¶ *Et arefacta est continuò ficus.* Christus (auctore Chryso.) quicquid in seculo gessit, quicquid docuit, vel quascunquè parabolas intulit, in ipsis hominem designauit cuius causa salutis descẽdit. Quem aut instruxit aut monuit, aut armauit. Instruxit dum dixit: nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem occidere nõ possunt. Sic Christus ad arborem fici venit esuriens. Sed cur ad arborem accessit cum fructum non habere certò sciret? post: cur eam arborem maledixit, quæ non sua voluntate sed temporis necessitate fructum non habuit? nisi enim arborem figuratam in homine acceperis, rationem istam inuenire nõ poteris. Nouerat enim Dominus exhibẽdi fructus tempus non esse: nouerat enim arborem ob hoc maledici non debere, quæ tunc forsitam maledicenda fuisset, si suo tẽpore debita denegaret. Est igitur in arbore similitudo hominis, ad quẽ Dominus esuriens venit. Quid esurit in homine Dominus, nisi quod ipse patri exhibuit, meus cibus & meus potus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me. Non es arbor à Deo plantata, si bonos fructus non exhibes. Omnis enim arbor non faciens fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Non es plãtatus iuxta

Chryso. ho. 24. in Math. ex varijs locis.

Sup. 10.

Ioan. 4. c.

Sup. c. 3.

Psal. 1. iuxta tractus aquarum si fructus tẽpore suo non reddis.

¶ *Interrogabo ego vobis vnum sermonem.* Vel vnum verbum. Heb. pro interrogabo quiddam. Vid. supra cap. 18. Ibi, in ore duorũ, vel trium stat omne verbum. Sermo enim & verbũ accipitur pro aliqua re aut aliquo facto, sic illud; excepto sermone Vriæ 3. Re. 15. Ethei, idest, excepta re illa, & facinore illo in Vriam Etheũ perpetrato.

¶ *Baptismus Ioannis vnde erat? ex Deo an ex hominibus?* Idest, qua auctoritate baptizabat Ioãnes? Auctoritate Dei an hominum?

¶ *Omnes enim habebant Ioannem sicut prophetam &c.* Vel. habent Ioannem, &c. Varia est lectio. Si legimus omnes enim habent Ioannem &c. Refertur hæc lectio ad ipsos pharisæos ita cogitantes.

¶ *Eo Domine.* Græcè: ego Domine. Hebraismus est. Respondent enim Hebræi per pronomina, vbi Latini per verba, aut aduerbia. Sic. 1. Reg. 3. 1. Reg. 3. de Samuele: vocauit Dominus Samuel, qui respondens ait: ecce ego.

¶ *Forsitam verebuntur filium meum.* Regula. Hierony. Hieremiæ. 5. ait: loquitur sæpe Dominus sermone dubitantis, Hiere. 5. vt in hoc loco vides & apud Hieremiam. Ego dixi: forsitan pauperes sunt & stulti, ignorantes viam Domini: ibo igitur ad optimates & loquar eis: Vt ex ambiguitate sententiæ & suspicione verborum, liberũ hominis monstretur arbitrium. Vide idem Ezechi. 2. Hie. 26.

¶ *Dixerunt intra se.* Dixerunt inter se.

¶ *Aufferet[illegible] à vobis regnum Dei.* Idest, prædicatio & doctrina Euangelij. Sic Hieron. In Math. capi. 13. Hiero. sup. 13. cap. Math.

¶ *Dabitur genti facienti.* Vel afferenti fructus eius scilicet regni.

¶ *Et qui ceciderit super lapidem istum confringetur, super quem verò ceciderit conteret eum.* Quasi dicat peribit is cui Christus offensioni erit, nec fuerit ei gratus. Quem item Christus oderit, peribit infelicissimè.

Ad mores.

ECCE *Rex tuus.* Rex verus fuit Christus Dominus, non ab hominibus, sed à Deo patre electus: ego autem cõstitutus sum Rex ab eo, super Siõ Psalmi 1. montem sanctum eius prædicans præceptum eius. Siue ad annuntiandum & promulgãdum legem & præcepta eius. Ex quo intelliges discrimen inter rempublicam ciuilem, & Ecclesiã: quod reipublicæ ciuili nullus fuit à principio Rex, cui competeret dominium: sed respublica creauit suum Regem, quæ poterat per alios à se creatos magistratus administrari. Ecclesiæ verò, Christus fuit Rex à patre cõstitutus, vt in psalmo prædicto Dauid ait. Quare sicut in familia domestica, non residet auctoritas gubernandi domum, sed in patre familias & alijs œconomis & ministris, quos ipse voluerit eligere: ita & Christus regit suam familiam, cui non dedit iurisdictionem sed ministris quos elegit ipse tanquàm eius præsidentes. Obediamus igitur Ecclesiæ prælatis tanquàm à Deo constitutis, & ab illo immediatè postquã electi fuerint & creati iurisdictionẽ habẽtibus. Obediamus Regi nostro, tanquàm à Deo patre uobis dato, vt legem suauem & leuẽ ferret qua seruaremur.

Discrimen inter rempublicam Christi, & rempublicam ciuilem.

Figura. Hebr. 9. rō cum manna Heb. 9. Virga Assueri extensa signum erat clementiæ Figura. Esther. 8 Hesther. 8. Discant igitur principes clementes & mansuetos esse, exemplo Christi Regis sui, qui misericors & benignus est, & præstabilis super Ioelis. 2. malitia, vt Ioel ait. Qui parcit omni- Sapi. 11. bus quoniam sua sunt, vt Salomō ait. Seneca. Quod si Deus (inquit Seneca) placabilis est, & delicta potentium non statim fulminibus persequitur: quanto æquius est, hominem hominibus præpositum miti animo exercere imperium? Discant mansuetos ac benignos esse, saltim exemplo Regis a- Simile. pum, quæ etsi iracundissimæ ac pro captu corporis pugnacissimæ sint, & aculeum in vulnere relinquant: Rex ipse sine aculeo est: noluit enim natura ipsum sæuum esse: telumquè detraxit & iram eius inermem reliquit. Exemplar hoc hominibus regibus ingēns. Pudeat ergo ab exiguis animalibus non trahere mores; cum tanto moderatior hominum animus esse debeat quanto vehementiùs nocet.

Mansuetudo commēdatur. Māsuetudinis diffinitio. ¶ *Venit tibi mansuetus.* Mansuetudo est modesti animi tranquillitas, quę nulla incurrētium rerum tribulatione agitatur. Hanc induit rex noster: Psa. 45. b Propter veritatem (inquit Dauid) & mansuetudinem & iustitiam, deducet te mirabiliter dextera tua. Hanc Sup. 11 docuit superiùs capit. 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Hæc maximè decet principes. Imò omnes Christi seruos. Ad Ephe. 4. Ephe. 4. ait D. Paulus: obsecro vos vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis cum omni humilitate & mansuetudine. Et 1. Thimo. 6. Tu autem ho- 1. Tim. 6 mo Dei sectare patientiam & mansuetudinem. Et meritò profectò hāc virtutem sectari admonet Paulus. Nam ea ipsa est quæ vitam corporis conseruat. Prouer. 11. Clemētia præ- Prou. 11 parabit vitam, & sectatio malorum mortem. Et cap. 12. qui suauis est vi- Prou. 12. uit in moderationibus. Ea ipsa est quæ animam custodit. Eccles. 10. Eccle. 10 Fili in mansuetudine serua animam tuam. Est enim mansuetudo in anima quemadmodum antemurale in Simile. castro, lapides iracundiæ leniter excipiens, atque proinde ictus frustrās, & hominem à nocumento custodiens. Quemadmodum etiam vasa Simile. vitrea fæno aut lana, aut paleis inuoluta à confractione & læsione seruātur: sic mansuetudo animam conseruat, ne ab ira aut indignatione, aut à conuitijs aliorum frangatur. Hæc etiam virtus tanta est, vt animos suorum delectet. Mansueti (ait Dauid) Psa. 36. b hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Est enim Simile. mansuetudo, veluti mollissima culcitra, in qua veluti in lectulo anima omnino quiescit. Hic est lectulus de quo Salomon ait. Canti. 1. Lectulus Canti. 1. noster floridus. Hæc virtus est, quæ proximorum gratiam nobis comparat. Ecclesiasti. 3. Fili in mansuetudi- Eccle. 3. ne opera tua perfice, & super gloriā hominum diligeris. Ezech. 3. Vt ada- Ezech. 3. mantem & silicem dedi faciem tuā. Sicut adamas ferrum trahit, sic man- Simile. suetudo corda hominum. Tandem hæc virtus est quæ vitam cœlestem possidet: Beati mites quoniam ipsi Sup. 5. possidebunt terram. Induamus igitur mansuetudinem, exuamus crudelitatem, & sic Christo venienti eandem vestem induto dignè ocurremus.

¶ *Mansuetus*: Dan. 7. Quatuor mū- Dan. 7. di regna bestijs quatuor ferocissimis com-

comparantur, quia crudelitatem profitebantur. At verò Christi imperium agno assimilari solet: & meritò: nam regnum est pacis, regnum charitatis, & germanitatis, imperiũ est pietatis, & dominatio veritatis & iustitiæ, & mansuetudinis. Et ideò debet secundum rem, vel rei dissimilitudinem dissimilem quoque habere imaginem. De regno Christi agit D. Cyprian. lib. 2. aduersus Iudæos cap. 28. & 29.

Vide Rupertũ in præfatione libro. rũ de victa verbi Dei.

D. Cypr. aduersus Iudæos. c. 28. & 29

¶ *Sedens super asinam & pullam &c.* Non sine magno mysterio actum est, vt Rex iste cœlestis non sederit super equum vt mundi reges solẽt: sed super asinum. Cuius mysterium ostendit Origenes Iosue. 11. sunt (inquit) asini frequenter in scriptura in typo gentium positi, & saluator ostẽditur supra asinum sedens &c. Sed & propheta de ipso ita prænuntiauerit, ecce Rex tuus mansuetus, sedens super subiugalem, & pullum asinæ nouellũ; & exterminabit currus Effrem & equum ex Hierusalem. Vides ergo quomodo qui super asinum sedet exterminauit currus Effrem, & equũm de Hierusalem, & ideò videntur mihi asini quidem; vt diximus, figuram seruare eorum qui ex gentibus credunt super quos sedisse scribitur Dominus; equi verò qui exterminantur, & currus, figuram tenere illorum, qui in cœlestibus positi: per lasciuiam & superbiã deciderũt, quando vel ad filias hominum cõcupiscendas semetipsos incestatores præbuerunt, vel sequuti sunt illum qui dixit ponam super nubes sedem meam &c. Inde forsitan est quod propheta dicit: fallus est equus ad salutẽ. Et iterum dicit de ijs qui in dæmonibus confidebant: hi in curribus & hi in equis &c. Neque enim currus & & equos Deo contulisset quantum ad inuocandum expectat: sed vtrique hoc ostendit, quia sicut nos inuocamus Deum, ita illi inuocant currus & equos, idest, dæmones quos inuocabant gentes illæ, quæ aduersus Israel bellum gerebant. Hæc ille.

Quare rex noster nõ super equum sedit super asinũ sederit.

Origenes.

Zach. 9.

Equi sũt Angeli superbi.

Esai. c. 14

Psalm. 32

Psal. 19

¶ *Et cum desuper sedere fecerunt.* Asinus super quem Christus sedit, Hierusalem intrat cum triumpho maximo. Nemo enim cœlestem patriam ingredi potest nisi à Christo dirigatur & regatur. Nemo cœlestem Hierusalem intrare valet nisi Christo sotiatus. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. Neminem Christus insedit, nisi simplicem in credẽdo & humilem in obediendo. Super quẽ (inquit) requiescet spiritus meus nisi super humilem & trementem sermones meos? &c.

Nemo cœlestẽ Hierusalem intrare potest nisi à Christo dirigatur.

Ioã. 3.

Esai. 66. a

¶ *Quæ præcedebant & quæ sequebantur clamabant hosan na.* Nume. 13. botrus in vecte portabatur à duobus &c. Sic Christus Dominus à duobus populis in cruce portabatur. Glorificate (inquit Paulus) & portate Deum in corpore vestro. Vterque ex botro comedebat; sic omnes, tam qui præcesserunt quàm qui sequuti sunt Christi mortem, virtute illius seruati sunt. Merito enim & gratia quæ ex hoc botro exprimitur per viuam fidem saluati sunt illi qui præcesserunt, & saluantur omnes qui sequũtur, Imò hi multo melius. Quia sicut in illa figura facilius ex botro comedere poterat qui sequebatur quàm qui præibat; sic qui Christi passionem sequuntur. Sed de hoc iã in cap. præcedenti diximus, super illa verba erũt nouissimi primi & primi nouissimi. Ex hoc testimonio intelli

Num. 63 Figura.

1. Cor. 6.

Christus quatenus homo caput est omniũ fideliũ. Vi. Turrecre. li. 1. de Eccle. c. 48. 49. 50.

1. Io. 2.

D. Augu.

ges Christum quatenus homo non solum esse caput Ecclesiæ quæ illum sequuta est, sed etiam omnium fidelium, qui incarnationem eius præcesserunt. Vnde D. Ioannes ait: ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non nostris autem tãtum, sed totius mundi. Vbi glo. Augustini: non pro nostris tantum, qui in carne viuimus, sed pro omni Ecclesia. Cum igitur propitiationẽ esse pro peccatis, Christo cõueniat quatenus caput est, inde fit vt quatenus homo caput fuerit omnium fidelium qui etiam incarnationem eius antecesserunt. Vnde D. Augusti. tractans illud: iunior fui etenim senui: sic ait: caput nostrũ Christus est: corpus capitis illius nos sumus. Nũquid soli nos? Et illi qui fuerunt ãte nos omnes, qui ab initio seculi fuerunt iusti, caput Christum habent: illum enim venturum esse crediderunt, quem nos venisse iam credimus, & in cuius fide & ipsi sanati sunt & nos: vt ipse esset caput totius ciuitatis Hierusalem, connumeratis fidelibus ab initio vsque in finem. Item idem Augustinus in alio loco ait: eadem fides mediatoris quæ nos saluat: saluos iustos faciebat antiquos pusillos cum magnis: quia sicut credimus Christum in carne venisse, ita illi venturum: & sicut nos mortuum, ita illi moriturum; & sicut nos surrexisse, ita & illis resurecturum: & nos & illi ad iudicium viuorum & mortuorũ. Quare, licet Christus quatenus homo, tempore multos sanctos sequutus fuerit: nihilominus omnium caput dicendus est. Cuius rei exemplũ adducit idem Augustinus libro de catechizãdis rudibus, quod scribitur Gen. 36. de filijs Iudæ, in quorum natiuitate Zaram prior eduxit manum in qua obstetrix ligauit coccinum, dicens: iste egredietur prior. Illo verò retrahente manum egressus est alter. Sicut Zaram (inquit Augustinus) dum nasceretur prior emisit manũ, postmodum caput sequutum est, dein de cætera membra, sed tamen caput dignitate & potestate præcellit, licet tempore sequeretur: ita Christus mediator Dei & hominum, in patriarchis & prophetis præmisit manum antequàm appareret in carne, vinculis legis superbum populum cõstringentem siue comprimentem: tempore autem nascendi sequutum est caput toti ecclesiæ, cui adhæserunt omnes fideles.

D. Augu. sup. Psal. 36.

Aug. li de nup. & cõcupis.

D. Augu. li de catechizandis rudibus.

Figura. Gene. 36.

¶ *Mensas nummulariorum &c.* Euertit. Hoc per se fecit Christus, vt ostenderet quod subditorũ delicta per prælatos, prælatorũ verò peccata per Dominum ipsum sunt corrigenda. Vnde Grego. ait: non frustra per se Dominus æs nummulariorum fudit, & cathedras vendẽtium columbas euertit: nimirum significans, quia per ministros quidem vitã iudicat plebiũ; sed per semetipsum vitam examinat ministrorum.

Subditorũ delicta per prælatos, prælatorum verò peccata per Dñm ipsum sũt corrigenda.

D. Grego li. 25. mo.

¶ *Et eijciebat omnes vendentes & ementes in templo, & mensas nummulariorum. &c.* Hoc ergo facto (inquit Orige.) omnia Christus eiecit, in ministerio spiritualium actuum suorum: & tũc quod fecit, visibiliter egit, eijciens ementes & vendentes de templo; & mensas nummulariorum euertens: cathedras vẽdentium columbas dissipauit ad correctionem populi, vt non pro mundanis festiuitates in nomine Dei celebrent, ne emptionibus & venditionibus vacent in loco nõ competenti, in quo non debent emere & vendere, sed orationibus tantũ vaca-

Origenes 16. q. 7. c. & hæc dix imus.

Quid significare voluerit Christus hac facto.

re & variæ cogitationes tumultuãtes & impacatæ vertentur, atque sibi inuicem contrariantes ciuitatem positam in tumultum constituant, vt Esai. ait. Re vera domus proprietatis etiam est cor impij vbi regnat cupiditas, vbi longè abest charitas, quæ sola communia proprijs & non propria communibus anteponit: illa (inquam) charitas, quæ omnia proximorum facit. Verè domus egestatis & famis est quoq; malorū hominum cōscientia, similis domui ioculatoris: vbi nihil lare frigidius inuenitur. Egestas enim à Domino in domo mala, idest, in conscientia impij, inquit Salomō. Verè domus inquietudinis est cor peccatoris, in quo ipse ad similitudinem mulieris prostitutæ pedibus suis, idest, affectibus obsistere non potest, vt in eodem loco idem Salomon ait. Domus similiter emptionis & venditionis; cum de illo Salomon dicat quod animam suam venalem habeat, & cum pro minima atq; vilissima delectationis moneta eam diabolo vendat. Qua propter in Prouerbijs dicitur: cor impiorum pro nihilo. Noli ergo domum patris cœlestis, hoc est, propriam cōscientiam, quæ domus orationis est, in domum negotiationis conuertere. Noli te ipsum tam paruī facere, qui tanto precio es à Christo comparatus. Appende te ex precio, vt ait D. Augustinus. Nam Christus tanti emit (vt idem ait) vt solus possideret: tanti (inquam) emit, vt marsupium carnis suæ precio sanguinis vte emeret, euacuauerit & excusserit: & vt ostenderet quasi nihil pecuniæ remansisse in marsupio; sanguis effusus est vique ad aquam. Nā vt scriptura ait: vnus militū lancea latus eius

Esai. 19. Domus est proprietatis.
Domus est famis.
Prou. 3.
Domus inquietudinis.
Eccle. 10
Prou. 10.
D. Augu.
Ioã. 19.

aperuit: & cōtinuo exiuit sanguis & aqua. Hæc ex Bonauen.

¶ *Et eijciebat ementes & vendentes &c. Vos autem fecistis illam speluncam latronū.*

Auaritia maximè à clericis fugiēda est: eorū est enim orare, & non negotiari. Vnde d. 88. per multa capitula hoc illis prohibetur. c. cōsequens ait Gelasius: consequēs est vt illa quoq; quæ de Picenis partib9 nuper ad nos missa relatio nuntiauit, non prætereūda putaremus, idest, plurimos clericorum negotiationibus inhonestis & turpibus lucris inhiare, nullo pudore cēsentes Euangelicā lectionem, qua ipse Dñs negotiatores è templo verberatos asseritur expulisse: nec Apostolica verba recolētes, quibus ait, nemo militās Deo implicat se negotijs secularibus. Psalmistā quoq; Dauid surda dissimulantes aure cantātē: quoniā nō cognoui negotiationes introibo in potentias Dñi. Proinde huiusmodi aut ab indignis posthac quæstibus nouerint abstinendū, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio cupiditateq; cessandū: aut in quocunque gradu sint positi, mox à clericalibus officijs cogantur abstinere: quoniam domus Dei domus orationis & esse & dici debet. Ne per officia negotiationis potius sit latronum spelūca. Et infra Hiero. ait: negotiatorē clericum, ex inope diuitē, ex ignobili gloriosū quasi quādā pestē fugē.

¶ *Vos autē fecistis illā speluncā latronum.*

Quæret forsitā aliquis, quare Chrus Dñs tā acriter reprehenderit, imò flagellauerit Iudæos, cum. 6. q. 1. c. scriptum, dicat Greg. scriptum est in lege: per alienam messem transiens falcē mittere nō debes, sed manu spicas conterere & manducare. Falcem. n. iudicij mittere nō potes: nec debes in

Auaritia & negotiatio clericis fugienda Vid. d. 88. per multa capitula & 1. q. 1. & 1 & 3 Gelasius.
1. Ti. 2.
Psa. 70. c.
D. Hiero.
Quare Christus Iudęos tā crudè reprehenderit & flagellauerit.

eam

eam segetem quæ alteri videtur esse commissa: sed per effectum boni operis trumenta dominica vitiorum suorũ spoliare paleis: & in Ecclesiæ corpus admonendo & persuadendo & quasi mandando conuertere. Cum ergo Christus Dominus pontifex & iudex istorum Iudæorum non esset, potius prædicatione atque bonis operibus eos à vitijs reuocare debebat quàm durissimis asperrimisque verbis & flagellis. Huius tamen dubitationis solutio in promptu est, cum Christus Rex illorum & iudex verus esset. Pater (inquit) omne iudiciũ dedit filio. Quam potestatem hac habita occasione ostẽdere voluit. Discant igitur boni iudices cũ opus fuerit falcẽ mittere in messem propriã, discant exemplo Christi malis non parcere; illos flagellis & verbis emendare. De qua re lege. 23. q. 5. per totã. q. & q. 4.

Ioan. 5. d

Qui sint qui domũ Dei faciunt speluncã latronum.

¶ *Vos autem fecistis illam speluncam latronum.* Hoc faciunt non solum Lutherani, sed omnes illi qui bona Ecclesiæ deprædantur. Lege. 10. q. 1. per totã. Hoc etiã faciũt Ecclesiastici omnes qui sine dispensatione legitima, multa beneficia possident in detrimentum Ecclesiæ, bona: quæ pauperum sunt omnino dilapidant. 10. q. 2. per totam.

10. q. 1.
10. q. 3.

¶ Præterea rectè arguit Christus atque flagellat auaros sacerdotes: nã illis maximè cõuenit paupertas. Lege. 12. q. 1. in omnibus capitulis, in quibus admonentur sacerdotes vt pauperes sint, nihilq; proprium sed in cõmuni habere velint. Et ideò, ne in bonis acquirendis occuparẽtur, sed tantum orationibus & sacrificijs alijsque ministerijs incũberent, prouidit Dominus vt populus eis decimas de quibus substentarentur præberent. Lege. 13. q. 1. c. Ecclesias. 13. q. 1.

12. q. 1.

¶ His denique verbis reprehensione digni sunt, loco sacro iniuriam aliquam facientes: quales sunt iudices, qui Ecclesiarum immunitatẽ minime seruare volunt, vi extrahentes reos. Lege. 17. q. 4. c. sicut antiquitus, & sequentibus. Quanti verò supplicio digni sunt, quantisq; flagellis, qui hominibus Deo sacratis iniuriã aliquam inferunt. Lege. 17. q. 4. c. si quis, & in multis alijs.

17. q. 4.
17. q. 4.

¶ *Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum.* Hic locus & si de templo illo intelligatur, tamen ad Ecclesiam catholicam refertur: cuius templum illud imaginem gerebat. Et aduerte: non dixit: Domus mea domus hircorum & vitulorum est: sed domus orationis. Oratio hæreticorum non est oratio dicenda. In sola Ecclesia catholica sunt veræ preces. Nam extra eam sunt hæreses & blasphemiæ, non autẽ veræ preces. Vide quid dicat Deus: Domus mea domus orationis vocabitur. Comparat Dionisius orationẽ cathenæ aureæ, de cœlo vsque ad terram demissæ, quam si quis apprehendat vt ascendat per illam is videtur cathenam ad se trahere, sed ipsa potius eum ad cœlum vehit. Cum autẽ hæretici ad cœlum nullo modo vehantur, sed ad imas terras precipitẽtur: clarissimè colligitur, eos non solum fide & gratia, sed etiam oratione destitutos.

Sola ecclesia est domus orationis.

Dionisius

Simile.

¶ Perpende, quanta modestia & obseruantia in templo requiratur, ex quo Deus ementes & vendentes eiecit, eos latrones appellans. De Simeone scribit ita D. Luc. responsum acceperat à Spiritu sancto: non visurum

Quãta obseruantia in templo requiratur. Luc. 1.

rum

rum se mortem, nisi priùs videret Christum Domini,& venit in spiritu in templum. Si in spiritu iremus ad templum, essemus veluti Simeon diuina consolatione refecti. Cum igitur templum fuerimus ingressi, omnes mundi curas & cogitationes ante ostium relinquamus, ne nos Deus à templo reijciat. Considera obsecro, si illa puritas requirebatur in templo vbi hirci & arietes immolabantur: quid tibi videtur debere esse in templo, vbi ipse Christus verus Deus est hostia & sacrificium, & in Sacramento Eucharistiæ realiter cótinetur? Si Deus omnes ementes & vendentes,& mundi negotiatores ex templo eijceret: heu quàm pauci in templo remanerent.

Genes. 3. Figura. ¶ *Et nihil inuenit in ea nisi folia, & ait illi &c.* Gen. 3. dicitur: quod post peccatum primi parentes consuerunt folia ficus,& fecerunt sibi perizomata. Folijs peccata sua sequè tegunt, qui peccata vel negant vel excusant, vel proprijs viribus & operibus iustificari volunt: quemadmodum pharisæi &c. omnia hæc folia sunt, non permanent nequè tegere possunt Domino iudicante: imo arbori nihil nisi folia habenti Dominus legitur maledixisse in hoc loco. Igitur, si nuditatis tuæ te pudet, alio operimento opus habes: nempè iustitia Christi, quæ per verbum & sacrificium distribuitur. Hoc perfectè tegit: operire etiam misericordiæ operibus charitate formatis: charitas enim operit multitudinem peccatorum. 1. Pet. 4.

Populus Iudaicus erat ficus ista. ¶ *Nusquam ex te fructus nascatur in sempiternum.* Ficus ista populus erat Iudaicus, qui tunc folijs, hoc est, ceremonijs vtebatur & ornabatur, licet fructum charitatis non afferret. Sed modo aridus est omnino: & non solum charitate, sed & ceremonijs destitutus. Ideò quercus sine folijs appellatur ab Esai. cap. 1. & erubescetis (inquit) super hortis quos elegeratis, cú fueritis velut quercus defluétibus folijs, & veluti hortus absquè aqua. Esai. c. 1. Cótra verò de viro iusto alibi ita ait idem Esaias: & eritis quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum cuius non deficiét aquæ: & ab alio propheta vir iustus cum arbore fæcunda có paratur, superuirente & florente vberrimorumq; fructuum abundantia exornata: quæ cú perennium fontium, & amenorú fluuiorum aquis irrigetur, nullo vsquá æstu arescit: nulla siccitate labefactatur. Esai. 18. Iustus palmę comparatur. Et erit (inquit) táquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo,& folium eius non defluet, & omnia quæcunquè faciet prospera buntur. Psalm. 1. Hæc arbor semper virens, videtur esse palma. Quemadmodum dicitur in psalmo: iustus vt palma florebit. Psal. 91. Est igitur iustus non quercus sine folijs: non ficus sine fructu: sed palma, semper foliorum pulchritudine cooperta,& fructibus pulcherrimis suo tempore ornata.

¶ *Aliam parabolam audite: homo quidam plantauit vineam & sepem circundedit ei.* His verbis & sequentibus significatur diligentia qua Deus vineam suá excolit. Diligétia qua Deus vineam suam excolit ostéditur. Considera igitur diligétiá qua Deus nos vult liberare; & diligentiá qua nos eú volumus peccatis nostris offendere. Intuere eius ad nostram saluté curam & nostram desidiam. Ille vult nos ipsos eripere, nos volumus nos ipsos perdere: ille nos ad eum statum vocat qui in diuinarum rerum contemplatione

Ezec. 16. Dominus impræsentiarum, vt legẽti aut audienti parabolam patebit. Hoc significare volens olim Dominus nolebat vt ei sacrificia cruda offerrent sed cocta. Non enim vult Deus veritates crudas, aut virtutes crudas, sed vult vt omnia offerantur cocta in aqua modestiæ, sale prudentiæ, & igne charitatis.

¶ *Homo erat.* In Germano huius parabolæ ac literali sensu per hominem hũc Christus intelligit Deum, qui misit filium ad agricolas, hoc est, ad sacerdotes templi. Neque sine magna causa putandum est voluisse Deũ hoc nomine gaudere, atque multoties sub hominis specie in mundo hominibus apparere. Vnde Ezechiel affirmat se vidisse similitudinẽ throni, & super similitudinem throni (inquit) similitudo quasi aspectus hominis desuper. Ac si diceret: erat super thronum similitudo Dei instar hominis. Cum enim homo factus sit ad imaginem & similitudinem Dei, æquũ erat, vt Deus appareret instar hominis. Atquè non solum secundũ animam est hæc similitudo, sed etiã in corpore habet homo quãdam proprietatem hoc ipsum indicantem, est enim erecta creatura in cœlum aspiciens. Cum cæteros animantes natura abiecisset ad pastũ, solum hominem erexit, & ad cœlum tãquam ad propriæ patriæ conspectum excitauit. Nec terra pulchra & admirabili plantarũm & fluminum varietate ornata, ima sedẽ semper hærens, in quam feruntur omnia nutu suo ponderà: neć Luna, quæ in infimo cœlo radijs Solis incensa conuertitur: nec Sol quartum obtinens globum æthereum, princeps & moderator reliquorum luminum: nec cętera astra micãtia radijs, nec orbes ipsi cœlestes admirabili conuersione & celeritate concitati, sed solus homo tanquam creatura illis nobilior fuit ad Dei imaginem & similitudinem procreatus. Etsi enim Dei imago sit etiam in Angelis secundum id, in quo primo cõsideratur ratio imaginis, quod est intellectualis natura, non tamen in eo est quo ad id, in quo altero modo consideratur: nam non est angelus de angelo, vt Deus de Deo: id quod conuenit homini. Præterea hominis anima est tota in toto eius corpore, & tota in qualibet eius parte, quemadmodum Deus se habet ad mundum: id quod spiritibus cœlestibus & ab omni concretione mortali segregatis conuenire non potest. Cũ igitur Deus hominẽ excelsum creasset, eiquè vim memoriæ, intellectus, & voluntatis impertisset, illumquè in hoc medio mundi globo tanquam Dominum collocasset, voluit in eius similitudine apparere, atquè homo vocari, homo (inquit) erat pater familias &c.

Quare Deus vocetur homo in scriptura sacra. Et quare sub hominis specie multoties apparuerit.

Ezec. 1. c.

¶ *Pater familias.* Nemo sanè paucis poterit verbis explicare Dei solicitudinem, curam, ac diligentiã erga salutẽ, & commoditatem hominis. Ego aũt mendicus sum, ait Dauid, & pauper, dñs sollicitus est mei. Hinc autẽ ortũ est vt pluribus nominibus gaudeat: nũc creatorẽ omniũ se vocat, quo intelligeremus ab illo omnes nos pẽdere: nũc Dñm se appellat, vt admoneat illi parẽdũ esse: nunc fratrẽ, nũc patrẽ, nunc matrẽ, nũc sponsum: quibus ostẽderet quãto amore nos prosequatur, quãto rursũ nos illũ prosequi teneamur. Iã in hoc loco vides eũ se patrẽ nostrũ vocãtẽ. Tãtiq; hoc nomẽ facit, vt nobis omnib9 dicat Christus

Cura & diligentia Dei maxima erga salutẽ hominis, quã vt ostendat se patrem vocat.

Psa. 39.

 nolite vo-

vocare patrem super terram: vnus est enim pater vester qui in cœlis est. Ille est pater vester, qui vos condidit, qui vos seruat, qui vos redimit: reliqui indigni sunt tanto nomine, Dei comparatione. Húc veri patris amorem volens Dominus ostendere Ionæ dolenti quod vitis Niniuitis pepercisset, ait illi: tu doles super hederam in qua non laborasti, neq; fecisti vt cresceret &c, & ego non parcam Niniue, in qua sunt plusquam centũ viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram suam? Hunc etiam veri patris amorem volens ostendere Christus Dominus Diuo Petro interroganti Domine, quoties peccabit in me frater meus & dimittam ei? Vsquè septies? ait ei. Non dico tibi septies, sed vsquè septuagies septies. Ac si diceret: parum aut nihil Petre scis de patris erga filios amore: non dico tibi illi esse condonandum semel aut iterum, sed millies sunt cõmissa remittenda si veniam contriti postulent, si resipiscant atque ad se redeãt. Hic ergo est pater familias qui tãto amore erga suos filios ardet, vt si eos sui facti, ac perciti pœniteat, statim eum mali quod eis infligere proposuerat, etiam pœniteat. Sic enim ait pater iste familias apud Hiere. capit. 18. Si egerit pœnitentia n gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam: agam & ego pœnitentiam super malum, quod cogitaui vt facerem ei. Ad hunc ergo tantum patrem accedamus, eum inuocemus: est enim pater misericordiarum, est diues in omnes qui inuocant illum. Pater est, diues est, magnificus est. Vt pater nos amat: vt diues subuenire potest, vt magnificus statim succurret.

Ionæ. 4.

Supr. 18

Hier. 18.

¶ *Plantauit vineam.* Nulli dubiũ quin de populo Israelitico loquatur dicẽte Esaia: vinea Domini exercituum domus Israel est. Et Hieremias: ego plantaui te vineam electam: & Dauid: vineam de Aegypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam. Gentes verò erant veluti syluæ steriles & nemora arborum agrestium nullum religionis fructum producentium. Sed tandem Iudæa, quæ vinea Dei electa appellabatur, quæ salutares vuas producere deberet, tulit labruscas, & conuersa est in vites infructuosas quæ cũ non ferrent fructum fuerũt in ignem coniectæ, quoniam ex illis nulla proueniebat vtilitas. Sic. n. prædixerat Dñs apud Ezechie. Fili hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorũ? nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt pendeat in eo quodcũq; vas? Ecce igni datũ est in escã &c. Propterea hæc dicit Dñs: quomodo lignũ vitis inter ligna syluarũ, quod dedi igni ad deuorãdum, sic tradã habitatores Hierusalem. Aliæ plãtæ, etsi steriles sint prosunt tamẽ ad trabes, ad naues, ad hastas, ad vasa, & ad plurima ædificiorũ genera; at vitis infructifera, ad nihil prodest, nisi ad ignẽ. Quẽadmodũ inter omnes plãtas nulla est iucũdior vite frõdosa, & fructuosa, nulla gratior, sed si infructifera sit nulla deformior, nulla inutilior. Sic gentes idolorum cultrices etsi steriles erant in rebus fidei & religionis, & arbores infructuosæ, erant tamen multarum vtilitatum vsibus accommodatæ: at Iudæi infructuosi, qui Deo vero relicto, vanis gentium superstitionibus adhæserũt, & in republica violãda scelera inexpiabilia perpetrarũt,

Vinea de m° Israel.

Esai. c. 5.

Hiere. 2.

Psalm. 79

Ezec. 15. a.

ad

ad nullum penitus vsum proderant, nisi ad ignem. Ideo fuerunt euersi à Chaldæis,& postea à Romanis,& in vtraq; vastatione incendio flagrarút.

Dei ecclesia variè nominatur in scriptura sacra. ¶ Perpende etiam hic multis modis Dei Ecclesiam in sacra Scriptura vocari, nunc vinea, nunc Dei hæreditas, nunc Dei domus: nunc alijs nominibus appellatur. Lege canticum

Deut. 32 illud Moysi quod incipit audite cœli quæ loquor. Lege etiam Psalmum

Psal. 67. Dauidis inchoantem exurgat Deus & dissipentur inimici eius, & inuenies vocari Dei Ecclesiam, hæreditatem, ac portionem Domini, quando diuidebat (inquit) altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel: pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. O nos felices, ó nos terquè quaterq; beati, quod Dominus sit hæreditas nostra. Portio mea (inquit Regius vates) Domi-

Psa. 118. nus: & nos sumus hæreditas eius quã in vniuersali illa cum diabolo par-

Deut. 32 titione sortitus est. Iacob (inquit) funiculus hæreditatis eius. Veri enim fideles quicunque illi sint, filij Abrahæ & filij Iacob meritò appellantur. Vocatur præterea Dei Eccle-

Luc. 1. sia, domus. De qua angelus ad virginem loquẽs ait: regnabit in domo Iacob in æternum. In hac aula Regia à principio suæ fundationis fuerunt Patriarchæ multi, Prophetæ multi, Reges multi. Fuit rerum humanarum abundantia, opes, diuitiæ, dignitates, fuerunt miracula innumera: Deniquè in hoc loco vt vides vinea appellatur, quòd vinea si fructuosa sit nihil iucundius, nihil vtilius: si verò infructifera, nihil inutilius, nihil, vt superius diximus, deformius. Sic fidelibus virtute & charitate præstantibus, nihil placidius ac delectabilius Deo inueniri potest, sceleribus autem obnoxijs, nihil inutilius: ad nihilum valent nisi ad ignem, ad nullum penitus vsum prodesse possunt nisi ad cõbustionem, vt statim ex ore Domini retulimus.

¶ Tandem hic obserua, & veterem Ecclesiam, & nouam á Christo plantatam, vnam eandemquè vineam vocari posse, tum quod in eadem fide, spe, & charitate veraquè sit fundata atquè plantata: tum quod in noua semper permanserunt vites multæ veteris vineæ: quales fuerunt Apostoli, Euangelistæ, discipuli Domini, multaquè turba Iudæorum quæ obediuit, atquè indies magis obedit atq; paret fidei. Vnde in hac parabola tam veterem quàm recentem Ecclesiam appellat Dominus vineam vnam, quando dicit vineã suam ablatã fuisse ab agricolis veteribus, hoc est, á sacerdotibus veteris legis, & datã sacerdotibus nouæ legis. Possunt nihilo minus duæ istæ ecclesiæ, vineæ duæ nũcupari. Quod vinea vetus ferè omnis, eradicata & cõbusta fuit, ac iterũ ex gentiũ innumerarũ vitibus plãtata, aliaq; sæpe & maceria munita, alia turri torculariq; alio adornata, alijs deniquè agricolis locata. Videamus igitur sigillatim quibus ornamentis tã vetus quã recens vinea decorata ac præmunita fuit: quibus agricolis vtraq; locata, quẽ deniq; veteris illius agricolæ fructum Dño reddiderint, quem verò, recentis, agricolæ modò reddant.

Vetus Ecclesia & noua vocari possunt vna vinea & etiã duæ.

Quo in loco vinea vetus fuerit plantata.

¶ Inprimis quo in loco veterem vineam ex Aegypto translatam plantauerit Dominus Esaias docet ca. 5. Esai. 5.

Esai.c.5.

vinea (inquit) facta est dilecto meo in cornu filio olei. nomine dilecti significare voluit Christum, qui plantauit hanc vineam in cornu filio olei, hoc est in loco alto, in regione montuosa & frugifera. Per cornu intelligit locum editũ & eminẽtem, quod cornua in animalibus altiorem partem obtineant: Vnde Pagninus pro cornu, vertit in cõlle. Per filium olei terram intelligit opulentam, pinguem & feracem. His verbis & hoc Hebraismo describit terram Israelis, quæ magna ex parte montuosa est, & vberrima, fluens lacte & melle, vbi fuit populus Israeliticus collocatus. Vel per cornu, robur & fortitudo intelligitur, in quam significationem capitur sæpe numero in sacra scriptura, veluti in .2. Reg. ca.22. Dominus cornu salutis meæ. Et in psalmo: in te inimicos nostros ventilabimus cornu: & apud Abacuc: cornua in manibus eius. At vinea recens, hoc est, Ecclesia plantata est in cornu illo altissimo ac fortissimo de quo Zacharias ait: & erexit cornu salutis nobis. In hoc loco tam forti, tam munito: in hac terra tam fertili, tam frugifera, tam plenaquè gratia & veritate collocatus est populus Christianus: in hoc filio olei, siue in hoc oleo effuso plantata est Ecclesia Dei. Est enim Christus verè filius olei quia quemadmodum oleum in lampade est materia ignis & splendoris, sic Christus cunctis gentibus ad illum conuersis clarum Dei notitiæ lumen præbuit. Et capitur filius olei pro oleo, quemadmodum filia Babylonis pro Babylone, & filius perditionis pro perdito.

2.Re.22 Psal.43 Abac.3.

Quo in loco plãtata sit vinea recẽs, hoc est, ecclesia. Luc.1.

Sepes vtriusq; vi-

¶ *Et sepem circundedit ei.* Sepes, quæ prohiberet introitum in vtramquè vineam tam antiquam quàm nouã custodia imprimis fuit omnium mandatorum Dei. Hæc custodiebat tunc populum Iudæorum, hæc custodit modo populum Christianum. Hoc est quod vtriquè vineæ dicebat Dominus apud Ecclesiasticum cap.15. Si volueris mandata seruare conseruabunt te. Hæc enim mandatorum custodia est veluti regis custodia, quæ regem dies noctesquè magna cum diligentia ac vigilantia seruare solet. Sepes verò secunda, quæ ferarum hoc est, mundi, diaboli & carnis in Ecclesiam tam Iudæorum tunc, quàm christianorum modo introitum vetat, angelorum custodia est. Angelis enim suis mandauit Dominus semper de iustis ac fidelibus, vt custodiant illos in omnibus vijs suis. Sepes verò tertia ac præcipua fuit & modo est Deus ipse. Audi quid Moyses in cantico suo canat: circunduxit eũ & custodiuit quasi pupillam oculi sui: Dominus solus dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus. Audi quid Christus in Euangelio promittat: ego (inquit) ero vobiscum vsquè ad consumationem seculi. Talibus lapidibus vel sepibus hirtis semper fuit vtraq; vinea clausa, ne esset pecori, ne peruia furi. Quo quid præstantius? quid excellentius aut tutius? circũdat mũdus vineæ suæ sepem inanis gloriæ, sed quàm longè differat sepes ista, à sepibus Ecclesiæ, lippis & tonsoribus compertum est. Mundi enim maceries vana, infirma, ac papyracea est: quæ facilè vento aut aquis exposita diruitur. At iustorum aut fidelium protectio tam firma est, vt portæ inferorum ac machinamenta mundi minimè possint aduer-

nex prima est custodia mãdatorum.

Eccle.15.

Simile.

Sepes.2. custodia angelorũ

Psa.90.

Sepes 3 est ipse Deus.

Deut.32

Infra.28.

possint aduersus eam præualere: de hac loquitur Esaias cum ait super omnem gloriam protectio. Hæc enim diuina protectio Ecclesiam suam non derelinquit: nulla tempestate & tẽporũ mutatione labefactatur: quare est omni humanæ gloriæ qua vinea impiorũ protegitur, anteponẽda. Hac sane macerie septus ac circumuallatus sanctus Iob non potuit Sathanas illi nocere. Nunquid cõsiderasti seruum meum Iob, ait Dominus Sathanæ, quod non sit similis ei in terra? cui Sathan ait: Nunquid Iob frustra timet Deum? Nonne tu vallasti eum ac domum eius, vniuersamquè substantiam eius per circuitum? neque enim vas vitreum sic in vase conseruatur, quemadmodum iustus sub Dei protectione & custodia. Hinc est quod Regius Psalmographus ait: de iustis loquens: abscondes eos in abscondito faciei tuæ, à conturbatione hominum. Quem vult princeps aut Rex aliquis tutum à suis hostibus esse: eum in cubiculo suo includit: ita Deus fideles suos in se abscondit & recludit quasi in tutissima custodia occultatos: ita inquam abscõdit eos vt nulla hominum cõturbatio ad illos posit accedere, nullum ad illos malum posit introire, nullum flagellum ad tabernaculum illud appropinquare: sed sunt eis absquè vlla conturbatione omnia salua, læta, & prospera.

Esai. 4.

Iob. 1.

Simile.

Psalm. 30

Simile.

¶ *Sepem circundedit ei &c.* Non solum toti Ecclesiæ, sed singulis hominibus dedit Deus omnia ad salutem suam necessaria, ita vt dicere meritò posit vnicuique nostrum: quid amplius debui facere quod non feci? quod intelligẽs Dauid dicebat quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Hinc vermis perpetuus in animis damnatorum nascetur, quod non Dei culpa, qui de omnibus prouidit, sed potius sua culpa salutem sempiternam non fuerint consecuti.

Singulis prouidit Deus de necessarijs ad salutem.

Psal. 115. a.

¶ *Et fodit in eo torcular.* Lenon, idest, lacum. Nam lacunis olim effosis vinum excipiebatur. Vnde & alibi lacum vertit. Hinc Bacchus poetis Lenæus dicitur. In populo illo Iudæorum lacum Dominus fodit, hoc est, altare holocaustorum: in populo verò Christiano, non vnum aut alterum lacum Dominus sed septem lacos, hoc est, septem Sacramenta fodit; quibus excipitur vinum illud preciosissimum quod lætificat virgines, sanguis, inquam, ille expressus in ara crucis è botro, hoc est, ex corpore Christi. Fodit præterea pater iste familias torcular, hoc est spem, qua exprimuntur martyres atquè omnes quotquot patienter huius mundi aduersa æquo animo propter regnum cœlorum tolerant. Quemadmodum agricola spe fructus plurimos tandem percipiendi, labores immensos patiẽter sustinet: sic iusti ac viri sanctitate præditi spe consequendi fructum sempiternum omnes mundi pressuras læto corde atquè alacri animo ferunt. Et minimè falluntur. Nam spes non confundit. Hinc est quòd vnusquisq; iustorum ait: ecce Deus saluator meus fiducialiter agam & non timebo. Et Apostolus Paulus omnium piorum nomine ait: gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Non solum autem, sed gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patiẽtia autem probationem,

Lacus vinum veteris fuit altare sacrificiorum. At in Ecclesia sunt 7. i. septẽ Sacramẽta. Item spes est lacus & torcular veri vitis; vineæ

Esai. 12.

Rom. 5.

probatio autem spem, spes autem nõ confundit. Hinc similiter est quod D. Grego. dicit: spes in æternitatem animum erigit, & ideo nulla mala exterius quæ tolerat sentit. Et quid mirum quod fideles mundi mala, minimè persentiant; quando Deus sit illorum vis, firmamentum, spes, & vmbraculum? Quod eleganter Esaias

Esa.25. his verbis testatus est capite. 25. Super hoc laudabit te populus fortis: ciuitas gentium robustarum, timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi, egeno in tribulatione sua, spes à turbine, vmbraculum ab æstu. Christianos vocat fortes & robustos, quoniá debét aduersus diabolum, mundum, & carnem, acerrimè pugnare, & animo excelso & inuicto sub spe viuentes, omnia aduersa tolerare. Vt enim dura & robusta quercus ventorum ac procellarum ictibus resistit, & quã

Simile. uis frondes amittat, intus tamen virtus inclusa perseuerat, sic verus christianus vi tentationum, & calamitatum exagitatus, immobilis consistit, & quauis mundi opes, auctoritaté, & æstimationem perdiderit, animi tamen virtus & constantia intus vigent, quas nec casus eripit, nec tempus labefactat, neque vetustas vlla consumit. Atq; hoc minimè mirũ, vt diximus. Nam illis, qui suã agnoscentes miseriam, diuinum implorãt auxilium, factus est Dominus fortitudo. Tales enim eripit Deus à procella, & ab æstu calamitatum, & tentationum. Factus est eorum spes in

Psa.93.d turbine persecutionis. Vnde Rex Dauid sub torculari isto expositus, dicebat: factus est mihi Dominus in refugium, & Deus meus in adiutorium spei meæ. Factus etiam est eorũ vmbraculum, quo liberẽtur ab æstu pressurarum. Vnde idẽ vates Esaias

Esai.c.32 alibi ait: & erit vir sicut qui absconditur à vento, & celat se à tempestate. Spes ergo in Deo torcular est huius vineæ.

¶ *Aedificauit turrim*. Per hanc turrim quam extruxit Dominus ad vineæ custodiam, aliqui intelligunt locum editum & excelsum, naturaque munitum super quem vinea verus locata est secundum illud quod in suo cantico Moyses ait de populo Israelitico loquens: cõstituit eum super excelsam terram. Alij verò per turrim intelligunt templum illud insigne à Salomone extructum & erectum. Sic enim illud vocat Micheas propheta cap. 4. Et tu (inquit) turris nebulosa gregis; vsque ad te veniet potestas prima, subaudi, Christi. Ad templum enim & ad Hierusalem venit primum regnum Christi. Illic enim cœpit Ecclesia Christi. Nos verò impræsentiarum per turrim præsertim nostræ vineæ, hoc est, Ecclesiæ catholicæ Dei cognitionem ac fidem intelligimus. Hanc conscendunt fideles atque hinc cœlestem illam patriã quã à longe salutant, intuentur: hinc Dei gloriam immensam, infinitam tam Angelorum quám hominum multitudinem contemplantur: hinc damnatorũ pœnas, extremum iudicium, corporum suscitationem vniuersalem, perspiciunt; hinc insidias omnes diaboli, mundi vanitatem, carnis fallaciam, rerum omnium quæ sub cœlo geruntur incostantiam, breuitatemque animaduertunt. Vnde D. Paulus in Epist. ad Heb. ait: fides est substãtia rerum sperandarũ, in argumentum non apparentium. Id est, fides est fundamentum rerum sperãdarum: & ostentio & demonstratio

Turris veteris vineæ, aut locus editus & excelsus super quem vinea illa locata est, aut téplũ illud intelligitur.

Deut. 32

Mich. 4.

Turris est Ecclesiæ fides

Heb. 11.

quæ

quædam rerum non apparentium. Neque immeritò eam vocat demonstrationem rerum quæ minimè nobis apparent: quia eas tam certo mentis oculo repræsentat, quàm si oculo corporali peruiderentur. Ab hac specula videns D. Ioan. cœlestes illos ciues in patria superna vitam immortalem agentes dicebat: Vidi turbam magnam quã dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, tribubus & linguis.

Apoca. 7.

Nõ donauit Dñs regibus neque prælatis vineã suam, i. ecclesiã, sed locauit.

¶ *Et locauit eam agricolis*. Locat ergo Dominus ministris Ecclesiæ, ac principibus prophanis vineam suã, non donat. Pro dolor nam iam neq; prophani principes, neque Ecclesiæ præsules maiori ex parte, recogitare curant, dominos non esse vineæ Domini, sed cultores & agricolas: nimimè curant intelligere, sese fructus esse Domino reddituros. Pro dolor nã nihil aliud quàm quæ sua sunt quærunt, hoc est, opes, diuitias, ac supellectilem suam augere: fructus à vinea sibi ipsis percipere non Domino, vineam destruere atquè depopulare: non eam colere, atquè ornare exemplo huius patris familias qui vineam illis locatam tam diligenter, vt diximus, excoluit, ac miris modis decorauit: sed potius exemplum sequuntur impij Achab. Tertio enim Regum cap. 21 sacra referunt eloquia: quod vinea erat Naboth, cui Rex Achab dixit: da mihi vineam tuam, vt faciã mihi hortum olerum. Maxima profectò tyrannis, ac vis violentiaquè maxima est, velle reges ac Ecclesiæ principes bona subditorum ipsis inuitis possidere: maximus item dolor, eos velle è vinea hortum olerum facere. Ex bonis enim subditorum volunt reges ac sacerdotes hortum suarum delitiarum, ac suarum voluptatum plantare atque efficere. Vinea est ò princeps non hortus, quæ tibi commissa est, non vt oblecteris ac recreeris, sed vt eam diligẽter excolas, vt in ea desudes ac labores, noctes diesquè: vt suo tempore fructus Domino reddas, venit (inquit scriptura) Achab in domum suam, indignans, & fremens super verbo quod locutus fuerat ad eum Naboth, & tandem ob hanc causam miserè perijt atquè interfectus Naboth est. Itaquè si regi impio aut principi tyranno bona tua concedere statim nolueris, mortis periculo te ipsum parare debes. Sed velint nolint huiusmodi tyrãni, tandem ob suam impiam tyrannidẽ maximas pœnas dabunt: quales dederunt & impius Achab, & scelesta Iezabel vxor eius.

3. Re. 21

¶ Vide quæ annotauimus cap. precedenti in illa verba: non veni ministrari, sed ministrare.

¶ *Et locauit eam agricolis*. Perpende quòd non solum Dñs locauit ac modò locat vineam suam primoribus Ecclesiæ, vt bona fide colant, reddituri fructus illi: sed vnicuiq; nostrũ locat animã suam quæ huius vineæ vitis quædam est. Quare bona fide eam excolere debet quisquè, ac reddere fructus Domino: non enim sumus nos animarum nostrarum Domini, sed agricolæ, quibus eas Dominus locauit. Si ergo de singulis otiosis & inutilibus verbis sumus reddituri rationem Domino vineæ, quã reddemus de rapinis, de familiæ cura, de omnibus deniquè actionibus in hac vita male gestis? non ergo est quare gloriemur de opibus, dignitatibus, honoribus, rerumquè humanarum prosperitate: quando hæc omnia aliena

Vnicuiq; nostrũ locat Deus animam suam, quæ vineæ Domini vitis quædam est.

na sunt: quando de his omnibus fru-
ctus sumus reddituri Domino. Stul-
Simile. tus profecto negociator haberetur, si
sese diuitem esse iactaret aliena pecu-
Simile. nia negociando. Stultus etiam agri-
cola putaretur, qui se de multa messe
gloriaretur, non recogitando fru-
ctus, quos est Domino fundi reddituru-
rus: decimas, ac primitias, quas est ec-
clesiæ oblaturus; eleemosynas ante
promissas quas est largiturus, semen-
tem ad seminandum quam est serua-
turus, labores in agricultura cõsum-
ptos: quæ omnia si attentè obseruas-
ret nec sese efferret, nec à consueto la-
bore cessaret. Cum ergo agricolæ si-
mus omnes nos, non est quare de alie-
no fundo ambitiosius gloriemur, ne-
que est quare à cultura cessemus quã-
do fructus debitos sumus Domino
reddituri. Audiamus atque attamen
te consideremus quid Psalmogra-
Psal. 23. phus doceat Psalmo. 23. Quis (inquit)
ascendet in monte Domini, aut quis
stabit in loco sancto eius? innocens
manibus, & mundo corde, qui non
accepit in vano animam suam. Illi
quidem animas suas non in vanum
aut frustra acceperunt à Domino
Deo suo, qui ipsis bene vtuntur, ad
bonum diuinumque cultum, ipsarũ
vires omnes, cœlestibus obsequijs de-
dicando, ad quem finem certa indu-
bitataq; res est animam rationis par-
ticipem cunctis mortalibus datam
esse.

¶ *Et peregre profectus est.* Peregrè
proficisci eò Dominus dicitur, quod
Quid sit Deum peregrè proficisci. ita reliquerit sacerdotes populi Israe-
litici, ac ita relinquit sacerdotes Ec-
clesiæ vt vinea sua vtantur vel abutã-
tur, ac si procul longeq; ab illis abes-
set. Hoc idem docere volens regius
vates aliaphrasi vsus est dicens: excis-

tatus est tanquam dormiens Domi-
nus tanquam potens crapulatus a vi-
no. Ac si diceret: factus est Deus tan- Psal. 77.
quam homo fortis, postquam abces-
sit crapula vini, qui ad tempus cra-
pula vini oppressus grauissimum
somnum dormiens nihil agebat, sed
vino edormito, atque digestione cõ-
sumpto, exurgit potentior, vtpote scili-
cet instauratus, atque calefactus. Ita
se Deus postquam ad tẽpus aliquod
dissimulauerat, distuleratque vindi-
ctam in hostes suos, fortior apparuit
ad vltionem. Hunc etiam discessum
docet idem vates Psalmo. 9. Vt quid Psalm. 9.
(inquit) Domine recessisti longè, de-
spicis in opportunitatibus & in tri-
bulatione? Ac si diceret: quorsum pijs-
sime Domine, frequenter elongare
videris te ipsum à seruis tuis, eosque
ita relinquere ac contemnere videris
ac si peregrè profectus esses, longèq;
abesses potissimum, quando oppor-
tunitas maxima videtur, & necessi-
tas exaudiendi, vt potẽdum afflictio-
nibus constituti sunt. Atquè tam in-
numeræ tamquè frequentes hæ affli-
ctiones & oppressiones sunt, vt im-
pijs sit occasio existimandi omnino
te esse tuorum immemorem. Dixit
enim populus iste scelestus in corde
suo, oblitus est Deus, auertit faciem
suam ne videat in finem. Exurge Do-
mine Deus, & exaltetur manus tua,
ne obliuiscaris pauperum. Non igi-
tur fallaris ò homo qui quotidie ma-
la multa perpetras, nam non longè
est Dominus à te, in ipso viuis, mo-
ueris, & es. Quare illum time ne bra- Act. 17.
chia tua conterat, si illum sæpe læ-
pius irritare non cessaueris. Vt quid
irritauit impius Deum? Dixit enim
in corde suo non requiret. Contere Psalm. 9.
brachiũ peccatoris & maligni: quæ-

retur peccatum illius & non inuenietur.

¶ *Cum autem tempus fructus appropinquasset misit seruos suos ad agricolas, vt acciperet fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plurimos & fecerunt illis similiter.* Hinc discamus quomodo Deus vocet, ac patiéter expectet peccatores. Toto pectore in studiū hoc incubuere diuini tūc vates vt Hierosolymam à vitijs abducerēt, & ad virtutem impellerent; sed oleum & operam perdiderunt: Vnde Ezechiel capit. 24. ait: multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, nec per ignem. Lege totum Hieremiam & videbis omnes eius contiones nihil Iudæis profuisse: quia nequitia & indignatione obdurati prophetam contemnebant, cuius labores frustra susceptos, pios illos quidē, & sanctos, vitio tribuebant, eumquè, ad odium, & interitum falsis criminibus vocabant. Nemo eos cohortabatur ad virtutem ardentius, nemo eorum flagitia vituperabat asperius, nemo viros virtute præstantes laudabat ornatius; nemo in vanas superstitiones nefariorum hominum inuehebatur vehementius. Et pro his laboribus in eum procellas excitabant. Quid dicam de diuino illo Esaia, tanta eloquētia exculto, vt non solum homines suæ ætatis, sed antiquitatis memoriā vi dicendi admirabili superarit? Hic pro rectè factis & constantibus diuinarum suarum contionum laboribus è Iudæis neglectus & ad interitum luctuosissimum reseruatus. Audi D. Paulum Epist. ad Heb. Ita de viris iustis dicentem: alij ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus.

Deus sæpe vocat ac patienter expectat peccatores incassum tamen.

Ezec. 24.

Hebr. 11

¶ Nec tunc misit Dominus solum sed modo mittit Euangelicos seruos virtute & doctrina maximaque vi dicendi præstantes, sed non possunt nefarios homines à vitijs deterrere. Qui dicere possunt, quod scribit D. Paulus ad Gala. capi. 4. Timeo vos ne forte sine causa laborauerim in vobis. Et Timothæo: in hoc enim laboramus & maledicimur. Sed quamuis impiorū gladius seruis à Dño omni tempore missis vitam eripuerit, eorū tamen laudes nulla vnquam obscurabit obliuio, quin potius vigebunt memoria omnium seculorum. Cœlum primum mobile appellatum vehemēti suo impulsu & incitata conuersione alios globos ethereos coercet, & rapit, atquè efficit, vt ab oriente ad occidentem violenter, & per accidens moueantur. Nihilominus tamen hi inferiores cœli inuito primo mobili, mouentur suapte natura proprio motu ab occidente ad orientem: sic quāuis tempus suo discursu omnia, quæ possunt labefactari, consumat, ea rapiens, & ad occasum adducens, tamē velit nolit rectè facta & admirabiles virtutes semper habēt suum cursum & motum in sphæra famæ immortalis, quæ veluti cœlum varijs syderibus ornatum, pulchrisq; luminibus distinctum de tempore ipso triumphat, quoniam illam ipsa perpetuitas semper intuetur. Nec solum viri iusti qui propter prædicationem Euangelicæ veritatis ab impijs agricolis interfecti sunt tam in veteri quam in noua vinea, in hac vita celebrantur, sed

Gala. 4.

1. Tim. 4

Simile.

sed etiam quod illustrius est, in cœlum peruolant, vbi requiescunt, in beatissimis sanctorum sedibus, nullo dolore affecti, nulla deformitate maculati, sed rerum superarum contemplatione fruentes, & gloria immortali redundantes. Quare non est quod metuant concionatores euangelici à Domino missi, non est quod cessent, ac remorentur, non est quod à prædicatione Euangelij etiam cum capitis sui periculo retardentur, quando tanta merces, tantum laborum suorum præmium seruatum illis maneat.

Nõ cessat Deus mittere seruos ad vineam hoc est, animã.

¶ Deinde obserua quod non solũ misit Dominus ac modo mittit prędicatores exterius ad vineam suã, atquè ad vineę cultores, sed interius nũquã cessat mittere ad nos seruos suos, hoc est, inspirationes sanctas, extremi iudicij timorem, mortis metum, febrem, aut aliquam aliam malam valetudinem, quibus nos ad pœnitentię dignos fructus reddendos excitare cõtendit. Quemadmodum enim sancto Iob nũquam defuit seruus aliquis qui illi nuntiaret atquè admoneret quid per diabolum ageretur: Sic nunquam deest seruus aliquis cœlitus missus qui peccatori nuntiet quæ per diabolum, ac mundum, carnemq; in vinea animæ suæ agantur. Tu verò si sapis audi huiusmodi seruorum monita, redde Domino fructus debitos: caue ne hos spirituales Domini seruos ad te missos interficias, dilapides, aut cædas. Ne tibi Dominus dicat quod impijs agricolis veteris vineæ, hoc est, Iudæis: ego vado & quæritis me & in peccato vestro moriemini.

Iob. 1.

Io. 8. c.

Nota quomodo hominis malitiã certet cum Dei bonitate.

¶ Præterea tertio cõsidera quo pacto malitia hominum cum Dei bonitate certet. Mittebat Dei bonitas seruos suos, & eos hominũm malitia interficiebat; mittebat Dei bonitas alios seruos & rursum illos hominum malitia lapidabat; vt hinc colligas quo pacto Dei bonitas sese de hominum malitia vindicet: non enim Dominus vindictam de impijs ac obduratis hominibus sumere solet, malis sed potius bonis eos afficiendo, non ab eis pœnas condignas sumendo: sed multa munera ac beneficia largiẽdo. De his agricolis obduratis ac priores seruos ad eos missos occidentibus, vindictam Dei misericordia sumpsit seruos alios mittendo, quibus etiam interfectis, filium suum vnigenitum misit, & rursum hoc cruci affixo, eis Apostolos misit, qui eis Euãgelium salutis ac pacis prædicarent, Spiritum sanctum conferrent, à peccatis absoluerent. Nunquam Dei misericordia hominum malitiæ cedit, nunquam succumbit, aut victa sed victrix manet. Si enim maior esset iniquitas nostra quàm Dei misericordia, actum esset de nobis. Sed aduerte obsecro, impiorum malitia quãta sit, quæ non illi sat est, fructus debitos Domino non reddere, sed seruorum fructus petentium capita conterit. Non illi satis est prædicatorum monita, consilia, ac reprehensiones salutares non audire, sed in eos inuehitur, eos irridet, subsannat, ac vera dicentibus non solũ conuiciatur, sed maledicit ac denique eos interimere nititur. Væ vobis (inquit Christus) pharisæis, qui ædificatis monumẽta prophetarũ. Quis est qui cõcionatur? Esaias. Para ergo illi serram, & post serrã sepulchrũ. Quis nã est qui ad populum dicit Baptista Ioannes. Prępara igitur illi & carcerem, & gladium, & tandem sepulchrum. Tanta est ergo sceleratorum hominum malitia

Luc. 11.

vt nō cōtēta sit sanctorū vera dicentiū cōsilijs nō assentire, sed in eos immanissimè ac crudelissimè incandescit: vehemēterq; irascitur. Sed tamē etsi hominum malitia, vt diximus, tanta sit, misericordia autem Domini non cessat ad nos mittere seruos suos: siue illos audiamus, siue nō audiamus. Ne postea dicere possimus, non nisi semel ab eo fuisse monitos. Et vt doceat eius bonitatis esse, conferre beneficia etiam in eos, qui ingrati sunt. Vt sol non desinit micare radijs, etiam si nubes velit eius lucem obscurare, sic Deus non desistit a beneficijs, erga impios & sceleratos eius voluntati non parentes, etiam si sua ingratitudine beneficia sua obscurare & maculare velint.

Simile.

¶ *Cum autem tempus fructus appropinquasset &c. Et apprehensum eum eiecerunt eū extra vineā & occiderūt &c.* Hoc est quod alijs verbis prædixerat Esai. Expectauit (inquit) vt faceret vuas, fecit aūt labruscas. Labruscæ sūt vuæ agrestes, acerbæ, & erraticæ. Elegit ergo Deus vineam hanc, ex patribus antiquis optimis & sanctissimis: fecit eā in populum sibi peculiarem, constituit eam in loco firmo & munito, & in terra frugifera custodiuit eam, fouit, & defendit: ipsa verò eum contēsit: seque sceleribus astrinxit, & quod detestabilius est & omnem impietatem superat, non solum prophetas quos Deus ad illam miserat occidit, sed tandem in ipsum verum Deum Messiam fuit interitum machinata. Tu verò considera Dei nostri immēsam pietatem & patientiam, peccauerant agricolæ isti, nuntios Dei occidendo, Deus verò non statim eos deleuit, sed spectauit. Ideò ait: iterum misit alios seruos plures prioribus,

Esai. 5.

& fecerunt illis similiter. Nouissimè autem misit ad eos filium suum. Et hoc ipsum significauit Esai. dicens: expectauit vt faceret vuas, nonne videsi non eos statim euertit. Sed quid fecit? expectauit vt bonum fructum ferrent. Nullum non mouet lapidē: nihil intentātum relinquit, eo quod proprium sit eius, misericordiam facere; ideoquè iudicium differt. Tardus est Dominus ad destruēdum, prōptus verò ad ædificandum. Vnde Dauid ait: Deus iustus, fortis, & patiēs. Psal. 7. a. Et alio psalmo, dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Vt ex illo discāt Psal. 24. b. principes, discant iudices, & discant prælati, atquè gubernatores omnes, tolerantiam, patientiam, & benegnitatem erga subditos delinquentes. Si Deus innocens expectat maxima cū patientia peccatorem: quanto magis & nos idem facere debemus, cum nemo sine crimine vixerit. Cum tot tā taq; crimina aduersus Dei magestatem commiserimus, quotidiequè cōmittimus.

¶ Præterea isto loco admonemur, non statim desperandum esse de peccatorum salute, nec subito esse interficiendos qui crimen aliquod admiserunt, sed expectandos vt diximus, vt pœnitentiam agant, & suo tempore debitè ac iustè puniendos. Cum hi agricolæ etiam expectati noluissent debitos fructus reddere, fuerunt à Deo derelicti, & tandē à Romanis euersi, & penitus vastati: & si qui ex illis euasserunt, fuerunt in acerbissimam seruitutem adducti. Quid autem sit facere labruscas explicat Christus in hoc loco, qui vt refert Euangelista ob eam causam dicit, vineam suam esse alijs locandam,

Non statim desperandū est de peccatorum salute, sed expectādū est vt pœnitentiā agant, quod si non fecerint suo tēpore sunt puniendi.

&

bus obduratis, non proficiunt: tunc sese filij hominis terribilis nobis offert, tantumquè metum damnationis iam imminentis in animis incutit, vt penè de nostra salute desperemus: sed ne in tantum malum incidamus, statim se placidum, benignum, ac mansuetum ostēdit; statim ait: ne durum vobis esse videatur quod vestris peccatis vendidistis me, nam pro salute vestra missus sum in mūdum: diuina dispensatione permissum est vt interficerer, vt ex tanto malo salus vestra operaretur. Nullo sanè medicamento opportuniori nobis penè de salute desperantibus mederi poterat pater cœlestis, quàm passione filij eius. Non ergo tu ó peccator, desperare velis, nequè durum tibi videatur, si millies Deum offenderis; sed respira, atquè ad te redire cura, spem tuam in Christi meritis, & misericordia colloca, & age pœnitentiā, & tunc viues. In lib. Gene. capi. 29. sacra referunt eloquia, Iacob missum á patre peruenisse Mesopotamiam, amouisseque lapidem quo puteus claudebatur, vt adaquaret gregē Laban cognati sui. Adhoc quidem verus noster Iacob, á patre de cœlo missus est, vt tollat nostram cordis atquè animi duriciem, potumq; aquæ cœlestis præbeat.

Gene. 29 Figura.

¶ *Hic est hæres venite occidamus eum.* In hoc loco quæri solet an Iudæi certo cognouerint Christum Dominū esse verum Mesiam ab illis tam satis expectatum. Alijs dicentibus hoc testimonio commotis, eū fuisse Messiam Iudæos intellexisse: alijs veró dubitantibus: quod Diuus Petrus, vt refert Lucas in Actis, dixerit: vos autē auctorem vitæ interfecistis. Et nunc fratres scio quod per ignorantiam fe-

An Iudæi intellexerint, Christum esse verū Messiam.

Acto. 3.

cistis, sicut & principes vestri. Obseruа: quod istorum pharisæorum animis luctabantur lux & tenebræ, contendebant nox & dies, liuor illorum & Christi doctrina, inuidia & miracula. Hinc erat quod nunc eum esse verum Mesiam credebant, verumq; Dei hæredem: cui pater apud Regiū vatem dixerat: postula á me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: nunc veró eum seductorem existimabant. Cum liuor & inuidia & odium regnabant: aiebant: nonne hic est faber, & filius fabri: Cum autem ratio, tūc dicebant: Mesias cum venerit, poterit facere maiora signa, quæ hic facit: Cum liuor vigebat cæcitate pleni, & inuidia commoti asseueranter prædicabant, á Galilæa propheta nō surget: quando autem liuor recedebat, clamabant: nunquam sic locutus est homo: affirmabant hic est hæres. Et tamen metu amittendi regnum suum occidere volebant. Et tandem excęcati à malitia, ab inuidia, ab odio, á metuquè suo, sibi persuasserunt nō esse verum Mesiam: & deniquè siue esset, siue non esset, eum morti tradiderunt. Mitto quod nequè Iudæi nequè dæmones eum esse Dei sapientiā verumquè vnigenitum patris certa infallibiliq; ratione cognouerunt: si enim vt Paulus ait cognouissent, nū quam Dominum gloriæ crucifixissent. Vi. glosam.

Psalm. 2.

Supr. 13

Ioan. 7.

Ioa. 7. g.

Ibidem.

1. Cor. 2.

¶ Quod Iudæis tunc cum Christo contingebat, fidelibus modò cum Christi concionatoribus accidit. Nūc enim laudamus mirisquè encomijs efferimus concionatorem vitia nostra acriter reprehendentem, vitam in melius mutantes: nunc ira, odio, atquè inuidia incitati eos odio prosequimur, eosquè insipientes & tan-

Plebis varietas in concionatores ostēditur.

to munere indignos iudicamus.

¶ *Venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius.* Hæc dixerunt agricolæ, hoc est, Iudæi. Sed mala quæ timebant apprehenderũt eos, & in laqueo quem absconderunt comprehensus est pes eorum. Incidit enim peccator in foueam quam fecit. Decreuerunt isti filium interficere, vt hæreditate fruerentur, sed longè aliter euenit, quia hac de causa hæreditatem perdiderunt. Quod passim impijs cõtingit. Sunt enim qui tunc maximè lætantur, cum maiora detrimenta viris virtute præditis, & sapientia præstantibus inferũt, & cum illis desint vires, aut alios ad mala perpetranda conuocant exemplo istorum dicentium venite occidamus eum, aut cõ filijs suis ad interitum aliorum vtuntur, & impijs exhortationibus viris claris & honestate perspicuis perniciem machinantur. Aman (vt in libro Esther memoriæ proditum est) suspensus est in patibulo, quod Mardochæo virtutis ornamẽtis exculto, parauerat. Et quemadmodum Perillus Atheniensis faber, qui vt Phalaridi tyranno gratus esset, taurum illi æneum donauit, vbi inclusi homines nouo tormento cruciarẽtur, suo perijt inuento, vt ait Plinius lib. 34. Et refert Sabellicus lib. 10. exemplo rum: nam iussi impij tyranni machina illa inclusus, quam fabre fecerat, vt immanissimi Phalaris aures delectaret humanis lamentis & cruciatibus, ipse primus pœnam illam expertus est: & tam elaboratum opus sui ipsius imbuit supplicio: sic immane consilium in authoris caput redundare solet aliquãdo. Et vt ait D. Psaltes: laqueum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem illius iniquitas eius descendet.

Inciderũt Iudæi occidendo Christũ in foueã quã fecerunt.

Esther. 7.

Simile.

Plinius.

Sabellic.

Psalm. 7.

¶ *Et eiecerunt eum extra vineam.* Nihil est quod ab animis nostris tam cito Deũ eijciat quàm amor proprius. Hic in causa est, vt Dei auxilio, ac viribus non egere præsumamus: nobisquè ipsis nos ipsos sufficere existimemus. Primo lib. Reg. capi. 29. refertur venisse Dauid ad preliandum aduersus Israelitas positusquè in nouissimo agmine cum Rege Achis tãdem reiectus est de exercitu Philistinorum existimantiũ eius auxilio minimè egere. Vnde Rex Achis ait illi: viuit Dominus quia rectus es tu, sed Satrapis non places. Hoc idem etiam contingit in bello spirituali. Multi enim nostrum Christum à se reijciunt, atquè ita in omnibus sese gerunt ac si eius ádiutorio non indigerent, & quod peius ac detestabilius est, quod nõ solum eum è domo reijciunt, sed suis sceleribus, ac deprauatis moribus iterum cædunt, percutiunt, ac cruci affigunt, exemplo pharisæorum qui consilio habito Christum verum hæredem morti condẽnauerunt dicẽtes: morte turpissima condemnemus eum: atquè eijcientes eum extra ciuitatem crucifixerunt. Hi sunt fructus quos Iudæi Domino reddiderunt: hi sunt quos Ecclesiæ præsules & sacerdotes multi sceleribus contaminati modo reddunt: hi quos vinea fidelium reddit. Quare minimè mirandum quod Dominus de illo populo ac de nostro tam acriter apud Esaiam conquæratur dicẽs: audite cœli, auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerũt me. Cognouit bos possessorem

Amor proprius multorũ causa malorũ: & maximè in causa est vt Dei auxilio non egere putemus.

1. Re. 29

Sap. 2.

Esai. c. 1.

foré suű, & asinus præsepe dñi sui, Israel aút me nõ cognouit, & populus meus nõ intellexit. Testatur Deus cęlũ & terrá, vt videát omnes creaturæ esse meritò iratũ aduersus agricolas tá veteris quá nouæ legis, aduersus etiá vtráq; vineá quod legé suá pro ni hilo putarint, nec modò putét, & in republica violáda dolos pestilétes cóceperint. Ait ergo vates: vos ò res insensibiles alloquor. Audite me orbes cœlestes, præbe mihi aures tu terra infimũ elemétũ. Vos voco ò res inanimatæ, ná homines sunt multo vobis insensibiliores. Clauserũt aures suas diuinis monitis velut aspides surdæ, vos mihi aures date, & dicété attendite. Attédite quid dñs dicat: filios enutriui & exaltaui. Quá verum hoc sit probatione aliqua nõ eget: populum n. Iudæorũ qué filiũ primogenitũ in
Exod. 4. Exodo vocat: húc genuit doctrina & gratia: enutriuit nõ solũ terreno cibo sed etiam cœlesti: iuxta id quod dici-
Psal. 77. tur in psalmo: pané cœli dedit eis, pané angelorũ máducauit homo. Extulit eũ victorijs & triũphis, atq; memorabilibus trophæis, & monimentis. Adduxit illũ ad terrá vberrimá, quá illi promiserat, vt eá victis mirabiliter gétiũ regibus possideret. Superauit diuino præsidio munitus, & domuit gétes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles: cõtulit deniq; omnia optimæ vineæ ornaméta, quæ superius retulimus. Iá verò secũdũ filiũ etiá genuit idé Dñs, hoc est, populũ chrianũ, dicéte Paulo: accepistis spiritũ adoptionis filiorũ, in quo
Rom. 8. clamam9 abba, pater. Ipse. n. spiritus testimoniũ reddit spiritui nr̃o, quod sumus filij Dei: si aũt filij & hæredes. Húc filiũ enutrit De9 cibo vero pane cœlesti, q de se ait: ego sum panis vi-
Ioa. 6. uus q de cœlo descédi, si quis máducauerit ex hoc pane, viuet in æternũ. Húc in cœlũ vsq; erexit & extulit victorijs spiritualib9, & triũphis de mũdo, carne & diabolo reportatis. Hác vineá sibi electá miris virtutibus ac præsidijs decorauit. Sed audi amborũ filiorũ ingratitudiné. Ipsi aũt, inquit, spreuerũt me. Aduerte, ipsi me. Vtraq; dictio suá habet emphasim. Ipsi ingrati filij, me piũ patré, nutritiũ, auctoré suæ dignitatis, & Deũ. O cæcitaté deplorádá, o nefariá ingratitudiné, & immané hominũ impietaté, q post tot beneficia à Deo accepta, ipsũ Deũ & populus tunc ille aspernatus est, & populus modo iste fidelis aspernatur. Quę sint aũt illa beneficia iá diximus. Quare meritò dñs & illorum & nostrá arguit ingratitudiné brutorũ cõparatione. Quid stolidius boue? quid stupidius asino? & nihilominus eos cognoscũt ac seruiũt, q eis tribuũt beneficia. At neq; Israel tũc neq; nos modo Deũ, á quo innumerabilia beneficia accepimus, nõ modo nõ curamus, sed extra vineá eijciétes nr̃is criminibus occidimus. Illi extra ciuitaté eiecerũt & interfecerũt: nos extra animos nr̃os eũ educétes, morti tradim9. Excęcauit & illos & nos malitia, odiũ, liuor, & inuidia. Qui ergo huiusmodi sum9, Iudęorũ ingratitudiné nõ imitemur, sed potius cõuertamur ad dñm & miserebitur nr̃i, qm̃ benignus & misericors & præstabilis sup malitia. Eũ esse hæredé animorũ nostrorũ cognoscamus, ac illi fructus debitos reddamus, ne miserrimũ, æternumq; patiamur interitum. Ioelis. 2.

¶ *Cũ ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? aiũt illi: malos male perdet.* Ideo ipsos interrogat, vt ipsi suo gladio se iugulét. Vult enim Deus vt nos á nobis metipsis iudicemur, vt testimonio nostro conuincamur. Vult De9 nos á nobis ipsis iudicari.

2.Re.12 Fecisse hoc Nathã prophetã indicat. 2. lib. Reg. Eodẽ modo Christus in
Esai.c.4. illo c.4. Esaiæ proposita eadẽ parabola de vinea ait: Nunc ergo habitatores Hierusalẽ & viri Iuda iudicate inter me & vineã meã: hoc est, inter me & vos qui estis vinea mea. Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci? Si Deus de Iudæis tã grauiter queritur, quanto grauius de nobis queri potest? Expectat à nobis vt virtutẽ colamus, eumq; ardẽter amemus: nos verò sceleribus implicamur, & eũ ipsum negligimus. Nos sumus vinea sua, quam ipse coluit, pro qua acerbissimos cruciatus tulit, pro qua se hostium iniurijs obiecit, pro qua summa charitate inflamatus vitã profudit, quã precioso sanguine suo rigauit. Quid ergo debuit amplius facere vineæ suæ & nõ fecit? Nemo potest ardẽtius amare eo, qui pro amicis suis sanguinẽ effudit suũ. Et tu Dñe mi Deus, multò ardẽtius amasti: qm̃ etiã inimicis te cruci obtulisti, vbi mortẽ acerbissimã vltro tolerasti. Quid debuisti facere vineæ tuæ quod nõ feceris? at nos, qui propter te mori deberemus, quibus nihil magis deberet esse in optatis quã te sequi, ad te semper aspirare: te relinquimus, & in imis volutamur. O cæcũ nostrũ iudiciũ, ò ingratitudinẽ incredibilẽ & effrenatã nostrã cupiditatẽ: qui Deũ nostrũ optimũ maximũ cõtẽnimus, & in rebus caducis beatitudinẽ collocamus. Nos nos sumus ad quos hæc possunt referri: nos sumus illi de quibus con-
Mich.6. queritur Deus apud Mich. prophetã, dicẽs: popule meus quid feci tibi? respõde mihi &c. Vereor ne nobis cõtingat, quod olim vineæ illi cõtigit. Vereor (inquã) ne Deus aufferat sepẽ huius vineæ, & permittat, vt ascẽdãt super eã vepres & spinæ, mãdetq; nubibus cœli, i. prædicatoribus, ne pluant super eã imbrẽ doctrinæ: quãuis.n. ab vniuersali ecclesia nõ auferet dñs imbrẽ doctrinæ vt inferius docebimus: à multis aũt fidelibus ob peccata sua solet Dominus illum auferre.

¶ *Nũquã legistis in sacris scripturis: lapidem quem reprobauerunt ædificantes: hic factus est in caput anguli.* Hic est lapis ille, de quo dñs apud Esai. ait: Ecce ego mit- Esai.c.28
tã in fundamẽtis Sion lapidẽ, lapidẽ probatũ, angularẽ, preciosum, in fundamẽto fundatũ. Lapis Christus.
Vbi aduerte: Esai. dicit hũc lapidẽ esse à Deo probatũ: Dauid aũt esse reprobatũ ab ędificãtib9. Ad id amẽtiæ & prauitatis venerunt homines, vt reprobẽt id, quod Deus approbat. Esse aũt Iesum lapidẽ ostendimus alias. Solẽt qui magnificũ ali- Simile.
quod ædificiũ cõstruũt, in lapide quodã angulari, arma sua & stẽmata pingere: aut quocũq; alio modo collocare. Fecit Deus tẽplũ quoddã vsq; adeò magnificũ & excellens, vt nec noster quidem intellectus possit eius dignitatẽ cõplecti. Est autem hoc tẽplũ ecclesia catholica, ędificiũ nobilissimũ: ad quod cœlestis pater misit lapidem admirabilẽ, hoc est filiũ suũ, qui nõ solũ fuisset huius ædificij fundamẽtũ: sed etiã lapis angularis, in pulcherrimo loco constitutus. Et est hic lapis scutũ quoddã de quo dicitur in li. re. 2.Re.22
2. Deus dñs fortis meus sperabo in eũ, scutũ meũ, & cornu salutis meæ. Arma & stemmata huius lapidis, huius cœlestis scuti, sunt quinq; stellæ aureæ in cãpo sãguineo: hoc est: quinq; illa sacratissima Chri vulnera, arma gloriosa & diuina, trophæa & insignia nostrarũ victoriarũ. Tu verò cõsidera verborũ prophetæ amplitudinẽ. Poterat dicere: mittã vobis Messiã:

siã;

siā: sed voluit tā insigne beneficium, verbis insignibus & metaphoricis explicare. Est enim translatio sumpta ab ædificantibus quæ verborū amplitudine inuit rei magnificentiam, & magestatem.

Quare appellatū christus lapis angularis. ¶ Appellatur Christus lapis angularis, quia vtrumq; populū in vna ecclesia copulauit. Ipse enim, est pax nostra, vt Paul. ait, qui fecit vtraq; vnū, & medium parietē maceriæ soluens, inimicitias in carne sua, legē mandatorū decretis euacuans, vt duos condat in semetipso in vno nouo homine, faciens pacē, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucē. Hæc ille. Duo itaq; populi inter se discrepantes iudaicus & gentilicus in vnā fidem, in vnam ecclesiam, in vnam christianam religionem côuenerūt. Hanc duorum populorū in vna ecclesia congregationē sub figura Iuda & Israel prædixit his verbis Oseas: congregabuntur filij Israel, & filij Iuda pariter, & ponent sibimet caput vnum. Ac si diceret: congregabuntur fideles, tam ex Iudæis quam ex gentibus & recipient Christum, qui erit eorum Deus, princeps, & Dominus. Hoc etiam vaticinatus est Zacharias in hunc modū sub figura aurei cādelabri. Vidi & ecce candelabrum aureū totū, & lāpas eius super caput ipsius: & septē lucernæ eius super illud, & septē infusoria lucernis, quæ erāt super caput ipsius, & duæ oliuæ super illud, vna à dextris lampadis, & vna à sinistris eius. Candelabrum aureū humanitatē Christi saluatoris nostri significabat ab omni macula peccati penitus alienā. Lampas super caput eius diuinitatem carni coniunctam, ostendebat: septē lucernæ cū infusorijs imaginē septē donorū Spiritus sancti gerebant, quæ Esaias cônumerat, & super Dominū Iesum requieuisse ostendit. Oliua à dextris Israeliticum populum, oliua à sinistris gentilicum adumbrabat. Hi duo populi erant Christum recepturi, & in ecclesia catholica coadunādi. Eam ob causam in fine capitis adiecit: hi sunt duo filij olei splendoris qui assistunt dominatori vniuersæ terræ. Hoc ipsum postea clarius significauit dicēs: erit dominus rex super vniuersam terram: in die illa, erit Dominus vnus, & erit nomen eius vnum. Ac si diceret: propagabitur ecclesia ex gentibus & Iudæis congregata, cuius rex erit Iesus Christus. Ille coletur in tempore illo, & in omni ecclesia nomē eius inuocabitur. Vnus erit Christus, vnū baptisma, vna fides, vna ecclesia, & ex duobus lignis antea diuisis efficietur vnum, hoc est, ex duobus populis efficietur vna congregatio.

Ephe. 2. Osææ. 1. Zacha. 4. Esai. 11. Zach. 14.

¶ *Auferetur à vobis regnū Dei.* Aduerte primū hâc fuisse precipuā causam inter alias ob quā D. ille Apostolus maxima admiratione cômotus exclamauerit, ò altitudo diuitiarū sapiētiæ & sciētiæ Dei quā incôprehēsibilia sūt iudicia eius & inuestigabiles viæ eius. Admiratur sanè Paulus quod Deus abstulerit regnū Dei & vineā sibi tā diu dilectā, & côtulerit eā gētibus barbaris, idolatriæ cultricibus. Quî Dñe hæc côueniūt cū promissionibus illis? Hic habitabo qm̄ elegi eā. Et rursum: in æternū seruabo illi misericordiā meā: illud etiā: filij eorū vsq; in seculū sedebunt super sedē tuā: quo nā ergo modo nunc ais: auferetur à vobis regnū Dei & dabitur genti faciēti fructus eius? Hîc obserua: huiusmodi promissiones Dei conditionem subintellectam secum semper afferre quod si filij

Quare iudicia Dei incomprehensibilia dicantur à Paul. Roma. 11. Psal. 131. Psal. 88. Psal. 131.

Promissiones Dei secum afferũt conditioné subintellectá. si filij sempiterni & lex sempiterna: si enim illi Deum non derelinquerent neque à Deo derelinquerentur: si illi testamentum Dei semper custodirent: semper Dominus esset illorum Deus. Sed cum nõ solum fructus debitos vineæ, illi non reddiderint, sed seruos ab eo missos, ac filium eius occiderint: æquum non erat vt Deus staret promissis.

Omnium rerum vicissitudo est. ¶ Deinde considera hic mecum, quo pacto omnium rerum vicissitudo sit: abstulit Deus regnum cœlorũ à Iudæorum primoribus, vt daret illud gentibus: abstulit primogenituram ab Esau, vt conferret eam Iacob: abstulit regnum à Saul, vt præberet illud Dauidi. Si ergo impius & sceleratus tu es, time ne auferat Dominus omnia bona tua, vt ea tradat possidẽda genti facienti fructus eorum. Sic enim solet Dominus impietaté hominum punire.

¶ Tertio obserua quos antea Dominus vineam vocarat, nunc regnũ Dei appellat: fideles enim translati de morte ad vitam iure regnum Dei, ac filij Dei vocantur.

¶ *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Hoc prę-

Esai. 35. dixerat Esai. capit. 35. Lætabitur (inquit) deserta & inuia, & exultabit solitudo: gloria libani data est ei, decor

Nota. carmeli & sarõ: hoc est nihil erit pulchrius, feracius, & gloriosius Ecclesia Christi, quæ antea erat inuiũ & sterile desertũ. Habebit enim gloriá libani, & pulchritudiné carmeli & sarõ. Per libanum intelligitur templũ Salomonis, quemadmodũ apud Zacha.

Zach. 11. Ezec. 17. c. 11. & apud Ezech. c. 17. vbi statim propheta exprimit per carmelũ & sarõ intelligitur Iudæorum populus:

Esai. 33. volens enim Esai. c. 33. ostẽdere totá Iudææ vastitaté, ait: factus est Sarõ sicut desertũ, & concussa est Basan & carmelus. Voluit ergo Esai. in illo primo testimonio significare: omné candoré & decorem, omné Dei cultũ & scripturarũ scientiá & cognitionem, & fructuũ spiritualiũ fertilitaté & abundantiá, & omnem gloriam & pulchritudinem, & omnes deniquè virtutes aufferédas esse à Synagoga, & dandas Ecclesiæ. Quod etiam hoc loco significat Christus dicens: auffertur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Ros ille cę- Figura.

lestis quem Gedeõ vidit, primò des- Iudi. 6.
cendit in vellus, idest, doctrina reuelata primò fuit in populo Iudæorum, ex quo traxit originem Dominus. Postea verò ros ille, idest, doctrina cę-

lestis (de qua Deu. 32. dicitur: cõcrescat vt pluuia doctrina mea; fluat vt ros eloquiũ meũ) exprimitur è vellere, idest, è populo Iudæorũ, & perfunditur area, idest, populus christianus. Deut. 32

¶ Hoc idẽ figuratum fuisse in mãna quod die Dominica datũ est, ostẽdit Origenes hom. 7. super Exo. Ex diuinis (inquit) scripturis apparet, quod in die Dñica primò in terris datum est mãna. Si. n. (vt scriptura dicit) sex diebus cõtinuis collectũ est, septima aũt die, quę est sabbati cessatũ est: sine dubio initiũ eius à die prima quæ est dies Dñica, fuit. Quod si ex diuinis scripturis hoc cõstat, quod die dñica Deus pluit mãna de cœlo, & in sabbato nõ pluit, intelligãt Iudæi iá tunc prælatá esse dñicá nrá Iudaico sabbato: iá túc indicatũ quod in sabbato ipsorũ, gratia Dei ad eos de cœlo nulla descendit. panis cœlestis, qui est sermo Dei, ad eos nullus venerit. Dicit enim & alibi Propheta: Diebus multis sedebunt filij Israel sine rege, Figurà. Nota. Origenes ho 7. sup Exod. 16 Manna datũ est die Dominico Panis cœlestis sermo Dei. Oseę. 3.

& fine

& sine principe, & sine propheta, sine hostia, sine sacrificio, sine sacerdote. In nostra enim dominica die, semper Deus pluit manna de cœlo. Sed & hodie ego dico, quia pluit Deus manna de cœlo cœlestia nanq; sunt eloquia ista quæ nobis lecta sunt, & á Deo descenderunt verba, quæ nobis recitata sunt, & ideo nos fælices, qui tale manna suscepimus. Semper manna nobis datur de cœlo. Illi infelices, dolent & suspirant, & se miseros dicunt: quia manna sicut acceperunt patres illorum, ipsi non merentur accipere. Illi nunquam manna manducant. Non enim possunt illud manducare quod minutum sicut semé coriandri sit, & candidum sicut pruina. Nihil enim in verbo Dei minutum, nihil subtile, nihil sentiunt spirituale, sed totum pingue, totum crassum: incrassatú est enim cor populi illius. ¶ Sed interpretatio nominis hoc idé sonat. Manna enim interpretatur: quid est hoc? Vide si non ipsa nominis virtus ad discédum te prouocat: & cũ audis legé Dei recitari, inquiras semper, & interroges, & dicas doctoribus: quid est hoc? tu ergo si vis máducare manna, idest, si cupis suscipere verbũ Dei: scito illud minutũ esse, & valde subtile sicut semé coriandri, Habet.n. aliquid in se oleris quo recreare possit infirmos, illi eni oleribus recreantur. Habet aliquid rigoris, & ideo vt pruina est. Cádoris autẽ & dulcedinis habet plurimũ. Quid.n. candidius, quid splendidius eruditione diuina. Quid dulcius, quid ve suauius eloquijs dñi, quæ sút super mel & fauũ? Hæc Origenes. Regnũ igitur Dei, idest, doctrina cœlestis ablatũ est à populo Iudaico, & datũ Ecclesiæ catholicæ, á qua nunquã

Rom. 14

Psal. 18.

auferetur, nã tráslato sacerdotio (inquit Pau.) necesse est vt legis tráslatio fiat. Cũ ergo Christi sacerdotium in æternũ maneat, necesse etiá est, vt doctrina cœlestis perpetuo in Ecclesia consistat. Quare nec propter peccata sacerdotũ omniũ, auferetur vera & fidelis & catholica doctrina ab vniuersali Ecclesia: neq; omnes in ea explicanda errare poterunt. Quæ maxima consolatio nobis esse debet. Ná etsi aliquibus peccatoribus auferat Deus propter peccata cõmissa multoties Euangelij doctrinã, atq; pané istum cœlestem: nũquam tamen fiet, vt ab vniuersali ecclesia auferatur regnum Dei.

Hebr. 7.

¶ *Auferetur à vobis regnum Dei &c.* Nõ ferẽtes fructus doctrinæ cœlestis aufert dñs. Omnem (inquit) palmitem in me non ferẽtem fructum, tollet eũ & in igné mittet. Sal etiam infatuatũ ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & cõculcetur ab hominibus.

Ioã. 15.

Sup. 5.

¶ *Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem veró ceciderit, conteret eum.* Aliud est (inquit Hiero.) offendere Christum per multa mala opera, aliud negare: qui peccator est, & tamé in illũ credit, cadit quidé super lapidé & cõfringitur, sed non omnino cõteritur: reseruatur enim per pœnitẽtiá ad saluté. Super qué veró ille ceciderit: hoc est, cui lapis ipse irruerit, & qui Christũ penitus negauerit, sic cõteret eũ, vt neq; testa quidé remaneat, in qua hauriatur aquæ pusillũ. Aliorũ aũt sentẽtia est: quod túc in lapidem impingimus, quando peccamus in moribus, vel quando quod peius est, peccamus in fide. Ná si grauec rimé ac detestabile fuit; impingere in lapidé Christũ, quãdo paruus fuit: quãto grauius erit modo peccatũ, quãdo

Quid sit aliqué cadere super lapidem Christũ, & quid lapidem super aliqué cadere.

 mons fa-

factus est magnus, sed tamen quando in illum impingimus spes est praeparationis. At verò quando ipse super capita nostra cadit poenam aeternam infligendo; nulla omnino restat spes, nullum remedium, nullum medicamentum, nullaquè expectatio salutis. Time igitur ò homo, ne super te lapis iste cadat, ne te omnino conte-
1.Co.10. rat: si stas vide ne cadas. Quod si cecideris, da operam vt per veram poenitentiam animiquè dolorem surgas. Memento huius verbi Domini: cōteret eum.
Gene. 19 Item illius Gene. 19. delebimus locum istum. Non enim simpliciter dicunt angeli sancto Loth puniemus, vel vastabimus locum istum: sed delebimus, vt nulla spes reaedificandi sit. Id quod factum est. Nam eo loco nunc est mare mortuū. Sic impijs obstinatis non simplex aliqua, sed omnimoda perditio reseruatur, sine omni spe reparationis super quem enim ceciderit lapis diuini iudicij, conteret eum. Delet enim Dominus penitus huius mundi sceleratos & impios, qui dolere de peccatis noluerunt.

¶ Finis Cap. XXI.

¶ Parabola nuptiarum, census dandus Caesari, & resurrectio probatur mortuorum.

Capi. XXII.

ET respondens Iesus: Dicit iterum in parabolis eis, dicens. Simile factum est regnum coelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebant venire. Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prādium meum paraui: tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerūt, & abierūt, alius in villam suam, alius verò ad negotiationē suā: reliqui verò, tenuerunt seruos eius: & contumelijs affectos occiderunt. Rex autem cum audisset iratus est: & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptiae quidem paratae sunt: sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoscunquè inueneritis vocate ad nuptias: Et egressi serui eius in viam congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos, & impletae sunt nuptiae discumbentium. Intrauit autem rex vt videret discum-

Luc. 14. d. Apoc. 19 b.

cumbentes: & vidit ibi hominē, non vestitum veste nuptiali: & ait illi: amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manibus & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt vocati pauci verò electi. Tunc abeuntes pharisæi, consilium inierūt, vt caperent eum in sermone: & mittunt ei discipulos suos cum Herodianis: dicentes. Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces: & non est tibi cura de aliquo: nō enim respicis personā hominū: dic ergo nobis quid tibi videtur, licet censum dare Cæsari an non? Cognita autem Iesus nequitia eorum, ait, quid me tentatis hypocritæ? ostendite mihi numisma census. At illi obtulerūt ei denarium. Et ait illis Iesus. Cuius est imago hæc, & superscriptio? dicunt ei: Cæsaris. Tūc ait illis, reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo: & audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt. In illo die accesserunt ad eum

Supr. 13 f.g b. Infra. 25. a.

Marc. 12. b. Luc. 20. d

Rom. 13.

Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem: & interrogauerunt eum, dicentes: magister Moyses dixit, si quis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres: & primus vxore ducta defunctus est, & non habens semen, reliquit vxorem suam fratri suo. Similiter secundus & tertius vsque ad septimum. Nouissimè autem omnium & mulier defuncta est. In resurrectione ergo, cuius erit de septem vxor? omnes enim habuerunt eam. Respondens autem Iesus ait illis. Erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei. In resurrectione enim, neque nubēt neque nubentur: sed erunt sicut angeli Dei in cœlo. De resurrectione autem mortuorum nō legistis quod dictū est à Deo dicēte vobis. Ego sum Deus Abrahā Deus Isaac, & Deus Iacob? nō est Deus mortuorum sed viuentium. Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina eius. Pharisæi autem audientes quod silentium imposuisset Sadducæis.

Mar. 12. b. Luc. 20. b & 23. b Deut. 25. b.

Exod. 3 b

conuenerunt in vnum, & interrogauit vnus ex eis legis doctor, tentans eum, magister, quod est mandatum magnum in lege?
Mar. 12. c. Luc. 10 c *Deut. 6. a *ait illi Iesus. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota animatua, & in tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem, simile est huic: diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Leui. 19. d. Mar. 12. *In his duobus mandatis vniuersa lex pēdet & prophetæ.*
Mar. 12. d Luc. 20. d. *Congregatis autem pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens, quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? dicūt ei, Dauid. Ait illis, quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominū dicens.* Psa. 109. *Dixit dominus domino meo sede ad dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum dominum: quomodo filius eius est? & nemo poterat ei respondere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.*

Ad literam.

S*IMILE est regnum cœlorum homini Regi.* I. simile est rex cœlestis, qui caput est regni cœlorum, homini regi, &c. Hac similitudine docet, Iudæos ob sua scelera excludēdos à nuptijs, gentes verò assumēdas, sed inter has esse nonnullas, quæ sunt eijciēdæ eo quod inuentæ fuerint nō habere gratiam sancti spiritus: quæ est charitas erga Deum & proximū. Nuda enim fides nihil illis proderit. Scopus parabolæ.

¶*In tenebras exteriores.* Idest, obscurissimas, & longe positas à luce. Vide sup. cap. 8. ibi filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores.

¶*Ostendite mihi numisma census.* Idest quod tributi vice datis.

¶*Cuius est imago hæc?* Non interrogat quia ignoret, sed quia per responsionem illorum, obnoxios esse pœnæ, vult ostendere: vnde statim subiungit. Reddite ergo &c. Vide Chrysost. hom. 71. in Math. Chryso. ho. 71. in Math.

¶*De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est à Deo: ego sum Deus Abraham &c. Non est Deus mortuorum, sed viuentium.* Ad probandam resurrectionem, alia clariora testimonia poterat adducere; quale est illud Esai. 26. suscitabuntur mortui, & resurgent qui in sepulchris sunt. Sed quia loquebatur contra Sadducæos, recipientes tātum libros Moysi, ideò adducit hoc testimonium: & non illud Esaiæ. Neque illud Danielis capi. 12. Multi dormientium, de terræ puluere resurgent: alij in vitā, alij in confusionem æternam. At dices: quomodo Abraham illo tempo- Esai. 26. Quare Christus non adduxit alia clariora testimonia ad probandā resurrectionem mortuorum. Dan. 12.

re

D. Chry. re viuus erat? Respondet Chrysosto. Quomodo Adam posteaquã de ligno comedit, sententia tamẽ prolata, mortuus erat: sic Abrahã pollicitatione resurrectionis certissima viuus erat. Alioqui, quid sibi Ecclesia vult cum ait: regem cui omnia viuunt, & cui non pereunt corpora nostra?

¶ *Magister.* Vel præceptor. *Quod est mandatum magnum in lege?* Græcè *Magnum*, more Hebraico, qui positiuo vtuntur vice superlatiui quo carent.

Magnum pro maximo.

¶ *Diliges &c.* Futurum pro imperatiuo, more Heb. sicalibi: omnis vallis implebitur, omnis mons & collis humiliabitur &c. Pro omnis vallis impleatur &c. Sic diliges, pro dilige.

Futurum pro imperatiuo. Luc. 3.

¶ *Et proximum sicut teipsum.* Sicut: in sacra scriptura aliquando refertur ad proprietatem & veritatem, vt in psalmo: cum conuerterit Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati. Et in communi loquutione dicimus: fecit sicut vir bonus. Hizo al fin, como hombre de bien, que es. Ad hunc modum Ioãnes de Christo ait: vidimus gloriam eius; gloriã quasi vnigeniti à patre. Aliquando refertur ad similitudinem, vt in hoc loco: diliges proximum tuum sicut teipsum. Similitudinis est: nã prius diligo me ipsum, & postea proximũ: quia charitas bene ordinata à seipso incipit. Item Christus ait: estote perfecti, sicut pater vester perfectus est. Et iterum: non sunt de mundo, sicut ego nõ sum de mundo. Rursum ait: ego gloriam quam dedisti mihi dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus.

Sicut, variè accipit in sacra scriptura. Psa. 125. a. Ioan. 1. Sup. 5. g. Ioan. 17. Ioã. 18. b.

¶ Sed notandum quod Theo. ad Eph. 5. ait: quod aduerbium similitudinis, non est vbiquè eiusdem precij, idest, non significat omnimodam similitudinem. Vt cum Paul. inquit: vxores maritis subijcimini, tanquã Domino. Nam si tanquam Domino seruiendum est, quomodo deficiendum à viro & muliere propter Dominum? Sic in hoc loco: diliges proximum tuum sicut te ipsum, dicit similitudinem, sed non omnimodam. Nam aliquando teneor præferre ex charitate me ipsum proximo.

Ephe 5.

¶ *Vniuersa lex pendet & prophetæ.* Vi. Io. 15. In illa verba: vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est.

¶ *In spiritu vocat eum Dominum.* Id est præditus spiritu sancto.

¶ *Sede à dextris meis.* Latiniùs diceces: à dextera mea, quàm à dextris meis, iuxta Græcum idioma: præterquam quod Hebraicè quoq; in psalmo singularis est numerus.

Ad mores.

SIMILE *factum est regnum cœlorũ homini regi &c.* Non dicit: simile est regnum cœlorum, vt in alijs parabolis dicere solet: sed simile (inquit) factum est. Vt insinuaret quod in mundi exordio antequàm Adam peccaret, non erat simile regnum cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Nam si homo nõ peccasset (vt Augustinus & alij doctores sancti aiunt) rex cœlestis non fecisset nuptias filio suo: hoc est: verbum nõ duxisset in vxorem humanam naturam. Peccato ergo hominis factum est hoc regnum cœlorum simile homini regi isti. ¶ Præterea, si Iudæi

Propter peccatum Deus est homo factus.

non peccassent, gentes non intrarét, neque venirent ad nuptias istas cœlestes, & ad conuiuium: hoc est: ad doctrinam fidei. Illorum enim delictū gentibus facta est salus. Ideo etiam simile iam factū est hoc regnum cœlorum &c. Nam si illi non peccassent non mitteret exercitum, qui occideret homines illos. Deus enim mortem non fecit: nec lætatur in perditione viuentium. ¶ Præterea, si gentes omnes indutæ essent Christum (quod est habere vestem nuptialem) non diceret Rex: ligatis manibus & pedibus, eijcite illum in tenebras exteriores: non enim est Deus prius vltor, quàm homo sit peccator: ergo propter hominum scelera hoc factū est totum. Hoc totum contigit, vt verbum caro factum sit: vt perfidi Iudæi perderentur: vt multi fidelium pœnas æternas luant. Time igitur non habere vestem nuptialem, ne propter te sit hæc parabola.

Sapié. 1.

Ioan. 1.

¶ *Simile factum est.* Non ait simile est, sed simile factum est: vt ostendat in hac parabola & similitudine, depingi summam Dei misericordiam: & describi perfectissimam eius iustitiam. Quod vt rectè intelligere possis, illud animaduerte: quod quando Deus hæc visibilia & insensibilia, quorum perfectio crescere non poterat, in principio condidit: non verbis actiuis sed passiuis potius, illa creauit, dicens: fiat lux: & facta est lux. Fiat firmentum: & factum est firmamentum &c. Cum verò loquitur de hominis conditione, cuius perfectio augeri poterat, ait: faciamus hominem. Vt ergo ostenderet in hac parabola maximam Dei misericordiā erga homines, ait: simile factum est. &c. In rebus enim per tempus ortis,

Dei misericordia & Dei iustitia summa ostenditur in hac parabola.

Gene. 1.

Ibidem.

nullū maius miraculum quàm Deū fieri hominem, nulla maior benignitas & misericordia, quàm quod propter nos homines & propter nostrā salutem descenderit de cœlis, & homo factus fuerit. Hæc est, authore Augustino, summa gratia. Quamuis enim Deus suos electos in hac vita magna afficiat misericordia, magnisque beneficijs: sed vbi maximè splendet, est in his nuptijs & in isto splendidissimo conuiuio. Vnde Dauid in psalmo: Qui coronat te in misericordia & miserationibus. ¶ Item in hac parabola ostenditur maxima Dei iustitia. Nam licet in vita ista præsenti, eo quod magnam exercuerit Deus iustitiam, homines diluuio delendo, Sodomitas occidendo: Deus vltionum dicebatur: tamen maxima iustitia est, eos æternis atque infernalibus pœnis punire. Ligatis (inquit) manibus & pedibus, proijcite illum in tenebras exteriores. Ideò ait: simile factum est homini regi. In homine ostendit clementiam, in rege potētiam & iustitiam.

August.

Psal. 102. a.

Gene. 7.
Gen. 17.
Psal. 93

¶ Hinc colliges quod si Deus cum sit rex regum, & Dominus dominantium, dicitur homo: non est cur homo rex obliuiscatur sui, hoc est, quod sit homo. Quod si recordaretur quod sit mortalis, viueret vt moriturus: in victu, in vestitu, in carnis voluptatibus & delitijs. Si recordaretur quod sit homo, quamuis vnicuique ius suum redderet, quamuis iustitiā exerceret quatenus rex: misericordiæ non obliuisceretur quatenus homo. Si memor esset quod sit homo non superbiret, eo quod rex: nihil humanum á se alienum putaret. Quod si rex memor esse debet quod homo sit. quanto magis alij omnes inferiores

Memores sint reges quod homines sūt, & erunt misericordes in suos

res

res & subditi, omnesquè aliæ gentes scire debent, quoniam homines sunt.

Ecclesia dicit sponsa & coniux & regina in sacra scriptura. ¶ *Qui fecit nuptias filio suo.* Rex iste est pater æternus, filius est Christus, sponsa & coniux & regina, Ecclesia est. Tunc ergo pater cœlestis fecit nuptias istas filio suo, quando per incarnationis mysterium Ecclesiam filio suo copulauit, vt ait in hoc loco Glosa. glosa interlinearis. D Greg. Vnde Grego. ait: vterus autem Virginis huius sponsi thalamus fuit. Psal. 18. b Vnde & psal. ait: in sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam spōsus procedens de thalamo suo: tanquam sponsus quippe de thalamo suo processit, quia ad coniungendam sibi Ecclesiam, incarnatus Deus de incorrupto vtero Virginis exiuit. Præterea de huius sponsi nuptijs Ioann. ait in Apoc. cap. 16. Apo. 16. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei, quoniam venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. ¶ Atque tria hic consideranda veniunt: Primum quod harum nuptiarum sponsalia contracta fuerunt in prophetarum sponsione: Quando contracta sponsalia. secundū, quòd tunc perfectum fuit matrimonium, Quando perfectū matrimonium. quando virgo prebens consensum, dixit: fiat mihi secundum verbum tuum: Tertium, quòd tunc matrimonium istud cœleste consumatum fuit, Quando consumatum est. quādò verbum caro factum est. Fæcundatur autem sponsa in Christi passione, vt Augustinus ait, Vi. Aug. super titulum Psal. 44. quia de latere Christi fluxit sanguis & aqua, quibus significabantur sacramēta, per quæ fæcundatur Ecclesia. Quando fœcundata est sponsa. Solemnitas autem harum nuptiarum inchoata fuit in Domini Ascensione. Quando solemnitas incepit Vnde ascendens Christus in altū captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus.

¶ Illud præterea animaduersione dignum est, quod quemadmodum in carnalibus nuptijs sponsus dote & munera sponsæ suæ donare solet in solatium matrimonij secundum illud Gene. 34. Vbi Sichem ait Patriarchæ Iacob, & filijs eius, augete dotem, & munera postulate. Gene. 34 Non dubiū quin sublimis ac nobilissimus ille sponsus scilicet Christus, pro sua magnificentia in sponsalibus & nuptijs istis, largitus fuerit sponsæ suæ amplissima dona, quibus illam subarrauit, ac preciosissima in illius decorē contulerit ornamenta. Munera contulit sponsus Christus spōsę suę. De quibus Ezechiel cap. 16. ait sponsus cum ecclesia loquens: iuraui tibi & ingressus sum pactum tecum. Ezech, 16. Ecce pactum cōtracti matrimonij: & facta es: mihi scilicet. Et laui te, scilicet aqua baptismi: mundans eam lauacro aquæ vitæ. Ephe. 5. Mundaui sanguinem tuum ex te, dum te à vitiorum sordibus expiaui. Dilexit nos & lauit nos sanguine suo: Apoca. 1 & vnxi te oleo, scilicet specialis gratiæ. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ: Psal. 44. & 2. Corinth. 1. qui autem confirmat nos nobiscum est in Christo, & qui vnxit nos Deus. 2. Cor. 1. Vestiui te discoloribus. Illa scilicet varietate virtutum, de qua Apostolus scribit dicens: induite vos sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam &c. Col. 3. b. Et calciaui te hyacintho, idest, adornaui sanctos tuos sancta & cœlesti intentione. Quam hyacinthus designat: cinxi te bysso, idest, continentiæ cingulo: & indui te subtilibus, idest, ornamentis spiritualibus plurimis. Vide locum. Vbi alia plurima dona, quæ Christus contulit Ecclesiæ suæ, enarrantur. ¶ Ecclesia etiam coniux Ecclesia coniux Christi dicitur. Chri-

to munere indignos iudicamus.

¶ *Venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius.* Hæc dixerunt agricolæ, hoc est, Iudæi. Sed mala quæ timebant apprehenderũt eos, & in laqueo quem absconderunt comprehensus est pes eorum. Incidit enim peccator in foueam quam fecit. Decreuerunt isti filium interficere, vt hæreditate fruerentur, sed longè aliter euenit, quia hac de causa hæreditatem perdiderunt. Quod passim impijs cõtingit. Sunt enim qui tunc maximè lætantur, cum maiora detrimenta viris virtute præditis, & sapientia præstantibus inferũt, & cum illis desint vires, aut alios ad mala perpetranda conuocant exemplo istorum dicentium venite occidamus eum, aut cõ filijs suis ad interitum aliorum vtuntur, & impijs exhortationibus viris claris & honestate perspicuis perniciem machinantur. Aman (vt in libro Esther memoriæ proditum est) suspensus est in patibulo, quod Mardochæo virtutis ornamẽtis exculto, parauerat. Et quemadmodum Perillus Atheniensis faber, qui vt Phalaridi tyranno gratus esset, taurum illi æneum donauit, vbi inclusi homines nouo tormento cruciarẽtur, suo perijt inuento, vt ait Plinius lib. 34. Et refert Sabellicus lib. 10. exemplo rum nam iussi impij tyranni machina illa inclusus, quam fabre fecerat, vt immanissimi Phalaris aures delectaret humanis lamentis & cruciatibus, ipse primus pœnam illam expertus est: & tam elaboratum opus sui ipsius imbuit supplicio: sic immane consilium in authoris caput redundare solet aliquãdo. Et vt ait D. Psaltes: laqueum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. conuertetur dolor eius in caput eius, & in uerticem illius iniquitas eius descendet.

Inciderũt Iudæi occidendo Christũ in foueã quã fecerunt.

Esther. 7.

Simile.

Plinius.

Sabellic.

Psalm. 7.

¶ *Et eiecerunt eum extra vineam.* Nihil est quod ab animis nostris tam cito Deũ eijciat quàm amor proprius. Hic in causa est, vt Dei auxilio, ac viribus non egere præsumamus: nobisquè ipsis nos ipsos sufficere existimemus. Primo lib. Reg. capi. 29. refertur venisse Dauid ad preliandum aduersus Israelitas positusquè in nouissimo agmine cum Rege Achis tãdem reiectus est de exercitu Philistinorum existimantiũ eius auxilio minimè egere. Vnde Rex Achis ait illi: viuit Dominus quia rectus es tu, sed Satrapis non places. Hoc idem etiam contingit in bello spirituali. Multi enim nostrum Christum à se reijciunt, atquè ita in omnibus sese gerunt ac si eius adiutorio non indigerent, & quod peius ac detestabilius est, quod nõ solum eum è domo reijciunt, sed suis sceleribus, ac deprauatis moribus iterum cædunt, percutiunt, ac cruci affigunt, exemplo phariseorum qui consilio habito Christum verum hæredem morti condẽnauerunt dicẽtes: morte turpissima condemnemus eum: atquè eijcientes eum extra ciuitatem crucifixerunt. Hi sunt fructus quos Iudæi Domino reddiderunt: hi sunt quos Ecclesiæ præsules & sacerdotes multi sceleribus contaminati modo reddunt: hi quos vinea fidelium reddit. Quare minimè mirandum quod Dominus de illo populo ac de nostro tam acriter apud Esaiam conquæratur dicẽs: audite cœli, auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerũt me. Cognouit bos possessorem

Amor proprius multorũ causa malorũ: & maximè in causa est vt Dei auxilio non egere putemus.

1. Re. 29

Sap. 2.

Esai. c. 1.

sorē suū, & asinus præsepe dñi sui, Israel aūt me nō cognouit, & populus meus nō intellexit. Testatur Deus cęlū & terrā, vt videāt omnes creaturæ esse meritò iratū aduersus agricolas tā veteris quā nouæ legis, aduersus etiā vtrāq; vineā quod legē suā pro nihilo putarint, nec modò putēt, & in republica violāda dolos pestilētes cōceperint. Ait ergo vates: vos ò res insensibiles alloquor. Audite me orbes cœlestes, præbe mihi aures tu terra infimū elemētū. Vos voco ò res inanimatæ, nā homines sunt multo vobis insensibiliores. Clauserūt aures suas diuinis monitis velut aspides surdæ, vos mihi aures date, & dicētē attendite. Attēdite quid dñs dicat: filios enutriui & exaltaui. Quā verum hoc sit probatione aliqua nō eget: populum n. Iudæorū quē filiū primogenitū in
Exod. 4. Exodo vocat: hūc genuit doctrina & gratia: enutriuit nō solū terreno cibo sed etiam cœlesti: iuxta id quod dici-
Psal. 77. tur in psalmo: panē cœli dedit eis, panē angelorū māducauit homo. Extulit eū victorijs & triūphis, atq; memorabilibus trophæis, & monimentis. Adduxit illū ad terrā vberrimā, quā illi promiserat, vt eā victis mirabiliter gētiū regibus possideret. Superauit diuino præsidio munitus, & domuit gētes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles: cōtulit deniq; omnia optimæ vineæ ornamēta, quæ superius retulimus. Iā verò secūdū filiū etiā genuit idē Dñs, hoc est, populū christianū, dicēte Paulo: accepistis spiritū adoptionis filiorū, in quo
Rom. 8. clamam9 abba, pater. Ipse. n. spiritus testimoniū reddit spiritui nřo, quod sumus filij Dei: si aūt filij & hæredes. Hūc filiū enutrit De9 cibo vero pane cœlesti, q de se ait: ego sum panis vi-
Ioa. 6. uus q de cœlo descēdi, si quis māducauerit ex hoc pane, viuet in æternū. Hūc in cœlū vsq; erexit & extulit victorijs spiritualib9, & triūphis de mūdo, carne & diabolo reportatis. Hāc vineā sibi electā miris virtutibus ac præsidijs decorauit. Sed audi amborū filiorū ingratitudinē. Ipsi aūt, inquit, spreuerūt me. Aduerte, ipsi me. Vtraq; dictio suā habet emphasim. Ipsi ingrati filij, me piū patrē, nutritiū, auctorē suæ dignitatis, & Deū. O cæcitatē deplorādā, o nefariā ingratitudinē, & immanē hominū impietatē, q post tot beneficia à Deo accepta, ipsū Deū & populus tunc ille aspernatus est, & populus modo iste fidelis aspernatur. Quę sint aūt illa beneficia iā diximus. Quare meritò dñs & illorum & nostrā arguit ingratitudinē brutorū cōparatione. Quid stolidius boue? quid stupidius asino? & nihilominus eos cognoscūt ac seruiūt, q eis tribuūt beneficia. At neq; Israel tūc neq; nos modo Deū, à quo innumerabilia beneficia accepimus, nō modo nō curamus, sed extra vineā eijciētes nřis criminibus occidimus. Illi extra ciuitatē eiecerūt & interfecerūt: nos extra animos nřos eū educētes, morti tradim9. Excęcauit & illos & nos malitia, odiū, liuor, & inuidia. Qui ergo huiusmodi sum9 Iudęorū ingratitudinē nō imitemur, sed potius cōuertamur ad dñm & miserebitur nři, qm̃ benignus & misericors & præstabilis sup malitia. Eū esse hæredē animorū no- Ioelis. 2.
strorū cognoscamus, ac illi fructus debitos reddamus, ne miserrimū, æternumquē patiamur interitum.

¶ *Cū ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? aiūt illi: malos male perdet.* Ideo ipsos interrogat, vt ipsi suo gladio se iugulēt. Vult enim Deus vt nos à nobis metipsis iudicemur, vt testimonio nostro conuincamur. Vult De9 nos à nobis ipsis iudicari.

2.Re.12 Fecisse hoc Nathã prophetã indicat. 2. lib. Reg. Eodẽ modo Christus in Esai. c. 4. illo c.4. Esaiæ proposita eadẽ parabola de vinea ait: Nunc ergo habitatores Hierusalẽ & viri Iuda iudicate inter me & vineã meã: hoc est, inter me & vos qui estis vinea mea. Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci? Si Deus de Iudæis tã grauiter queritur, quanto grauius de nobis queri potest? Expectat à nobis vt virtutẽ colamus, eumq; ardẽter amem9: nos verò sceleribus implicamur, & eũ ipsum negligimus. Nos sumus vinea sua, quam ipse coluit, pro qua acerbissimos cruciat9 tulit, pro qua se hostium iniurijs obiecit, pro qua summa charitate inflamatus vitã profudit, quã precioso sanguine suo rigauit. Quid ergo debuit ampliùs facere vineæ suæ & nõ fecit? Nemo potest ardẽti9 amare eo, qui pro amicis suis sanguinẽ effudit suũ. Et tu Dñe mi Deus, multò ardẽtius amasti: qm̃ etiã inimicis te cruci obtulisti, vbi mortẽ acerbissimã vltro tolerasti. Quid debuisti facere vineæ tuæ quod nõ feceris? at nos, qui propter te mori deberemus, quibus nihil magis deberet esse in optatis quã te sequi, ad te semper aspirare: te relinquim9, & in imis volutamur. O cæcũ nostrũ iudiciũ, ò ingratitudinẽ incredibilẽ & effrenatã nostrã cupiditatẽ: qui Deũ nostrũ optimũ maximũ cõtẽnimus, & in rebus caducis beatitudinẽ collocamus. Nos nos sumus ad quos hæc possunt referri: nos sumus illi de quibus con-
Mich. 6. queritur Deus apud Mich. prophetã, dicẽs: popule me9 quid feci tibi? respõde mihi &c. Vereor ne nobis cõtingat, quod olim vineæ illi cõtigit. Vereor (inquã) ne Deus aufferat sepè huius vineæ, & permittat, vt ascẽdãt super eã vepres & spinæ, mãdetq; nubibus cœli, i. prædicatoribus, ne pluant super eã imbrẽ doctrinæ: quãuis. n. ab vniuersali ecclesia nõ auferet dñs imbrẽ doctrinæ vt inferius docebimus: à multis aũt fidelibus ob peccata sua solet Dominus illum auferre.

¶ *Nũquã legistis in sacra scriptura: lapidem quem reprobauerunt ædificantes: hic factus est in caput anguli.* Hic est lapis ille, de quo dñs apud Esai. ait: Ecce ego mittã in fundamẽtis Sion lapidẽ, lapidẽ probatũ, angularẽ, preciosum, in fundamẽto fundatũ. Vbi aduerte: Esai. dicit hũc lapidẽ esse à Deo probatũ: Dauid aũt esse reprobatũ ab ędificãtib9. Ad id amẽtiæ & prauitatis venerunt homines, vt reprobẽt id, quod Deus approbat. Esse aũt Iesum lapidẽ ostendimus aliàs. Solẽt qui magnificũ aliquod ædificiũ cõstruũt, in lapide quodã angulari, arma sua & stẽmata pingere: aut quocũq; alio modo collocare. Fecit Deus tẽplũ quoddã vsq; adeò magnificũ & excellens, vt nec noster quidem intellectus possit eius dignitatẽ cõplecti. Est autem hoc tẽplũ ecclesia catholica, ędificiũ nobilissimũ: ad quod cœlestis pater misit lapidem admirabilẽ, hoc est filiũ suũ, qui nõ solũ fuisset huius ædificij fundamẽtũ: sed etiã lapis angularis, in pulcherrimo loco constitutus. Et est hic lapis scutũ quoddã de quo dicitur in li. re. 2. Deus dñs fortis me9 sperabo in eũ, scutũ meũ, & cornu salutis meæ. Arma & stemmata huius lapidis, huius cœlestis scuti, sunt quinq; stellæ aureæ in cãpo sãguineo: hoc est: quinq; illa sacratissima Chri vulnera, arma gloriosa & diuina, trophæa & insignia nostrarũ victoriarũ. Tu verò cõsidera verborũ prophetæ amplitudinẽ. Poterat dicere: mittã vobis Messiã:

Esai. c. 28
Lapis Christus.
Simile.
2. Re. 22.

siā: sed voluit tā insigne beneficium, verbis insignibus & metaphoricis explicare. Est enim translatio sumpta ab ædificantibus quæ verborū amplitudine inuit rei magnificentiam, & magestatem.

Quare appellat christus lapis angularis. ¶ Appellatur Christus lapis angularis, quia vtrumq; populū in vna ecclesia copulauit. Ipse enim, est pax nostra, vt Paul. ait, qui fecit vtraq; vnū, Ephe. 2. & medium parietē maceriæ soluens, inimicitias in carne sua, legē mandatorū decretis euacuans, vt duos condat in semetipso in vno nouo homine, faciens pacē, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucē. Hæc ille. Duo itaq; populi inter se discrepantes iudaicus & gentilicus in vnā fidem, in vnam ecclesiam, in vnam christianam religionem cōuenerūt. Hanc duorum populorū in vna ecclesia congregationē sub figura Iuda & Israel prædixit his verbis Oseas: con Oseæ. 1. gregabuntur filij Israel, & filij Iuda pariter, & ponent sibimet caput vnum. Ac si diceret: congregabuntur fideles, tam ex Iudæis quam ex gentibus & recipient Christum, qui erit eorum Deus, princeps, & Dominus. Zacha. 4. Hoc etiam vaticinatus est Zacharias in hunc modū sub figura aurei cādelabri. Vidi & ecce candelabrum aureū totū, & lāpas eius super caput ipsius: & septē lucernæ eius super illud, & septē infusoria lucernis, quæ erāt super caput ipsi9, & duæ oliuæ super illud, vna à dextris lampadis, & vna à sinistris eius. Candelabrum aureū humanitatē Christi saluatoris nostri significabat ab omni macula peccati penitus alienā. Lampas super caput eius diuinitatem carni coniunctam, ostendebat: septē lucernæ cū infusorijs imaginē septē donorū Spiritus sancti gerebant, quæ Esaias cōnumerat, & super Dominū Iesum requieuisse ostendit. Esai. 11. Oliua à dextris Israeliticum populum, oliua à sinistris gentilicum adumbrabat. Hi duo populi erant Christum recepturi, & in ecclesia catholica coadunādi. Eam ob causam in fine capitis adiecit: hi sunt duo filij olei splendoris qui assistunt dominatori vniuersæ terræ. Hoc ipsum postea clarius significauit, dicēs: erit dominus rex super vniuersam terram: in die illa, erit Dominus vnus, Zach. 14. & erit nomen eius vnum. Ac si diceret: propagabitur ecclesia ex gentibus & Iudæis congregata, cuius rex erit Iesus Christus. Ille coletur in tempore illo, & in omni ecclesia nomē eius inuocabitur. Vnus erit Christus, vnū baptisma, vna fides, vna ecclesia, & ex duobus lignis antea diuisis efficietur vnum, hoc est, ex duobus populis efficietur vna congregatio.

Quare iudicia Dei incomprehensibilia dicantur à Paul. Roma. 11. ¶ *Auferetur à vobis regnū Dei*. Aduerte primū hāc fuisse precipuā causam inter alias ob quā D. ille Apostolus maxima admiratione cōmotus exclamauerit, ò altitudo diuitiarū sapiētiæ & sciētiæ Dei quā incōprehēsibilia sūt iudicia eius & inuestigabiles viæ ei9. Admiratur sanè Paulus quod Deus abstulerit regnū Dei & vineā sibi tā diu dilectā, & cōtulerit eā gētib9 barbaris, idolatriæ cultricibus. Qui Dñe hæc cōueniūt cū promissionib9 illis? Psal. 131. Hic habitabo qm̄ elegi eā. Et rursum: in æternū seruabo illi misericordiā Psal. 88. meā: illud etiā: filij eorū vsq; in seculū Psal. 131. sedebunt super sedē tuā: quo nā ergo modo nunc ais: auferetur à vobis regnū Dei & dabitur genti facieti fructus ei9? Hîc obserua: huiusmodi promissiones Dei conditionem subintellectam secum semper afferre quod

& sine principe, & sine propheta, sine hostia, sine sacrificio, sine sacerdote. In nostra enim dominica die, semper Deus pluit manna de cœlo. Sed & hodie ego dico, quia pluit Deus manna de cœlo cœlestia nanq; sunt eloquia ista quæ nobis lecta sunt, & á Deo descenderunt verba, quæ nobis recitata sunt, & ideo nos fælices, qui tale manna suscepimus. Semper manna nobis datur de cœlo. Illi infelices, dolent & suspirant, & se miseros dicunt: quia manna sicut acceperunt patres illorum, ipsi non merentur accipere. Illi nunquam manna manducant. Non enim possunt illud manducare quod minutum sicut semé coriandri sit, & candidum sicut pruina. Nihil enim in verbo Dei minutum, nihil subtile, nihil sentiunt spirituale, sed totum pingue, totum crassum: incrassatú est enim cor populi illius. ¶ Sed interpretatio nominis hoc idé sonat. Manna enim interpretatur: quid est hoc? Vide si non ipsa nominis virtus ad discédum te prouocat: & cú audis legé Dei recitari, inquiras semper, & interroges, & dicas doctoribus: quid est hoc? tu ergo si vis mâducare manna, idest, si cupis suscipere verbú Dei: scito illud minutú esse, & valde subtile sicut semé coriandri, Habet.n. aliquid in se oleris quo recreare possit infirmos, illi eni oleribus recreantur. Habet aliquid rigoris, & ideo vt pruina est. Cádoris auté & dulcedinis habet plurimú. Quid.n. candidius, quid splendidius eruditione diuina. Quid dulcius, quid ve suauius eloquijs dñi, quæ sút super mel & fauú? Hæc Origenes. Regnú igitur Dei, idest, doctrina cœlestis ablatú est à populo Iudaico, & datú Ecclesiæ catholicæ, á qua nunquá

Rom. 14

Psal. 18.

aufferetur, ná tráslato sacerdotio (inquit Pau.) necesse est vt legis tráslatio fiat. Cú ergo Christi sacerdotium in æternú maneat, necesse etiá est, vt doctrina cœlestis perpetuo in Ecclesia consistat. Quare nec propter peccata sacerdotú omniú, aufferetur vera & fidelis & catholica doctrina ab vniuersali Ecclesia: neq; omnes in ea explicanda errare poterunt. Quæ maxima consolatio nobis esse debet. Ná etsi aliquibus peccatoribus aufferat Deus propter peccata cómissa multoties Euangelij doctriná, atq; pané istum cœlestem: núquam tamen fiet, vt ab vniuersali ecclesia aufferatur regnum Dei.

Hebr. 7.

¶ *Auferetur à vobis regnum Dei &c.* Nó ferétes fructus doctrinæ cœlestis aufert dñs. Omnem (inquit) palmitem in me non ferétem fructum, tollet eú & in igné mittet. Sal etiam infatuatú ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & cóculcetur ab hominib9.

Ioã. 15.

Sup. 5.

¶ *Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem veró ceciderit, conteret eum.* Aliud est (inquit Hiero.) offendere Christum per multa mala opera, aliud negare: qui peccator est, & tamé in illú credit, cadit quidé super lapidé & cófringitur, sed non omnino cóteritur: reseruatur enim per pœnitétiá ad saluté. Super qué veró ille ceciderit: hoc est, cui lapis ipse irruerit, & qui Christú penitus negauerit, sic cóteret eú, vt neq; testa quidé remaneat, in qua hauriatur aquæ pusillú. Aliorú aút sentétia est: quod túc in lapidem impingimus, quando peccamus in moribus, vel quando quod peius est, peccamus in fide. Ná si grauec crimé ac detestabile fuit, impingere in lapidé Chrm, quádo paru9 fuit: quáto grauius erit modo peccatú, qñdo mons fa-

Quid sit aliqué cadere super lapidem Christú, & quid lapidem super aliqué cadere.

factus est magnus: sed tamen quando in illum impingimus spes est præparationis. At verò quando ipse super capita nostra cadit pœnam æternam infligendo; nulla omnino restat spes, nullum remedium, nullum medicamentum, nullaquè expectatio salutis. Time igitur ò homo, ne super te lapis iste cadat, ne te omnino conte-
1. Co. 10. rat: si stas vide ne cadas. Quod si ceci-
deris, da operam vt per veram pœnitentiam animiquè dolorem surgas. Memento huius verbi Domini: cōteret eum. Item illius Gene. 19. dele-
Gene. 19
bimus locum istum. Non enim simpliciter dicunt angeli sancto Loth puniemus, vel vastabimus locum istum: sed delebimus, vt nulla spes reædificandi sit. Id quod factum est. Nam eo loco nunc est mare mortuū. Sic impijs obstinatis non simplex aliqua, sed omnimoda perditio reseruatur, sine omni spe reparationis. super quem enim ceciderit lapis diuini iudicij, conteret eum. Delet enim Dominus penitus huius mundi sceleratos & impios, qui dolere de peccatis noluerunt.

¶ Finis Cap. XXI.

¶ Parabola nuptiarum, census dandus Cæsari, & resurrectio probatur mortuorum.

Capi. XXII.

ET respondens Iesus: Dicit iterum in parabolis eis, dicens. Simile factum Luc. 14. d.
est regnum cœlorum homini re- Apoc. 19 b.
gi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebant venire. Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prādium meum paraui: tauri mei & altilia occisā sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerūt, & abierūt, alius in villam suam, alius verò ad negotiationē suā: reliqui verò, tenuerunt seruos eius: & contumelijs affectos occiderunt. Rex autem cum audisset iratus est: & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptiæ quidem paratæ sunt: sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoscunquè inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in viam congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos, & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Intrauit autem rex vt videret discum-

cumbentes: & vidit ibi hominẽ,
non vestitum veste nuptiali: &
ait illi: amice quomodo huc in-
trasti, non habens vestem nuptia
lem? At ille obmutuit. Tunc di
xit rex ministris. Ligatis mani-
Supr. 13 f.g b. Infra. 25. a. bus & pedibus eius mittite eum
in tenebras exteriores: ibi erit fle-
tus & stridor dentium. Multi
enim sunt vocati pauci verò ele-
cti. Tunc abeuntes pharisæi, con
silium inierũt, vt caperent eum
in sermone: & mittunt ei disci-
pulos suos cum Herodianis: di-
centes. Magister scimus, quia
Marc. 12. b. Luc. 20. d veraxes, & viam Dei in veri-
tate doces: & non est tibi cura de
aliquo: nõ enim respicis personã
hominũ: dic ergo nobis quid tibi
videtur, licet censum dare Cæsa
ri an non? Cognita autem Iesus
nequitia eorum, ait, quid me ten
tatis hypocritæ? ostendite mihi nu
misma census. At illi obtulerũt
ei denarium. Et ait illis Iesus.
Cuius est imago hæc, & supers-
criptio? dicunt ei: Cæsaris. Tũc
ait illis, reddite ergo quæ sunt
Rom. 13. Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt
Dei, Deo: & audientes mirati
sunt, & relicto eo abierunt.
In illo die accesserunt ad eum
Sadducæi, qui dicunt non esse
resurrectionem: & interrogaue
runt eum, dicentes: magister
Moyses dixit, si quis mortuus Mar. 12. b.
fuerit non habens filium, vt du- Luc. 20. b Act. 23. b
cat frater eius vxorem illius, & Deut. 25. b.
suscitet semen fratri suo. Erant
autem apud nos septem fratres:
& primus vxore ducta defun-
ctus est, & non habens semen,
reliquit vxorem suam fratri
suo. Similiter secundus & ter-
tius vsquè ad septimum. No-
uissimè autem omnium & mu-
lier defuncta est. In resurre-
ctione ergo, cuius erit de septem
vxor? omnes enim habuerunt
eam. Respondens autem Iesus
ait illis. Erratis nescientes scri-
pturas, nequè virtutem Dei. In
resurrectione enim, nequè nubẽt
nequè nubentur: sed erunt sicut
angeli Dei in cœlo. De resurre-
ctione autem mortuorum nõ le-
gistis quod dictũ est à Deo dicẽ-
te vobis. Ego sum Deus Abrahã Exod. 3 b
Deus Isaac, & Deus Iacob? nõ
est Deus mortuorum sed viuen
tium. Et audientes turbæ, mi-
rabantur in doctrina eius. Pha
risæi autem audientes quod si-
lentium imposuisset Sadducæis.

conuenerunt in vnum, & interrogauit vnus ex eis legis doctor, tentans eum, magister, quod est mandatum magnum in lege? Mar. 12. c. Luc. 10. e *ait illi Iesus. Diliges dominum* Deut. 6. a *Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum,* Leui. 19. d. *& primum mandatum. Secundum autem, simile est huic: dili-* Mar. 12. *ges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pēdet & prophetæ.* Mar. 12. d Luc. 20. d. *Congregatis autem pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens, quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? dicūt ei, Dauid. Ait illis, quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominū* Psa. 109. *dicens. Dixit dominus domino meo sede ad dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum dominum: quomodo filius eius est? & nemo poterat ei respondere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.*

Ad literam.

SIMILE est regnum cœlorum homini Regi. Scopus parabolæ. Simile est rex cœlestis, qui caput est regni cœlorum, homini regi, &c. Hac similitudine docet, Iudæos ob sua scelera excludēdos à nuptijs, gentes verò assumēdas, sed inter has esse nonnullas, quæ sunt eijciēdæ eo quod inuentæ fuerint nō habere gratiam sancti spiritus: quæ est charitas erga Deum & proximū. Nuda enim fides nihil illis proderit.

¶ *In tenebras exteriores.* Idest, obscurissimas, & longe positas à luce. Vide sup. cap. 8. ibi filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores.

¶ *Ostendite mihi numisma census.* Idest quod tributi vice datis.

¶ *Cuius est imago hæc?* Non interrogat quia ignoret: sed quia per responsionem illorum, obnoxios esse pœnæ, vult ostendere: vnde statim subiungit. Reddite ergo &c. Vide Chrysost. hom. 71. in Math. Chryso. ho. 71. in Math.

¶ *De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est à Deo: ego sum Deus Abraham &c. Non est Deus mortuorum, sed viuentium.* Ad probandam resurrectionem, alia clariora testimonia poterat adducere; quale est illud Esai. 25. suscitabuntur mortui, & resurgent qui in sepulchris sunt. Esai. 26. Quare Christus non adduxit alia clariora testimonia ad probandā resurrectionem mortuorum. Sed quia loquebatur contra Sadducæos, recipientes tātum libros Moysi, ideò adducit hoc testimonium: & non illud Esaiæ. Neque illud Danielis capi. 12. Multi dormientium, de terræ puluere resurgent: alij in vitā, alij in confusionem æternam. At dices: quomodo Abraham illo tempo- Dan. 12.

re

D. Chry. re viuus erat? Respondet Chrysosto. Quomodo Adam posteaquã de ligno comedit, sententia tamẽ prolata, mortuus erat: sic Abrahã pollicitatione resurrectionis certissima viuus erat. Alioqui, quid sibi Ecclesia vult cum ait: regem cui omnia viuunt, & cui non pereunt corpora nostra?

¶ *Magister.* Vel præceptor. *Quod est mandatum magnum in lege?* Græcè *Magnum*, more Hebraico, qui positiuo vtuntur vice superlatiui quo carent.

Magnum pro maximo.

¶ *Diliges &c.* Futurum pro imperatiuo, more Heb. sicut ibi: omnis vallis implebitur, omnis mons & collis humiliabitur &c. Pro omnis vallis impleatur &c. Sic diliges, pro dilige.

Futurum pro imperatiuo. Luc. 3.

¶ *Et proximum sicut teipsum.* Sicut: in sacra scriptura aliquando refertur ad proprietatem & veritatem, vt in psalmo: cum conuerterit Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati. Et in communi loquutione dicimus: fecit sicut vir bonus. Hizo al fin, como hombre de bien, que es. Ad hunc modum Ioãnes de Christo ait: vidimus gloriam eius; gloriã quasi vnigeniti à patre. Aliquando refertur ad similitudinem, vt in hoc loco: diliges proximum tuum sicut teipsum. Similitudinis est: nã prius diligo me ipsum, & postea proximũ: quia charitas bene ordinata à seipso incipit. Item Christus ait: estote perfecti, sicut pater vester perfectus est. Et iterum: non sunt de mundo, sicut ego nõ sum de mundo. Rursum ait: ego gloriam quam dedisti mihi dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus.

Sicut, variè accipit in sacra scriptura. Psa. 125. a. Ioan. 1. Sup. 5. g. Ioan. 17. Ioã. 18. b.

¶ Sed notandum quod Theo. ad Eph. 5. ait: quod aduerbium similitudinis, non est vbique eiusdem precij, idest, non significat omnimodam similitudinem. Vt cum Paul. inquit: vxores maritis subijcimini, tanquã Domino. Nam si tanquam Domino seruiendum est, quomodo deficiendum à viro & muliere propter Dominum? Sic in hoc loco: diliges proximum tuum sicut te ipsum, dicit similitudinem, sed non omnimodam. Nam aliquando teneor præferre ex charitate me ipsum proximo.

Ephe. 5.

¶ *Vniuersa lex pendet & prophetæ.* Vi. Io. 15. In illa verba: vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus, est.

¶ *In Spiritu vocat eum Dominum.* Id est præditus spiritu sancto.

¶ *Sede à dextris meis.* Latinius diceres: à dextera mea, quàm à dextris meis, iuxta Græcum idioma: præterquam quod Hebraicè quoq; in psalmo singularis est numerus.

Ad mores.

SIMILE *factum est regnum cœlorũ homini regi &c.* Non dicit: simile est regnum cœlorum, vt in alijs parabolis dicere solet: sed simile (inquit) factum est. Vt insinuaret quod in mundi exordio antequam Adam peccaret, non erat simile regnum cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Nam si homo nõ peccasset (vt Augustinus & alij doctores sancti aiunt) rex cœlestis non fecisset nuptias filio suo: hoc est: verbum nõ duxisset in vxorem humanam naturam. Peccato ergo hominis factum est hoc regnum cœlorum simile homini regi isti. ¶ Præterea, si Iudæi

Propter peccatum Deus est homo factus.

non peccassent, gentes non intrarét, neque venirent ad nuptias istas cœlestes, & ad conuiuium: hoc est: ad doctrinam fidei. Illorum enim delictū gentibus facta est salus. Ideo etiam simile iam factū est hoc regnum cœlorum &c. Nam si illi non peccassent non mitteret exercitum, qui occideret homines illos. Deus enim mortem non fecit: nec lætatur in perditione viuentium. ¶ Præterea, si gentes omnes indutæ essent Christum (quod est habere vestem nuptialem) non diceret Rex: ligatis manibus & pedibus, eijcite illum in tenebras exteriores: non enim est Deus prius vltor, quàm homo sit peccator: ergo propter hominum scelera hoc factū est totum. Hoc totum contigit, vt verbum caro factum sit: vt perfidi Iudæi perderentur: vt multi fidelium pœnas æternas luant. Time igitur non habere vestem nuptialem, ne propter te sit hæc parabola.

Sapié. 1.

Ioan. 1.

¶ *Simile factum est*. Non ait simile est, sed simile factum est: vt ostendat in hac parabola & similitudine, depingi summam Dei misericordiam: & describi perfectissimam eius iustitiam. Quod vt rectè intelligere possis, illud animaduerte: quod quando Deus hæc visibilia & insensibilia, quorum perfectio crescere non poterat, in principio condidit: non verbis actiuis sed passiuis potiꝰ, illa creauit, dicens: fiat lux: & facta est lux. Fiat firmamentum: & factum est firmamentum &c. Cum verò loquitur de hominis conditione, cuius perfectio augeri poterat, ait: faciamus hominem. Vt ergo ostenderet in hac parabola maximam Dei misericordiá erga homines, ait: simile factum est. &c. In rebus enim per tempus ortis,

Dei misericordia & Dei iustitia summa ostenditur in hac parabola.

Gene. 1.

Ibidem.

nullū maius miraculum quàm Deū fieri hominem, nulla maior benignitas & misericordia, quàm quod propter nos homines & propter nostrá salutem descenderit de cœlis, & homo factus fuerit. Hæc est, authore Augustino, summa gratia. Quamuis enim Deus suos electos in hac vita magna afficiat misericordia, magnisque beneficijs: sed vbi maximè splendet, est in his nuptijs & in isto splendidissimo conuiuio. Vnde Dauid in psalmo: Qui coronat te in misericordia & miserationibus. ¶ Item in hac parabola ostenditur maxima Dei iustitia. Nam licet in vita ista prę senti, eo quod magnam exercuerit Deus iustitiam, homines diluuio delendo, Sodomitas occidendo: Deus vltionum dicebatur: tamen maxima iustitia est, eos æternis atquè infernalibus pœnis punire. Ligatis (inquit) manibus & pedibus, proijcite illum in tenebras exteriores. Ideò ait: simile factum est homini regi. In homine ostendit clementiam, in rege potétiam & iustitiam.

August.

Psal. 102. a.

Gene. 7.
Gen. 17.
Psal. 93

¶ Hinc colliges quod si Deus cum sit rex regum, & Dominus dominantium, dicitur homo: non est cur homo rex obliuiscatur sui, hoc est, quod sit homo. Quod si recordaretur quod sit mortalis, viueret vt moriturus: in victu, in vestitu, in carnis voluptatibus & delitijs. Si recordaretur quod sit homo, quamuis vnicuiquè ius suum redderet, quamuis iustitiá exerceret quatenus rex: misericordię non obliuisceretur quatenus homo. Si memor esset quod sit homo non superbiret, eo quod rex: nihil humanum á se alienum putaret. Quod si rex memor esse debet quod homo sit: quanto magis alij omnes inferiores

Memores sint reges quod homines sūt, & erunt misericordes in illos.

res & subditi, omnesquè aliæ gentes scire debent, quoniam homines sunt.

Ecclesia dicit sponsa & coniux & regina in sacra scriptura. ¶ *Qui fecit nuptias filio suo.* Rex iste est pater æternus, filius est Christus, sponsa & coniux & regina, Ecclesia est. Tunc ergo pater cœlestis fecit nuptias istas filio suo, quando per incarnationis mysterium Ecclesiam filio suo copulauit, vt ait in hoc loco glosa interlinearis. Vnde Grego. ait: vterus autem Virginis huius sponsi thalamus fuit. Vnde & psal. ait: in sole posuit tabernaculum suum, & ipse tãquam spõsus procedens de thalamo suo: tanquam sponsus quippe de thalamo suo processit, quia ad coniungendam sibi Ecclesiam, incarnatus Deus de incorrupto vtero Virginis exiuit. Præterea de huius sponsi nuptijs Ioann. ait in Apoc. cap. 16. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei, quoniam venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. ¶ Atquè tria hic consideranda veniunt: Primum quod harum nuptiarum sponsalia contracta fuerunt in prophetarum sponsione: secundũ, quòd tunc perfectum fuit matrimonium, quando virgo prebens consensum, dixit: fiat mihi secundum verbum tuum: Tertium, quòd tunc matrimonium istud cœleste consumatum fuit, quãdò verbum caro factum est. Fæcundatur autem sponsa in Christi passione, vt Augustinus ait, quia de latere Christi fluxit sanguis & aqua, quibus significabantur sacramẽta, per quæ fæcundatur Ecclesia. Solemnitas autem harum nuptiarum inchoata fuit in Domini Ascensione. Vnde ascendens Christus in altũ captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus.

Glosa. D. Greg. Psal. 18. b. Apo. 16. Quando contracta sponsalia. Quando perfectũ matrimonium. Quando consumatum est. Vi. Aug. super titulum Psal. 44. Quando fęcundata est sponsa. Quando solemnitas incępit.

¶ Illud præterea animaduersione dignum est, quod quemadmodum in carnalibus nuptijs sponsus dotẽ & munera sponsæ suæ donare solet in solatium matrimonij secundum illud Gene. 34. Vbi Sichem ait Patriarchæ Iacob, & filijs eius: augete dotem, & munera postulate. Non dubiũ quin sublimis ac nobilissimus ille sponsus scilicet Christus, pro sua magnificentia in sponsalibus & nuptijs istis, largitus fuerit sponsæ suæ amplissima dona, quibus illam subarrauit, ac preciosissima in illius decorẽ contulerit ornamenta. De quibus Ezechiel cap. 16. ait sponsus cum ecclesia loquens: iuraui tibi & ingressus sum pactum tecum. Ecce pactum cõtracti matrimonij: & facta es: mihi scilicet. Et laui te, scilicet aqua baptismi: mundans eam lauacro aquæ vitæ. Mundaui sanguinem tuum ex te, dum te à vitiorum sordibus expiaui. Dilexit nos & lauit nos sanguine suo: & vnxi te oleo, scilicet speciali gratiæ. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ: & 2. Corinth. 1. qui autem confirmat nos nobiscum est in Christo, & qui vnxit nos Deus. Vestiui te discoloribus. Illa scilicet varietate virtutum, de qua Apostolus scribit dicens: induite vos sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam &c. Et calciaui te hyacintho, idest, adornaui sanctos tuos sancta & cœlesti intentione. Quam hyacinthus designat: cinxi te bysso, idest, continentiæ cingulo: & indui te subtilibus, idest, ornamentis spiritualibus plurimis. Vide locum. Vbi alia plurima dona, quæ Christus contulit Ecclesiæ suæ, enarrantur. ¶ Ecclesia etiam coniux Chri-

Gene. 34. Munera contulit sponsus Christus spõsę suę. Ezech. 16. Ephe. 5. Apoca. 1. Psal. 44. 2. Cor. 1. Col. 3. b. Ecclesia coniux Christi dicitur.

Christi appellatur, propter prolis
Psal. 127 a. multitudinem. Quare de illa psalmista ait: vxor tua sicut vitis abundans
in lateribus domus tuæ. In quæ verba,
D. Augu. sic D. Augustinus ait: vxor tua
Christo dicitur: ergo vxor eius Ecclesia, cuius nos ipsi filij. Hęc autem pulcherrima vxor, in Eua primi parentis
Ephe. 5. g Figura. coniuge figurata est. Sacramentũ (inquit Paulus) hoc magnum est: ego
autem dico in Christo & in Ecclesia.
Aug. sup illud psal. 127. Ecce hæredi tas dñi filii. Vnde D. Augusti. ait, parit Ecclesia
filios coniux Christi. In cuius figura
Eua mater viuorum appellata est. Figurata etiam est in Sara coniuge A-
Gene. 3. Figura. brahæ, quæ per promissionem concepit & peperit Isaac, qui interpre-
glo. Gen. 20. tatur risus. Vnde glo. Gene. 20. Abraham Christum significat, Sara
Ecclesiam: Abraham honoratur pro
pter Saræ pulchritudinem, Christus
Psal. 67. propter ecclesiã. Hinc est quod psal.
ait: mirabilis Deus in sanctis suis. Fi-
Figura. gurata similiter est in Rebeca coniuge Isaac, quæ pulchra facie interpre-
D. Grego sup c. 14 gene. tatur. Vnde Grego. explicans illud
Gene. 24. introducit Isaac eam (scilicet Rebecam) in tabernaculum. Dicit: hanc Isaac in tabernaculum matris introduxit, & vxorem accepit,
quia in loco synagogæ de qua natus
est Christus Ecclesiam diligit, vt quæ
cognatione, id est, prædestinatione
dilecta erat, amore coniuncta vxor
Figura. fiat. Figurata quoquè fuit in vxoribus Iacob, hoc est in pulchra Rachele, & laboriosa Lia, quæ viro patriarchas
glo sup. c. 29. gene. parturiuit. Vnde glo. super Gene. c. 29. Rachel pulchra facie, & venusto aspectu, iunior & pulchrior,
prius sterilis, postea fæcunda, Ecclesiam significat, quæ tempore posterior synagoga, sancta corpore & spiritu est, oculi eius decori, quia Euangelium videre meruit: beati (inquit) Sup. 13. Luc. 10.
oculi qui vident quæ vos videtis. Deniquè figurata & significata est in Figura. Esther. 2.
Esther, quæ, repudiata Regina Vasthi, coniux facta est Assueri Regis,
quæ vt enarratur in lib. Hester ca. 2.
erat pulchra nimis, & decora faci . Vbi glo. inquit. Esther interpretatur
absconsa. At verò Edissa interpretatur misericordia, hoc est: gentium ecclesia, quæ in abscondito cordis nutriens castitatem fidei, misericordiã
& gratiam coram oculis Domini inuenit, repudiata synagoga, quæ in
Osea vocatur absquè misericordia. Oseæ. 1.
¶ Tandem Ecclesia catholica regina Ecclesia regina appellatur.
vocatur. Psal. 44. Astitit regina a dextris tuis. Glo. id est, Ecclesia, quæ sub Psal. 44.
rege regit astitit a dextris, id est, in glosa.
æternis spe. In vestitu deaurato, id est
in doctrina sapientiæ. Circundata varietate, id est, in omnibus linguis variata. In linguis est varietas & vnitas
in auro. Quia (vt ibidẽ August. ait) D. Augu.
eandem sapientiam, eandem doctrinam & disciplinam, omnes linguæ
prædicant. ¶ Dicitur autẽ Ecclesia Re- Quare dicitur regina.
gina, triplici ratione: prima, quia cõiux est Domini scilicet Iesu Christi,
in cuius vestimento & fæmore scriptum est: rex regum & Dominus do-
minantium. Secundo quia se ipsam, Apo. 19.
prudenter & officiosè gubernat, & regit: modo luxuriæ appetitum refrenando: modo æstum auaritiæ temperando: modo gloriam vanam declinando: modo suggestionem liuoris
obruendo: modo ignem furoris extinguendo. Reges ergo tales (vt Gre- Gregor.
go. ait) verè sunt, qui tentationum
suarum motibus non consentiendo
succumbere, sed regendo præesse nouerunt. Vnde reges à rectè regendo,
(inquit Isido.) vocati sunt. Idq́uè re- Isidorus.

cte

&c è faciendo regis nomen tenetur, peccãdo amittitur. Rectè ergo Ecclesia regina vocatur, quæ tam semetipsa quam sibi subiectos bene regendo, modificare nouerit. Tertio Ecclesia sancta, regina vocatur, ratione principatus & prælationis quam habent præpositi & prælati omnes in ea.
glos. Psal. 44. Vnde gl. Psal. 44. vt regina: quia sub rege regit scilicet prælatos suos, qui nõ immeritò reges appellantur. Vn-
D. Augu. de D. Augustinus tractãs illud: delectauerunt te filiæ regum, ita dicit: & omnes Ecclesiæ prædicantibus & Euangelizantibus Apostolis natæ sunt, filiæ regũ sunt & Ecclesiæ, filiæ Apostolorum filiæ regum sunt. Ille enim rex regum. Illi autem reges de quibus dictũ est: sedebitis super duo-
Sup. 19. decim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel.

3. Re. 10. Figura. ¶ Regina autem ista, figurata fuit in Regina Saba. de qua dicitur quod audita fama Salomonis, cum commitatu multo venit videre eum: Hæc regina, vt ait glo. Venturam Ecclesiam de gentibus desiderantem Christum figurabat, quæ circumamicta varietate populi sui, & paternæ domus obli ta, currebat barbara gente, non animo, in aperto peregrina, in occulto sanctorum fieri conscia optans. Et
August. B. Augustinus in sermone de dedicatione ecclesiæ, sic de ea loquitur: Hæc est regina illa, quæ venit a partibus Aethyopiæ audire sapiẽtiam Salomo-
Nota quæ sequũtur. nis: sed hæc non tam ex vna regione quàm ex vniuersis mundi partibus regem auditura conuenit, sicut Euãgelista commemorat. Regina Austri venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Venit Ecclesia ad redemptorem & eruditorem suum, vt de stultitia erroris doctrinam perciperet veritatis. De qua plenius sicut audiuimus, regum [illegible] historia ita dicens: ingressa Regina Saba in Hierusalem, cum comitatu & diuitijs, cum camelis portantibus aromata & aurum infinitum nimis & gemmas preciosas, venit ad Salomonem, & locuta est vniuersa quæ habebat in corde suo. Ergo figura huius reginæ venit ecclesia ex gentibus, imponẽs finem cupiditatibus vitijsquè terrenis, audire sapientiam Salomonis, idest, viri pacifici Domini nostri Iesu Christi, qui fecit vtraquè vnum, Ephe. 2. soluens inimicitias inter Deum & hominem in carne sua. Venit post veteres & prophanas superstitiones, audire & discere de fidei illuminatione, & iudicio futuro, de animæ immortalitate, de spe resurrectionis & gloriæ. Venit autem in Hierusalem cum multo comitatu, idest, non iam cum vna gẽte Iudæorum, sicut prius Synagoga solos habuit Hebræos, sed totius mundi gentibus diuersisquè nationibus. Venit ergo exhibẽs munera digna Christo, aurum & gemmas preciosas, & hoc camelis portantibus, idest, ex gentili populo venientibus, qui prius fuerant vitiorum fœditate distorti, & malorum onere curui, ac peccatorũ prauitate disformes. Cum his tanquam muneribus regina hæc ingreditur ad pacificum regem Christum, exhibens secum aromata fidei, aurum preciosum, incensum preciosum, splendoresquè gemmarum, idest, omnium insignita ornatu virtutum. Hæc Augustinus.

¶ *Fecit nuptias filio suo.* Scilicet cum Ecclesia, vt supra explicatum est. Post cuius mortem, episcopi dicũtur sponsi suarum ecclesiarum. Vt habetur in c. sicut alterius vxor. 7. q. 1. Vbi Ca- Episcopi sponsi suæ Ecclesiarũ suarũ.

lixtus ait: sponsa, vxorque Episcopi, dicitur eius ecclesia. Vnde in signum huius rei annulum portat Episcopus. Et Summus Pontifex appellatur sponsus totius ecclesiæ. Sicut manifeste colligitur in c. Ecclesiæ meæ. distinct. 97. tam iste quàm Episcopi, semen fratri suo defuncto, administratione exteriori Sacramentorum, Euangelij prædicatione, monitis salutaribus &c. suscitantes. Hac enim ratione voluit Christus Dominus verus ac proprius ecclesiæ sponsus, prælatos Ecclesiæ suæ hoc nomine gaudere. Nã quemadmodũ propter influxum gratiæ, solus Christus caput totius ecclesiæ appellatur, propter influxum autem exteriorem, hoc est, propter administrationem Sacramentorum, atquè directionem in agendis, ratio capitis conuenit ecclesiæ prælatis: sic etiam propter hanc eãdem causam, meritò nomine spõsi gaudent. Gignunt enim verbo & Sacramentis, quã plurimos filios Christo. Vnde Paulus inquit: in Christo enim Iesu per Euangelium, ego vos genui. Paulus ergo sponsus erat, spõsamq; spiritualem habebat, quando filios spirituales se genuisse dicebat. Quo in loco admonẽdi sunt omnes prælati, vt diligant sponsas suas, cum quibus matrimonium spirituale cõtraxerunt: sicut Christus verus sponsus dilexit ecclesiã, & tradidit semetipsum pro ea. Curent (inquam) prælati mundare sponsas, hoc est, ecclesias suas à peccatis: dispensatione Sacramẽtorum, verbo & exemplo, ficẽtes quod forma facti sunt illarum. Et tunc dignè hoc tam præclaro nomine gaudere, atquè de illo gloriari poterunt.

Summus Pont. spõsus est ecclesię vniuersalis.

Quare scilicet Ponti. dicitur spõsus ecclesię &c. aliiq; prælati suarũ Ecclesiarum.

1. Cor. 4.

1. Pet. 5.

¶ *Qui fecit nuptias filio suo.* Deus pater quotidie nuptias spirituales facit filio suo, illum animabus nostris copulando. De quibus intelligitur etiá illud Apocaly. cap. 16. Venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. Quo in loco, tria consideratione digna sunt: Primum, qualis requiratur vxor agni: secundum, quales nuptiæ: tertium quibus vestibus & ornamẽtis sponsa, hoc est, anima, ornari debeat, de quibus sigillatim pauca dicemus, quæ prolixius & magis ad longũ explicat D. Bonau. in lib. de præparatione cordis á capi. 21. vsque ad cap. 43.

Apo. 16.

D Bonau. de præparatione cordis.

¶ Qualis autem debeat esse anima quæ Christo nubere vult, significatur Leuit. 12. Sacerdos (inquit) virginem ducet vxorem: viduam autem, vel repudiatam, vel sordidã, vel meretricem, non accipiet. Christus ergo Dominus, qui non solum constitutus est rex á patre super Sion montem sanctum eius, sed est sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedec: non viduam, non repudiatam, non sordidam, non meretricem animam ducet vxorem. Per viduam intellige animam, quæ voluptates iam demissas, saltim affectu desiderat, quod solet facere vidua. De qua Paulus: vidua quæ in delicijs est viuens, mortua est. Tales ergo animas sibi nõ copulat Christus. Hæc enim similes sunt mulieribus (quas vidit Ezech.) plangentibus Adonidem, hoc est, veneris amatorem. Similes etiam sunt filijs Israel, qui fastidito manna in deserto, ad carnes quas in Aegypto reliquerant suspirabant. Noli ergo tu ad ea quæ in Aegypto huius mundi reliquisti, suspirare. Noli manna celeste, hoc est, lectionem contemplationem, atque orationem: sed potius re-

Qualis debeat esse anima quæ Christo copulat. Leui. 12. Figura.

Psal. 2.

Psal. 109

Quando anima per viduã significatur. 1. Tim. 5. simile.

Ezech. 8.

Num. 11

poralia ista (quæ retro sunt) cum Apostolo obliuiscens; ad spiritualia atquè æterna (quæ ante sunt) spe & desiderio te ipsum extende.

Quando anima per repudiatá significet. ¶ Per repudiatam significantur omnes illi, qui à mundo contemnūtur, & tamen mundum non contemnūt. Quemadmodum enim canes fustibus & flagellis vna porta domus exclusi, per aliam redire solēt: sic multi hominum ita sunt delectationibus huius mūdi illecti, vt quamuis multis aduersitatibus ab illo eijciantur, ab illo fugere ac recedere nolunt: nō curantes quod Salomon ait, Eccle. 29. minimum pro magno placeat tibi. & improperium peregrinationis non audies. Minimum pro magno accipiebat illa quæ dicebat: sufficiebat nobis paupertas nostra. Multa enim improperia, multaquè conuicia necesse est illum audire, qui pauca habet, & paucis nescit vti. Has ergo animas sic repudiatas, non sibi cōiungit sacerdos Christus.

Eccle. 29.

Tob. 5.

Quando anima per sordidam intelligat. ¶ Per sordidam verò significatur omnis anima, quæ prauis cogitationibus immundisquè cordis affectibus, contaminatur. Aduersus quam ait Dominus Ezech. 22. sordida, nobilis, grandis interitu. Anima ergo nobilitate sui sponsi donata, si sordida fuerit, grandem damnationis interitum sibi comparabit. Si tu ancillam sordidam & immūdam in domo tua detestaris: quanto magis sacerdos Christus animam multis sceleribus contaminatam detestabitur? Si ergo vis Christo nubere, aufert à te vestimenta sordida iuxta verbum Zacha. capi. 3. Sicut enim in veste alba turpior est, & facilius apparet macula; sic in anima Deo dicata, indecentior est peccati immundities.

Ezec. 22.

Simile.

Zach. 3.

Simile.

Quando anima dicatur meretrix. ¶ Per meretricem deniquè intelligitur anima, quæ cuilibet cedit tentationi. Hanc multo minus sibi copulat Dominus, Similē meretrici, quæ omnibus hominibus sine aliqua resistentia prostituta est.

Anima virgo esse debet, si Christo nubere vult. ¶ Si ergo desideras Christo summo sacerdoti animam tuam matrimonij cœlestis vinculo copulare: illam illi tanquam virginem castam exhibe. Virgo est omnis anima, quæ a peccati corruptione libera est. Virgo est anima & virgo prudens, tali viro digna: quando illum diligit, illum quærit, illum petit, quando deniq; illud vnum, quod est necessarium desiderat: quod facit charitas cuius officiū est, vnire & copulare. Animaduerte, quod virgo quæ oleum non habet in lampade excluditur à nuptijs. Subtrahe tu oleum, vt Bernar. ait, & lampas non lucebit. Sic subtrahe charitatem, & integritas non placebit. Talē ergo virginem castā & charitate plenam, sibi Christus in spōsam elegit: talisquè vxor agni, hoc est: Christi, ab illo requiritur. Non vidua, non repudiata, non sordida, non meretrix sed virgo prudens.

Luc. 7.

Sap. 15.

Quales debeant esse nuptiæ spirituales inter Christum & animam. ¶ Ostenso qualis debeat esse sponsa Christi: nunc considerandum restat: quales sint & esse debeant spirituales istæ nuptiæ. Et primum illud est admonendum: hoc cœleste & spirituale matrimonium dignum esse, vt à nobis summopere desideretur. Si enim pater familias tam solicitus esse solet, pro filia matrimonio collocanda: quanto magis nos solicitos esse oportet, pro animabus cum Christo coniungendis? dicit enim Ecclesiast. c. 7. trade filiam tuam, & grande opus fecisti: & viro sapienti da illam. Et ego dico tibi trade animam tuam viro

Eccle. 7.

ro infinita ſapientia prædito, & maius opus facies. Ipſe enim inuitat, ipſe petit cor tuum in matrimonium dicens: fili præbe mihi cor tuum. Mihi (inquam) nam nulli fructuoſius, nulli iucundius, nulli honorabilius cor tuum præbere poteris. Hoc ita eſſe intelligens Dauid, dicebat: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Ipſe enim apponit erga nos cor ſuum, ſi noſtrum cor nos illi præbemus.

Prou. 23 c.

Pſal. 72.

¶ Hæ verò ſpirituales nuptiæ initiantur in pœnitentia, perficiuntur in bonæ vitæ perſeuerantia, & conſummantur in æterna illa beatitudine.

Quibus veſtibus præparari anima ad has nuptias.

Ezec. 16.

¶ Quibus verò ornamentis anima præparari debeat, vt ſponſo Chriſto maximè placeat, docet Ezech. cap. illo. 16. iam in ſuperioribus adducto: Laui te (inquit ſponſus) aqua, & mundaui ſanguinem tuum à te: vnxi te oleo: veſtiui te diſcoloribus: calciaui te hyacinthis: cinxi te byſſo: indui te ſubtilibus: ornaui te ornaméto: dedi armillas in manibus tuis, torqué circa collum tuum: dedi inaurem ſuper os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris capiti tuo: & ornata es auro & argento. Quo in loco, vt vides, tredecim animæ ornamenta enarrat propheta. Aqua enim baptiſmatis ſponſus lauat animam; oleo lætitiæ ſpiritualis vngit: diſcoloribus ac varijs virtutibus veſtit: hyacintho, hoc eſt, ſpe & deſiderio cœleſtium calciat: byſſo caſtitatis cingit: ſubtilibus, id eſt, fidei articulis induit: ornamento charitatis, quæ veſtis eſt nuptialis, ornat: armillas ſtrenuitatis & fortitudinis in manibus ſuis, hoc eſt, in operibus ſuis confert: torque temperatæ loquutionis collum eius circundat: inaures & circulos obedientiæ & intelligentiæ præbet: corona virginitatis decorat: auro obſeruantiæ mandatorum Dei, & argento eloquiorum eius, tandem ornat: & omnibus numeris abſolutam reddit. Hæc ſunt ornamenta quibus ſponſa decoratur: hæ ſunt veſtes quibus præparatur ſponſo ſuo.

Tredecim aīę ornamenta enarrat ꝓpheta, de quibus Vi. D. Bo. de præparatione cordis à c. 31. vſquè ad. 43.

¶ *Miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos, & nolebant venire.* Ex hoc teſtimonio atquè ex multis alijs, colligũt doctores ſancti: primum, quòd vnuiſquiſq; mortalium ius habet tam diuinum, quàm naturale, promulgandi Euangelium vbiquè terrarum. Sic intra capit. 28. ait Dominus: Data eſt mihi poteſtas in cœlo & in terra: & euntes docete omnes gentes &c. Quaſi dicat quam ego poteſtatem in hac parte habeo, vobis confero. Habuit autem poteſtatem in toto orbe prædicandi: ergo illam nobis contulit. Iure etiam naturæ vnuiſquiſq; mortaliũ habet & libertatem & facultatem docendi alios, eiſque perſuadendi illa quæ tenentur facere. Cum ergo mortales omnes chriſtianam fidem teneãtur ſuſcipere: liberum ergo erit vnicuiquè eam vniuerſis perſuadere.

Liberum eſt vnicuiq; fidem perſuadere infidelibus.

infra. 28.

¶ Secundum verò quod ex hoc teſtimonio colligi poteſt: illud eſt, vt nemini hominum liceat, aliquem, vel ad fidem, vel ad baptiſmum cogere. Ante hominem enim eſt vita & mors. Non enim rex iſte cogere voluit inuitatos, qui venire noluerunt. Sed de hoc, multi multa diſputant. Vi. 45. d. c. de Iudæis. Et in cap. qui ſincera, & 23. q. 5. cap. quæ ad fidem. Præcipuum argumentum pro hac re ſumi poteſt ex legibus, quas Chriſtus Dominus ſup. c. 10. cum diſcipulos prædicatũ dimiſit in orbẽ, eis præcipit:

Infideles non ſunt cogendi ad fidem. Vi. doctores in. 4. d. 4. & ... to d. 5. ... vna, ar. 10.

scripsit: quæ quidem omnes pacem il lá supercœleste, quæ exuperat omnẽ sensum, mirificè redolẽt. Lege illas.

Radix omnium bonorum & malorum est voluntas. ¶ *Nolebant venire*. Radix omnium bonorum & malorum voluntas est. Si saluaris, eò est, quia bonam voluntatem habes: & in terra (inquit angelus) pax hominibus bonæ voluntatis. Si verò condemnaris, non est quia nescias, aut non possis, sed quia venire inuitatus ad nuptias, non vis. Quare non est cur dicas, non posse, aut nõ potuisse, vitare peccatum; sed noluisse cũ possis. Sic regina Vasthi, ad conuiuium illud grande inuitata, venire noluit. Quare excusationes il læ, sponsæ in canticis cap. 5. friuolæ omnino sunt: laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Expoliaui me tunicam mea, quomodo induar illa?

Luc. 2.

Esther. 1. Figura.

Cant. 5.

¶ *Iterum misit alios seruos, dicens: dicite inuitatis: ecce prandium meum paraui: tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias*. Est prandium hoc (vt in hoc loco ait Chryso.) doctrina iustitiæ, & verba cœlestium mysteriorum, quibus se homo reficiẽs, vitam immortalem, verèq; beatã cõsequetur. Hoc prandium de quo agit Christus, est cõuiuium illud, de quo ait Dominus apud Esaiam: & faciet Dominus exercituũ omnibus populis in monte hoc cõuiuiũ pinguium, conuiuiũ vindemiæ, conuiuiũ pinguiũ medulatorũ & vindemiæ defecatæ. Est enim verbũ Dei, animæ alimentũ, omnibus dapibus dulcius & præstantius. Non enim immeritò ait propheta: quàm dulcia faucib⁹ meis eloquia tua super mel ori meo. Et volens Esai. Significare huius conuiuij excellentiã, illud appellat vindemiæ, & pinguiũ medulatorũ, & vindemiæ defecatæ, hoc est: pulchrũ & excellẽs, in quo sunt fercula pinguia, opima, & iucũda, & vina defecata & optima. Ne intelligas has exquisitissimas dapes corporales, sed spirituales. Voluit enim Christus & propheta significare hac trãslatione, esse Euangeliũ animarũ cibũ, cum quo nullæ aliæ epulæ debent cõparari. Sed heu quot sunt, q nolint etiã inuitati ad hoc sacrũ cõuiuiũ venire: & hoc suauissimo pabulo, tanquam nectare & ambrosia, animũ alere, & reficere. Vt enim illũ rectè valere dicimus, qui corporis cibũ suo tẽpore appetit: eũ verò lãguescere, qui fastidit epulas, sensuiq; stupore earũ suauitatẽ nõ sentit: ita eũ animũ rectè valere dicimus, qui verbũ Dei audit & rapit: eũ verò debilitari, qui verbo Dei non delectatur: qui Euangelicas conciones spernit: qui harum diuinarũ epularum suauitatẽ non sentit, ex quibus efflorescit pietas & charitas, cæteræq; virtutes, quibus hominum mentes substentãtur, & amore æternitatis rapiuntur. Hæc deniquè est cœna illa magna, quã fecit Deus, de qua loquitur Chrs apud Lucã: ad quã inuitati accedere noluerũt. Nos verò accedamus ad hanc cœnã: has diuinas epulas auidè sumam⁹, & in mẽtis stomacho conseruemus. Vt enim nõ prodest cib⁹ si eũ statim euomimus: sic paruã vtilitatẽ afferet verbũ auditũ, si statim illius obliuisci mur. Et quẽadmodũ cibus absq; naturali calore nõ digeritur, indigestus verò onus est, nõ cibus, & nõ solũ non nutrit, sed corrũpit, quã ob causam videmus redũdare varias ægrotationes: sic verbũ Dei auditũ, in frigido animo receptũ, non digeritur sine igni diuini amoris: crudus verò & mentis stomacho innatans, pondere premit: & non solum nõ alit animũ

D. Chry. Prãdium est doctri. cœlestis.

Esai. c. 25

Psal. 118.

Simile.

Simile.

Luc. 14.

Simile.

Simile.

ad æternitatem, sed eo ipso animus inflatur, & in pestilentiorem superbiam incidit, vitio, non cibi, sed animi frigidi & cōtaminati, qui ob malitiam suā diuinum pabulum in venenum conuertit. Ait enim D. Pau. in Episto. ad Corint. scientia inflat, charitas verò ædificat. 1. Cor. 8.

¶ *Tauri mei & altilia mea occisa sunt, venite ad nuptias.* Lege Num. c. 15. Et inuenies Dominum, qui te conuiuam nostrum facere voluit, & cibis hominum se affici ostendat; neq; delicatos esse voluit, sed communes: vt nemo posset ex nobis conuiuam reijcere. Nunquid Domine manducabis carnes taurorum, aut sanguinē hircorum potabis? absit, neq; necessitate, sed tua dignatione hoc facere voluisti. Et expende quæso, quàm benè prandium soluat. Tu ei carnes taurorum & hircorum, atq; agnorum, in conuiuium ad quod eum admittis, paras, & vini ac olei paruam mensuram spondis: nempe. 4. hin olei, & itidem vini: ille verò considerat, quid conuiuio ad quod te inuitat, afferat: nempe, se ipsum: panem angelorum. Imo vt Ambro. dicit, supra cœlum: vinum verò sanguinem suum præciosum: tu illi simila: panem, ille mā na de cœlo: tu illi, fellis amaritudinem, & acetū pro vino: Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto: ille tibi vinum quod lætificat nō corpus sed cor hominis. Cæterū audi quid dicat Mathæus in hoc loco de prandio eius: tauri mei & altilia occisa sunt, venite ad nuptias, & considera quæso: ille venit nō vocatus ad tuum humile cōuiuium, tu verò dedignaris accedere vocatus: imo terq; quaterq, inuitatus ad suū opiperum & pingue.

Nota. Psal. 49. Psal. 68.

¶ *Et contumelijs affectos occiderunt.* Hæc sunt stipendia quæ concionatoribus exhibere solent iniqui & peruersi homines: nempè: homicidia, persequutiones & martyria. Olim panis azimus cum lactucis agrestibus comedebatur. Sic verbū Dei afflictionibus est admixtū. Quod si omnes qui pie volunt viuere in Christo persequutionem patiuntur, vt Paulus ait, quā to maiorem patientur, qui per orbē terrarū verbum Dei portare conantur, renitente mundo atq; omnibus inferorū portis? Magna tamen consolatio esse debet prędicatoribus quod in hoc loco Euangelista addit: rex autē cū audisset iratus est, & missis exercitibus perdidit homicidas illos. Audit enim Dominus sanguinē Abel, atquè omnium iustorum clamantiū ad eum super terram.

Stipendia concionatorum homicidia & persecutiones esse solent. Exod. 12 b. Figura. 2. Ti. 3. c. Gene. 4.

¶ *Ite ergo ad exitus viarum, & quoscunq; inueneritis vocate ad nuptias.* Animaduerte quod nemo ad has nuptias, nequè ad vineæ culturam venerit, nisi vocatus. Hinc est quod D. Paulus in Epist. ad Rom. c. 1. ait Paulus seruus Iesu Christi vocatus Apostolus non enim ipse Christū quæsiuit sed prius ab illo fuit ipse quæsitus atq; vocatꝰ. Et hoc est quod Christus dicebat apud Ioan. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Quod experimęto didiscimus in Petro & Andrea, in Ioanne & Iacobo, quos nō solū ad Apostolatum admisit, sed vocauit, vt noster Math. c. 4. refert. Hinc est quod D. Pau. sæpe sæpius hoc verbum in suis epistolis repetere & inculcare nō erubuit. His qui secūdū propositū vocati sunt sancti. In quibꝰ estis & vos vocati. Omnibus qui sunt Romę vocatis sanctis. Vt omnia diuinæ vocationi tribuamus.

Nemo venit ad Christum nisi vocatus ab illo. Rom. 1. Ioā. 13. c. Supra. 4. Rom. 8. f. Rom. 1. a

¶ Intra-

Humanitas Dei commendat.

¶ *Intrauit autem rex, vt videret discũbentes*. Non sic principes seculi suos ministros tractare solent. Vidisti aliquando Dominum quantuncumquè piũ in suos, qui eos coram se velit comedere, aut eos comedentes videre gaudeat de bonis suis? nullum. Iste verò suos non solum conspicere, sed comedere coram se, summa auiditate videt. In hoc loco legis intrasse regem, vt videret discumbentes. Sed quales quæso? debiles & claudos &c. Tales sunt quos inuitat ad tauros & altilia, & ad preciosa fercula compellit. Ideo neminem volebat apparere coram se vacuum. Exod. 23. Non vt ipse comederet, sed vt nos comedentes corã se de bonis suis, videat & gaudeat, non semel, sed ter in anno.

Exod. 23

¶ *Amice quomodo huc intrasti? &c.* Vide quæ annotauimus capi. 12. super illa verba: non contendet nequè clamabit, nequè audiet aliquis in plateis vocem eius, vbi de modestia prælatorum egimus.

¶ *Amice quomodo huc intrasti?* Hoc vno verbo amici atquè hoc vno sermone exprobrabit Christus in mortis articulo, siue in tremendo illo iudicio ingratitudinem omnium peccatorum, qui tantis affecti beneficijs, ausi sunt in Ecclesia viuere, non induti charitate: ausiquè sunt vsquè ad mortem illa exuti perseuerare. Vnde D. Augustinus ait: quid faciemus charissimi in illo metuendo iudicij die, cum Dominus tam iustus quàm misericors seueritate iudicis contemptæ misericordiæ reos cœperit accusare & dicere: ego te homo de limo manibus meis feci: ego terrenis artubus infudi spiritum: ego tibi imaginem nostram, similitudinéq; conferre, dignatus sum: ego te inter paradysi delicias collocaui: tu vitalia mãdata contemnens deceptorem sequi quã Dominum maluisti. Cum expulsus de paradiso iure peccati vinculis tenereris: virginalẽ vterũ sine dispẽdio virginitatis pariendus introij: in præsepio & pannis obuolutus, tacui: infantiæ contumelias humanosquè dolores, quibus tibi similis fierẽ, adhoc scilicet vt te mihi similẽ facerẽ, pertuli: irridẽtiũ palmas & sputa suscepi: acetũ cũ felle bibi: flagellis cæsus, vepribus coronatus, affixus cruci, perfossus vulnere; vt tu eripereris, morti animã in tormentis dimisi. En clauorũ vestigia, quibus affixus pepẽdi: en perfossum vulneribus latus: suscepi dolores tuos, vt tibi gloriã meã darẽ: suscepi mortẽ tuam, vt in æternum viueres: conditus iacui in sepulchro, vt tu resurgeres in cœlo: cur quod pro te pertuli perdidisti? cur ingratus redemptionis tuæ munera renuisti? Non tibi ego de morte mea quæror. Redde mihi vitam tuam, pro qua meã dedi. Redde mihi vitã tuã, quã vulneribus peccatorũ indesinenter occidis. Cur habitaculum quod in te sacrauerã, luxuriæ sordibus polluisti? cur corpus iã meũ turpitudine maculasti? cur me grauiore criminũ tuorũ cruce, quã illa in qua quõdã, affixisti? grauior enim apud me peccatorũ tuorũ crux est, in qua vinctus pẽdeo: quã illa in quã tui misertus mortẽ tuã occisurus, ascẽdi. Cũ essem impassibilis, pro te pati dignatus sum: sed tu despexisti in homine Deũ: in infirmo salutẽ: in via reditũ: in iudice veniã: in cruce vitã: in supplicijs medicinã. Et quia post omnia mala tua ad pœnitẽtiã cõfugere noluisti, ab audito malo nõ mereberis liberari. Hęc Au. Quia tãtis homo affectus est beneficijs, quæ

D. Augu.

Exprobratio beneficiorum Dei.

conuenerunt in unum, & interrogauit unus ex eis legis doctor, tentans eum, magister, quod est mandatum magnum in lege?
Mar. 12. c. Luc. 10 c Deut. 6. a *ait illi Iesus. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum*
Leui. 19. d. Mar. 12. *& primum mandatum. Secundum autem, simile est huic: diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis uniuersa lex pēdet & prophetæ.*
Mar. 12. d Luc. 20. d. *Congregatis autem pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens, quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? dicūt ei, Dauid. Ait illis, quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominū*
Psa. 109. *dicens. Dixit dominus domino meo sede ad dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum dominum: quomodo filius eius est? & nemo poterat ei respondere verbum: nequè ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.*

Ad literam.

SIMILE est regnum cœlorum homini Regi. 1. simile est rex cœlestis, qui caput est regni cœlorum, homini regi, &c. Hac similitudine docet, Iudæos ob sua scelera excludēdos à nuptijs, gentes verò assumēdas, sed inter has esse nonnullas, quæ sunt eijciēdæ eo quod inuentæ fuerint nō habere gratiam sancti spiritus: quæ est charitas erga Deum & proximū. Nuda enim fides nihil illis proderit. Scopus parabolæ.

¶ *In tenebras exteriores.* Idest, obscurissimas, & longe positas à luce. Vide sup. cap. 8. ibi filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores.

¶ *Ostendite mihi numisma census.* Idest quod tributi vice datis.

¶ *Cuius est imago hæc?* Non interrogat quia ignoret: sed quia per responsionem illorum, obnoxios esse pœnæ, vult ostendere: vnde statim subiungit. Reddite ergo &c. Vide Chrysost. hom. 71. in Math. Chryso. ho. 71. in Math.

¶ *De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est à Deo: ego sum Deus Abraham &c. Non est Deus mortuorum, sed viuentium.* Ad probandam resurrectionem, alia clariora testimonia poterat adducere; quale est illud Esai. 25. suscitabuntur mortui, & resurgent qui in sepulchris sunt. Esai. 26. Sed quia loquebatur contra Sadducæos, recipientes tātum libros Moysi, ideò adducit hoc testimonium: & non illud Esaiæ. Nequè illud Danielis capi. 12. Multi dormientium, de terræ puluere resurgent: alij in vitā, alij in confusionem æternam. At dices: quomodo Abraham illo tempo- Dan. 12.

Quare Christus non adduxit alia clariora testimonia ad probandā resurrectionem mortuorum.

re

D. Chry. re viuus erat? Respondet Chrysosto. Quomodo Adam posteaquã de ligno comedit, sententia tamẽ prolata, mortuus erat: sic Abrahã pollicitatione resurrectionis certissima viuus erat. Alioqui, quid sibi Ecclesia vult cum ait: regem cui omnia viuunt, & cui non pereunt corpora nostra?

¶ *Magister.* Vel præceptor. *Quod est mandatum magnum in lege?* Græcè *Magnum*, more Hebraico, qui positiuo vtuntur vice superlatiui quo carent. (Magnum pro maximo.)

¶ *Diliges &c.* Futurum pro imperatiuo, more Heb. sical ibi: omnis vallis implebitur, omnis mons & collis humiliabitur &c. Pro omnis vallis impleatur &c. Sic diliges, pro dilige. (Futurum pro imperatiuo. Luc. 3.)

¶ *Et proximum sicut teipsum.* Sicut in sacra scriptura aliquando refertur ad proprietatem & veritatem, vt in psalmo: cum conuerterit Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati. Et in communi loquutione dicimus: fecit sicut vir bonus. Hizo al fin, como hombre de bien, que es. Ad hunc modum Ioãnes de Christo ait: vidimus gloriam eius; gloriã quasi vnigeniti à patre. Aliquando refertur ad similitudinem, vt in hoc loco: diliges proximum tuum sicut teipsum. Similitudinis est: nã prius diligo me ipsum, & postea proximũ: quia charitas bene ordinata à seipso incipit. Item Christus ait: estote perfecti, sicut pater vester perfectus est. Et iterum: non sunt de mundo, sicut ego nõ sum de mundo. Rursum ait: ego gloriam quam dedisti mihi dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. (Sicut, variè accipit in sacra scriptura. Psa. 125. a. Ioan. 1. Sup. 5. g. Ioan. 17. Ioã. 18. b.)

¶ Sed notandum quod Theo. ad Eph. 5. ait: quod aduerbium similitudinis, non est vbiquè eiusdem precij, idest, non significat omnimodam similitudinem. Vt cum Paul. inquit: vxores maritis subijcimini, tanquã Domino. Nam si tanquam Domino seruiendum est, quomodo deficiendum à viro & muliere propter Dominum? Sic in hoc loco: diliges proximum tuum sicut te ipsum, dicit similitudinem, sed non omnimodam. Nam aliquando teneor præferre ex charitate me ipsum proximo. (Ephe 5.)

¶ *Vniuersa lex pendet & prophetæ.* Vi. Io. 15. in illa verba: vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus, est.

¶ *In Spiritu vocat eum Dominum.* Id est præditus spiritu sancto.

¶ *Sede à dextris meis.* Latiniùs diceces: à dextera mea, quàm à dextris meis, iuxta Græcum idioma: præterquam quod Hebraicè quoq; in psalmo singularis est numerus.

Ad mores.

SIMILE *factum est regnum cœlorũ homini regi &c.* Non dicit: simile est regnum cœlorum, vt in alijs parabolis dicere solet: sed simile (inquit) factum est. Vt insinuaret quod in mundi exordio antequàm Adam peccaret, non erat simile regnum cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Nam si homo nõ peccasset (vt Augustinus & alij doctores sancti aiunt) rex cœlestis non fecisset nuptias filio suo: hoc est: verbum nõ duxisset in vxorem humanam naturam. Peccato ergo hominis factum est hoc regnum cœlorum simile homini regi isti. ¶ Præterea, si Iudæi (Propter peccatum Deus est homo factus.)

non peccassent, gentes non intrarét, neque venirent ad nuptias istas cœlestes, & ad conuiuium: hoc est: ad doctrinam fidei. Illorum enim delictū gentibus facta est salus. Ideo etiam simile iam factū est hoc regnum cœlorum &c. Nam si illi non peccassent non mitteret exercitum, qui occideret homines illos. Deus enim mortem non fecit: nec lætatur in perditione viuentium. (Sapié. 1.) ¶ Præterea, si gentes omnes indutæ essent Christum (quod est habere vestem nuptialem) non diceret Rex: ligatis manibus & pedibus, eijcite illum in tenebras exteriores: non enim est Deus prius vltor, quàm homo sit peccator: ergo propter hominum scelera hoc factū est totum. Hoc totum contigit, vt verbum caro factum sit: (Ioan. 1.) vt perfidi Iudæi perderentur: vt multi fidelium pœnas æternas luant. Time igitur non habere vestem nuptialem, ne propter te sit hæc parabola.

¶ *Simile factum est.* Non ait simile est, sed simile factum est: vt ostendat in hac parabola & similitudine, depingi summam Dei misericordiam: & describi perfectissimam eius iustitiam. (Dei misericordia & Dei iustitia summa ostenditur in hac parabola.) Quod vt rectè intelligere possis, illud animaduerte: quod quando Deus hæc visibilia & insensibilia, quorum perfectio crescere non poterat, in principio condidit: non verbis actiuis sed passiuis potis, illa creauit, dicens: fiat lux: & facta est lux. (Gene. 1.) Fiat firmamentum: & factum est firmamentum &c. Cum verò loquitur de hominis conditione, cuius perfectio augeri poterat, ait: faciamus hominem. (Ibidem.) Vt ergo ostenderet in hac parabola maximam Dei misericordiā erga homines, ait: simile factum est. &c. In rebus enim per tempus ortis, nullū maius miraculum quàm Deū fieri hominem, nulla maior benignitas & misericordia, quàm quod propter nos homines & propter nostrā salutem descenderit de cœlis, & homo factus fuerit. Hæc est, authore Augustino, summa gratia. (August.) Quamuis enim Deus suos electos in hac vita magna afficiat misericordia, magnisque beneficijs: sed vbi maximè splendet, est in his nuptijs & in isto splendidissimo conuiuio. Vnde Dauid in psalmo: Qui coronat te in misericordia & miserationibus. (Psal. 102.) ¶ Item in hac parabola ostenditur maxima Dei iustitia. Nam licet in vita ista præsenti, eo quod magnam exercuerit Deus iustitiam, homines diluuio delendo, Sodomitas occidendo: (Gene. 7. Gen. 17. Psal. 93) Deus vltionum dicebatur: tamen maxima iustitia est, eos æternis atque infernalibus pœnis punire. Ligatis (inquit) manibus & pedibus, proijcite illum in tenebras exteriores. Ideò ait: simile factum est homini regi. In homine ostendit clementiam, in rege potentiam & iustitiam.

¶ Hinc colliges quod si Deus cum sit rex regum, & Dominus dominantium, dicitur homo: non est cur homo rex obliuiscatur sui, hoc est, quod sit homo. (Memores sint reges quod homines sūt, & erunt misericordes inluos) Quod si recordaretur quod sit mortalis, viueret vt moriturus: in victu, in vestitu, in carnis voluptatibus & delitijs. Si recordaretur quod sit homo, quamuis vnicuique ius suum redderet, quamuis iustitiā exerceret quatenus rex: misericordiæ non obliuisceretur quatenus homo. Si memor esset quod sit homo non superbiret, eo quod rex: nihil humanum á se alienum putaret. Quod si rex memor esse debet quod homo sit, quanto magis alij omnes inferio-

res & subditi, omnesquè aliæ gentes scire debent, quoniam homines sunt.

Ecclesia dicit' spon sa & coniux & regina in sa cra scriptura. ¶ *Qui fecit nuptias filio suo.* Rex iste est pater æternus, filius est Christus, sponsa & coniux & regina, Ecclesia est. Tunc ergo pater cœlestis fecit nuptias istas filio suo, quando per incarnationis mysterium Ecclesiam filio suo copulauit, vt ait in hoc loco glosa interlinearis. *Glosa.* Vnde Grego. ait: vterus autem Virginis huius sponsi thalamus fuit. *D Greg.* Vnde & psal. ait: in sole posuit tabernaculum suum, & ipse tam quam spōsus procedens de thalamo suo: tanquam sponsus quippe de thalamo suo processit, quia ad coniungendam sibi Ecclesiam, incarnatus Deus de incorrupto vtero Virginis exiuit. *Psal. 18. b* Præterea de huius sponsi nuptijs Ioann. ait in Apoc. cap. 16. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei, quoniam venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. *Apo. 16.* ¶ Atque tria hic consideranda veniunt: Primum quod harum nuptiarum sponsalia contracta fuerunt in prophetarum sponsione: secundū, quòd tunc perfectum fuit matrimonium, quando virgo prebens consensum, dixit: fiat mihi secundum verbum tuum: Tertium, quòd tunc matrimonium istud cœleste consumatum fuit, quādò verbum caro factum est. *Quando contracta sponsalia. Quando perfectū matrimonium. Quando consumatum est.* Fæcundatur autem sponsa in Christi passione, vt Augustinus ait, quia de latere Christi fluxit sanguis & aqua, quibus significabantur sacramēta, per quæ fæcundatur Ecclesia. *Vi. Aug. super titulum Psal. 44. Quando fęcundata est sponsa.* Solemnitas autem harum nuptiarum inchoata fuit in Domini Ascensione. Vnde ascendens Christus in altū captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. *Quando solemnitas incœpit.*

¶ Illud præterea animaduersione dignum est, quod quemadmodum in carnalibus nuptijs sponsus dotē & munera sponsæ suæ donare solet in solatium matrimonij secundum illud Gene. 34. Vbi Sichem ait Patriarchæ Iacob, & filijs eius, augete dotem, & munera postulate. *Gene. 34.* Non dubiū quin sublimis ac nobilissimus ille sponsus scilicet Christus, pro sua magnificentia in sponsalibus & nuptijs istis, largitus fuerit sponsæ suæ amplissima dona, quibus illam subarrauit, ac preciosissima in illius decorē contulerit ornamenta. *Munera contulit sponsus Christus spōsę suę.* De quibus Ezechiel cap. 16. ait sponsus cum ecclesia loquens: iuraui tibi & ingressus sum pactum tecum. *Ezeh, 16.* Ecce pactum cōtracti matrimonij: & facta es: mihi scilicet. Et laui te, scilicet aqua baptismi: mundans eam lauacro aquæ vitæ. *Ephe. 5.* Mundaui sanguinem tuum ex te, dum te à vitiorum sordibus expiaui. Dilexit nos & lauit nos sanguine suo: & vnxi te oleo, scilicet specialis gratiæ. *Apoca. 1* Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ: & 2. Corinth. 1. qui autem confirmat nos nobiscum est in Christo, & qui vnxit nos Deus. *Psal. 44. 2. Cor. 1.* Vestiui te discoloribus. Illa scilicet varietate virtutum, de qua Apostolus scribit dicens: induite vos sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam &c. *Col. 3. b.* Et calciaui te hyacintho, idest, adornaui sanctos tuos sancta & cœlesti intentione. Quam hyacinthus designat: cinxi te bysso, idest, continentiæ cingulo: & indui te subtilibus, idest, ornamentis spiritualibus plurimis. Vide locum. Vbi alia plurima dona, quæ Christus contulit Ecclesiæ suæ, enarrantur. ¶ Ecclesia etiam coniux *Ecclesia coniux Christi dicitur.*

Chri-

&è faciendo regis nomen tenetur, peccãdo amittitur. Rectè ergo Ecclesia regina vocatur, quæ tam semetipsa quam sibi subiectos bene regendo, modificare nouerit. Tertio Ecclesia sancta, regina vocatur, ratione principatus & prælationis quam habent præpositi & prælati omnes in ea. glos. Psal. 44. Vnde gl. Psal. 44. vt regina: quia sub rege regit scilicet prælatos suos, qui nõ immeritò reges appellantur. D. Augu. Vnde D. Augustinus tractãs illud: delectauerunt te filiæ regum, ita dicit: & omnes Ecclesiæ prædicantibus & Euangelizantibus Apostolis natæ sunt, filiæ regũ sunt & Ecclesiæ filiæ Apostolorum filiæ regum sunt. Ille enim rex regum. Illi autem reges de quibus dictũ est: sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Sup. 19.

¶ Regina autem ista, figurata fuit in Regina Saba, de qua dicitur quod audita fama Salomonis, cum commitatu multo venit videre eum: Hæc regina, vt ait glo. Venturam Ecclesiam de gentibus desiderantem Christum figurabat, quæ circumamicta varietate populi sui, & paternæ domus obli ta, carrebat barbara gente, non animo, in aperto peregrina, in occulto sanctorum fieri conscia optans. 3. Re. 10. Figura. Et B. Augustinus in sermone de dedicatione ecclesiæ, sic de ea loquitur: Hæc est regina illa, quæ venit à partibus Aethyopiæ audire sapiẽtiam Salomonis: sed hæc non tam ex vna regione quàm ex vniuersis mundi partibus regem auditura conuenit, sicut Euãgelista commemorat. August. Nota quæ sequũtur. Regina Austri venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Venit Ecclesia ad redemptorem & eruditorem suum, vt de stultitia erroris doctrinam perciperet veritatis. De qua plenius sicut audiuimus, regum scribit historia ita dicens: ingressa Regina Saba in Hierusalem, cum commitatu & diuitijs, cum camelis portantibus aromata & aurum infinitum nimis & gemmas preciosas, venit ad Salomonem, & locuta est vniuersa quæ habebat in corde suo. Ergo figura huius reginæ venit ecclesia ex gentibus, imponẽs finem cupiditatibus vitijsque terrenis, audire sapientiam Salomonis, idest, viri pacifici Domini nostri Iesu Christi, qui fecit vtraquè vnum, soluens inimicitias inter Deum & hominem in carne sua. Ephe. 2. Venit post veteres & prophanas superstitiones, audire & discere de fidei illuminatione, & iudicio futuro, de animæ immortalitate, de spe resurrectionis & gloriæ. Venit autem in Hierusalem cum multo comitatu, idest, non iam cum vna gẽte Iudæorum, sicut prius Synagoga solos habuit Hebræos, sed totius mundi gentibus diuersisquè nationibus. Venit ergo exhibẽs munera digna Christo, aurum & gemmas preciosas, & hoc camelis portantibus, idest, ex gentili populo venientibus, qui prius fuerant vitiorum fœditate distorti, & malorum onere curui, ac peccatorũ prauitate disformes. Cum his tanquam muneribus regina hæc ingreditur ad pacificum regem Christum, exhibens secum aromata fidei, aurum preciosum, incensum preciosum, splendoresquè gemmarum, idest, omnium insignita ornatu virtutum. Hæc Augustinus.

¶ *Fecit nuptias filio suo.* Scilicet cum Ecclesia, vt supra explicatum est. Post cuius mortem, episcopi dicũtur sponsi suarum ecclesiarum. Episcopi sponsi suarũ Ecclesiarũ suarũ. Vt habetur in c. sicut alterius vxor. 7. q. 1. Vbi Calixtus

lixtus ait: sponsa, vxorquè Episcopi, dicitur eius ecclesia. Vnde in signum huius rei annulum portat Episcopus.

Summus Pont. spōsus est ecclesię vniuersalis.

Et Summus Pontifex appellatur sponsus totius ecclesiæ. Sicut manifestè colligitur in c. Ecclesiæ meæ. distinct. 97. tam iste quàm Episcopi, semen fratri suo defuncto, administratione exteriori Sacramentorum, Euangelij prædicatione, monitis salutaribus &c. suscitantes.

Quare scilicet Ponti. dicitur spōsus ecclesię &c. aliiq; prę lati suarū Ecclesiarum.

Hac enim ratione voluit Christus Dominus verus ac proprius ecclesiæ sponsus, prælatos Ecclesiæ suæ hoc nomine gaudere. Nā quēadmodū propter influxum gratiæ, solus Christus caput totius ecclesiæ appellatur, propter influxum autem exteriorem, hoc est, propter administrationem Sacramentorum, atquè directionem in agendis, ratio capitis conuenit ecclesiæ prælatis: sic etiam propter hanc eādem causam, meritò nomine spōsi gaudent. Gignunt enim verbo & Sacramentis, quā plurimos filios Christo.

1. Cor. 4.

Vnde Paulus inquit: in Christo enim Iesu per Euangelium, ego vos genui. Paulus ergo sponsus erat, spōsamq; spiritualem habebat, quando filios spirituales se genuisse dicebat. Quo in loco admonēdi sunt omnes prælati, vt diligant sponsas suas, cum quibus matrimonium spirituale cōtraxerunt: sicut Christus verus sponsus dilexit ecclesiā, & tradidit semetipsum pro ea. Curent (inquam) prælati mundare sponsas, hoc est, ecclesias suas à peccatis: dispensatione Sacramētorum, verbo & exemplo, sciētes quod forma facti sunt illarum.

1. Pet. 5.

Et tunc dignè hoc tam præclaro nomine gaudere, atquè de illo gloriari poterunt.

¶ *Qui fecit nuptias filio suo.* Deus pater quotidie nuptias spirituales facit filio suo, illum animabus nostris copulando. De quibus intelligitur etiā illud Apocal. cap. 16. Venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se.

Apo. 16.

Quo in loco, tria consideratione digna sunt: Primum, qualis requiratur vxor agni: secundum, quales nuptiæ: tertium quibus vestibus & ornamētis sponsa, hoc est, anima, ornari debeat, de quibus sigillatim pauca dicemus, quæ prolixius & magis ad longū explicat D. Bonau. in lib. de præparatione cordis à capi. 21. vsque ad cap. 43.

D. Bonau. de præparatione cordis.

¶ Qualis autem debeat esse anima quæ Christo nubere vult, significatur Leuit. 21. Sacerdos (inquit) virginem ducet vxorem: viduam autem, vel repudiatam, vel sordidā, vel meretricem, non accipiet.

Qualis debeat esse aia quæ Christo copulat. Leui. 21. Figura.

Christus ergo Dominus, qui non solum constitutus est rex à patre super Sion montem sanctum eius, sed est sacerdos in æternum secūdum ordinem Melchisedec: non viduam, non repudiatam, non sordidam, non meretricem animam ducet vxorem.

Psal. 2.

Psal. 109.

Per viduam intellige animam, quæ voluptates iam demissas, saltim affectu desiderat, quod solet facere vidua.

Quando anima per viduā significatur.

De qua Paulus: vidua quæ in delicijs est viuens, mortua est.

1. Tim. 5. simile.

Tales ergo animas sibi nō copulat Christus. Hæ enim similes sunt mulieribus (quas vidit Ezech.) plangentibus Adonidem, hoc est, veneris amatorem.

Ezech. 8.

Similes etiam sunt filijs Israel, qui fastidito manna in deserto, ad carnes quas in Aegypto reliquerant suspirabant.

Num. 11.

Noli ergo tu ad ea quæ in Aegypto huius mundi reliquisti, suspirare. Noli manna nausea[re], hoc est, lectionem contemplationem, atque orationem: sed potius re-

poralia ista (quæ retro sunt) cum Apostolo obliuiscens; ad spiritualia atquè æterna (quæ ante sunt) spe & desiderio te ipsum extende.

Quando anima per repudiatá significet.

¶ Per repudiatam significantur omnes illi, qui à mundo contemnũtur, & tamen mundum non contemnũt. Quemadmodum enim canes fustibus & flagellis vna porta domus exclusi, per aliam redire solét: sic multi hominum ita sunt delectationibus huius mũdi illecti, vt quamuis multis aduersitatibus ab illo eijciantur, ab illo fugere ac recedere nolunt: nõ curantes quod Salomon ait, Eccle. 29. minimum pro magno placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies. Minimum pro magno accipiebat illa quæ dicebat: sufficiebat nobis paupertas nostra. Multa enim improperia, multaquè conuicia necesse est illum audire, qui pauca habet, & paucis nescit vti. Has ergo animas sic repudiatas, non sibi cõiungit sacerdos Christus.

Eccle. 29.

Tob. 5.

Quando anima per sordidam intelligat.

¶ Per sordidam verò significatur omnis anima, quæ prauis cogitationibus immundisquè cordis affectibus, contaminatur. Aduersus quam ait Dominus Ezech. 22. sordida, nobilis, grandis interitu. Anima ergo nobilitate sui sponsi donata, si sordida fuerit, grandem damnationis interitum sibi comparabit. Si tu ancillam sordidam & immũdam in domo tua detestaris: quanto magis sacerdos Christus animam multis sceleribus contaminatam detestabitur? Si ergo vis Christo nubere, aufert à te vestimenta sordida iuxta verbum Zacha. capi. 3. Sicut enim in veste alba turpior est, & facilius apparet macula; sic in anima Deo dicata, indecentior est peccati immunditics.

Ezec. 22.

Simile.

Zach. 3.

Simile.

Quando anima dicatur meretrix.

¶ Per meretricem deniquè intelligitur anima, quæ cuilibet cedit tentationi. Hanc multo minus sibi copulat Dominus, Similé meretrici, quæ omnibus hominibus sine aliqua resistentia prostituta est.

Anima virgo esse debet, si Christo nubere vult.

¶ Si ergo desideras Christo summo sacerdoti animam tuam matrimonij cœlestis vinculo copulare: illam illi tanquam virginem castam exhibe. Virgo est omnis anima, quæ a peccati corruptione libera est. Virgo est anima & virgo prudens, tali viro digna: quando illum diligit, illum quærit, illum petit, quando deniq; illud vnum, quod est necessarium desiderat: quod facit charitas cuius officiú est, vnire & copulare. Animaduerte, quod virgo quæ oleum non habet in lampade excluditur à nuptijs. Subtrahe tu oleum, vt Bernar. ait, & lampas non lucebit. Sic subtrahe charitatem, & integritas non placebit. Talé ergo virginem castã & charitate plenam, sibi Christus in spõsam elegit: talisquè vxor agni, hoc est: Christi, ab illo requiritur. Non vidua, non repudiata, non sordida, non meretrix sed virgo prudens.

Luc. 7.

Sap. 15.

Quales debeant esse nuptię spirituales inter Christum & animam.

¶ Ostenso qualis debeat esse sponsa Christi: nunc considerandum restat: quales sint & esse debeant spirituales istæ nuptiæ. Et primum illud est admonendum: hoc cœleste & spirituale matrimonium dignum esse, vt à nobis summopere desideretur. Si enim pater familias tam solicitus esse solet, pro filia matrimonio collocanda: quanto magis nos solicitos esse oportet, pro animabus cum Christo coniungendis? dicit enim Ecclesiast. c. 7. trade filiam tuam, & grande opus feceris: & viro sapienti da illam. Et ego dico tibi trade animam tuam vi-

Eccle. 7.

ro infinita sapientia prædito, & maius opus facies. Ipse enim inuitat, ipse petit cor tuum in matrimonium dicens: fili præbe mihi cor tuum. Mihi (inquam) nam nulli fructuosius, nulli iucundius, nulli honorabilius cor tuum præbere poteris. Hoc ita esse intelligens Dauid, dicebat: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Ipse enim apponit erga nos cor suum, si nostrum cor nos illi præbemus.

Prou. 23 c. — *Psal. 72.*

¶ Hæ verò spirituales nuptiæ initiantur in pœnitentia, perficiuntur in bonæ vitæ perseuerantia, & consummantur in æterna illa beatitudine.

Quibus vestibus præparari anima ad has nuptias. Ezec. 16.

¶ Quibus verò ornamentis anima præparari debeat, vt sponso Christo maximè placeat, docet Ezech. cap. illo. 16. iam in superioribus adducto: Laui te (inquit sponsus) aqua, & mundaui sanguinem tuum à te: vnxi te oleo: vestiui te discoloribus: calciaui te hyacinthis: cinxi te bysso: indui te subtilibus: ornaui te ornaméto: dedi armillas in manibus tuis, torqué circa collum tuum: dedi inaurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris capiti tuo: & ornata es auro & argento. Quo in loco, vt vides, tredecim animæ ornamenta enarrat propheta. Aqua enim baptismatis sponsus lauat animam; oleo lætitiæ spiritualis yngit: discoloribus ac varijs virtutibus vestit: hyacintho, hoc est, spe & desiderio cœlestium calciat: bysso castitatis cingit: subtilibus, id est, fidei articulis induit: ornamento charitatis, quæ vestis est nuptialis, ornat: armillas strenuitatis & fortitudinis in manibus suis, hoc est, in operibus suis confert: torque temperatæ loquutionis collum eius circundat: inaures & circulos obedientiæ & intelligentiæ præbet: corona virginitatis decorat: auro obseruantiæ mandatorum Dei, & argento eloquiorum eius, tandem ornat: & omnibus numeris absolutam reddit. Hæc sunt ornamenta quibus sponsa decoratur: hæ sunt vestes quibus præparatur sponso suo.

Tredecim aię ornamenta enarrat propheta, de quibus Vi. D. Bo. de præparatione cordis à c. 31. vsquè ad. 43.

¶ *Misit seruos suos vocare inuitatos, & nolebant venire.* Ex hoc testimonio atquè ex multis alijs, colligũt doctores sancti: primum, quòd vnuiquisq; mortalium ius habet tam diuinum, quàm naturale, promulgandi Euangelium vbiquè terrarum. Sic infra capit. 28. ait Dominus: Data est mihi potestas in cœlo & in terra: & euntes docete omnes gentes &c. Quasi dicat quam ego potestatem in hac parte habeo, vobis confero. Habuit autem potestatem in toto orbe prædicandi: ergo illam nobis contulit. Iure etiam naturæ vnuisquisq; mortaliũ habet & libertatem & facultatem docendi alios, eisque persuadendi illa quæ tenentur facere. Cum ergo mortales omnes christianam fidem teneãtur suscipere: liberum ergo erit vnicuiquè eam vniuersis persuadere.

Liberum est vnicuique fidem persuadere infidelibus. — *infra. 28.*

¶ Secundum verò quod ex hoc testimonio colligi potest: illud est, vt nemini hominum liceat, aliquem, vel ad fidem, vel ad baptismum cogere. Ante hominem enim est vita & mors. Non enim rex iste cogere voluit inuitatos, qui venire noluerunt. Sed de hoc, multi multa disputant. Vi. 45. d. c. de Iudæis. Et in cap. qui sincera, &. 23. q. 5. cap. quæ ad fidem. Præcipuum argumentum pro hac re sumi potest ex legibus, quas Christus Dominus sup. c. 10. cum discipulos prædicatũ dimisit in orbẽ, eis præscripsit:

Infideles non licet cogere ad fidem. Vi. doctores in. 4. d. 4. & Scoto d. 5. q. vna, arti. 10.

scripsit: quæ quidem omnes pacem il li supercœlestē, quæ exuperat omnē sensum, mirificè redolēt. Lege illas.

¶ *Nolebant venire.* Radix omnium bonorum & malorum voluntas est. Si saluaris, eò est, quia bonam voluntatem habes: & in terra (inquit angelus) pax hominibus bonæ voluntatis. Si verò condemnaris, non est quia nescias, aut non possis, sed quia venire inuitatus ad nuptias, non vis. Quare non est cur dicas, non posse, aut nō potuisse, vitare peccatum: sed noluisse cū possis. Sic regina Vasthi, ad conuiuium illud grande inuitata, venire noluit. Quare excusationes il læ, sponsæ in canticis cap. 5. friuolæ omnino sunt: laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa?

Radix omniū bonorum & malorum est voluntas. Luc. 2.

Esther. 1. Figura.

Cant. 5.

¶ *Iterum misit alios seruos, dicens: dicite inuitatis: ecce prandium meum paraui: tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias.* Est prandium hoc (vt in hoc loco ait Chryso.) doctrina iustitiæ, & verba cœlestium mysteriorum, quibus se homo reficiēs, vitam immortalem, verèq; beatā cōsequetur. Hoc prandium de quo agit Christus, est cōuiuium illud, de quo ait Dominus apud Esaiam: & faciet Dominus exercituū omnibus populis in monte hoc cōuiuiū pinguium, conuiuiū vindemiæ, conuiuiū pinguiū medulatorū & vindemiæ defecatæ. Est enim verbū Dei, animæ alimentū, omnibus dapibus dulcius & præstantius. Non enim immeritò ait propheta: quàm dulcia faucibꝰ meis eloquia tua super mel ori meo. Et volens Esai. significare huius conuiuij excellentiā, illud appellat vindemiæ, & pinguiū medulatorū, & vindemiæ defecatæ, hoc est: pulchrū & excellēs, in quo sunt fercula pinguia, opima, & iucūda, & vina defecata & optima. Ne intelligas has exquisitissimas dapes corporales, sed spirituales. Voluit enim Christus & propheta significare hac trāslatione, esse Euangeliū animarū cibū, cum quo nullæ aliæ epulæ debent cōparari. Sed heu quot sunt, q nolint etiā inuitati ad hoc sacrū cōuiuiū venire: & hoc suauissimo pabulo, tanquam nectare & ambrosia, animū alere, & reficere. Vt enim illū rectè valere dicimus, qui corporis cibū suo tēpore appetit: eū verò lāguescere, qui fastidit epulas, sensuq; stupore earū suauitatē nō sentit: ita eū animū rectè valere dicimus, qui verbū Dei audit & rapit. eū verò debilitari, qui verbo Dei non delectatur: qui Euangelicas conciones spernit: qui harum diuinarū epularum suauitatē non sentit, ex quibus efflorescit pietas & charitas, cæteræq; virtutes, quibus hominum mentes substentātur, & amore æternitatis rapiuntur. Hæc deniquè est cœna illa magna, quā fecit Deus, de qua loquitur Chrūs apud Lucā: ad quā inuitati accedere noluerūt. Nos verò accedamus ad hanc cœnā: has diuinas epulas auidè sumamꝰ, & in mētis stomacho conseruemus. Vt enim nō prodest cibꝰ si eū statim euomimus: sic paruā vtilitatē afferet verbū auditū, si statim illius obliuiscimur. Et quēadmodū cibus absq; naturali calore nō digeritur, indigestus verò onus est, nō cibus, & nō solū non nutrit, sed corrūpit, quā ob causam videmus redūdare varias ægrotationes: sic verbū Dei auditū, in frigido animo receptū, non digeritur sine igni diuini amoris: crudus verò & mentis stomacho innatans, pondere premit: & non solum nō alit animū

D. Chry. Prādium est doctri. cœlestis.

Esai. c. 25

Psal. 118.

Simile.

Simile.

Luc. 14.

Simile.

Simile.

¶ *Intrauit autem rex, vt videret discũbentes*. Non sic principes seculi suos ministros tractare solent. Vidisti aliquando Dominum quantuncumquè piũ in suos, qui eos coram se velit comedere, aut eos comedentes videre gaudeat de bonis suis? nullum. Iste verò suos non solum conspicere, sed comedere coram se, summa auiditate videt. In hoc loco legis intrasse regem, vt videret discumbentes. Sed quales quæso? debiles & claudos &c. Tales sunt quos inuitat ad tauros & altilia, & ad preciosa fercula compellit. Ideo neminem volebat apparere coram se vacuum. Exod. 23. Non vt ipse comederet, sed vt nos comedentes corã se de bonis suis, videat & gaudeat, non semel, sed ter in anno.

Humanitas Dei cõmendat.

Exod. 23

¶ *Amice quomodo huc intrasti? &c.* Vide quæ annotauimus capi. 12. super illa verba: non contendet nequè clamabit, nequè audiet aliquis in plateis vocem eius, vbi de modestia prælatorum egimus.

¶ *Amice quomodo huc intrasti?* Hoc vno verbo amici atquè hoc vno sermone exprobrabit Christus in mortis articulo, siue in tremendo illo iudicio ingratitudinem omnium peccatorum, qui tantis affecti beneficijs, ausi sunt in Ecclesia viuere, non induti charitate: ausiquè sunt vsquè ad mortem illa exuti perseuerare. Vnde D. Augustinus ait: quid faciemus charissimi in illo metuendo iudicij die, cum Dominus tam iustus quàm misericors seueritate iudicis contemptæ misericordiæ reos cœperit accusare & dicere: ego te homo de limo manibus meis feci: ego terrenis artubus infudi spiritum: ego tibi imaginem nostram, similitudineq; conferre, dignatus sum: ego te inter paradysi delicias collocaui: tu vitalia mãdata contemnens deceptorem sequi quã Dominum maluisti. Cum expulsus de paradiso iure peccati vinculis tenereris: virginalẽ vterũ sine dispẽdio virginitatis pariendus introiui: in præsepio & pannis obuolutus, tacui: infantiæ contumelias humanosquè dolores, quibus tibi similis fierẽ, adhoc scilicet vt te mihi similẽ facerẽ, pertuli: irridẽtiũ palmas & sputa suscepi: acetũ cũ felle bibi: flagellis cæsus, vepribus coronatus, affixus cruci, perfossus vulnere; vt tu eripereris, morti animã in tormentis dimisi. En clauorũ vestigia, quibus affixus pepẽdi: en perfossum vulneribus latus: suscepi dolores tuos, vt tibi gloriã meã darẽ: suscepi mortẽ tuam, vt in æternum viueres: conditus iacui in sepulchro, vt tu resurgeres in cœlo: cur quod pro te pertuli perdidisti? cur ingratus redemptionis tuæ munera renuisti? Non tibi ego de morte mea quæror. Redde mihi vitam tuam, pro qua meã dedi. Redde mihi vitã tuã, quã vulneribus peccatorũ indesinenter occidis. Cur habitaculum quod in te sacrauerã, luxuriæ sordibus polluisti? cur corpus iã meũ turpitudine maculasti? cur me grauiore criminũ tuorũ cruce, quã illa in qua quõdã, affixisti? grauior enim apud me peccatorũ tuorũ crux est, in qua vinctus pẽdeo: quã illa in quã tui misertus mortẽ tuã occisurus, ascẽdi. Cũ essem impassibilis, pro te pati dignatus sum: sed tu despexisti in homine Deũ: in infirmo salutẽ: in via reditũ: in iudice veniã: in cruce vitã: in supplicijs medicinã. Et quia post omnia mala tua ad pœnitẽtiã cõfugere noluisti, ab audito malo nõ mereberis liberari. Hæc Au. Quia tãtis homo affectus est beneficijs, quæ

D. Augu.

Exprobratio beneficiorum Dei.

Peccator fidelis, dicitur amicus in hoc loco, tum propter fidei professioné, tum propter innumera ei à Deo collata beneficia quæ signa sunt dilectionis.

signa sunt amoris, amicorum enim omnia sunt communia, eò amicus dicitur: sed quia redamare Deum noluit. ideò ligatis manibus & pedibus projicietur in tenebras exteriores: primùm auditurus: amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Deinde omnia alia, quæ ex Augustino enarrauimus: Quæ vno isto verbo, vnoque sermone, vt iam diximus, continentur.

¶ Vt videas quàm iustè conqueritur, aut conqueri potest Deus de peccatore non habente vestē charitatis: si non tibi sufficiunt quæ modo ex Augustino enarrauimus: lege D. Basil. to. 2. in lib. regularū fusius disputatarum, interrogatione. 2. & 3. ¶ *Amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?* Qui charitate sunt præditi, hac veste nuptiali sunt induti, charitas enim est vestis nobilissima, de qua in hoc loco Christus loquitur: & Apostolus Petrus: charitas (inquit) operit multitudinem peccatorum. Et Dauid in psalmo: Beati (inquit) quorū remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Charitas enim operit & tegit. Vnde qui sine ea sunt, meritò nudi dicuntur. Quod significās. D. Ioā. dicebat cuidam in Apoca. Nescis quia tu es miser, & miserabilis & pauper, & cæcus & nudus? Ideo ait scriptura; primos nostros parētes cū in peccatū inciderūt, cognouisse se esse nudos. Quamuis enim ante peccatū nudi essent, habebant tamen pro vestimento diuinam quandam dignitatem, quam, si in illo felici statu permansissent, nō amisissent: quin potius fuissent semper admirabili quadam gloria cumulati. At cum Dei præceptum transgressi sunt, erubuerūt, & fuerunt hac

1. Pet. 4.

Psal. 31.

Apo. 3. c

Gene. 3.

veste nudati: & senserūt anxios timores, inanes solicitudines, aliaq; perturbationes, quæ in eos tanquā procellæ & tēpestates irruerunt. Est igitur charitas diuina quædam vestis. ¶ Hæc est vestis illa, qua Elias operuit Elisæū, quem inuenit arantē; hac enim indutus Elisæus, cōbussit aratra, in quorū igne coxit duos boues quos occidit: & statim sequutus est Eliā, qui super eum palliū proiecerat. Quid per Elisæum terram colentem intelligitur, nisi peccator terrenis operibus implicatus. Quid per Eliā cœlum ascēdentē, nisi Christus charitate inflammatus in cœlum assumptus? Cum Christus peccatorem cooperit pallio diuinæ gratiæ: statim homo terrena ac turbulenta negotia, & impia comercia relinquit: & iuga boū hoc est, mundi vincula, & nepharios labores cōtēnit: cōburit aratra, hoc est, instrumēta peccādi: & boues qui iuga mundi portabant occidit, & coquit aratrorū igne, hoc est, appetitus interficit, & se ipsum occidit igne cōtritionis peccatorū, ita vt iā ipse qui ante erat, non viuat, sed sit Deo immolatus: non viuat homo carnalis, sed spiritualis: nō homo terrenus sed cœlestis. Quemadmodum de seipso D. Paul. dicebat: viuo autem iam non ego: viuit in me Christus. Ille Paulus qui antea viuebat, erat in cruce immolatus, iuxta id quod ipse dicebat: mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mūdo. Aspicis itaq;, quid profuerit Elisæo palliū illud, quo fuit ab Elia indutus, per quod Christus significatur, sine quo Aegyptij nudi & discalciati dicūtur ab Esai. c. 20. Hi, qui pascha Domini celebrabant, calcia-

3. Re. 19. Figura.

Gala. 2.

Gal. 6.

Esai. c. 20. Figura. Exod. 20.

ti erant, vt in lib. Exodi referunt diuinarum literarum monimenta. At Aegyptij scelerum vinculis astricti, erãt pedibus nudi; quoniam verum pascha dignè non comedebant. Pascha enim nostrũ (vt ait Apostolus) immolatus est Christus, quẽ ipsi nõ sequebantur. Per quos nefarij omnes mortiferis sceleribus vulnerati, intelliguntur.

1. Cor. 5.

Charitas per antonomasiã vocatur ornamentum & vestis nuptialis. Ezec. 16.

¶ *Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* Etsi multa sint animae ornamenta, tamen per antonomasiam appellatur ab Ezechiele charitas (quae maior est omnium virtutum ornamentum, dicens: ornaui te ornamento. Et in hoc loco, vocatur vestis nuptialis. Atq; multis de caussis admiratus in hoc loco Dominus, multos fideliũ in Ecclesia exutos charitate, ait vnicuiq; illorum. Amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? Inter alias verò, quinq; annumerat D. Bonau. de doctrina cordis, c. 37. Prima est, quod tãti faciat Dominus hãc vestem, vt suis fidelibus materiam de qua fieret, prebere dignatus fuerit. Prebent oues lanam: prebent vermes quos bombices vocamus, sericũ, ex quibus homines vestimẽta preciosa cõponere solent: prebuit Christus verus agnus verusq; vermis (ego, ait ille, sum vermis & nõ homo) materiã, quasi de visceribus suis: cũ aperto latere infinitũ suũ erga nos amorẽ effudit, precioso sanguine tinctũ: vt hãc charitatis vestẽ texeremus: vt amore eius cõmoti, ad eũ redamãdũ incitaremur. Quare iure optimo miratur, si aliquem nostrum uideat, qui illum toto corde, tota mente, totisquè visceribus non diligat.

D. Bo. de doct. cor. c. 37. 1. ratio huius admirationis.

Psal. 21.

¶ Secunda causa est, eo quod fideles certo sciamus, hanc vestem charitatis maximè Christo placere, maximeq; spõso isti coelesti gratam esse. Hinc tu et, quod licet corpus suũ perforari in cruce permisit, non tamen voluit inconsutilẽ vestem suam, quę huius vestis nuptialis figura erat, aliquo modo scindi, vt docet Ioã. c. 18. Volens in hoc mysterio nobis significare, plus multo amasse hanc tunicam charitatis, quã preciosum corpus suum. Vnde D. Augustinus sic ait: tunicam hominis iam iudicati, in cruce pendentis, carnifices Pilati nõ sunt ausi concidere: & tu vis charitatem Dei, imo charitatem quae Deus est, superare? Haec dicens contra seminatores discordiarum, quae Christum diuidere dicuntur, dum charitatem fraternam diuidunt.

2. admirationis ratio.

Figura. Ioan. 18.

D. Augu.

¶ Tertia causa huius admirationis est, eo quod nesciat homo finem suum: cõperiat autem, quod non poterit cum sponso Christo in illa coeleſti curia inter principes regni coelorũ, dignè absq; hac veste apparere, & audeat vel ad horã, hãc charitatis vestem exuere? & non semper sit paratus; ne forte audiat ianuis iã clausis: amen dico vobis nescio vos? Heu quot sunt in ecclesia fideles, qui tũc volunt hãc vestem charitatis ordiri, quãdo vult Deus eorũ vitã scindere. Noli ergo tardare hãc charitatis vestẽ texere, ne subitò succidaris: & ne aliã vitã ingressus absq; illa, audias: amice quomodo huc intrasti nõ habens vestẽ nuptialẽ? ligatis ergo manibus & pedibus, proijcite eũ in tenebras, longe à luce positas. Imitare ergo mulierẽ illã fortẽ, de qua dicitur pro. vlt. quaesiuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum. Per lanam intellige omnia beneficia, á

3. ratio huius admirationis.

Infra. 25.

Prou. vlt.

Christo quatenus verus homo nobis exhibita: per linum verò ea quæ ab illo quatenus verus Deus recepimus. Quid ergo est lanam & linum quærere, nisi beneficia vniuersa, tam à CHRISTO homine quàm à CHRISTO Deo, corde & ore frequentius reuoluere? vt sic vestem charitatis texere valeas in animo tuo. Ex crebra enim & frequenti memoria beneficiorum Dei erga nos, cor nostrum maximo amore incenditur: anima nostra maxima charitate flagrat.

Quarta ratio. ¶ Quarta causa ea est, quod si vestis hæc nobis defuerit, vniuerso orbi in illo tremendo iudicio turpitudo nostra manifesta erit. Charitas

Prou. 10. enim (ait Salomon) vniuersa delicta operit. Et Diuus Ioan. in Apo-

Apoc. 16 calyp. capit. 16. etiam ait: beatus qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet, & videat homines turpitudinem eius. Neque enim verbis, aut maxima vi dicendi, explicari & ponderari potest, quanta verecundia, quantoque pudore afficientur peccatores coram tanta hominum multitudine, sine charitate apparentes.

5. ratio. ¶ Quinta denique causa est, quod nobis compertum sit, nullo modo sine veste hac regnum cœlorum ingredi posse. Cum ergo fecerit nos dominus ad se, & iniquietum sit cor nostrum, donec perueniat ad illum: cur sine hac veste viuimus: cur sine charitate ambulamus: cum certo sciamus absq; illa, Deo fine nostro, atq; summo bono, ad quod desiderio inenarrabili tendimus, frui minimè posse? Aduerte igitur ò homo, & altamente considera, quod sicut non licebat hominem indutum sacco aulam regis Assueri introire: ita etiam tu au- Esther. 1. Figura.

lam cœlestis regis sine hac lætitiæ veste, cum solo timore seruili, intrare non poteris. Hæc est vestis illa purpurea, de qua Prouer. vlti. dicitur: byssus Prou. vlt.

& purpura indumentum eius. Hæc est vestis odorifera, cuius odor benedictionem patris cœlestis impetrat vero Iacob, quē vt sentit verus Isaac, Gen. 27. Figura.

ait: ecce odor filij mei, quasi odor agri pleni. Nonne vides quantis rationibus cōmotus admiretur rex iste cœlestis, & dicat: amice quomodo huc in- Epilogus causarum prędictarum.

trasti non habens vestem nuptialem? sciens quod ex meis visceribus tibi vt hanc vestem texeres, materiā præbuerim? sciēs quod hæc vestis est, quæ inter omnia alia animæ tuæ ornaméta mihi maximè placet? sciēs quod nescias finē tuū: & quod hac veste exutꝰ, nō poteris dignè corā tot regibus & principibꝰ cōparere? sciēs etiā, quod sine hoc vestimento, turpitudo tua in illo terribili tremendoq; iudicio apparebit? sciens tandē, quod sine illa regnū cœlorū intrare, perpetuaq; felicitate, diuinisq; dapibus illis potiri, nemo poterit: etsi desiderio incredibili ad illas anhelet? Labora igitur pro hac veste: nā ista est, quæ cōtra aduersa omnia hominē munit. Fortis Canti. vl.

enim est vt mors, dilectio. Ista est quę hominē ornat: fortitudo & decor (inquit Salo.) indumentū eius. Ista est ve- Pro. vlti.

stis illa polytinta, varietate bonorū operū distincta: secundū illud quod psalmista ait: astitit regina à dextris Psal. 44.

tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Item hæc est currus ille igneus, subleuans interiorē hominem in paradisum spiritualem, vt de Elia legitur 4. Reg. 2. Tandem hæc est iu- 4. Re. 2.

gum suaue, de quo Dominus sup. c. Sup. 11.

11. dixit: iugum meum suaue est &c.

¶ Quomodo

¶ *Quomodo huc intrasti &c.* Hoc regis conuiuium, non solum doctrinam Euangelicam significat: sed sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum nobis repræsentat. Vnde quemadmodū in hac parabola duo hominum genera reprehenduntur: Alterum eorum, qui inuitati noluerunt venire, alterum eorum qui sine veste nuptiali ad mensam accedere ausi sunt: sic etiam maxima animaduersione digni sunt, qui ad Eucharistiam, vel nūquam accedunt, vel accedentes charitatem non afferunt. De primis dicit Christus: nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quod testimonium de Sacramēto Eucharistiæ exponitur in prologo Concilij Ephesini aduersus Nestorium. Iure ergo diuino tenentur aliquando christiani, ad hanc mensam accedere. Ideò què verbo præceptiuo ait Dominus: hoc facite in meā cōmemorationem. Duo præcipiēs: quod populo has epulas cœlestes administrent sacerdotes: & quod illud fiat in memoriam passionis eius. De secundis verò sine veste charitatis accedentibus ait D. Paulus in Epistola ad Corint. qui enim manducat & bibit indigne, iudiciū sibi manducat & bibit. Quo in loco glo. D. Augustini ait: eum indignè manducare & bibere, qui in peccato, vel irreuerēter sumit. Sed de his satis doctores in 4. sent. disputant.

Hoc conuiuium repræsentat etiam eucharistiæ sacramentum.

Ioan. 6.

Luc. 22.

1. Co. 11

D. Augu.

¶ *Non habens vestem nuptialem.* Hoc in loco reprehendenda est stultitia multorum fidelium, maximè mulierum, qui soliciti sunt ornare corpus, animam verò nudam relinquere: immemores illius quod sapiens ait: in vestitu ne glorieris vnquam, nec in die honoris tui extollaris: et quod Paulus. Volo mulieres orare in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se: non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa: sed quod decet mulieres, promittentes pietatē per opera bona. Habitum ornatū explicat glosa, idest, religionem earum, ornantē eas. Et quod D. Pet. in Epistola. c. 3. etiam ait: quarum non sit exterius capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus: sed qui absconditus est homo cordis, in incorruptibilitate modesti & quieti spiritus. ¶ Immemores etiā Esther, quæ necessitate coacta ornare se dicebat: Domine tu scis, quod abominer signum superbiæ, & gloriæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ: & detester illud quasi pannum menstruatæ, & non portem in diebus silentij mei. Cura ergo omni diligentia, animam potius quàm corpus veste preciosa charitatis adornare; si non vis rerum omnium ordinem peruertere. Quod sanè quis faceret, si vellet ancillam habere, quæ Dominæ sunt: & è contrario. Sic tales carnem quæ ancilla est, ornant, & delicijs pascunt: & quæ sibi sunt placita ad nutum faciunt, velit nolit diuina lex. E contrario autē anima, quæ domina à Deo constituta est, fame & siti affligitur, maleq; induta est, obediens & obtemperans carnis illecebris. Vnde D. Bernard. ait: dominam ancillari, & ancillam dominari: magna abusio & nimis magnifica est.

Eccli. 11.

1. Tim. 2.

1. Pet. 3.

Esth. 14. c.

Simile.

D. Bern.

¶ *Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.* Si totam hanc parabo-

Tribus s. nuptijs & conuiuio & metu pœnarum nos Deus ad amorē prouocat.

Primum.

bolam attente consideres, tria inuenies: quibus nos Dominus ad amorem suum incitare contendit: & ad vestem charitatis induendam persuadere: nuptijs scilicet, & conuiuio, & gladio. De quibus hic pauca subijciem us. Primum enim est, quod nos ad amandum Deum incitare, debet, quod homo factus nos sua morte refecerit. Quod agnoscens Paulus dicebat: Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me: non sum ingratus gratiæ Dei. Et D. Bernar. in lib. de diligendo Deo: si totum me debeo pro me facto: quid addā pro me refecto, & refecto hoc modo? Neque enim tā facilè refectus quàm factus. Siquidē non solum de me, sed de omni quoquè quod factum est, scriptum est: ipse dixit, & facta sunt. At verò, quem me tantum semel dicendo fecit; in reficiendo profecto, & dixit multa, & gessit mira, & pertulit dura: nec tā tum dura, sed etiam indigna. Quid ergo retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? In primo opere me mihi dedit: in secundo se, & vbi se dedit, me mihi reddidit. Datus ergo & reditus. Me pro me debeo, & debebo: quid Deo retribuam pro se? Nam etiam si me millies rependere possim, quid sum ego ad Dominum? Idem super Cant. Loquens de opere redemptionis, ait: quid adhuc dormitat tua affectio; imo non dormitat, sed mortua est, si huic non respōdet beneficio.

Gal. 2. D. Bern. de diligēdo D. c. 5. Psal. 148. Idem.

Secundū.

¶ Secundum verò quo nos rex iste inuitat ad illum diligendum, est conuiuium specialiter propositum diligentibus eum, & habentibus vestem nuptialem. Vnde Paulus in Epistola prima ad Corint. cap. 2. ait: oculus non vidit &c. Quæ præparauit Deus diligentibus se. Iac. 1. Accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Mirum profectò est, quo pacto sit possibile, vt amor noster è Dei manibus euadere possit: quia si amor noster venalis est, nullus Deo carius emit: cum pro illo dabit nobis regnum æternum. Si verò dandus est, nullus est illo dignior quàm Deus, cum ille sit summè bonus. Si autem violentiam requirit: nullus maiorem violentiam pro eo faciet quā ipse: nam petit à nobis amorem, quasi euaginato gladio: aut enim (inquit) amabis, aut æterna pœna interficieris, ligatisque manibus & pedibus in tenebras exteriores proijcieris: quod erat tertium quo nos ad se trahere contendit. Hinc est illud quod Dauid ait: nisi conuersi fueritis, ab amore scilicet mūdi, ad Dei amorem, gladium suum vibrabit. Et D. Augustinus in lib. confessionum: Domine quid tibi sum ipse, vt amari te iubeas à me: & nisi hoc faciam irascaris mihi, & mineris ingentes miserias? Sed de his hactenus: nam infra super illa verba: diliges Dominum Deum tuum, plura alia dicemus ad propositum istud concernentia.

1. Cor. 2. Iaco. 1. Lege pro hoc D. Bona. de doctrin. cor. ca. 18. & c. 74. Tertium. Psal. 7. c. D. Augu.

¶ *Mittite eum in tenebras exteriores.*

Leuit. 21. præcipit Dominus sacerdotibus, ne polluant nomen Dei sui. Non (inquit) pollueut nomen eius. Quo in loco aduerte: quod sortitur famulus, in aliquo nomen Domini sui. Nam à Deo dicitur seruus Dei: ideo si malus sit, nomen Dei quod in eo est, polluit. Nōne videretur tibi indecens valdè, si famulus sordidis indutus vestibus munus aliquod preciosum domino suo dissimo deferret? Sicut enim letus

Leui. 21. Quid sit polluere nomen Dei.

Simile.

sor-

sordidis indutus vestibus coram Domino, cum Sathan expostularet Deũ, præcipisse angelo legimus Zacha. 3. vt sordidas illum vestes exueret, & preciosas indueret: sic & in hoc loco eum qui non nuptialibus intrauerat vestibus præcepit eijcere foras. Nil pollutum & sordidum dominus videre vult in nobis habentibus nomen eius.

Zacha 3.

¶ *Mittite eum in tenebras exteriores.* Hic quæri potest, quare illæ tenebræ quibus inuoluuntur mali in gehenna, dicuntur tenebræ exteriores. Quia tunc mali penitus extra lucem corporalem & spiritualem, scilicet, Deum erunt. Nunc enim etsi patiantur tenebras in cæcitate mentis: non tamẽ penitus extra lucem Dei sunt, neque corporali luce priuantur. De hoc Augustinus sic ait: ira Dei & in iudicio erit, & hic est in cæcitate mẽtis, cum datur mali in reprobum sensum. Ibi exteriores tenebræ erunt, quia tunc peccatores penitus erunt extra Deum. Quid est enim penitus esse extra Deum, nisi esse in summa cæcitate, siquidem habitat Deus lucem inaccessibilem? Hæ autem tenebræ hic iam incipiunt in peccante, cum ab interiori Dei luce secluditur: sed non penitus dum in hac vita est. Ecce quare peccator dicitur pati exteriores tenebras, & non hic, quia ibi excluduntur penitus à luce Dei, quod non hic. Sed quomodo intelligenda est illa seclusio? an quia nõ videbunt eum per speciem? sed neque aliquis videt hic Deum per speciem. An per dissimilitudinem, quam facit peccatum inter Deum & hominem? Sed & hic multi per grauia peccata elongãtur à Deo. An quia Deũ odiunt, ita vt velint Deum non esse? sed hic multi Deum oderunt: de quibus scriptum est: superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Quæ est ergo illa elongatio? Sanè exteriores tenebræ intelligi possunt: quędã malignitas odij & voluntatis, quæ tunc excrescet in mentibus reproborum: & quædam obliuio Dei: quia tormẽtorum interiorum doloribus adeò afficientur & turbabuntur, vt ab illis, ad cogitandum aliquid de Deo, vix vel rarò, vel nunquam mentem reuocent. Vt qui nimio præmuntur pondere, adeò stupescunt & turbantur, vt interim in aliam cogitationem non se extendant: sed illuc tendit impetus cogitationis, vbi sentitur vis doloris. Sed in hac vita nullus adeò malus est, vt penitus secludatur à cogitatione Dei: quia neque perdit appetitum beatitudinis, & quẽdam boni amorem, quem naturaliter habet rationalis creatura. Illas autem exteriores & profundissimas tenebras reprobos perpessuros post iudicium, dicit Augustinus opponens de illo diuite, qui in inferno positus eleuans oculos vidit Abraham, & in sinu eius Lazarum, cuius comparatione coactus est confiteri mala sua: vsque adeò vt fratres roget ab his promoueri. Quod ante iudiciũ factum legitur. Sed post iudiciũ in profundioribus tenebris erũt impij, vbi nullam Dei lucem uidebunt, cui confiteantur. Hæc Magister.

Magister 4. d. 50. c. 2.
Quare dãnati dicantur proijci in tenebras exteriores: & cur per tenebras exteriores gehenna significatur?
D. Augu. sup psal. 6 in illa ver ba: turbatus est à furore oculus meus.
Psal. 73.
Simile.
Luc. 16.

¶ *Vt caperent eum in sermone.* In nullo magis dæmones, homines capiũt, quàm in sermone. Iam homo impius blasphemat, iã periuriũ cõmittit, iam falsum testimoniũ dicit, iã detrahit, iam turpia profert, iam scurrilia, iã multa loquitur, iam denique otiosa innumera; nullus denique est laqueus quo

In nullo dæmones magis homines capiunt quã in sermone.

quo magis capiantur homines. Vnde inter alia quæ D. Iacobus de lingua affirmat, vt vno verbo omnia cō prehendat, ait capit. 3. Lingua nostra ignis est, vniuersitas iniquitatis. Quo in loco glo. inquit. Vniuersitas iniquitatis lingua vocatur, quia per eam cuncta facinora, aut concinnantur, vt latrocinia & stupra, aut patrātur, vt periuria, falsa testimonia, aut defenduntur, vt cum quilibet scelus suum excusat; quod comit. Lingua enim in lubrico est siue in humido; & ideo de facili labitur. Ideo sapiens Ecclesiast. 14 dicebat beatus vir, qui non est lapsus verbo in ore suo. Quare in nullo magis nobis laborādum est & euigilandum, quàm in sermonis & linguæ moderatione: cum vniuersitas sit omnium iniquitatum: cū nihil inueniri possit quod magis noceat. Ideo Diuus Iacobus eam igni comparat. Ignis enim inter omnia elementa potentissimus est ad omnia destruendum. Non enim sine causa, Spiritus sanctus in linguis apparuit potius quàm in manibus, aut in alijs corporis membris. Vt insinuaret mē brum istud maximè inflammatum esse igne infernali, quare necessum erat, vt igne cœlesti inflammaretur. Non etiam sine causa fuit vt natura linguam in medio capitis collocauerit, quam dentium multitudo & labia circunstarent, ad insinuandum: quod aut tacendum nobis sit, aut iustè loquendum. Ad significandum etiam, quod lingua propter pronitatem suam ad malum, necesse habebat vt intra carceres concluderetur: cū tamen aures & manus in propatulo sint. Magna ergò cura & diligentia lingua custodienda est: Et prefertim in principijs illi resistendum. Principijs (inquit poeta) obsta: sero medicina paratur. Homines enim os nō custodientes, vasibus sine operculis cō parari solent: & ideo immundi sunt. Vnde Num. 19. dicitur: vas non habens operculum neq; ligaturam desuper, immūdum erit. Comparātur etiam equis absque freno & nauibus sine gubernaculo à Iacobo. c. 3.

Iac. 3. Glosa. Lingua vniuersitas iniquitatis vocatur. Eccl. 14. Simile. Act. 2. a. Poeta. Simile. Num. 19. Iacob. 3.

¶ *Vt caperent eum in sermone*. Timida res malitia est, & mali trepidi. E contra vero audax virtus, & boni audacissimi. Nusquam enim videbis malos facinus aliquod comittere, nisi sint in magna multitudine. Quod psal. 82. optime depingit: super populum tuum malignauerunt consiliū, cogitauerunt aduersus sanctos tuos (vel absconditos tuos) dixerunt: disperdamus eos de gēte &c. Sed qui cōuenerunt? tabernacula Idumæorū & Ismaelitæ, Moab, & Agareni, Gebal, Ammon, & Amalech, alienigenæ cum habitantibus Tyrum. Audis ibi innumerabiles malos aduersus paucos bonos conuenisse: neque fortes, sed absconditos persequi. Sic Gene. 37. Fratres Ioseph se inuicem prouocant ad malum: venite (inquit) occidamus eum. Et Prouer. capit. 1. Se etiam vocāt impij inuicem ad malū, quia soli non audent. Timet etiam malus solus plecti ideo socios quærit. Malum etiam in se formidabile est, & non nisi multi illud audent simul perpetrare. Sic in hoc loco pharisæi in vnum conuenerunt, vt scilicet multitudine vincerent, qui ratione superare non poterant.

Timida res malitia est, & mali trepidi. Psal. 82. Gene. 37. Prou. 1.

¶ *Magister scimus quia verax es*. Non facile explicare quis potest, quanta laude, quantisq; encomijs dignus sit homo verax. & qui mendacium pro suis viribus fugere conatur. Fuge precor

Veritas sectanda & mendaciū fugiendū.

precor tu homo fidelis, hoc tam detestabile mentiendi vitium. nam mendacium scelus est diabolicum. Cum loquitur mendacium, ait Christus, Ioã. 8.f. ex proprijs loquitur quia mẽdax est, & pater scilicet mendacij. Mendaciũ coinquinat os: redditq; illud abominabile Deo. Prou. 12 Abominatio est Domino labia mendacia. Mendacium hominem falsum reddit. Quantum enim præstat verus denarius falso: tantum præstat homo verax homini mendaci. Mendacium venenum est tam pestiferum animæ, vt in ore existens illam interficiat. Sapiẽ. 1. Os quod mẽtitur (inquit Salo.) occidit animam. Mendaciũ nocet maximè fidelib9. Est enim lingua hominis mendacis, velut arcus diaboli, oculos interiores filiorũ Dei sagittans: extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij & non veritatis, ait Hiere. cap. 9. Hier. 9. a Non ergo accipias faciem aduersus faciem tuã, neque aduersus animam tuam mendacium ait Salomon. Eccli. 4. Eccli. 4. c Vnde faciem aduersus faciẽ suam accipit, qui veritate exclusa à corde suo, quæ est Dei similitudo, falsitatem quæ diaboli est facies, assumit. Inquire ergo veritatem & persequere eam: vt de te omnes dicere meritò possint: scimus quia verax es.

¶ *Et viam Dei in veritate doces.* Non sicut hæretici, qui etsi viam Dei doceant, hoc est, sacram scripturam, nõ tamen eam in veritate docent: corticem tantum comedentes & non medullam, imitantes patrem suum diabolum, quando Christum Dei filiũ tentare aggressus est.

Quale sit munus veri concionatoris & iudicis. ¶ *Et non respicis personam hominum.* Hoc est munus veri concionatoris, non respicere personam hominum. Imo similis esse debet fulmini, quod ensem frangit & conterit, vagina illesa remanente: Simile. potentiores potius reprehendendo quàm humiliores, minuitque potentes. Sic faciebat concionator ille & propheta qui dicebat: audite verbũ Domini principes Sodomorum. Esai. 1. c. Et iterum: principes tui socij furum. Sic Christus qui dicebat Ibidem f. principibus pharisæorum: auferetur à vobis regnum Dei. Sup. 12. d Non sic iudices huius mũdi facere solent: sed potius personam hominum respicientes, in pauperes & non in diuites, in humiles & non in nobiles, in miseros, & non in potentes potestatem suam exercent.

¶ *Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces.* Vt caperent Christũ in sermone, primùm ei adulantur. Res profectò indigna est Adulatio detestanda. viro christiano, adulatio. Ideo Dominus Leuit. 2. in figura dicebat: Leuiti. 2. nihil mellis adolebitur in sacrificio domini. Figu. a. In melle, dulcedo adulationis intelligitur. Exod. 23. ait: non coques Exod. 23 hędũ in lacte matris. Adulator enim hominem durum, quem non potest frangere diabolus, in lacte adulationis coquit, vt à diabolo comedi possit. Præterea Prou. 24. ait Salo. Ne lactes quemq; labijs tuis. Prou. 24 Vnde adulator nutrix est diaboli. Prou. 16. Vir Prou. 16. iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonã. Et Thre. 4. Thrẽ. 4. lamiæ nudauerunt mammas: lactauerunt catulos suos. Lamia, bestia est suis fœtibus crudelior quàm cæteræ bestiæ. Vnde lamia, quasi lania appellatur, quia catulos suos creditur dilaniare. Adulator locusta est, comedẽs Simile. residuũ grandinis. Exo. 10. Exod. 10. nã sicut locusta æstate canit, & hieme silet: sic adulator in ęstate prosperitatis laudat homines & in hieme aduersitatis à laude

laude cesat. Per grandinem verò persequutor significatur: locusta ergo residuum grandinis comedit, quia auctore Gregorio: quē persequutio trāgens non vincit, multoties adulatio premit. Adulator propter suam procacitatem rana vocari potest: propter suam verò verborum dulcedinē sirena vsquè in exitium dulcis secundum Boecium. Adulator, echo & vmbra dicitur: si enim rides ridet: si ais ait: si fles flet, & te tāquā vmbra sequitur. Adulator deniquè, similis est oleo. Oleum autem peccatoris &c. Similis est sagittæ aureæ & ideo multi non curant si ab illa lædantur. Similis est vento, qui etsi lenis sit, trāfert tamen montes de regno Dei ad regnum diaboli. Similis deniquè est retibus. Vnde Salomon ait: qui blandis fictisquè sermonibus loquitur, rete expandit proximo suo. Fugiamus igitur adulationem: detestemur asentationem, quæ nos innummeris malis afficit: ne audiamꝰ à Christo: quid me tentatis hypocritæ?

Gregor. Simile. Simile. Simile. Simile. Simile. Prou. 29.

¶ *Quid me tentatis hypocritæ?* Vbiq; Dominꝰ detestatur hypocritas. Deute. 22. præcipiebat, dicens: Non indueris veste, quæ ex lana linoq; contexta est. Per linū quod subtilius est, cogitationes mentis subintelliguntur: per lanam verò quæ alba est: opera exterius relucentia. In hypocrita ergo sub lanæ grositie, linum latet: quia sub puritatis imagine deprehēdi calliditas non valet. Non ergo induamur veste, lana linoquè cōtexta, hoc est, hypocrisi: Ne audiamus à Domino: quid me tentatis hypocritæ? Væ hominibus hypocritis, quia similes sunt sterquilinio niue cooperto: & cigno extra candido, intus verò habenti tetras & nigras carnes. Similes etiam sunt Simoni Cyrinęo alienam crucem portanti. Et arundini vento agitatæ. Similes sunt quoquè Sichem, qui circūcidit se, vt Dinam in vxorem haberet: minime tamen circuncisio illa, eum à gladio Simeonis & Leui, liberare potuit. Tales minatur Iob. c. 13. dicens: non veniet in conspectu eius omnis hypocrita. Quod si interroges, cur Dominus hypocritas ita detestetur & persequatur? in promptu responsio est: quia scilicet veri proditores sunt omnes isti, simulantes se agere partes Dei, & agentes partes diaboli: fingunt se esse amicos, cum hostes & inimici sint. Lege quæ annotauimus capi. 6. ibi, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.

Hypocritæ detestatur à Christo. Figura. Deut. 22. Simile. infra. 27. Gene. 34. Iob. 13. causa qua re Christus detestatur hypocritas.

¶ *Cuius est imago hæc & superscriptio?* De vno quoquè nostrum poterit dominus interrogare: cuius est imago hæc & superscriptio? Vnde superbia est veluti quædam imago diaboli, in animis superborum expressa. Quo fit, vt superbus similis sit diabolo, expressamquè illius effigiem præseferat. Iuxta illud quod D. Gregor. ait: Apostatæ angelo similis efficitur homo, dum homo hominibus similis esse dedignatur. At vero humilitas imago expressa est Christi. Curemus ergo, vt imaginem eius feramus, & non diaboli: vt interrogati: cuius est imago hæc & superscriptio? respondere posimus: nō est Domine diaboli, sed tui: ad imaginem enim & similitudinem tuam creati sumus: superscriptionem tui nominis portamus: quæ tua sunt tibi reddere cupimus.

Superbus imago diaboli: humilis imago Christi. D. Greg.

¶ *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari.* Qui regem suum non agnoscit, & ei debitum honorem & tributum non

impo

Qui regē nō agnoſcit, indignus eſt vt poſseſsiones quas habet ſuas eſſe dicat. D. Augu. d. 8. c. quo iure.

impendit: non eſt quare cognoſcat poſseſsiones ſuas, hoc eſt: Domum vineam & agrum. Vnde. diſtinct. 8. c. quo iure. ait D. Auguſtinus: tolle iura imperatorum, & quis audet dicere: hæc villa eſt mea: meus eſt iſte ſeruus: mea eſt hæc domus? ſed dicitis: quid nobis & imperatori? ſed vt iam dixi, de iure humano agitur. Apoſtolus voluit ſeruire omnibus regibus: voluit honorare omnes reges: & dixit regem reueremini. Noli ergo dicere: quid mihi & regi? quid tibi ergo & poſeſsioni? Per iura regū poſsidētur poſeſsiones: dixiſti quid mihi & regi. Noli ergo dicere poſeſsiones poſsidentur. Hæc Auguſtinus.

Gene. 9. a

Poteſtas ſecularis à Chriſto confirmatur.

¶ *Reddite ergo &c.* Gene. 9. ait Dominus ad Noe. quicunquè effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius. Dupliciter igitur nos Deus præmunit contra malos: primum in eo quod ſe vindicem futurum pollicetur. Secundo quod inſuper poteſtati iniurias noſtras committit. Poteſtas igitur ſpeciali Dei gratia, propter iuſtos inſtituta eſt. Quare non eſt quod grauemur: ſed vnde gratias agamus. Ob id Paulus iubet orare pro poteſtate. Hanc autem poteſtatem Chriſtus non ſubſtulit, ſed confirmauit in hoc loco dicens: reddite quæ ſunt Cæſaris &c. Et qui acceperit gladium gladio peribit.

1. Tim. 2.

Infra. 26.

Imperatori tributa & Deo decimæ dandę ſunt. D. Augu. 16. q. 7. c. maiores.

¶ *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Imperatori tributa, Deo decimas, dare debemus. Vnde Auguſtinus ait. 16. q. 7. c. maiores: maiores noſtri, ideò copijs omnibus abundabant: quia decimas Deo dabant, & Cæſari cenſum reddebant. Modo autem quia diſceſsit deuotio Dei, acceſsit indictio fiſci. Nolumus partiri cum Deo decimas: modo autem tollitur totum: hoc tollit fiſcus, quod non accipit Chriſtus. Reddamus ergo Deo debitas decimas, vt bene in omnibus ſit. Vnde Malach. 3. ait Dominus: inferte omnem decimam in horreum meum, ſit cibus in domo mea: probate me ſuper hoc dicit Dominus, ſi non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem vſquè ad abundantiam, & increpabo pro vobis deuorantem (id eſt vermē vel vitium aeris) & nō corrūpet fructum terræ veſtræ, nec erit ſterilis vinea in agro. E contrario verò non reddētes decimas Deo, paupertate puniuntur.

Mala. 3.

¶ *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Vnicuiquè ius ſuum reddendum eſt. Vnde nequè ſacerdos ſe intromittere debet in iure imperiali: nequè imperatores in Epiſcopali. De quo lege. 96. diſtinct. in aliquibus capit.

Quibus vacādum eſt in diebus fæſtiuis.

¶ *Reddite quæ ſunt &c.* Reddamus igitur omnes nos quæ ſunt Cæſaris Cæſari. Hoc eſt: ſex diebus laboremus: & quæ ſunt Dei Deo, hoc eſt: diebus fæſtis, Dei laudibus, & Dei ſermoni & meditationi, & orationi, eleemoſynarumquè largitioni vacemus. Primùm Dei laudibus vacandum eſt. Nam nihil (vt Bernar. ait) adeò in terris repræſentat quendam cœleſtis habitationis ſtatum, ſicut alacritas laudantium Deum. Sermoni etiam diuino vacandum eſt. Vnde Eccle. ait: ſapientiam ſcribe in tempore vacuitatis: & qui minoratur actu percipiet eam. Homo enim multis occupatus, lumen ſapientiæ à ſe repellit: quemadmodum arbor ramis plurimis operta ſolet repellere lucē. Ideo idem ait: fili, ne in multis ſint

Bernard.

Eccl. 38

Simile.

Eccl. 11.

actus

pientia & intellectu spirituali. Accedamus igitur ad CHRISTVM non tentandi sed sciendi animo quæ beneplacita sunt ei. Accedamus igitur & obnixè ab illo postulemus vt det nobis intellectũ ad scrutandũ legem suam, vt custodiamus illam in
Psa. 118. toto corde nostro, vt Dauid ait. Nã
D. Augu. auctore. D. Augustino vt maius est voluntatem Domini facere quã nosse: ita prius est nosse quàm facere. Et rursum ait: initium obedientiæ est quid præcipiatur velle cognoscere: & pars est obsequij didicisse quid facias. Ideo dicamus: magister quod est mandatum magnum in lege? Quod si omnia quodammodo scire cupimus,
Idem. charitatem habeamus. Vnde Augustinus in psalmo 79. ait: quid nescit, qui charitatem scit? quandoquidem dictum est: Deus charitas & plenitudo legis charitas.

Nihil est prętiatius amore Dei & proximi. Nihil charitate gratius. ¶ *Diliges Dominum Deum tuum &c. Et proximum tuum sicut te ipsum.* Nihil est amore Dei & proximi prętiatius, nihil dilectione & charitate gratius. Si Deum interroges quid attulit in mũdũ, respondebit tibi, amorem.
Luc. 12. Ignem (inquit) veni mittere in terram. Si ab eo quæras quæ res eum attulit in mundum respondebit fuisse amo-
Ioan. 3. rem. Ait enim Ioannes: sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Si ab eo petas, quid prædicauit, respondebit; amorem.
Luc. 10. Ait enim: diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximũ sicut te ipsũ. Si ab eo scire velis, quid in suo testamento comẽdauit, respõdebit, amorem. Ita enim dicit: hæc
Ioan. 4. mando vobis, vt diligatis inuicem. Quid multa? si eum interroges quid est, respõdebit esse amorem. Ita enim
1. Ioan. 4. ait eius Apostolus: Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Diligamus igitur Deum & proximum: nam sine hoc charitatis igne, ei qui est ipsa charitas, nemo gratus est. Nullæ enim actiones nostræ, sine hoc igne charitatis, sunt alicuius momenti apud Deum. Hic amor est ignis ille, de quo Deus in Leuit. dicebat: si obtuleris munus primitiarum frugum tuarum Domino de spicis adhuc virentibus, torrebis igne. Spicæ sunt actiones: paleæ autem sunt verba. Non loquitur hic Deus de oblatione palearum sed spicarum. Non enim solum verba quærit à nobis Deus, sed opera. Ita autem debent esse igne charitatis incensa. Non vult hic spicas virẽtes, sed torridas absq; è mundi quisquilijs. Hic est ignis ille, quem Dominus in altari suo, hoc est, in anima nostra, semper ardere præcipiebat. De quo ipse ait apud Lucam: ignem veni mittere in terram; & quid volo, nisi vt accendatur? Hic denique est ignis ille admirabilis rubi ad quem Deus accedere iussit Moysem: & quẽ Deus per Esaiam ait: esse Hierosolymæ in Sione, hoc est, in sancta Ecclesia. Diligamus igitur ex toto corde & ex tota mente Dominum Deum nostrum, & deinde proximum veluti nos ipsos: si illi in omnibus actionibus & operibus nostris placere desideramus; nam ab his duobus mandatis tota nostra perfectio pendet. Simus veluti duo illi seraphin quos vidit Esai. capt. 6. stantes super solium Domini. Ardeamus charitate, & stemus attoniti & suspensi in contemplatione sedentis super thronum. Vt docet Diuus Bernard. sermone. 3. de his Esaiæ verbis.

[Margin, right column: Leuit. 2. Figura. — Leuit. 6 Figura. — Luc. 12. — Exod. 3. Figura. — Esai. c. 6. — D. Bern.]

¶ *Diliges Dominum Deum tuum &c.*

Multa

nō emolliūt assidua Dei beneficia? ¶ Deinde, peccata nr̄a nos etiā inducere possūt in hūc amorē, quæ cū innumera sint; illa, diuina misericordia dissimulat, in his qui nōdū pœnitēt, vt saltē quādoq; pœniteāt: vel cōdonat his q pœnitent: vel ab illis custodit omnes illos q sibi adhærēt. ¶ Præterea cōsidera obsecro, quantū se ipsū pro tua salute Dn̄s exinaniuerit, qui cū esset pater, factus est frater: cū esset dominus factus est seruus. Vnde D. Bernar. loquēs de verbo incarnato, ait: nō hoc loco prædicatur magnus Dn̄s & laudibilis nimis: sed paruus dominus, & amabilis nimis. Paruulus vtiq; qui natus est nobis, ipse voluit nasci in mūdo isto: & quasi heri de terra nostra, vt amabilior esset nobis: nō enim solēt homines amare Dominos de terra aliena. Ipse voluit in similitudinē hominū fieri, vt hominibus esset amabilior: similitudo. n. ad amorem facit. Eccle. 13. omne animal diligit sibi simile.

Peccatā nr̄a ad dilectionem incitant.

Exinanitio Dei ad dilectionē suadet.

D. Bern.

Eccl. 13.

¶ Diligēdus itē est à nobis, cū in eo sint summæ deliciæ; psal. Delectationes eius in dextra tua vsq; in finem. ¶ Diligēdus est à nobis eò quod beneficijs suis hoc meruerit. Vnde Bern. dignus planè est qui redametur præsertim si aduertatur, quis, quos, quātūq; amauerit. Quis. n? nonne is cui omnes spiritus cōfitētur. Deus meus es tu, qm̄ bonorū meorū nō eges? vera huius charitas maiestatis: quippe nō quærētis quæ sua sunt. Quibus autē tāta charitas exhibetur? cū adhuc (inquit) inimici essemus, recōciliati sumus Deo. Sed quantū? sic Deus dilexit mūdū (ait Ioā.) vt filiū suū vnigenitū daret. Sic meruit iust9 impijs, sūmus infimis, omnipotēs infirmis. ¶ Diligēdus est quoq; Deus, cū nihil

Delicię dei ad dilectionē incitat.

Psal. 15.

Meritum Dei ad amorē vocat.

D. Bern.

Psal. 15.a

Rom. 5.b

Ioan. 3.b.

vtilius, nihil fructuosius esse possit, quā à Deo diligi: nā diligētibus illū, peccata remittit. Remittūtur ei peccata multa qm̄ dilexit multū. Diligētes Deū ipse erudit, diligite Deū ait Sap. & illuminabuntur corda vestra. Eos ipse custodit, custodit dn̄s (ait Ps.) omnes diligētes se. Eos ipse ad suauitatē & dulcedinē suæ cōtemplationis admittit. Si quis (inquit Greg.) ad cōtemplationis studiū properat, semetipsum subtiliter interroget, quātum amat. Machina quippe mentis est vis amoris, qui hāc dū à mūdo extrahit in alto subtollit. ¶ Eos ab infirmitate alijsq; huius mūdi necessitatibus: imò ab ipsa morte, liberare potest, quod reliqui amici nō possunt. Eis in iudicio tanquā verus amicus fauere. Omnia deniq; erūt amica ei, cui Deus est amicus. Diligentibus enim Deū, omnia cooperātur in bonum, ait D. Paul. ad Rom. 8. Quis ergo tā insanus erit, qui tātis rationibus nō commoueatur ad Deū diligēdū? quis deniq; tā inops mētis in hoc mūdo erit, qui nō intelligat hæc? Si diligis creaturas quāto magis diligere debes creatorē? Quid quæso dementius esse potest, quā vestigia impressa pulueri diligere, & ipsum à quo impressa sūt, non amare? Omnis aūt creatura, non nisi vestigiū aut imago Dei est, vt ex primo sent. d. 3. habes. Si ergo vestigia hoc est, creaturas, amas: Cur earum creatorem non amabis?

Vtilitas ex Deo ad amorem prouocat.

Luc. 7.

Eccl. 1.

Psal. 144.

D. Greg.

Rom. 8.

¶ *Diliges D. Deū tuū ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.* Ecce mod9 hic assignatur diligēdi Deū. Et primū explicabim9 modū hūc in genere: deinde modū in specie beatorū, & tādē modū diligēdi viatorum. ¶ Modus enim diligēdi Deū, vt in genere loquamur, est; Deū (inquit

Modus dilectionis in genere loquēdo.

 Ber.

Bernard. Ber.) sine modo diligere. Vnde idē Ber. ad fratres de monte Dei: in dilectione Dei, nō alia ratio, nō alia discretio est, nisi vt sicut ille cū dilexisset nos, in finē dilexit nos: sic si fieri potest in infinitū diligamus eū. Idem. Idē sic ait: Deus meus adiutor meus, diligā te pro dono tuo, & modo meo, minus quidē iusto: sed planè nō minus posse meo: qui etsi quantū debeo non possū, nō possum tamē vltra quā possum. Potero verò plus, cū plus donare dignaueris: nunquàm tamen pro vt dignus haberis.

Modus dilectionis in patria. ¶ *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo & in tota anima tua &c.* Hāc dilectionē perfectissimè habēt beati in patria. D. Augu. Vnde D. Aug. ait: hæc totalitas in patria attenditur, in eo quod omnes motus animæ ad Deū referātur. Quomodo hoc præceptū in hac vita mortali adimpleri nō potest. nisi fortitā (inquit Aug.) ad tēpus breue à viris perfectissimis. Perfectio ergo Perfectio patriæ. patriæ, est: sic fixū habere cor in Deū, & immobile, vt nō solū non declinemus: sed neq; declinare possimus ab eius volūtate, neq; eius dilectionem remittere. Illā. n. appellat Paul. pacē Phil. 4. b. quæ exuperat omnē sensū. Atq; illa non cadit sub præcepto, sed pertinet ad præmiū & finem perfectionis viæ.

¶ *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo & in tota anima tua &c.* Modus dilectionis in via explicatur. In primis illud pro certo habēdum est: hoc præceptū in hac vita mortali impleri posse: neq;. n. iustus fuisset Dñs, si impossibilia mortalibus præciperet: Hoc præceptū in via potest impleri. neq; iugū eius suaue, & onus eius leue: sed potius grauissimū, & importabile, diceretur. Quod vt ita esse, vt diximus, ostēderet, ait Deu. 30. mandatū Deut. 30 quod ego præcipio tibi hodie, nō supra te est, neq; procul positū, neq; in cœlo situm, vt possis dicere: quis nostrū valet ad cœlū ascēdere, vt deferat illud ad nos, & audiamus atq; opere cōpleamus? neq; trāsmare positū, vt cōsideres & dicas: quis è nobis poterit mare trāsfretare, & illud ad nos vsquè deferre, vt possimus audire & facere quod præceptū est? Sed iuxta est sermo valde in ore tuo & corde tuo, vt facias illū. Quod si scripturā sacrā reuoluamus, plurimos inueniemus hoc præceptū seruasse. De Iosia enim 4. Re. 23. dicitur: similis illi nō fuit ante eum rex, q reuerteretur ad Dñm in omni corde suo, & in tota aīa sua, & in vniuersa virtute sua. Iosias, toto corde & anima & virtute Deum dilexit. Dauid præterea de se ait: cōfitebor tibi dñe in toto corde meo. Psal. 18. Et alio loco: in toto corde meo exquisiui te. Ac Deus Ieroboā de Dauide dixit: nō fuisti sicut seruus meus 3. Re. 14 Dauid, qui ambulauit post me in toto corde suo. Nō ergo est hoc præceptū impossibile viatoribus, vt hæretici affirmant, sed Dei gratia facilè adimpleri potest. Dauid toto corde Deum dilexit. ¶ Neq; hoc præceptū in hac vita mortali postulat, vt Deus semper in mēte nr̄a versetur: hoc. n. tātū beatorū est: neq; postulat, vt leue nūquā peccatū admittamus: sed vt Deū cæteris omnibus anteferamus. Quid postulat hoc præceptū in via. Quod intelligetur hinc: si rei nullius, vel odio. l. amore cōpulsi vllū præceptū eius perrūpamus. Perfectio ergo viæ est, vt nomē sonat: nō deuiare à recta mādatorū linea. Perfectio viæ in quo consistit. Quod cōprehēditur in hoc magno præcepto: diliges dñm Deū tuū ex toto corde tuo, i, nihil admittes in corde tuo dilectioni cōtrariū, de qua perfectione Ioan. ait, in sua cano. ca. 2. Qui seruat verbū 1. Ioan. 2. eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est. Atq; ad hoc pertinet illa expositio d. Augu. toto corde, i, intellectu, Augusti. sine errore: tota aia, i, voluntate, sine

contra

cōtradictione: tota mēte, i, memoria sine obliuione. ¶ Perfectio præterea viæ, est: vt nihil in hac vita, præter Deū, propter se ametur. Ad hoc pertinet etiā, illa explicatio eiusdē Aug. libro. 1. de doct. christiana, cū ait: toto corde, tota anima, tota mēte, nullā vitæ nostræ partē reliquit, quæ vacare debeat, & quasi locum dare, & aliare velit frui. Sed quicquid aliud diligēdū venerit in animū, illuc rapiatur, quo totus dilectionis impetus currit. Frui est (authore eodem) amore inhærere alicui rei propter seipsam. ¶ Ex quo efficietur, vt cōtra hāc perfectionem diuini amoris, solus ille amor erit, quo ametur aliquid prę ter Deum, non propter Deum. Vnde D. Aug. 10. lib. confessionum ait: Domine minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod nō propter te amat. Mod9 ergo amādi Deū, est vt ipse ametur super omnia & propter se.

D. Augu.

Idem.

Idem.

Vl. mag. 1. sen. d. 1 de hoc.

¶ *Ex toto corde tuo.* Toto corde siue toto intellectu (vt Augu. explicemus) Deū amat, qui intellectum suum in obsequiū Christi captiuat. Vnde Pa. ait: in captiuitatē redigentes intellectū in obsequiū Christi. ¶ Quo in loco notādū est: quadruplici modo captiuādū nostrū intellectū: primū, vt in his quæ fidei sunt, Deo pareamus. Hylarius: soli Deo de se credendum est, qui se solus nouit. Secundo, vt malè de nobis, & bene de proximo, sentiamus. Seneca: Quod homines libenter faciunt de alijs, de te apud te malè existima. Tertio, vt sensum nostrorum superiorum & prælatorum, nostro praferamus. Quod maximè religiosos & viros perfectionē christianā profitētes, decet. Ber. lignū in paradyso sciētiæ boni & mali, cēsura discretionis est, in cōuersatione religionis penes patrē spirirituale, qui dijucat omnia, ipse à nemine iudicatur, ipsius est discernere, aliorum obedire. Quarto, vt circa nos metipsos intendētes, ab alijs oculos auertamus. Ber. temetipsum solicitè custodi: & vt temetipsum custodias, ab omnibus oculos auerte.

Quādoque ex toto corde, i, intellectu diligit.

2. Co. 10. b.

Quadruppliciter captiuatur intellectus noster in obsequiū Chri

Hylarius.

Seneca.

D. Bern.

¶ *In tota anima tua.* Tota anima, siue tota voluntate amat, qui perfectè obedit, quem nec timor mali trāsitorij exterret, nec amor boni trāsitorij ab obedientia trahit.

Quando quis tota anima, i, voluntate diligit Deum.

¶ *Et in tota mente tua.* Tota mente seu memoria Deum diligit, qui ea quæ Deo displicent, & ab amore eius impediunt, obliuioni tradit: vt sunt iniuriæ nobis illatæ, quæ dū recogitantur, sunt veluti ferrum vulneri infixū, quod eius medelā impedit. Item qui ea quæ ad Dei honorem, & salutē animarū pertinent, memoriæ infigit: & quē maximus erga Deū amor, de alio quā de Deo, diu cogitare nō sinit. Sicut vanis mundi amatoribus accidere solet, qui id quod vehementer amant, obliuisci nō possunt. Ber. in Cant. O amor impetuose, qui prę ter te cogitare aliud non sinis.

Quando tota mēte idest, memoria diligit Deū aliquis. Simile.

Bernard.

¶ *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c.* Deus totum cor à nobis exigit: integrū illud postulat. Prou. 24. Fili, prębe mihi cor tuū. Leuit. 3. Omnis adeps, dñi erit, iure perpetuo. D. Aug. in quodā sermone: totū exigit te, qui fecit te: sed noli tristis esse, quasi nihil vnde gaudeas, remaneat in te: ex hoc. n. diligit te, quòd diligis Deū ex toto corde. Nec mirū nobis esse debet, quod Deus velit totū cor, cū ipse sufficiat illud implere. Præbe ergo Domino Deo tuo, integrum cor tuum. Nam vt D. Bonauentu. ait) nulli fructuosius, nulli iucūdius,

Cor totū dandum est Deo. Prou. 24 Leuiti. 3.

Augus.

nulli honorabilius, cor tuum præbere poteris. Quod intelligẽs Dauid, totum cor suum illi ex animo cõtulit. Vnde deinde dicebat: Deus cordis
Psal. 72. mei: & pars mea Deus in æternũ. Cũ verò ait: Deus cordis mei, non explicat, quid esset Deus cordis eius. Et meritò: nã nemo dignè, hoc idẽ explanare sufficiet. Est enim dominus: socius, medicus, merces, pater, vltor, doctor, amor, spes, laus, patientia, virtus, aliaquè innumera cordi nostro. ¶ Illud autem in hoc loco prætermittendũ non est, quod velit Dominus Deus tuus de te facere suum totum.
Nota. Vnde ipse de homine loquens apud
Ioan. 12. d. Ioannẽ, ait: cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Vocans omnia hominẽ. Non enim cæteras creaturas præter hominem, ad se post mortem suam traxit. Et quem-
Simile. admodũ qui amicũ sibi charissimũ, & iã diu desideratissimum secum habens, omnia se habere affirmat: sic Christus dominus, postquam nos ad semetipsum per mortem suam traxit, omnia se habere testatur. ¶ Quare attende obsecro, altaquè mente cõsidera: quod dominus Deus tuus, mundum totum habere nõ dicitur, quandiu te non habet. Qua ergo frõte, qua audacia, totũ tuum facere denegabis Deum, qui de te ipso totum suum fecit. Fili igitur præbe Domino Deo cor tuum. Quod facies illum amando: nam per amorem transfertur cordis dominium in amatũ. Est
D. Dioni. enim (inquit Dionisius) amor, qui nõ sinit suos esse amantes, sed amatorũ. Illi etiam quẽ diligimus dicimur dedisse cor nostrum. Hæc ex D. Bo.
D. Bo. de doct. cor. c. 76. de doct. cordis. c. 28. Et cap. 76. idem sic ait: illi cor tuũ præbe, cui illi iure vicissitudinis debes: illi scilicet, qui cor suũ tibi cõtulit, vt cor pro corde conferas. Felix profectò cõmutatio, in qua, totũ illud quod commutas & quod cõmutatur, penes te remanet. Cũ enim cor tuũ, cũ Christi tui corde, in tua retines possessione, ouũ scilicet retines & obolum. Nonne cordis sui donum tunc præcipue tibi fecit: quando vnus militum, lancea eius latus aperuit. Vt ad ipsum cor tã dulce, rupto pariete, ostio fracto, per clauem regiã amoto omni obstaculo, via tibi patesceret: & fide recta, ac dilectione integra, ad cor suum liberè intrares, & ibidẽ cor tuum collocares. In cuius figura præceptum fuit Figura.
in lege, vt in latere arcæ fœderis, liber Deut. 31.
legis poneretur. Quid enim per librũ legis, nisi cor humanum intelligitur, qui liber legis apellatur, eo quod lex naturalis (vt Aug. ait) in illo scripta est? Quid per arcã fœderis, nisi Christi sanctissima caro significatur, cuius passione confœderati sumus Deo? Quid per latus arcæ, nisi lateris Christi plaga designatur, intra quam reponẽdus est liber, hoc est,
cor humanum? Ponite ergo (vt Psal. Psal. 47.
ait) corda vestra in virtute eius, hoc est, in morte eius. Ponite, inquã, corda, non os dũtaxat. Multi enim sunt qui os ponũt in morte Christi, nõ tamẽ corda: quales sunt omnes illi, qui grãdia de Christi passione docẽt: & nulla vel minima faciunt. Tu verò pone cor tuum in vijs templi eius, per omnes exitus sanctuarij, vt monet
Ezec. c. 44. Quid per sanctuariũ, nisi Ezec. 44.
Chrĩs intelligitur, qui omnes exitus vulnerũ suorũ tibi aperuit, vt tibi pateat liber accesus? nõne ad turres & loca munita, solẽt homines tẽpore hostilis deuastationis confugere? aperuit igitur Christus pectus & latus suum,

suum, tanquam turrim & locum munitissimum, quo posset cor tuum tutò abscondere: atquè ibi tanquam in securo loco, latitare.

[Iugũ dilectionis suaue est.] ¶ *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c.* Nec tibi hoc iugum dilectionis graue & durũ videatur, nã [D. Augu.] profectò suapte natura suauissimum est. Augustinus enim sic ait: omnia sæua & immania prorsus facilia & prope nulla efficit amor. Si super iugum hoc totus infernus imponi posset, vt scilicet cum Dei amore portaretur: suaue esset tale põdus, propter talẽ erga Deum dilectionẽ: charitas enim difficilia facilia reddit. [Idem.] Diuus Augustinus comparat charitatẽ, bigæ, dicens: [Simile.] quod iumẽtum per se nõ veheret, vehit in biga duplicatum. [Gen. 29.] Gene. 29. Videbantur Iacob dies pauci præ amoris magnitudine. [D. Bern.] D. Ber. [Simile.] auis quæ implumis & sine alis, se ipsam ferre non potest: onere plumarũ & alarum addito, sine labore aduolat. [Simile.] Sic panis durus qui per se transiri nõ potest, adiutorio lactis, vel alterius liquoris deuorari solet & deglutiri, charitas quasi volare facit homines in via regni cœlorum.

¶ *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c.* Quo pacto autẽ Deus [Quid sit Deum diligere ex toto corde ex proprietatibus cordis cognoscit. Nota hęc omnia.] ex toto corde diligẽdus sit, cordis ipsius proprietates nos edocere possunt. Siquidem cor complexione calidum atq; siccum est, quæ quidem proprietates igni naturales sunt. Sicut igitur calere naturale est igni: itidem naturale est cordi amando ardere. Et quia cordis vita amor est; vt cor sine amore viuat impossibile est. Dicamus igitur cum Dauid concaluit cor meum [Psal. 38.] intra me. Verum enim verò, quoniã ad calidũ consequitur leuitas, & sursum moueri: cor nostrũ debet esse vbi & thesaurus noster, nẽpe, in cœlo; [Supra. 6.] sicut & cor Pauli, qui dicebat: nostra [Phi. 3.] autem conuersatio in cœlis est. Sed filij hominum cor habent aggrauatum iuxta illud: filij hominũ, vsquè [Psalm. 4.] quo graui corde: vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendaciũ? & hoc illis vsu venit, eò quòd illorũ cor est frigidũ. Quoniã (inquit saluator) superabundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. [Infra. 24.] Præterea, cordis substãtia solida est: & idcirco, qui per facilè voluptatibus capiũtur, cor habent dissolutũ atq; concussum: iuxta illud: cor Olofernis cõcussũ est. [Iudi. 12] Ad hæc, cordis forma, inferius acuta, superius lata est: designans cor humanũ debere in rebus quæ tẽporalia sũt, quæ inferiora sunt, parũ habere affectus, & præceptũ illud seruare Apostolicũ, habẽtes alimẽta, & quibus te- [1. Tim. 6.] gamur, his cõtẽti sumus. Sed versùs cœlestia, versùs æterna, latũ debet esse cor humanũ, quod est capax Dei, quod præter Deum nihil implere potest. Solus siquidem Deus (vt inquit [1. Ioan. 3.] Ioannes) maior est corde nostro. Et hãc ob rẽ cor humanũ interius cõcauũ est, quoniã nulla creatura illud implere valet. Capax nẽpe Dei est, & idcirco: quicquid Deo minus est, illud implere nequit. Cor præterea duplici mouetur motu: nẽpe, cõstrictionis, quo superfluæ pellũtur fumositates: & dilationis, quo calor genuinus attracto aere, mitigetur atq; refrigeretur. Qua profectò proprietate nobis indicatur, pellẽda esse superflua, & nobis impediẽtia, & quæ necessaria sũt ad amãdũ attrahẽda, quod per prudẽtiã fit. Nã (vt inquit Aug.) prudentia [Augusti.] est amor, ea quibus adiuuatur, ab his, quibus impeditur, prudenter secernens. Est etiam cor (vt ait Aristot.) [Aristo.] pri-

primum sentiendi organum. Et idcirco congruè primum mandatum ab ipso & per ipsum sensibile est. Est quoque secundum eundē philosophū vitæ domiciliū, designans, eum qui non diligit in morte manere. Dicente Ioanne: qui non diligit, manet in morte. Sunt aūt nōnulli, qui & mundū & Deū pariter se diligere posse, arbitrātur: cū tamē Ioānes dicat: si quis diligit mundū, nō est charitas patris in eo. Tales enim, non diligunt ex toto corde; qm̄ diuisum est cor illorum.

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 2.

¶ *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Stimulus præcipuus, quo Christus electos suos ad regnū cœleste ducit, amor est. Quemadmodum enim vanus mundi amor, ita vrgere solet suos sectatores, vt nec cibū, nec potum, nec somnū capere eos sinat, sui omnino oblitos: sic etiā diuinus amor, ita vrgere solet electos: vt dies noctesq; vigilent, non dātes somnū oculis suis: dies noctesq; ieiunēt; dies noctesq; instēt animarū saluti. Hoc stimulo amoris vrgebantur Apostoli, premebantur discipuli, impellebātur martyres: nō timoris stimulo. Nā perfecta charitas foras mittit timorē. Hoc stimulo diuini amoris, ibāt gaudētes à cōspectu cōcilij. & periculis omnibus se exponebāt, prædicando per totū orbē Christū crucifixū. Hinc est quod Paulus eorū nomine dicebat: charitas Dei vrget nos. 2. Co. 5. De hoc charitatis stimulo, explicare possumus illud quod sapiens ait Eccle. 38. qui tenet (inquit) aratrum, & qui gloriatur in iaculo, stimulo boues agitat; & conuersatur in operibus eorū. Aratrū est prædicatoris lingua, terrā spiritualē vt fructū ferat, debitis tēporibus arās. Christus ergo est, qui tenet aratrū, idest, linguā prædicatorū, in manu sua. Alias enim, nullus dignè & cōpetēter, Dei Euangeliū annūciare posset. Cū hominis sit, animū præparare: legēdo scilicet, studio operā dādo: Dñi aūt gubernare linguā scilicet prædicādo. Christus etiā est, qui gloriatur in iaculo scilicet virga regia, de qua dicitur: cōsurget virga de Israel, & percutiet duces Moab. Nullus ergo mundi rex, gloriari potest iaculo, hoc est, potestate regia, cum ministri Dei sint. Solus Christus, qui veram hanc potestatem habet in cœlo & in terra, de illa gloriari potest. Hic ergo est, qui stimulo sui amoris boues agitat, hoc est, viros virtute & scientia præstantes: vt terram colendo, vberrimos ex illa fructus domino Deo suo afferāt.

Dilectio Dei stimulus est quo Christus electos suos maximè vrget.

1. Ioan. 4.

2. Cor. 5.

Eccl. 38

Prou. 16.

Num. 24.

¶ *Diliges dominum Deum tuū.* Quatuor sunt huius diuini amoris species: prima est, naturalis amoris, quo omnes, tā boni quā mali, Deū amore prosequūtur. De quo D Aug. sic ait. Deus quē amat omne quod amare potest, siue sciēs, siue nesciēs. Secunda est, amoris, quo aliquis Deū amare solet, eo quod intelligat sibi esse maximè necessariū. Diligā te Dñe (inquit Dauid) fortitudo mea: dñs firmamentū meū, & refugiū meū. Tertia est, amoris, quo quisq; nostrū Deū diligit, propter immensas delicias quæ in ipso sunt. Sap. 8. & amator factus sum formæ illius. Quarta est, amoris quo aliquis Dominum Deum suum ex animo diligit, eò quòd dignissimus sit tali amore. Talis amor, purè gratuitus est: talis dilectio est veræ amicitiæ. Vnde D. Bernard. ait: amat castè qui eum quem amat quærit, non aliud quicquam ipsius. Tres has vltimas species amoris, egregiè explicat idem Ber. in lib. de diligendo Deo.

De. 4. speciebus dilectionis diuinæ.

Aug. li. soliloquiorum.

Psal. 17.

Sapié. 8.

D. Bern. super Cā.

¶ Dili

Lex humana in quo differt à diuina.

¶ *Diliges Dominum Deum tuū*. Hoc præceptum ostēdit, legislatorem & præceptorem eius, esse Deum. Nam finis legis humanæ, non est nisi pax & amicitia humana, quæ virtute iustitiæ conseruatur. Et ideo humanæ leges, circa iustitiæ virtutem versantur. De alijs verò virtutibus aut animorum actibus, per se primo non curant. Legis autem diuinæ finis est, diuina amicitia. Et ideo non solum de omnibus virtutibus legislator leges statuit, sed de animi etiam operationibus, dicens: diliges Dominum Deū tuum ex toto corde tuo &c. Amicitia enim diuina, non vna virtute sed omnibus virtutibus, nō vno actu exteriori, sed omnibus interioribus rectè ordinatis, cōparatur. Et ideò necesse est, vt toto corde, tota anima, totaque mente, Deum diligimus, si pacem & amicitiam diuinam comparare velimus. Ex quo fit, huius legis solum Deum esse authorem, & nō homines, vt à principio diximus.

D. Tho. 1. 2. q. 100. a. 2.

Quare nō est præceptum speciale de dilectione propria.

¶ *Diliges Dominum Deum &c. Et proximum sicut te ipsum*. Non est quare miremur, quod cū debeamus amare Deū, & nos ipsos & proximos, non habeamus peculiare & speciale præceptum de amore nostri: nam qui Deū diligit, se ipsum diligere necesse est. Vnde D Augustinus ait: ille solus se nouit diligere, qui Deum diligit. Siquidem ille se satis diligit, qui sedulè agit, vt summo & vero fruatur bono: quod si nihil aliud est quā Deus, quis cunctari potest, quin sese amet, qui amator est Dei? Præterea idem Aug. inquit: cū illa dilectione quam Deus imperat, debeat homo diligere Deū, & se ipsum & proximū: non tamē ex hoc, tria pręcepta data sunt, vt intelligatur nullā esse aliā dilectionē qua quis diligit se ipsum, nisi quod diligit Deum: qui enim aliter diligit se, potius se odisse dicendus est.

D. Augu.

Idem.

Quare pręceptum dilectionis dicitur primū, cū nō annumeretur intur 10. pręcepta decalogi.

¶ *Hoc est maximum ac primum mandatū*. Quæres fortassis: quo pacto est maximū & primū mandatū: cū inter decē præcepta decalogi minimè annumeretur? Ad quod D. Th. respōdet: pręceptū dilectionis præsupponi ad pręcepta decalogi. Finis (inquit Paulus) pręcepti, est charitas. Sic etiā fidei pręceptū præsupponitur & est præambulū ad eadē præcepta. Accedētē enim ad Deū (inquit Pau.) oportet credere quia est &c. Et quēadmodū in naturalibus sciētijs sunt principia per se nota, quæ explicatione & probatione nō egēt: quale est illud: quodlibet est, vel nō est: ita in moralibus, sunt præcepta, quæ nō indigēt promulgatione, sed ex ipsa natura, vel ex supernaturali infusione adsūt. Proxima enim præcepta cōmunia legis naturæ sunt per se nota habēti rationē naturalē: quale est: quod tibi nō vis, alteri nō facias. Et ideò promulgatione nō indiget. Sic etiā hoc quod est credere in Deū: & hoc quod est diligere Deū super omnia: sūt duo principia prima, & per se nota habēti fidē: & ideò nō indigēt alia promulgatione, nisi sola infusione fidei. Est ergo præceptū dilectionis, primū, & maximū, præsuppositū tamē ad alia decē præcepta. Hæc ex D. Th. 1 2. q. 100. a. 4. ad. 2 argum. & ex Caiet. ibidē. Est enim primū in intētione legislatoris, & maximū eo quod reliqua ōnia decē præcepta & excedat, & virtute cōtineat.

1. Tim. 2.

Heb. 11.

D. Tho. Caieta.

Quare dicitur primū & maximum.

¶ *Hoc est maximum & primum mandatum*. Ideò maximum & primum dicitur, quia est regula, qua & propriū amorem & proximorum dilectionē, regulare & metiri debemus. Nos

autem plerunquè vnum è duobus factitamus: vel proximum minimè diligimus: vel si diligimus, Dei amore talem dilectionem non regulamus, non sic D. Paulus qui etsi Romanos diligebat, & eos desiderio videndi ardebat: non tamen contra, aut præter Dei voluntatem. Testis (inquit) mihi est Deus &c. Obsecrans si quomodo aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei venie di ad vos. Hæc (inquit Chrysost. in hunc locum) germana est charitas: Non quemadmodum nos solemus, qui vtrinquè ex dilectionis norma excidimus: aut enim neminem diligimus; aut si quandoquè diligimus, iuxta voluntatem Domini non diligimus: vtroquè contra diuinam legẽ peccantes. Quodsi hæc grauiter dici videntur; certe cum fiũt maiora multo sũt. Et quomodo inquis, præter Dei voluntatem diligimus? quando Christum fame pereuntem negligimus: liberis interea, & amicis, & cognatis supra quàm necessitas exigerit contribuentes. Verùm quid opus fuerit paulò latius sermonem extẽdere? nam si quidem suam quisquè consciẽtiã perscrutatus fuerit: inueniet hoc modo multis in rebus esse peccatum. Hactenus Chrysost.

Rom. 1. b

¶ *Diliges proximum tuum.* Præceptum sanè tali authore dignum: cum tam lucidum, tam breue, tam vtile, tã deniquè leue sit. Lucidum debuit esse eius qui erat lux vera: ne quis diceret non mihi licuit illud intelligere. Vnde Dauid: præceptum Domini lucidum, illuminas oculos. Breue debuit esse, ne quis causare posset & dicere tædet me legere. Decebat enim verbum in incarnatione abbreuiatum, abbreuiare legem. Vtile debuit esse præceptũ illius qui adhoc venerat: vt se totum in vtilitatem nostram ex penderet. Hierony. O nimiam Dei clementiam ò inefabilem Dei benignitatem: præmium nobis pollicetur, si nos mutuò diligamus: et si nobis ea præstemus inuicem, quibus in uicem indigemus. Et nos superbo & ingrato animo ei renitimur, cuius imperium beneficium est. Leue deniquè debuit esse onus istud: vt à quolibet, tam paupere quàm diuite, tam infirmo quam sano, tam sene quã iuuene adimpleri posset. Mãdatum quod ego præcipio tibi, non supra te est Deutero. 30. sed iuxta te est, vt facias illud.

Hoc præceptum lucidum, breue, vtile: & suaue esse osten ditur.

Psal. 18.

D. Hiero.

Deut. 30

¶ *Diliges proximum tuum.* Innumera sunt quæ nos ad obseruantiam huius præcepti, trahere & allicere possunt. Primũ incitat scriptura sacra, quæ in hoc loco, imo in omni loco id clamat. Sed satis est intelligere esse hoc peculiare præceptum saluatoris dicentis: hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicẽ. Secũdum, amor quem inter animalia eiusdem speciei videmus, nos ad amorem proximorum prouocat. Omne enim animal diligit sibi simile. Si ergo lupus, & leo, & serpens, suam ferocitatem in animalia sibi similia non exercent; quid dicendum est de homine, quid deſæuit in alium hominem: nisi quod ipso leone, ipso lupo, ipsaquè serpente, ferocior sit? ¶ Tertiò naturalis cognatio, quã inter homines esse videmus, ad hoc idem sufficiẽtissima est. Malach. 2. nunquid non pater est vnus omnium nostrum: quare ergo vnusquisquè vestrum despicit fratrẽ suum? Voluit Deus vnum hominẽ primò formare ex quo omnes procederent, & tanquam fratres omnes ho

Multa sũt quæ incitẽt ad amorem proxi mi.

Deu. 10. Leui. 10

Ioã. 13. & 15.

Amor naturalis animalium eiusdẽ speciei.

Eccli. 13.

Fraterni tas carnalis.

Mala. 2.

mi

homines se amarent. Quod non legimus factum in angelis, vel in animalibus brutis. ¶ Quartò fraternitas spiritualis. Infra. 23. Patrem nolite vocare vobis super terrã: vnus est enim pater vester, qui in cœlis est. Si amandi sunt fratres, qui diuidendo hæreditatem, portionem vniuscuiusq; minorem faciunt: quantum amandi sũt fratres illi, qui portionem vniuscuiusquè augent? Quanto enim plures erunt electi, tanto amplius gaudebũt. Plus enim gaudebit vnusquisq; electorum de gloria animæ alterius, quàm de gloria propij corporis.

Fraternitas spiritualis. Infra. 23.

¶ Quod si hæc non tibi sufficiũt: Dilige vt Christum imiteris, qui (vt Paulus ait) dedit semetipsum pro nobis. ¶ Imiteris angelos, qui proximos tuos ita diligunt, vt custodes eorum sint. Supr. 18.

Exemplũ Christi & angelorũ. Ad Ti. 2. Sup. 18.

¶ Dilige proximum tuũ, vt Deo maximè placeas. Eccli. 25. ait Dominus: in tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus: cõcordia fratrũ, amor proximorum, & vir & mulier bene sibi consentiẽtes. ¶ Dilige proximum cum membrum sit corporis, cuius Christus est caput. 1. Corint. 12. Vos estis corpus Christi: non amat caput, qui non amat membra.

Eccl. 25. Beneplacitum Dei.

Dilige eo quod membrum sit Christi. 1. Co. 12.

¶ Dilige tandem proximum cũ ex ea dilectione innumera sequantur emolumenta. Vt Ecclesiast. docet cap. 4. Melius (inquit) est, duos esse simul, quàm vnum: habent enim emolumentum societatis suæ. ¶ Sequitur victoria inimicorũ, frater enim iuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Goliath inuitat ad singulare certamen: & Moyses ait: si quis est Domini, iungatur mihi.

Vtilitates ex amore tandem incitant ad dilectionem proximi. Eccle. 4. c. Prou. 18. 1. Re. 17. Exod. 32.

¶ Sequitur abũdantia bonorum: quod enim homini deest in se, habet in amico: & ad quod impotens erat per se, potens efficitur eo sibi coniũcto. ¶ Sequitur impetratio eius quod in oratione postulatur. si duo ex vobis (inquit Dominus) consenserint super terram, de omni re quãcunquè petierint, fiet illis a patre meo. ¶ Sequitur mutua exhortatio: vnꝰ enim quomodo calefiet? Eccli. 4. sequitur maxima consolatio. Prou. 27. vnguẽto & varijs odoribus delectatur cor, & bonis amici consilijs anima dulcoratur. Et Tullius charitate enim beneuolentiaquè sublata, omnis est de vita ablata iucunditas.

infra. 18.

Eccl. 4. Prou. 27

Cicero.

¶ *Sicut te ipsum*. Hic asignat Dominus modum dilectionis erga proximũ. Inter alia exemplaria, quæ nobis in scriptura sunt proposita ad amorem erga proximum ostẽdendũ, hoc vnum est quod in hoc loco asignatur: scilicet, vt proximum diligamus, sicut nos ipsos diligimus. Quare hoc præceptum: diliges sicut te ipsum, duplicẽ potest habere sensum: Primus est: *Diliges sicut te ipsum*. Idest, diliges ad quod te ipsum scilicet ad ad gratiam & gloriam. Vel sicut in ipso te ipsum, idest, in Deo. Vnde Augustinus ait: quisquis rectè diligit proximum, hoc cum eo debet agere: vt etiam ipse, toto corde, tota anima, tota mente diligat Deum. Secundus sensus est. *Diliges sicut te ipsum*. Idest: hoc facias proximo, quod tibi vis fieri: quod autẽ tibi non vis fieri: ei nõ facias. Vt hæc duo præcepta iuris naturalis, quorũ vnũ habes su. 7. c. aliud vero Tob. 4. sint expositiua huius mandati. Isido. duo sunt erga proximi dilectionem seruanda, vt beneficij impensione foueatur, & nulla malitia lædatur.

Modus diligendi proximũ.

Modus diligendi proximũ.

D. Augu. de doctri. christiana

Tob. 4. Isidorus.

Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Non inquit; plusquam te ipsum, videtur plusquàm se ipsum proximú velle diligere, qui curationi propriæ non sufficiens curam proximi sui cupit assumere. Vnde Grego. magna cura necessaria est prædicatori, vt timoris laceratione se mordeat: ne proximum iuuando se deserat: ne alios erigens cadat.

D. Greg. in Moral.

Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Cum loco hoc præceptum nobis sit, vt proximum sicut nos ipsos diligamus: inde fiet: vt qui se non diligit, proximumq́ diligere nesciat. Vnde Augustinus inquit: qui diligis iniquitatem, quomodo tibi volebas cômitti proximum, vt diligeres eum tanquam te, homo qui perdis te? si enim tu ipse sic te diligis, vt perdas te: sic profecto perditurus es eû quê diligis sicut te. Nolo ergo vt quêquâ diligas. Vel solus peri, aut corrige dilectionem, aut respice societatem.

Qui se nô diligit ꝓximum diligere nesciet. D. Augu.

Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Vt vno verbo modû istum diligendi proximum, explicemus: dicendum est: quod hic præcipitur vt amemus eum super res transitorias: & citra Deum, & propter Deum. Vnde qui proximum diligit debito modo: Deum plus diligit, propter quê proximum diligit. Et tunc manifestum erit quomodo verû sit, quod D. Paudicat: qui diligit proximû, legem impleuit. Et alibi: omnis lex in vno sermone completur: diliges proximum sicut te ipsum, implens enim mandatum de dilectione proximi: implet mandatum de dilectione Dei. Vnde Gregor. per amorem Dei amor proximi gignitur: & per amorem proximi Dei amor nutritur. Fons qui in alto oritur, de facili ad inferiora deriuatur. Sic amor si primò Deo integrè detur, deinde ad proximum rectè deriuatur, vt scilicet proximus propter Deum ametur. Tunica Christi inconsutilis, quæ vnitatem ecclesiæ designabat, desuper erat côtexta. Amore enim Dei firmata esse debet dilectio proximi. Et D. Augustinus lib. côfes. Domine, Beatus qui amat te, & amicum in te, & inimicum propter te.

Modus diligendi ꝓximum. Rom. 13 Gala. 5. D. Grego in Moral. Simile. Ioan. 19. D. Augu.

In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ. Nam plenitudo legis est dilectio, vt Paulus ait ad Roma. 13. item D. Augusti. legis & omnium diuinarum scripturarum plenitudo, est dilectio rei qua fruendû est, & rei quæ nobiscû ea re frui potest, id est, Dei & proximi. Idem: ille sanctè & iustè viuit, qui ordinatam habet dilectionê: ne, aut diligat quod non est diligendum: aut non diligat quod est diligendum; aut æquè diligat, quod minus vel amplius diligendû est, aut minus, vel amplius, quod æquè diligendum est. Idem: si nô voles omnes paginas perscrutari, omnia inuolucra sermonum inuoluere, omnia secreta sacra scripturarum penetrare: tene charitatê, vbi pendent omnia.

Rom. 13 August. Idem.

Finis Cap. XXII.

Scribæ & pharisæi docentes populû legem Moysi, quales.

Cap. XXIII.

TVNC

TVNC Iesus lo
quutus est ad tur-
bas & ad discipu-
los suos, dicens. Su-
per cathedram Moysi sederunt
scribæ & pharisæi. Omnia ergo
2.Esdr.8. a. quæcunque dixerint vobis, ser-
uate & facite: secundum opera
verò illorum nolite facere. Di-
cunt enim & non faciunt.
Alligant autem onera gra-
Deute. 6. b.12.b. uia & importabilia, & imponũt
Num.15. d. in humeros hominum: digito au
Luc.11. g. tem suo nolunt ea mouere. Om-
Act.15.e nia verò opera sua faciunt ut
Mar.12. d. videantur ab hominibus, dila-
Luc.11.f tant enim phylacteria sua, &
&.20.g. Iaco.3.a. magnificant fimbrias. Amant
autẽ primos recubitus in cœnis,
& primas cathedras in synago-
gis, & salutationes in foro: & vo
cari ab hominibus rabbi. Vos au
tem nolite vocari rabbi, vnus est
enim magister vester: omnes au
tem vos fratres estis. Et patrem
Mal.1.b. nolite vocare vobis super terrã:
vnus est enim pater vester qui in
cœlis est. Nec vocemini magi-
stri, quia magister vester vnus
Luc.14. e.&.18.c. est, Christus. Qui maior est ve
strum, erit minister vester. Qui
autem se exaltauerit, humiliabi
tur, & qui se humiliauerit, exal
tabitur. Væ autem vobis scribæ
& pharisæi hypocritæ: quia clau
ditis regnum cœlorum ante ho-
mines: vos enim non intratis, nec
introeuntes sinitis intrare. Væ
vobis scribæ & pharisæi hypocri
tæ, qui comeditis domos vidua-
rum orationes longas orantes:
propter hoc amplius accipietis iu
dicium. Væ vobis scribæ & pha
risæi hypocritæ. Quia circuitis Mar.12. d.
mare & aridam, ut faciatis v- Luc.20. g.
num proselytum: & cum fuerit
factus, facitis eum filium gehen-
næ duplo quàm vos. Væ vobis
duces cæci, qui dicitis: Quicunq;
iurauerit per templum nihil est.
Qui autem iurauerit in auro 2.Para.6. a.
templi, debitor est. Stulti & cæci, 3.Re.8.b
quid enim maius est: aurum an-
templum quod sanctificat au-
rum? Et quicunq; iurauerit in
altari nihil est: quicunq; autem
iurauerit in dono quod est super
illud, debet. Cæci, quid enim ma-
ius est, donum, an altare quod
sanctificat donum? Qui ergo iu
rat in altari, iurat in eo, & in om
nibus quæ super illud sunt. Et
quicunq; iurauerit in templo, iu
rat in illo, & in eo qui habitat in
ipso.

ipso. Et qui iurat in cælo, iurat
in throno Dei, & in eo qui sedet
Luc. 11.f *super eum. Væ vobis scribæ &*
pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentam & anethum & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis: iudicium & misericordiam & fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere.
Num. 18 d. *Duces cæci excollantes culicem, camelũ autem glutientes. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ: qui mundatis quod de foris est, calicis & paropsidis: intus autẽ pleni estis rapina & immunditia. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, vt fiat & id quod de foris est mundum. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris apparẽt hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Sic & vos à foris quidem paretis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis. Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine prophetarum. Itaquè testimonio estis vobis metipsis: quia filij estis eorum qui prophetas occiderunt. Et vos implete mensurã patrum vestrorum. Serpentes & genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Ideo dico vobis: Ecce ego mitto ad vos, prophetas, & sapientes, & scribas: & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in Synagogis vestris: & persequemini de ciuitate in ciuitatem.*
Vt veniat super vos Gene. 4.b
omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, vsquè ad sanguinẽ
Zachariæ filij Barachiæ, quem Heb. 11 a.
occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem
istam. Hierusalem Hierusalẽ, 2.Pa. 34.f.
quæ occidis prophetas & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties
volui congregare filios tuos, quẽ- Luc. 13.
admodum gallina cõgregat pul g.
los suos sub alas suas, & noluisti?
Ecce relinquetur vobis do- 4.Esd. 1.d
mus vestra deserta. Dico enim vobis, non me videbitis à modo,

donec

donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine Domini.

Ad literam.

SVPER *cathedrã Moysi sederunt scribæ*. Idest, scribæ recitant vobis legem per Moysem datam. *Scribæ*, sacerdotes erant legis peritissimi, quibus commissa erat cura enarrandi libros sacros.

¶ *Sederunt*. Præteritum pro præsenti.

¶ *Omnia quæcumquè dixerint*. Hæb. pro, iusserint. Vide supra capi. 8. ibi sed tantum dic verbo.

¶ *Dilatant enim phy'acteria sua*. Phylacterium, latinè, conseruatorium dicitur. Membrana erat, in qua descripta erant Dei præcepta, quam fronti & etiã brachio circumponebant pharisæi ad ostentationem.

¶ *Amant enim primas sedes in synagogis*. Vel concilijs.

¶ *Væ autem vobis scribæ*. Deploratio potius quàm execratio est quasi dicat, O vos ter infelices. O desdichados de vosotros: lastima es veros.

¶ *Neq; introeuntes sinitis intrare*. Idest, neq; eos qui conãtur ingredi sinitis intrare.

¶ *Orationes longas orantes*. Vel prætextu longæ & prolixæ orationis. Sic enim vertit eadem apud mar. Sub ostentu longæ orationis. Et apud lucam: simulantes orationem longam.

¶ *Propter hoc amplius accipietis iudicium*. Græcè, abundantius. Idest, grauius puniemini.

¶ *Circuitis mare & aridam*. Terra dicitur arida phrasi Hæbraica. Vocauit aridam terrram. Gene. 1.

¶ *Vt faciatis vnum proselytum*. Idest; ve protrahatis aliquem ethnicum ad vestram religionem; quasi dicat, ad vestram religionem aduenticium.

¶ *Filium gehennæ duplo magis quã vos estis*. Hæbraismus. pro, bis digniorẽ supplicio æterno, scilicet, quod primum idolatra sit, mox nec Iudæus probus: dum relabitur in vitam pristinam.

¶ *Qui autem iurauerit per aurum, debitor est*. Idest, ei præstanda culpa est. Tenetur pœnæ periurij. Et infra Græcè, *debet*.

¶ *Quod sanctificat aurum*. Vel, cõn-cõsecrat aurũ, & infra, *sanctificat donum*, vel consecrat donum.

¶ *Decimatis mentam & anethum, & reliquistis, quæ grauiora sunt legis &c.* Idest, decimas soluitis mentæ & anathi, quasi dicat, legis minima seruatis, & quæ in primis seruare oportuit negligitis.

¶ *Iudicium & misericordiam*. Siue, ius, & beneficentiam, *ac fidem*, subaudi in promissis, quasi dicat, nõ statis promissis.

¶ *Excolantes culicem*. Participium præsens, pro indicatiuo, idest, qui per colatis vinum, si in illud inciderit culex. Quasi dicat: qui in minimis superstitiosi estis, in maximis negligentes.

¶ *Quia mundatis quod deforis est calicis, intus autem &c.* Solebant Iudæi crebris vti lotionibus corporis, animi candorem minimè curantes, eam ob causam dicit illis hæc verba. Et hoc erat

Esai.c.66. erat quod per Esaiá obijciebat, dicés: qui sanctificabantur, & mundos se putabant in hortis post ianuam intrinsecus, idest, qui intrabant in hortos; vbi postquam ianuam ingrediebantur, se abluebant, & purificatos putabant.

¶ *Intus autem pleni estis rapina.* Græcè, intus plenæ sunt rapina, scilicet, calix & paropsis, & quæ significantur hac allegoria. Vnde, sensus est: pocula & patinas pharisæis, foris esse nitidas, ac bene lotas: cæterum ipsum vinum, ipsosque cibos, esse immundos: vt pote, partos rapinis & fraude. atque hanc immunditiam præcipuè vitandam, ijs qui verè mundi videri vellent.

¶ *Intus pleni estis hypocrisi.* Simulatione, idest, studio simulationis.

¶ *In sanguine prophetarum.* In cæde prophetarum.

¶ *Vos quoq; implete mensurā patrū vestrorū.* Idest, imitamini mores, ac sequimini vestigia eorum.

¶ *Quomodo fugietis iudicium gehennæ?* Iudicium, pro supplicio, more Hæbraico. Sicut iudicare, pro vindicare, Gene.15. vlcisci. Gene.15. Veruntamen gentē cui seruituri sunt, ego iudicabo, idest, supplicio afficiam, vindicabo, rependam.

Regula. Damas.li.4.c.10. ¶ *Et ex illis occidetis &c. Vt veniat super vos omnis sanguis iustus.* Mos sacræ scripturæ est (authore Damasceno) quædam quæ secundum euentum debēt intelligi, causaliter dicere: Vt tibi soli peccaui &c. Vt iustificeris in sermonibus tuis, idest, ex quo euenit, vt Psal.50. iustificeris. Sic Paulus: oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Et Ioan.19. in iudicium veni, vt qui non vidēt videāt. 1.Co.11. Ioan.19. Et Ioa.11. infirmitas hæc, non est ad Ioan.11. mortem: sed vt glorificetur Deus per illam. Sic in hoc loco: ex illis occidetis &c. Vt veniat super vos omnis sanguis iustus &c.

¶ *Quem occidistis inter templum & altare.* Idest, quem maiores vestri occiderunt, inter altare holocausti, & vestibulum. Ad hunc modum loquitur Paulus. 1. Thess. 4. Deinde nos qui 1.Tessa.4 viuimus, simul rapiemur cum illis obuiam Christo in aera. Non enim Paul. vsquè ad seculi finem viuit.

¶ *Venient hæc omnia super generationem istam.* Redundabunt hæc omnia super genus hoc hominum.

¶ *Hierusalem Hierusalem &c.* Duplicatio appellationis, hoc est, vocatiui (vt annotauit Euthi. psa. 56.) aut Regula. demonstratio est miserationis; aut diligētis vocationis signum. Vt in hoc loco: Hierusalem Hierusalem, quæ occidis propheetas &c. Eli, Eli, lamma infra. 27. sabacthani. Theophi. Luc. 13. ait in hoc loco duplicatione nominis Dominum ostendere amorem, quem erga illos habebat. Quemadmodum enim amator quis ab amica contēptus: ita reuocat ipse adulteram synagogam.

¶ *Quoties volui congregare filios tuos.* Ex hoc testimonio colligit Origenes hom. 1. in Esaiam in finē: Christum ante præsentiam carnalem sæpè ad homines venisse. Quoties (inquit) volui: è quibus verbis colligi potest: Christum fuisse loquutum in veteri testamento, non angelum. Ipse enim est, qui ad Moysem venit, & ad populum venit, & ad vnumquemq; prophetarum venit. Origenes hom. 1 in Esaiam. Nota.

¶ *Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti?* Hinc colliges: ideo nō dedisse Christū Iudæis suam fidē & gratiam: quia ipsi eam non voluerunt. Nota. Simile.

Et vt nemo potest medico litem intendere, qui ægrotum curari nolentem deserit: sic nemo potest Deo culpam tribuere, qui Iudæos obstinatos & peruersos obcæcari permiserit.
Esai. c. 6 Sed ais Esai. dicit: audite audientes, & nolite intelligere: & videte visionem & nolite cognoscere. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne fortè videat oculis suis & auribus suis audiat; & corde suo intelligat, & conuertatur & sanem eum. Ergo Deus obcæcauit Iudæos, ne conuerterentur? Ad
Nota. hoc dico: quod quamuis videantur hæc verba aspera prima facie: tamen sensus est lenior. Quarum asperitatem Paulus Acto. 28. abstulit, dicens:
Acto. 28. Benè Spiritus sanctus loquutus est per Esaiam prophetam ad patres nostros, dicēs: vade ad populum istum, & dic: aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis & non perspicietis: incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, oculos suos compresserunt. Vbi vides imperatiua pro futuris indicatiui (more Hebræorū) à D. Paulo exponi. Ad hunc etiam modum temperat hæc verba D. Math. sup. ca. 13.
Sup. 13. sensus est: dic populo huic duro: se ipsos non esse Messiam recepturos. Audient enim eius doctrinam, eiusquè opera videbunt, & non intelligent ob eorum malitiam & cæcitatem. Igitur tu Esaia, excæca, hoc est, denuncia: cor populi huius ob sua scelera esse obcæcandum.

¶ *Ecce relinquetur domus vestra deserta.* Fuit igitur Hierosolyma ob sua scelera derelicta. Quemadmodū ita
Esai. 1. dixerat Deus per Esaiam: derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario: et sicut ciuitas quæ vastatur. Et per Hieremiam: reliqui domū meā Hier. 12. dimisi hæreditatem meam: dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. Facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in sylua. Dedit contra me vocem: ideo odiui eam. Et Christus apud Ioannem, ait: eamus hinc. Ioan. 14. Ac si diceret: Relinquamus Iudæos infideles: ciuitatem ingratam: templum materiale: & ab hoc loco discedamus.

Ad mores.

SVPER *cathedrā Moysi sederunt scribæ & pharisæi: omnia verò quæcunquè dixerint vobis, facite; secundum opera verò illorum nolite facere.* Hinc primùm colliges: locum & dignitatem, non sanctum facere hominem, sed mores & vitam. Dignitas non facit sanctū sed vita.
Lege distinct. 40. cap. primo. oportet Episcopum esse ornatum & hospitalem. Per ornamenta Episcopalia, vir D. 40. c. 1
tutes debent intelligi, quæ à Domino eis repromittuntur: dum dicitur: sacerdotes eius induātur salutari. Vnde in veteri testamento, varijs vestibus ex præcepto Domini sacerdotes Psal. 131
ornati leguntur. Quia multis modis virtutum debet splendere vita pontificis, vt gradui conferat decorē, quē ab eo non accipit. Non enim loca, sed & vita & mores sanctum faciunt sacerdotem; vnde ex officio suscepto, non licentiam peccandi, sed necessitatem benè viuendi se nouerint assequutos. Lege cap. 2. & 4. Quæ Symacus & Hierony. & Grego. & Anastasi. aiunt de hac re.

¶ Item

¶ Item colliges ex his verbis, sæpe contingere, vt multi audientes cōcionatores prauis moribꝰ preditos, conuertantur & boni fiant: similes filijs Iacob, qui etsi ex ancillis nati sint, in Dei populum commemorantur, & æqualem cum fratribus hæreditatem accipiunt. Multi econtra, qui sanctos prædicatores audiāt, minimè tamen conuertantur, sed in dies peiores fiāt: similes Esau, qui etsi ex libera natus, malus tamen fuit.

¶ *Super cathedram Moysi &c. Quæcūquè dixerint vobis facite.* Quid si sancti, Episcopi non sint, an soluendi & ligādi potestatem amittunt? Minimè quidem. Ecce in hoc loco ait Dominus: super cathedrā Moysi sederunt scribæ & pharisæi: omnia quæcumquè dixerint, hoc est, præceperint vobis, facite: secundum autem opera eorū nolite facere. Per malos etiam ministros (auctore Augustino) Christi radij in Ecclesiam suam funduntur. Quare, nec ligandi potestatem, nec pascendi auctoritatem amittūt prælati, etiam si prauis moribus affecti sint. Sed de hoc inferius pauca addemus.

Etiāsi prælati praui sint, potestatem ligādi & docendi non amittunt.

D. Augu.

¶ *Super cathedram Moysi &c. Omnia quæcunq; dixerint vobis facite.* Certa res est, stādum nobis esse iudicio & præceptis concilij generalis confirmati auctoritate Sūmi Pōtificis. Nā si populus repugnare potest eius diffinitionibus & præceptis: Vbi nam illud est, qui vos audit, me audit? Vbi rursum, quod in hoc loco ait: super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi, quæcumquè dixerint vobis facite? Sed ais: si quæcūquè iusserint nobis, ea facere tenemur & iubemur: Cur alio loco Christus, cauere voluit à fermento pharisæorum. Nam illud Mathæus pharisæorum doctrinam interpretatur. Cur etiam eorū traditiones, exemplo etiam proprio, contemnere voluit? Cur sæpius ait: audistis quia dictum est antiquis &c. ego aūt dico vobis. Ad hoc fateor: doctores & prælatos aliquid doctrinæ propriæ, puritati Euangelij admiscere posse: in quo non solum non sunt audiendi, sed etiam refutandi sunt. Quod ergo in hoc loco præcauit Christus, est: ne plebs, male docentiū exemplis, ad contemptum veræ doctrinæ inducatur. Tunc ergo, quæ dixerint nobis pharisæi, eadem facere iubet Christus: cum super cathedrā Moysi sederint, hoc est, legem Dei enarrauerint, docuerint, proposuerint. Nam si sua doceāt, eos negligere non solum possumus, sed debemus. Quemadmodum D. Augustinus in Ioannem, non obscurè interpretatus est. Quando ergo doctores omnes, atquè pastores ecclesiæ, in vnum congregantur, capitis supremi auctoritate: tunc audiendi sunt: tunc obedire eis debemus: non tamen mores illorum imitari, si aliqui illorum mali sint: quales erant pharisæi legisperitissimi, qui etsi legem proponebāt & prædicabant, iniqui erant. Quorū vitam fugiendam, docet, & monet Christus. Non enim est possibile, vt omnes in vnum debitè congregati, errare possint. Nam tunc totus populus Christianus aberraret. Quod fieri non posse, omnibus manifestum est. Aliàs enim, quomodo verum esset illud: ego rogaui pro te, vt nō deficiat fides tua. Et rursum: ego ero vobiscum vsquè ad consumationem seculi. Pareamus igitur præpositis nostris, legem Dei nobis proponentibus, quicumq; illi sint, audiamus ecclesiæ

Standum est diffinitionibus concilij generalis recté cōgregati.

Luc. 10. c

1. obiectio.

Sup. 16.

1. obiectio.

Supra. 1 9 3. obiectio.

Respōsio.

Luc. 22. d

Infra. 28. d.

clesiæ doctores & cócionatores Euágelicos: quamuis aliàs deprauati sint: obsequamur patrum diffinitionib9, ne circunferamur omni vẽto doctrinæ. Ideò enim á Deo nobis dati sũt, vt super cathedram Christi sedeant. Quare quæcumq; dixerint & præceperint nobis, faciamus, si perire nolumus. Alios (inquit Paulus) dedit Christus in ecclesia Apostolos, quosdam prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consumationem sanctorum: in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei: in virum perfectum: vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vẽto doctrinæ. Quandiu igitur Christi corpus, hoc est, ecclesia fuerit: ad diuinam procurationem pertinebit, vt hi qui in Ecclesia sacræ doctrinæ doctores habentur, tanquam á Deo dati, veritatem in fide teneant: ne populus paruulorum more circunferatur. Quando igitur omnes vno animo, vnoquè ore, idem docent, audiẽdi à nobis sunt: quod in concilijs & congregationibus rectè congregatis contingere, credendum est. Vnde non sine causa non dicit Christus: super cathedram Moysi sedit scriba & pharisæus, in singulari, sed quid ait? Sederunt scribæ &c. Vt intelligeremus, quod licet vnus aut alter errare possit, non tamen omnes. Quare doctrinæ ab omnibus præpositæ standum est.

Ephe. 4.

¶ *Super cathedram Moysi.* Quemadmodum nemo est, qui academiam aliquam instituere volens, de præceptoribus atquè doctoribus non prouideat. Sic Dominus, qui notus erat in Iudæa, quasi diuinæ scientiæ gymnasium erexit; rabbinos etiã procurauit: & quoniam apud christianos Euangelicæ doctrinæ academias esse voluit: Apostolos quoq;, Prophetas, Euágelistas, Doctores, dedit, qui eã in Christi republica doctrinam profiterentur. Et quia Græcis phylosophiã velut propriũ testamentum dedit (vt Clemens Alexandrnus ait) non est vero simile, nullos huiusmodi disciplinæ magistros instituisse. Quemadmodũ ergo neq; Iudæorũ, nequè christianorum testamenta: ita nec Græcorum quidem testamenta, absquè interprete dereliquit. Quocirca, diuinæ hîc quoquè procurationis erat, vt nó omnes simul philosophi, aut in Dei cognitione, aut in morum & vitæ regula, aut in rerum naturalium intelligentia, quæ quidem esset ad illa duo priora necessaria, hallucinarentur. Quæ res efficit, vt iuxta Pauli sentẽtiam, Græci fuerint inexcusabiles. Qui tamen excusari possent, si eorũ præceptores nõ ad veritatẽ bonitatis instructi satis, informatiq; essent, auctore naturæ optimo duce atq; magistro. ¶ Id verò scripturæ etiã diuinæ testantur. De Deo. n. in psalmo scriptũ est, quòd docet hominem sciẽtiam. Et rursum in lib. Iob: quod docet nos super iuméta terræ: & super volucres cœli erudit nos. Ni mirũ sicut quibusdam animantibus: q tãquã principes & duces reliquorum sunt á natura dati, concessi sunt quidam instintus, quibus ad gregis quisquè sui, ducatũ rectum, vtilemq; ferantur, ab obliquo retrahantur & noxio: ita in hominum eorum mentibus, qui natura duces sunt cæterorum, inditas esse notiones credendũ est, quibus in illa, quæ ad imperitorũ doctrinam spectant, inducãtur. Nec

Tres academias instituit Dominus: & omnibus de præceptoribus necessarijs vt errare non possent, prouidit.

Clemens Alexan.

Psal. 39.

Iob. 35.

Simile.

primum sentiendi organum. Et idcirco congruè primum mandatum ab ipso & per ipsum sensibile est. Est quoquè secundum eundê philosophũ vitæ domiciliũ, designans, eum qui non diligit in morte manere. Dicen-
1. Ioan. 3. te Ioanne: qui non diligit, manet in morte. Sunt aũt nõnulli, qui & mundũ & Deũ pariter se diligere posse, arbitrãtur: cũ tamê Ioãnes dicat: si quis
1. Ioan. 2. diligit mundũ, nõ est charitas patris in eo. Tales enim, non diligunt ex toto corde; qm̃ diuisum est cor illorum.

Dilectio Dei stimulus est quo Christus electos suos maximè vrget.

¶ *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Stimulus præcipuus, quo Christus electos suos ad regnũ cœleste ducit, amor est. Quemadmodum enim vanus mundi amor, ita vrgere solet suos sectatores, vt nec cibũ, nec potum, nec somnũ capere eos sinat, sui omnino oblitos: sic etiã diuinus amor, ita vrgere solet electos: vt dies noctesq; vigilent, non dãtes somnũ oculis suis: dies noctesq; ieiunẽt; dies noctesq; instẽt animarũ saluti. Hoc stimulo amoris vrgebantur Apostoli, premebantur discipuli, impellebãtur martyres: nõ timoris stimulo. Nã perfecta charitas foras mittit timo-
1. Ioan. 4. rẽ. Hoc stimulo diuini amoris, ibãt gaudẽtes à cõspectu cõcilij. & periculis omnibus se exponebãt, prædicando per totũ orbẽ Christũ crucifixũ. Hinc est quod Paulus eorũ nomine dicebat: charitas Dei vrget nos. 2. Co.
1. Cor. 5. 5. De hoc charitatis stimulo, explicare possumus illud quod sapiens ait
Eccl. 38. Eccle. 38. qui tenet (inquit) aratrum, & qui gloriatur in iaculo, stimulo boues agitat; & conuersatur in operibus eorũ. Aratrũ est prædicatoris lingua, terrã spiritualẽ vt fructũ ferat, debitis tẽporibus arãs. Christus ergo est, qui tenet aratrũ, idest, linguã prædicatorũ, in manu sua. Aliàs enim, nullus dignè & cõpetẽter, Dei Euangeliũ annũciare posset. Cũ hominis sit, animũ præparare: legẽdo scilicet, stu-
dio operã dãdo: Dñi aũt gubernare Prou. 16.
linguã scilicet prædicãdo. Christus etiã est, qui gloriatur in iaculo scilicet virga regia, de qua dicitur: cõsurget virga de Israel, & percutiet duces
Moab. Nullus ergo mundi rex, glo- Num. 24.
riari potest iaculo, hoc est, potestate regia, cum ministri Dei sint. Solus Christus, qui veram hanc potestatem habet in cœlo & in terra, de illa gloriari potest. Hic ergo est, quĩ stimulo sui amoris boues agitat, hoc est, viros virtute & scientia præstantes: vt terram colendo, vberrimos ex illa fructus domino Deo suo afferãt.

¶ *Diliges dominum Deum tuũ.* Quatuor De. 4. speciebus dilectionis diuinæ.
sunt huius diuini amoris species: prima est, naturalis amoris, quo omnes, tã boni quã mali, Deũ amore prose-
quũtur. De quo D Aug. sic ait. Deus Aug. li. soliloquiorum.
quẽ amat omne quod amare potest, siue sciẽs, siue nesciẽs. Secunda est, amoris, quo aliquis Deũ amare solet, eo quod intelligat sibi esse maximè
necessariũ. Diligã te Dñe (inquit Da- Psal. 17.
uid) fortitudo mea: dñs firmamentũ meũ, & refugiũ meũ. Tertia est, amoris, quo quisq; nostrũ Deũ diligit, propter immensas delicias quæ in ipso
sunt. Sap. 8. & amator factus sum for- Sapiẽ. 8.
mæ illius. Quarta est, amoris quo aliquis Dominum Deum suum ex animo diligit, eò quòd dignissimus sit tali amore. Talis amor, purè gratuitus est: talis dilectio est veræ amici-
tiæ. Vnde D. Bernard. ait: amat ca- D. Bern. super Cã.
stè, qui eum quem amat quærit, non aliud quicquam ipsius. Tres has vltimas species amoris, egregiè explicat idem Ber. in lib. de diligendo Deo.

¶ Dili

Lex humana in quo differt à diuina.

¶ *Diliges Dominum Deum tuũ*. Hoc præceptum ostẽdit, legislatorem & præceptorem eius, esse Deum. Nam finis legis humanæ, non est nisi pax & amicitia humana, quæ virtute iustitiæ conseruatur. Et ideo humanæ leges, circa iustitiæ virtutem versantur. De alijs verò virtutibus aut animorum actibus, per se primo non curant. Legis autem diuinæ finis est, diuina amicitia. Et ideo non solum de omnibus virtutibus legislator leges statuit, sed de animi etiam operationibus, dicens: diliges Dominum Deũ tuum ex toto corde tuo &c. Amicitia enim diuina, non vna virtute sed omnibus virtutibus, nõ vno actu exteriori, sed omnibus interioribus rectè ordinatis, cõparatur. Et ideò necesse est, vt toto corde, tota anima, totaquè mente, Deum diligamus, si pacem & amicitiam diuinam comparare velimus. Ex quo fit, huius legis solum Deum esse authorem, & nõ homines, vt à principio diximus.

D. Tho. 1.2. q. 100. a. 2.

¶ *Diliges Dominum Deum &c. Et proximum sicut te ipsum*. Non est quare miremur, quod cũ debeamus amare Deũ, & nos ipsos & proximos, non habeamus peculiare & speciale præceptum de amore nostri: nam qui Deũ diligit, se ipsum diligere necesse est.

Quare nõ est præceptum speciale de dilectione propria.

D. Augu.

Vnde D Augustinus ait: ille solus se nouit diligere, qui Deum diligit. Si quidem ille se satis diligit, qui sedulè agit, vt summo & vero fruatur bono: quod si nihil aliud est quã Deus, quis cunctari potest, quin sese amet, qui amator est Dei? Præterea idem Aug. inquit: cũ illa dilectione quam Deus imperat, debeat homo diligere Deũ, & se ipsum & proximũ: non tamẽ ex hoc, tria pręcepta data sunt, vt intelligatur nullã esse aliã dilectionẽ qua quis diligit se ipsum, nisi quod diligit Deum: qui enim aliter diligit se, potius se odisse dicendus est.

Idem.

¶ *Hoc est maximum ac primum mandatũ*. Quæres fortassis: quo pacto est maximũ & primũ mandatũ: cũ inter decẽ præcepta decalogi minimè annumeretur: Ad quod D. Th. respõdet: pręceptũ dilectionis præsupponi ad pręcepta decalogi. Finis (inquit Paulus) pręcepti, est charitas. Sic etiã fidei pręceptũ præsupponitur & est præambulũ ad eadẽ præcepta. Accedẽtẽ enim ad Deũ (inquit Pau.) oportet credere quia est &c. Et quẽadmodũ in naturalibus sciẽtijs sunt principia per se nota, quæ explicatione & probatione nõ egẽt: quale est illud: quodlibet est, vel nõ est: ita in moralibus, sunt præcepta, quæ nõ indigẽt promulgatione, sed ex ipsa natura, vel ex supernaturali infusione adsũt. Proxima enim præcepta cõmunia legis naturæ sunt per se nota habẽti rationẽ naturalẽ: quale est: quod tibi nõ vis, alteri nõ facias. Et ideò promulgatione nõ indiget. Sic etiã hoc quod est credere in Deũ: & hoc quod est diligere Deũ super omnia: sũt duo principia prima, & per se nota habẽti fidẽ: & ideò nõ indigẽt alia promulgatione, nisi sola infusione fidei. Est ergo præceptũ dilectionis, primũ, & maximũ, præsuppositũ tamẽ ad alia decẽ præcepta. Hæc ex D. Th. 1.2. q. 100. a. 4. ad. 2 argum. & ex Caiet. ibidẽ. Est enim primũ in intẽtione legislatoris, & maximũ eo quod reliqua õnia decẽ præcepta & excedat, & virtute cõtineat.

Quare pręceptum dilectionis dicitur primũ, cũ nõ annumeretur inter 10. pręcepta decalogi.

1. Tim. 2.

Heb. 11.

D. Tho. Caieta.

¶ *Hoc est maximum & primum mandatum*. Ideò maximum & primum dicitur, quia est regula, qua & propriũ amorem & proximorum dilectionẽ, regulare & metiri debemus. Nos

Quare dicitur primũ & maximum.

autem plerumquè vnum è duobus factitamus: vel proximum minimè diligimus: vel si diligimus, Dei amore talem dilectionem non regulamus, non sic D. Paulus qui etsi Romanos diligebat, & eos desiderio videndi ardebat: non tamen contra, aut præter Dei voluntatem. Testis (inquit) mihi est Deus &c. Obsecrans si quomodo aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. Hæc (inquit Chrysost. in hunc locum) germana est charitas: Non quemadmodum nos solemus, qui vtrinquè ex dilectionis norma excidimus: aut enim neminem diligimus; aut si quandoquè diligimus, iuxta voluntatem Domini non diligimus: vtroquè contra diuinam legé peccantes. Quod si hæc grauiter dici videntur; certe cum fiũt maiora multo sũnt. Et quomodo inquis, præter Dei voluntatem diligimus? quando Christum fame pereuntem negligimus: liberis interea, & amicis, & cognatis supra quàm necessitas exigerit contribuentes. Verùm quid opus fuerit paulò latius sermonem extédere? nam si quidem suam quisquè consciétiã perscrutatus fuerit: inueniet hoc modo multis in rebus esse peccatum. Hactenus Chrysost.

Rom. 1. b

¶ *Diliges proximum tuum.* Præceptum sanè tali authore dignum: cum tam lucidum, tam breue, tam vtile, tã deniquè leue sit. Lucidum debuit esse eius qui erat lux vera: ne quis diceret non mihi licuit illud intelligere. Vnde Dauid: præceptum Domini lucidam, illuminas oculos. Breue debuit esse, ne quis causare posset & dicere tædet me legere. Decebat enim verbum in incarnatione abbreuiatum, abbreuiare legem. Vtile debuit esse

Hoc præceptum lucidum, breue, vtile & suaue esse ostenditur.

Psal. 18.

præceptũ illius qui adhoc venerat: vt se totum in vtilitatem nostram expenderet. Hierony. O nimiam Dei clementiam ô inetabilem Dei benignitatem: præmium nobis pollicetur, si nos mutuò diligamus: et si nobis ea præstemus inuicem, quibus inuicem indigemus. Et nos superbo & ingrato animo ei renitimur, cuius imperium beneficium est. Leue deniquè debuit esse onus istud: vt á quolibet, tam paupere quàm diuite, tam infirmo quam sano, tam sene quã iuuene adimpleri posset. Mãdatum quod ego præcipio tibi, non supra te est Deutero. 30. sed iuxta te est, vt facias illud.

D. Hiero.

Deut. 30

¶ *Diliges proximum tuum.* Innumera sunt quæ nos ad obseruantiam huius præcepti, trahere & allicere possunt. Primũ incitat scriptura sacra, quæ in hoc loco, imo in omni loco id clamat. Sed satis est intelligere esse hoc peculiare præceptum saluatoris dicentis: hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicé. Secũdum, amor quem inter animalia eiusdem speciei videmus, nos ad amorem proximorum prouocat. Omne enim animal diligit sibi simile. Si ergo lupꝰ, & leo, & serpens, suam ferocitatem in animalia sibi similia non exercent; quid dicendum est de homine, quid detæuit in alium hominem: nisi quod ipso leone, ipso lupo, ipsaquè serpente, ferocior sit? ¶ Tertiò naturalis cognatio, quã inter homines esse videmus, ad hoc idem sufficiétissima est. Malach. 2. nunquid non pater est vnus omnium nostrum: quare ergo vnusquisquè vestrum despicit fratré suum? Voluit Deus vnum hominé primò formare ex quo omnes procederent, & tanquam fratres omnes ho

Multa sũt quæ incitãt ad amorem proximi.

Deu. 10. Leui. 10

Ioã. 13. & 15.

Amor naturalis animalium eiusdé speciei.

Eccli. 13.

Fraternitas carnalis.

Mala. 2.

mi

homines se amarent. Quod non legimus factum in angelis, vel in animalibus brutis. ¶ Quartò fraternitas spiritualis. Infra. 23. Patrem nolite vocare vobis super terrã: vnus est enim pater vester, qui in cœlis est. Si amandi sunt fratres, qui diuidendo hæreditatem, portionem vniuscuiusq; minorem faciunt: quantum amandi sũt fratres illi, qui portionem vniuscuiusquè augent? Quanto enim plures erunt electi, tanto amplius gaudebũt. Plus enim gaudebit vnusquisq; electorum de gloria animæ alterius, quàm de gloria propij corporis.

Fraternitas spiritualis. Infra. 23.

¶ Quod si hæc non tibi sufficiũt: Dilige vt Christum imiteris, qui (vt Paulus ait) dedit semetipsum pro nobis. ¶ Imiteris angelos, qui proximos tuos ita diligunt, vt custodes eorum sint. Supr. 18.

Exemplũ Christi & angelorũ. Ad Ti. 2. Sup. 18.

¶ Dilige proximum tuũ, vt Deo maximè placeas. Eccli. 25. ait Dominus: in tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus: cõcordia fratrũ, amor proximorum, & vir & mulier bene sibi consentiẽtes. ¶ Dilige proximum cum membrum sit corporis, cuius Christus est caput. 1. Corint. 12. Vos estis corpus Christi: non amat caput, qui non amat membra.

Eccl. 25. Beneplacitum Dei.

Dilige eo quod membrum sit Christi. 1. Co. 12.

¶ Dilige tandem proximum cũ ex ea dilectione innumera sequantur emolumenta. Vt Ecclesiast. docet capi. 4. Melius (inquit) est, duos esse simul, quàm vnum: habent enim emolumentum societatis suæ. ¶ Sequitur victoria inimicorũ, frater enim iuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Goliath inuitat ad singulare certamen: & Moyses ait: si quis est Domini, iungatur mihi.

Vtilitas ex amore tandem inci tat ad dilectionem proximi. Eccle. 4. c Prou. 18. 1. Re. 17 Exod. 32

¶ Sequitur abũdantia bonorum: quod enim homini deest in se, habet in amico: & ad quod impotens erat per se, potens efficitur eo sibi coniũcto. ¶ Sequitur impetratio eius quod in oratione postulatur. si duo ex vobis (inquit Dominus) consenserint super terram, de omni re quãcunquè petierint, fiet illis a patre meo. ¶ Sequitur mutua exhortatio: vnꝰ enim quomodo calefiet? Eccli. 4. sequitur maxima consolatio. Prou. 27. vnguẽto & varijs odoribus delectatur cor, & bonis amici consilijs anima dulcoratur. Et Tullius charitate enim beneuolentiaquè sublata, omnis est de vita ablata iucunditas.

Infra. 18.

Eccl. 4. Prou. 27

Cicero.

¶ *Sicut te ipsum*. Hic assignat Dominus modum dilectionis erga proximũ. Inter alia exemplaria, quæ nobis in scriptura sunt proposita ad amorem erga proximum ostẽdendũ, hoc vnum est quod in hoc loco assignatur: scilicet, vt proximum diligamus, sicut nos ipsos diligimus. Quare hoc præceptum: diliges sicut te ipsum, duplicẽ potest habere sensum: Primus est: *Diliges sicut te ipsum*. Idest, diliges ad quod te ipsum scilicet ad ad gratiam & gloriam. Vel sicut in ipso te ipsum, idest, in Deo. Vnde Augustinus ait: quisquis rectè diligit proximum, hoc cum eo debet agere: vt etiam ipse, toto corde, tota anima, tota mente diligat Deum. Secundus sensus est. *Diliges sicut te ipsum*. Idest: hoc facias proximo, quod tibi vis fieri: quod autẽ tibi non vis fieri: ei nõ facias. Vt hæc duo præcepta iuris naturalis, quorũ vnũ habes su. 7. c. aliud viro Tob. 4. sint expositiua huius mandati. Isido. duo sunt erga proximi dilectionem seruanda, vt beneficij impensione foueatur, & nulla malitia lædatur.

Modus diligendi proximũ.

Modus diligendi proximũ.

D. Augu. de doctri. christiana

Tob. 4. Isidorus.

¶ *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Non inquit; plusquam te ipsum, videtur plusquàm se ipsum proximũ velle diligere, qui curationi propriæ non sufficiens curam proximi sui cupit assumere. Vnde Grego. magna cura necessaria est prædicatori, vt timoris laceratione se mordeat: ne proximum iuuando se deserat: ne alios erigens cadat.

D. Greg. in Moral.

¶ *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Cum loco hoc præceptum nobis sit, vt proximum sicut nos ipsos diligamus: inde fiet: vt qui se non diligit, proximum diligere nesciat. Vnde Augustinus inquit: qui diligis iniquitatem, quomodo tibi volebas cõmitti proximum, vt diligeres eum tanquam te, homo qui perdis te? si enim tu ipse sic te diligis, vt perdas te: sic profecto perditurus es eũ quẽ diligis sicut te. Nolo ergo vt quẽquã diligas. Vel solus peri, aut corrige dilectionem, aut respice societatem.

Qui se nõ diligit ꝓximu n diligere nesciet.
D. Augu.

¶ *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Vt vno verbo modũ istum diligendi proximum, explicemus: dicendum est: quod hic præcipitur vt amemus eum super res transitorias: & citra Deum, & propter Deum. Vnde qui proximum diligit debito modo: Deum plus diligit, propter quẽ proximum diligit. Et tunc manifestum erit quomodo verũ sit, quod D. Pau. dicat: qui diligit proximũ, legem impleuit. Et alibi: omnis lex in vno sermone completur: diliges proximum sicut te ipsum, implens enim mandatum de dilectione proximi: implet mandatum de dilectione Dei. Vnde Gregor. per amorem Dei amor proximi gignitur: & per amorem proximi Dei amor nutritur. Fons qui in alto oritur, de facili ad inferiora deriuatur. Sic amor si primò Deo integrè detur, deinde ad proximum rectè deriuatur, vt scilicet proximus propter Deum ametur. Tunica Christi inconsutilis, quæ vnitatem ecclesiæ designabat, desuper erat cõtexta. Amore enim Dei firmata esse debet dilectio proximi. Et D. Augustinus lib. cõfes. Domine, Beatus qui amat te, & amicum in te, & inimicum propter te.

Modus diligendi ꝓximum.
Rom. 13
Gala. 5.
D. Grego in Moral.
Simile.
Ioan. 19.
D. Augu.

¶ *In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ.* Nam plenitudo legis est dilectio, vt Paulus ait ad Roma. 13. item D. Augusti. legis & omnium diuinarum scripturarum plenitudo, est dilectio rei qua fruendũ est, & rei quæ nobiscũ ea re frui potest, idest, Dei & proximi. Idem: ille sanctè & iustè viuit, qui ordinatam habet dilectionẽ: ne, aut diligat quod non est diligendum: aut non diligat quod est diligendum; aut æquè diligat, quod minus vel amplius diligendũ est, aut minus, vel amplius, quod æquè diligendum est. Idem: si nõ voles omnes paginas perscrutari, omnia inuolucra sermonũm inuoluere, omnia secreta sacra scripturarum penetrare: tene charitatẽ, vbi pendent omnia.

Rom. 13
Augusti.
Idem.

¶ *Finis Cap. XXII.*

¶ *Scribæ & pharisæi docentes populũ legem Moysi, quales.*

Cap. XXIII.

¶ TVNC

TUNC Iesus loquutus est ad turbas & ad discipulos suos, dicens. Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi. Omnia ergo
2. Esdr. 8. a. quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundum opera verò illorum nolite facere. Dicunt enim & non faciunt.
Alligant autem onera grauia
Deute. 6. b. 22. b. Num. 15. d. Luc. 11. g. Act. 15. e Mar. 12. d. Luc. 11. f &c. 20. g. Iaco. 3. a. uia & importabilia, & imponũt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia verò opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus, dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias. Amant autẽ primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro: & vocari ab hominibus rabbi. Vos autem nolite vocari rabbi, vnus est enim magister vester: omnes autem vos fratres estis. Et patrem
Mal. 1. b. nolite vocare vobis super terrã: vnus est enim pater vester qui in cælis est. Nec vocemini magistri, quia magister vester vnus
Luc. 14. e. &c. 18. c. est, Christus. Qui maior est vestrum, erit minister vester. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur, & qui se humiliauerit, exaltabitur. Væ autem vobis scribæ & pharisæi hypocritæ: quia clauditis regnum cælorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarum orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis iudicium. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ. Quia circuitis Mar. 12. d.
mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum: & cum fuerit Luc. 20. g.
factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos. Væ vobis duces cæci, qui dicitis: Quicunq; iurauerit per templum nihil est. Qui autem iurauerit in auro 2. Para. 6. a.
templi, debitor est. Stulti & cæci, 3. Re. 8. b
quid enim maius est: aurum an templum quod sanctificat aurum? Et quicunq; iurauerit in altari nihil est: quicunq; autem iurauerit in dono quod est super illud, debet. Cæci, quid enim maius est, donum, an altare quod sanctificat donum? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus quæ super illud sunt. Et quicunq; iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipso.

donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine Domini.

Adliteram.

SVPER *cathedrã Moysi sederunt scribæ*. Idest, scribæ recitant vobis legem per Moysem datam. *Scribæ*, sacerdotes erant legis peritissimi, quibus commissa erat cura enarrandi libros sacros.

¶*Sederunt*. Præteritum pro præsenti.

¶*Omnia quæcumquè dixerint*. Hæb. pro, iusserint. Vide supra capi. 8. ibi sed tantum dic verbo.

¶*Dilatant enim phylacteria sua*. Phylacterium, latinè, conseruatorium dicitur. Membrana erat, in qua descripta erant Dei præcepta, quam fronti & etiã brachio circumponebant pharisæi ad ostentationem.

¶*Amant enim primas sedes in synagogis*. Vel concilijs.

¶*Væ autem vobis scribæ*. Deploratio potius quàm execratio est quasi dicat, O vos ter infelices. O desdichados de vosotros: lastima es veros.

¶*Neq; introeuntes sinitis intrare*. Idest, neq; eos qui conãtur ingredi sinitis intrare.

¶*Orationes longas orantes*. Vel prætextu longæ & prolixæ orationis. Sic enim vertit eadem apud mar. Sub ostentu longæ orationis. Et apud lucam: simulantes orationem longam.

¶*Propter hoc amplius accipietis iudicium*. Græcè, abundantius. Idest, grauius puniemini.

¶*Circuitis mare & aridam*. Terra dicitur arida phrasi Hæbraica. Vocauit aridam terrram. Gene. 1.

¶*Vt faciatis vnum proselytum*. Idest, ve protrahatis aliquem ethnicum ad vestram religionem, quasi dicat, ad vestram religionem aduentitium.

¶*Filium gehennæ duplo magis quã vos estis*. Hæbraismus. pro, bis digniorẽ supplicio æterno, scilicet, quod primum idolatra sit, mox nec Iudæus probus: dum relabitur in vitam pristinam.

¶*Qui autem iurauerit per aurum, debitor est*. Idest, ei præstanda culpa est. Tenetur pœnæ periurij. Et infra Græcè, *debet*.

¶*Quod sanctificat aurum*. Vel, cõsecrat aurũ, & infra, *sanctificat donum*, vel consecrat donum.

¶*Decimatis mentam & anethum, & reliquistis, quæ grauiora sunt legis & c.* Idest, decimas soluitis mentæ & anathi, quasi dicat, legis minima seruatis, & quæ in primis seruare oportuit negligitis.

¶*Iudicium & misericordiam*. Siue, ius, & beneficentiam, *ac fidem*, subaudi in promissis, quasi dicat, nõ statis promissis.

¶*Excolantes culicem*. Participium præsens, pro indicatiuo, idest, qui percolatis vinum, si in illud inciderit culex. Quasi dicat: qui in minimis superstitiosi estis, in maximis negligentes.

¶*Quia mundatis quod deforis est calicis, intus autem &c.* Solebant Iudæi crebris vti lotionibus corporis, animi candorem minimè curantes, eam ob causam dicit illis hæc verba. Et hoc

Et vt nemo potest medico litem intendere, qui ægrotum curari nolentem deserit: sic nemo potest Deo culpam tribuere, qui Iudæos obstinatos & peruersos obcæcari permiserit.

Esai. c. 6 Sed ais Esai. dicit: audite audientes, & nolite intelligere: & videte visionem & nolite cognoscere. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne fortè videat oculis suis & auribꝰ suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur & sanem eum.

Nota. Ergo Deus obcæcauit Iudæos, ne conuerterentur? Ad hoc dico: quod quamuis videantur hæc verba aspera prima facie: tamen sensus est lenior. Quarum asperitatem

Acto. 28. Paulus Acto. 28. abstulit, dicens: Benè Spiritus sanctus loquutus est per Esaiam prophetam ad patres nostros, dicẽs: vade ad populum istum, & dic: aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis & non perspicietis: incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, oculos suos compresserunt. Vbi vides imperatiua pro futuris indicatiui (more Hebræorũ) à D. Paulo exponi. Adhunc etiam modum temperat hæc verba D. Math. sup. ca. 13.

Sup. 13. sensus est: dic populo huic duro: se ipsos non esse Messiam recepturos. Audient enim eius doctrinam, eiusquè opera videbunt, & non intelligent ob eorum malitiam & cæcitatem. Igitur tu Esaia, excæca, hoc est, denuncia: cor populi huius ob sua scelera esse obcæcandum.

¶ *Ecce relinquetur domus vestra deserta.* Fuit igitur Hierosolyma ob sua scelera derelicta. Quemadmodũ ita

Esai. 1. dixerat Deus per Esaiam: derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario: et sicut ciuitas quæ vastatur. Et per Hieremiam: reliqui domũ meã

Hier. 12. dimisi hæreditatem meam: dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. Facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in sylua. Dedit contra me vocem: ideo odiui eam. Et Christus apud Ioannem, ait: eamus hinc. Ioan. 14.

Ac si diceret: Relinquamus Iudæos infideles: ciuitatem ingratam: templum materiale: & ab hoc loco discedamus.

Ad mores.

SVPER *cathedrã Moysi sederunt scribæ & pharisæi: omnia verò quæcunquè dixerint vobis, facite: secundum opera verò illorum nolite facere.* Hinc primùm colliges: locum & dignitatem, non sanctum facere hominem, sed mores & vitam. Dignitas non facit sanctũ sed vita.

Lege distinct. 40. cap. primo. oportet Episcopum esse ornatum & hospitalem. Per ornamenta Episcopalia, virtutes debent intelligi, quæ à Domino eis repromittuntur: dum dicitur: D. 40. c. 1

sacerdotes eius induãtur salutari. Vnde in veteri testamento, varijs vestibus ex præcepto Domini sacerdotes ornati leguntur. Psal. 131

Quia multis modis virtutum debet splendere vita pontificis, vt gradui conferat decorẽ, quẽ ab eo non accipit. Non enim loca, sed & vita & mores sanctum faciunt sacerdotem; vnde ex officio suscepto, non licentiam peccandi, sed necessitatem benè viuendi se nouerint assequutos. Lege cap. 2. &. 4. Quæ Symacus & Hierony. & Grego. & Anastasius aiunt de hac re.

¶ Item

¶ Item colliges ex his verbis, sæpe contingere, vt multi audientes cõcionatores prauis moribus preditos, conuertantur & boni fiant: similes filijs Iacob, qui etsi ex ancillis nati sint, in Dei populum commemorantur, & æqualem cum fratribus hæreditatem accipiunt. Multi econtra, qui sanctos prædicatores audiát, minimè tamen conuertantur, sed in dies peiores fiát: similes Esau, qui etsi ex libera natus, malus tamen fuit.

¶ *Super cathedram Moysi &c. Quæcũquè dixerint vobis facite.* Quid si sancti, Episcopi non sint? an soluendi & ligádi potestatem amittunt? Minimè quidem. Ecce in hoc loco ait Dominus: super cathedrã Moysi sederunt scribæ & pharisæi: omnia quæcumquè dixerint, hoc est, præceperint vobis, facite: secundum autem opera eorũ nolite facere. Per malos etiam ministros (auctore Augustino) Christi rádij in Ecclesiam suam funduntur. Quare, nec ligandi potestatem, nec pascendi auctoritatem amittũt prælati, etiam si prauis moribus affecti sint. Sed de hoc inferius pauca addemus.

Etiãsi prælati praui sint, potestatem ligãdi & docendi non amittunt.

D. Augu.

¶ *Super cathedram Moysi &c. Omnia quæcunq; dixerint vobis facite.* Certa res est, stãdum nobis esse iudicio & præceptis concilij generalis confirmati auctoritate Sũmi Põtificis. Nã si populus repugnare potest eius diffinitionibus & præceptis: Vbi nam illud est, qui vos audit, me audit? Vbi rursum, quod in hoc loco ait: super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi, quæcumquè dixerint vobis facite? Sed ais: si quæcũquè iusserint nobis, ea facere tenemur & iubemur: Cur alio loco Christus, cauere voluit à fermento pharisæorum. Nam illud Mathæus pharisæorum doctrinam interpretatur. Cur etiam eorũ traditiones, exemplo etiam proprio, contemnere voluit? Cur sæpius ait: audistis quia dictum est antiquis &c. ego aũt dico vobis. Ad hoc fateor: doctores & prælatos aliquid doctrinæ propriæ, puritati Euangelij admiscere posse: in quo non solum non sunt audiendi, sed etiam refutandi sunt. Quod ergo in hoc loco præcauit Christus, est: ne plebs, male docentiũ exemplis, ad contemptum veræ doctrinæ inducatur. Tunc ergo, quæ dixerint nobis pharisæi, eadem facere iubet Christus: cum super cathedrã Moysi sederint, hoc est, legem Dei enarrauerint, docuerint, proposuerint. Nam si sua doceát, eos negligere non solum possumus, sed debemus. Quemadmodum D. Augustinus in Ioannem, non obscurè interpretatus est. Quando ergo doctores omnes, atquè pastores ecclesiæ, in vnum congregantur, capitis supremi auctoritate: tunc audiendi sunt: tunc obedire eis debemus: non tamen mores illorum imitari, si aliqui illorum mali sint: quales erant pharisæi legis peritissimi, qui etsi legem proponebát & prædicabant, iniqui erant. Quorũ vitam fugiendam, docet, & monet Christus. Non enim est possibile, vt omnes in vnum debitè congregati, errare possint. Nam tunc totus populus Christianus aberraret. Quod fieri non posse, omnibus manifestum est. Aliàs enim, quomodo verum esset illud: ego rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua. Et rursum: ego ero vobiscum vsquè ad consumationem seculi. Pareamus igitur præpositis nostris, legem Dei nobis proponentibus, quicumq; illi sint, audiamus ecclesiæ

Standum est diffinitionibus concilij generalis rectè cõgregati.

Luc. 10. c

1. obiectio.

Sup. 16.

2. obiectio.

Supra. 19

3. obiectio.

Respõsio.

Luc. 22. d

Infra. 28. d.

clesiæ doctores & cōcionatores Euāgelicos: quamuis aliàs deprauati sint: obsequamur patrum diffinitionib9, ne circunferamur omni vēto doctrinæ. Ideò enim à Deo nobis dati sūt, vt super cathedram Christi sedeant. Quare quæcumq; dixerint & præceperint nobis, faciamus, si perire nolumus. Alios (inquit Paulus) dedit Christus in ecclesia Apostolos, quosdam prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consumationem sanctorum: in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei: in virum perfectum: vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vēto doctrinæ. Quandiu igitur Christi corpus, hoc est, ecclesia fuerit: ad diuinam procurationem pertinebit, vt hi qui in Ecclesia sacræ doctrinæ doctores habentur, tanquam à Deo dati, veritatem in fide teneant: ne populus paruulorum more circunferatur. Quando igitur omnes vno animo, vnoquè ore, idem docent, audiēdi à nobis sunt: quod in concilijs & congregationibus rectè congregatis contingere, credendum est. Vndè non sinè causa non dicit Christus: super cathedram Moysi sedit scriba & pharisæus, in singulari, sed quid ait? Sederunt scribæ &c. Vt intelligeremus, quod licet vnus aut alter errare posit, non tamen omnes. Quare doctrinæ ab omnibus prapositæ standum est.

Ephe. 4.

¶*Super cathedram Moysi.* Quemadmodum nemo est, qui academiam aliquam instituere volens, de præceptoribus atquè doctoribus non prouideat. Sic Dominus, qui notus erat in Iudæa, quasi diuinæ scientiæ gymnasium erexit; rabbinos etiā procurauit: & quoniam apud christianos Euangelicæ doctrinæ academias esse voluit: Apostolos quoq;, Prophetas, Euāgelistas, Doctores, dedit, qui eā in Christi republica doctrinam profiterentur. Et quia Græcis phylosophiā velut propriū testamentum dedit (vt Clemens Alexandrnus ait) non est vero simile, nullos huiusmodi disciplinæ magistros instituisse. Quemadmodū ergo neq; Iudæorū, nequè christianorum testamenta: ita nec Græcorum quidem testamenta, absquè interprete dereliquit. Quocirca, diuinæ hîc quoquè procurationis erat, vt nō omnes simul philosophi, aut in Dei cognitione, aut in morum & vitæ regula, aut in rerum naturalium intelligentia, quæ quidem esset ad illa duo priora necessaria, hallucinarentur. Quæ res efficit, vt iuxta Pauli sentētiam, Græci fuerint inexcusabiles. Qui tamen excusari possent, si corū præceptores nō adveritatē bonitatis instructi satis, informatiq; essent, auctore naturæ optimo duce atq; magistro. ¶Id verò scripturæ etiā diuinæ testantur. De Deo.n. in psalmo scriptū est, quòd docet hominem sciētiam. Et rursum in lib. Iob: quod docet nos super iumēta terræ: & super volucres cœli erudit nos. Nimirū sicut quibusdam animantibus: q tāquā principes & duces reliquorum sunt à natura dati, concessi sunt quidam instintus, quibus ad gregis quisquè sui, ducatū rectum, vtilemq; ferantur, ab obliquo retrahantur & noxio: ita in hominum eorum mentibus, qui natura duces sunt cæterorum, inditas esse notiones credendū est, quibus in illa, quæ ad imperitorū doctrinam spectant, inducātur. Nec

Tres academias instituit Dominus: & omnibus de præceptoribus ne cessarijs vt errare non possent, prouidit.

Clemens Alexan.

Psal. 39.

Iob. 35.

Simile.

Tt melior

melior est belluarum conditio quàm nostra. Quare quemadmodũ qui sedebant super cathedram Moysi, obediẽdi tunc erant, & qui sedent super cathedram Christi audiendi modò sũt: sic etiam qui sedebant super cathedrã auctoris naturæ, audiri tunc debebantur. Cum dubitandum nõ sit, quin verum & exploratum illud esset, de quo omnium ratio consentiebat, & modò consentit. Quomodo enim homines, & ambitiosi honoris & gloriæ, & cæci ferè auiditate carpendi, & plurimis seculis, maximisquè locorum interuallis seiuncti, in vnam sententiam conuenirẽt: nisi in hanc quasi conspirationem, naturæ impulsu quodam, agerẽtur? Ex quo intelligi licet: philosophos ab vno aliquo mortalium magistro, excepisse ea, quæ populis ac gentibus vniuersis, cõmuni consensu conscripserint. Verissima ergo sunt communia philosophorum placita; nec ab illis licet, si omnes ad vnum idem sentiant, dissentire.

Solo peccato hæresis aut infidelitatis prælati potestatẽ amittunt.

¶ *Super cathedram Moysi &c.* Solo peccato hæresis, aut infidelitatis, amittunt prælati Ecclesiæ auctoritatem docendi: amittit etiam summus Pontifex potestatem suam: quare si publicus hæreticus est, nõ est audiendus. Aliàs enim etsi scelestissim9 sit, illi parendum erit. Quod verò hoc ita sit, vel ex scriptura sacra constare nobis poterit, quæ talem differentiã inter hæresim, siue infidelitatem, & alia peccata, ponit. De peccato enim infidelitatis, dicitur Math. 10. Qui negauerit me coram hominibus, negabo eum coram patre meo. Item Ioa. 3. qui non credit iam iudicatus est. 2. Ioan. 1. Si quis venit ad vos, & hãc doctrinã non affert, nolite eũ recipere in domo: nec aue ei dixeritis: qui enim dixerit ei, aue, cõmunicat operibus eius malignis. Vbi ait glo. nolite, idest, nõ tantũ non assentiatis, sed nec ad horã recipiatis. Et ista ita se extendũt ad prælatos doctrinã Christi non accipientes: sicut ad subditos. De alijs autẽ peccatis, non sic loquitur scriptura: sed ait in hoc loco: super cathedrã Moysi sederunt scribæ & pharisæi: quæcũq; dixerint, idest, præceperint vobis, seruate & facite: secundum opera eorum nolite facere. Ecce quod Dominus nõ dicit abijciẽdos esse prælatos, malosq; pastores, qui rectam doctrinam habeant, vitam verò malã: sed audiẽdos in doctrina, in operibus verò non imitandos. Vnde D. Aug. in epistola ad generosum, assignans rationem, quare prælatis etiam malis, vt pote pontifici maximo etiam peruersis moribus predito, obediẽdũ esset, sic ait: ab ipso petro numeramus episcopos, & infra, in hoc ordine successionis episcoporũ, qui deducũtur ab ipso petro, vsquè ad Anastasiũ, qui nunc eandem cathedrã sedet: etiam si quisquã traditorũ per illa tẽpora surrepsisset, nihil præiudicaret ecclesiæ, & innocẽtibus, quibus Dñs prouidẽns, ait de prępositis malis: quæ dicũt facite; quę autẽ faciunt nolite facere: vt certa sit spes fideliũ, quæ non est in homine, sed in Deo collocata, nũquã tẽpestate sacrilegi schismatis dissipanda. Hęc Aug. Præterea apost. ait: omnis anima, potestatibus sublimioribus subdita sit. Glo. bonis, vel malis. Et D. Pe. serui, subditi estote Dñis: non tãtũ bonis, sed etiã dyscolis. Magna ergo differẽtia est inter peccatũ infidelitatis in pastoribus, & alia peccata.

Sup. 10. Ioan. 3. 1. Ioan. 1. Augusti. Rom. 13 1. Pet. 2.

¶ *Et patrem nolite vocare super terrã.* Meritò

Solus De⁹ propriè pater dicit & quare. Act. 17. f. Meritò solus Deus, pater noster vocandus est, cum ille sit precipuus auctor vitæ, naturæ, & gratiæ & gloriæ: cum in illo viuamus, & moueamur, & simus: vt docet Paulus. ¶ Non tamen his verbis Christus Dominus negare vult: quin aliquo modo, alij hoc nomine gaudeant. Aliàs D. Iacobus non diceret: omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est, procedens à patre luminum, à quo (vt Paul. docet) est omnis paternitas, in cœlo, & in terra. Neque vbique scriptura sancta præciperet vt honore afficeremus parẽtes nostros. Deus ergo verus Dominus, verusq; ac principalis pater est: alij verò participatione quadam patres dicuntur. Clamemus igitur, & ore pleno quotidie dicamus: pater noster tu es. Tu (inquam) Domine pater noster, redẽptor noster, à seculo nomẽ tuum. Hoc enim nomine ira eius maximè placatur. Vnde Hiere. 3. Sic ait: ergo saltẽ àmodo voca me pater meus, dux virginitatis meæ tu es. Nunquid irasceris in perpetuum; aut perseuerabis in finem? sed væ nobis, qui non solum non inuocamus talem patrem: sed potius inhonoramus illum. Vnde ipse per Malachiã conqueritur, dicens: filius honorat patrem, & seruus Dominum suum: si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si Dominus ego sum, vbi est timor meus, dicit Dominus?

Iacob. 1. Ephe. 3. Esai. 63. Iere. 3. Malac. 1.

¶ *Væ autem vobis scribæ & pharisæi hypocritæ.* Meritò illos hypocritas vocat: quia non solum erant vitijs contaminati: sed volebant fallaci virtutis imagine, nefaria scelera cooperire: & quod deterius est, volebant hæc verbis cõfirmare, & alios pestilentibus institutionibus corrũpere. Hypocrisis est capitalior & perniciosior aperta iniquitate: quia in virtutis imagine delitescit. De quare vi. quæ annotauimus c. 6. ibi: nolite fieri sicut hypocritæ, & c. 22. ibi: quid me tentatis hypocritæ?

Hypocrisis perniciosior est manifesta iniquitate

¶ *Implete mensuram patrũ vestrorũ.* Gene. 6. dicitur: erunt dies eius. 120. anni. Ex his locis & alijs multis, colliges: Deũ peccatoribus & eorũ punitioni, certum tẽpus statuere: vt quam citius poteris delicta emendes. Hinc illud: nondũ cõpletæ sunt iniquitates Amorræorũ, id est, tẽpus quo, eorũ mala punire decreui. Hinc est illud saluatoris: donec cõpleantur tẽpora nationũ. Et quod hic ait: vos implete &c. Quãobrẽ, Dauid peccatores admonet apprehẽdere disciplinã; ne quando irascatur Dominus, & à via pereant.

Gene. 6. Punitioni peccatorũ certum tẽpus statuere solet Deus. Ge. 15. d. Luc. 21. e Psal. 2. c.

¶ *Genimina viperarum.* Vide c. 7. in illa verba: nolite dare sanctum canibus: nec mittatis margaritas vestras ante porcos.

¶ *Quoties volui congregare filios tuos &c.* Aspicis hoc officiũ Dei esse congregare, quẽadmodũ dæmonis officiũ est dispergere. Vnde Dauid canebat: dicant qui redẽpti sunt à Dño, quos redemit de manu inimici, & de regionibus cõgregauit eos. Et in alio psal: dispersiones Israel cõgregauit. Et Esai. in brachio suo (inquit) congregauit eos. Et alio in psal. cõgrega nos de nationibus, vt cõfiteamur nomini tuo. Et apud Eze. tollã (inquit) vos de gẽtibus. Et Ioã. vt cõgregaret (inquit) in vnũ filios Dei, qui erant dispersi. Cõgregat aũt, Christ⁹ in vna ecclesia in vno corpore spirituali, in vna fide, eos qui & varijs ritibus & cultibus, dispersi erãt. Ita. n. ait Pau. vnũ corp⁹, vn⁹ spirit⁹, vna fides. Vnde iusti viri

Officium Dei est cõgregare: dæmonis verò dispergere. Psal. 10. Ps. 146. a Esai. 40. c. Ps. 105. g Ezec. 36. Ioan. 11. Ephe. 4. a.

inter se longissimo locorum interuallo distent: semper tamen sunt in Domino cōgregati. Cū Hebræi essent quondam in Aegypto, Pharaoni seruientes: voluit Deus eos congregare, & ad terram promissionis adducere. Quod audiēs Pharao, exarsit, & grauiter tulit: præcepitquè præfectis operum, ne darent paleas Hebræis vt antea, ad conficiendos lateres. Volebat vt Hebræi dispergerentur ad colligendas paleas, & tamē eādem facerēt mensuram laterum, quā faciebānt, quando tempore illis paleæ dabantur. Et dispersus est populus (ait scriptura) in omnem terram Aegypti ad paleas colligendas. Quo tempore eos Deus volebat congregare, eos tunc Pharao dispergere faciebat. Quando nos vult Deus vnire, tunc diabolus dispergere conatur. Et vide quorsum nos diuidat: nimirum ad colligēdas paleas. Quid sunt res mundi, opes & dignitates, nisi paleæ? Dat diabolus operam, vt dispergamur ad paleas quærendas, ad opera lutea & lateritia facienda. Talia sunt peccatorum ædificia ex paleis, terra & lateribus cōstituta. Cum autem officium Dei sit congregare, diaboli verò dispergere, illi Deum hac in re imitantur, qui inimicos inter se odio dissidentes, reconciliant, & congregant. Contra verò illi diabolum sequuntur, qui inter fratres discordiam seminant. Nō est enim nec exiguum quidem dissidium excitandū. Vt enim ex parua nubecula, magna aliquando oritur procella: sic ex minima discordia, grauissimæ aliquando quæstiones concitantur: quēadmodum ex parua scintilla oritur aliquando ingens incendiū, quo ampla ædificia flagrant.

Exod. 5 b

Figura.

Simile.

Simile.

¶ *Quoties volui &c.* Huius rei figuram habes Gen. 27. Isaac enim, Christum præfigurat, Esau Iudæos, Iacob autem gentes. Isaac speciali quodammodo dilexit Esau, & Christus Iudæos: vnde & de ipsis carnem sumpsit, & illos in primis benedicere voluit. Quoties (inquit) volui congregare: vocauit illos ad pœnitentiam: desiderabat veros pietatis fructus ab eis. Verùm illi cessabant, non curabāt, egrediebantur foras, nedum reuersi sunt. Interim minor frater, gentilitas intrauit, & benedictionem reportauit.

Gene. 27

Figura.

¶ *Hierusalem Hierusalem quæ occidis prophetas.* Perpende obsecro, & altè considera, Dei erga viros iustos charitatem. Dereliquerant Iudæi Deū suum, & idola gentium turpiter coluerant: & non illis obiecit hanc iniuriam in se ipsum iactam: sed cædē virorum sanctorum. Hoc idem fecerat apud Esai. 59. vestræ iniquitates diuiserunt inter vos, & Deum vestrum: manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate. Obiecit illis in hoc loco Esaiæ, vt existimāt multi, mortem prophetarum. Quamuis nos de morte Christi similem locum Esaiæ interpretati sumus sup. cap. 21. Explicantes literam illius loci: apprehensum eum &c. Sed quicquid de hoc sit, ex hoc loco vides, quanti Deus faciat & æstimet prophetas, & sanctos suos, quos ad prædicandum mittit, cum non Iudæis aliud crimen obijciat.

Commendatur Dei charitas erga viros iustos.

Esai. 59.

¶ *Mundi finem multa mala præcurrent.*

Cap. XXIIII.

¶ ET

Mat. 13. a. Luc. 21. b ET egressus Iesus de templo, ibat. Et accesserunt discipuli eius, ut ostenderent ei ædificationes templi. Ipse autẽ respondens, dixit illis. Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super
Luc. 19. g lapidem, qui non destruatur. Sedente autem super monte Oliueti: Accesserunt ad eum discipuli secretò dicentes. Dic nobis quando hæc erunt? & quod signum aduentus tui, & consumationis seculi? Et respondẽs Iesus, dixit
Ezech. 5. b Coloss. 2. d. eis. Videte ne quis vos seducat, multi enim venient in nomine meo, dicentes, ego sum Christus, & multos seducent. Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorũ. Videte ne turbemini, oportet enim hæc fieri: sed nondũ est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnũ, & erunt pestilentiæ & fames, & terræmotus per loca. Hæc autem omnia initia sunt dolorum.
Ioan. 15. e. 16. a. Tũc tradent vos in tribulationẽ, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomẽ
Sup. 10. c. meũ. Et tunc scãdalizabuntur multi & inuicẽ tradent, & odio habebũt inuicem. Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducẽt multos. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorũ. Qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Et prædicabitur hoc Euangelium regni in uniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus.
Et tunc veniet consumatio. Cũ Mar. 13. b.
ergo videritis abominationem Luc. 21. d
desolationis, quæ dicta est à Da Dan. 9. g.
niele propheta, stantẽ in loco sancto, (qui legit intelligat) tũc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in tecto, non descẽdat tollere aliquid de domo sua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. Væ autem prægnãtibus & nutrientibus in
illis diebus. Orate autem, ut Act. 1. b
non fiat fuga vestra in hyeme, vel sabbatho: erit enim tunc tribulatio magna, qualis nõ fuit ab initio mũdi usq; modò, neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, nõ fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabũtur dies illi. Tũc si quis vobis dixerit: ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi, & seudoprophetæ. Et dabũt sig-

na magna & prodigia: ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis: ecce in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret vsque in occidentem: ita erit & aduentus filij hominis. Vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Statim autem post tribulationem dierum illorum, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur: & tunc parebit signum filij hominis in cœlo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba & voce magna. Et congregabunt electos eius à quattuor ventis, à summis cœlorum, vsque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam, cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia prope est æstas: ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote, quia prope est in ianuis. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. De die autem illa & hora, nemo scit, neque angeli cœlorum, nisi solus pater. Sicut autem in diebus Noe: ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium, comedentes, & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vsque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus filij hominis. Tunc duo erunt in agro: vnus assumetur, & vnus relinquetur: duæ molentes in mola, vna assumetur, & vna relinquetur: duo in lecto, vnus assumetur, & vnus relinquetur. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset: vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati: quia qua nescitis hora, filius hominis venturus est. Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Beatus

Mar. 13. e.
Luc. 21. e
Ezec. 31. b.
Isai. 13. b
Ioelis. 3. c
Apo. 1. b.
1. Co. 15. g.
Marc. 13 d.
Luc. 17. f
Gene. 7. b
Luc. 17. g
1. Tessa. 4 d.
Mar. 13. d.
Luc. 12. e
Luc. 12. e

tus ille seruus, quem cum vene-
Apo. 16. c. *rit Dominus eius, inuenerit sic facientem. Amẽ dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo, morã facit Dominus meus venire: & cœperit cõcutere cõseruos suos, manducet autem & bibat cum ebriosis: veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat & diuidet eũ, partemque eius ponet cum hypocritis: illic erit fletus, & stridor dentium.*

Ad literam.

ACCESSERVNT *ad eũ discipuli secreto.* Seorsum vel solum. Hoc est semotis turbis.

¶ *Sed nondum est finis.* Vel, erit. Variant Græca exemplaria.

¶ *Et terræ motus per loca.* Certis locis, vel hinc inde. Quasi dicat: locatim, seu, per loca. Non autem singulis locis.

¶ *Qui autem perseuerauerit &c.* Nimirum virtus boni operis perseuerantia est, & præcepto legis cauda hostiæ iubetur offerri in sacrificio. In cauda quippe, finis est operis. Et ille bene immolat, qui sacrificium boni operis, vsquè ad finem debitæ perducit actionis. Grego. hom. 25. — Figura. Exod. 29 — Gregor.

¶ *Et tunc veniet consumatio.* Idest, hæc cum facta fuerint veniet consumatio seculi.

¶ *Cum ergo videritis abominationem desolationis &c.* Hebrais. Idest abominandam desolationem, vel fœditatẽ exitialẽ. Hunc locum exponit Luc. capit. 21. cum ait: cum videritis circundari ab exercitu Hierusalem &c. Omnia igitur quæ sequuntur vsquè ad illum locum. *Tunc si quis vobis dixerit &c.* De hac deuastatione intelligenda sunt. — Luc. 21.

¶ *Qui legit intelligat.* Intelligat (inquam) prophetiam scilicet Danielis, in hoc facto adimpletam. Vt deficiat à templo in Hierusalem, Iudæorum hostia & sacrificium, vsquè ad consumationem. Atq; in hoc loco libet, pauca de hebdomadibus Danie. dicere: vt qui legerit intelligat. — Dan. 9. — De hebdomadibus Dani.

¶ Tempus captiuitatis fuit annorum. 70. vertentibus igitur his. 70. captiuitatis annis orare cępit Daniel 9. cap. Deum, pro restauranda Hierosolyma. Et ab angelo accepit ab exitu verbi de restituendis captiuis, dequè reficienda vrbe, vsquè ad Christi ducis necẽ inter fluxuras hebdomadas 69. Porrò exitus illius verbi: factus est anno primo Cyri: illo enim captiui primùm dimissi sunt: vt compleretur verbũ quod dixerat Dominus ore Hierem. 1. Ezre. 1. 6. Hier. 29. — Tempus captiuitatis fuit annorũ. 70.

¶ A. 70. illo captiuitatis anno ad Christum, hebdomades. 69. Idest, anni. 483. hebdomas enim vna, continet annos. 7. Leuit. 25. Neq; enim Daniel loquitur de altero hebdomadum genere. Quod. 7. diebus absoluitur. Leu. 23. id constat è quarti Ezre. — A. 70. anno ad christum hebdomades 69. idest, anni. 483 — Leuit. 25 — Leui. 23.

7.c. qui inquit Christum reuelandũ esse, id est, nasciturũ post quadringẽtos annos. His enim si addas. 33. vitæ Christi, ex hebdomadibus. 69. tãtum supereunt. 50. nẽpe fuit Ezras Daniele his annis posterior.

Hebdomas. 70. cadit in apostolos. ¶ Hebdomas septuagesima, quæ confirmat nouum fœdus, cadit in Apostolos, qui in Iudæa per septem annorum spacium, antequã orbem ad Euangelizandum sibi diuiderẽt gratiam Christi Iudæis primùm obtulerunt. In Hebdomadis dimidio, synodo publica Acto. 15. Mosis sacrificia Acto. 15. & ceremonias abrrogantes, re Iudaica in deterius ad interitum vsq; qui à Romanis allatus est, deinceps abeũte: christiana autem latius quotidie sese diffundente. Quod si synodus illa celebrata est, sub annum Christi 17. Vt aliquibus placere video, qui non animaduerterunt, Ysteron proteron, passim in scripturis. Nihil tamen perit, de vera septuagesimæ intelligentia. Nam certum est, non longè post Christum, Petro reuelatam fuisse per visum gentium vocationem atq; deinceps libertatem ab hostijs, atque adeò lege, prædicatam Act. 10.

¶ *Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant admontes*. Præ terrore, scilicet Romanorũ totam Iudæam deuastantium.

¶ *Et qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua*. Sed abscõdet se, aut qua poterit fugiat.

¶ *Orate ne fuga vestra fiat in hyeme vel sabbatho*. Tropologicè loquitur, id est, cauete, ne tempore illius tribulationis, sint vobis importuna ad fugiendum, id est, talia in quibus non erit vobis facultas fugiendi.

¶ *Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fuisset salua omnis caro*. Idest, si illa tribulatio diu duraret, non vnus quidem de natione Iudæorum superstes esset.

¶ *Nisi breuiati fuissent dies illi non fuisset salua omnis caro*. Haud infrequenter particula negatiua, non, quæ præcedit aut sequitur post dictionẽ, omnis, significat idem quod nullus nulla nullum. Vt ad Ephe. 4. omnis sermo malus ex ore vestro nõ procedat. Habacuc. 2. omnis spiritus non est in eo, idest, nullus. Luc. 1. Non erit impossibile apud Deum omne verbũ, idest, nullum verbum erit impossibile. Et in hoc loco dicit Euthy. omnis significat idem quod nullus. Nisi abbreuiati fuissent dies illi, non fuisset salua omnis caro, idest, nulla caro saluaretur, nisi fuissent dies illi abbreuiati, idest, pauci. Nam aliter nõ possunt esse dies breuiores quã. 24. Horarum. Vt annotat Chrysostomus hom. 40. in Math. c. 24. Regula. Ephe. 4. Abac. 2. Luc. 1.

¶ *Omnis caro*. Idest, omnis homo. Heb. sic alibi: omnis caro fænum. Et rursum: videbit omnis caro salutare Dei. Et Ioan. 1. Verbum caro factũ est. Et supra: caro & sanguis non reuelabit tibi, idest, nullus homo. Esai. 40. b Luc. 3. b. Ioan. 1. Sup. 16. c

¶ *Tunc si quis vobis dixerit; ecce hic Christus, aut illic, nolite credere*. Idest, post illam desolationem Hierusalem si quis dixerit vobis hic est Christus aut illic, nolite credere Christi aduẽtum iam esse in foribus: quia secundus aduentus Christi, non erit sic occultus, vt primus fuit: siquidẽ primò surgent pseudoprophetæ qui dabunt signa.

¶ *Surgent pseudoChristi*. Idest, qui se falsò Christi nomine venditabunt.

¶ *Ita vt in errorem ducantur (si fieri potest) etiam electi*. Cõfusis scilicet indicijs signorum, perturbari necesse est, etiam

etiam eos, qui in discernendis spiritibus, ac distinguendis virtutibus videntur eruditi. Sic Clemés. Libro. 3. recognitionum.

Clemens.

¶ *Ita vt in errorem ducantur (si fieri potest) etiam electi.* Vide Grego. hom. 9. in Ezech. Vbi docet, quod hæc dubitatio sermonis à Domino, in electis exprimit trepidationem mentis. Dicitur ergo si fieri potest, quia trepidabunt. Et tamen dicuntur electi, quia non cadent.

D. Grego

¶ *Vbicumq; fuerit corpus &c.* Græcè cadauer. Cadauer Domini corpus dicitur propter mortem: nisi enim ille cecidisset, nos non resurrexissemus. Aquilas autem appellat, vt ostendat ad alta eum oportere contendere, qui ad hoc corpus accedit. Chry. 1. Cor. 10. hom. 24.

Christi corpus quare cadauer uicitur.

D. Chry.

¶ *Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo.* Idest, homines in mundo illustres (qui nomine solis & lunæ & stellarum, in scriptura solent intelligi) obscurabútur & cadent. Hoc est, tribulationibus gloria eorum peribit, antechristo & eius satellitibus, supra modum cótra Ecclesiá sęuientibus. Homines etiam illustres deficiét á sua pristina charitate & sic obscurabuntur & cadét. Ad húc modú ait Esa. de rege Babylonis quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris. *Vel sol obscurabitur & luna non dabit lumen suum.* Non in se; sed quia hominibus non fulgebunt ad vllam consolationem. Al triste todo le parece triste: el dia se le haze noche, y la luz tinieblas.

1. sensus.

Esai. 14. d

2. sensus.

¶ *Et stellæ cadent de cœlo.* Idest, igneę impressiones, cometæ cadét. De cœlo, idest, de aere, qui vocatur cœlum. Volucres (inquit) cœli.

Psal. 8. b.

¶ *Sol obscurabitur &c.* Hoc est quod alijs verbis prædixerat Deus per Esaiam cap. 24. Visitauit (inquit) Dominus super militiam cœli, idest, super sydera. Neque enim est infrequés in scriptura, astra militiam, & virtutes exercitus cœli appellari. Hunc sensum habent verba illa. 4. lib. Reg. ca. 21. & adorauit omnem militiam cœli. Ac si diceret: non erat in cœlo stella, quam impius Manasses idolatriæ deditus, non coleret. Est igitur sensus huius loci Esaiæ: in tempore extremi iudicij, conturbabit Dominus omnia sydera: ná sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, vt Dominus in hoc loco ait. Vide locum illum Esaiæ.

3. sensus.

Esai. 24.

4. Re. 21

¶ *Virtutes cœlorum.* Idest, astra.

¶ *Tunc plangent omnes tribus terræ.* Vel potius nationes. Item Esai. c. 24. Hoc idem prophetauerat dicens: luxit & defluxit terra. Vbi vtitur propheta præteritis pro futuris, more prophetico. Sensus est: cum terra defluxerit, lugebunt & plangent in die iudicij homines, qui vt in alio loco annotauimus, nomine terræ significantur. Græca autem vox in hoc loco, non quemcumquè planctum, sed planctum insanum, significat: qui fit, vbi quis præ doloris impatientia suum ipsius corpus lacerat.

Esai. 24.

¶ *Cum tuba & voce magna:* Græcè cum tuba vocis magnæ, idest, vocali & procul sonanti.

¶ *A summis cœlorum, vsq; ad terminos eorum.* Vel ab extremis cœlorum, vsq; ad extrema eorundem, idest, ab extremitate vna vsquè ad alteram.

¶ *Ab arbore autem fici discite parabolam.* Vel potius, similitudinem. Ne quis somniet: ficum parabolam dicere.

Chryso. ho. 78. in Math. Hic, hæc, hoc, in scriptura sacra ad omne tempus se extendit. ¶ *Generatio hæc.* Vel natio hæc. Notandum, quod pronomen, hic hæc hoc, ad omne tempus se extendit. Nã vt ait Chrysosto. solet scriptura sic loqui: hæc est generatio, non de viuentibus, tunc, sed de vniuersis fidelibus. Vt in psalmo. Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciẽ Dei Iacob. Et in hoc loco: non præteribit generatio hæc, nempe, fidelium omnium. Psal. 23.

1. sensus. Trãsibũt cœli quantum ad figurã, non tamẽ quantum ad substantiã. ¶ *Cœlum & terra transibunt.* Scilicet quantum ad figuram, secundum illud Pauli: præterit figura huius mũdi; non tamen quantum ad substantiam. Terra enim in æternum stat, auctore Salomone. Vnde Dauid explicans interitum cœlorum, quem his verbis prophetarat: opera manuũ tuarum sunt cœli; ipsi peribũt. Ait: sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur. Vbi innuit: cœlorum transitum, esse mutationem figuræ, non simplicem interitum. Quod si D. Petrus. 2. Epist. cap. 3. ait: tunc temporis cœlos magno impetu trãsituros: de aere loquitur (inquit Aug. 20. de ciuitate) qui sæpè cœlum appellatur in scriptura sacra. Et si de corporibus cœlestibus loquatur, referri potest ad motum, non ad substantiam. Psa. 101. 1. Cor. 7. Eccl. 1. 2. Pet. 3. August. de ciuit. c. 20.

¶ Potest etiam hic locus ita explanari: prius cœlum & terra prætéribũt, quàm verba mea prætereant. Antes faltara el cielo y la tierra, que falten mis palabras. Exaggeratio enim hæc est.

¶ *De die illa & hora nemo scit.* Vel diem illam neque horam nemo scit.

¶ *Neque filius.* Hoc verbum in non nullis exemplaribus non inuenitur: sed quia Marcus illud addit, & in alijs exemplaribus reperitur, explicãdum est.

¶ Scire igitur Deus dicitur de more scripturæ, quod nosse nos vult. Sic in Deute. c. 13. tentat nos Dominus vt sciat, idest, vt scire faciat, an diligatis eum, an non. Et ad Abraham: nunc cognoui quia timeas Deum, idest, nunc feci vt cognosceres, quia ipse sibi in illa tentatione probatus innotuit. Sic Christus ait, se nescire diem iudicij. Hoc enim nescit, quod nescientes facit, idest, quod non ita sciebat, vt tunc discipulis imperfectis indicaret; multa enim habebat eis dicere, quæ nõ poterant portare tunc. Et ideo ait illis: diem illam & horam de qua quæritis, nemo scit, neque filius. Dexame, no me canseys ni trateys de querer saber essa curiosidad aora: que es cosa bien escusada para vosotros: nadie sabe esse dia, ni yo lo se. Dioles de mano: como acazimos a vno que nos pregunta algun secreto. Ad hunc modum loquitur Paulus. 1. Corinth. 2. Neq; enim me iudicaui scire aliquid inter vos, nisi Christum & hunc crucifixum. Eis enim loquebatur, qui capere altiora de Christi deitate non poterant. Quibus & pauló post dicit: non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Hoc ergo inter illos nesciebat quod per illum scire non poterant. Et hoc solum se scire dicebat, quod eos per illũ scire oportebat. Deniquè sciebat inter perfectos, quod inter paruulos nesciebat. Ibi quippe ait, sapientiam loquimur inter perfectos. Eo namquè genere loquutionis nescire quisquè dicitur, quod occultat, quo dicitur fossa cœca, quia occulta est. Regula. Deut. 31. Gen. 22. 1. Cor. 2.

¶ *Nisi pater (meus) solus.* Dictio (solus) in ordine ad creaturas intelligitur, non ad filium. Euthy. Sicut ibi: hæc Nota. Euthy.

Ioan. 17. hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum. Dictio (solum) in ordine ad deos gentium intelligitur, qui non erant veri Dei. Non in ordine ad filium & ad Spiritum sanctum.

¶ *Vnus assumetur, & alter relinquetur.* Grecè, vnus assumitur & alter relinquitur. Præsentia pro futuris.

¶ *Duæ molentes in mola, vna assumitur, & altera relinquetur.* In mola, idest, in pristino, quasi dicat, etiã in vilissimo vitæ genere Christus habet suos: alterum sibi vendicat, alterum abijcit.

¶ *Duo in lecto: vnus assumetur, & alter relinquetur.* Quasi dicat: de diuitibus & quietis, quidam liberabuntur, & quidam peribunt. Vt Chrysostomus in sermone de Ascensione Domini. Chryso.

¶ *Qua hora.* Qua vigilia, vel custodia. Noctes, veteres in vigilias. 4. diuidebant, siue costodias.

¶ *Qua hora non putatis.* Non expectatis.

Ad mores.

Gene. 7. NON *relinquetur lapis super lapidem.* Gene. 7. Dicitur: delebo omnẽ substantiam quam feci. Hinc colliges, quantum Deo displiceant peccata, vt ea quæ pulcherrima fecerat, tam facilè deleat. Sęuit enim in creaturas, sæuit in templum suum. Quod ideò fecisse puto, ne nos immunes à punitione putemus, si quid eius apud nos habemus. Sunt enim multi peccatis onusti, qui se impunè peccare putant, quòd preces horarias non omittũt: quòd horas Beatæ Virginis omni die deuotè legunt, si eleemosynas faciant, aut quid simile. Quos apud Hierem. 7. admonet, dicens: nolite confidere in verbis mendacibus: dicentes: templum Domini scilicet apud nos est, non permittet illud destrui; & propter illud parcet iniquitatibus nostris. Non sic erit, sed a sanctuario meo incipite. Nunquid spelunca latronum domus mea est, dicit Dominus?

Hic ostenditur quã tum Deo displiceãt peccata.

Hier. 7.

¶ *Qui perseuerauerit vsquè in finem, hic saluus erit.* Gene. cap. 11. dicitur, quod Thare eduxit Abraham de Vr Chaldæorum, vt irent in terrã Chãnaam: veneruntquè vsquè Haram, & habitauerunt ibi. Et Thare mortuus est in Haram. Nota, quod quamuis Thare à Chaldęa exierit fugiens idola, terram & tyrannidem Nemrod (vt Iudæi volunt) ad terram tamen promissionis, non peruenit. Sic multi, bene quidem incipiunt, sed in via subsistunt: aut etiam retrocedunt. Qui perseuerauerit (ait Christus in hoc loco) vsquè in finem, saluus erit.

Gene. 11. Perseuerãtia est nobis necessaria.

Figura.

¶ *Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo: neque fiet.* Cum tribulatio ista, fuerit figura tribulationis spiritualis, quæ tempore antechristi continget, hinc colliges qualis illa erit. Erit enim magna, qualis non fuit ab initio mundi, vsquè modo, nequè fiet. Vnde D. Grego. Explicans illud Iob. cap. 41. reputabit enim quasi paleas ferrũ, & quasi lignum putridũ omnes: sic ait Leuiatham iste, quãdo illum gladium, quem sacra eloquia antechristum vocãt, in exercitationem suæ iniquitatis assumpserit, & ferrũ velut paleas, & æs velut lignum putridum reputabit, quia nisi diuina gratia protegat, & præ

Tribulatio ista Hierusalem, figura quæcã est tribulationis spiritualis tẽpore antechristi.

Iob. 41.

Ferrum prædicationis ia-

culñ, vires. Aes lõganimicatis constãtis, perseuerantia.

& prædicantium vires velut paleas, nequitiæ suæ igne consumet. Et patientium constantiam quasi lignum putridum in puluerem rediget. Et acumen igitur ferri, & æris fortitudo deficiet, dum per violentiam virtutis illius, & prædicationis sensus obtunditur, & patientiæ longanimitas dissipatur, nisi electos suos opitulatio diuina roboret. Vbi tũc infirmi erunt, si fortes sicut paleæ reputantur? Quid tunc Leuiathan iste de paleis faciet, si ferrum quasi paleas æstimabit? quid de putridis lignis acturus est, si quasi lignum putridũ æris fortitudinem soluet? Sed ò quàm multi, qui suis viribus ferrum se, vel æs existimant, in illo tũc tribulationis igne, se paleas esse deprehẽdẽt. Et quàm multi, qui per infirmitatem propriam se esse paleas metuunt, per diuinum adiutorium fulti, in ferri atquè æris soliditate roborantur, vt cõtrà aduersarium suum tanto magis in Deo fortes fiant, quanto de se amplius infirmos se esse conspexerint. Hactenus Grego. Quare tunc temporis implebitur illud Gene. capi. 3.

Gene. 3.

Tu insidiaberis calcaneo eius. Calcaneo enim, idest, extremæ partis Ecclesiæ maximè diabolus insidiabitur. In fine enim mundi scilicet antichristi tempore, maxima erit tribulatio. Vnde tunc implebitur etiam illud quod Iob ait capit. 40. Stringet caudam suam, quasi cedrum, quod dicitur de Behemoth. Cũ cauda stringitur eleuatur. Cauda ergo Behemoth stringetur, cum in fine mundi antechristus eleuabitur.

Iob. 40.

¶ Et *nisi breuiati fuissent dies illi &c.* Lege Nicolaum de Lyra super ca. 13. Apoca. Quo quærit, quare antichristi persequutio erit breuis, finisquè omnium aliarum sectarum, quæ à principio mundi, ad hæc vsquè tempora inuentæ sunt: sola autem Mahumeti secta & persequutio tandiu duret?

¶ *Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum.* Gene. 4. ait Cain Domino: ecce proijcis me à facie tua: omnis qui inuenerit me, occidet me. Quibus locis disce, quàm sit cauendum habere Deum iratum, & quàm iucũdum habere propritium. Sicut enim seruum quem princeps toruè respicit, omnes persequuntur, & vno principe offenso, omnes seruos se offensos esse ostendunt, & suo modo puniunt: ita vt ianitor eo viso, ianuam claudat, alius qui arridebat iam non amplius rideat: ita etiã qui Deum offendit, aut cui iratus est, omnes persequuntur, illiq; irascuntur, et si Dominus permitteret, omnes de eo vindictam sumerent. Sicut enim Deus habet oculos suos & frontem hilarẽ, quam iustis ostẽdit: ita & nasum suũ, vultusquè suos, quibus malos deterret. Vnde & Dauid dicebat: oculos domini super iustos, lætos profectò, auresquè eius ad preces eorum apertas: ita vultus suus super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Hac de causa (vt reor) sol ante iudicij diem obscurabitur, & luna nõ dabit lumen suum, & stellæ cadẽt de cœlo, vt nasum suum & iram ostendant illis quibus tũc Dominus irascetur. Summè ergo cauendum est, ne Deum offensum habeamus: quoniã non solum eum, sed etiam omnes creaturas eius habebimus aduersarias: terra non dabit fructum, maria pisces: deniquè quæ sua sunt, nobis cuncta negabunt. Etiam sol, & luna, & astra omnia quæ ad ministerium

Gene. 4. Maximè cauendũ est habere Deum iratum. Et maximè iucundũ est habere eum propitium. Simile.

Psal. 33.

nostrum

nostrum creata esse videntur. Et nisi Dominus poneret lignum, quod cu stodiret Cain, quicunquè illi occurreret, occideret. Imo cuncta creata decertarent, quod eorum primùm, in eum manum mitteret. Armat enim Deus omnes creaturas ad vltionem
Sapiē. 5. inimicorum suorum, vt in lib. sapiētiæ scriptura testatur: & pugnabit pro illo orbis terrarum contra insen
Nota. satos. Id significare voluit Moyses, di
Gen. 1. cens: In principio creauit Deus cœlum & terram. Ibi enim, hoc nomen Elohim apposuit. Quod significat Deum, vt iudicem & vltorem. Ac si diceret: ipse qui res creatas produxit iudex est, & vindex, qui si Deum offenderitis, ipsis creaturis nos puniet & vlciscetur, quod erit sine dubio, in tempore extremi iudicij: quãdo elementa quæ vt homini seruirēt, creata fuerunt, videntia hominū scelera & sacrificia, eorumq; aduersum Deū nepharias iniurias, inferent ipsis hominibus crudelissimum bellum. Insurgent aduersus eos, iniurias quibus suum creatorem lacesserunt, vindicantes. Hoc declarat apertissimè
Luc. 21. Christus in hoc loco, & apud Lucam dicens: Erunt signa in sole & luna &c.

¶ *Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum.* Hoc est quod etiam prædi-
Esai. 24. xerat Esaias. ca. 24. in die illa erubescet luna, & confundetur sol, cum regnauerit Dominus exercituum in mōte Sion, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus. Per solem intelligit Christus & propheta, principes Ecclesiasticos; per lunam verò seculares. qui se in vita vitijs implicarunt, & in violanda iustitia, impia scelera admiserunt. Tunc enim in illo terrabili iudicio, visa CHRISTI maiestate, quem illi contempserant, turbabuntur, & confundentur: quoniam cum deberent dum viuerent alios illuminare, non solū non illuminarunt, sed etiam obscurauerunt. Qui enim fieri poterat, vt alios suorum radiorum splendore illustrarent, cum ipsi eclipsim paterētur, essentquè tenebris & caligine circūfusi? vt enim eclipsis lunæ, est in-

Explanatur hic locus Esaiæ.

Per solem principes ecclesiæ per lunam verò principes seculares intelliguntur.

terpositio terræ inter solem & lunā: Simile.
sic quando terra, hoc est, mundi spes & voluptates interponuntur inter mundi principes (qui lunæ nomine significantur) & solem illum iustitiæ Christum Deum nostrum, efficitur vt lumine careant principes; defectumquè patiantur in vmbra terræ existentes. Tunc enim fit eclipsis, cū luna in terræ vmbra consistit. Quid aliud sunt mundi magistratus, potentiæ, diuitiæ & voluptates, quàm vmbra terræ? Illos qui in infernum detrusi æternis cruciatibus torquentur in hunc modum scriptura in lib. Sapi. 5. b.
sapientiæ facit loquentes: quid nobis profuit superbia: & diuitiarum iactātia quid contulit nobis? transierunt
omnia illa sicut vmbra. Et in ecclesia Eccli. 34. a.
stico: hi qui has mundi res inanes, fallaces & fluxas, quærunt & appetunt, illis comparantur qui sequuntur ventos, & apprehēdunt vmbras. Hoc pertinet ad lunæ eclipsim.

¶ Sol verò tūc obscurabitur cum interponitur luna inter ipsum & homines. Quis est hic sol, nisi præsul, qui cum debeat omnes illuminare, ob eam causam deficit, nullisquè micat radijs, quia interponitur & obijcitur illi luna, hoc est, humana potētia. Eā ob causam antistites Ecclesiæquè pastores aliquando tenebris offundūtur, quia non Dei obsequiū & reni,

honoré, sed humanas dignitates & voluptates intuentur. Hi igitur in die iudicij obscurabuntur, & non dabunt lumen suum; erubescent & confundentur.

¶ *Stellæ cadent de cælo.* Hoc est quod alijs verbis Esaias vaticinatus est, dicens: & omnis militia cœlorum decidet, id est, omnes stellæ cadent de cœlo. Dicuntur enim cadere, quando nullum habent splendorem. Nõnulli hoc intelligunt de cometis, vt supra diximus. Sed vt ad mores componendos hoc explicemus, dicendũ est: quod per stellas intelliguntur viri religione præstantes, qui a terra separati, cœlo adhærent: qui debent dicere cum Paulo: nostra enim conuersatio in cœlis est. Hi seuocantes animum ab omni turbulento negotio, à terra se longissimè efferunt, & ad cœlestium contemplationem rapiũtur. Ideò stellis in cœlo fulgentibus meritò comparantur. At tunc stellæ dicuntur cadere de cœlo, quando nonnulli relinquunt religionem, & ad seculum reuertuntur: & quando in ipsa religione manentes, orationem, contemplationem, & tranquillam animi ac solitariam quieté contemnunt, & se distrahunt humanisquè negotijs implicant, per ciuitates inquietè vagantes, suisquè deprauatis moribus sanctæ religioni tetram maculam inurentes. Hi dicũtur cadere in terram: & hi sunt stellæ illæ, quas in illo loco Esai. ait, vt folia decidere: & Christus in hoc loco: stellæ cadent de cœlo. Perpende obsecro ex quam alto loco cadit religiosus, qui se sceleribus contaminat: ex cœlo in terram: magna ruina, & valde metuenda. Felices illi, qui permanét in religione & obseruantia, qui quieti, & erecti, & eleuati, in cœlo versantur, Deum laudantes, & negotia humana contemnentes, qui & doctrina & vita alios erudiũt, & ad virtutem cohortantur. De his ait propheta Daniel: qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Esai. 34.

Per stellas viri religione præstantes intelliguntur.

Phil. 3.

Dan. 12. b.

¶ *Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo.* Ecce (inquit Hierony.) si vmbrato repente de cœlo solis claritas nostris aspectibus denegetur, & productis in nostram humilitatem nubibus pluuiæ terris immineant, si commotis vt assolet elementis in rotam sui currus tonitrua concitentur, & inde hinc fulgurum iacula palpebris terribiliter obiecta corruscét: quanquam in consuetudine ista cõtingant: pauescimus, contremiscimus: & proni ad terram, deposita superbia, ceruices submittimus: quid faciemus in illa die miseri: quando reuoluto cœlo, cum angelicis virtutibus, igneus Dominus totus aduenict: quando cadentibus desuper stellis, sol in tenebras, & in sanguiné luna, mutabitur: quádo montes sicut cera liquescent: quãdo terra ardebit, & arescent flumina, & maria siccabuntur: & contra rerũ naturam, consumpto diuinitus humore, ariditatem in aquis ignis operabitur: quando peccatores dicent montibus: cadite super nos, & collibus: tegite nos: quando vocabunt homines mortem, & vocata nõ veniet: quando discrimina vertentur in vota, & quod semper oderunt homines concupiscent: quando illud implebitur tempus, quod lugubri Hieremias prædixit affectu, dicens: respexi in terram, & ecce non erant luminaria: vidi montes, & ecce erant tremétes, & vni-

D. Hiero. de scietia diuitię legis 4. etc. diuinæ.

Hiere. 4.

& vniuersi colles turbati: intendi aere,& ecce non erat homo: & omnes volucres cœli pauebant. Vidi, & ecce carmelus desertus,& omnes ciuitates succensæ igni à facie Domini ,& à facie iræ & indignationis eius: & interierunt vniuersa.

¶ Verùm ne ex suggestione diaboli hæc ad terrorem, non ad veritatem dicta,crederentur: de præteritis futura probantur: quando talia in diluuio,in Sodomis , in Aegypto , in Hierosolymis,sæpè ob delicta hominum facta,referuntur. Et Apostoli, qui hunc horrẽdum diem impijs & peccatoribus præuidere meruerũt, humiles erant, mortuos suscitantes, &nos supra omnes erigimur,qui peccando quotidie, nos metipsos occidimus:non respicientes in nobis,flebilem infirmamquè naturã,quæ , neq; in aduersis fortis est, nec in prosperis aliquando secura. Hæc D. Hierony.

¶ *Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli,cum virtute multa & magestate.* Nunc viderunt omnes tribus & nationes terræ, filium hominis venientem in mundum cum mãsuetudine & paupertate,& abiectione magna . Ecce (inquit propheta) Rex tuus venit tibi mansuetus &c. Tunc verò videbunt eum , venientem in nubibus cœli , cum virtute multa,& magestate. Nunc viderunt filium hominis, venientem in mundum tanquam medicum, vt illis infirmis mederetur:nõ (inquit) est opus valentibus medico, sed malè habentibus. Tunc videbunt eum venientem in nubibus cœli cum potestate magna & magestate tãquam iudicem , ad vindictam sumendam de inimicis suis. Cum accepero(inquit) tempus, ego iustitias iudicabo. Nunc viderũt

Discrimi-nem inter primum Christi aduẽtum & secundũ.
Zach. 9. b
Sup. 21. a
Sup. 9. b.
Psal. 74. a

eum venientem in mundum tanquã saluatorem & redemptorem. Videbit(inquit propheta)omnis caro salutare Dei. Et rursum Ioan. 3. Christus ait: non misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum; sed vt saluetur mundus per ipsum. Et Lucæ vltimo: quoniam sic scriptum est, & sic oportet Christum pati & resurgere à mortuis tertia die, & prædicare in nomine eius pœnitẽtiam & remisionem peccatorum, in omnes gentes. Tunc autem videbunt filium hominis,cum virtute magna, non ad saluandas gentes , sed ad iudicandas. Nunc visitauit nos oriens ex alto, vt appareret benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei : Tunc visitabit nos oriens ex alto, vt appareat ira & iustitia & indignatio Dei vltionũ Domini, Dei vltionum.

Esai. 40. b
Luc. 3. b.
Ioan. 3.
Luc. vlti.
Luc. 1.
Titũ. 3. b.

¶ *Tunc videbunt &c.* Tunc implebitur quod Iob ait capi. 4. Vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, flãte Deo, perijsse, & spiritu iræ eius esse consumptos. Quem locum explicans D. Grego. sic ait: nos cum flamus, aerem ab exterioribus introrsus trahimus, & introrsus tactum hunc exterius reddimus. Flare ergo Deus in vindictæ retributione, dicitur: quia ab exterioribus causis introrsus consilij iudicium concipit, & ab interno consilio extrorsus sententiam emittit; quasi flante Deo ab exterioribus aliquid introrsum trahitur, quando foris mala nostra conspicit, & intus iudicium disponit. Et rursum quasi flãte Deo ab interioribus extrorsus spiritus emittitur : quando ab interno conceptu consilij , exterius iudiciũ damnationis infertur . Bene itaquè dicitur: quod qui dolores seminant, idest,

Iob. 4.
Tunc flante Deo in qui peribunt.
Flare Deũ quid sit ex Grego. 5. mo. c. 15.

idest, fraudulenta dicunt, vel peruersa agunt, & metunt eos, idest, dicendo præualent, vel de eadem peruersitate puniuntur, flante Deo pereunt, quia vnde foris peruersa faciũt, inde ab intimis rectè feriuntur. Vel certe cum flare Deus dicitur, quia statim iræ eius spiritus subinfertur, appellatione flatus illius potest ipsa eius animaduersio designari. Nos quidem cũ irascimur, flatu furoris inflammamur. Vt ergo vindictam cogitans, Dominus demõstraretur flare irascẽdo dicitur, non quod ipse in natura sua mutabilitatis vicissitudinem recipiat, sed quod post lõgam patiẽtiam, quãdoquè vindictam peccatoris exequitur, is qui in semetipso trãquillus est, pereuntibus turbulẽtus videtur. Mens quippe reproba, quia aduersũ suis actibus iudicem conspicit: quasi commotus ei ostenditur: quia in cõspectu illius, suo reatu proprio illa turbatur. Hactenus Grego. Tunc ergo videbunt omnes operãtes iniquitates, & seminantes dolores, & metẽtes eos, filium hominis veniẽtem in nubibus coeli, cũ virtute magna, & magestate. Tunc (inquam) videbũt se ipsos, flante illo perire, & spiritu iræ eius consumi.

Tunc victori Christo triumphus dabitur & corona quia strenuè certauerit.

¶ *Tunc videbunt filium hominis cum virtute magna & maiestate.* Nota quod victori corona ac triumphus debetur. Vnde Apost. ait: nõ coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Et rursum ait: de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Hinc est, quod omnes qui cum antiquo dracone habente capita. 7. pugnauerunt & vicerũt, triumphum & coronam adepti sunt, vt egregiè docet Rupertus, his verbis: hic (inquit) iam notandũ de verbo Dei, quia de singulis capitibus draconis dum vincit, regalia victoriæ insignia, personis illis per quas vicit, imponit. Ioseph & Moyses, per quos vicit caput primum, caput Aegyptum, in curribus triumphauerunt: Dominiquè ac principes facti sunt, illi dicente rege: ecce constitui te super omnem terram Aegypti, annulum regium stolamq; bysinam, & torquem accipiens auream, sedensquè super currum regium. Moses autem Aegypto domita, mersoquè Pharaone, decantans victoriæ canticum, totiusquè populi obtinens principatum. Helias per quem iudicatum atq; concissum fuit caput secũdum: postquam deiecit reges ad perniciem, & confregit potentiam ipsorum, postquam vnxit reges ad potentiam, & prophetas fecit successores post se, receptus est in turbine ignis, in curru equorum igneorum. Daniel & socij eius per quos humiliatum est caput tertium, principes facti sunt, precipuè Daniel, quẽ Nabuchodonosor cadens in faciem suam adorauit, & in sublime extulit, quem deinde Balthasar purpura vestiuit, & torquem auream collo circundedit. Mardochæus & Esther, per quos caput quartum; appenso Aman in patibulo & filijs eius & alijs septuaginta quinquè millibus, strangulatum atquè concissum est, victoriæ titulis fuere glorificati. Esther Regina regium in capite suo gestauit diadegma Mardochæus de palatio & de conspectu regis egrediens, fulgebat vestibus regijs hyacintinis, videlicet & aerijs, coronam auream portans in capite, & amictus palio serico atquè purpureo. Qui caput quintum, caput nequissimum repercusserunt Machabæi fratres fuere, qui post bella in gen-

2.Tim.2.a.
2.Thi.4.a
Rupertus li.8. de victo. verbi Dei.c.13.
Caput. 1.
Gene 41.
Exod. 14 & 15.
2.caput.
4.Reg.2.
3.caput. Dan. 2. & 5.
4.caput. Esther. 9.
5.caput.

gentia crebrasq; victorias purpura, & stola sancta, tibulaque aurea, regio more perornati sunt: & posteri eorũ regnum & sacerdotium non parua gloria recuperatũ, obtinuerunt. Porrò qui caput. 6. vicit, septimũq; vincet, quãdo antichristum spiritu oris sui interficiet, Christus Iesus, nõ qualiscumq, propugnator verbi Dei, sed ipsum verbum Dei, verbũ Deus, homo factus, coronã aut purpuram in hoc mundo, nõ nisi irrisoriè accepit, coronã spineam, clamydéq; coccineam, & in dextera manu arundinẽ pro sceptro impositam. Veruntamẽ quæ pro irrisione in hoc mundo data sunt ei; sic in seria conuertit, vt nunc appareat angelis & hominibus sanctis in gloria & honore patris: habens purpurã resurrectionis, coronã gloriæ, & æterni sceptrũ imperij. Hactenus Rupertus. Ex quibꝰ colliges, quod reliquis antiquis sanctis, quos modò annumerauimus, datus est triũphus & corona in hoc mundo, Christo verò minimè. Nam is qui sibi oblatus est in die palmarum, exiguus fuit, siquidem sedebat super asinum: coronam item accepit irrisoriam in cruce. Quare verus ac precipuus triũphus non datus est nunc, sed tunc videbunt filium hominis, cum potestate magna & magestate. Nec vacat mysterio, quod alij quos modo retulimus, nunc, idest, in hac vita coronam adepti fuerint, Christus verò tunc, idest, in alia vita, vt significetur & insinuetur gratia noui testamenti: non enim præmium accepturi sunt Christi fideles in hac vita, sed in alia. Filij Dei sumus, nondum apparuit quid erimus: cum apparuerit similes ei erimus. Nos enim pugnamus in hac vita cum dracone, quẽadmodum Christus. Tentatio enim & militia est vita hominis super terram &c. Quare viriliter pugnemus: vt tunc peccatores videant nos venientes cum duce nostro in nubibus cœli cum virtute magna & magestate. Sedebimus enim cum illo condemnantes, hoc est, sententiam iudicis approbantes, latam aduersus peccatores omnes.

Sextũ & septimũ.

Sancti veteris testamenti coronam in hac vita, & victoria quam ex dracone habuerũt accepẽrũt: at Christus & eiꝰ fideles. in alia.

1. Ioã. 3. a

¶ *Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute multa & magestate &c.* Ecce tunc adimplebitur, quod multo ante prædixerat Daniel. c. 7. aspiciebam (inquit) in visione noctis. Et ecce cũ nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & vsq; ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei honorẽ & potestatẽ & regnũ: & omnes populi, tribus & linguæ, ipsi seruient. Potestas eius potestas æterna, quæ nõ aufferetur: & regnũ eius quod non corrumpetur. Igitur quod in Euangelio suo prædicat ipse filiꝰ hominis, pater nõ iudicat quẽquam, sed omne iudicium dedit filio, hæc prophetica uisio, lucido satis defendit testimonio.

Dan. 7. Prophetia Danie. de hoc.

¶ Quæ autẽ causa vel ratio est, vt iudiciũ faciat hic potius filius hominis, quã pater: nisi quia filiꝰ hominis est. Sic & cum dixisset, & potestatem dedit ei iudiciũ facere; continuò quasi quærens quo iure, quo ordine iustitiæ filius iudicet magis quàm pater, quia (inquit) filius hominis est. Ac si diceret quia persona filij sese operosiùs impendit ad reparationem mundi, in tantum vt fieret filius hominis, sola quippe hæc persona incarnata & passa & crucifixa est, pro salute mundi. Rectè ergo potestatem habet iudicium faciendi:

Quare filius hominis est iudex omnium.

vt sola iudicet persona, quæ sola redemit, id est, vt in iudicio sola spectetur persona filij secundum formam visibilē, formam serui, in qua semetipsam sola exinaniuit. Vide Rupertum in Dan. c. 14.

Prophetia Dauid impleta. Psalm. 7.

¶ *Tunc videbunt filium hominis &c. Cū virtute multa & maiestate &c.* Hoc est, quod Dauid prophetauit psal. 7. Nisi conuersi fueritis, gladiū suum vibrauit, arcū suū tetendit & parauit illum, &c.

Augusti.

Vbi D. Augu. hoc pacto scribit: vltimo verò tēpore, cum homines propter diritiem suam, & cor impœnitens thesaurizauerint sibi iram, in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, gladiū suū vibrabit. Potest ipse homo Dominicus gladius Dei intelligi bis acutus, id est, framea, quam nō vibrauit primo aduentu, sed tanquā in vagina humilitatis abscondit. Vibrabit aūt, cū in secundo aduentu veniens iudicare viuos & mortuos, in manifesto splendore claritatis suæ iustis lumine suo, & terrore impijs corruscabit. Nā in alijs exēplaribus, pro eo quod est: gladiū suū vibrabit: frameā suā splendificabit, positū est. Quo verbo cōuenientissimè significari arbitror, vltimū dominicæ claritatis aduētū. Quādoquidē ex ipsis persona intelligitur, quod alius psalmus habet:

Psal. 16.

libera Domine ab impijs animam meā, frameā tuam ab inimicis manus tuæ.

Cassiodo.

Et Cassiodorus: cōtumaces terret Iudæos, qui Domini lege contēpta, idolorū culturis nefandissimis seruiebāt. ipsis. n. dicitur: nisi cōuertamini gladiū suū vibrabit, id est, vnicū filiū suum sub lucēte claritate missurus est. Ecce in hoc loco apertè ait idē Dñs: tūc plangent omnes tribus terræ: & videbunt filiū hominis venientem &c. Cū virtute multa & maiestate. Et. c. seq. idem dicitur.

Vi. Luc. 17.

¶ *Sicut enim in diebus ante diluuium erāt comedentes & bibentes &c. Similiter (inquit Lucas) Sicut factum est in diebus Loth etc. Comedebant & bibebant &c.*

Gene. 19.

Ge. 19. enarrātur enormia vitia Sodomorū. Horū tā enormiū vitiorum fontes enumerat Ezech.

Eze. 16. f.

hæc (inquit) fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis, abundantia & otium. Ex his radicibus tam mali fructus nascuntur.

Superbia, crapula, & abudātia, & otium multorū malorum est causa.

Primò enim superbi putāt, sibi impunè licere quicquid libet. Deinde crapula & ebrietas, multorum malorum causa est. Præterea in rerum abundātia, facilè Dei obliuiscimur. Inde Moyses:

Deut. 32

incrassatus est dilectus & recalcitrauit &c. Demū otium omniū malorū sentina est. Idē in hoc loco & apud Lucā fatetur Christus:

Luc. 17.

hominibus tēpore Noe, & Sodomis causam fuisse ad tāta flagitia, crapulā. Edebāt (inquit) & bibebant &c. Optimum igitur est Pauli cōsiliū sequi:

1. Ti. 6. b.

vt habētes victum & vestitū, his cōtenti simus. Quandoquidē ex abundantia plerumquè deteriores efficimur.

¶ *Tunc duo erunt in lecto, vnus assumetur. &c.*

Gene. 12.

Gen. 12. dicitur: & dixit Dominus ad Abrahā: egredere de terra &c. Quod solū Abrahā vocat, nō patrem eius, non fratrem, inscrutabilia sunt iudicia Dei.

Iudicia Dei incōprehensibilia.

De quibus Moyses:

Exod. 33 d.

cui vult miseretur, & quē vult indurat. Et Dominus in hoc loco: duo erunt in vno lecto: vnus assumetur, & vnus relinquetur. Item Genesis cap. 25. ait

Rom. 9. d

Gene. 25.

Dominus Rebeccæ: gentes duæ sunt in vtero tuo: & duo populi ex vētre tuo diuidētur, & maior seruiet minori. Locus hic etiā ostendit magna & inscrutabilia iudicia Dei. Vt meritò quis dicat: quis non timebit te ò rex gentium? Est enim

locus

Hier.10.a locus hic confinis huic quod Christus in hoc loco dicit: Duo erunt in agro: vnus assumetur & alter relinquetur. Sic hi duo in vno erant vtero, eosdem habebant parentes, eadē hora nati: & tamen vnus electus fuit alter reprobatus, iuxta illud: Iacob dilexi, Esau autem odio habui, idest, neglexi, dimisi. Nihil enim simpliciter odit Dominus eorum quæ fecit. Quod si pergas quærere: cur ergo huic, & non etiam alteri, dedit gratiam: respondet Paul. ad Roma. 9. O homo tu qui es, qui respondeas Deo? &c. Non est nostrum hoc inquirere, sed timere: imo gratias agere, quod nos vocauit, & bene sperare, quod electi sumus, benequè vti gratia Dei.

Rom.9.c.

Multa sūt quæ inducere solēt homines ad vigilandum.

¶ *Vigilate ergo.* Multa sunt quibus inducuntur homines in hac mortali vita ad vigilandum. Nunc amore & desiderio rerum temporaliū, nūc timore alicuius imminentis periculi: nunc dolore aliquo affecti, nūc deniquè clamoribus aliorum percussi, euigilare solent. Propter easdem ergo causas anima nostra semper parata, semper debet esse peruigil & insomnis. De quibus sigillatim pauca dicamus.

1. ratio vigilandi. ¶ *Vigilate.* Solent homines lucri gratia noctes insomnes transigere. Quod & experimento didiscimus, & sacra scriptura testatur, dicens: omnis faber & architectus, noctem tamquā diem transigit, & vigilia sua perficit opus. Sic etiam lucri spiritualis gratia, Christi fideles, dies noctesquè insomnes trāsigere debemus. Ieiunijs & orationibus operam dando. Non sit vobis vanum (inquit Ecclesia) mane surgere ante lucem, quia promisit Deus coronam vigilantibus. Non ait: promisit Deus denarium diurnum & temporalem: sed coronam scilicet gloriæ. Quæ omni imperio huius mundi præstantior est. Vigilate ergo si sapitis: sapiēs enim cor suum tradet, ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum & in conspectu altissimi deprecabitur. Ad Dominum (inquit) qui fecit illum: non ad dæmonem, non ad mundi vanitates.

Eccl. 38.

Eccle. 39.

2. ratio vigilandi. ¶ *Vigilate.* Vigilare etiam solent homines, timore, vel periculi in mari imminentis, vel inimicorum, aut latronum insidiantium. Tumet mare: procella instat: vrget tempestas: & tunc nauigantes timore correpti, meritò vigilare solent. Qui nauigant mare, enarrant pericula eius, ait sapiens. Sic nos in hoc mundi mari, vbi sunt animalia pusilla cum magnis, vigilare debemus: cum in illo tāta sint, tamq; innumera animarū pericula. Vnde D. Ber. ait: periculū huius mundi probat transeuntium raritas, & pereūtiū pluralitas. Sicut enim in mari periculoso, vix ex millibus nauis vna ad portum peruenit: sic de millibus, vix vna anima ad portū salutis perducitur. Si igitur tot sunt in hoc mundo pericula: vigilate ergo, ne vel vēto & procella tētationis, vel vnda inclinationis, vel rupe prauæ affectionis, obruamini. Vigilate (inquā) ne intretis in tentationē: nā vt Christus ait: spiritus quidē prōptus est, caro aūt infirma, i. spiritus malignus, semper est prōptus & paratus ad tētādū: At verò homo, suis viribus, infirmus & imbecillis est: quare necesse habet, semper orare & vigilare. Præterea vigilāt homines, timore latronū aut inimicorū. Hac potissimū de causa docet nos in hoc loco Christus vigilare dicēs: *Vigilate ergo quia nescitis &c.*

Eccli. 43. c.

D. Bern.

Marc. 14. d.

Nota.

3. ratio vigilandi.

 ¶ Illud

inter se longissimo locorum intervallo distent: semper tamen sunt in Domino cōgregati. Cū Hebræi essent quondam in Aegypto, Pharaoni seruientes: voluit Deus eos congregare, & ad terram promissionis adducere. Quod audiēs Pharao, exarsit, & grauiter tulit: præcepitquè præfectis operum, ne darent paleas Hebræis vt antea, ad conficiendos lateres. Volebat vt Hebræi dispergerentur ad colligendas paleas, & tamē cādem facerēt mensuram laterum, quā faciebant, quando tempore illis paleæ dabantur. Et dispersus est populus (ait scriptura) in omnem terram

Exod. 5 b
Figura.

Aegypti ad paleas colligendas. Quo tempore eos Deus volebat congregare, eos tunc Pharao dispergere faciebat. Quando nos vult Deus vnire, tunc diabolus dispergere conatur. Et vide quorsum nos diuidat: nimirum ad colligēdas paleas. Quid sunt res mundi, opes & dignitates, nisi paleæ? Dat diabolus operam, vt dispergamur ad paleas quærendas, ad opera lutea & lateritia facienda. Talia sunt peccatorum ædificia ex paleis, terra & lateribus cōstituta. Cum autem officium Dei sit congregare, diaboli verò dispergere, illi Deum hac in re imitantur, qui inimicos inter se odio dissidentes, reconciliant, & congregant. Contra verò illi diabolum sequuntur, qui inter fratres discordiam seminant. Nō est enim nec exiguum quidem dissidium excitandū.

Simile.

Vt enim ex parua nubecula, magna aliquando oritur procella: sic ex minima discordia, grauissimæ aliquando quæstiones concitantur: quēadmodum ex parua scintilla oritur

Simile.

aliquando ingens incendiū, quo ampla ædificia flagrant.

¶ *Quoties volui &c.* Huius rei figuram habes Gen. 27. Isaac enim, Christum præfigurat, Esau Iudæos, Iacob autem gentes. Isaac speciali quodammodo dilexit Esau, & Christus Iudæos: vnde & de ipsis carnem sumpsit, & illos in primis benedicere voluit. Quoties (inquit) volui congregare: vocauit illos ad pœnitentiam: desiderabat veros pietatis fructus ab eis. Verùm illi cessabant, non curabāt, egrediebantur foras, nedum reuersi sunt. Interim minor frater, gentilitas intrauit, & benedictionem reportauit.

Gen. 27
Figura.

¶ *Hierusalem Hierusalem quæ occidis prophetas.* Perpende obsecro, & altè considera, Dei erga viros iustos charitatem. Dereliquerant Iudæi Deū suum, & idola gentium turpiter coluerant: & non illis obiecit hanc iniuriam in se ipsum iactam: sed cædē virorum sanctorum. Hoc idem fecerat apud Esai. 59. vestræ iniquitates diuiserunt inter vos, & Deum vestrum: manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate. Obiecit illis in hoc loco Esaiæ, vt existimāt multi, mortem prophetarum. Quamuis nos de morte Christi similem locum Esaiæ interpretati sumus sup. cap. 21. Explicantes literam illius loci: apprehensum eum &c. Sed quicquid de hoc sit, ex hoc loco vides, quanti Deus faciat & æstimet prophetas, & sanctos suos, quos ad prædicandum mittit, cum non Iudæis aliud crimen obijciat.

Commendatur Dei charitas erga viros iustos.

Esai. 59.

¶ *Mundi finem multa mala præcurrent.*

Cap. XXIIII.

¶ ET

*ET egressus Iesus de
templo,ibat. Et ac-*
Mat. 13. a. *cesserunt discipuli*
Luc. 21. b *eius, vt ostenderent
ei ædificationes templi. Ipse autẽ
respondens,dixit illis. Videtis
hæc omnia? Amen dico vobis,
non relinquetur hic lapis super*
Luc. 19. g *lapidem,qui non destruatur. Se
dente autem super monte Oliue
ti: Accesserunt ad eum discipuli
secretò dicentes: Dic nobis quan
do hæc erunt? & quod signum
aduentus tui,& consumationis
seculi? Et respondẽs Iesus, dixit*
Ezech. 5. b Coloss. 2. d. *eis. Videte ne quis vos seducat,
multi enim venient in nomine
meo,dicentes, ego sum Christus,
& multos seducent. Audituri
enim estis prælia, & opiniones
præliorũ. Videte ne turbemini,
oportet enim hæc fieri: sed nondũ
est finis. Consurget enim gens
in gentem,& regnum in regnũ,
& erunt pestilentiæ & fames,
& terræmotus per loca. Hæc au
tem omnia initia sunt dolorum.*
Ioan. 15. c. 16. a. *Tũc tradent vos in tribulatio-
nẽ, & occident vos: & eritis odio
omnibus gentibus propter nomẽ*
Sup. 10. c. *meũ. Et tunc scãdalizabuntur
multi & inuicẽ tradent, & odio
habebũt inuicem. Et multi pseu
doprophetæ surgent, & seducẽt
multos. Et quoniam abundabit
iniquitas, refrigescet charitas
multorũ. Qui autem perseuera
uerit vsque in finem, hic saluus
erit. Et prædicabitur hoc Euan
gelium regni in vniuerso orbe in
testimonium omnibus gentibus.
Et tunc veniet consumatio. Cũ* Mar. 13. b.
ergo videritis abominationem Luc. 21. d
desolationis, quæ dicta est à Da Dan. 9. g.
*niele propheta, stantẽ in loco san
cto, (qui legit intelligat) tũc qui
in Iudæa sunt, fugiant ad mon-
tes: & qui in tecto, non descẽdat
tollere aliquid de domo sua: &
qui in agro, non reuertatur tol-
lere tunicam suam. Væ autem
prægnãtibus & nutrientibus in
illis diebus. Orate autem, vt* Act. 1. b
*non fiat fuga vestra in hyeme,
vel sabbatho: erit enim tunc tri-
bulatio magna, qualis nõ fuit ab
initio mũdi vsq; modò, neq; fiet.
Et nisi breuiati fuissẽt dies illi,
nõ fieret salua omnis caro: sed pro
pter electos breuiabũtur dies illi.
Tũc si quis vobis dixerit: ecce hic
est Christus, aut illic, nolite crede
re. Surgent enim pseudochristi,
& seudoprophetæ. Et dabũt sig*

na magna & prodigia: ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis: ecce in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret vsque in occidentem: ita erit & aduentus filij hominis. Vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Statim autem post tribulationem dierum illorum, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur: & tunc parebit signum filij hominis in cœlo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba & voce magna. Et congregabunt electos eius à quattuor ventis, à summis cœlorum, vsque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam, cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia prope est æstas: ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote, quia prope est in ianuis. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. De die autem illa & hora, nemo scit, neque angeli cœlorum, nisi solus pater. Sicut autem in diebus Noe: ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium, comedentes, & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vsque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus filij hominis. Tunc duo erunt in agro: vnus assumetur, & vnus relinquetur: duæ molentes in mola, vna assumetur, & vna relinquetur: duo in lecto, vnus assumetur, & vnus relinquetur. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset: vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Ideò & vos estote parati: quia qua nescitis hora, filius hominis venturus est. Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Beatus

Mar. 13. e.
Luc. 21. e.
Ezec. 32. b.
Isai. 13. b.
Ioel. 3. c.
Apo. 1. b.
1. Co. 15. g.
Mar. 13. d.
Luc. 17. f.
Gene. 7. b.
Luc. 17. g.
1. Thessa. 4. d.
Mar. 13. d.
Luc. 12. e.
Luc. 12. d.

tus ille seruus, quem cum venerit Dominus eius, inuenerit sic Apo. 16. a.
facientem. Amē dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo, morā facit Dominus meus venire: & cœperit cōcutere cōseruos suos, manducet autem & bibat cum ebriosis: veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat & diuidet eū, partemque eius ponet cum hypocritis: illic erit fletus, & stridor dentium.

Ad literam.

ACCESSERVNT *ad eū discipuli secreto.* Seorsum vel solum. Hoc est semotis turbis.

¶ *Sed nondum est finis.* Vel, erit. Variant Græca exemplaria.

¶ *Et terra motus per loca.* Certis locis, vel hinc inde. Quasi dicat: locatim, seu, per loca. Non autem singulis locis.

¶ *Qui autem perseuerauerit &c.* Nimirum virtus boni operis perseuerantia est, & præcepto legis cauda ho- Figura. Exod. 29
stiæ iubetur offerri in sacrificio. In cauda quippe, finis est operis. Et ille bene immolat, qui sacrificium boni operis, vsquè ad finem debitæ perducit actionis. Grego. hom. 25. Gregor.

¶ *Et tunc veniet consumatio.* Idest, hæc cum facta fuerint veniet consumatio seculi.

¶ *Cum ergo videritis abominationem desolationis &c.* Hebrais. Idest abominandam desolationem, vel fœditatē exitialē. Hunc locum exponit Luc. capit. 21. cum ait: cum videritis circundari ab exercitu Hierusalem &c. Luc. 21.
Omnia igitur quæ sequuntur vsquè ad illum locum. *Tunc si quis vobis dixerit &c.* De hac deuastatione intelligenda sunt.

¶ *Qui legit intelligat.* Intelligat (inquam) prophetiam scilicet Danielis, in hoc facto adimpletam. Vt deficiat à templo in Hierusalem, Iudæorum hostia & sacrificium, vsquè ad consumationem. Atq; in hoc loco libet, pauca de hebdomadibus Danie. dicere: vt qui legerit intelligat. Dan. 9. De hebdomadibus Dani.

¶ Tempus captiuitatis fuit annorum. 70. vertentibus igitur his. 70. captiuitatis annis orare cœpit Daniel 9. cap. Deum, pro restauranda Hierosolyma. Et ab angelo accepit ab exitu verbi de restituendis captiuis, dequè reficienda vrbe, vsquè ad Christi ducis necē inter fluxuras hebdomadas 69. Porrò exitus illius verbi: factus est anno primo Cyri: illo enim captiui primùm dimissi sunt: vt compleretur verbū quod dixerat Dominus ore Hierem. 1. Ezre. 1. 6. Hier. 29. Tempus captiuitatis fuit annorū. 70.

¶ A. 70. illo captiuitatis anno ad Christum, hebdomades. 69. Idest, anni. 483. hebdomas enim vna, continet annos. 7. Leuit. 25. Neq; enim Daniel loquitur de altero hebdomadum genere. Quod. 7. diebus absoluitur. Leu. 23. id constat è quarti Ezre. A. 70. anno ad christum hebdomades 69. idest, anni. 483 Leuit. 25. Leui. 23.

7. c. qui inquit Christum reuelandũ esse, id est, nasciturũ post quadringẽtos annos. His enim si addas. 33. vitæ Christi, ex hebdomadibus. 69. tãtum supereunt. 50. nẽpe fuit Ezras Daniele his annis posterior.

Hebdomas. 70. cadit in apostolos. ¶ Hebdomas septuagesima, quæ confirmat nouum fœdus, cadit in Apostolos, qui in Iudæa per septem annorum spacium, antequã orbem ad Euangelizandum sibi diuiderẽt gratiam Christi Iudæis primùm obtulerunt. In Hebdomadis dimidio, synodo publica Acto. 15. Mosis sacrificia & ceremonias abrrogantes, re Iudaica in deterius ad interitum vsq; qui à Romanis allatus est, deinceps abeũte: christiana autem latius quotidie sese diffundente. Quod si synodus illa celebrata est, sub annum Christi 17. Vt aliquibus placere video, qui non animaduerterunt, Ysteron proteron, passim in scripturis. Nihil tamen perit, de vera septuagesimæ intelligentia. Nam certum est, non longè post Christum, Petro reuelatam fuisse per visum gentium vocationem atq; deinceps libertatem ab hostijs, atque adeò lege, prædicatam Act. 10. Acto. 15.

¶ *Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes*. Proe terrore, scilicet Romanorũ totam Iudæam deuastantium.

¶ *Et qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua*. Sed abscõdet se, aut qua poterit fugiat.

¶ *Orate ne fuga vestra fiat in hyeme vel sabbatho*. Tropologicè loquitur, idest, cauete, ne tempore illius tribulationis, sint vobis importuna ad fugiendum, idest, talia in quibus non erit vobis facultas fugiendi.

¶ *Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fuisset salua omnis caro*. Idest, si illa tribulatio diu duraret, non vnus quidem de natione Iudæorum superstes esset.

¶ *Nisi breuiati fuissent dies illi non fuisset salua omnis caro*. Haud infrequenter particula negatiua, non, quæ præcedit aut sequitur post dictionẽ, omnis, significat idem quod nullus nulla nullum. Vt ad Ephe. 4. omnis sermo malus ex ore vestro nõ procedat. Habacuc. 2. omnis spiritus non est in eo, idest, nullus. Luc. 1. Non erit impossibile apud Deum omne verbũ, idest, nullum verbum erit impossibile. Et in hoc loco dicit Euthy. omnis significat idem quod nullus. Nisi abbreuiati fuissent dies illi, non fuisset salua omnis caro, idest, nulla caro saluaretur, nisi fuissent dies illi abbreuiati, idest, pauci. Nam aliter nõ possunt esse dies breuiores quã. 24. Horarum. Vt annotat Chrysostomus hom. 40. in Math. c. 24. Regula. Ephe. 4. Abac. 2. Luc. 1.

¶ *Omnis caro*. Idest, omnis homo. Heb. sic alibi: omnis caro fænum. Et rursum: videbit omnis caro salutare Dei. Et Ioan. 1. Verbum caro factũ est. Et supra: caro & sanguis non reuelabit tibi, idest, nullus homo. Esai. 40. b Luc. 3. b. Ioan. 1. Sup. 16. c

¶ *Tunc si quis vobis dixerit; ecce hic Christus, aut illic, nolite credere*. Idest, post illam desolationem Hierusalem si quis dixerit vobis hic est Christus aut illic, nolite credere Christi aduẽtum iam esse in foribus: quia secundus aduentus Christi, non erit sic occultus, vt primus fuit: siquidẽ primò surgent pseudoprophetæ qui dabunt signa.

¶ *Surgent pseudoChristi*. Idest, qui se falsò Christi nomine venditabunt.

¶ *Ita vt in errorem ducantur (si fieri potest) etiam electi*. Cõfusis scilicet indicijs signorum, perturbari necesse est,

etiam

etiam eos, qui in discernendis spiritibus, ac distinguendis virtutibus videntur eruditi. Sic Clemẽs. Libro. 3. recognitionum.

Clemens.

¶ *Ita vt in errorem ducantur (si fieri potest) etiam electi.* Vide Grego. hom. 9. in Ezech. Vbi docet, quod hæc dubitatio sermonis à Domino, in electis exprimit trepidationem mentis. Dicitur ergo si fieri potest, quia trepidabunt. Et tamen dicuntur electi, quia non cadent.

D. Grego

¶ *Vbicumq; fuerit corpus &c.* Græcè cadauer. Cadauer Domini corpus dicitur propter mortem: nisi enim ille cecidisset, nos non resurrexissemus. Aquilas autem appellat, vt ostendat ad alta eum oportere contendere, qui ad hoc corpus accedit. Chry. 1. Cor. 10. hom. 24.

Christi corpus quare cadauer uicitur.

D. Chry.

¶ *Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo.* Idest, homines in mundo illustres (qui nomine solis & lunæ & stellarum, in scriptura solent intelligi) obscurabũtur & cadent. Hoc est, tribulationibus gloria eorum peribit, antechristo & eius satellitibus, supra modum cõtra Ecclesiã sæuientibus. Homines etiam illustres deficiẽt à sua pristina charitate & sic obscurabuntur & cadẽt. Ad hũc modũ ait Esa. de rege Babylonis quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris. *Vel sol obscurabitur & luna non dabit lumen suum.* Non in se; sed quia hominibus non fulgebunt ad vllam consolationem. Al triste todo le parece triste: el dia se le haze noche, y la luz tinieblas.

1. sensus.

Esai. 14. d

2. sensus.

¶ *Et stellæ cadent de cœlo.* Idest, igneę impresiones, cometæ cadẽt. De cœlo. idest, de aere. qui vocatur cœlum. Volucres (inquit) cœli.

Psal. 8. b.

¶ *Sol obscurabitur &c.* Hoc est quod alijs verbis prædixerat Deus per Esaiam cap. 24. Visitauit (inquit) Dominus super militiam cœli, idest, super sydera. Neque enim est infrequẽs in scriptura, astra militiam, & virtutes exercitus cœli appellari. Hunc sensum habent verba illa. 4. lib. Reg. ca. 21. & adorauit omnem militiam cœli. Ac si diceret: non erat in cœlo stella, quam impius Manasses idolatriæ deditus, non coleret. Est igitur sensus huius loci Esaiæ: in tempore extremi iudicij, conturbabit Dominus omnia sydera: nã sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, vt Dominus in hoc loco ait. Vide locum illum Esaiæ.

3. sensus.

Esai. 24.

4. Re. 21

¶ *Virtutes cœlorum.* Idest, astra.

¶ *Tunc plangent omnes tribus terræ.* Vel potius nationes. Item Esai. c. 24. Hoc idem prophetauerat dicens: luxit & defluxit terra. Vbi vtitur propheta præteritis pro futuris, more prophetico. Sensus est: cum terra defluxerit, lugebunt & plangent in die iudicij homines, qui vt in alio loco annotauimus, nomine terræ significantur. Græca autem vox in hoc loco, non quemcumquè planctum, sed planctum insanum, significat: qui fit, vbi quis præ doloris impatientia suum ipsius corpus lacerat.

Esai. 24.

¶ *Cum tuba & voce magna*: Græcè cum tuba vocis magnæ, idest, vocali & procul sonanti.

¶ *A summis cœlorum, vsq; ad terminos eorum.* Vel ab extremis cœlorum, vsq; ad extrema eorumdem, idest, ab extremitate vna vsquè ad alteram.

¶ *Ab arbore autem fici discite parabolam.* Vel potius, similitudinem. Ne quis somniet: ficum parabolam dicere.

Chryso. ho. 78. in Math. Hic, hæc, hoc, in scriptura sacra ad omne tempus se extendit. Psal. 23.

¶ *Generatio hæc.* Vel natio hæc. Notandum, quod pronomen, hic hæc hoc, ad omne tempus se extendit. Nã vt ait Chrysosto. solet scriptura sic loqui: hæc est generatio, non de viuentibus, tunc, sed de vniuersis fidelibus. Vt in psalmo: Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciẽ Dei Iacob. Et in hoc loco: non præteribit generatio hæc, nempe, fidelium omnium.

1. sensus. Trãsibũt cœli quantum ad figurã, non tamẽ quantum ad substantiã. Psa. 101. 1. Cor. 7. Eccl. 1.

¶ *Cœlum & terra transibunt.* Scilicet quantum ad figuram, secundum illud Pauli: præterit figura huius mũdi; non tamen quantum ad substantiam. Terra enim in æternum stat, auctore Salomone. Vnde Dauid explicans interitum cœlorum, quem his verbis prophetarat: opera manuũ tuarum sunt cœli; ipsi peribũt. Ait: sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur. Vbi innuit: cœlorum transitum, esse mutationem figuræ, non simplicem interitum. Quod si D. Petrus. 2. Epist. cap. 3. ait: tunc temporis cœlos magno impetu trãsituros: de aere loquitur (inquit Aug. 20. de ciuitate) qui sæpè cœlum appellatur in scriptura sacra. Et si de corporibus cœlestibus loquatur, referri potest ad motum, non ad substantiam.

2. Pet. 3.

August. de ciuit. c. 20.

¶ Potest etiam hic locus ita explanari: prius cœlum & terra prætéribũt, quàm verba mea prætereant. Antes falt ra el cielo y la tierra, que falten mis palabras. Exaggeratio enim hæc est.

¶ *De die illa & hora nemo scit.* Vel diem illam nequè horam nemo scit.

¶ *Nequè filius.* Hoc verbum in non nullis exemplaribus non inuenitur: sed quia Marcus illud addit, & in alijs exemplaribus reperitur, explicãdum est.

¶ Scire igitur Deus dicitur de more scripturæ, quod nosse nos vult. Sic in Deute. c. 13. tentat nos Dominus vt sciat, idest, vt scire faciat, an diligatis eum, an non. Et ad Abraham: nunc cognoui quia timeas Deum, idest, nunc feci vt cognosceres, quia ipse sibi in illa tentatione probatus innotuit. Sic Christus ait, se nescire diem iudicij Hoc enim nescit, quod nescientes facit, idest, quod non ita sciebat, vt tunc discipulis imperfectis indicaret; multa enim habebat eis dicere, quæ non poterant portare tunc. Et ideo ait illis: diem illam & horam de qua quæritis, nemo scit, nequè filius. Dexame, no me canseys ni trateys de querer saber essa curiosidad aora: que es cosa bien escusada para vosotros: nadie sabe esse dia, ni yo lo sé. Dioles de mano: como aca dezimos a vno que nos pregunta algun secreto. Ad hunc modum loquitur Paulus. 1. Corinth. 2. Neq; enim me iudicaui scire aliquid inter vos, nisi Christum & hunc crucifixum. Eis enim loquebatur, qui capere altiora de Christi deitate non poterant. Quibus & paulò post dicit: non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Hoc ergo inter illos nesciebat quod per illum scire non poterant. Et hoc solum se scire dicebat, quod eos per illũ scire oportebat. Deniquè sciebat inter perfectos, quod inter paruulos nesciebat. Ibi quippe ait, sapientiam loquimur inter perfectos. Eo namquè genere loquutionis nescire quisquè dicitur, quod occultat, quo dicitur fossa cœca, quia occulta est. Regula. Deut. 31. Gen. 22. 1. Cor. 2.

¶ *Nisi pater (meus) solus.* Dictio (solus) in ordine ad creaturas intelligitur, non ad filium. Euthy. Sicut ibi: hæc Nota. Euthy.

Ioan. 17. hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum. Dictio (solum) in ordine ad deos gentium intelligitur, qui non erant veri Dei. Non in ordine ad filium & ad Spiritum sanctum.

¶ *Vnus assumetur, & alter relinquetur.* Grecè, vnus assumitur & alter relinquitur. Præsentia pro futuris.

¶ *Duæ molentes in mola, vna assumitur, & altera relinquetur.* In mola, idest, in pristino, quasi dicat, etiã in vilissimo vitæ genere Christus habet suos: alterum sibi vendicat, alterum abijcit.

¶ *Duo in lecto: vnus assumetur, & alter relinquetur.* Quasi dicat: de diuitibus & quietis, quidam liberabuntur, & quidam peribunt. Vt Chrysostomus in sermone de Ascensione Domini. Chryso.

¶ *Qua hora.* Qua vigilia, vel custodia. Noctes, veteres in vigilias. 4. diuidebant, siue costodias.

¶ *Qua hora non putatis.* Non expectatis.

Ad mores.

Gene. 7. NON *relinquetur lapis super lapidem.* Gene. 7. Dicitur: delebo omnẽ substantiam quam feci. Hinc colliges, quantum Deo displiceant peccata, vt ea quæ pulcherrima fecerat, tam facilè deleat. Sęuit enim in creaturas, sæuit in templum suum. Quod ideò fecisse puto, ne nos immunes à punitione putemus, si quid eius apud nos habemus. Sunt enim multi peccatis onusti, qui se impunè peccare putant, quòd preces horarias non

Hic ostenditur quãtum Deo displiceãt peccata.

omittũt: quòd horas Beatæ Virginis omni die deuotè legunt, si eleemosynas faciant, aut quid simile. Quos apud Hierem. 7. admonet, dicens: nolite confidere in verbis mendacibus: dicentes: templum Domini scilicet apud nos est, non permittet illud destrui; & propter illud parcet iniquitatibus nostris. Non sic erit, sed a sanctuario meo incipite. Nunquid spelunca latronum domus mea est, dicit Dominus? Hier. 7.

¶ *Qui perseuerauerit vsquè in finem, hic saluus erit.* Gene. cap. 11. dicitur, quod Thare eduxit Abraham de Vr Chaldæorum, vt irent in terrã Chanaam: veneruntquè vsquè Haram, & habitauerunt ibi. Et Thare mortuus est in Haram. Nota, quod quamuis Thare à Chaldęa exierit fugiens idola, terram & tyrannidem Nemrod (vt Iudæi volunt) ad terram tamen promissionis, non peruenit. Sic multi, bene quidem incipiunt, sed in via subsistunt: aut etiam retrocedunt. Qui perseuerauerit (ait Christus in hoc loco) vsquè in finem, saluus erit.

Gene. 11. Perseuerãtia est nobis necessaria. Figura.

¶ *Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo: neque fiet.* Cum tribulatio ista, fuerit figura tribulationis spiritualis, quæ tempore antechristi continget, hinc colliges qualis illa erit. Erit enim magna, qualis non fuit ab initio mundi, vsquè modo, nequè fiet. Vnde D. Grego. Explicans illud Iob. cap. 41. reputabit enim quasi paleas ferrũ, & quasi lignum putridũ omnes: sic ait Leuiatham iste, quãdo illum gladium, quem sacra eloquia antechristum vocãt, in exercitationem suæ iniquitatis assumpserit, & ferrũ velut paleas, & æs velut lignum putridum reputabit, quia nisi diuina gratia protegat, & præ

Tribulatio ista Hierusalem, figura quędam tribulationis spiritualis tẽpore antechristi. Iob. 41. Ferrum prædicationis iae

nostrum creata esse videntur. Et nisi Dominus poneret signum, quod cu stodiret Cain, quicunquè illi occurreret, occideret. Imo cuncta creata de certarent, quod eorum primùm, in eum manum mitteret. Armat enim Deus omnes creaturas ad vltionem inimicorum suorum, vt in lib. sapiētiæ scriptura testatur: & pugnabit pro illo orbis terrarum contra insen satos. Id significare voluit Moyses, dicens: In principio creauit Deus cœlum & terram. Ibi enim, hoc nomen Elohim apposuit. Quod significat Deum, vt iudicem & vltorem. Ac si diceret: ipse qui res creatas produxit iudex est, & vindex, qui si Deum offenderitis, ipsis creaturis nos puniet & vlciscetur, quod erit sine dubio, in tempore extremi iudicij: quādo elementa quæ vt homini seruirēt, creata fuerunt, videntia hominū scelera & sacrificia, eorumq; aduersum Deū nepharias iniurias, inferent ipsis hominibus crudelissimum bellum. In surgent aduersus eos, iniurias quibus suum creatorem lacesserunt, vindicantes. Hoc declarat apertissimè Christus in hoc loco, & apud Lucam dicens: Erunt signa in sole & luna &c.

Sapiē. 5.

Nota.

Gen. 1.

Luc. 21.

¶ *Sol obscurabitur, & luna nōn dabit lumen suum.* Hoc est quod etiam prædixerat Esaias. ca. 24. in die illa erubescet luna, & confundetur sol, cum regnauerit Dominus exercituum in mōte Sion, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus. Per solem intelligit Christus & propheta, principes Ecclesiasticos; per lunam verò seculares, qui se in vita vitijs implicarunt, & in violanda iustitia, impia scelera admiserunt. Tunc enim in illo terribili iudicio, visa CHRISTI maiestate, quem illi contempserant, turbabuntur, & confundentur: quoniam cum deberent dum viuerent alios illuminare, non solū nōn illuminarunt, sed etiam obscurauerunt. Qui enim fieri poterat, vt alios suorum radiorum splendore illustrarent, cum ipsi eclipsim paterētur, essentquè tenebris & caligine circūfusi? vt enim eclipsis lunæ, est interpositio terræ inter solem & lunā: sic quando terra, hoc est, mundi spes & voluptates interponuntur inter mundi principes (qui lunæ nomine significantur) & solem illum iustitiæ Christum Deum nostrum, efficitur vt lumine careant principes: defectumquè patiantur in vmbra terræ existentes. Tunc enim fit eclipsis, cū luna in terræ vmbra consistit. Quid aliud sunt mundi magistratus, potentiæ, diuitiæ & voluptates, quàm vmbra terræ? Illos qui in infernum detrusi æternis cruciatibus torquentur in hunc modum scriptura in lib. sapientiæ facit loquentes: quid nobis profuit superbia: & diuitiarum iactātia quid contulit nobis? transierunt omnia illa sicut vmbra. Et in ecclesiastico: hi qui has mundi res inanes, fallaces & fluxas, quærunt & appetunt, illis comparantur qui sequuntur ventos, & apprehēdunt vmbras. Hoc pertinet ad lunæ eclipsim.

Esai. 24. Explanat hic locus Esaiæ.

Per solem principes ecclesiæ per lunam verò principes seculares intelliguntur.

Simile.

Sapi. 5. b.

Eccli. 34. a.

¶ Sol verò tūc obscurabitur cum interponitur luna inter ipsum & homines. Quis est hic sol, nisi præsul, qui cum debeat omnes illuminare, ob eam causam deficit, nullisquè micat radijs, quia interponitur & obijcitur illi luna, hoc est, humana potētia. Eā ob causam antistites Ecclesiæquè pastores aliquando tenebris offundūtur, quia non Dei obsequiū & reni,

& vniuerſi colles turbati: intendi aciem, & ecce non erat homo: & omnes volucres cœli pauebant. Vidi, & ecce carmelus deſertus, & omnes ciuitates ſuccenſæ igni à facie Domini, & à facie iræ & indignationis eius: & interierunt vniuerſa.

¶ Verùm ne ex ſuggeſtione diaboli hæc ad terrorem, non ad veritatem dicta, crederentur: de præteritis futura probantur: quando talia in diluuio, in Sodomis, in Aegypto, in Hieroſolymis, ſæpè ob delicta hominum facta, referuntur. Et Apoſtoli, qui hunc horrẽdum diem impijs & peccatoribus præuidere meruerũt, humiles erant, mortuos ſuſcitantes, & nos ſupra omnes erigimur, qui peccando quotidie, nos metipſos occidimus: non reſpicientes in nobis, flebilem infirmamquè naturã, quæ, neq; in aduerſis fortis eſt, nec in proſperis aliquando ſecura. Hæc D. Hierony.

¶ *Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute multa & mageſtate.* Nunc viderunt omnes tribus & nationes terræ, filium hominis venientem in mundum cum mãſuetudine & paupertate, & abiectione magna. Ecce (inquit propheta) Rex tuus venit tibi manſuetus &c. Tunc verò videbunt eum, venientem in nubibus cœli, cum virtute multa, & mageſtate. Nunc viderunt filium hominis, venientem in mundum tanquam medicum, vt illis infirmis mederetur: nõ (inquit) eſt opus valentibus medico, ſed malè habentibus. Tunc videbunt eum venientem in nubibus cœli cum poteſtate magna & mageſtate tãquam iudicem, ad vindictam ſumendam de inimicis ſuis. Cum accepero (inquit) tempus, ego iuſtitias iudicabo. Nunc viderũt eum venientem in mundum tanquã ſaluatorem & redemptorem. Videbit (inquit propheta) omnis caro ſalutare Dei. Et rurſum Ioan. 3. Chriſtus ait: non miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Et Lucæ vltimo: quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportet Chriſtum pati & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicare in nomine eius pœnitẽtiam in remiſſionem peccatorum, in omnes gentes. Tunc autem videbunt filium hominis, cum virtute magna, non ad ſaluandas gentes, ſed ad iudicandas. Nunc viſitauit nos oriens ex alto, vt appareret benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri Dei: Tunc viſitabit nos oriens ex alto, vt appareat ira & iuſtitia & indignatio Dei vltionũ Domini, Dei vltionum.

Diſcrimine inter primum Chriſti aduẽtum & ſecũdũ.
Zach. 9.b
Sup. 21.a
Sup. 9.b.
Pſal. 74.a
Eſai. 40.b
Luc. 3.b.
Ioan. 3.
Luc. vlti.
Luc. 1.
Titũ. 3.b.

¶ *Tunc videbunt &c.* Tunc implebitur quod Iob ait capi. 4. Vidi eos qui operantur iniquitatem, & ſeminant dolores, & metunt eos, flãte Deo, periſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos. Quem locum explicans D. Grego. ſic ait: nos cum flamus, aerem ab exterioribus introrſus trahimus, & introrſus tactum hunc exterius reddimus. Flare ergo Deus in vindictæ retributione, dicitur: quia ab exterioribus cauſis introrſus conſilij iudicium concipit, & ab interno conſilio extrorſus ſententiam emittit; quaſi flante Deo ab exterioribus aliquid introrſum trahitur, quando foris mala noſtra conſpicit, & intus iudicium diſponit. Et rurſum quaſi flante Deo ab interioribus extrorſus ſpiritus emittitur: quando ab interno conceptu conſilij, exterius iudiciũ damnationis infertur. Bene itaquè dicitur: quod qui dolores ſeminant, idest,

Iob. 4.
Tunc flante Deo iniqui peribunt.
Flare Deũ quid ſit ex Grego. 5. mo.c. 15.

idest, fraudulenta dicunt, vel peruersa agunt, & metunt eos, idest, dicendo præualent, vel de eadem peruersitate puniuntur, flante Deo pereunt, quia vnde foris peruersa faciũt, inde ab intimis rectè feriuntur. Vel certe cum flare Deus dicitur, quia statim iræ eius spiritus subinfertur, appellatione flatus illius potest ipsa eius animaduersio designari. Nos quidem cũ irascimur, flatu furoris inflammamur. Vt ergo vindictam cogitans, Dominus demõstraretur flare irascẽdo dicitur, non quod ipse in natura sua mutabilitatis vicissitudinem recipiat, sed quod post lõgam patiẽtiam, quãdoquè vindictam peccatoris exequitur, is qui in semetipso trãquillꝰ est, pereuntibus turbulẽtus videtur. Mens quippe reproba, quia aduersũ suis actibus iudicem conspicit: quasi commotus ei ostenditur: quia in cõspectu illius, suo reatu proprio illa turbatur. Hactenus Grego. Tunc ergo videbunt omnes operãtes iniquitates, & seminantes dolores, & metẽtes eos, filium hominis veniẽtem in nubibus cœli, cum virtute magna, & magestate. Tunc (inquam) videbũt se ipsos, flante illo perire, & spiritu iræ eius consumi.

Tunc victori Christo triumphus dabitur & corona quia strenuè certauerit.

¶ *Tunc videbunt filium hominis cum virtute magna & maiestate.* Nota quod victori corona ac triumphus debetur. Vnde Apost. ait: nõ coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Et rursum ait: de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Hinc est, quod omnes qui cum antiquo dracone habente capita. 7. pugnauerunt & vicerũt, triumphum & coronam adepti sunt, vt egregiè docet Rupertus, his verbis: hic (inquit) iam notandũ de verbo Dei, quia de singulis capitibus draconis dum vincit, regalia victoriæ insignia, personis illis per quas vicit, imponit. Ioseph & Moyses, per quos vicit caput primum, caput Aegyptum, in curribus triumphauerunt: Dominiquè ac principes facti sunt, illi dicente rege: ecce constitui te super omnem terram Aegypti, annulum regium stolamq; bysinam, & torquem accipiens auream, sedensquè super currum regium. Moses autem Aegypto domita, mersoquè Pharaone, decantans victoriæ canticum, totiusquè populi obtinens principatum. Helias per quem iudicatum atq; concissum fuit caput secũdum: postquam deiecit reges ad perniciem, & confregit potentiam ipsorum, postquam vnxit reges ad potentiam, & prophetas fecit successores post se, receptus est in turbine ignis, in curru equorum igneorum. Daniel & socij eius per quos humiliatum est caput tertium, principes facti sunt, precipuè Daniel, quẽ Nabuchodonosor cadens in faciem suam adorauit, & in sublime extulit, quem deinde Balthasar purpura vestiuit, & torquem auream collo circundedit. Mardochæus & Esther, per quos caput quartum; appenso Aman in patibulo & filijs eius & alijs septuaginta quinquè millibus, strangulatum atquè concissum est, victoriæ titulis fuere glorificati. Esther Regina regium in capite suo gestauit diadegma Mardochæus de palatio & de conspectu regis egrediens, fulgebat vestibus regijs hyacintinis, videlicet & aerijs, coronam auream portans in capite, & amictus palio serico atquè purpureo. Qui caput quintum, caput nequissimum, repercusserunt Machabæi fratres fuere, qui post bella in gen-

2.Tim.2.a.
2.Thi.4.a
Rupertus li.8. de victo. verbi Dei.c.13.
Caput. 1.
Gene 41.
Exod. 14 & 15.
2.caput.
4.Reg.2.
3.caput. Dan. 2. & 5.
4.caput. Esther. 9.
5.caput.

gentia crebrasq; victorias purpura, & stola sancta, fibulaque aurea, regio more perornati sunt: & posteri eorũ regnum & sacerdotium non parua gloria recuperatũ, obtinuerunt. Porrò qui caput. 6. vicit, septimũq; vincet, quãdo antichristum spiritu oris sui interficiet, Christus Iesus, nõ qualiscumq, propugnator verbi Dei, sed ipsum verbum Dei, verbũ Deus, homo factus, coronã aut purpuram in hoc mundo, nõ nisi irrisoriè accepit, coronã spineam, clamydẽq; coccineam, & in dextera manu arundinẽ pro sceptro impositam. Veruntamẽ quæ pro irrisione in hoc mundo data sunt ei; sic in seria conuertit, vt nunc appareat angelis & hominibus sanctis in gloria & honore patris: habens purpurã resurrectionis, coronã gloriæ, & æterni sceptrũ imperij. Hactenus Rupertus. Ex quib9 colliges, quod reliquis antiquis sanctis, quos modò annumerauimus, datus est triũphus & corona in hoc mundo, Christo verò minimè. Nam is qui sibi oblatus est in die palmarum, exiguus fuit, siquidem sedebat super asinum: coronam item accepit irrisoriam in cruce. Quare verus ac precipuus triũphus non datus est nunc, sed tunc videbunt filium hominis, cum potestate magna & magestate. Nec vacat mysterio, quod alij quos modo retulimus, nunc, id est, in hac vita coronam adepti fuerint, Christus verò tunc, id est, in alia vita, vt significetur & insinuetur gratia noui testamenti: non enim præmium accepturi sunt Christi fideles in hac vita, sed in alia. Filij Dei sumus, nondum apparuit quid erimus: cum apparuerit similes ei erimus. Nos enim pugnamus in hac vita cum dracone, quẽadmodum Christus. Tentatio enim & militia est vita hominis super terram &c. Quare viriliter pugnemus: vt tunc peccatores videant nos venientes cum duce nostro in nubibus cœli cum virtute magna & magestate. Sedebimus enim cum illo condemnantes, hoc est, sententiam iudicis approbantes, latam aduersus peccatores omnes.

Sextũ & septimũ.

Sancti veteris testamenti coronam in hac vita, & victoria quam ex dracone habuerũt accepere: at Christus & ei9 fideles. in alia.

1. Ioã. 3. a

¶ *Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute multa & magestate &c.* Ecce tunc adimplebitur, quod multo ante prædixerat Daniel. c. 7. aspiciebam (inquit) in visione noctis. Et ecce cũ nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & vsq; ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei honorẽ & potestatẽ & regnũ: & omnes populi, tribus & linguæ, ipsi seruient. Potestas eius potestas æterna, quæ nõ auferetur: & regnũ eius quod non corrumpetur. Igitur quod in Euangelio suo prædicat ipse fili9 hominis, pater nõ iudicat quẽquam, sed omne iudicium dedit filio, hæc prophetica uisio, lucido satis defendit testimonio.

Dan. 7. Prophetia Danie. de hoc.

¶ Quæ autẽ causa vel ratio est, vt iudiciũ faciat hic potius filius hominis, quã pater: nisi quia fili9 hominis est. Sic & cum dixisset, & potestatem dedit ei iudiciũ facere; continuò quasi quærens quo iure, quo ordine iustitiæ filius iudicet magis quàm pater, quia (inquit) filius hominis est. Ac si diceret quia persona filij sese operosiùs impendit ad reparationem mundi, in tantum vt fieret filius hominis, sola quippe hæc persona incarnata & passa & crucifixa est, pro salute mundi. Recte ergo potestatem habet iudicium faciendi:

Quare filius hominis est iudex omnium.

vt sola iudicet persona, quæ sola redemit, idest, vt in iudicio sola spectetur persona filij secundum formam visibilē, formam serui, in qua semetipsam sola exinaniuit. Vide Rupertum in Dan.c. 14.

Prophetia Dauid impleta. Psalm. 7. ¶ *Tunc videbunt filium hominis &c. Cū virtute multa & maiestate &c.* Hoc est, quod Dauid prophetauit psal. 7. Nisi conuersi fueritis, gladiū suum vibrauit, arcū suū tetendit & parauit illum, &c. Vbi D. Augu. hoc pacto scribit: (Augusti.) vltimo verò tēpore, cum homines propter diritiem suam, & cor impœnitens thesaurizauerint sibi iram, in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, gladiū suū vibrabit. Potest ipse homo Dominicus gladius Dei intelligi bis acutus, idest, framea, quam nō vibrauit primo aduentu, sed tanquā in vagina humilitatis abscondit. Vibrabit aūt, cū in secundo aduentu veniens iudicare viuos & mortuos, in manifesto splendore claritatis suæ iustis lumine suo, & terrore impijs corruscabit. Nā in alijs exēplaribus, pro eo quod est: gladiū suū vibrabit: frameā suā splendificabit, positū est. Quo verbo cōuenietissimè significari arbitror, vltimū dominicæ claritatis aduētū. Quādoquidē ex ipsis per- (Psal. 16.) sona intelligitur, quod alius psalmus habet: libera Domine ab impijs animam meā, frameā tuam ab inimicis manus tuæ. Et Casiodorus: cōtuma- (Casiodo.) ces terret Iudæos, qui Domini lege contēpta, idolorū culturis nefandissimis seruiebāt. ipsis.n. dicitur: nisi cōuertamini gladiū suū vibrabit, idest, vnicū filiū suum sub lucēte claritate missurus est. Ecce in hoc loco apertè ait idē Dñs: tūc plangent omnes tribus terræ: & videbunt filiū hominis venientem &c. Cū virtute multa & maiestate. Et.c. seq. idem dicitur.

¶ *Sicut enim in diebus ante diluuiū erāt comedentes & bibentes &c. Similiter* (inquit Lucas) *Sicut factum est in diebus Loth etc. Comedebant & bibebant &c.* Ge. 19. enarrātur enormia vitia Sodomorū. Horū tā enormiū vitiorum fontes enumerat Ezech. hæc (inquit) fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis, abundantia & otium. Ex his radicibus tam mali fructus nascuntur. Primò enim superbi putāt, sibi impunè licere quicquid libet. Deinde crapula & ebrietas, multorum malorum causa est. Præterea in rerum abundātia, facilè Dei obliuiscimur. Inde Moyses: incrassatus est dilectus & recalcitrauit &c. Demū otium omniū malorū sentina est. Idē in hoc loco & apud Lucā fitetur Christus: hominibus tēpore Noe, & Sodomis causam fuisse ad tāta flagitia, crapulā. Edebāt (inquit) & bibebant &c. Optimum igitur est Pauli cōsiliū sequi: vt habētes victum & vestitū, his cōtenti simus. Quandoquidē ex abundantia plerumque deteriores efficimur.

Vi. Luc. 17. Gene. 19. Eze. 16. f. Superbia, crapula, & abudātia, & otium multorū malorum est causa. Deut. 23 Luc. 17. 1. Ti. 6. b.

¶ *Tunc duo erunt in lecto, vnus assumetur. &c.* Gen. 12. dicitur: & dixit Dominus ad Abrahā: egredere de terra &c. Quod solū Abrahā vocat, nō patrem eius, non fratrem, inscrutabilia sunt iudicia Dei. De quibus Moyses: cui vult miseretur, & quē vult indurat. Et Dominus in hoc loco: duo erunt in vno lecto: vnus assumetur, & vnus relinquetur. Item Genesis cap. 25. ait Dominus Rebeccæ: gentes duæ sunt in vtero tuo: & duo populi ex vētre tuo diuidētur, & maior seruiet minori. Locus hic etiā ostendit magna & inscrutabilia iudicia Dei. Vt meritò quis dicat: quis non timebit te ò rex gentium? Est enim locus

Gene. 12. Iudicia Dei incōprehensibilia. Exod. 33 d. Rom. 9. d Gene. 25

Hiet. 10.a locus hic confinis huic quod Christus in hoc loco dicit: Duo erunt in agro: vnus assumetur & alter relinquetur. Sic hi duo in vno erant vtero, eosdem habebant parentes, eadē hora nati: & tamen vnus electus fuit alter reprobatus, iuxta illud: Iacob dilexi, Esau autem odio habui, idest, Rom. 9.c. neglexi, dimisi. Nihil enim simpliciter odit Dominus eorum quæ fecit. Quod si pergas quærere: cur ergo huic, & non etiam alteri, dedit gratiam: respondet Paul. ad Roma. 9. O homo tu qui es, qui respondeas Deo? &c. Non est nostrum hoc inquirere, sed timere: imo gratias agere, quod nos vocauit, & bene sperare, quod electi sumus, benequè vti gratia Dei.

¶ *Vigilate ergo.* Multa sunt quibus inducuntur homines in hac mortali vita ad vigilandum. Nunc amore & desiderio rerum temporaliū, nūc timore alicuius imminentis periculi: nunc dolore aliquo affecti, nūc deniquè clamoribus aliorum percussi, euigilare solent. Propter easdem ergo causas anima nostra semper parata, semper debet esse peruigil & insomnis. De quibus sigillatim pauca dicamus. (Multa sūt quæ inducere solēt homines ad vigilandum.)

1. ratio vigilandi. ¶ *Vigilate.* Solent homines lucri gratia noctes insomnes transigere. Quod & experimento didiscimus, & sacra scriptura testatur, dicens omnis Eccl. 38. faber & architectus, noctem tamquā diem transigit, & vigilia sua perficit opus. Sic etiam lucri spiritualis gratia, Christi fideles, dies noctesquè insomnes trāsigere debemus. Ieiunijs & orationibus operam dando. Non sit vobis vanum (inquit Ecclesia) mane surgere ante lucem, quia promisit Deus coronam vigilantibus. Non ait: promisit Deus denarium diurnum & temporalem: sed coronam scilicet gloriæ. Quæ omni imperio huius mundi præstantior est. Vigilate ergo si sapitis: sapiēs enim cor Eccle. 39. suum tradet, ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum & in conspectu altissimi deprecabitur. Ad Dominum (inquit) qui fecit illum: non ad dæmonem, non ad mundi vanitates.

2. ratio vigilandi. ¶ *Vigilate.* Vigilare etiam solent homines, timore, vel periculi in mari imminentis, vel inimicorum, aut latronum insidiantium. Tumet mare: procella instat: vrget tempestas: & tunc nauigantes timore correpti, meritò vigilare solent. Qui nauigant Eccli. 43. c. mare, enarrant pericula eius, ait sapiens. Sic nos in hoc mundi mari, vbi sunt animalia pusilla cum magnis, vigilare debemus: cum in illo tāta sint, tamq; innumera animarū pericula. Vnde D. Ber. ait periculū hu- D. Bern. ius mundi probat transeuntium raritas, & pereūtiū pluralitas. Sicut enim in mari periculoso, vix ex millibus nauis vna ad portum peruenit: sic de millibus, vix vna anima ad portū salutis perducitur. Si igitur tot sunt in hoc mundo pericula: vigilate ergo, ne vel vēto & procella tētationis, vel vnda inclinationis, vel rupe prauæ affectionis, obruamini. Vigilate (inquā) ne intretis in tentationē: nā vt Marc. 14. d. Christus ait: spiritus quidē prōptus Nota. est, caro aūt infirma, i. spiritus malignus, semper est prōptus & paratus ad tētādū: At verò homo, suis viribus, infirmus & imbecillis est: quare necesse habet, semper orare & vigilare. Præterea vigilāt homines, timore latronū aut inimicorū. Hac potissimū de causa docet nos in hoc loco Chris 3. ratio vigilandi. vigilare dicēs: *Vigilate ergo quia nescitis &c.*

¶ *Illud autem scitote, quia si sciret pater familias qua hora fur veniret, vigilaret vtiq; & non sineret perfodi domum suam.* Quo in loco animaduerte: tres inter alios esse fures & latrones, in domum nostram certissimè venturos: qua tamē hora, nemo nostrum est qui non ignoret. Primus est, amara & terribilis mors, quæ omnia subito veniens, secum rapit. Homo (inquit Dauid) cū interierit, non sumet omnia, nequè descendet cum eo gloria eius. Secundus erit antichristus, qui ferè omnes ad suam factionem adducet. Tertius erit dies Domini terribilis, quem furi & latroni in hoc loco Dominus comparat dicens: Amen dico vobis, quia si sciret pater familias qua hora fur veniret, vigilaret vtiquè & non sineret perfodi domum suam. Ideò & vos estote parati, quia qua nescitis hora, filius hominis venturus est. Furem igitur vult intelligi diem illū extremū: patrē verò familias vnūquemlibet nostrum. Ergo cum ille veluti fur obrepere tentet, & incertū sit quo tempore: nobis videlicet iugiter est excubandum, ne dormitantes opprimat. Voluit enim Christus, suos esse in hac opinione, vt extremum illū iudicij diem semper expectarent, parati, ceu mox venturum. Atquè in hac opinione fuisse videmus, Petrū, Paulū, Hieronymum, Gregorium, cūq; his innumeros: vt vigilarent.

Psal. 48.

¶ *Vigilate*. Dolore etiam graui perculsus aliquis, vigilare solet. Sic nos dolore peccatorum præteritorum, & pœnarum inferni afflicti, euigilare debemus. Mirum profectò est, vt dolore aliquo spinæ, etiam par ue, aut morsu vel pulicis, dormire non possis: percusus verò vulnere peccatorum, in vtramq; aurem dormire valeas. Non sic Dauid, cum dicebat: á voce gemitus mei, adhæsit os meum carni meæ. Similis factus sum pelicano solitudinis: factus sum sicut niticorax in domicilio: vigilaui & factus sum sicut passer solitarius in tecto &c. Dolor immensus peccatorū, cū quiescere non sinebat: a voce (inquit) gemitus mei adhæsit os meū carni meæ, idest, præ gemitibꝰ meis, ossa & cutis adhæserunt. Similis (inquit) factus sum pelicano solitudinis. De quo Hiero. ad Presidium dicit, quod cum filios suos á serpēte occisos inuenit, luget, & se suaquè latera percutit: & de sanguine excusso ad latera, mortuórum corpora reuiuiscunt. Sic diabolus per peccatum omnia mea bona opera interemit: quare lugere me oportet: & amara pœnitentia opera mea viuificare. Factus sum (inquit) sicut niticorax in domicilio, idest, immundus factus sum ex peccato. Niticorax enim est auis immunda secundum legem. Sed quia pœnitens peccatum suum cognoscit, subiūgit: vigilaui scilicet per cognitionem peccati. Et factus sum sicut passer solitarius in tecto, euolando scilicet à peccatorum consortio. Vigilate ergo dolore peccatorum oppresi, & pœnitentiam agite: nam si impius egerit pœnitentiam, ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam: vita viuet, & non morietur. Ezech. 18. Nec satis mirandum est, quo pacto possint peccatores, tanta animi securitate in hac vita dormire. Sed quia non cito contra malos profertur sententia: absquè vllo timore filij hominum perpetrant mala, vt dicitur Eccli. 8. non ergo tardes conuerti ad Domi-

4. ratio vigilandi.

Psal. 101.

Explicat psalmus.

D. Hiero.

glossa.

Ezech. 18.

Eccli. 8.

Dominum, nequè ad finem vsquè vitæ pœnitentiam proferas: cum agere tunc temporis veram & salutaré pœnitentiam, vix sit possibile. Dicé te Augustino: si quis in vltima necessitate positus voluerit accipere pœnitentiam, & accipit: & mox reconciliabitur, & hinc vadit: fateor vobis, non illi negamus quod petit: sed non præsumimus quod hinc bene exit: si securus hinc exit, nescio: pœnitentiam possumus dare, securitaté verò non. Nunquid dico damnabitur? Sed nec dico, liberabitur. Vis ergo à dubio liberari? Age pœnitentiã dũ sanus es. Si sic agis: dico tibi quia securus es: quia pœnitentiam egisti eo tempore, quo peccare potuisti. Si vis agere pœnitentiam eo tempore, quando iam peccare non potes: peccata te dimiserunt, non tu illa. Hæc Augustinus. Stultum ergo est in peccatis dormire. Vigilate ergo, peccata pręterita dies noctesquè plangendo, & illa præterea iterum non committédo. Nam beati sunt serui illi, quos cum venerit Dominus inuenerit vigilantes.

Augusti. Vi.4. sen. d.30.c.1. Lege de pœnitétia d.7.cap. si quis. Luc. 12.

¶ *Vigilate ergo.* Solent deniquè homines clamoribus & vocibus aliorũ oppressi, peruigiles esse. Sic nos audientes assiduè vocem illam: Surgite mortui, & venite ad iudiciũ, insomnes esse debemus: quemadmodũ erat Hiero. qui dicebat: Siue comedam, siuę bibam: semper videtur mihi illã vocem audire: surgite mortui, venite ad iudiciũ. Sed væ nobis habentibus aures obtusas: væ nobis, qui à nobis metipsis omnino alienati, minimè vocé hanc sentimus. Audiamus salté prædicatorum clamores, qui clamãt incessanter, & quasi tuba exaltant vocem suam, & annunciant nobis scelera nostra: & dicamus cum Hieremia: Sẽsus cordis mei turbati sunt in me, non tacebo; quoniam vocẽ buccinæ audiuit anima mea, clamorem prelij. Vocem (inquam) tubæ & buccinæ vocantis ad iudicium. Clamorem (inquam) illius intestini belli, vbi omnia omnium peccatorum peccata pugnabunt contra illos. Sumentq; perpetuas pœnas, propter deprauatam eorum voluntatem quam ad finem vsquè vitæ habuerunt. Vnde Gregorius ait. Voluissent iniqui, si potuissent, sine fine viuere: vt potuissent sine fine peccare. Ostendunt, quia in peccato semper viuere cupiunt, qui nunquam desinunt peccare dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, vt nũquam careãt supplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato. Vigilate ergo, si ab æternis pœnis, si ab ira iudicis tã seueri euadere concupiscitis.

5. ratio vigilandi. D. Hiero. Hiere. 4. Grego. de pœnitẽtia d.1.

¶ *Quis putas est fidelis seruus & prudens &c.* Quanquam in communi nos ad indefessam vigilantiæ curam adhortetur, specialem tamen populi principibus, idest, Episcopis, in expectatione aduentuquè suo solicitudinem mandat. Hunc enim fidelem seruum, atquè prudentem præpositum familiæ significat, commoda atquè vtilitates commissi sibi populi curantem. Hæc Hylarius.

Hylarius.

Cap. XXIIII. Finis.

¶ *Seueritas futuri iudicij per parabolas indicatur.*

Cap. XXV.

TUNC simile erit regnum cœlorũ decem virginibus: quæ accipientes lampades suas, exierũt obuiam sponso & sponsæ. Quinq; autem ex eis erant fatuæ, & quinq; prudentes: sed quinquè fatuæ acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis, cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est. Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerũt. Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes dicentes. Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus, & quæ paratæ erant intrauerũt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissimè verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes, Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait, Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaquè quia nescitis diem nequè horam. Sicut enim homo peregrè proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinquè talẽta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuique secundum propriam virtutem: & profectus est statim. Abijt autem qui quinq; talẽta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinquè. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens, fodit in terrã & abscondit pecuniam Domini sui. Post multum verò tempus, venit Dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinquè talenta acceperat, obtulit alia quinquè talenta, dicens, Domine quinquè talenta tradidisti mihi, ecce alia quinquè superlucratus sum. Ait illi Dominus eius. Euge serue bone & fidelis: quia super pauca

Mar. 13.d
Luc. 16.d

pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Accessit autem & qui duo talēta acceperat, et ait, Domine duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum. Ait Dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituā, intra in gaudiū Domini tui. Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine, scio quia homo durus es, metis vbi nō seminasti, & cōgregas vbi nō sparsisti, & timēs, abij, & abscondi talētum tuum in terra, ecce habes quod tuum est. Respondens autem Dominus eius, dixit ei. Serue male & piger, sciebas quia meto vbi nō semino, & congrego vbi nō sparsi, oportuit ergo te comittere pecuniam meam numularijs, & veniens ego recepissem vtiq; quod

Sup. 13.b Mar. 14.e Luc. 8.c. 19.d. *meū est cum vsura. Tollite itaq; ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo, & inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores. Illic erit fletus & stridor dentium. Cum autē venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hædis: Et statuet oues quidem à dextris suis, hædos autem à sinistris. Túc dicet rex his qui à dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* Esai. 55.b *Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes erā, et collegistis me: nudus, & operuistis me:* Ezec. 18. b. *infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes, Domine,* Eccle. 7.d. *quando te vidimus esurientem & pauimus, sitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te, aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere: & venimus ad te? Et respondens Rex, dicet illis. Amen dico vobis, quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis,*

6. cap. Zacha. in hæc verba: ecce vir oriens nomen eius.

Oleũ est misericordia. ¶ *Oleum secum*. Oleum illud misericordia est, si de substantia nostra alijs largiamur, substantiam nostram oleum facimus. Tunc super quod habemus adijcietur nobis. Et illo tempore non dicemus: date nobis de oleo vestro. Chrysosto. homel. 28. in 12. Hebrę. Chryso.

Ironica locutio. ¶ *Ite potiùs ad vendentes, & emite vobis*. Ironia est. Non enim sunt putandæ, consilium dedisse: sed crimen earum ex obliquo commemorasse, & per ironiam quidem dixisse: ite ite nunc ad adulatores, qui vos beatificant.

¶ *Amen dico vobis, nescio vos*. Idest, non estis mihi gratæ. Sola enim bona dicitur in sacra scriptura Deus cognoscere, mala autem ignorare. Non quod aliquid illum lateat; sed quia indigna sunt eius notione, dicitur ignorare. Hinc est quod scriptura ait de iustis, cognouit Dominus qui sunt eius, de reprobis: nescio vos. Et Paul. 2. Cor. 14. Qui ignorat ignorabitur. Orige. psal. 36. ho. 3. Sed de hoc alias diximus. Regula. 2. Ti. 2. c. 1. Co. 14. Origenes.

¶ *Alij dedit quinquè talenta, alij duo &c.* Vide quæ annotauimus. cap. 13. super illa verba: dabunt fructum &c.

Non omnes in ecclesia pares. ¶ *Alij dedit quinque talenta*. Non ergo in ecclesia sunt omnes pares, aut in gratia: sed diuersi sunt ordines, diuersæquè gratiæ & dignitates.

¶ *Vnicuique dedit secundum propriam virtutem*. Idest, secundum suam facultatem, secundum suas vires.

¶ *Euge* (bene vel rectè) *serue bone*.

¶ *Super pauca fuisti fidelis, supra multa*. Vel paucis præfectus fuisti fidelis, multis te præficiam.

¶ *Intra in gaudium Domini tui*. Quidam distinguunt post (*intra*) quasi dicat ingredere in domum meam, in maximum meum gaudiũ, idest, gaudeo quod te talem præstiteris: & tunc sic erit legendum, *Intra, in gaudium Domini tui*.

¶ *Sciebas me metere vbi non seminaui &c.* Idest, me esse auarum.

¶ *Eijcite in tenebras exteriores*. Idest, in locum supplicij, vbi perpetuæ tenebræ.

¶ *Oues quidem à dextris suis, hædos autem à sinistris*. Pluralis numerus in his, Græcismus est, à dextris à sinistris. Latinè diceres à dextra à sinistra.

¶ *Venite benedicti*. Idest, fortunati vel fauorabiles.

¶ *Possidete*. Iure hæreditario percipite.

¶ *Venite benedicti possidete &c. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare*. Vel ex isto loco apertè colligitur falsum esse iustum omni opere peccare, vt Lutherus affirmat. Responde mihi obsecro Luthere: vbi legisti, Christũ pro peccatis tribuere vitam æternã? nunquam sine dubio. In hoc loco ait Christus: tunc dicit rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum. Et esuriui enim & dedistis mihi manducare, sitiui & dedistis mihi bibere &c. Si omnia hæc opera sunt peccata, quomodo pro illis, iustus iudex, vitam reddit sempiternam? Quid potest absurdius excogitari. Hęresis est dicere iustũ in omni opere peccare. Quod iusti non in omni opere peccant probatur.

Nequè obstat quod Esai ait, capi. 64. Facti sumus vt immũdi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Nam hæc verba sunt Iudæorum iniustorum, in Babylonica captiuitate commorantium. Hos enim facit Esaias loquen- Argu. Lutheranorum. Respõsio.

 tes,

tes, & miseriam suam significantes. Lege totum caput: & videbis hæc verba non pertinere ad omnes homines: sed solùm ea dicebant captiui Iudæi de se ipsis, vt ex consequentibus & præcedentibus patet. Nam paulò antea dicebant: fuisse inter Hebræos, viros iustos, quibus Deus in periculis occurrebat, sed eos iam decessisse: se autem esse iniustos, & ideò in captiuitatem cõiectos. Vnde paulò post has voces emittunt: ciuitas sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est, Hierusalem desolata est, domus sanctificationis nostræ, & gloriæ nostræ, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis. Vbi vides eos qui hæc dicebãt captiuos esse in Babylone, & Hierosolymæ ruinam deplorare, & quoniã illi erãt sceleribus implicati etsi quãdoq; aliqua faciebãt moraliter bona, ea malo fine deprauabant, ideo dicũt & facti sumus vt immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Intelligi autẽ hæc verba de illis, & non de omnibus apertè ostendit idquod sequitur, non est qui inuocet nomen tuum. Nam multi sunt qui nomen Domini inuocãt, & sacra scriptura testatur multos nomen Domini inuocasse. De Enos scriptum est. c. 4. Gene. iste cepit inuocare nomen Domini & de Abraham idem dicitur Gene. 13. Et Dauid in psalmo. 114. Et nomẽ Domini inuocaui. Hæc tam prolixè dixi quia existimat Lutherus articu. 31. Hoc testimonio suum errorem probare, & existimat se esse victoriã cõsecutum, & gloriosè triumphasse.

Gene. 4. Gene. 13. Psal. 114.

¶ *Hospes eram*. Peregrinus, & infra: quando autem te vidimus. *Hospitem*. peregrinum.

¶ *Discedite à me maledicti*. Vel infelices aut execrabiles.

¶ *Et ibunt hi in vitam æternam*. Et pro, itaque.

¶ *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius*. Hoc est quod olim prædixerat Esai. ca. 30. præparata est (inquit) Tophet ab heri, a rege præparata, profunda & dilatata, nutrimẽta eius ignis & ligna multa, flatus Domini sicut torrens sulphuris succẽdens eã. Tophet, idest, gehenna. Sic exponũt tam Hebræi quàm latini, & propria significatio huius vocis habetur. 4. Reg. 23. Vbi scribitur quod erat locus in valle filij Ennon, vbi Iudæi filios suos & filias consecrare solebãt idolo Moloch per ignem. Ab illo ergo loco sic infami ac contempto infernus nomen accepit, vt dicatur Tophet & gehenna præparata ab heri, idest, à præterito tempore, tam longinquo quàm propinquo. Ac si dicas iam quidem pridem hoc est præparatum. Vtitur eodem vocabulo hoc in loco Christus. *Discedite &c. Qui præparatus est* (inquit) *diabolo & angelis eius*. Hæc ergo gehenna præparata est à rege, hoc est, ab ipso Deo qui absolutè rex est. Hebræi legunt non, à rege, sed regi, in datiuo, præponitur enim ei nota datiui casus. Secundum quam lectionem sensus erit, præparata est Tophet ipsi regi, idest, diabolo & angelis eius.

Prophetia Esaiæ adimpleta. Esai. 30. Quid Tophet significet. 4. Re. 23.

Ad mores.

F*ATVAE autem non sumpserunt oleum secum, prudentes vero &c*. Ex hoc loco colliges, necesse esse ad nuptias cœlestes cum sponso ingrediẽdum,

Perseuerãtia in fide & charitate & bonis operib⁹ est necessaria

dum, fidem per charitatem operari debere, vsquè ad aduentum sponsi, hoc est, vsque ad vitæ finem, lam pas ergo fidei tam necessaria est, vt sine illa impossibile sit placere Deo, vt Paulus ait. Oleum bonorum operũ tam necessarium est, vt si velimus ad vitam ingredi, debeamus seruare mãdata, atquè opera misericordiæ præstare, vt Christus docet. Ignis charitatis tam necessarius est, vt etiam si habeamus fidem, qua montes transferamus & omnem nostram substãtiam pauperibus tradiderimus, si charitate non præditi simus, nihil sumus, vt Apostolus testatur. Perseuerantia denique tam necessaria est, vt solus ille qui perseuerauerit vsquè in finem, seruetur. Fatuæ enim virgines lampadem fidei, oleum nonnullum bonorum operum, ignem aliquandiu charitatis habuerunt, minimè tamẽ cum sponso ingressæ sunt; eo quod vsquè ad eius aduentum, oleo bonarũ actionum caruerunt, hoc est, minimè vsquè ad mortem in virtute constantes fuerunt.

Heb. 11. | Sup. 19. c. | 1. Co. 13. | Sup. 10 c. & 24. b.

¶ Hac etiam parabola (auctore Basilio) ostenditur, multos in ecclesia esse, qui prodesse sibi aliquid arbitrẽtur, si cum bonis & Deo charis hominibus viuant, ipsi autem boni nihil faciant, tametsi in specie videantur nihilo cæteris dissimiles. Tunc (inquit) simile est regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso: quinquè autem ex eis erant fatuæ, & quinq; prudentes. Sed quinq; fatuæ acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cũ lampadibus. Et paulò post subiungit de fatuis: Domine, Domine aperi nobis: at ille respõdens, ait: amen dico vobis, nescio vos. Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto: vnus assumetur, & alter relinquetur: erunt duæ molentes in vnum; vna assumetur & altera relinquetur. Et respondentes, dicũt illi: vbi Domine? Qui dixit: vbicunquè fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Hæc Basilius. Non ergo satis est, christianam fidem cum iustis profiteri, neq; satis est specimen illorum habere, nequè satis est cum illis habitare, si nobiscum oleum bonorum operum, vsquè ad aduentum sponsi, non sumamus.

Non satis est cũ iustis viuere, & solum specimen virtutis habere. | Luc. 17. | Basil. to. 2. in mora. regu. 16.

¶ *Dum autem irent emere, venit sponsus, & clausa est ianua &c. Domine, Domine aperi nobis.* Exo. 10. dicitur, quod festinus Pharao vocauit Moysem &c. Non festinant mali, nisi cum iam nulla spes est salutis: tunc ad pœnitẽtiam & ad sacramenta currunt; quẽadmodum virgines istæ fatuæ ad oleum, postquam clausa erat ianua, & cum actu flagellantur & grauiter, vt psalmista habet: multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt.

Exod. 10 | Non festinant mali, nisi cũ iã nulla spes est salutis. | Psal. 15.

¶ Infelicissimi ergo sunt, qui tam nobilem thesaurum, tempus scilicet gratiæ, tam nihili pendunt, tam inutiliter consumunt. Veniet hora, quã do desiderabunt vnum diem videre homines, & non poterunt. veniet tẽpus cum claudetur ianua, & excludẽtur fatuæ virgines quæ in hac vita oleum sibi non compararunt: veniet tempus quando dicent: Domine, Domine, aperi nobis & fraudabuntur à desiderio suo.

Psal. 15.

¶ *Amen dico vobis, nescio vos.* Cauẽdũ valde est, ne cum ad vitæ ingressum perueneris, moriaris: quemadmodũ mor-

Caue, ne ad vitę ingressum moriaris.

mortui sunt omnes filij Israel, qui exierant de Aegypto (duobus exceptis) ad ingressum terræ promissionis. Nume. 26. Memento virginum istarum, quæ cum serò ad portam venissent, audierunt: Amen dico vobis nescio vos.

Num. 26. Figura.

¶ *Vigilate itaquè, quia nescitis diem nequè horam.* Disponamus ergo domui nostræ conscientiæ: quoniam nescimus nequè aduentum Domini, nequè exitum & finem nostrum. Quis enim est tam insipiens, quamuis adolescentiæ viribus & pulchritudine floreat, cui sit perspectum & cognitum, se ad vesperem esse venturum? Præparemus igitur nos metipsos, & audiamus vocem Christi dicentis: Vigilate itaquè, quia nescitis diem nequè horam. Causas verò ob quas vigilare debemus, explicuimus capi. præc. in illa verba, vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester vẽturus sit. Vi. ibi.

¶ *Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam.* His verbis & parabola, docet Christus, quod oporteat christianum hominem perpetuò sobrium esse, & ad ea studia per quæ Dei gratiam possit promereri, semper paratum, agnoscentem quantum periculum sit in mora. Hoc idem docet Dominus (authore Basilio) Luc. 12. dicens: sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris &c. Beati serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Hoc autem scitote, quoniam si sciret pater familias qua hora fur venerit, vigilaret vtiquè &c. Vos autem stote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. De temporibus autem & momentis fratres (inquit Paulus) non indigetis vt scribamus vobis. Ipsi diligenter scitis quod dies Domini, sicut fur in nocte ita veniet. Et pauló inferiùs: igitur non dormiamus sicut cæteri, sed vigilemus, & sobrij simus. Vide D. Basi. Nullum igitur nõ tempus debemus aptum existimare ad studium earum rerum, quas Deo gratas esse intelligamus. Me (inquit Dominus) oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Itaquè charissimi mei (inquit Paulus) sicut semper obedistis, non in præsentia mea tantũ, sed multo magis nunc in absentia, cum metu & timore vestram salutem operamini. Ibidem D. Basi. c. 2. regu. 13.

Semper paratos esse oportet.

D. Basil. Luc. 12.

1. The. 5.

D. Ba. to. 2 mor. regu. 13.

Ioan. 9.

Phil. 2.

¶ *Sicut enim homo peregre proficiens &c. Vni dedit quinque talenta.* Hac parabola (authore Basilio) vult Christus, vt is qui grato animo in donis quæ à Deo primum acceperit, studiosius se ipsum exercuerit ad laudem Dei, is idoneus efficitur, cui alia dentur præterea, & quod qui talis non fuerit, ei etiam quod ante habebat adimitur, & ijs quæ alioqui ei parata fuerant futura, indignus iudicatur, & insuper supplicio malè mulctatur.

Scopus parabolæ. D. Ba. to. 2 mor. c. 58.

¶ *Et vni dedit quinque talenta.* Vide quæ annotauimus ad mores componendos. cap. 13. in illa verba: Simile est regnum cœlorum homini negotiatori.

¶ *Vni quidem dedit quinq; talenta.* Dedit nobis Dominus talenta, idest, supernaturalia dona, quibus negotiemur regnum cœlorum. Nequè enim viribus nostris, aut credere, aut sperare, aut amare dignè possumus. Quẽadmodum enim aqua secundum motum proprium ad mundi centrũ mouetur, secundum autem lunæ motũ mouetur circa centrum per fluxum & refluxum: & quemadmodum etiã orbes

Per talenta dona supernaturalia intelliguntur. Talenta hoc est, fides, spes, charitas &c. Dona sunt Dei. Simile.

orbes planetarum proprijs motibus ab occidenti in orientem mouentur, motu autem primi orbis ab orienti in occidentem: sic anima nostra ratio nalis, secundum suam propensioné naturalem fertur in Deú, quatenus est author naturæ, & bonum totius vniuersi: quatenus verò obiectum peculiare est beatorum, moueri necesse habet supernaturali lumine, superna gratia, ac diuino auxilio, vt illo potiatur. Ad hoc ergo tam arduú negotium, eget talentis supernis, quibus negotietur in hac mortali vita: eget gratia gratum faciente, eget doctrina reuelata, eget Dei iuuamine, eget alijs multis, quibus possit promereri summum illud bonú, & quibus mereatur audire: euge serue bone & fidelis &c. Intra in gaudiú Domini tui.

Psal. 32. ¶*Vni quidem dedit quinq; talenta.* Dauid ait psalm. 32. Diligit misericordiam & iudicium: misericordia Domini plena est terra, quia ergo Dominus diligit misericordiá, tribuit nobis diuersa talenta superna: & quia diligit iudicium, oportet (inquit Augustinus) vt exigat quod dedit. Ideò in hoc loco ait cuidam seruo: oportuit ergo te committere pecuniam meam numularijs: vt veniens ego, recepissem quod meum est cum vsura, quod ideo monemus, vt sciamus quod modo audiuimus: ipse enim dicit alio loco in Euangelio: ego non iudico quenquam, sermo quem loquutus sum eis, ipse iudicabit eos in nouissimo die. Qui ergo gratia Dei priuati estis, accipite misericordiá, & diligite iudiciúm: accipite ab illo dona superna ad negotiandum, & diligite: illis iam acceptis, iudicium, ne ille cum venerit exigat à nobis rationem, ita vt inanes nos dimittat. Exigit enim rationem, reddit traditionem, donat æternitatem. Accipite ergo misericordiam fratres: accipiamus omnes, nemo nostrum in accipiédo dormiat, ne ad reddendum mali excitetur: accipite misericordiam. Sic ad nos clamat Deus, tamquam si tem pore famis diceretur: accipe frumentum. Quod cum audires tempore famis: profectò isto stimulo necessitatis concitatus, curreres, versans te huc atque illuc, quærens vnde acciperes quod dictum est accipe. Et cum venires: quádo te teneres? quádo moram imponeres? sic & núc dictum est: accipe misericordiam. Diligit enim misericordiam & iudiciú. Cum acceperis, bene vtere, vt boná rationem reddas: cum iudicium venerit eius, qui tibi in hac fame prærogat misericordiam modo. Nolo ergo mihi dicas: vnde accipio? quo eo? recordare, quod Dauid ait: misericordia Domini plena est terra. Vbi iam nón Euangelium prædicatur? Vbi sermo Domini tacet? vbi salus cessat? opus est vt velis accipere: plena sunt horrea: misericordia Domini plena est terra. Quid cœli? audi quid cœli. Non enim indigent misericordia vbi nulla est miseria: in terra abúdat hominis miseria, superabundat Domini misericordia: miseria hominis plena est terra, & misericordia Domini plena est terra. Hæc ex Augustino. Quare si accepisti misericordiam, hoc est, talenta quibus negotiationem exerceas: dilige iudicium; si autem non accepisti, vade & accipe: nam horrea misericordiæ tibi aperta sunt.

Dominus dat taléta qui diligit misericordiá; & exigit illa, qui diligit iudicium. ex Augusti.

Ioan. 12.

Simile.

August. psalm 32. ser. 2. de. 2. p. eiusdem psal.

¶*Vni quidem dedit quinq; talenta.* Gene. 49. enarratur, quod postquam Iacob

Per talēta gratię gratis datæ intelligi possunt.

cob prædixit filijs suis futura, sed nō æqualiter omnibus: tandem benedixit ex æquo singulis, quantumuis alij qui eorum ex ancillis nati essent: sic in Ecclesia quoad gratiam iustificātē, omnes æquales sumus: hic enim, non est distinctio Iudæi & Græci, maris & fœminæ, Domini & serui: sed omnes vnum sumus in Christo.

Gratia iustificans sine differētia generis aut ętatis, aut sexus datur, gratiæ verò gratis datæ dantur singulis, prout Spiritus sanctus vult.

Iuxta hoc tamen sunt diuisiones gratiarum, quas Spiritus sanctus diuidit singulis prout vult: alij plus, alij minus, quemadmodum & Dominus iste, in hac parabola, talenta suis inæqualiter distribuit.

Per talenta mandata Dei intelligi etiā possunt.

¶ *Et qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque, dicens: Domine &c.* Qui quinquè talenta accepit omnia Domino suo cum lucro reddidit. Omnia ergo nos reddimus, cum omnia Dei mandata adimplemus: & cum lucro reddimus, cum aliorum animas lucramur. Vnde Basilius: qui de decem talentis quæ deposita apud se sint, vnum aut alterum retinuerit, reliqua verò omnia Domino reddiderit: non ea re, iustus habeatur, quod maiorem partem reddiderit, sed improbus ac fraudulentus, quòd minore illa defraudauerit, arguetur. Sed quid dico defraudarit? Quando cui vnummodo talentum creditum fuerat, & illud ipsum quod acceperat, integrum, ac nulla ex parte imminutū reddiderat, propterea quòd ad illud quod sibi datum fuerat nihil acquisiuerat, malè videamus fuisse mulctatum. Simili ratione, qui decennium totum, debitum patri honorem habuerit, si is eum postea tantum semel pulsauerit, non vt bene de illo meritus honore aliquo afficitur, sed vt parricida condemnatur. Eūtes (inquit Dominus) docete omnes gētes, docentes eos, non hæc quidem obseruare, illa autem negligere, sed omnia obseruare, quæcunquè præcepi vobis. In quam sententiam, illa etiam scripta sunt ab Apostolo: nemini dātes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibentes sicut Dei ministros. Hæc ex Basilio. Siue ergo pauca, siue plura talenta, hoc est, mandata diuina, acceperis obseruanda, omnia illa seruare, atquè cum lucro Domino reddere teneris, si intrare in gaudium Domini volueris.

Omnia talenta sunt reddēda, & omnia mandata seruanda.

D. Basil.

Infr. 28.d

1. Cor. 6.

D.Basil. in prohemio regularū fusius disputatarū tom. 2.

¶ *Euge serue bone & fidelis.* Tunc seruus dicitur bonus & fidelis bonorū Domini sui administrator: quando non solum bona commissa non dissipat, nequè propria sibi facit, sed ea studiosè multiplicat, & multiplicata, Domino suo tradit. ¶ Sunt nonnulli christiani, bona sibi à Domino tradita dissipantes, de quibus dicitur Luc. 16. hic diffamatus est apud ipsum, eo quod dissipasset bona sua. Et Esai. 14. Tu terram tuam disperdidisti. Hi sunt, qui cum vitam suam expendere deberent in Dei honorem, illam in Dei contumeliam, & in perniciem animæ suæ, & in obsequium diaboli, expendunt. De quibus dicitur Pro. 5. Non des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. Hi etiā sunt, qui quod ædificant verbo, destruunt exemplo. Eccli. 33. vnus ædificans, & vnus destruēs: quid prodest illis nisi labor? tales non boni sed mali, non fideles, sed infideles serui vocandi sunt. ¶ Sunt alij qui bona, quę à Domino in pios vsus acceperunt, sibi vsurpant, ac propria faciunt: qui cum in paucis infideliter se habeant, non constituentur in multa: de quibus Dominus ait. Luc. 6. Si in alieno fide-

Quis dicatur bonus & fidelis seruus.

Luc. 16.

Esai. 14.

Prou. 5.

Eccle. 33.

Luc. 6.

Ibidem. fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis? alienum vocat bonum transitorium, nostrum verò æternum. Et ibidem, qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, in maiori iniquus est. Hi etiam non boni sed mali, nō fideles sed infideles serui, & sunt, & vocari meritò debent. ¶ Sunt etiā alij, qui bona sibi tradita multiplicare negotiando non curant: sed vel abscondunt similes seruo malo & pigro, qui pecuniam Domini sui abscondit. qualeis sunt sacerdotes, qui talentum sacerdotij acceperunt, nunquam tamen rem diuinam celebrāt. Vel si non abscondunt, tamen merces Domini sui vendunt vbi minus vendibiles sunt: quales sunt prædicatores, qui prædicare solent, vbi doctrina illorum vix ab aliquo recipitur: docere aut prædicare nolentes, vbi chara & preciosa haberetur.

D. Tho. 3. p. q. 8 1 a 10. vi. Sot. d. 1 3 q. 1 ar. 10.

¶ Sunt denique alij, qui etsi bona Domini non dissipent, neque sibi ea appropriare velint, atque illa multiplicare diligenter curent: non tamen cum lucro, Domino suo reddere volunt. Hi sunt, qui de bonis omnibus quæ agunt, non Dei, sed propriam gloriam quærunt. Vnde Ber. Fidelis re vera famulus es, si de multa gloria Domini tui, etsi non exeunt à te, tamen transeunt per te, nihil manibus tuis adhærere contingat. Serui ergo isti, qui quinque talenta, & duo talēta acceperūt, meritò à Domino suo, fideles serui, & boni, vocantur: cum non solum bona sibi commissa minimè dissiparunt, neque appropiauerunt, sed ea cum lucro Domino suo obtulerunt.

D. Bern.

¶ Hinc colliges, quanta commendatione digna sit prudentia, quæ seruum Domini fidelem facit; ac illum docet, bona sibi commissa multiplicare: sine qua, aut talentum absconditur, vt in hoc loco aut dissipatur, vt Lucæ. 16. videre licet, & prouer. 21. Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti: & imprudēs homo dissipabit illud. Prudentia ergo medium tenens, nec abscondit, nec dissipat: sed negotiatur & multiplicat illud. Hinc est quod talis seruus in alio loco appellatur fidelis dispensator, & prudens &c.

Prudētia commēdatur.

Luc. 16. Prou. 21.

Luc. 12. f

¶ *Tollite itaquè ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta.* Seruus qui accipit talenta, & cum lucro reddit, est iustus, qui pro acceptis tot ac tantis beneficijs, est maximè gratus Deo, corde, & ore, & opere: atque huic augentur talenta, hoc est, Dei beneficia. Is verò talentum abscondit, qui non est Deo gratus pro illo accepto: & ab isto aufferetur talentum. Licet enim sine pœnitentia sunt dona Dei vt Paulus ait; tamen, quod Deus solet dare gratis, aufert ingratis, vt August. docet super illa verba Pauli ad Roma. 1. qui cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt.

Quod Deus dat gratis, aufert ingratis.

D. Augu. Roma. 1.

¶ *Et inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores.* Perpende obsecro, quod si seruus qui talentum sibi commissum seruauit, eò quòd cum illo nihil lucratus est, tam acerbè à Domino punitur: quid fiet de illo, qui etsi quinque talenta acceperit, nihil omnino cum illis negotiatus fuerit? Præterea, si ille, qui etsi non lucratus est, nō tamen talentum perdidit, tam graues & acerbas pœnas patitur: qui talentum sibi datum à Deo malè consumpsit peccando, quas pœnas dabit? qui non solum peccando talentum amittit;

Nota.

tit, sed suo exemplo, sua doctrina, suo consilio, alios ad peccatum trahit, quibus supplicijs afficietur? Cuiusmodi sunt hæretici, lenones, fœneratores, collusores, qui non solum bona sibi à Deo collata malè consumũt: sed in causa sunt, vt alij hoc idem faciant. O terquè quaterquè infelices, quibus minatur terribilis illa vox: eijcite illos in tenebras exteriores: illic erit fletus, & stridor dentium.

¶ *Cum autem venerit filius hominis.* Ecce hic astruit Dominus animorũ immortalitatem, quam naturali hac demonstratione contendit probare D. Chrisost. Qui animum esse mortalem ait, is neget necesse est, Deum humanarum rerum esse procuratorem & iudicem. Si enim iusti migrãt affecti iniurijs, improbi rerũ omniũ abundantia potiti, neque post mortem aut merces aut supplicium est: nulla certè in cœlo est pietas quæ talia curet: nulla iustitia, quæ vel malos puniat, vel tribuat prœmia bonis. Sed de hoc aliàs. Satis nobis christianis sufficere debet, quod fides in hoc loco docet, etiam si naturalis ratio non suppeditaret veritatem hanc, omnibus rectè institutis perspicuam. Ecce Dominus ait: cum venerit filius hominis, congregabuntur ante eum omnes gentes &c.

Astruitur animæ immortalitas. D. Chrys. hom. 4. de proui. vel fato.

¶ *Et separabit eos ab inuicem.* In hac vita permixti sunt boni & mali. Est enim Ecclesia militans sagena quædam, comprehendens bonos & malos pisces: est area Domini continens triticum & paleas: est ager, in quo seminatum est à Deo triticum, & superseminata ab inimico homine zizania: est domus nuptiarum, in qua intrant, & habentes, & non habentes vestem nuptialem. Est deniquè ouile, in quo sunt oues & hœdi: cum autem venerit filius hominis congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ad inuicem, sicut pastor segregat oues ab hędis: & statuet quidem oues à dextris, hœdos autem à sinistris. Quare dum hic viuitur, diuersi licet greges, in vna tamen congregatione sunt, adeòquè per mixti, vt segregari non possint.

In ecclesia boni & mali sunt permixti. Simile.

¶ *Venite benedicti patris mei.* Gen. 28. ait Isaac filio suo Iacob: Deus det tibi benedictionem Abrahæ. Solent parentes filijs non solum optare benedictiones suas, sed maiorum suorũ. Vnde Christus non dicit hic: venite benedicti mei, sed patris mei. Vnde ex illo loco Gene. obiter collige: benedictionem Abrahæ fuisse quantũ videtur donationem terræ peregrinationum suorum. Idem leges Gene. 48. de Iacob, benedicente filijs Ioseph. Solent enim benedictiones nostræ, benedictionibus patrum adiunctæ, fortiores esse.

Gen. 28. Solent parentes filijs suis nõ solum optare benedictiones suas, sed etiam patrum suorum benedictiones, sic Christus. Gene 48.

¶ *Venite benedicti patris mei, possidete regnum &c.* Sic Dominus filijs Israel, Deute. cap. 1. ait: sufficit vobis, quod in hoc loco mansistis: reuertimini, & venite ad montem Amorrhæorũ &c. En (inquit) tradidi vobis, ingredimini, & possidete terrã super qua iurauit Dominus patribus vestris. Quibus in locis expende quæso pietatem Dei, vt non patiatur bona promissa differri, aut suos in malo loco detineri. Non petunt neque Iudæi in Deuteronomio, neq; iusti in die iudicij, locum mutare; deserto contẽti, & isto mundo; ipse verò curat, eos inde educere, & ad amœniora loca perducere. Et vide quomodo vtrosq; inuitat: venite (inquit) & possidete terram. Et rursum, venite benedicti, per

Deut. 1. c. Pietas dei erga suos commendatur.

cipite

cipite regnum, quod vobis ab origine mundi paratum est. Sed vide discrimen: Iudæi vocātur ad terram, & terrenam mansionem, post promissionem seruandæ legis: isti verò post adimpletam, vocantur ad cœlum. sitiui & dedistis mihi bibere. Vbi vides quàm distinctum sit præmium, promittētis & implentis legem. Sed licet iudæi vocantur ad promissam terrā promissa lege: non tamen ob solam promissionem, sed propter obseruantiam patrum. Audi quid Dominus dicat sancto Isaac: multiplicabo (inquit) semen tuum, sicut stellas cœli: daboquè posteris tuis vniuersas regiones has, & benedicentur in nomine tuo omnes gentes terræ. Sed quare: nunquid ob promissam legis obseruantiam? minimè. Sed quare? eò (inquit) quod obedierit Abraham voci meæ, & custodierit præcepta & mandata mea: & ceremonias, legesquè seruauerit. Propter eamdem legis obseruantiam ait iustis dominus: percipite regnum: Esuriui enim & dedistis mihi manducare &c. Gene. 17.

¶ *Venite benedicti.* Genesis. 8. dicitur, quod Noe post diluuium, non solum fenestram arcæ aperuit, sed etiam postea tectum amouit: sic Christus nedum cœlum nobis conspiciēdum dedit, ianuáq; aperuit, sed suo tempore omnia impedimenta amouebit, vt liberum ingressum habeamus in cœlum: quod tunc fiet cum dicet: venite benedicti patris mei percipite regnum &c. Gene. 8. Figura.

¶ *Esuriui enim, & dedistis mihi manducare &c.* Iam ex hoc loco colliges, quāta laude, misericordia digna sit: quādo sola illa & non virtus alia in causam adducitur in vltimo iudicio, ad conferendum regnum cœlorum. Di- Misericordia cōmēdatur.

ligamus ergo virtutem hanc, atq; intimo eam amore prosequamur: comes enim est indiuiduus iustorum, qui causam eorū defendit, vnde psalmista ait: iucundus homo, qui miseretur & commodat, disponit sermones suos in iudicio &c. Comes est indiuiduus, qui in via hac mortali ab omni offendiculo, ab omniq; periculo nos liberat. Liberat enim á morte, vt Tobias ait, liberat á mundi vanitatibus, liberat a dæmonum laqueis. Noli ergo ó diues talem comitem, talem patronum & aduocatum, talem pugilē post tergū relinquere. Quod facere solent, qui bona sua auidè retinentes, nihil dum vitam agunt, pro prijs manibus in pauperes expendūt: sed ea post peractam vitam, per manus aliorum distribuēda relinqunt. Cum tamen dicat Sapiens: ante languorem adhibe medicinam. In cœlo ergo thesauriza, tanquam in tuto loco: & non in terra: quemadmodū solent facere illi, de quibus Dauid: thesaurizant, & ignorant cui cōgregabunt ea. Si prudens negotiator magna cura & diligentia attendit, cui merces suas credat: quare tu non attendis, cui labores tuos credis? non ergo mendaci mundo eos credas. Stultus profectò negociator est, qui totam solicitudinem suam & studiū in mūdo collocat: maximosq; pro illo labores & afflictiones subire vult, nullas verò aut paruas, pro Chri pauperib9. Hoc est, labores tuos in aliena domo dimittere, quod vitauit Sapiēs Pro. 5. dicēs: labores tui, nō sint in domo aliena. Reuera dom9 aliena mūdus est: non enim reddit deposítū sibi cōmissum. Quod videre licet in morte: tūc. n. fatui mercatores, pro prijs mercibus sese vident spoliatos, Psal. 11. Tob. 4. & 12. Eccli. 18. Psal. 38. Simile. Prou. 5.

atquè omnino defraudatos. Deo ergo merces tuas, atquè vitæ labores committe, qui potest & vult depositū
1.Tim.1. tuum seruare, vt Paul. docet. 2. Thimot. 1. Et qui potest tibi mercedem condignam, pro laboribus tuis reddere: reddet enim mercedem labo-
Sapié. 10. rum sanctorum suorum. Ecce in hoc loco ait: Venite benedicti, possidete paratum vobis regnum, esuriui enim & dedistis mihi manducare, quicquid igitur pro mundo feceris, tanquam perditum & amissum reputa. Est enim mundus veluti marsupium vndiquè perforatum quod nul-
Simile. lam pecuniam retinere valet. Noli ergo esse similis mercatoribus illis, de
Aggæi. 1. quibus Dominus ait per Aggæum: qui congregauit merces, misit eas in saccum pertusum.

Cōsidera quos tibi det miseri cordia debitores. ¶ *Esuriui, & dedistis mihi manducare &c.* Vide autem quos tibi det gratia debitores. Facit tibi patrem debitorē Deum, qui pro munere quo pauper adiutus est, fœnus exoluit, quasi boni debitor creditoris. Facit tibi debitorem filium Dei, qui ait: Esuriui, & dedistis mihi manducare. Quod enim vnicuiquè minorum collatū
Ambros. fuerit, sibi dicit esse collatum. Ambro. de Nabutho Iezraelita cap. 14.

¶ *Domine, quando te vidimus esurientem &c.* Gen. 29. ait Iacob socero suo:
Gene 29. Mundus mercedis suorū obliuiscitur non tamē Deus. Da mihi vxorem meā: quia tempus est vt accipiam eam. Hoc malum domini habent, quod obliuiscūtur mercedis, nequè computant tempus, sicut mercenarij. Sed si hoc homines faciunt, non tamen Deus, qui ad memoriam seruorum suorum reducit, quæ illi obliuioni tradiderunt obsequia. In hoc enim loco legimus: iustos in die iudicij Christo dicturos: Domine, quando te vidimus famelicum & pauimus? &c. Quasi suorum bonorum operum obliti: sed Christus: quandiu (inquit) fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Nequè solum bonis, sed etiam malis seruis soluere curat, quæ ipsi non petunt. Ezech. 16. habes Deū Ezech. 16.
prophetæ dicere: fili hominis Nabuchodonosor seruire fecit exercitum suum seruitute dura aduersus Tyrū, & merces non est data ei. Dabo illi Aegyptum. Vbi tu, simul obiter aduerte: quod merces ministris iustitiæ datur, cum peccatores ex Dei mandato puniunt.

¶ *Quod vni ex minimis meis &c.* Huius rei exemplum etiam habes Gene. Gene. 20.
20. Vbi ait Dominus Abimelech: ego scio quod simplici corde feceris: & ideò custodiui te, ne peccares in me: nam iniuriam iustis irrogatam, Nota.
Deus sibi acceptam fert. Domino peccat, qui amicum Dei lædit. Hinc & Christus in hoc loco: quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.
¶ *Amen dico vobis, quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Frāge ergo esurienti panem tuum, egenosque & vagos induc in domum tuam: quando id quod tribuis paupe- Eleemosyna quęppam peri tribuitur, Deo datur.
ri, Deo tribuis, vt in hoc loco ait. Si Deo non tribuis bucellam panis, quo pacto, aut quo animo petis ab eo regnum? petit a te pauper eleemosynam: non eam petit gratis: sed maiori pretio, quam quod possit in mundo excogitari, nempe: amore Dei. Audis amorem Dei: audis tam incomparabile pretium, & adhuc non moueris? O duritiem insignem. Si amas diuitias, custodi eas in cœlo: & ibi eas inuenies cum fœnore reseruatas: pauperes enim eas tibi securè in cœlū asportabūt. Ait. n. Sal. prou.

cap.

Prou.19. capit. 19. Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis: & vicissitudinem suam reddet ei. Et alibi: facere misericordiam & iudicium, magis placet Deo quàm victimæ. Et paulò post: qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, clamabit & non audietur. Et Iacobus Apostolus in Epistola sua: iudicium enim sine misericordia, illi qui non facit misericordiam. Contra verò de eleemosyna ait Tobias: eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat; & nō patietur animā ire in tenebras. Ideò ait Ecclesiasticus: pone thesaurum tuum in præceptis altissimi, & proderit tibi magis quàm aurum. Et alibi: ignem ardentem extinguit aqua; & eleemosyna resistit peccatis.

Prou. 21. Ibidem. b

Iacob. 2. c.

Tob. 4. b.

Eccli. 29. b.

Eccli. 3. d

¶ Quòd si scite desideras quo ordine eleemosyna est impartienda, lege Ecclesiastici capit. 12. Vbi dicitur: si bene feceris, scito cui feceris: & erit gratia in bonis tuis multa: benefac iusto, & inuenies retributionem magnam: etsi non ab ipso, certe à Domino. Non est ei bene, qui assiduus est in malis, & eleemosynas nō danti: quoniam altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus. Da misericordi, & non suscipias peccatorem: da bono, & non receperis peccatorem: benefac humili, & non dederis impio, prohibe panes illi dare, ne in ipsis potentior te sit. Nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis, quæcumquè feceris illi: quoniam altissimus odio habet peccatores, & impijs reddet vindictam. Hactenus Salo.

Eccle. 12 Quo ordine eleemosyna sit dāda.

¶ *Esuriui & non dedistis mihi manducare &c.* Gene. 4. ait Dominus ad Cain: vbi est fratrer tuus Abel? quo in loco considera obsecro; quod suā iniuriam dissimulat Deus: & tantum inquirit de his quæ Cain in fratrem impiè commiserat, adeò enim sanctis suis solicitus est, vt potius dissimulaturus sit quæ in eum committimus, quàm quæ in proximos: dicit enim: esuriui, & non dedistis mihi &c.

Gene. 4.

Nota.

¶ *Hospes eram, & non collegistis me.* Tantum Deo placet hospitalitas, vt sancto viro Abraham, quoniam erat hac virtute præditus: non solum homines sed angeli: imo Deus ipse, seseipsi in hospicium offerebat. Genesis. capi. 18. Hodie tamen perijsse videtur hoc opus misericordiæ: & ita à nobis abesse, vt nemo aliquem nisi amicum, aut sanguine iunctum, hospicio recipiat. Et cum quondam omnium hominum domus hospitalia fuerint, nunc communes domos ad hoc deputatæ defuerunt. Neque mihi obijcias, furem sub paupere timere, aut lubricum sub hospite. Nonne inter Christi discipulos, Iudas fur erat, & forsitam lubricus? sed nunquid Martha, eum venientem ad hospicium cum Christo expellit: cum tamen ipsa & soror, pudicitiæ suæ iustè timere possent? sed esto, pauper fur est & lubricus, & furetur argentum, expende quæso, vtrum deterius sit argentum ne an potius charitatem hospitem non recipiendo, perdere? & times ne forsitam amittas vtensilium aliquid, & non times virtutem, quæ sine dubio pretiosior est, amittere? quid quæ sc iudici dicturus es cum tibi dixerit: Hospes eram, & non collegistis me?

Hospitalitas cōmēdatur.

Gene. 18.

¶ *Ibunt hi in supplicium æternum.* Libet hic de laudibus inferni, cum

Guiller. Parisien. Guillermo Parisiensi aliquid dicere. Summa diuinaquè procuratione factum est, vt in hac mundi domo de inferno ad pœnas sumendas iniquorum hominum prouideretur. Quare infernus potiùs diligendus est, quã tanquam maius odio habẽdus: quattuor potissimum de causis. Infernus diligẽdus quattuor de causis. Prima. ¶ Prima, eò quòd pars non contemnenda sit domus regiæ, carcer. n. pars est domus regis valde necessaria: ibi enim, fures, raptores, & latrones, & omnes alij malefactores, vincti & compediti detinẽtur: & arctissimè custodiuntur, ne alij vlterius noceant. Secunda. ¶ Secũda, eò quòd sit formido & pauor multis. Nam eius saltem timore commoti, mali & scelerati deterrentur, ne quod animo cupiunt, opere cõpleãt. Tertia. ¶ Tertia, eòquòd innumerabiles peccatores, ad pœnitẽtiam, terrore suo trahat: ipsaquè scelera de cordibus suis expellat: timor Domini (inquit Eccle. 1. sapiens) expellit peccatum: quemadmodum enim aliquando, qui infirmitate aliqua laborant, Simile. subito aliquo & insperato timore conclusi, à febribus curari & mederi solent: sic peccatores ab ardore carnalium ac secularium desideriorum timore inferni plerumquè liberantur; quare, vt medicina salutaris diligendus est. Ex secunda ergo causa diligendus est infernus tanquam medicina præseruatiua, ex tertia verò tãquam medicina curatiua. Quarta. ¶ Tandem quarta sit, eò quòd omnes in Deum illatas contumelias, vindicat infernus. Quare non solùm amandus est amore & desiderio iustitiæ, hoc est, eò quòd locus sit vindictæ: sed etiam amore sincerissimo, quo Deum prosequimur. Si quis enim regem aliquem ex animo diligeret, seruum illius, qui omnes iniurias & contumelias aduersus illum illatas vindicaret, & qui de omnibus inimicis suis omnino vlcisceretur, non solùm diligeret, sed charissimum haberet. ¶ Hac ergo ratione potissimum infernus diligendus est à nobis. Audiant ergo peccatores omnes Domini sententiam: discedite à me maledicti in ignem æternum. Et dum in hac vita mortali sunt, timeant: ne in regis illo carcere perpetuo detrudantur. Audiant Domini conclusionem dicentis: ibunt hi in supplicium æternum: expauescant atquè à timore eius concipiant, & parturiant spiritum salutis. Audiant hæc eadem iusti, si suis desiderijs cedere nolunt, atque à sceleribus & peccatis præseruari. Audiant (inquam) iusti, & amore Dei affecti lætabuntur, cum viderint vindictam. Tunc enim lauabunt manus suas in sanguine peccatorum.

Cap. XXV. Finis.

¶ Cœnat IESVS cum discipulis, & traditus à Iuda, capitur à Iudæis.

Cap. XXVI.

ET factum est cum consumasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis,
Mar. 14. d Luc. 22. a scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atriũ principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas: & consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem: non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Cum
Ioã. 12. a. Mar. 14. a autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrũ vnguenti pretiosi: & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli, indignati sunt, dicentes, vt quid perditio hæc? potuit enim istud venundari multo, & dari pauperibus. Sciens autem Iesus, ait illis, quid molesti estis huic mulieri? opus bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscũ, me autem non semper habebitis. Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum: ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis, vbicunq; prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur, & quod hæc fecit, in memoriam eius. Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes ad principes sacerdotum: & ait illis. Quid vultis mihi dare, & ego vobis eũ tradã? at illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem vt eum traderet. Prima autem die azymorũ accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes. Vbi vis paremus tibi comedere pascha? At Iesus dixit. Mar. 14. b
Ite in ciuitatem ad quendam & Luc. 22. a
dicite ei. Magister dicit, tempus meũ prope est, apud te facio pascha cũ discipulis meis. Et fecerũt discipuli sicut cõstituit illis Iesus: & parauerunt pascha. Vespere aũt facto, discũbebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis, dixit. Amẽ dico vobis quia Mar. 14. b Luc. 22. b
vnus vestrũ me traditurus est. Ioh. 13. b.
Et contristati valde, cœperũt singuli dicere; nũquid ego sum Domine? At ille respondẽs ait. Qui intingit mecũ manũ in paropside

me tradet. Filius quidem hominis vadit: Sicut scriptũ est de illo:
Psal.50.c. væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Iudas qui tradidit eũ, dixit. Nunquid ego sum rabbi? Ait illi. Tu dixisti. Cœnantibus autem eis, accepit
1.Co.11.c pit Iesus panem, & benedixit ac fregit: deditquè discipulis suis, & ait. Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit: & dedit illis, dicens. Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis; non bibam à modo de hoc genimine vitis, vsq; in diem illum, cum illud bibam vobiscum, nouum in regno patris mei. Et hymno dicto exierũt in montem oliueti. Tunc dicit il
Mar.14.c lis Iesus, omnes vos scandalum
Luc. 2. d. Ioa. 16.a. 18.a. patiemini in me, in ista nocte,
Zach.13. c. scriptum est enim, percutiam pastorem, & dispergentur oues gre
Mar.16.b gis. Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi, etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Ait illi Iesus, Amen dico tibi, quia in hac nocte antequã gallus cantet, ter me negabis. Ait ille Petrus: etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. Tunc venit Iesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsemani: et dixit discipulis suis. Sedete hic, donec vadam illuc & orem. Et assumpto Petro, & duobus filijs Zebedæi, cœpit contristari, & mœstus esse. Tunc ait illis: tristis est anima mea vsquè ad mortem: sustinete hic, & vigilate mecum. Et progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans & dicens, Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos & inuenit eos dormientes: & dicit Petro. Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem: spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Iterum secundò abijt, & orauit dicens. Pater mi, si non potest hic calix trãsire nisi bibã illũ, fiat voluntas

Ioan.13.d (beside: rit me mori tecum)
Mar.14.d (beside: li dixerunt)
Luc.22.d (beside: Gethsemani)

tas tua, & venit iterum, & inue
nit eos dormientes: erant enim o-
culi eorũ grauati. Et relictis il-
lis iterum abijt, & orauit tertiò
eũdem sermonem dicens. Tũc
venit ad discipulos suos: & dicit
illis, Dormite iam & requiesci-
te: ecce appropinquat hora, & fi-
lius hominis tradetur in manus
peccatorum, surgite eamus: ecce
appropinquabit qui me tradet.
Adhuc eo loquente: ecce Iudas
vnus de duodecim venit, & cũ
eo turba multa cũ gladijs & fu-
Marc. 14 e. Luc. 22. c Ioh. 18. a. stibus, missi à principibus sacer-
dotũ, & senioribus populi. Qui
autem tradidit illũ, dedit illis sig
num, dicens, quemcumq; oscula
tus fuero: ipse est, tenete eum. Et
confestim accedens ad Iesum,
dixit, Aue rabbi: & osculatus
est eum. Dixitq; illi Iesus, Ami
ce ad quid venisti? Tunc ac-
cesserunt, & manus iniecerunt
in Iesum: & tenuerunt eum.
Et ecce vnus ex his qui erant
cum IESV, extendens ma-
num exemit gladium suum: &
percutiens seruum principis sa-
cerdotum, amputauit auricu-
Gene. 9. a Apo. 13. c. lam eius. Tunc ait illi Iesus.
Conuerte gladium tuum in lo-
cum suum: omnes enim qui ac-
ceperint gladium, gladio pe-
ribunt. An putas quia non
possum rogare patrem meum:
& exhibebit mihi modò, plus-
quàm duodecim legiones ange-
lorum? quomodo ergo implebun
tur scripturæ, quia sic oportet Eccl. 5. d.
fieri? In illa hora dixit Iesus tur
bis: Tanquam ad latronem
existis cum gladijs & fustibus
comprehendere me? quotidie
apud vos sedebam docens in tem
plo, & non me tenuistis. Hoc
autem totum factum est, vt Mar. 14. e
adimplerentur scripturæ Pro-
phetarum. Tunc discipuli
omnes relicto eo fugerunt. At
illi tenentes IESVM du- Mar. 14. f Luc. 22. f Ioel. 18. e
xerunt ad Caipham princi-
pem sacerdotum, vbi Scribæ
& seniores conuenerant. Pe-
trus autem sequebatur eum à
longè, vsquè in atrium principis
sacerdotum, & ingressus intro,
sedebat cum ministris, vt vide-
ret finem. Princeps autem sa-
cerdotum & omne concilium,
quærebant falsum testimonium
contra IESVM, vt eum
morti traderent: & non inuene-
rũt, cũ multi falsi testes accessissent.

Nouissimè autem venerunt duo falsi testes: & dixerunt. Hic dixit, possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: nihil respondes ad ea, quæ isti aduersus te testificantur? Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi, adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei. Dicit illi Iesus, Tu dixisti. Verumtamen dico vobis, Amodò videbitis filium hominis, sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicẽs, blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiã, quid vobis videtur? At illi respondentes, dixerunt. reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt: alij autem palmas in faciẽ eius dederunt, dicentes, prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Petrus verò sedebat foris in atrio: & accessit ad eum vna ancilla dicens, & tu cum Iesu Galilæo eras. At ille negauit coram omnibus, dicens. Nescio quid dicis. Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla: & ait his qui erant ibi. Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterum negauit cum iuramento, quia non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro, verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit. Tunc cœpit detestari & iurare, quia non nouisset hominem: & continuò gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi Iesu: quod dixerat, priusquàm gallus cantet ter me negabis, & egressus foras fleuit amarè.

Ioã. 2. c. Sup. 16. d 1. Tessa. 4 d. Rom. 14 b. Esai. 50. c. Mar. 14. f Luc. 22. f Ioã. 18. c.

Ad literam.

ET *factum est cum consummasset sermones hos.* Heb. pro & cum finisset &c.

¶ *Scitis quia post biduũ pascha fiet.* Hebræi, Pesah, dicunt, ante phase. Syri verò, Pisha, vnde pascha, idest, transitus. Nã eo die celebrabatur festũ diei, in quo noctu angelus trãsiens affligerat Aegyptios prætéritis Iudæis.

¶ *Qui dicebatur Cayphas.* Ab Anna Pontifice ad Caipham, mediarunt tres pontifices, quorum non meminit Euangelista: Ismael filius Labi: Eleazar filius Annæ: & Simon filius Camethi

Camethi:singuli per annum. Quibus successit Caiphas, anno quo christus passus est. Eusebius post Ioséphum li. antiqui. 18.c.8.

¶ *Scitis quia post biduum pascha fiet &c.* Et paucis interpositis ait: *Cum autem esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier, habens alabastrum &c.* Vel ex hoc loco colliges; multa Euangelistas narrare, sine vlla temporis consequentia, & ordine præposito. Hæc enim narrat Ioan. capit. 12. contigisse ante sex dies paschæ. Mathæus igitur & Marcus, nō seruant ordinem temporis: sed postquam dixerunt pascha futurum post biduum; deinde commemorauerūt: cum esset Iesus in Bethania. Ioannes verò seruauit ordinem temporis.

¶ *Tunc congregati sunt.* Erāt. *In atriū,* Vel in aulam.

¶ *Accessit ad eum mulier &c.* Et *effudit &c.* *Indignati sunt &c.* Per præteritum plusquàm perfectum verti possunt: accesserat: effuderat: indignati fuerant.

¶ *Indignati sunt discipuli.* Heb. numerus pluralis, pro singulari: vnus enim indignatus est scilicet Iudas: vt Ioannes ait. cap. 12. sic Iudicum. 3. sepultus est in vrbibus Galaad, secūdū tex. Heb. Et cap. sequenti ait Math. Latrones improperabāt ei. Vnus enim latro improperabat. Vt Luc. testatur cap. 23. De qua phrasi sępe insuperibus diximus.

Regula. Ioan. 12. Iudi. 3. Infra. 27. Luc. 23.

¶ *Potuit vnguentum istud &c.* Poterat.

¶ *Ad sepeliendum me fecit.* Fecerat, idest, hoc vnguentum fecerat, vt me sepeliendum vngeret, vel ad significandam sepulturam meam.

¶ *In memoriam eius.* Sub. mulieris.

¶ *Qui dicebatur Iudas Iscariotes.* De cognomine Iudæ Iscariothis vnde tractum sit non liquet. Nam Hiero. lib. 9. in Esaiā circa principium, ait: Iudas fuit ex tribu Ephraim: de vico eiusdem tribus Iscarioth. Et super ca. 10. Math. sibi non constans, Ait: Iudas Iscariothes, vel à vico, vel ab vrbe, in qua ortus est, vel à tribu Isachar, vocabulum sumpsit. Vt quodam vaticinio in condemnationem sui natus sit. Isachar enim interpretatur merces; vt significetur precium proditionis.

D. Hiero. libr. 9. in Esaiam.

¶ *Triginta argenteos.* Sub. siclos. Familiare est Hebræis in hoc dicendi genere, subaudire siclum. Intellige autem profanum, qui valebat decem obolos. Siclus enim sanctuarij valebat viginti obolos, siue quattuor drachmas. Siclus verò vulgaris Hebræorum decem obolos, siue duas drachmas, qui conuenit quoad pondus, & æstimationem, ferè duobus numis regalibus argenteis, quibus modò Hispani vtimur.

Nota. Vi. Co. de numismatum collatione c. 3.

¶ *Vt eum traderet.* Vel proderet.

¶ *Ite in ciuitatem ad quendam.* Tondîna. Significat: certum quemdam, quem tūc nominauit Christus, Euāgelista autem non nominat. Id á fulano.

¶ *Qui intingit.* Græ. intingit, vel intinxerit. Nam & hoc potest significare vox Græca.

¶ *Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo.* Idest: ego quidé ad supplicium rapior, vt impleatur scriptura sacra, vel Iudas abiturus est vt me prodat.

¶ *Bonum erat illi.* Idest, vtilissimū fuisset illi. Heb. positiuum ponit pro cōparatiuo siue superlatiuo, quibus carent Hebræi. Bonum est confidere in Domino quam confidere in homine Psal. 117

mine, ait psalmista.

¶ *Respondens autem Iudas.* Heb. tūc loquutus est Iudas. Vi. sup. capit. 11. ibi: respondens Iesus, dixit: Cōfiteor tibi pater &c.

¶ *Qui tradidit eum.* Vel prodidit.

¶ *Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit &c.* Nam inuisibilis sacerdos, visibiles creaturas, in substantiam corporis & sanguinis sui, verbo suo, secreta potestate conuertit, ita dicens: Accipite & comedite &c. Et sanctificatione repetita: accipite, & bibite &c. Eusebius Emise. ho. 5. de pascha.

Eusebius.

¶ *Hoc est corpus meum.* Liquet igitur, quod præter naturæ ordinem virgo generauit: & hoc quod conficimus corpus ex virgine est. Quid igitur quæris naturæ ordinē in Christi corpore: cum præter naturam sit ipse Dominus Iesus partus ex virgine? Vera vtiq; caro Christi quæ crucifixa est, quæ sepulta est. Verè ergo carnis illius sacramentum est. Ipse clamat Dominus IESVS: Hoc est corpus meum. Ante benedictionem verborum cœlestium, alia species nominatur, post consecrationem corpus Christi significatur. Ipse dicit sanguinem suum. Ante consecrationem aliud dicitur, post consecrationem sanguis nuncupatur. Ambrosius de ijs qui initiantur mysterijs. cap. 9.

Ambros.

¶ *Hoc est corpus meum.* Est, in propria significatione accipiendum est, etiam si rumpantur omnes hæretici. Cum nostræ sententiæ subscribant vniuersi antiqui patres, sanctitate & eruditione illustres. Vide Chrysost. hom. 83. in Math. credamus (inquit) vbiquè Deo, nequè ei repugnemus: etiam si sensui nostro & cogitationi absurdum esse videatur quod dicit. In omnibus & præcipuè in mysterijs ita faciamus, non illa quæ ante nos iacent solummodo inspicientes, sed verba quoquè eius teneamus. Nam verbis eius defraudari non possumus: sensus verò noster deceptu facilis est, illa falsa esse non possunt, hic sæpe fallitur. Quoniam ergo ille dicit: hoc est corpus meum, nulla teneamur ambiguitate: sed credamus: & oculis intellectus id aspiciamus. Idē docet hom. 60. ad populum, & hom. 50. in Math. Item Tertul. de resurrectione carnis. Caro corpore & sanguine Christi vescitur, vt anima Deo saginetur. Ambro. loco sup. allegato.

Est, in propria significatione accipitur in hoc loco. Chrisost. hom. 83.

Idem.

Tertulia.

¶ Porrò Lutherani, sum, es, fui, pro significo positum autumant in verbis illis consecrationis. Sicut in illis: petra autem erat Christus. Sed in significatione propria accipiendum esse, docent omnes (vt diximus) patres antiqui. Quibus potius subscribendū esse quam istis obscurissimis hæreticis, docet ecclesia omnis.

Error Lutheranorum.

1. Cor. 10

¶ *Hic est sanguis noui testamenti.* Idest, qui pertinet ad confirmationē noui fœderis, quo peccatorū remissio datur veris Christi fidelibus.

¶ *Qui pro vobis & pro multis effundetur.* Multi, in sacra scriptura vt alibi diximus aliquando pro omnibus accipiūtur. Math. 20. Filius hominis, non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis, idest, pro omnibus. Et in hoc loco: qui pro vobis & pro multis effundetur, idest, pro omnibus effundetur. Ita Theophy. in istorum locorum expositione.

Multi, pro omnibus accipitur in sacra scriptura. Supr. 20.

Theophy.

¶ *Effundetur.* Effunditur. *De hoc genimine vitis.* Fructu vitis, periphrasis est vini.

¶ Do-

¶ *Donec bibam illud nouum*. Idest, quod nouum erit & admirabile. *In regno patris mei*. Idest, cum resurrexero, & accepero regnum.

¶ *Et hymno dicto*. Cum cecinissent laudes. Cum hymnum cecinissent. Vt intelligas: Apostolos dixisse hymnos non tantũ Christum.

¶ *Omnes vos scandalum patiemini in me*. In me, Heb. idest, cum me hodie ad supplicium rapi videbitis. Offendet hoc vobis, & hac de causa deficietis à me. Sic supra capit. 11. Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Idest, propter me, vel propter abiectionem meam.

Supr. 11.

¶ *Scriptum est: percutiam pastorem, & dispergentur oues*. Non refert Euangelista verba, sed sententiã. Sic enim ait Zacha. capi. 13. Framea suscitare super pastorem &c. Percute pastoré, & dispergentur oues. Quare notandum: Euangelistas eandem rem plerumquè inuersis, imò penè diuersis verbis atquè præposteris explicare, prouidente Spiritu sancto, cui (vt inquit Hiero.) curæ fuit non verba, aut syllabas aucupari, sed sententias dogmatum ponere, vt in hoc loco vides. Vnde pro documento tenendũ est, in sacra scriptura & pronunciari & significari quicquid ex necessitate consequens est. In eo igitur quod Deus pater apud prophetã alloquẽs gladium suum dixit, percute pastoré, satis intelligitur Deum patrem percussurum esse filium. Verè igitur dixit Math. scriptum esse: percutiam pastorem: volens, hoc in scriptura esse significatum.

Zach. 13. Regula. D. Hiero.

¶ *Respondens autem Petrus*. Heb. pro, tunc verba faciens, vt sup. c. 11. ibi: respondens Iesus, dixit: confiteor tibi pater.

¶ *Tunc venit Iesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsemani*. Siue in locum, qui dicitur &c. Id enim significat Chorion. Porro Gethsemani, Hebræis sonat, vallis pinguissima, ea est ad radices montis Olíueti, vt testatur Hiero. in locis Hebraicis.

¶ *Tristis est anima mea &c*. Nõ enim in corpore solum Christus Deus noster dolores tulit, sed etiã in anima: quemadmodum & mater eius, de qua dicitur: Tuam ipsius animam, gladius pertransibit. Erat enim tristis mater iuxta crucem, doloribus trãsfixa: & quot vulnera erant in corpore filij dispersa, tot erant in anima matris coniuncta: gladius qui carnes occideret visus est sæpe; sed qui animam cruentaret & transfigeret, solus in matre visus est. Lancea quæ latus filij aperuit, animam matris percussit: & omnes sanguinis fluuij qui ex venis filij exibant, viscera matris penetrabant.

Luc. 2.

¶ *Transeat à me calix iste*. Idest, libera me ab hoc acerbissimo mortis genere.

¶ *Vt non intretis in tentationem*. Vt nõ incidatis in tentationem, vel nõ succumbatis tentationi, vel cedatis tentationi: porque no entreys enel lazo.

¶ *Spiritus quidem prõptus est, caro autem* (idest humanitas) *infirma*. Idest, tẽtator animosus est, & potens: homo autem admodum imbecillis, vt sine Deo non possit resistere: ideo scilicet oportet vigilare, & orare.

Nota.

¶ *Dormite iam & requiescite*. Nonnullam habet hic sermo Christi Ironiam, quasi dicat: Hactenus non potui à vobis impetrare, vt paulisper mecum vigilaretis: nunc ipsa res excitabit vos, cum videritis meum supplicium, & vestrum periculum. Atquè

Ironica locutio.

què ita probè quadrant ea quæ consequuntur: Surgite, ecce appropinquat iam. Vide Theophy. super Marcum.

¶ *Ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur.* Heb. pro vt filius hominis tradatur. *In manus peccatorum.* Vel flagitiosorum.

¶ *Gladio peribunt.* Subau. secundum legem, quæ iubet homicidas interfici.

¶ *An putas quia non possum rogare patrem meum: & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum?* His verbis ostendit voluntariam fuisse eius passionem. Hoc idem ostende-
Psal. 37.d rat, ita apud Psalmistam dicens: quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo sem-
Esai. 50. per. Et apud Esai. cap. 50. Ego autem non contradico, retrorsum non abij: corpus meum dedi percutientibus me. Attendite: non solum non restitit, sed se obtulit. Corpus suũ dedit, illud vulnerantibus & conspuentibus. Aspice quàm aperte indicet, cruciatus suos voluntariè substinuisse. Id his verbis prædixerat in suis lamé-
Thre. 3.d. tis Hieremias: dabit percutienti se maxillã: saturabitur opprobrijs. Et
Esai. 53.b. Esai. ait: oblatus est quia ipse voluit. Vide quæ annotauimus cap. 20. in illa verba ecce ascendimus Hierosolymam consideratione septima: ad mores componendos.

¶ *Quomodo ergo implebuntur scripturæ quòd sic oporteat fieri.* Sub. quæ tradunt, quòd talia oporteat euenire.

¶ *Vsquè ad atrium.* Vel aulam.

¶ *Et non inuenerunt.* Sub. idoneum testem. *Cum multi falsi testes accessissent.*

¶ *Et respondens princeps sacerdotum.* Heb. pro verba faciens iterũ loquẽs. Vi. sup. c. 11. ibi: respondens Iesus.

¶ *Adiuro te per Deum viuum.* Idest, peto à te vt nobis dicas, iurando per Deum viuum.

¶ *Tu dixisti.* Idest, id quod dixisti scilicet sum.

¶ *Videbitis filium hominis sedentem á dextris* (à dextera) *Virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.* idest, videbitis me resurrexisse, sessurum ad dexteram Dei potentissimam, & iudicaturum orbem. De se loquitur in tertia persona.

¶ *A dextris.* Plu. nu. in tali sermone Græcis est.

¶ *Virtutis Dei.* Potẽtiæ Dei. Heb. pro potenti.

¶ *Scidit vestimenta sua.* Mos erat Hebræis (ait Hiero.) scindere vestimẽta quando aliquid contra Deum audiebant. Sic Paul. & Barnabas. Acto. Acto. 14.
14. Fecisse legimus, quando deorum cultu venerabantur. Hoc etiam fiebat, cum graue aliquid ac lamentabile substinebant. Scindebãt enim vestimẽta sua, & cinerẽ capiti suo aspergebant, vt ex Iob constat, & ex Iacob, quando annunciata fuit ei mors Ioseph. Et ex alijs. Hoc etiam fiebat in signum mœroris & tristitiæ, vt apud Ioel: scindite corda vestra, & non ve- Ioel. 2.c.
stimenta vestra.

¶ *Loquela tua manifestum te facit.* Vel lingua tua te prodit.

Ad mores.

E T *factum est cum consumasset Iesus sermones hos omnes: Dixit discipulis suis: scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur.*

Postquam Christus Dominus fini- Quare post memoriã mu-
uit omnes de secundo aduẽtu sermones, & de gloria & maiestate qua

yentu-

gestatis qua venturus est, statim meminit suę passionis.

venturus est: statim passionis meminit: statimquè se passurum ostendit: vt sacramentum crucis admixtum esse gloriæ ęternitatis admoneat. Quasi qui compatitur Christo crucifixo, iudicium extremum non timeat. Coniuncta enim sunt veluti finalis causa & effectus, gloria æternitatis, & passionis meritum. Post aduentum ergo maiestatis, subdit passionis humilitatem, vt causam illius. Passionis enim effectus aut causa finalis est gloria æternitatis. Vnde Paulus ait: Christus factus est pro nobis obediens vsquè ad mortem, propter quod Deus exaltauit illum.

Phil. 2.b.

¶ *Pascha fiet.* Transitus iste figura erat transitus Christi de hoc mundo ad patrem. Eius ergo exemplo, & nos transeamus per pœnitentiam, per martyrium, per afflictiones, de hoc mundo ad patrem: vt dicere possimus: transiuimus per ignem & aquā. Transeamus (inquam) mentis desiderio, cœlestia anhelando, secundum illud: transite ad me, omnes qui concupiscitis me.

Psal. 65.c

Eccli. 24.c.

A quibus Christus traditus est ostéditur.

¶ *Filius hominis tradetur.* A patre scilicet, nam sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum non solùm daret, sed traderet. A Spiritu sancto etiam propter suam erga nos benignitatem, ab eodem quoq; filio hominis, vt patris voluntatem adimpleret. Tradetur (inquam) à Iuda, turpis lucri gratia, pecuniarumquè cupiditate commoto. Tradetur etiam Pilato à Iudæis inuidia & odio affectis. Tradetur præterea à diabolo formidanti ne filij hominis doctrina & miraculis singulariquè vita, mundus totus ad Deum conuertatur. Maximas ergo gratias toti triadi agere debemus, quæ propter nos homines, & propter nostram salutem, filium hominis tradi voluit: Iudas tamen & reliqui Iudæi detestandi à nobis sunt, qui malo animo, peruersoquè consilio, illum crucifigendū tradiderunt.

¶ *Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi &c. Et consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent & occiderent.* Attende obsecro & considera quòd principes & seniores sunt, qui Dominum occidere tentant, & cōsilium aduersus eum cogunt. A principibus & senioribus egressa est iniquitas in Babylone. Sic modo maiores sunt, qui pręcipue contra Christū insurgunt: qui maiora scandala in republica quàm reliquum vulgus excitant. Vnde Bernar. O bonè Iesu; totus mundus videtur contra te coniurasse: & hi in persecutione tua primi sunt, qui videntur regere populum, dirigere principatum.

A principibus & maioribus vt in plurimū egreditur iam iniquitas

Dan. 13.a

D. Bern.

¶ *Tunc abijt vnus de duodecim qui vocabatur Iudas ad principes sacerdotum &c.* Iudas ad congregationem abijt, vbi Christum vendidit. Sic nos spectacula adire solemus, vbi Christum pro modica tentatione, aut modico pretio vendimus. Iudas triginta argenteis Christum vendidit: nos autem multoties multo minori pretio. Vnde Leo Papa ait: quod anima lucri cupida etiam pro exiguo perire nō metuit: nullumquè in illo corde est iustitiæ vestigium, in quo sibi auaritia fecit habitaculum. Infelix mercator Iudas, qui tantum dedit pro tanto: Deum pro nummo: verum pro vano: æternum pro transitorio. Itaquè vnus de duodecim numero, non merito: nomine non munere: corpore non animo: à principibus non inuitatur, non cogitur, nulla necessitate cōstringitur, sed propria sponte processit,

Spectacula vitanda

Multo minori pretio quàm Iudas nos multoties Christū vēdimus.

Leo Pap.

processit, & propria malignitate cōsilium sceleratæ mentis iniit. Nec in venditione magistri, certam postulauit summam, vt de re cara fieri solet: sed quasi vile tradens & venale exponens mācipium, in potestate emētium posuit, quantum dare vellent. Cum enim vilia exponuntur, solet quærere venditor ab emptore: quantum dabis: cum autem cara, è conuerso ait: tantum dabis. Heu quot sunt principes, quot prælati, quot sacerdotes, qui iudicia ac beneficia, imo ipsa etiam sacramena, vendere non cessant, dicentes sæpius etsi non verbo, re ipsa tamen quod statim Euangelista nomine Iudæ subiungit.

Detestāda est simonia.

¶ *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* Vnde D. Bernar. ait: quāti hodie de his qui animas regere susceperunt (quod sine miserabili gemitu non est dicendum) Christi opprobria, flagella, clauos, lanceam, crucē, mortem, in fornace auaritiæ conflāt, hoc solo à Iuda differentes; quod ille omnium horum emolumentum denariorum numero compensauit: isti voratoria ingluuie lucrum infinitas exigunt pecunias: his inhiāt: timēt ne amittant: in harum amore quiescunt: animarum apud eos nec casus reputatur, nec salus; cum sint de patrimonio Christi nimium impinguati, incrasati, dilatati, non compatiuntur super contritione Ioseph. Hæc Ber.

Bernard.

¶ *Quid vultis mihi dare? &c.* Multi (inquit Beda) hoc Iudæ scelus committunt. Nam cum pro muneribus falsum testimonium dicunt, Dominum qui ipsa veritas est, pro pecunia negant. Cum fraternitatem, discordiæ peste commaculant, Dominum produnt, quia Deus charitas est. Deniquè omnis (vt Origenes ait) qui pro temporalibus & mundialibus rebus, iustitiam deserunt, Deum qui est iustitia vendunt. Præterea, qui dat mihi pecunias vt me ad peccandum alliciat, auferre vult à me Christum: atquè ego consentiendo vendo Christum: nequè tamen ille emendo retinet, sicut nequè ego: sed nec mihi, nec tibi. Sic fuit de Iuda, & Iudæis, quorum neuter Christum retinuit: sed acquisitus est nobis fidelibus. Vnde Rab. Exulta christiane, in comercio inimicorum tuorū vicisti: quod Iudas vendidit, & Iudæus emit, hoc tu acquisisti. Noster enim Christus, non Iudæorum qui eum emerunt. Non ergo Christum peccando vendamus. sed potiùs nos ipsos pro illo. Si enim ipse Dominus & saluator, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, pro nobis tam vili æstimari, ac vēdi voluit. nos qui reuera tam viles sumus, cur pro illo vilipendi, imo nihilipendi recusabimus? Si ipse (vt Dauid ait) propter nos substinuit opprobrium: quare nos propter illum, non hoc idem substinebimus? Vendant ergo alij auro patriam: vendamus & nos Christo nos ipsos.

Beda. Multi hoc peccatum Iudæ com mittunt modo.

Origenes.

Rab.

Psal. 43. b

¶ Quod si Christum emere concupiscis, non eum iniquo animo sicut Iudæi fecerunt, sed eleemosynis & studiosis actionibus eme. Quod si pecuniam non habes præbe illi cortuum: ipse enim illud pro pretio postulat, dicens: fili, præbe mihi cor tuum.

Pro. 23. c

¶ *Vbi vis paremus tibi comedere pascha? &c. Ite in ciuitatem ad quendam &c.* In hoc loco satis apparet Christi maxima paupertas. Ita enim pauper erat, vt nec domicilium, nec receptaculū habe-

Paupertas Christi ostenditur.

haberet, nec vnde agnum paschalem emere posset pecunia illi suppeditabat. Atquè eam ob causam interrogát discipuli: vnde vellet, vt pararét sibi pascha. Audiant hæc & erubescant, quibus maxima cura & solicitudo est, in ædificandis domibus sumptuosis, & erigẽdis magnis ædificijs: & quibus maximum studium est, in acquirendis & congregandis thesauris. Cognoscant Christum omnium Dominum: quia locum vbi cœnaret, aut caput reclinaret, aut cibum quem sumeret, aut pecuniam qua emeret, nõ habebat. Intelligant, se nõ longè abesse ab infidelibus, idola & opera manuum hominum colentibus. Totum conatum atquè omne studium, in domibus splendidis erigendis, aut in pecunijs procurandis, adhibere: quid quæso aliud est, quàm ligna vel lapides, aut argentum & aurum cum gentibus colere?

Cœnaculũ Sion commẽdatur.

¶ *Et fecerunt sicut constituit illis Iesus; & parauerunt pascha.* Ibi pascha manducauerũt: ibi post resurrectionem Domini discipuli, propter metũ Iudæorum latuerunt: ibi Spiritum sanctũ in die Pentecostes receperũt: ac multa & magna per Dominum ibi facta sunt. Hic mons Sion, mons coagulatus, mons pinguis; mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: & multa ac mira operari, quasi fauus distillans dulcedinem, & flos redolens suauitatis odorem, pias mẽtes sui recordatione afficit: confortat & reficit: ac sanctitatis suæ præeminentia consolatur, & pascit.

Psal. 67. c.

¶ *Et edentibus illis, dixit: amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est.* Maxima profectò ingratitudo fuit Iudæ, tradere suum cõmensalem, imò Dominum, & nutritorem suum. Hoc idem posset hodie de multis sacerdotibus Dominus meritò dicere, qui mensam Domini indignè attingere præsumunt. Qui rursum quantum in illis est, merito scelerum suorum Dei filium iterum crucifigendum tradunt. In eo enim quod Christus suum proditorem in mensa denuntiauit, significare voluit; multos nunc proditorum animis ad mẽsam suam venire. Maius autem & grauius peccatum & crimen est, Christum iam in cœlis regnantem tradere peccatoribus membris, quàm in terris ambulantem peccatoribus Iudæis. Vnde Beda ait: sed & hodie quoquè & in sempiternum, væ homini illi, qui ad mensam Domini malignus accedit: qui insidijs mẽte conditis: qui præcordijs aliquo scelere pollutis, mysteriorum Christi secretis, participare non metuit. Et ille enim in exemplum Iudæ filiũ hominis tradit; non quidem iudæis peccatoribus: sed tamẽ peccatoribus membris, videlicet, suis, quibus illud inæstimabile & immolabile Domini corpus, violare præsumit. Væ (inquã) illi homini, de quo, Iesus qui altaribus sacrosanctis inter immolandum, vt pote proposita consecraturus, adesse non dubitatur, astantibus sibi ministris cœlestibus conqueri cogitur: ecce (inquit) manus tradentis me est in mensa mecum. Hæc Beda. ¶ Considera autem Dei pietatem & misericordiam, qui coram astãtibus, de proditore prædicit: nõ solum vt se Deũ ostenderet de futuris contingẽtibus prouidẽdo: non solum etiam, vt ostẽderet se sponte velle mortem subire, quandoquidẽ præcauere posset mortem, quam præsciebat: sed vt proditorem sceleris sui pœniteret, scientem, pecca

Contra sacerdotes sceleratos.

Beda.

Quare Christus Iudæ peccatũ prædixit.

D.Hiero. peccatum suum Christum non latere. Vnde Hierony. ait: qui de passione prædixerat, & de proditore prædicit, dans locum pœnitentiæ: vt cum intellexisset scire cogitationes suas, & occulta cordis consilia, pœniteret eum facti sui. Et tamen non designat eum specialiter, ne manifestè coargutus impudentior fiat: sed mittit crimen in numero, vt cōscius pœnitentiam agat. Hæc Hiero.

Quatuor modis solent homines à malo incępto reuocari. ¶Considera præterea, quod solēt homines á malo incœpto reuocari, nunc pudore, nunc timore, nunc beneficijs, nunc blanditijs. Quæ omnia tentauit Dominus, vt Iudas ab incœpto cessaret: nihil tamen profuit. Vt illum puderet ait: Amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est: Vt timore corriperetur, ait: bonum erat ei, si natus non fuisset: vt beneficijs alliceretur: illum ad mensam suam recepit: pedes illius lauat & osculatur: tandem suauibus verbis eum alloquitur, dicens: Amice, ad quid venisti? Vt discant prælati subditis suis peccantibus, tanta exhibere beneficia, vt illi commoueri possint ad pœnitētiā, & à vita ante acta reuocari. Sed tamen miserrimus Iudas, nullo horum frangi voluit, quo minus hominem traderet, quē Dei filium esse nouerat.

Quomodo prælati subditos corrigere debeant.

¶*Qui intingit mecum manum in paropside &c.* Considera Christi, & humilitatem & amorem, qui non dedignatur cum pauperibus illis discipulis, & Iuda proditore, in eadem mensa, eodem cibo & potu, eodem cathino & calice, magister & Dominus participare. Non sic hodie multi religiosi faciūt, qui multo aliter quám fratres sui refici, non erubescunt.

¶*Accepit panem &c. Hoc est corpus meum, & accipiens calicem &c.* Ecce hoc in loco diuinus hic sponsus, admirabile instituit sacramentum, quo spōsa sua ecclesia reficeretur. Libet in hoc loco, non de hoc tam ineffabili sacramento verba facere, sed de causis quibus Christus commotus, hoc tam admirandum conuiuium instituit: vt illum immenso amore prosequamur, immensasquè gratias pro tanto beneficio referamus. ¶Institutum est igitur hoc Sacramentum: primò in memoriam Dominicę passionis. Vnde Hiero. hanc vltimam memoriā nobis reliquit; quemadmodum si quis peregrè proficiscens, aliquod pignus ei quem diligit, relinquit: vt quotiescumquè illud viderit, possit & eius beneficia & amicitias memorari, quō si ille perfectè diligeret, sine ingenti illud desiderio vel fletu non potest videre. Ideò hoc saluator tradidit sacramentum, vt per hoc semper commemoraremur; quia pro nobis mortuus est. Nam & ideò cum accipimus, à sacerdote commonemur; quia corpus, & sanguis est Christi, vt non simus ingrati tantis eius beneficijs. Hæc Hierony. Secundo institutum est, in signum singularis & præcipuæ dilectionis, & imitationis. Tertio in robur confirmationis, contra lapsus infirmæ naturæ. Quarto, in purificationem & emundationem animæ; & in nutrimentum eius. Quinto in viaticum nostrę peregrinationis. Sexto, in pignus, & in Arrham, habendæ & possidendæ hæreditatis. Septimo, in remedium satisfactionis pro peccatis. Vnde sanguine Christi, corpus & animam linimus: quoniam sanguis agni, super vtrumq; postem domus positus, Israelitas ab angelo exterminatore liberauit.

Christi humilitas & amor erga suos commēdatur.

Instituendi sacramenti causæ. 1. causa.

D. Hiero.

Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta. Septima. Figura.

¶Acci-

Quare Christus consecrat & præbet hoc sacramentum suis.

¶ *Accipite.* Christus consecrat & administrat Sacramentum suis: vt doceat prælatos, subditos suos in die cœnę communicare. Sumit autem etiam ipse corpus suum imminente morte: vt doceat nos etiam, morte instante communicare sacramentaliter si possumus: sin autem fide vt ait Aug.

Quare ipse sumpsit corp9 suũ imminente morte. Augusti.

Beda. Quare gratias agit.

¶ *Gratias egit.* Beda: sicut de veteribus terminandis egerat: sic & de nouis incipiẽdis, gratias agit, nobis pariter exemplum tribuẽs, in omni boni operis inchoatione vel perfectione, patrem qui in cœlis est glorificãdum esse.

Solicitudo prælatorum pro salute suorum necessaria.

Thre. 4. a.

¶ *Fregit, deditquè discipulis.* Sic solliciti prælati pro suorum salute, frangere panem spiritualem doctrinæ debent: & præbere subditis suis: ne de illis dicatur quod Hiere. ait: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.

Quomodo dignè accedem9 ad hãc mẽsam. Chryso.

¶ *Accipite & comedite, hoc est corpus meum.* Si igitur dignè accedere velimus ad comedendum, nullus, vt ait Chrysost. Iudas adsit, nullus auarus, nullus inhumanus accedat, nullus crudelis & immisericors, nullus denique immundus. Si quis non est discipulus, discedat: non recipit eos qui non sunt tales hæc mensa: cum discipulis enim meis (ait) facio pascha. Hæc est illa mensa, & nihil minus illa habet: hoc illud est cœnaculum, vbi tunc fuerunt: Hinc ad montem oliuarum exierunt. Exeamus & nos in manus pauperum: hæc enim regio, mons est oliuarum: oliuæ enim sunt plãtatę in domo Domini, idest pauperum multitudo stillat oleum, quod hoc est vtile nobis: ita enim & Deum propitium habebimus, & multam assumemus mercedem. Hæc D. Chrysosto.

Quare Christus primùm lauit pedes discipulorũ suorũ deinde huius sacramenti fecit eos participes.

¶ Præterea animaduerte obsecro: quod Christus, primùm lauit pedes discipulorum: deinde eos, mysterij huius fecit esse participes: Vt discamus, quod primum purificari nos oporteat, deinde participare. Carbonem vidit Esaias. Carbo autem, non est simpliciter lignum, sed lignum ignitum. Illuminat quidem carbo huius mysterij eos qui digni sunt, indignos verò inflammat, iuxta duplicem ignis operationem: inflammat autem puniendo, & absumendo.

Gene. 22.

Figura.

¶ *Percutiam pastorem & dispergentur &c.* Genesis cap. 22. Percussit Abraham arietem, & obtulit holocaustum pro filio. Magnum autem mysterium in hoc ariete præostensum est. Primò enim quod aries non Isaac immolatur; ostenditur: Isaac non esse verum illud sacrificium quod Deum placaret. Secundò quod aries retro hæret, significabat: quod post multa tempora venturus esset, qui suo sanguine Deum placaret. Aries hic, Christum significat maximè humanitatem eius. Vnde Ioan. de Christo: Ecce agnus Dei. Congruè autem aries inter vepres hærebat: quia tota Christi vita, inter spinas tentationis fuit. Vterq; igitur, tam Isaac quàm aries præfigurauit Christũ, sed dissimiliter: Isaac diuinam in Christo naturã aries humanam. Ideò Isaac quidem ad mortem ducitur, sed non moritur, quia diuinitas nõ potuit pati aut mori: sed solus aries, idest, humanitas. ¶ Vel aliter: Isaac significat animã Chri: sicut .n. Isaac: obediẽtia, volũtate, angustia, & plusquàm dolorib9 mortis obrut9, euasit: sic Chrĩ aĩa dolores & lãguores omnes, quos spirit9 bon9 sustine

re potest, substinuit pro nobis. Aries autem combustus, est corpus Domini crucifixum, mortuũ, sepultũ, ambo Deo oblata, & accepta Deo, pro omnium hominum salute. Ipse igitur Deus pater, filiũ suũ ad mortem duxit, ligauit, gladiũ exemit, quemadmodum in propheta dicit: framea suscitare super pastorem meum &c. Percute pastorẽ &c. Nisi enim Deus filium suum tradidisset, nihil ei homines facere potuissent. Vnde hodie Christus iturus ad passionẽ, hunc locum allegauit, dicens: scriptum est enim: percutiam pastorem &c.

¶ *Scriptum est enim: percutiam pastorem.* Verba sunt Dei patris, qui dicitur percussisse filium, quoniã eũ percuti permisit. Ita intelligitur id quod dicitur in psalmo: quoniã quẽ tu percussisti persequuti sunt. Quẽ psalmum apostoli multis in locis de Christo interpretãtur. Et si quæras, quã ob causam percussꝰ fuerit à Deo: andi eundẽ apud Esai. dicentẽ: propter scelꝰ populi mei percusi eũ. Vbi aspicis fuisse Deũ percussum & mortuum, vt crimina nostra deleret, & antiqui hostis tyrãnidẽ extingueret. Offenderũt homines Deũ, erant illi debitores, non poterant per se soluere: venit Christus vt solueret pro illis, volens in redẽptione nostra, iustitiã suã ostendere. Id indicauit Paul. ad Ro. 3. ita scribens: iustificati gratis per gratiã ipsius, per redẽptionẽ quæ est in Christo Iesu, quẽ proposuit Deus propiciatorẽ, per fidẽ in sanguine ipsius, ad ostensionẽ iustitiæ, propter remissionem præcedentiũ delictorũ in substentatione Dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore. Hæc Apostolus. Eramus mortui, percussꝰ est Christus à Deo, & mortuus vt nos viueremus. Hoc fuerat in Eliseo mortuo figuratum. Est enim in 4. Reg. scriptũ: quosdam sepeliẽtes quendã mortuũ, vidisse venientes latrones, quorũ metu proijciẽtes cadauer in sepulchrũ Elisei, se in fugã cõiecerũt. Cum aũt homo mortuus ossa viri sancti tetigisset, reuixit statim, & stetit super pedes suos. Quis est hic mortuus, nisi homo in peccato viuẽs? quod cadauer est hoc, nisi hominum genus vitijs contaminatũ? qui sunt hi qui illũ sepeliunt, nisi deprauati appetitus, fallæ voluptates, & nefariæ cogitationes? hæ hominẽ non solum omnibus virtutum ornamentis spoliant, grauissimisq; vulneribus saucium occidunt, sed etiam in ipsis peccatis sepeliunt, & latronibus, hoc est mundo, carni & diabolo, expositum relinquunt. At cœlestis ille Elisæus Christus Deus noster, morte sua, eum exsuscitat: mortuus vitam tribuit, & sepultus resurrectionem operatur. Nos verò qui Christiano nomine gloriamur, intueamur Christum pro nobis acerbissimè à Deo percussum: respiciamus ad caput nostrum, nec velimus voluptatibus nos tradere. Quæ proportio est, vt percusso capite, mẽbra lætitia gestiant? Tollamus igitur crucem nostram, & ducem Christum sequamur, si volumus spirituali gaudio perfundi: non enim possunt duo gaudia, Dei & mundi in eodem animo simul cohærere. Nam vt Diuus Bernar. ait: errat omnino, qui cœlestem illam dulcedinem huic cineri, diuinum illud balsamum huic veneno, misceri posse arbitratur.

¶ *Etsi omnes scandalizati fuerint, ego nunquam &c.* Plerumquè contingit vt qui alijs in virtute se præferũt, turpius

[Margin notes: Psal. 68. — Quare Christus fuit à Deo percussus. Esai. 53. — Roma. 3. — 4. Reg. 1. — Figura. — Bernard]

ãlijs cadant;vt in Petro videmus accidisse.

D.Hiero.

¶*Amen dico tibi quia &c.Ter me negabis*. Nemo ergo(vt Hierony.ait) in se, nemo in viribus suis confidere potest. quia omnis constãtia, omnis virtus & fortitudo, nõ hominis sed Dei est. Quantum ergo cõfidimus (inquit Remigius) de ardore fidei, tantum timeamus de carnis fragilitate. Quare verò Deus, Petrum cadere permiserit, docent sancti: Primò, vt nullus dese præsumat: secũdo, vt plus Christo quã sibi quisq; credat: tertiò vt Petri Dominus comprimeret audaciam: quartò, vt nos exemplo eius instrueremur humanã fragilitatẽ excogitãtes,& Dei veritatem: quinto, vt Petrus cæteriq; prælati discerent, qualiter subditis compati deberẽt: sextò, vt error hæreticorum omniũ, vel hinc confunderetur, existimantium charitatem semel habitam nõ amitti, neq; amissam recuperari posse; cuius oppositum omnino in Petro videmus.

Omnis vera fortitudo á Deo est.

Remigius

Quare Deus permisit vt caderet Petrus.

D. Bern

¶*Inuenit eos dormientes*. Magna confusio(inquit Bernar.)ardentius desiderant seculares perniciosa, quã nos vtilia, alacrius currunt ad mortem, quã nos ad vitam. En vides imminẽte passione Apostolos somnolentos esse: solus Iudas somno non opprimitur: sed potius procurat satellites adducere, vt Christũ comprehendat. Magna(inquã)confusio, vt pedes impiorum ad malum currant, vt effundãt sanguinem & nos pigritia & tarditate laboremus.

Ardẽtius desiderãt Iniqui perniciosa quàm boni vtilia.

¶*Veruntamen, non sicut ego volo, sed sicut tu*. Ge.22.dicitur de Abrahã, cum perrexit ad sacrificandũ filiũ, Dei iussu: die aũt tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul &c. Triduo cruciatur iustus. Quoties enim incũbebatur filiũ, aut cũ ipso loquebatur, renouabatur dolor. Magnã itaq; pugnã sentit iustus,& vicit fides naturã & affectus, vicit amor Dei, amorẽ carnis: vicit expectatio futurorũ, gratiam' præsentiũ, fortes erant affectus, sed fortior fides. Eandẽ pugnam sentiebat in se Christus, cum modo dicebat: Pater si possibile est, transeat á me calix iste, statim tamẽ hunc affectũ naturæ vicit. veruntamen (inquit) non sicut ego volo, sed sicut tu. Eandẽ pugnam carnis & spiritus, fidei seu pietatis in Deũ,& affectuũ, etiã nos sentimus, cũ ad seruiendũ Deo properamus, vt nos ipsos Deo offeramus. Natura. n. abhorret, fugit. Non enim sic persistimus vt Abrahã, & Christus Dominus, sed cessamus, & vincimur. Vincit natura, amor carnis, gratia præsentiũ &c. Nõ sine causa aũt Moses, etiã hoc addit: quòd vidit locum procul. Per hoc.n. subindicat: etiam tũc, naturã eius fuisse concussam, vt mirũ sit, quòd nõ corruerit. Videmus enim, quòd hi qui ad mortẽ ducũtur, quantũcũq; fortes videãtur, tamẽ cõspecto loco supplicij contremiscũt. Sic etiã Chrs ad locum passionis veniẽs, cœpit pauere & tedere &c. Idẽ nobis cõtingit in morte. Quare necesse est, vt nũc nos, promissionibus diuinis ac spe in Deum firmemus.

Gene. 22 Figura.

¶*Petrus verò sedebat foris in atrio & accessit ad eum vna ancilla, dicens: & tu, cũ Iesu Galilæo eras. At ille negauit &c.* Hinc colligitur, culpã esse cõuersari inter impios, si possis cõmode inter pios semper cõuersari. Nã vt Paul. ait: corrumpũt bonos mores colloquia praua. Eccle. qui tangit picẽ inquinabitur ab ea. Vt enim subducta materia extinguitur ignis: sic sublata occasione

Conuersari inter impios perniciosum est.

1.Co.15. Eccle.13. Simile.

Simile. peccatum. Aufferes autem occasionem, si impiorum consortium & cō suetudinem fugias. Vt nummum aureum explorare solemus sit ne adulterinus, prius quam eum accipiamus: Simile. sic probare homines debemus, sint ne pij, prius quàm eorum familiaritate vtamur. Et vt in mensa principum est vnus qui dapes prægustet, ne princeps lethali veneno ruat in interitum: sic prægustandi sunt ij, cū quibus est coniunctissimè viuendum. Si autem se postea errasse intellexerit in eligendis amicis: facienda Gene. 12. 15. 18. 32. est vitæ mutatio. Abrahamum separauit Deus ab impijs Chaldæis, eiq; separato sępenumero apparuit. Quā diu D. Pet. cum discipulis fuit, paratus erat ad obijciendum se hostium telis, potius quàm Christum negare: sed coniunctus hodie iniquis sacerdotū ministris in atrio isto principis, ad vocem huius puellæ Christum negauit. Vide quid secum afferat detrimenti impiorum consuetudo. Ideò dicebat Moyses filijs Israelis: recedite à tabernaculis hominum Num. 16. d. impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinēt, ne inuoluamini in peccatis eorum. Ideò Esai. c. 6. conquere Esai. 6. batur, dicens: Væ mihi, quia in medio populi polluta labia habētis ego habito.

Cap. XXVI. Finis.

Iudas se suspendit, & Christus condemnatus crucifigitur & sepelitur.

Cap. XXVII.

MANE autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi aduersum Iesum, vt eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Tunc vidēs Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum, & senioribus, dicēs: Peccaui tradens sanguinē iustū. At illi dixerunt: quid ad nos? tu videris. Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiēs laqueo se suspēdit. Principēs aūt sacerdotū acceptis argēteis, dixerunt: nō licet eos mittere in corbonā, quia pretiū sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturā peregrinorum: propter hoc vocatus est ager ille, Haceldema, hoc est, ager sanguinis vsquè in hodiernum diem. Tunc impletū est, quod dictū est per Hieremiā prophetā, dicentē: Et acceperunt triginta argenteos, pretium appretiati quem appretiauerūt à filijs Israel, & dederunt eos in agrū figuli, sicut constituit mihi Dominus. Iesus autem

Mar. 15. a. Luc. 23. a. Ioā. 18. e. Acto. 1. c. Acto. 1. c. Zach. 11. c.

Mar. 15. a. *tem stetit ante præsidem: & inter*
Luc. 23. a. *rogauit eũ præses, dicens: Tu es*
Ioa. 18. f. *rex Iudæorũ? Dicit illi Iesus: tu*
dicis. Et cũ accusaretur à prin-
cipibus sacerdotum, & seniori-
bus, nihil respõdit. Tunc dicit il-
li Pilatus: non audis quanta ad
uersum te dicunt testimonia? &
non respondit ei ad vllum ver-
bum: ita vt miraretur præses ve
hementer. Per diẽ autem solem
nem consueuerat præses, populo
dimittere vnum vinctum, quẽ
voluissent. Habebat autem tunc
vinctum insignẽ, qui dicebatur
Barrabbas. Congregatis ergo il
lis, dixit Pilatus, quẽ vultis di-
mittã vobis, Barrabbam, an Ie-
sum, qui dicitur Christus? Scie-
bat enim, quod per inuidiam tra
didissent eum. Sedente autẽ illo
pro tribunali, misit ad eũ vxor
eius, dicens: nihil tibi & iusto illi,
multa enim passa sum hodie per
visum propter eũ. Principes au
tẽ sacerdotũ & seniores, persua-
serũt populis, vt peterẽt Barrab
bã, Iesum verò perderẽt. Respõ
dẽs aũt præses ait illis. Quẽ vul-
tis vobis de duobus dimitti? At
illi dixerũt, Barrabbã. Dicit il-
lis Pilatus, Quid igitur faciam

de Iesu, qui dicitur Christus? dicũt
omnes, crucifigatur. Ait illis præ Mar. 15. b.
ses, quid enim mali fecit? At illi Luc. 23. b
magis clamabant, dicentes: cru- Ioan. 18. g. 19. c.
cifigatur. Videns autẽ Pilatus
quia nihil proficeret, sed magis
tumultus fieret, accepta aqua, la
uit manus corã populo, dicens,
innocens ego sum à sanguine iu
sti huius, vos videritis. Et respõ
dens vniuersus populus, dixit,
sanguis eius super nos, & super
filios nostros. Tunc dimisit illis Mar. 15. b.
Barrabã, Iesum aũt flagellatũ Ioan. 19. a
tradidit eis, vt crucifigeretur.
Tũc milites præsidis suscipiẽtes
Iesum in prætorio, congregaue-
runt ad eum vniuersam cohor
tem, & exuentes eũ, chlamydẽ
coccineam circundederũt ei, &
plectentes coronam de spinis, po
suerunt super caput eius: & arũ
dinem in dextera eius: & genu
flexo ante eum illudebant ei, di-
centes: Aue rex iudæorum. Et
expuentes in eum, acceperunt a-
rundinem, & percutiebãt caput
eius. Et postquam illuserunt ei,
exuerũt eũ chlamidẽ, & indue-
rũt eũ vestimentis eius, & duxe
runt eũ, vt crucifigerent. Exeũ
tes autẽ inuenerũt hominem Cy

Yy 3 *renæum,*

renæum, nomine Simonem: hũc
Mar. 15. b. *angariauerunt, vt tolleret cru*
Luc. 23. d. *cem eius. Et venerunt in locũ*
Mar. 15. b. *qui dicitur Golgotha. Quod eſt*
Luc. 23. d. *Caluariæ locus: Et dederunt ei*
Ioã. 19. a. *vinum bibere, cum felle mixtũ.*
Et cum guſtaſſet, noluit bibere.
Poſtquam autem crucifixerũt
Mar. 15. b. *eum, diuiſſerũt veſtimẽta eius,*
Luc. 23. e. *ſortem mittentes: vt impleretur*
Ioã. 19. d. *quod dictum eſt per prophetam,*
Pſal. 21. d *dicentem: Diuiſſerunt ſibi veſti*
menta mea: & ſuper veſtem
meam miſerunt ſortem. Et ſe
dentes ſeruabant eum: & im-
poſuerunt ſuper caput eius, cau
ſam ipſius ſcriptam. Hic eſt
Ieſus Rex Iudæorum, tunc cru-
cifixi ſunt cum eo duo latrones.
vnus à dextris, & vnus à ſini-
ſtris. Prætereuntes autem, bla-
ſphemabant eum, mouentes ca-
pita ſua, & dicentes: Vah qui de
Ioan. 2. d. *ſtruis templum Dei, & in tri-*
duo illud reædificas, ſalua te ip-
ſum: ſi filius Dei es, deſcende de
cruce. Similiter & princi-
pes ſacerdotum illudentes cum
ſcribis & ſenioribus, dicebant:
Alios ſaluos fecit, ſeipſum non
Sapiẽ. 2 d *poteſt ſaluum facere, ſi Rex Iſ-*
Pſal. 21 c *raël eſt, deſcendat nunc de cru-*
ce, & credimus ei, cõfidit in Deo,
liberet nunc eum ſi vult: Dixit
enim: quia filius Dei ſum. Id
ipſum autẽ & latrones qui cru-
cifixi erant cum eo, impropera
bant ei. A ſexta autem hora,
tenebræ factæ ſunt ſuper vniuer
ſam terram, vſque ad horã no-
nam. Et circa horam nonam,
clamauit Ieſus voce magna, di-
cens: Eli, eli, lamma ſabacthani. Pſal. 21. a
hoc eſt: Deus meus, Deus meus,
vt quid dereliquiſti me? Qui-
dã autem illic ſtãtes, & audien
tes, dicebant: Eliã vocat iſte: &
cõtinuò currẽs vnus ex eis, accep
tã ſpongiã impleuit aceto, & im
poſuit arũdini, & dabat ei bibe-
re. Cæteri vero dicebant: ſine, vi-
deamus an veniat Elias liberãs
eum. Ieſus autem clamans voce
magna emiſit ſpiritum. Et ecce
velum templi ſciſſum eſt in duas 2. Par. 3.
partes à ſummo vſq; deorſum,
& terra mota eſt, & petræ ſci-
ſæ ſunt, & monumenta aperta
ſunt: & multa corpora ſancto-
rum qui dormierant, ſurrexe-
runt: & exeuntes de monumen-
tis poſt reſurrectionẽ eius vene-
runt in ſanctam ciuitatem, &
apparuerũt multis. Cẽturio aũt

&

& qui cum eo erant custodientes Iesum: viso terræmotu & his quæ fiebant, timuerunt valdè, dicentes: verè filius Dei erat iste. Mar. 15. d. Luc. 23. g. Ioã. 19. g. *Erant autem ibi mulieres multæ à longè, quæ secutæ erant Iesum à Galilæa, ministrantes ei: inter quas erat, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorũ Zebedæi. Cum autem serò factum esset, venit quidam homo diues ab Arimathia, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Tunc Pilatus, iussit reddi corpus. Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda: & posuit illud in monumẽto suo nouo quod exciderat in petra: & aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abijt. Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, sedentes contra sepulchrum. Altera autem die, quæ est post parasceuem, cõuenerũt principes sacerdotum & pharisæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsq; in diem tertium: ne fortè veniant discipuli eius, & furentur eum, & dicãt plebi: surrexit à mortuis: & erit nouissimus error, peior priore. Ait illis Pilatus habetis custodiam: ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum: signantes lapidem cum custodibus.*

Ad literam.

TVNC *videns Iudas &c. Laqueo se suspendit.* Quę scriptura sacra tacet (iuxta Theo. Luc. 2.) Theoph. ea quærere non oportet: præsertim vbi nulla est vtilitas. Vt inutiliter quæritur: an laqueo Iudas vitã finierit post passionẽ Domini, vel ante. Res incerta est quádo Iudas se suspenderit. Nõ enim cõstat antè passionẽ obijsse: sed res dubia est. Et ratio dubitãdi est: quia sacerdotes cõuenerant in domũ Caiphæ & domũ præsidis, vt morte Dñi patrata celebrarẽt pascha. At Iudas retulit triginta argenteos in tẽplo, vt Mathæus hic affirmat. ergo fuit post resurrectionẽ. Hoc dubiũ insolutũ reliquit Augu. D. Augu. li. quæstio. vet. & nou. testam. q. 94. quia sæpè scriptura narrandi ordinẽ solet negligere. Nam non quia Mathæus dixit in principio huius capitis. (*Vinctũ tradiderunt Pilato. Tunc videns Iudas quod damnatus esset Dominus, pœnitentia ductus retulit. 30. argenteos*) ideò tũc traditus est. Porrò Theophi. in hoc ca. & Oecu. Acto. 1. diu post Christi passionem vixisse, annũtiãt. Sed & hoc confictum esse videtur.

¶ *Retulit triginta argenteos*. Singuli argentei singulis didrachmis æstimari possunt, idest, septem solidis Gallicis. Nueue marauedis castellanos vale cada sueldo Frances. Sed de hoc vide quæ annotauimus sup.cap. 17.ibi, Et accesserũt qui didrachma accipiebant. Et ibi, & aperto ore inuenies staterem.

¶ *Peccaui tradens sanguinem iustum.* Innoxium. Heb. pro hominem iustum.

¶ *Tu videris*. Vel videbis, quasi dicat, tua est cura, non nostra.

¶ *Et proiectis argenteis in templo*. Idest, in atrio.

¶ *In corbonam*. Idest, in gazophilacium, quod erat in atrio. 4. Reg. 12. *Corbona*, vox Chaldæa, Corban, Hebraicum.

¶ *Quia pretium sanguinis est*. Idest, quo fuit empta cædes hominis innocentis.

¶ *Ager sanguinis*. Idest, ager emptus pecunia, quo hominis mors empta fuit.

¶ *Tunc impletum est, quod dictum est per Hieremiam prophetam*. Non Hieremias, sed Zacharias, hoc ait. Quare, merito suspicatur Orige. tracta. 35. errorem esse scripturæ: aut hanc prophetiã inueniri in secreta scriptura. Augustinus lib. 3. de consensu Euangelistarum, ait: si quis mouetur, quod hoc testimonium non inuenitur in Hieremia, & ideò putat fidei Euangelistæ aliquid derogandum: primũ nouerit non omnes codices habere: quod per Hieremiam dictum sit: sed tantùm, per prophetam: & intellige Zachariam. Sed plures codices habent Hieremiæ nomen, licet in eo non inueniatur: quia actum est hoc secretiori consilio prouidentiæ Dei, qua mentes Euangelistarum sunt gubernatæ. Potuit enim fieri, vt animo Math. Euangelium conscribentis, pro Zacharia Hieremias ocurreret; quod tamẽ emendaret ab alijs admonitus: nisi recogitaret apud se, qui Spiritu sancto regebatur, non frustra ocurrisse aliud nomen pro alio. Quæ primo loco ait Augustinus, mihi videntur esse verissima; quæ secũdo loco, non omnino placent.

Origenes. Augus. li. 3. de cõsensu Euãgelistarũ.

¶ *Et acceperunt triginta argenteos, pretium appretiati, quem appretiauerunt à filijs Israel*. Non verba, neque verborũ ordinem, sed sentẽtiam, sequutus est Euangelista de more suo: sic enim ait Zacha. & dixi ad eos: si bonum est in oculis vestris afferte mercedem m. á, étsi non, quiescite: & appenderunt mercedem meam triginta argẽteos: & dixit Dominus ad me: proijce illud ad statuarium, hoc est, ad pedes thesaurarij, hoc est, sacerdotũ, decorum pretium (Ironicè) quod appretiatus sum ab eis. & tuli triginta argẽteos, & projeci eos in domo Domini ad statuarium.

¶ *Pretium appretiati*. Aestimati, idest, hominis tanti æstimati à sacerdotibus.

¶ *Quem appretiauerunt à filijs Israel*. Heb. plura pro sing. ab vno filiorũ Israel, nempe, a Iuda. Sic infra: & latrones improperabant ei. Pro vnus latronum: quemadmodum explicat Luc. cap. 23.

¶ *Sicut constituit mihi Dominus*. Vel præcepit per me.

¶ *Quanta aduersum te*. Vel quot. Et quanta.

¶ *Vxor eius*: quæ vocabatur Procle: Vt scribit Nizepho. lib. 1. cap. 30. & capit. 33.

¶ *Nihil tibi & iusto illi*. Græcismus est, idest,

idest, nihil agas aduersus iustum istū, missum illum fac.

¶ *Ipsum verò perderent.* idest, perdendum curarent.

¶ *Lauit manus.* Antiqui (inquit Euthi. psal. 25.) quando contestari nolebāt, se alicuius sceleris esse innoxios, coram multitudine manus lauare solebāt; vt scilicet ex illa manuum mūditia, se innocentes significarent: sicut Pilatū fecisse legimus: & in psal. 25. Lauabo (inquit Dauid) inter innocentes manus meas. Contestans me scelerum omnium quæ dicta sūt innocentem esse.

¶ *Innocens ego sum à sanguine iusti huius.* idest, iustum hunc non interficio, sed vos.

¶ *Vos videritis.* Videbitis, fut. pro imperatiuo, quasi dicat, videte, expēdite apud vos rem exactius.

¶ *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Heb. pro imputetur nobis mors eius, vel si quæ pœnæ dandæ erunt pro eius morte, illas dabimus, & filij nostri. De hoc peccato, quo nullum maius excogitari potuit, explicant nonnulli locum illum Esai. cap. 1. manus vestræ sanguine plenæ sunt.

¶ *Golgotha.* Golgoltha legendum. Vox est Chaldæa. Hebræi, Golgoleth. dicunt.

¶ *Et super vestem.* Vel propter vestem.

¶ *Et imposuerunt super caput eius causam ipsius.* Idest, propter quam addictus fuerat cruci.

¶ *Vnus à dextris, alter à sinistris.* Græcismus est, à dextris, & à sinistris, pro à dextera & à sinistra.

¶ *Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est Caluariæ locus.* Ecce iam missus est à Domino agnus de petra deserti ad montem filiæ Sion pro nobis immolandus, quod tantoopere patres antiqui desiderabant. Hic locus Caluariæ, est mons ille ad quem agnus iste innocentissimus missus fuit, vt ibi spinis coronatus immolaretur: cuius imaginem gessit agnus ille, quem vidit Abrahamus habentem caput vepribus circundatum, qui pro Isaac immolatus est. Vt enim non Isaac occisus fuit, sed aries, ita Iesus Christus non quatenus Deus sed quatenus homo fuit mortuus, & grauissimis contumelijs acerbissimisq; flagris cæsus & vulneratus. Nam quēadmodum si quis ignito ferro aquā super infundit, extinguitur ignis qui natus est pati ab aqua, ferrum autem manet incolume: Sic, vt Damasceni similitudine vtar, humanitas passa fuit, quæ pati poterat, sola autem impassibilis diuinitas non admisit passionem. Mons ille in quo Abrahamus arietē obtulit in holocaustum, est mons hic Sion de quo loquitur Esaias cum ait, emitte agnum Domine dominatorem terræ de petra deserti ad mōtem filiæ Sion. Ait enim scriptura cap. 22. Genesis fuisse arietem illum immolatum in monte visionis, vbi postea, vt in libro secundo capit. 3. Paralipo. scriptum legimus, fuit templum Salomonis ædificatū: & quamuis in eodem monte, non tamen in eodem montis loco, sed credibile est fuisse agnum illum occisum in summitate montis in hoc loco Caluariæ. Et hæc est Iudæorum sententia, vt refert Diuus Hieronymus in commentarijs in Marcum capit. 15. Est igitur Caluariæ locus mons ille visionis, vbi Christus fuit visus, non solum ab his qui modo aderant, sed etiam à vatibus antiquis.

Figura. Simile. Esai. 16. Gene. 22. 2. Para. 3.

Esai. 53. Ibi eum vidit Esaias, quando dixit: non est species ei, nequè decor: vidimus eum, & non erat aspectus. Et in
Gene. 22 libro Genesis cap. 22. vbi editio vulgata habet, in monte Dominus videbit, potest verti ex Hebræo: in monte Dominus videbitur. Quod intelligētes Septuaginta interpretes trāstulerunt. in monte Dominus visus est. His rationibus conclusum esse arbitror montem Sionem quo mittendus erat agnus, cuius desiderio Esaias cæteriquè Vates tenebantur, esse montem Caluariæ, situm in vertice Sionis, vbi cœlestis agnus Christus Deus noster seipsum in cruce immolās suis vulneribus sanauit nostra vulnera, & sua morte nobis vitā tribuit immortalem.

¶ *Quod est caluariæ locus.* Non desunt qui dicant ideò appellari caluariam montem istum vbi vita nostra pependit, propter caput Adami ibi sepulti. At D. Thomas potius inquit, caluariam vocari propter damnatorum capita, quæ ibi truncabantur, à quibus mons ille nomen accepit. Quæ opinio est satis consona rationi. Erat enim conueniens vt ibi esset defixa crux illa gloriosa, vbi peccata puniebantur, vt intelligeremus eam non solum Adami peccato, sed etiam totius mundi sceleribus remedium attulisse.

¶ *Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum.* Hoc factum fuisse credimus, vt prophetia illa adimpleretur, dederunt in escam meam fel, & in
Psal. 68. siti mea potauerunt me aceto. Ad literam dederunt CHRISTO crucifixo dicenti sitio, potum aceti in spongia, vinum autem felle temperatum porrexerunt illi antequam crucifigeretur; vt in hoc loco Mathæus testatur. Sed ais, secundum vaticiniū Obiectio.
Dauidis modo relatum, fel non est ei in potum, sed in escam datum: dederunt, inquit, in escam meam fel. Euāgelista verò in potum illi porrectum scribit. dederūt (inquit) ei vinum bibere cum felle mixtum. Ad hoc facilè responderi potest. Potus namquè ille, crucifigendis escæ conforta iuę loco, porrigebatur: quemadmodum loco escæ, solent infantes lac accipere. & sicut solent ægri in vitæ periculo expositi, stillatis liquidisque cibis enutriri & refici. Quare vinum illud quod eiusmodi hominibus propinabatur, aromaticum fuisse credimus: tanquam esca sanè ad animi corporisquè confortationem maximè apta atquè conueniens crucifigendis. In potu ergo huiusmodi velut esca porrigenda Christo cruci affigendo, aromatum loco, fel est appositum. quare verè dixit apud Dauidem: & dederunt in escam meam conueniētem scilicet mihi crucifigendo, fel: & dicente me sitio, potauerunt me aceto.

¶ *Dederunt vinum bibere cum felle mixtum.* Marcus ait: dabāt ei bibere myr Mar. 15.
rhatum vinum. Itaquè antequam crucifigeretur poculum vini felle myrrhaquè temperatum propinauerunt illi: in cruce verò iam pendenti acetum in spongia porrexerunt. Obserua igitur quod olim in sacrificijs antiquæ legis tria offerri Domino solebant. Animalia, & liquida, hoc est vinum, oleum, aquam aliaquè id genus, & res aromaticas. Cum ergo lex illa in Christo finiretur, omniaquè iam consumata essent, deteriora remanserunt Christo exhibenda. Fel scilicet ex animalibus, acetum ex liquidis, & myrrha ex aromatibus. Ea

prop-

propter illi modò poculū vini myrrha felleque permixtum, atque acetum prægustandum dederunt.

¶ *Liberet nunc eum, si vult.* Græcis, vult eum, idest, si amat eum, si voluntatem adiecit ad eum.

¶ *Id ipsum autem & latrones &c.* Improperabant ei. Hebr. plu. pro sing. vnus enim latronum erat qui improperabat ei: vt Lucas narrat cap. 23. Talis Hebraismus seruatur Iu. 12. sepultus est in vrbibus Galaad, idest, in vna vrbium. Et in psalm. 1. quod plātatum est secus decursus aquarum. Et astiterunt reges terræ, idest, Herodes vnus ex regibus terræ, & principes conuenerūt in vnum, idest, vnus ex principibus terræ, nempe, Pilatus. Sic exponit. D. Petrus in Actibus & D. Ambro. Luc. 23. & Tertul. in lib. de resurrectione carnis. Et Orig. tracta. 26. in Math. De hac autem phrasi iam sæpe superius diximus.

Luc. 23. Iudi. 12. Psalm. 1. Acto. 1. Ambrosi. Luc. 23. Tertul. li. de resurrectione. Origenes tract. 26. in Math.

¶ *A sexta autem hora tenebræ factæ sunt.* Id est, sexta nostra antemeridiana Hebræis prima est. Ea autē sexta Hebræorum, nostra est duodecima: nona verò Hebræorum, nostra est tertia post meridiana.

¶ *Super vniuersam terram.* Subaudiunt aliqui, Iudææ, hoc est, super vniuersam terram Iudææ. Sed eas obtexisse totum orbem, existimat Theophy. in hunc locum, & Euthy. super Math. Dioni. Epistola. 11. fatetur, se vidisse admirandam eclipsim in Heliopoli vrbe Aegypti, quam Epistolam reijcit Erasmus, sed illam admittunt viri præclari: vt Michael Syngelus, in iusto volumine de laudibus Dionisij ædito, & Aretha. in Apoc. cap. 18. illam agnoscit.

Theoph. in hunc locum. Euth. sup Math. Dionisius epist. 11. Michae. Synge. de laudibus Dio. Aretha in Apoca. 18.

¶ De eclipsi solis, & terræmotu in morte Christi in ethnicorum cōmentarijs, ad verbum scripta reperimus. De his (inquit Euseb.) scripsit Phlegon Olympiadum egregius supputator, in. 14. lib. ita dicens. 4. autē anno. 202. Olympiadis, magna & excellens inter omnes quæ antea cant acciderunt, defectio solis est facta. Dies hora sexta, ita in tenebrosam noctem est versus, vt stellæ in cœlo visæ sint, terræque motus in Bythinia, Nicenæ vrbis multas ædes subuerterit.

Eusebius.

¶ *Lamma sabacthani.* Vox Chaldæa, aut Syra.

¶ *Eliam vocat iste.* Inuocat, inclamat iste.

¶ *Et egressi è monumentis.* Vel nam egressi e monumentis.

¶ *Post resurrectionem.* Vel suscitationem eius.

¶ *Multa corpora sanctorum surrexerunt.* An sancti hi iterum obierint, est dubium inter doctores. Orig. ad Roma. 1. Epipha. lib. 3. contra hæreses, & Ambro. lib. 4. de fide ad Gratianū Augustum cap. 1. Et psalm. 1. in postremis verbis enarrationis eius, multique alij sancti, existimant, nunquā illos postea mortem fuisse expertos, quibus consentit Anselmus in hunc locum & Et Christ. Druthmari, in eodem loco. Decens enim erat vt Christus cuius delitiæ sunt esse cum filijs hominum, haberet aliquos eiusdem humanitatis consortes in cœlo. Oppositam sententiam habet Theophy. in hoc loco. Euthy. Math. 67. versus finem. Augustinus Epist. 99. ad Euodium, cui subscribit. S. Tho. 3. p. q. 43. arti. 3. ad. 2. ¶ Obiter ua obiter, quod forsitam Iacob ideò noluit sepeliri in Aegypto sed in terra promissionis, vt eius corpus cum Christo resurgeret hodie.

Orige. ad Roma. 1. Epipha. li. 3. contra hæres. Ambrosi. li. 4. de fide. Anselm. Theoph. Euthy. Mat. 67. Augusti. epi. 99. ad Euod. S. Tho. 3. p. q. 53. a. 3. ad. 1. Gene. 49.

¶ Multa

Regula. ¶ *Multa corpora sanctorum surrexerunt cum eo.* Hæc per anticipatione(m) dicta sunt, de more Euangelistarũ, & scripturæ, vt docet Augustinus in Epistola. 99. cum re vera, cum Christo resurrexerint, qui fuit primogenitus mortuorum, & primitiæ dormientium. De hac cõsuetudine scripturarum August. lib. 7. quæstionũ & locutionum multa suppeditabit exempla. D. Augu. epist. 99

Regula. D. Hiero. Mat. 26. ¶ *Et venerunt in sanctam ciuitatem.* Aliquando in scriptura (vt ait Hiero. Math. 26.) mutata re, pristinum nomen permanet: veluti in Euangelio, Simon vocatur leprosus: Mathæus, post conuersionem, vocatur publicanus: Maria Magdalena dicitur illa, à qua Christus septé dæmonia eiecerat: & Hierusalem vocatur sancta ciuitas, etiã post Christi mortem: tamen nihil minus quàm sancta erat: vt ait Hierony. in hoc loco. Hierony. Appelatur tamen sancta, propter templum & sancta sanctorum, ob distinctionem aliarum vrbium, in quibus idola colebantur. Vide de hac regula Chrysost. hom. 24. in Marc. & Hierony. super Iob cap. 38. Orige. hom. 1. in Iosue. Hiero. q. 8. ad Hedibiã Aug. psalm. 73. Chryso. ho. 24. in Mar. D. Hiero. sup Iob. c. 38. Orig. ho. 1. in Iosue Hiero. q. 8. ad Hedibiam. D. Augu. Psal. 73.

¶ *Inter quas fuit Maria Magdalene.* Hanc fuisse filiam Chananeæ à qua Dominus dęmonium eiecerat, existimarũt aliqui: vt affirmat Nicepho. lib. 1. hist. c. 33.

¶ *Et Maria Iacobi, & Iose mater.* Iose genitiuus à nominatiuo. Ioses

¶ *Cum autem sero factum esset.* Aduesperauisset: serum fieret, vel appeteret.

¶ *Seductor ille.* Vel impostor ille.

Regula. ¶ *Dixit: post tres dies resurgam.* Aut hoc ab istis confictum est, nam Dominus, non dixit: post tres dies resurgam: aut post, pro, in, capitur, de more scripturæ: vt Hiere. 2. ambulauerunt post vanitatem, idest, in vanitatibus: & illud: possum destruere templum hoc, & post triduum reædificare illud sup. cap. præceden. Hiere. 2. Sup. c. præcedenti.

¶ *Et dicant plebi.* Vel populo. *Surrexit à mortuis.* Vel suscitatus est.

¶ *Et erit nouissimus error.* Posterior impostura.

¶ *Habetis custodiam.* Vel habete, idest, accipite aliquot ex militibus meis, vel agite custodiam.

¶ *Signantes lapidem.* Sigillantes lapidem.

Ad mores.

M*ANE autem facto consilium inierunt omnes principes &c. aduersus Iesum: vt eum morti traderent.* Præcipitauit Dominus cõsilium istorum in eorum perpetuam perniciem. Solet enim Dominus punire impios, eorum consilium præcipitando, hoc est, efficiendo vt sit repentinum, acceleratum, temerarium, sine maturitate & iudicio: quale fuit consilium istorum omnium, qui cum impijs & crudelibus factis tota nox peruigilata fuisset illis: vix appetere cœpit dies cum inierunt consilium aduersus Iesum, vt eum morti traderét. Vnde per Esaiã de Aegypto Dominus ait: consiliũ eius præcipitabo. Esa. 19. Vbi vides celerem ac festinam consilij temeritatem esse Dei vltionem. Debet enim consilium esse perspectum, & deliberatũ, præsertim in rebus difficilibus, in quibus solet animus distrahi, & afferre an

re ancipitem curam cogitãdi. Oportet enim tunc rem alta mente considerare, ne repentino impetu quasi vento animus concitatus perniciem sibi ipsi machinetur. Bias. Bias ille Prienẽsis, vt est apud Laertium, dicebat, duo maximè esse contraria consilio, iram & festinationem. Sic velim tamen existimes non me tarditatem laudare, sed maturitatem, oportet enim festinare, sed cum prudentia, & limato iudicio. Id quidem est, quod dicitur in veteri prouerbio, festina lẽtè. Hanc sententiam cõtinent antiqua Titi Vespasiani numismata: præferẽtia ex vna parte anchoram, cuius medium vel temonem Delphin obuolutus complectitur. Per anchoram tarditas ostenditur, per delphinum, Plinius. omnium piscium, vt ait Plinius, velocissimum, festinatio significatur. Hoc igitur symbolum nihil aliud sibi vult quàm quod est in prouerbio, festina lentè. Vnde quidam sapiens dicebat: deliberare vtilia, mora tutissima est. Voluit ergo Deus Pharisæos atquè principes istos eorumquè populum euertere, ideò eorum consiliũ permisit esse præceps, & temerarium.

¶ *Et non respondit ei ad vllum verbũ &c.* Nota. Aduerte obsecro in domo huius præsidis interrogatus Christus, tacet: & in cruce non requisitus loquitur, atquè pro trãsgressoribus orat. Quid est hoc Domine Iesu? Ductus ad cru- Esai. 50. cem obmutescis: vt aiebat Esai. sicut ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se obmutescet: & coram Pilato & Herode vbi agitur de vita tua, siles: in cruce verò vbi agitur de salute nostra, etiam non interrogatus voces emittis? quid est hoc, nisi demõstrare tuã erga nos immẽsam charitatem, amorisquè illius admirabilis in hominũ genus, quo summè flagrabas, celsitudinem & abundantiam. Pluris nostram salutem, quàm vitam tuam faciebas: ideò pro transgressoribus exorabas. Quis audiuit vnquam talem amorem? quis non admirabitur tam infinitam charitatis magnitudinẽ? Si eum qui se pro patria telis hostiũ obiecit, ciues summè diligere tenentur: quanto ardentius tenemur nos te amare, Domine Iesu, quàm incredibili singulariq; erga te amoris amplitudine exardescere: qui non pro vna patria tantum, sed pro vniuerso mundo, te salutarem hostiam deuouisti, crucisquè morti acerbissimæ obtulisti: vbi extrema prope verba ad veniam à patre petendam pro trãsgressoribus reseruasti. Imitemur igitur Christum, & cum res nostra agitur obticeamus, cum verò proximi, loquamur.

¶ *Quem vultis dimittam vobis Barrabbam, an Iesum qui dicitur Christus? &c. At illi dixerunt Barrabbam.* Sperabat Pilatus fore vt præ tam infami notæquè violentiæ latrone mallent absolui Iesum. At persuasi à sacerdotibus postulauerunt sibi Barrabã, & vt huius loco Iesus occideretur. Hæc est gratitudo populi: hæc est simulata sacerdotum ac maiorum religio. Caueamus igitur & nos ne Barrabbam Christo præferamus. Omnes enim (autore Origene) qui Iudæis sunt si- Origenes. miles siue in dogmate siue in vita Barrabbam sibi solui desiderãt: qui enim mala perpetrat solutum habet Barrabam, Christum autem vinctũ: contra verò qui studiosè agit Christum solutum habet, Barrabam verò vinctum. Quare quemadmodum Iu-

dæi

dæi postquam loco Christi, Barrabam insignem latronem elegerunt, latrocinijs & seditionibus sunt submersi: sic & nunc quęcumque anima præligit Barrabbam, illa semper latrocinijs diabolicis exterminatur: vbi enim nõ est Iesus ibi lites & prælia sunt: vbi autem est Iesus ibi pax atquè omnia bona sunt. Hæc ex Origene.

¶ Præterea obserua hos peccasse in eo quod reum petebant liberari & innocentem damnari. Quibus similes sunt iniqui actores de quibus

Prou. 17. Salomõ. in Pro. ait: qui iustificat impium, & condemnat iustum, vterquè abominabilis est apud Deum.

¶ Discamus item & nos æquo animo exemplo Christi Domini ferre, si indigni & homines humiles, & scelerati, nobis reuera dignis præferantur. En latro tã infamis homo, Deo præfertur: interemptor saluatori: peremptor datori vitæ, tenebræ luci: filius diaboli filio Dei.

¶ Tandem si peccator es, tam animum quàm corpus in vinculis & catenis esse scias. Pete ergo à Deo animum liberari à peccatis: quod fiet, si corpus pœnitentiæ vinculis atquè neruo exponas: Si enim corpus cruci affixeris, animum ab æterno patibulo liberabis. Si magnæ mercedis est

D. Greg. (ait Grego.) eripere à morte carnem morituram, quanti meriti est liberare animam in cœlo sine fine victurã. Quando igitur optio datur, præfer animum corpori.

¶ *At illi dixerunt: Barrabbam.* Quis obsecro non mirabitur de hac tã profunda & alta abiectione atquè humilitate Iesu? Plus multo profectò videtur humilitatũ fuisse, in eo, quod Barrabbas fuit illi prælatus, quàm in eo, quod cruci fuit affixus. In cruce enim damnatus fuit velut malefactor, atquè cum malefactoribus patibulo suspensus, tanquam vnus illorum: At hîc communi totius populi consensu, & sententia iniquior, ac sceleratior insignissimo latrone, fuit iudicatus. O rex gloriæ, atquè conditor vniuersi, quo vsquè hæc tua humilitas peruenit? quo vsquè hæc tua tam excellens patientia descendit? quo vsquè tua benignitas, & charitas? dicito igitur mihi tu miser homo: quanta tibi videtur animi tui elatio, & superbia, quæ ad sui medelam tanta abiectione & humilitate indiguit? & adhuc tu miser atq; infelix illi mederi non curas, imò hanc salutarem medicinam contemnis. Dicito etiã mihi quanti momenti habere debes hominis iudicium, quantiquè facere mundi sententiam, quando in re hac tam perspicua & clara, tam turpiter allucinatus est, atquè nõ solum in causa ista perperam iudicauit, sed etiam in condemnatione omnium prophetarum, Apostolorum, atquè martyrum omnium, quos iniustè damnauit. Non igitur est, quare mũdo infido & fallaci fidem adhibeas; non est, quare teipsum illi credas. Si enim seruo tuo semel tibi mētienti, Simile. vix in aliquo illi fidem adhibes, timens ne qui semel mentitus est, semper tibi mentiatur: cur mundo semper mentienti semper perperam iudicanti, cur inquam mundo, non solum martyres sanctos condemnãti, sed vnigenitum etiam filium Dei, fidem aliquam adhibere audes? hoc profectò tam temerarium, tam præposterum, tam præceps iudicium, satis esse debebat, vt & oculos claudere mus, & aures obturaremus, atquè faciem

ciem auerteremus, tam à dictis quã à gestis & factis huius bestiæ multorũ capitum, tam furiosæ, tam cæcæ, & insanæ in suis iudicijs atquè sententijs.

¶ *At illi dixerunt Barrabbam.* Leuiti. cap. 16. Habes in duobus hircis imaginem Christi & Barrabbę. Qui sunt (inquit Rupertus) hi duo hirci nisi Christus saluator mundi, & Barrabbas author seditionis? saluator nẽpe, etsi secundum suam innocentiã verus est, & erat agnus Dei, attamen secundum iniquitates omnium nostrum quas (vt propheta testatur) Deus in eo posuit, quasi hircus extitit. Barrabbas autem non alienis sed suis peccatis hircus est, quem populus ille malè sortitus Christo præposuit, qui venit tollere peccata mundi. Exiuit ergo sors ad Dominum super hircum nostrum, ad ipsos autem sors exijt in hircum illum fætidum, idest, Barrabbam sediciosum, qui emissarius illis factus est, & in solitudinem, idest, in gentem illam à Deo desolatam dimissus & reseruatus est. Noster autem hircus, scilicet, saluator Christus, rogans pro se, & pro domo sua, quæ sumus nos, libens immolatus est. Hæc ille.

Rupertus super Ioã.

¶ Quid tandem facere debuit, aut potuit homo ille qui eiusmodi caprũ emissarium dimisit? quis est homo ille? aut quo nam modo paratus fuit: ait enim scriptura: emittet illũ per hominem paratum in desertum principes sacerdotum (ait Euangelista) & seniores persuaserunt populo vt peteret Barrabam, Iesum verò perderent. Hæc ergo persuasio fuit præparatio: & homo ille vnus, fuit populus vnus, illa persuasione præparatus. Quid ergo facere debuit homo ille tali præparatione impurus & immundus & talis capri contagio pollutus? Lauabit (inquit) vestimẽta sua & corpus aqua, & sic ingredietur castra. Quali aqua lauabit? nimirũ aqua baptismatis, aqua sanguine mixta. Qui pœnitentiam egerit, quod malè persuasus caprum emissarium emiserit, & istũ mactari petierit, tali aqua lauabitur, si seruari vult. Quod reuera accidisse sacra narrat historia Acto. cap. 2. & 3. Pœnitentiam (inquit Petrus) agite, & baptizetur vnusquisquè vestrum in nomine Iesu in remissionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus sancti. Et rursum ait: vos autem sanctum & iustum negastis, & petistis virum homiccidã donari vobis, autorem verò vitæ interfecistis, pœnitemini ergo, & conuertimini vt deleantur peccata vestra. His auditis compuncti sunt corde & baptizati sunt primò tres millia, deinde quinq; millia, atquè hũc in modum qui caprum emissarium idest, Barrabbam dimiserat, autorem verò vitæ interfecerat, lauit animi sui vestimenta, & corpus aqua. Sicquè ingressus est castra, atquè appositus ad illorum numerum, quos ab initio mundi credentes vsquè in horam illam aqua & sanguis exiens de latere Christi emundarat. Nos ergo fideles, si peccatis nostris iterum caprũ istum crucifigendũ tradimus, lauemus vestimenta cõscientiæ nostræ, aqua veræ pœnitentiæ, si emundari volumus, si ingredi deniquè castra cœlestia vbi perpetua quies atq; felicitas est.

Act. 2. & 3.

¶ *Quem vultis dimittam vobis: Barrabbam, an Iesum, qui dicitur Christus? Responderunt Barrabbam &c.* Vsquè ibi. *At illi magis clamabant: crucifigatur.* Hoc

ste

est quod olim de populo isto dixerat
Esai. 5. c Dominus: expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iustitiam, & ecce clamor. Nam hæc iniustitia, & hic clamor fuit, quando hodie à Pilato petierunt, vt Christum cruci figeret, clamantes & dicentes (postquam elegerant dimitti Barrabbam) crucifigatur. O electionem Sathanicam, ò cæcum furorem, ò impietaté incredibilem, & impudentiam prædicandam. Iustitia exigebat vt dimitteretur Iesus, Barrabbas autem dánaretur: sed pro iustitia clamor: circunsonabant Iudæorum voces, omnia clamoribus implebant, petentes vt Christus occideretur. Tribuerunt vitam homini qui homines vita priuabat: illum auté qui mortuos ad vitam reducebat, morti destinarunt: absoluerunt impium & damnauerút innocentem: eum seruauerunt qui viuos occidebat, eum occiderunt, qui mortuos suscitabat: petierunt viuere ipsam mortem, ipsam autem vitam ad mortem vocauerunt. Quod intuens Dominus ait per prophetá quod modo referebam: expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iustitiam, & ecce clamor. Audiant hoc iniqui iudices, qui reum sceleratum & morte dignum absoluunt, innocentem verò condemnant: nam similes sunt istis iniquis Iudæis, qui voluerunt dimitti Barrabbá, & Christum innocentem condemnari.

Cōtra iniquos iudices. ¶ *Tunc dimsit illis Barrabbam, Iesum autem tradidit illis.* Arbitrantur multi iudices & consiliarij, se à peccato immunes esse, cum viderint alios, sese in malo præcessisse, dicentes postquá res conclusa est: vota priora sunt sufficiétia, quid in ea odiú quæro? quod extremæ dementiæ est. Quid scis, an alij postquam te audierint, mutabút sententiam in melius? quam si non mutent, tuo suffragio mendacium, & iniustitia, roboratur. Cuius rei si practicam cernere cupis, Pilatum hic considera, qui clamoribus turbarum & principum permotus, reliquit (vt ait Leo) iudicium proprium & in crimen transiuit alienum, vt non auderet iudex absoluere, quem omnes cupiebant damnare. Audiant ergo iudices, quid Dominus dicat Exo. 23. Exod. 23
non sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio, plurimorú acquiesces sététiæ, vt à vero deuies.

¶ *Sanguis eius super nos &c.* Gen. 25. figuratus fuit populus iste Iudæorú Gene. 25 Figura.
in Esau filio Rebecæ. Esau enim Iudaicum populú significat, qui prior natus est. Primogenitus meus Israel, Exod. 4.
ait Deus. Deniquè ipsorum erat adoptio, testamenta & promissiones. Hic autem Iudæorum populus, semper fuit hispidus & rufus, duræ ceruicis, & sanguinolentus: quem enim prophetarum non persequuti sunt? &c. Insuper factus est venator, quasi quærens temporalia, deinde primogenita sua védidit, propter cibum rufum, hoc est: propter effusionem sanguinis Christi, quem tantopere sitiebant, vt mallent omnia perire, quàm Christo parcere. Sanguis (inquiunt) ei9, super nos, & super filios nostros. Sic igitur coctionem hanc rufam, idest, sanguinem Christi acceperút, & primogenita perdiderunt. Ablatum enim est ab eis regnum Dei, & datum genti facienti fructus eius. Ea Supr. 21
dem coctione rufa, hoc est, sanguine Christi &c. Iacob, idest, credula gentilitas vescitur, sed ad maximam suá vtilitatem. Quod enim Iudæi propter effusionem sanguinis Christi per

did-

diderunt, hoc Ecclesia per eundem sanguinem consequuta est, & quotidie consequitur. Vnde Petrus: Vos estis genus electum: quia aliquando non populus Dei, nunc autem populus. Hæc coctio rufa, corpus & sanguis Christi, adhuc est in Ecclesia: & quamuis videatur cibus contemptibilis, plus tamen veræ refectionis fidelibus affert, quàm quæcumque venatio mundanorum. Sanguis ergo Christi sit super nos ad salutem, & nõ ad mortem quemadmodum fuit super Iudæos incredulos. Sit etiam super filios nostros, hoc est: super filios quos Deo per verbũ genuimus, vt perpetuò saluentur. 1. Pet. 2.

¶ *Sanguis eius super nos &c.* Verbũ optimum & salutiferum (ait Hierony.) responderunt Iudęi, non autem bona sed pessima intentione. Optandum est ergo vt sanguis ille veniat super nos: Scilicet in ablutionem, secũdum illud Apocaly. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Apoca. 1.

¶ *Iesum autem flagellatum tradidit eis.* Flagris cædi voluit Christus vt nos à perpetuis flagris liberaremur. Quẽadmodum enim pia mater quando patrem videt volentem flagris cædere charum filium, occurrit expansis & extensis brachijs ad illum protegendum, exponens se loco illius, flagellis: sic cum vellet Deus hominem perpetuò ob scelera sua punire, occurrit Dominus Iesus atq; eius nomine flagra subire voluit, vt ira & indignatio Dei placaretur. Vnde Esaias ait, disciplina pacis nostræ super eum. Idest, flagellatus est & flagra quę nos merebamur ipse tulit propter pacẽ nostram. Luit pœnas nostrorum scelerũ, vt nos patri reconciliaret. Nam vt Paul. ait: ipse est pax nostra qui fecit vtraquè vnũ. Vnde addit statim Esai. & liuore eius sanati sumus. Totum corpus ægrotat & phlebotomia fit in capite. Nos laboramus morbo, & Christus pro nobis vulneratur atquè flagellis percutitur. Scinditur vena nostræ salutis, vt duricies cordis nostri scindatur. Cæterum si tam grauiter cæsus est innocens pro sceleribus alienis, quàm grauiter obsecro putas puniendos esse peccatores pro peccatis proprijs, nisi sapiãt, nisi resipiscant, veramq; pœnitentiã agant? Simile. Esai. 53. Ephe. 2.

¶ *Iesum autem flagellatum &c.* Discamus exẽplo Christi flagella à Deo nobis missa libẽter ferre: ita vt verè cum regio propheta affirmare possimus. Quoniã ego in flagella paratus sum: Si.n. vnicus Dei filius ęquo aio sustulit à planta pedis vsq; ad verticẽ capitis innumera flagra, ita vt nõ esset ei decor neq; species, cur nos adoptiui parati nõ erimus ad ferendũ quæ ad emendationẽ & correptionẽ nostrã idẽ pius ac charus pater de cœlo mittit? scimus.n. quod quẽ ille diligit castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. Psal. 37.

¶ Præterea caueamus magna cura atq; diligẽtia ne nos peccatis nostris Christũ dñm flagris cædam9. Si.n. cũ peccam9 (authore Pau.) iterũ illũ crucifigimus in nobis ipsis, etiã singula peccata singuli erunt ictus flagrorũ. Hebr. 6.

¶ *Exuentes eũ.* Animi nr̃i nuditas quã sit vitãda vel ex isto loco docemur: ne quãdo apparuerit Dñs Iesus nudi inuẽti & expoliati virtutũ ornamẽtis erubescam9 corã Deo atq; corã angelis eius exẽplo primorũ parentũ. De hac animi nuditate loquitur Pau. in poste. ad Co. c. 5. inquiẽs: nã & in hoc ingemiscimus, habitationẽ nostram quæ de cœlo est, super indui cupiẽtes 1. Cor. 5.

si tamen vestiti, & non nudi inueniamur. Quasi diceret Diuus Paulus, in hoc corpore atquè mortali domicilio viuentes gemimus, cupientes habitationem nostram quæ de cœlo est, idest, animam nostram quæ ad imaginem Dei creata est, & tota cœlestis, gloria æterna super indui: si tamen vestiti fide, ac charitate bonisq; operibus inueniamur. De hac eadem nuditate ait Dominus Apocal. Apoca. 3.
cap. 3. suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias & vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ. Aurum ignitum quidam non malè intelligũt, feruorem charitatis præssurarum flamma tanquam igni probatum, quem emere iubet à se pretio piæ cõfessionis, & iugi memoria propriæ fragilitatis. Eme ergo huiusmodi aurũ vt locuples fias, & vestimentis albis, idest, candore innocentiæ induaris: Vt non appareat confusio nuditatis tuæ: Nudus es enim, vt cumquè fidem iactes, si bonis operibus non exornatus, bona enim opera veluti fila sunt quibus contexitur vestimentum innocentiæ.

¶ Discamus ex hoc loco etiam exuere veterem hominem, & nudemus animi conscientiam à veteri Ephe. 4. conuersatione. Deponite (inquit Paulus) vos secundum pristinam cõuersationem veterem hominem, hoc est, veteres peccandi affectus. Propter quod deponentes mendacium loquimini veritatem &c. Lege ibi Diuum Paulum docentem quæ deponenda à nobis sunt. Cum ergo licitum non sit indutos sacco Esther. 4. aulam regis intrare, deponamus antiqua vestimenta ne ligatis manibus Mat. 22. & pedibus proijciamur in tenebras exteriores.

¶ Tandem depositis veteribus indumentis denudemus conscientiam nostram coram iudice Deo, eiusquè sacerdotibus; nudè ac purè & absquè pallio excusationis confitentes omnia scelera nostra, si veniam atq; condonationem sperare volumus.

¶ *Chlamydem coccineam circundederũt ei*. Vestis ista imaginem gerit charitatis. Quare docere nos vult rex noster vt tam peccata nostra quàm proximorum operiamur hac veste. Charitas (inquit Petrus) operit multitudinem peccatorum. El amor con el 1. Pet. 4.
proximo encubre y dissimula muchas faltas agenas. Item charitas operit multitudinem peccatorum, quasi dicat, qui charitate præditus est a multis peccatis se abstinet, quæ alij patrare solent. Quod si legamus vt Græci legunt *Kalóphei*, idest, operiet siue teget verbum futuri temporis: tunc ad iudicij diem pertinent hæc verba Petri. Charitas enim qua inuicem diligimur, in die iudicij teget multitudinem peccatorum. Si ergo hac chlamide coccinea induti simus, & alter alterius onera portabimus, & à multis peccatis abstinebimus, & tandem securi coram iudicis tribunali apparebimus, nec tunc nostra cõmissa à iudice videbuntur vt pro illis pœnas condignas sumat.

¶ Præterea chlamis ista coccinea passionem Christi significabat. Hac ergo veste indutos nos esse vult Dominus, in memoriá semper recolendo ei9 passioné. Hinc est quod in Cãticis comę capitis spõsæ sicut purpura regis esse dicuntur. Cogitationes Canti. 7.
enim animæ nostræ per comas sponsæ designatas, circa purpuram regis nostri versari debent.

¶ Tan-

¶ Tādem cum hoc genus induméti, pallium esset regale, edocemur e- tiā vt Theophilatus ait: vt animus noster veste regia induatur: ita vt simus verè reges calcantes super serpētes & scorpiones, hoc est, omnia vitia suppeditantes. Theoph.

¶ *Et plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius.* Diadematis loco coronam imponunt capiti è spinis contextam. In qua vt Beda ait: nostrorum peccatorum susceptio ostendebatur: quorum spinas abstulit per coronam spinis contextam quā ad crucem vsquè portauit. Hæ sunt spinæ illę quas terram primo parenti germinaturam prædixit Dominus. Terra enim corporis nostri, spinas peccatorum fert: quibus mens, animusquè noster acriter pungitur. Has diadematis loco in signum victoriæ portare voluit rex noster. Solent enim victores victorum arma secum gestare, atquè de illis maximè gloriari. Vicit in passione rex iste cœlestis fortē illum armatum qui custodiebat securus atrium suum, abstulit arma eius, hoc est, peccata hominum quibus aduersus illos armabatur, abstulit has spinas agnus iste qui in mundum venit vt tolleret eas, atquè posuit loco coronæ super caput suum tāquā trophæum tā insignis victoriæ. Egredimini ergo filiæ Sion & videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua. Egredimini & non solū videte sed similem coronā sumite, festinate coronari vitā arcta, hoc est, ieiunijs, inedia, vigilijs cinere & sacco, diuitiarum mundiq; cōtemptu, quæ sunt veluti spinæ pūgentes, si perpetua corona cœlesti coronari concupiscitis. Beda. Gene. 3. Trophęū. Canti. 3.

¶ *Et arundinem in dextra eius.* Sceptri loco arundinē dāt illi in dextrā. En vidisti quid sit regia huius mūdi corona, nēpe spinę: vides itē, quid sit & cui cōparetur huius mūdi gloria, dignitas, & sceptrum, arundinī scilicet. Quemadmodū enim arūdo vēto mouetur, & rapitur, sic mundi dignitas est vēto exposita, nullā habēs certitudinē: & quemadmodum arundo pulchritudinem præse fert, & excellentem in folijs viriditatem, quā oculos expectantium fallit, sed intus vacua est, nihil habens soliditatis, sic huius mundi gloria & dignitas pulchritudinis speciem repræsentat, qua homines seducit, & ad se illecebris delinitos adducit, cum sit fallax & inanis nullamquè contineat eminentem effigiem veritatis, sed adūbrātē quandam imaginem veræ gloriæ. Et eam ob causam mundus hic cum arundineto comparatur. Ait enim scriptura in libro Sapientiæ: fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Scintillis splendidis & rutilantibus comparat viros, ignē charitatis incensos, vita ac exemplo tanquam lucidissimis radijs micantes: mundum verò cum arundineto viridi & inani, & vento agitato. Omnis enim mundi dignitas & regia gloria, quæ deceptis hominibus pulchra & expectēda videtur, inanis est, par leuibus ventis, nihil expressi repræsentans, sed fallacem quandam pulchritudinem insipientium oculis obuersantem. Hæc temporis puncto euanescit, & extinguitur. Præclarè igitur illustrissimus ille ac Regius Vates canebat, vidi impium super exaltatum, & eleuatum super cedros libani: transiui: & ecce non erat, quæsiui & non est inuentus locus eius. Et in alio psalmo: Simile. Sap. 3. Psal. 36.

eum beatum appellat qui non in mũdo, sed in Deo ponit spem rerum suarum: beatus, inquiens, vir cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates & insanias falsas. Vide quid mundi gloriam & dignitates atque opes appellat, vanitates & insanias falsas. Vt ergo hæc ita esse intelligeremus, sceptri loco arundo Christo, Spiritu sancto disponente, data est. Contemnamus igitur mundi gloriam & dignitates, quæ vanæ & transitoriæ sunt.

Psal. 39.

¶ *Aue Rex iudæorum*. Lege quæ capi. 2. annotauimus in illa verba vbi est qui natus est rex Iudæorum. Cæterum plurima rex noster hodie opprobria à sibi subditis sustinuit, vt discãt reges, discãt præsules à magistro suo, multa pati, multaq; patiẽter tolerare: sicut enim fundamẽtũ & basis domus domum totam sustinet, ac supra se impositam suffert ac tolerat: sic reges, atquè prælati Ecclesiæ, totum pondus subditorum æquo animo super humeros suos ferre debẽt. Quod intelligentes Græci regem populi Basin appellarunt, Basileus enim quo nomine rex appellatur, dicitur à Basi, quod est basis, & Leòs, populus, quòd sit populi fundamentum, cuius pondus tanquam firma basis sustineat. Debent enim principes si opus fuerit, iniurias, conuicia, & opprobria multa patienter tolerare.

¶ *Et expuentes in eum*. Non prædictis contenti contumelijs expuebãt in eum, in eiusquè faciem, quam desiderant angeli prospicere. Faciem Christi conspuunt (authore Hieronimo) qui conscientiam suam fœdis cogitationibus & actionibꝰ polluũt. Cum enim Christus Dominus conscientiam sanctam inhabitet, in qua Dei facies, hoc est, imago relucet, hinc est quod qui cõsciẽtiam suã peccatis polluit & contaminat, quasi sputum in CHRISTI faciem proijciat. Atque ideò (vt idem Hieronymus ait) Christus Dominus in faciem expui voluit, vt sputaminibus susceptis faciem animæ nostræ lauaret. ¶ Illi in faciem Christi expuunt, qui iustos & sanctos in præsenti vita confutant: & in eorum contumelias fluxa verba quasi fluentes salíuas mittunt. ¶ Illi in faciem Christi conspuunt, qui illum in Eucharistia indignè sumunt: Qui prælatos suos contemnunt: qui gratias pro susceptis beneficijs non referunt.

D. Hiero.

Idem.

Gregor.

¶ *Expuentes in eum*. Attende (inquit Chrysosto.) quod Euangelista cum summa diligentia ea quæ videntur esse exprobratissima exponit, nihil occultans vel omittens, aut verecundans: sed gloriam existimans maximam, Dominatorem orbis terrarum pro nobis talia sustinere. Hæc autem legamus continuè, hæc nostræ menti inscribamus, & in his gloriemur. Hæc ille.

Chryso.

¶ *Et duxerunt eum vt crucifigerent*. Educũt milites Iesum è prætorio baiulantem (vt ioannes ait) sibi crucem, ¶ Iam ergo innocens Abel in agrũ ducitur à fratre suo, vt ligno percussus pereat. ¶ Iam verus Bẽiamin pro fratrum suorum libertate in Aegyptũ tendit. ¶ Clypeum eleuat Iosue contra rebellem ciuitatem Hay, Crucẽ inquam, eleuat Iesus aduersus rebellem hunc mũdum. ¶ Clauis Dauid imponitur humero Christi: qua nobis cœlum apperiat dicens: Hodie mecum eris in paradyso. ¶ Esau arcum sumit, vt egrediens foras, patri

Figura. Gene. 4.

Gene. 43.

Iosue. 8. d

Esai. 22. f

Gen. 27. a

1.Re.17 g. tri obédiat. ¶ Fundam Girat filius Gesse aduersus Goliath ab eo
Iudi.7.f. vincendum. ¶ Gedeon eximit gladiū contra Madiam. ¶ Elias turbine pas-
4.Reg.2. b. sionis currum suum ascendit. ¶ Io-
Gene.37 b. seph pergit, vt in agro caluariæ manipulum super omnes eleuet. ¶ Lan-
1.reg.18 ceam infelix Saul contra verum Dauid proijcit, quæ in humanitatis pariete figitur. ¶ Moyses virgam leuat,
Exod.14 d. vt mare mortis sanguine rubrum martyribus aperiat. ¶ Noe nauem
Gene.7. ad littus educit, qua mundus seruetur. ¶ Obediens iam paret ad mor-
Gene.22. tem vsquè verus Isaac, ligna super humeros gestans. ¶ Iam portitores
Num.13. scindunt racemum terræ promissionis à vite sua. ¶ Quærunt nautæ
Ionæ.1. Ionam, vt in mare proiecto tempestas propter illum orta, iam cesset.
3.Re.22 ¶ Rex Israel mutat habitum suum, vt bellum intret incognitus: quo vulneratur in latere. ¶ Saul pergit ad
1.Re.28 31. montes Gelboe, vbi perierunt arma bellica. ¶ Tunica talaris Ioseph
Gene.37 iam sanguine tingitur. ¶ Virgam extendit noster Assuerus contra se
Esther.5. ipsum: quo signa suæ tolerantiæ & patientiæ demonstret.

¶ Sed hæc omnia ó Domine IESV imagines sunt, vmbræ sunt:
Nota. non ad viuum acerbos labores & ærumnas tuas repræsentantes: Maiori enim atrocitate & crudelitate tu verus Abel à fratre tuo in mortem duceris, quàm primus ille Abel à fratre suo Cain. Fabricauit fateor arcam olim Noe cū multorū tamen annorū expectatione, at isti nullam moram interponendam te ducendi ac crucifigendi putant. Sanus integer & illæsus, prosperaquè vtens valitudine, adolescens Isaac ligna tulit, tu verò inedia, flagris, vulneribusquè obsitus intolerabilem crucem fers. Nihil oneris in Esau arcu esse potuit: si cum tuæ crucis pondere, quo grauaris, conferatur. Scalam vidit Iacob sed in somnijs: at tu euigilans grauem scalam super humeros impositam vides. Venditus est fateor Ioseph à fratribus, & traditus exteris tamé, at tu ab iniquo Iuda, non exteris & ignotis, sed hostibus & perditis inimicis tuis vilissimo pretio venundatus. Somniabat ille suum manipulum cæteris altiorem: tu autem in cruce positus reliquis latronibus eminentiorem te ipsum intueberis. Eius tunica animalis sanguine tincta fuit: at tua, tuo sanguine. Moyses virga sese ab inimicis tuetur: tu verò virga crucis tuæ grauiter percutieris, donec animam exhales. Racemus ille exploratorum minimè calcatus est, Iudæ Iudæorumquè calcaneum aduersum te leuatum modò pateris. Gedeonis gladius inimicos suos feriebat: tuus autem te ipsum. Dalila tonsum Samsonem Iud.16. hostibus suis tradidit, Synagoga te cruci, non tonsum sed scoriatum. Interempto Goliath lætitia & alacritate maxima affectus, victor remanet Dauid: tu verò non nisi peremptus, victoriam & trophæum reportas. Ionas deniquè in ventre fuit ceti, viuus tamen, tu verò eris in visceribus terræ, vita tamen orbatus. Nos peccatores miseros. Te tanta virtute, probitate, humanitate, charitate, in tantas ærumnas propter nos incidisse? matremquè tuam sanctissimam, ex quo filio tantas voluptates capiebat, ex eo tantos percipere luctus? Quæ si non nostri causa facta putaremus, adhuc miseratione commoti ferre patiéter

ac libens: baiulat Symon, sed inuitus sed coactus, sed mercede conductꝰ. ❡ Cæterum amici, nos exẽplo Christi, non exemplo Symonis, libenter crucem eius portemus: quod si eius crucem, quinquaginta cubitorum, (qualis fuit parata Mardochæo) ferre non possumus: suam vnusquisq; nostrum à Deo collatam, patienter baiulare conetur: cum tam misericors, tam pius, tamquè benignus sit Dominus, vt non permittat tentari vltra id quod possumus. Charitas fuit in causa, vt Dominus Iesus vltra vires corporis, tam ingens atquè intolerabile pondus ferret: at pontifex noster noluit, imponere nobis onera importabilia, sed potius omnes dolores nostros ipse tulit, omnia peccata nostra, crucemquè grauissimã portauit, donec inter eundum in locum caluariæ, caderet: vult tamen, vt vnusquisquè nostrum tollat crucem suam, non grauem, non intolerabilẽ sed facilem, & leuem, & sequatur illum. Non enim habemus pontificẽ nescientem compati infirmitatibus nostris, sed qui condolere possit patientibus & afflictis, maximè ex quo ipse defatigatus vltra quàm dici aut credi potest, oneri succumbere coactus est. Esther. 5.

❡ *Et venerunt in locum quod dicitur Golgotha, quod est Caluariæ locus.* Hic mecum altamente perpende mysterium hoc. In loco enim in quo peccator Adam, atquè innumeri alij latrones & sontes sepulti erant, percussus est agnus noster, atquè Deo immolatus. Vt hoc facto significaret nobis Spiritus sanctus ideò esse percussũ vt omniũ sceleratorũ peccata deleret. Offenderant homines Deum vt sup. diximꝰ. Erant illi debitores: non poterant per se soluere: venit Christus vt solueret pro illis: volens in redemptione nostra iustitiam suam ostendere. Id indicauit Paulus Apostolus ita ad Romanos scribens: iustificati gratis per gratiã ipsius, per redemptionem, quæ est in CHRISTO Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore. Hæc Apostolus. Vbi vides voluisse Dei filium mortem pro sceleratis subire vt eos redimendo suam iustitiam demonstraret. Eramus mortui, mortuus est CHRISTVS vt nos viueremus. Quod vt significaret in loco caluariæ vbi peccatores puniebantur & interibant, puniri & interire, imò etiam prope hunc locum sepeliri voluit, vt sua virtute atquè diuino contactu qui mortui erant suscitarentur. Hoc etiam fuerat in Elisæo mortuo figuratum. Est enim in quarto libro Regum scriptũ, quosdam proiecisse mortuum in sepulchro Elisæi & quum ossa viri sancti tetigisset statim reuixisse. Contactu. n. & virtute veri Elisæi in caluariæ mõte sepulti, mortuus peccator resurgit. Sed de hac figura alias diximꝰ.

Quare in loco in quo sepultus est Adam & innumeri alij latrones Christus est immolatus.

Roma. 3.

Figura. 4. Re. 13.

❡ *Et venerunt in locum quod dicitur Golgotha, quod est caluariæ locus.* Adhuc etiam factum hoc alio mysterio non vacat. Quod intellexit & explicuit Diuus Paulus in Epistola ad Hebræos missa, capite decimo tertio, his verbis: quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Hebr. 13.

extra castra. Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populũ, extra portã passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra: improperium eius portantes. En Christus verus pontifex cum sanguine sup in sancta sanctorum cœlestis patriæ patrẽ oraturus intrauit. Et quẽadmodum animalium immolatorũ in lege extra castra corpora cremabãtur, ita corpus Christi extra Hierusalem in hoc caluariæ loco ardore passionis est combustum. Hæc est vera hostia, per quam sanctificantur, & de qua spiritualiter, & sacramentaliter velci possunt quicunque fide & charitate sunt prædıti. Exeamus ergo ad eum extra castra; idest, a conuersatione de mundo & castrorum turba recedamus: improperium eius portantes, idest, eius vestigia imitantes, hoc est, sicut ipse pro nobis passus est, ita pro eo affligi non dubitemus. Nam improperium Christi sustinere, est, similes atque ille iniurias patienter ferre: sicut de Moyse idem Paulus cap. 11. dixit: quod improperium Heb. 11. Christi diuitijs Aegyptiorum prætulit. Improperium siquidem Christi ibi vocat afflictiones, murmurationes, conuitia, & inuidias, quas exẽplo Chri Moyses à cõtribulibus suis sustinuit. Sicut enim egregiè de se meritum & saluatorem suum Christum, iniuria & contumelijs Iudæi afficiebant: sic & liberatorem suum Moysem plerumque iniuria affecisse Hebræi leguntur, quas tamen iniurias & afflictiones Pharaonis thesauro prætulit, fide aspiciens & sperans in remuneratorem Deum. Exeamus ergo ad Christum extra castra, idest, extra mundi huius desiderium. Dicamusq; cum eodem Apostolo: ego stigmata & opprobria Domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto. Gal. 6. Mundi huius amatores solent amorem veterẽ, nouo amore quasi clauum clauo excutere: quod & Assuero Regi septem principes fecere Persarum. vt Vasthi Reginæ desiderium aliarum puellarum amore compescerent. Illi vitium vitio, peccatum peccato medicãtur: nos Christi amore, populum nostrum & domum patris nostri obliuiscamur: & tanquam insigne gloriæ, improperium eius portemus. Qui ob nimiam charitatem qua nos est prosequutus, peccata nostra pertulit, vsque ad caluariæ locũ: pondus alioqui intolerabile & importabile. Ac propter nimium amorem quo pater cœlestis dilexit omnes nos, dedit filio suo (vt Esaias ait) Esai. 53. impios pro sepultura, hoc est, impiorum locũ. Mortuus est enim in hoc caluariæ monte, ibique prope crucẽ sepultus: vbi impij suorum delictorum pœnas luebãt. Exeamus deniq; ad Christum extra castra & veniamus in caluariæ locum, saltem affectu & desiderio mundum relinquamus, & omnes concupiscentias, eius si crucis fructus tam salutares ac suaues percipere volumus. Christus (inquit Bernard.) extra portam passus est, ad quẽ D. Bern. egrediamur mundanæ conuersationis contemptu: quod egredi est de huius mundi ciuitate. Egrediamur ergo affectu: ita vt mundum minimè diligamus: egrediamur effectu: ita vt illum mente & corpore penitus deseramus, egrediamur profectu: ita vt cum Domino vnus idemq; spiritus fieri anhelemus. Nam tanto quis (vt D. Greg. Grego. ait) Deo est proximus, quanto ab amore mundi est alienus.

¶ *Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum.*

mixtum. Et cum gustasset noluit bibere. Ne qua pars corporis esset à cruciatu libera, aut ne quid omitteretur ludibrij, porrexerũt illi poculum ad bibẽdum felle temperatum: Cum aliàs damnatis mos fuerit merum propinari, hoc est, vinum nulla aqua dilutum nedum felle, ad ipsorum consolationem, deiectiquè animi confortationem. Væ nobis, væ inquam nobis abominabilibus, inutilibusq; hominibus, qui bibimus quasi aquam
Iob. 15.b iniquitatem. Domino autem vitæ fonti perenni, acetum atquè fel propter nos miseros propinatur. Si sapimus, si misericordes sumus, porrigamus illi potum lachrymarum abʼq;
Psal.79. mensura: sint oculi nostri sicut piscinæ
Canti.7.b inhesebon riuos aquarum emittentes, quãdo calicem poculumquè aquæ frigidæ illi præbere non possumus: quod si fecerimus non perdemus mercedem nostram.

¶ Interim tamen considera, quod nulla Christi pars corporis fuit à cruciatu libera. Caput spinis, corpus flagris, manus ac pedes clauis oppressi fuerunt. Nullusquè sensus immunis à pœna. Oculos eius velauerant, maxillas pugnis attriuerant: collum alapis ceciderant, nares cadauerum fætore confecerant: reliquum erat, vt fel & acetum ori eius potandum apponerent: vt à planta pedis vsquè ad verticem capitis non esset pars vlla à dolore libera; quẽadmodum in hominibus propter quos fuit percussꝰ,
Esai.1. nulla fuit à planta pedis vsq; ad verticem capitis sanitas, sed vulnus, & liuor & plaga tumens, hoc est, apertũ & occultum scelus, tumensquè superbia & elatio: ab infima enim plebe vsquè ad reges & præsules, erant omnes homines corrupti, flagitijsq; cõtaminati: & ideò voluit Dominus Iesus, vt nulla eius pars suo peculiari cruciatu careret.

¶ Nihil præterea omitti voluit ludibrij. Paulò ante audisti, quod milites congregauerunt vniuersam cohortem, & omni ludibriorum genere satiarunt animos & oculos eius. Nam quod audierant, quòd se Christus regem faceret Iudæorum, velut exprobaturi homini tam contempto superbiam affectati regni, spoliatum vestibus suis, induunt chlamydem coccineam videlicet palium regale. Deinde diadematis loco, coronam imponunt capiti ex spinis contextam. Sceptri loco, arundinem dat illi in dextram. Iamquè veluti consalutantes nouum regem, flexis genibus coram eo, illudebant dicentes: Aue rex Iudæorum. Nec his contenti ludibrijs, expuerunt in eum: & arũdine, quam sceptri vice dederũt, percutiũt spinis coronatum caput eius, crucem humeris tanquam insigni latroni imponunt: in loco funesto ossibus & caluarijs interfectorum, nudũ omnibus suis vestimentis crucifigũt, irrident, subsanant: & vt nihil relinqueretur improperij, & derisus: poculum ad bibendum, aceto ac felle dilutum illi porrigunt: cumquè nihil irrisionis & contumeliæ omitterẽt, ille summa mansuetudine passus est omnia, quo nobis æderet absolutũ exemplar tolerantiæ. Aequo igitur animo mundi ludibria toleremus, quãdo tale nobis est propositum exẽplũ. Si enim patres illi antiqui ante Christi aduentum prospicientes in authorem Iesum ludibria & verbera (vt Paulus narrat) experti sunt, atq; Heb.11.
ea patienter tulerunt: cur nos tanto iam proposito nobis exemplari non

eadem libenter sufferemus? illi fide probati non acceptis repromissionibus lapidati sunt, vt Naboth, Zacharias filius Ioiadæ, Hieremias: Secti sũt vt Esaias: tentati sunt, vt Abraham, innumeraquè alia mala tolerauerũt, quæ narrat idem Paulus: cur nos miseri qui iam repromissiones accepimus, non eos saltem imitabimur, nõ eos saltem sequemur? vt verè possimus dicere patri, quod Christus Dominus ait apud Regium Vatẽ: propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. Quasi diceret: quod enim nunc opprobria sustineo maxima, ab aduersarijs mihi illudentibus, me velantibus, conspuentibus, felle & aceto potantibus, verbis ridiculis atquè gestibus fœdis subsannantibus: item & quòd nunc sustineo, quæ ignominiosa sunt & confusione plena, de quibus solent homines maximè erubescere, publicã confusionem & publica opprobria, tu nosti pater sancte, quod non propter mea peccata ea sustineam, sed propter tuam voluntatem: quoniam tu me hæc tanta pro hominum salute perferre voluisti, vt pro eorum peccatis tuæ iustitiæ fieret satis, nequè nisi ex obedientia à te missus ad hanc deueni humilitatem. Nos ergo si fideles sumus, si iure, christiano nomine gaudere volumus, si Deum vero amore prosequimur, ludibria omnia non impatienter sufferamus: sed Dei voluntati parentes, toleremus. Sic fecit Christus, sic sancti martyres qui propter illum mortificabantur tota die, hoc est, propter eius iussionem, voluntatem, & obedientiam illi debitam, propter eius honorem, & zelum gloriæ suæ. Quoniam videlicet suam doctrinam prædicantes, offensam diuini honoris non ferentes, venerunt in odium & opprobriũ hominum impiorum. qui si loqui voluissent illis placentia, honore maximo afficerentur.

2. Par. 24. Hierony. in prologo Hier. in argu. Esaiæ. Psal. 68.

¶ *Postquam autem crucifixerunt eum: diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes: vt impleretur quod dictum est per prophetam dicentem, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.* O Christe sancte quibus verbis, qua lingua, qua vi dicendi explicare quis poterit, quo pacto in cruce iam positus teipsum patri tuo hostiam viuẽtem, sanctam, Deo placentem obtulisti? Teipsum de cœlo intuetur pater & ait. quid mihi mortales, iã multitudo victimarum vestrarum? quid hostia illa & sacrificiũ? Hic est filius meus dilectus in quo placatus sum: hic est verus agnus pro peccatis mundi oblatus: hoc est sacrificium mihi maximè gratum: hæc oblatio maximè accepta.

¶ Ecce iam nunc nudus iacet in tabernaculo Noe, musto charitatis ebrius: non curans quod filius eum irrideat, cæterisquè nuditatem eius ostendat. ¶ Lætus sanè atquè vultu alacris secundus Adam noster denudatur: vt nobis demonstret primi parentis innocentiam ab illo deperditam, sibi modo restitutam. Ab illo enim ablata fuerat, quod ad lignum sibi prohibitum manus extenderat: at Christo datur, quod eas extẽdit atquè expandit ad crucem. ¶ In legẽ Dominus iusserat vt cæsa membra victimæ componerentur super struẽ lignorum, ad pacem Dei obtinendã: cum autem sit ipse modo victima vera, sese aptat, seseque ita componit super crucis altare, vt brachia, brachijs: & crucis pes, Christi pedibus con-

Figura. Gene. 9. Leui. 1. Figura.

conuenienter sint accommodata: sicquè pacem veram atquè animi tranquillitatem cõsequi possimus. Quid de te dicam ô Iesu sancte: cum te videam extendentem brachia, veluti crucem amplexari volentem? De phenice fertur, quod appropinquante vitæ fine, ligna componat & congreget: alisquè extensis excitet ignem, quo corpus eius crematur: semper tamen scintilla remanet ex qua vermis ortus, pristina illa auis reparatur. Te nunc intueor diuina phenix, alis brachiorum tuorum extensis crucis ligna accendentem, quibus mortem oppetas: atquè igne charitatis ardens, vitam mortalem finias: iterum gloriosiorem & splendidiorem restituendam. Tertia enim die nudus mortalitate, redibis amictus lumine sicut vestiméto. Esto ergo alacris, esto ergo lætus, atquè ouans: quamuis à perfidis militibus denuderis, quia sola veste mortalitatis, qua nostri causa te diuina sapientia induit, veluti Rebeca Iacob, exueris. Exultent & gaudio repleantur fideles, quòd ob immensum amoris calorẽ, quo flagrat atquè ardet cœleste holocaustum, vestiméta Iesus deposuit: non valens tam ingentem dilectionis ignem in sinu suo ferre nisi omnino nudatus. O felicem nuditatem: quæ tot primi parentis filios gratia & ornamentis virtutum & innocentiæ denudatos, iustitia vestiuit.

Phenix est Iesus.

¶Nec enim ausi sunt milites vestem Iesu scindere, quod nostri causa voluerit eam Dominus seruari, quæ desuper cõtexta per totum, mysticum eius corpus tegeret. Nõ enim cõsentaneum fuit, vt vestis christianæ charitatis scinderetur, eo tempore quo Dominus Iesus carnem suá scindebat, pro charitate nostra resarcienda & reparanda. Quamuis ergo cætera Christi vestimenta scinderentur, militesquè ea sortirentur atquè partirẽtur: quibus miracula possent edere; nuptialem tamen vestem, qua cum animis nostris spõsus Iesus nuptias celebrauit, intactam seruant: quoniam eius ardens amor, integerrimus perseuerat; nec cor eius nuditas præsens frangit: etsi fratres eius talari tunica eum nudauerint, quemadmodum à fratribus olim Ioseph fuit denudatus. Denudarunt fratres, fratrem Ioseph: denudant milites fratrem Christum, sed Ioseph tunica sanguine hędi fuit intincta, & ad senem patrem delata, quam pro solamine suo reseruare curauit; vt semper pius parens filij mortem illa visa deploraret: tunica verò Christi manibus virginis sanctissimæ contexta, sanguine proprio tincta non ei datur, sed tantum ostenditur à milite qui illam sorte acceperat. Vide, inquit, an tunica filij tui sit, quam posthac minimè induet. Quam cum agnouisset mater ait: tunica filij mei est, fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph. Vera autem bestia deuorauerat verũ Ioseph. Omni enim bestiarum ac ferarum genere crudelior ac ferocior est homo omni Dei timore vacuus: & quid mali huiusmodi bestiæ non facerent, quando Christum Dominum verum Dei filium deuorare conati sunt? Vnde meritò apud Hieremiam Dominus cõquerebatur dicens: facta est hæreditas mea, quasi leæna. Quid mirum si nunc virgo mater scinderet vestimẽta sua, si indueretur cilicio, si lugeret filium, si diceret descẽdam ad filium meum lugens in infernum? quando

Quare nõ scissa est vestis Christi.

Gene. 37 Figura.

Hier. 12

do ergo mater amisso tanto filio, omnem consolationem renuit: nos etiam lugeamus.

¶ *Et postquam crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius &c. Et Sedentes seruabant eũ &c.* Fratres Ioseph, vt sacra refert historia, primum nudauerunt eum tunica talari, quod maximè eã oderant, quod signum esset virtutis & paternæ dilectionis. Hoc insigne fratri inuident. Ipsi tamen interim non hoc agunt vt simili veste similiquè dilectione patris digni sint: sed vt per hoc fidem facerent patri quod à bestijs deuoratus esset. Deinde fratres illi proijciũt Ioseph in cisternam. Tertiò his peractis sedent vt comedant panem: deniquè irridentes dicebant nunc videbimus quid illi proderunt somnia sua. Hæc omnia typi & imagines erant Christi, atq; hominum istorum impiorum. Christus enim tunicam habuit, iustitiam scilicet, innocentiam, sanctitatem, nomen bonum &c. Propter hanc tunicam odio habitus fuit. Grauis, inquiunt, est nobis ad videndum, quia contrarius est operibus nostris. Hãc tunicam hæc vestimenta omnibus modis Christo detrahere conati sũt, & quantum in ipsis fuit detraxerunt famã eius denigrantes. Nos (inquiũt) scimus quia hic homo peccator est. Et iterum dæmonium habet & insanit: quid eum auditis? Sic coram Pilato eum difamare conati sunt, imò nec nũc cessant Christo hanc tunicam atq; vestimenta detrahere. Proiecerũt fratres fratrem in cisternam: proijciunt Iudæi atquè impij milites Christum in mortis foueam crucifigentes eum. Sedent fratres Ioseph vt comedant panem & irrideant. Sedẽt milites isti vt conuiuium gaudij & exultationis quasi re bene gesta, celebrent: & obseruent an prosint somniatori somnia sua. Sedent etiam Iudæi eodem modo postquam Christũ crucifixerunt, vt festum paschale celebrent: quasi negotio strenuè peracto. Nondum enim omnes isti conscientiam mali facti sentiebant: quẽadmodum nec Ioseph fratres. Seruauerunt fratres tunicam Ioseph, amoris paterni insigne, non vt eum amorem sibi pararent, sed vt veram mortis eius fidem patri facerent: seruant homines isti impij atquè scelerati vestem Christi, nõ vt illa induti Christum induant, veteremquè Adam exuant: sed vt in verum testimoniũ mortis eius matri sanctissimæ eam ostendant.

Gene. 37. Figura pauiòante proposita prosequitur.

Sapien. 2.

Ioan. 9.

Ioan. 10.

¶ Nos igitur istorum impietatem non imitemur: sed potius sedeamus solitarij & taceamus, leuantes oculos in CHRISTVM crucifixum, & dolentes super contritione veri Ioseph. Assidebant isti cruci & seruabant eum, ne quis tolleret eum. Assideamus & nos similiter, & seruemus eum: ne quis eũ ab animis nostris auferat; ne quis aut mũdi aut diaboli aut carnis illecebris eum à mentibus nostris furetur. Isti seruabant, iniquo tamen animo, nos eum non iniquo sed bono animo custodiamus.

¶ *Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam. Hic est Iesus Rex Iudæorum.* Inuidebant fratres Ioseph, illi: nec poterant ei quicquam pacificè loqui, quod plus omnibus à patre diligeretur; inuidebant quod se regem futurum illorum somniarat: audite (dicebat eis) somnium meum quod vidi: putabam nos ligare manipulos in agro: & quasi cõsurgere manipulum

Præcedẽs figura prosequitur.

nipulum meum & stare, vestrosquè manipulos circunstátes adorare manipulum meum. Cui fratres responderunt: nunquid rex noster eris? aut subijciemur ditioni tuæ? Rursum ait Ioseph: vidi per somnum quasi solem & lunam & stellas vndecim adorare me. Hęc ergo causa somniorum atquè sermonum inuidiæ & odij fomitem ministrauit. Iam quis non videt quã perfectè omnia hæc in Christo impleta sunt? Primo enim scimꝰ quo modo eum oderint fratres eius iudæi scilicet: Nequè alias odiendi causas habuerint quàm quas fratres Ioseph habuerant, nempe quod diligebatur à patre; a quo audierant hic est filius meus dilectus. Hoc enim videre poterant non solum voce de nube delapsa, sed ex ipsius miraculis & vita. Vnde Nicodemus: scimus, inquit, quia à Deo venisti, nemo enim potest facere &c. Et cęcus ille: in hoc inquit, est mirabile quod nescitis vnde sit, & aperui oculos meos. Vnde & Christus: si cæci essetis peccatum non haberetis. Nec tantum oderant Christum, sed nequè quicquam pacificè ei loqui poterant, sed omnia loquebantur hostiliter, vt cum dicerent: in Beelzebub eijcit dæmonia. Item: dæmonium habet, & insanit, quid eum auditis? item: vorax est & potator vini, socius publicanorum. Quod si aliquando pacificè videbantur ei loqui dolosè tamen fiebat. Meritò igitur cõquæritur, cum his qui oderant pacem eram pacificus. Et iterum: sermonibus odij circundederunt, & expugnauerunt me gratis. Quis etiam nesciat quod felicia illa somnia, promissionesquè &c. de futuro regno & potestate, Christo inuidiam conflauerunt, in causaquè fuerunt vt illum morti cruciquè traderent, vt in hoc loco testatur Euangelista dicens: imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam, hic est Iesus Rex iudæorum? magnifica de ipso prædixerant prophetæ, magnifica de ipso sentiebat populus, magnificè interdum, sed tamen verè ipse Christus de seipso loquebatur: vt cũ diceret: antequam Abraham fieret ego sum. item: nunquam legistis in scripturis: lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? hæc inquam, & huiusmodi, inuidiam iudæorum auxerunt aduersum Iesum, vt omnibus modis conarentur impedire ne rex esset: sed frustra. Iam enim à Domino definitum erat, vt manipulus eius staret: vt ipsum sol & luna & stellæ adorarent, vt in nomine eius omne genu flecteretur cœlestiũ terrestium & infernorum. Quod iam adimpletum esse videmus. Quare non sine Dei consilio factum est, vt hũc honorificum titulum noluisset mutare Pilatus: etiam si apud illũ egerant iudæi, vt is titulus corrigeretur, nec poneretur Rex iudæorum, sed hic fecit se regem iudæorum: Vt propositum scilicet Dei maneret, qui non passus est vt hac vna in re Pilatus vinceretur.

Ioan. 3.
Ioan. 9.
Mat. 12.
Ioan. 10.
Mat. 11.
Psal. 119.
Psal. 108.
Mat. 21.

¶ Nos ergo confiteamur regem nostrum, est enim rex confitentium eũ. Obtulerunt tandem filij Iacob munera Ioseph & adorauerunt eũ proni in terram. Offeramus nos ipsos regi nostro, offeramꝰ ei omnia nostra, quæ quamuis parua sint munera, illi grata & accepta erunt, si ex fide & charitate proficiscantur. Qui dederit, inquit, calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, nõ perdet mercedem suam. Adoremus eum proni in

Supr. 10.

in terram: quando sol & luna & stellæ adorant eum. Adorat pater, idest, populus ille antiquus patrum, adorat mater, idest Ecclesia, adorant fratres, scilicet fideles. Adoremus eum proni in terram non ludubrij causa, quemadmodum satellites isti, sed religionis & pietatis.

¶ *Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones, vnus à dextris, & vnus à sinistris.* Curatū est & hoc à iudæis vt simul cum eo crucifigerētur duo latrones, sic vt Iesus medius, à dextris haberet vnum, ad leuam alterum: vt omnibus & ipse vanus & impostor haberetur, & illorum similis quibus erat adiunctus. Hac impostura miseri volebant denigrare nomen Iesu, atquè famam eius omnino extinguere, vt adimplerent quod apud Hiere. dicebant: eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur ampliùs. Hoc se fore consequturos putabant, si inter latrones crucifigeretur. ¶ Iam ergo nemo nostrum quærat vbi est Iesus. Nam non eum inter Apostolos, non in templo, nō in domo Marthæ, sed in loco iniquorum inter insignes latrones & tanquam illis insigniorem in medio crucifixum inueniet. Iam nemo nostrū quærat vbi est Iesus, vbi Deus noster, vbi Christus, vbi admirabilis, fortis, consiliarius, pater futuri seculi, princeps pacis, nam nemo iudæorum respondebit: quod si quærat vbi est insignis ille latro, maximus ille impostor qui suis prestigijs seducebat turbas, suis seditionibus commouebat populum: statim audiet omneis vno ore vnaquè voce acclamantes ecce impostor inter impostores, ecce fur inter fures cruci affixus: ecce latro inter latrones patibulo suspensus.

Quare inter latrones est crucifixus.

Hiere. 11 d.

Vbi inuenitur Iesus.

¶ O Iesu sancte vereris ne a latronibus inter quos es positus, tua bona furentur? absconde obsecro diuitias omnes tuas, ne ab his tam impijs atquè sceleratis deprædatoribus surripiantur: serua & custodi diligenter, ne eas depopulētur. Sed me miserum: nam nihil habes quod deprædentur nisi crucem. Sed adhuc celebre nomen tuum, atquè præclara gesta tua furari iudæi pro sua virili curant & ideò te inter iniquos & celebres latrones collocant. Me, inquam, miserum: cū videam Dei filium in cœlis inter patrem & Spiritum sanctum ab æterno positum, hodie inter duos latrones statutum: cum conspiciam sanctum illud propitiatorium aliàs inter duo cherubin, qui versis vultibus illud indesinentur respiciunt: modo inter duos depopulatores depositū. Sed ò bone Iesu bono animo esto, nā statim in medio duorū animalium hoc est, latronum positus cognoceris. Patienter expecta nam illico audietur centurio dicēs: verè filius Dei erat iste: non impostor, nō seductor, non latro, etsi inter latrones positus, sed verus filius Dei, splendor gloriæ vera figura & imago substantiæ eius. Constanter sustine memor patris tui Iacob tibi dicentis ad prædam fili mi ascendisti. Felix deprædator qui crucem ascendit vt inde inferni bona deprædaretur, captiuamquè secum duceret captiuitatem, spoliaquè fortis armati detraheret: felix profectò latro qui vim intulit regno cœlorum atquè illud violēter rapuit, vt nobis cum sequentibus diuideret.

Exod. 25 Figura.

August.

Gene. 49

¶ Cæterum omnibus compertū est, duos socios Ioseph, in eodem carcere cum illo coniectos imaginem gessisse latronum istorum. Quorum alter

Gene. 40 Figura

alter seruatus est, dãnatus alter. Cõpertum etiam est, per hos duos latrones, atquè per vinctos illos duo genera peccatorum significari. Sunt peccatores, quos anteactæ vitæ poenitet: quibus Dominus ait: Hodie mecũ eritis in paradyso. Hi veluti pincerna ille Pharaonis, tres propagines vident, idest, tres Christi naturas, diuinam & humanam ex corpore & anima constantem. Vuarum verò expressio, Christi passionem præsefert, ex qua peccator animi dolore & poenitentiæ commotus, peccatorũ veniam sibi parat. Per pistorem autẽ atquè per latronem ad leuam Christi crucifixum, peccatores obstinati signãtur. Hi tribus canistris, hoc est, grauibus peccatis sunt presi, & onerati: peccatum enim talentum plumbi est. Hi non cessant improperare Christo. Peccator enim cum in profundum malorum venit, cõtemnit. Doleamus igitur cũ latrone ad dextram posito si audire volumus, Hodie mecum eris in paradyso: restituiquè in gradum pristinum gratiæ, sicut pincerna regis in eius gratiam restitutus est.

Zach. 5.

Prou. 18.

¶ *Iterum clamans voce magna emisit Spiritum.* Alius Euangelista narrat ex clamando dixisse, Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Vt intelligeremus non tam morti quã patri cessisse. Cum ergo decreuisset naturales causas sinere, vt cursum vitæ suæ peragerent, patri suo ait. *Consumatum est*: scilicet, illud singulare cum inimicis certamen. Atquè patris tunc voluntate moriendi intellecta, emissa magna voce ait. *Pater in manus tuas commendo Spiritum meum*, afflictum scilicet, vt requiescat à laboribus suis. Sicut enim olim columba à Noe emissa, minimè inuenire potuit, vbi pes eius requiesceret, donec rediret ad arcam: sic ò pater cœlestis, spiritus meus in mundo requiem non reperit, nisi redeat ad eum qui misit illum. Tunc sanè pater, qui hamum in mortis mare vt Leuiathan caperet, emiserat, capta præda, illum ad se traxit: atquè inter brachia fouẽdum recepit. ¶ Hic est clamor ille, hæc est vox magna, quam sancti in hoc mundo positi, & qui iam diu in lymbo erant constituti expectabãt, hic est clamor, quem à Deo exaudire precabatur Vates Baruch in captiuitate positus: atquè his verbis dicebat à longe hanc Christi anxiam magnamquè vocem prospiciens atquè contemplans: & nunc Domine omnipotens Deus Israel, anima in angustijs & spiritus anxius clamat ad te: Audi Domine & miserere, quia Deus es misericors, & miserere nostri, quia peccauimus ante te, quia tu sedes in sempiternum, & nos peribimus in æuum? Domine omnipotẽs Deus Israel, audi nunc orationem mortuorum Israel, & filiorum ipsorum qui peccauerunt ante te. Hæc Baruch in captiuitate constitutus: & per hunc clamorem à Christo emissum, liberari desiderans ab animi vera captiuitate in Babylonica illa figurata. Quare illud est intelligendum sanctos omnes in lymbo detentos clamorem hunc Christi tam validũ, quo spiritum patri traderet, expectasse, ac desiderasse: quemadmodum nunc omnis beatorum cœtus expectat vltimum eius clamorem, quo excitaturꝰ est mortaleis omneis à somno mortis, atquè in iudicium extremum vocaturus. Clamauit hodie in cruce, vt animas bearet, clamaturus tunc

Christi spiritus in manus patris.

Figura. Gene. 8.

Clamor Christi expectatus satis à patribus antiquis.

Baruch. 3. a.

tunc est vt etiam electorum corpora felicitate donet. Cum ergo isti tot iam annos essent detenti, & iam pro eis Christus clamorẽ emitteret: precatur Baruch vt eius vox desiderata & expectata satis, exaudiatur. Et nũc Domine (inquit) omnipotens Deus Israel; Et nunc saltem, etsi hactenus audire noluisti, quod nondum talis vox audita fuerit: nũc inquam, quod anima Christi filij tui tristis est vsq; ad mortem, nunc quod in passionis angustijs posita & spiritus promptus ad vlteriora perferenda supplicia, clamat ad te: audi Domine & miserere nostri quia peccauimus ante te. Vt autem ostenderet quomodo, eo tempore in patibulo clamauit Christus, quo clamauerũt etiam patres in lymbo demersi: addit Vates: Domine omnipotens Deus Israel, audi nunc orationem mortuorum Israel, & filiorum ipsorum. Clamat ergo Iesus vt morte sua captiuos ab inferis eductos, ad patrem ducat. Cum igitur ait: Consumatum est, subaudiẽdum est, exilium sanctorum patrũ. Quos etiam in patris manus præmiatrices deducens, exclamando vt ab eis exaudiretur, Dixit: Pater in manus tuas commẽdo spiritum meum. Vnde tantæ virtutis fuit vox emissa à Christo, item vox emissa à sanctis, quod spiritu patri tradito (vt statim addit Euangelista) monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum surrexerunt cum eo, & venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis.

Pro patrib⁹ clamat Christus.

¶ *Et velum templi scissum est in duas partes.* Tres mundos figurat antiquitas: supremum horum vltra mundanum, quem theologi angelicũ, philosophi autem intellectualem vocant: quem è nomine satis pro dignitate decãtatum, Plato inquit in Phedro. Proximum huic cœlestem, postremũ omnium, sublunarem hũc, quem nos incolimus. Hic tenebrarum mundus, ille autem lucis. Cœlũ ex luce & tenebris temperatur. Hic per aquas notatur fluxa instabiliquè substantia. Ille per ignem lucis candore, & loci sublimitate, cœlum natura media. Idcirco ab Hebræis ascimiam, quasi ex es & maim, idest, ex igne & aqua, qua diximus compositum, nũcupatur. Hîc vitæ & mortis vicissitudo, illic vita perpetua, & stabilis operatio & in cœlo vitæ, & stabilitas operationum locorumquè vicissitudo. Hic ex caduca corporum substantia, ille ex diuinæ mẽtis natura: cœlum ex corpore, sed incorrupto. Mouetur tertius à secundo, secũd⁹ à primo regitur. Et sunt præterea inter eos differentiæ plurimæ, quas hic enarrare, non est consilium.

Tres mundi: sublunaris: cœlestis, & angelicus.

¶ Hoc non prætermiserim: figuratos hos tres mundos à Moyse euidentissime in admirabilis illius tabernaculi sui cõstructione. Partitus est enim tabernaculum in partes tres: quarum singulæ singulos, quos diximus mundos, representare, expressius nullo modo possent: Etenim prima pars nullo defensa tecto vel vmbraculo, imbribus, niui, solibus, frigori obuia erat, & quod est nostri, idest, sublunaris mũdi, euidẽtius simulachrum: inhabitabant enim eam, non modo homines mundi & immundi, sacri & profani, sed & omnifarij generis animalia, eratquè in ea ob sacrificia iugesquè immolationes vitæ & mortis perpetua vicissitudo. Reliquæ verò partes ambæ obtectæ, & vndiquè ab omni peregrina iniu

Figurãnotanda. HI tres mundi represẽtabantur in figura tabernaculi, & templi Salomonis.

iniuria liberæ; quemadmodũ & vterque mundus, tam cœlestis quàm supercœlestis nec iniuriæ capax, nec cõtumeliæ. Ambæ itẽ sanctitatis nomine honestatæ: ita tamen, vt quæ erat secretior sancti sanctorum, reliqua sancti tantum titulo, decoraretur. Sicuti quamuis & cœlestis & angelicus mundus vterq; sanctus, quoniam supra lunam post luciferi casum, nec macula, nec peccatum, aut est, aut esse potest: angelicus tamen cœlesti longe sanctior habetur, & diuinior. Sed quid remotiores has similitudines prosequimur: nam si postrema pars tabernaculi, erat hominibus & brutis communis, secundam, quæ tota auri splendore fulgebat, candelabrum illuminabat septem lucernis distinctum, (quæ, vt dicunt omnes interpretes Latini, Græci, & Hebræi, septem planetas significant) in tertia parte omniũ sacratissima, alata cherubim erant: non ne nostris tres mũdos oculis subijciunt? & hunc quem & bruta & homines incolunt, & cœlestem in quo planetæ coruscant, & supercœlestem habitaculum angelorum?

Quid significauit veli templi scisio. ¶ Admonemur autem hic etiam altioris euangelici sacramenti. Nam quoniam nobis ad mundũ super cœlestem, ad angelorum consortium, reserata est via per Christi crucem & sanguinem: idcirco illo accubante scissum est velum templi, quo sancta sanctorum, per quæ angelicum mũdum diximus significari ab alijs partibus discludebantur. Quod fuit indicium patere iam aditum homini ad Deum ipsum, qui volat super cherubim, & ad eius regnum ab initio ob peccatum primi parentis iustitiæ legibus obclusum.

¶ *Et petræ scissæ sunt.* Considera obsecro, lapides se sciderunt & fregerunt, & Iudæi vsquè adeò fuerunt indurati, vt in Christi morte in sua duritie & integra pertinatia permanerent. Merito eos olim appellat Dominus duros corde. Audite (inquit) me duro corde. Et Stephanus Act. 7. Duros ceruice, atque auribus incircuncisos. Tale cor appellat Ezechiel laterem, terram duram & coctam. Similes his sunt, qui Christi nomine gloriantur, tamen in duritie cordis sui perdurantes, ad pœnitentiam venire nolunt. Tu autem secundum duritiẽ cordis tui & impœnitẽs cor tuũ thesaurizas tibi iram in die iræ, inquit D. Paulus. Esai. 46. d Contra induratos. Rom. 2. a

¶ *Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terræmotu, & his quæ fiebant, timuerunt valde dicentes: verè filius Dei erat iste.* Considera obsecro efficatiã & vim mortis Christi. Vix animam Deo tradiderat, vix spiritũ emiserat, & ecce Centurio gentilis atquè omnes eius milites ibi astantes in Iesum credunt. Verè ergo prædixerat Esaias cap. 53. Si posuerit pro peccato animam suam videbit semẽ longæuum. Quibus verbis vult propheta fructum christianorum ostendere post Christi mortem. Vt enim post Isaac immolationem fuit à Deo promissa Abrahamo generis multiplicatio instar stellarum cœli, & maris arenæ, vt in eius semine omnes gentes benedicerentur, per quod semen D. Paulus intelligit Christum, sic post Christi mortem fuerũt christiani multiplicati, & populi multi in Ecclesia spiritualiter geniti. Quorum primitiæ fuerunt Centurio iste & qui cũ eo erant, qui videntes quod sic expirasset, quod in morte sua tanta sig- Esai. 53. Gene. 22. Figura. Gala. 3.

ta signa & miracula edidisset, confessi sunt publicè esse verū filium Dei. Felices nos Christiani ac nimium felices qui semen Christi sumus, virtute mortis eius, spiritualiter per fidem & charitatem atquè veram pœnitentiam generati: beati profectò omnes nos, qui inter innumeram illam prolem annumeramur, de qua idem Vates ait: generationem eius quis enarrabit? & Regius propheta in psalmo: ecce alienigenæ, & Tyrus & populus Aethyopum, hi fuerunt illic. Siue iste natus est ibi, vt habet versio Hieronymi. Volens igitur Dominus huius prolis primitias ostendere, statim quod spiritum patri tradidit, multos ad fidem suam traxit, vt hîc vides.

Esai. 53
Psal. 86.

¶ *Cum autem sero factum esset, venit quidam homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph &c. Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu &c. Et accepto corpore &c. Posuit illud in monumento &c.* Huius depositionis atquè sepulturæ Christi habemus imaginem. 3. Regum. cap. 22. vbi dicitur. Commissum est ergo prælium in die illa. Rex autem Israel stabat in curru suo contra Syros, & mortuus est vespere. Fluebat autem sanguis plagæ in sinū currus, & præco insonuit in vniuerso exercitu antequam sol occumberet dicēs: vnusquisquè reuertatur in ciuitatem & terram suam. Mortuus est autem rex & perlatus est in Samariam, sepelieruntquè regem in Samaria. Hæc ibi. Christus ergo Dominus verus fuit Rex Israel, qui mutauit habitum suū vt ingrederetur bellum. Cum enim in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. In habitu igitur & specie non solum hominis sed insignis etiam latronis ingressus est in caluariæ monte bellū. Rex autem Israel (inquit) stabat in curru suo contra Syros. Stabat rex noster crucifixus: stabat constans & firmus in cruce commisso prælio. Ita vt nullis cruciatibus, nullis conuitijs, nullisq; ærumnis frangi potuerit, non ignorans quàm varius esset euentus belli. Stabat, inquam, solus vulnere percussus. Stetit namquè in confractione mortis, vt à nobis cessaret quassatio iræ cœlestis. Stetit etiam tunc in confessione sua; qua verum regem, verum Messiam, verumquè filium Dei se esse profitebatur. Stetit (inquit) contra Syros. Syri enim idem est, quod insidiantes. Dæmones igitur Syrorum more Christi sanguini insidiabantur, dicebantquè Iuda, veni nobiscum insidiemur sanguini, abscōdamus tendiculas contra innocentem: deglutiamus eum sicut infernus viuentem. Sed tamen non quod putabāt euenit, nam deglutiēdo Christum Dominum, ipsi deuorati atq; glutiti sunt. Hoc enim erat quod Dominus olim minabatur dicēs O mors ero mors tua, ero mors tuus inferne. Dū enim tu mihi morsum infliges, mortē comedes tibi morsu amarissimo. Stabat ergo rex noster in curru suo, hoc est, in cruce aduersus Syros, hoc est, dæmones illi insidiantes. Addit autē scriptura: Et mortuus est vespere. Mortuus est enim rex noster, tradiditquè ad vesperam patri spiritum suum. Hic autem siste gradum parumper, & aduerte primum hominem conditum fuisse à Deo die sexta, primæ diei veneris (vt fertur) hora tertia, transgressus est verò Dei mandatum hora sexta, eiectus est autem

3. Re. 22
Figura.
Christus rex Israel.
Crux currus.
Psal. 105.
Syri dæmones.
Prou. 1.
Osee. 13. &

tem è paradyso voluptatis hora nona, hoc est, ad vesperam. Vt autem tempus tempori respondeat: secundus homo de cœlo cœlestis, eadem hora tertia similis diei, morti dánatus est: hora verò sexta, qua primus homo de terra terrenus peccauit, secũdus homo crucifixus est: Hora verò nona qua ille è paradyso fuit eiectꝰ, secundus homo noster animam Deo tradidit, atquè de corpore & ab hoc mundo egressa est. Fluebat autem sanguis plagæ in sinum currus. Vt intelligeremus, quàm copiosa futura esset apud regẽ verum Israel, redemptio nostra. Nã á sinu eius in sinum crucis remanentis apud nos, fluit semper virtus sanguinis Christi, quo lauantur peccata fidelium, virtutes augentur & merita. Tunc autem præco insonuit in vniuerso exercitu ante quàm sol occũberet dicens: vnusquisquè reuertatur in ciuitatẽ & terram suam: cum Centurio qui verus Christi præco fuit, clamauit: Verè filius Dei erat iste. Hoc enim præconium satis significat ingenuitatem nostram, nam si filius nos liberauerit, veri liberi erimus; ita vt reuerti possimus in terrã nostrã, in ciuitatẽ illam cœlestem à qua exulabamus, in terrã illam viuentium possessam à cœlestibus spiritibus. Tandẽ ait scriptura quod mortuus est rex, & quod sepeliẽrũt eum in Samaria. Samaria enim idem est quod custodia. Ecce ergo Ioseph virum venerabilẽ adeũtẽ præsidẽ, & petentẽ sibi donari corpus regis Israel: quo accepto reposuit & custodiuit in sepulchro atquè in monumẽto nouo, quod exciderat in solido saxo, vbi adfuere iudæi obsignantes lapidem cum custodibus. ¶ Reliquum hic est vt omnes nos lachrymas fundamus super gloriosum Domini sepulchrum. Quis enim talem repetens virginis lachrymas super sepulchrum, nõ colachrymetur? inclinabatur pia mater in eius lapides, durosq; appellabat, quod abstulissent ab ea, quẽ amplecti solebat. Atquè inter lachrymas cum dilecto filio suo iam sepulto has querulas voces emittebat: Heu heu fili mi, lumẽ oculorum meorum, vbinam modo sunt angeli in tuo natali canentes, vbi pastores tripudiantes, vbi reges munera deferentes? præsepe versum est in sepulchrum, loco pastorum ad te adorandũ currentiũ, adsunt sacerdotes, te seductorem & impostorẽm vocantes: Domine, inquiunt, recordati sumus quod seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgã. Quid superest nisi quod angeli pacis amarè fleant? solus adest Ioseph tibi fidelis. Solus vnus vel alter sed cæteri vbi sunt? vbi nam est Apostolorũ obsequiũ, vbi discipulorum comitatus, vbi amicorũ gloria, vbi mortui quos suscitasti, vbi cœci quibus visũ prębuisti, vbi leprosi quos emundasti? quare non properant, cursum nõ accelerant vt te non iam mortuum & cruci affixũ sed inter lapides conclusum videant? Colachrymemur & nos, & dicat vnusquisquè nostrũ: quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontem lachrymarum dabit, vt nocte fleam, & die fleam. Nam cecidit corona capitis nostri, væ nobis quia peccauimus. Vbi nã modo sunt manus illæ tuæ ò Domine Iesu, manus tornatiles plenæ hiacinthys, manus illæ cœlum terrãq; ferentes, manus illæ per quas formatus est orbis, innumeraq; facta miracula? vbi modo sunt pedes illi speciosi annuntian

tes & euangelizantes pacē, euangelizātes bona, pedes infirmos & ægros sine defatigatione visentes? quis clausum habet os illud omniū tristiū solamen, à quo pendebamus omnes, è quo verba vitæ æternæ effluebant? quis è medio nostrum præsentiam illam abstulit, quæ omnes nos lætos & vultu alacres reddebat? quo ibunt sine patre filij? quo magistro sublato discipuli? quo clientes sine aduocato? tu enim ô Domine Iesu, & pater, & mater, & frater & magister eras. Tu salus nostra, tu fortitudo & ornamentum, tu denique omnia omnibus diligentibus te. Sepeliamur ergo cū Christo, vt cum eo suscitari mereamur.

¶ Angelus nuntiat Christi resurrectionem.

Capi. XXVIII.

Mar. 16. b. Ioan. 20. c. *VESPERE autem sabbathi quæ lucescit in prima sabbathi, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrū. Et ecce terræmotus factus est magnus, angelus enim Domini descēdit de cœlo: & accedēs reuoluit lapidē, & sedebat super eū. Erat aūt aspectus eius sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix. Præ timore aūt eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respondēs autē angelus dixit mulieribus, Nolite timere vos, scio enim, quod Iesum qui crucifixus est quæritis: nō est hic, surrexit enim sicut dixit: venite & videte locū, vbi positus erat Dominus. Et cito euntes, dicite discipulis eius, quia surrexit: & ecce præcedet vos in Galilæā, ibi eū videbitis, ecce prædixi vobis. Et exierunt cito de monumēto cum timore, & gaudio magno, currentes nūtiare discipulis eius. Et ecce Iesus occurrit illis, dicēs. Auete. Illæ autē accesserūt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerūt eum. Tunc ait illis Iesus, Nolite timere, ite, nūtiate fratribus meis, vt eāt in Galilæā, ibi me videbūt. Quæ cum abijssent, ecce quidā de custodibus venerunt in ciuitatem, & nūtiauerūt principibus sacerdotū omnia quæ facta fuerant. Et cōgregati cum senioribus, cōsilio accepto, pecuniā copiosam dederūt militibus, dicentes, Dicite quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eū nobis dormientibus. Et si hoc auditū fuerit à præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatū est*

 verbum

verbũ istud apud Iudæos, vsq; in hodiernũ diẽ. Vndecim autẽ discipuli abierunt in Galilæã, in in montẽ vbi constituerat illis Iesus. Et videntes eum adorauerunt, quidã aũt dubitauerunt. Et accedens Iesus, loquutus est eis, dicens, Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Eũtes ergo, docete omnes gẽtes, baptizantes eos, in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quæcunq; mãdaui vobis, Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad cõsumationem seculi.

Mar. 16. d.

Ad literam.

VEspere autem sabbathi quæ lucescit in prima sabbathi. Pro intelligẽtia huius loci, quę vix àdoctis intelligitur, notãdũ primũ: quod vespera in sacra scriptura, accipitur pro nocte: vt mane pro die, per synedochẽ pars pro toto accipitur. Ge. 1. Factũ est vespere & mane dies vnus, idest, primus. Quia ex die ac nocte dies naturalis cõflatur. Et psal. 29. ad vesperã demorabitur fletus. & ad matutinũ lætitia, idest ęrũnæ vestræ nõ erũt diuturnæ. Deinde, sabbathũ erat dies solẽnis apud Hebræos, quod per totũ anni circulũ per singulas hebdomadas insigni religione celebrabatur. At verò, reliquos sex dies hebdomadę, ad hũc modũ supputabãt Iudæi: prima sabbathi, idest prima dies, a. idest, post sabbathũ, hoc est dies dominicus: secũda sabbathi, idest, secũda dies post sabbathũ, hoc est, dies lunæ: sic deinceps, donec ad diẽ veneris peruenerit. ¶ Præterea sabbathũ significat totã hebdomadã, hoc est, septẽ diẽ solẽnitatis paschalis. ¶ In prima significatione capitur primo loco; in secũda, in secũdo loco. Quasi dicat. prima die hebdomadę ad aurorã, i. in nocte sabbathi, quæ propinqua est diei dominicæ aduẽtãti, venerũt sanctæ mulieres ad monumẽtũ, vel sabbathũ vtrobiq; accipiatur primo modo, idest, nocte sabbathi quæ nox lucescit in prima die post sabbathũ. hoc est, dies dominica ad auroram &c.

Regula.

Gene. 1.

Psal. 29.

¶ Greci legũt: vespere sabbathorũ. Et significat vniuersos dies illos solẽnitatis, cũ azimos panes comedebant. Nã vnuquisq; dies illorũ, sabbathũ erat. Et sic intelliges: nomẽ sabbathorũ, esse nomẽ pluralis numeri, positũ pro singulari, hoc est, pro vno sabbathorũ, vt sepultus est in vrbibus Galaad secundũ tex. Heb. i. in vna vrbe. Iudi. 12.

¶ *Vespere aute sabbathi, quæ &c.* Vespera sabbathi quæ &c. Vel, vespere sabbathi quod &c. Vt relatiuũ referatur ad vesper, quod est neutru n.

¶ *Factus est.* i. facts fuerat magnus.

¶ *Deuoluit lapidem.* Deuoluerat lapi é

¶ *Exterriti sunt custodes.* Vel exterriti fuerant.

¶ *Respondens autem angelus &c.* Hebra. verba faciens angelus.

¶ Et *si hoc auditum fuerit à præside.* Sub præside, i. si res apud præsidẽ agatur.

¶ *Suadebimus ei.* persuadebimus ei, vel placabimus eum.

¶ *Data est mihi omnis potestas.* Vi. quæ annotauimus sup. ca. 1. in illa verba: vbi est qui natus est rex Iudæorum, de potestate Christi.

¶ Docete *omnes gentes.* Græs. discipulate.

te, aut discipulos facite.

¶ *In nomine patris*. Vel in nomen patris .i, vt fidē habeāt patri & filio. &c

¶ *Docete omnes gentes*. Lege quæ annotauimus in. 22. Nota veri Messiæ posita in principio libri.

¶ *Ego vobiscum sum*. Pro, adsum vobis & taueo.

¶ *Ego vobiscū sum vsq; ad cōsumationem*
Regula. *seculi*. Sæpe in S. scriptura, id quod ad diuersorū tēporū homines pertinet, ita promittitur, quasi de vna eiusdē ætatis generatione dicatur. Sic Pet.
1. Pet. 8. 1. epi. c. 8. Vos gen9 electū &c. ps. 23.
Psal. 23. Hæc est generatio quærētiū eū &c. Nō loquitur Dauid de vna hominū ætate, sed de vniuersa ecclesia, quæ ab Abel iusto incæpit, & duratura est,
Math. 5. vsq; ad diē iudicij. Ma. 5. Beati estis cū maledixerint vobis homines &c. Et ferè cū ad Apostolos loquitur Dñs, nō tā ad illos dirigit sermonē, quā ad vniuersū populū christianū, cuius illi erāt veluti seminariū: vt vos estis sal terræ &c. Ego vobiscū sū &c. Sed iā de hoc sup. c. 5. diximus explicādo locū illū beati eritis cum maledixerint vobis homines.

¶ *Ego vobiscū sum vsq; ad consumationem seculi*. Quod si hæc vera sunt, vt re vera sūt: quomodo est credibile. amātissimū illū spōsū, spōsā suā dilectissimā hoc est, ecclesiā tāto tēpore (vt Lutherus fateri cogitur) reliquisse, eāq; in adulterij āplexibus, mille & tercētis annis perseuerasse & tot patres, tam pios, tā sanctos, tātisq; miraculis coruscātes fuisse à deo (pro quo multi sāguinē fuderūt) destitutos penitus, & immenso prope tēporis spacio in erroribus versatos? si aūt fateantur hæretici Christū fidē suā seruasse; necessario debēt fateri, ecclesiā semper veritatē tenuisse. Cū verò Lutheri, eiusq; sequatiū doctrina ex diametro ecclesiæ repugnet, qs nō videt esse falsā & impiā? Lege quæ annotauimus sup.
c. 8. in illa verba: ita vt nauicula operiretur fluctibus ad mores cōponendos. Quod aūt tā apertis verbis hoc in loco pollicetur Christus olim etiā per Esaiam promiserat, c. 54. sic inquiēs: sicut in diebus Noe istud mihi est, cui iuraui ne inducerē aquas vltra super terrā: sic iuraui vt nō irascar tibi. Mōtes cōmouebūtur, & colles cōtremiscēt: mīa aūt mea nō recedet à te, & fœd9 pacis meæ nō mouebitur dixit miserator tuus Dñs. q. d. hoc quod tibi iuraui, nēpe: nūquā te esse derelictūrū, est verissimū: nam prius mōtes cōmouebūtur, & alio se trāsferēt, & colles cōtremiscent, quā ego te deserā: nūquā. n. mīa mea à te recedet, neq; fœdus meū tecū initū rūpetur. Quæ verba, nō synagogæ, q̄ā vidimus a Deo esse derelictā sed ecclesiæ de qua D. Pau. totū illud c. Esa. in ep. ad Ga. interpretatur, intelligūtur: & Chrs in hoc. c. deprōpsit, quod apud Ioā. c. 6. ait, & scriptū est in prophetis, erūt omnes docibiles Dei. Valeat ergo Lutherus: nā stat sententia: ego rogaui pro te Petre, vt nō deficiat fides tua. Et rursū: ego rogaui patrē & aliū paracletū dabit uobis spiritū veritatis; vt maneat vobiscū in æternum.

Supr. 8.

Esai. 54.

Ioan. 6.

Luc. 22.

Ioan. 14.

¶ *Data est mihi omnis potestas etc*. Ge. 45 aiūt fratres Ioseph patri suo: Ioseph filius tu9 viuit, & dñatur in ōni terra Aegypti. Lætissimū qdē nuntiū fuit quod dicūt, Ioseph fili9 tu9 viuit &c Nec aliud sonat euāgeliū nrūm, quā quod Christ9 etiā crucifix9 viuit ad huc: nec solū viuit, sed dominatur in toto mūdo. Data est. n. (inquit) mihi potestas in cœlo & in terra. Quā libēter & læti hoc nūtiū audissēt antiqui patres: hinc Ioā. in ipsorū persona: tu (inqt) es q venturus est, ā aliū expectam9? Sup. 4.

Gene. 45
Figura.

¶ Data

Esai. 53. ¶ *Data est mihi omnis potestas &c.* Esa. c. 53. ait: de angustia & de iudicio subla tus est, hoc est, liberatus est ex afflictione, & sceleratorũ in iniusto iudicio: quoniam resurrexit, & victor atq; gloriosus ad pat. ẽ ascẽdit. Ipse. n. post resurrectionẽ suã in hoc loco ait: Data est mihi potestas in cœlo & in terra. Ac quũ est vt mundũ iustè iudicet, qui à mũdo iniustè iudicatus est: sicut scriptũ est: causa tua quasi impij iudicata

Iob. 36. c. est: causam iudiciumq; recipies.

¶ *Ordo apparitionum Christi.*

Libet hîc ordinẽ quẽdã apparitionũ Christi ex vniuersis euãgelistis ad memoriæ commoditatẽ statuere. Surrexit ergo à morte dñs tertio die statim post mediũ noctis sabbathi exactũ, vt quidã volũt: vel aliquãto post vt alij malũt. Sũmo aũt mane sanctæ mulieres familiares dñi ad sepulchrũ venerũt: ac reuoluto sepulchri lapide (nã angel9 de cœlo descẽdẽs cũ terræ motu illũ iã reuoluerat) angelũ viderũt: qui eis dixit estote bono animo, surrexit dñs quẽadmodũ prædixit: annũtiate hoc discipulis. Mulieres currẽtes hęc discipulis renũtiauerũt. Quę cũ abijsẽt adiungit Math. quosdã ex custodib9 vrbẽ regressos, principib9 sacerdotũ quæ facta fuerãt, indicasse: atq; pecunia ab illis corruptos, falsũ rumorẽ dissẽminasse: quod discipuli dormiẽtibus ipsis, dñm furto abstulissẽt. Maria aũt Magdalena quæ cũ cæteris mulieribus sepulchrũ adierat, Petro præsertim & Ioãni visa enarrauit. Tũc Petrus & Ioannes vnà cũ Maria lẽtrus sequẽte, ad monumẽtũ currũt. ac cernũt quæ Maria dixerat vera esse: quod Lucas attigit: sed Ioãnes explicati9 retulit. Petro verò

1. apparitio Marię facta. & Ioãne è sepulchris reuersis, Maria Magdalena ibidẽ permanens prima omniũ dñm vidit: quod discipulis tristibus & flentibus læta nuntiauit. Id Marcus paucis verbis, Ioannes pluribus descripsit.

¶ Secũdo sanctis mulieribus, è sepulchro redeũtibus apparuit: nõ tũc, cũ primũ sũmo mane vnà cũ Maria magdalena è sepulchro redierunt: quãuis id cõsequẽter Mathæus, per occupationẽ præscripsit. Prius. n. Petrus & Ioannes sepulchrũ adierunt, & inde domũ se receperũt: atq; Magdalenæ Dñs visus est. Quẽadmodũ itaq; Maria Magdalena iterũ ad sepulchrũ cũ Petro & Ioãne reuersa est: ita & reliquas sanctas mulieres postea iterũ eò redijsse credẽdũ est: præsertim cum dñm Mariæ magdalenæ ad sepulchrũ apparuisse, iã audissent. Illis igitur dũ è sepulchro iterum domum repeterent, Dominus apparuit. 2. apparitio sanctis mulierib9

¶ Tertio apparuit Dominus Petro vt Lucas c. 23. significauit. 3. Petro.

¶ Quarto duobus illis discipulis in villã Emauntẽ proficiscẽtibus. Quod Marcus attingit, Lucas latius narrat. 4. duobus discipulis.

¶ Quinto decem apostolis simul congregatis: quod Lucas & Ioãnes testantur. Ac quãuis hic à Dño verba aliá Apostolis dicta apud Lucá, alia apud Ioãnẽ legãtur: ex eo tamen nulla in his repugnantia est. Ea enim omnia Dñs dixit: sed eorum quædam Lucas retulit, quæ Ioannes tacuit: & rursũ quædam apposuit Ioannes, quæ Lucas prætermisit. 5. 10. apostolis.

¶ Has autem quinquè Domini apparitiones primo die quo Dñs à morte surrexit, fuisse sancti & antiqui intepretes consentiunt. Hæc. 5. apparitiones 1. die resurrectionis sunt factæ

¶ Octauo post die Dominus vndecim Apostolis sexto apparuit: vt Ioãnes scripsit. 6. 11. apostolis simul.

¶ Septimo quibusdam discipulis ad mare Tiberiadis: quod idem Ioãnes commemorat. 7. quibusdam discipulis.

8.11.in mōte Galilææ. ¶ Octauo, vndecim apostolis in mōte Galilææ, vt Mathæus refert.
9. recumbentibus vndecim. ¶ Nono, recumbentibus vndecim, vt Marcus meminit. Hic iam verba Dñi ad discipulos à Mathæo & Marco relata, sequūtur. In quibus, quamuis aliud ab alio scriptum sit, nihil tamē contrariū ex eo in illis existimari debet. ¶ Ac Lucas quidē reliquas Dñi apparitiones a quinta præterijt excepta vltima: qua Dominus videntibus discipulis post.40. à resurrectione dies cœlos subijt. Quod Marcus etiā significauit: sed Lucas apertius in fine Euangelij dixit: & longius in principio Actorum Apostolorum prosecutus est.

10. Qua vidētibus illis eleuatus est.

¶ Dñs porro à resurrectione, ad ascēsionē vsq;, sæpius quā decies suis apparuit: sed nos hic tantū earū dñi apparitionū meminimus: quæ in Euangelijs scriptæ, referūtur. Vide etiam quæ in principio libri præmisimus, cū de Christi peregrinatione tractabamus in fine peregrinationis.

¶ Almores.

Euntes ergo, docete omnes gentes. Quid ad hæc respōdebūt illi, qui conciones spernūt, q cū ad ecclesiasticas dignitates ascēderint, nihil, nisi otiū, delicias, voluptates, & pecunias quærūt? qui claues thesauri ferūt in brachio, claues aūt animarū tradūt quibusdā ministris, improbis & indoctis, qui nō solū populū nō docēt, sed etiā doctores contēnūt. Hos appellat Dñs per Esaiā, nō pastores, sed canes mutos, nō valētes latrare, cū eorū officiū sit enūtiare Euāgeliū, populi scelera reprehēdere, & deniq; subditos suos docere. Legāt hi antistites D. Pau. ad Thimotheū & Titū scribētē, & ibi inter qualitates antistitum inueniēt, debere esse cōcionatores & doctores.

Esai. 56

1. Tim. 3.
Titū. 1.

Quid plura? ipse cœlestis doctor, diuinus ille cōcionator Christus Deus noster, eis quod præsules constituit, præcepit vt Euāgeliū prædicarent. Euntes (inquit) docete omnes gētes. Lege de hac re in decretis d.36.c. qui ecclesiasticis. Et quæ annotauimus in Luc. c.9. ibi acceptis autē.5. panibus. ¶ *In nomine patris & filij & Spiritus sancti.* Ecce iā Christus Dominus apertis verbis nobis ostēdit mysteriū sacratissimū trinitatis, in veteri testamento obūbratū multis in locis. Gene. 1. in principio inquit: creauit Deus, vbi pro Deo, posuit Elohim, quod est pluralis numeri, & creauit in singulari: vt multitudinē personarū, & vnitatē essentiæ insinuaret. Rursū, dicēs in principio. i. per principiū creauit Deus &c. Et spiritus dñi ferebatur super aquas, eadē trinitas significatur. Nā Deus est pater; principiū per quē omnia facta sūt est filius: spiritus dñi, est spiritus sanctus, vt indicat Targū Hierosolymitanū, ita vertēs: spiritus misericordiarū siue grē, flabat super faciē aquarū. Mitto illud Gen. 18. de apparitiōe triū angelorū Abrahamo, aliaq; multa quæ ad hoc adduci possūt. Illud certe: quod Dei verbū ait per Esa. c.48. nō à principio in abscōdito loquutus sum, ex tēpore antequā fieret (.s. lex) ibi erā: & nūc Dñs meus misit me & spūs eius, satis aperte mysteriū trinitatis & incarnationis ostēdit. q. d. Ego Deus, nullā vobis legem dedi in mōte Sinay in oculto: plane loquutus sum & ibi eram cū patre & spiritu sancto, in legislatione: sed qm lex non erat duratura, nisi vsquè ad Euangeliū, ideò nūc misit me pater & spiritus sanctus, vt vos euangeliū doceam &c. Vbi vides tres diuinas personas, quarū secunda fuit à patre & Spiritu sancto missa in mundum.

Gene. 1.
Gene. 18.
Esai. 48.

Nec

Nec solum scriptura sacra, sed etiam philosophi personarũ distinctioné in diuinis, suo modo cognouerunt. Plato in Epistola ad Dionisium, sic ait: omnia sunt apud regem mundi, & propter eum est quicquid est creatum, qui est omniũ bonorũ causa. Et mox: post hunc regem est totum in secundo, & post illum in tertio. Plotinus ita ait in lib. trium substantiarũ: si quæsieris: quis genuerit exemplar & sapientiã, huiusq; mundi opificé, dico fuisse illũ simplicem, qui in causa est, vt hic genitus sit talis, tamquè magnitudine præditus. Et paulò post, cõparat filium respectu cœlestis patris, cum splendore respectu solis. Aemilius loquens de filio Dei, ait, hoc esse verbũ per quod omnia facta sunt, vt Heraclitus asserebat. Philo Platonicus in lib. de bonis irrisis à malis, appellat Dei filium eius imaginé, & verbum sacratissimũ, à quo ait fuisse mundum formatum. Hi ergo omnes vel diuina reuelatione, vel maiorum traditione, vel ex nostris mutuantes hæc de triade disseruerunt, quãuis in ea rescopũ nõ tetigerunt: & ideo suo modo de trinitate disseruisse diximus. Lege Tho. 1. p. q. 32. ar. 1. & Palacios. 1. sen. d. 2. q. 3.

Plato. Plotinus. Aemilius. Heracli. Philo.

¶ Nos ergo credamus in sanctam hanc trinitaté: patré & filiũ & spiritũ sanctũ, vnũ Deũ omnipotenté, vnius essẽtiæ, vnius potestatis, creatoré omniũ creaturarũ, à quo omnia, per qué omnia, in quo omnia: æternũ, incõmutabilem, qui totus vbiq; est, totus vbiq; præsens, nõ per partes diuisus, sed totus in omnibus locis, nõ localiter, sed potẽtialiter, qui absq; sui mutatione, cũcta mutabilia creauit. Lege quæ annotauimus in ca. 1. in illa verba filij Abrahã, de nomine quatuor literarũ: quod hoc idé mysteriũ significabat. Vnde Christus Dñs manifestauit nomẽ hoc hominibus. Ioã. enim. 17. ait: Pater, manifestaui nomé tuũ hominibus, quos dedisti mihi. Ecce in hoc loco manifeste docet mysteriũ triadis, in nomine tetragrãmatõ reclusũ, dũ ait: baptizãtes eos, in nomine patris & filij & Spiritus sancti. Hãc ergo Trinitatem credamus, hãc adoremus, hanc in cordibus nostris imprimamus si seruari cupimus.

Supr. 1. Ioan. 17.

¶ *Ego ero vobiscũ vsq; ad consumationem &c.* Quis hoc audiés, nõ omnia pericula cõtẽnat? si Deus pro nobis, quis cõtra nos? Vnde Ge. 26. ait dñs Isaac: ego ero tecũ, curabo omnia tua, seruabo & pascã. Hoc idé pollicetur nobis Chrs in hoc loco, dicés: ego ero vobiscũ, vsq; ad cõsumationé seculi. Hoc etiã erat, quod per Esaiã prophetã promiserat. c. 4. inquiés: super omné gloriã protectio. Accipit gloriã, pro viris gloria dignis, iustitiã & pietaté colẽtibus. Sẽsus est: in omni loco vbi fuerint fideles virtute præditi erit diuina protectio. Sed hoc protectionis genus, tã remotũ est ab eorũ hominũ intellectu, qui humana tãtũ expectãt, vt iudicét, uiros pios à Deo cõtẽni, cũ eos maximè tueatur. Hos abscõdit Deus ab hostiũ immanitate, ne in aĩo lædatur. Hinc est quod Dauid ait: abscõdes eos in abscõdito faciei tuæ à cõturbatiõe hominũ. Vbi vtitur quadã verborũ exornatione, sũpta à similitudine principis, qui eũ qué tutissimũ esse vult, in suũ cubiculũ recipit, ne ab impetu & insidijs inimicorũ eũ persequentiũ, lædatur. Hãc domũ refugij cupiebat ardenter idé propheta: esto mihi (inquiens) in Deũ protectoré, & in domũ refugij, vt saluum me facias. Et alibi dicebat quo-

Gene. 26. Esai. 4. Psal. 30. Psal. 30. Psal. 26.

quoniam abſcondit me in tabernacũ lo ſuo, in die malorũ protexit me in abſcõdito tabernaculi ſui. Et in alio pſalmo, vbi æditio vulgata habet: co
Pſal.81. gitauerunt aduerſus ſanctos tuos, pq teſt verti ex Hebræo: cogitauerunt aduerſus abſconditos tuos. Ex quo colliges: idem eſſe ſanctum eſſe, & à Deo abſconditum & protectum. Et in alio pſalmo, vbi æditio vulgata ha
Pſal.90. bet: qui habitat in adiutorio altiſsimi, in protectione Dei cœli commorabitur, habet verſio D. Hieronymi ex Hebraico: qui habitat in abſcondito altiſsimi, in vmbraculo Domini commorabitur. Aſpicis ergo, piorum vitam abſconditam eſſe in Deo & tutiſsimam. Et hoc exiſtimo eſſe,
quod ait. D. Paul. in Epiſtola ad Co- Coloſſ. 1.
loſſen. vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Hoc volens Eſai. ſignificare, in hunc modum cõcludit: & tabernaculum erit in vmbraculũ diei ab æſtu, & in ſecuritatem & abſconſionem à turbine & pluuia. Ac ſi dicat: Deus tuebitur iuſtos ab omni tentatione & afflictione ſæuiente, & Eccleſia nullo ſubuertetur turbine, nullis vnquam procellis & tempeſtatibus obruetur. Quod in hoc loco apertiùs Dominus pollicetur, dicẽs: Ego ero vobiſcum vſq; ad conſumationem ſeculi.

Commentariorum in Mathæum Finis.

VALLESOLETI.

Excudebat Didacus Fernandez à Corduba.

Anno M. D. LXXXIIII.

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRÆ, QVAE IN HOC OPERE

ſpecialiter & acurate exponuntur. In quo numerus paginam, A columnam primã, B ſecundam ſignificat.

Ex Geneſi.

Cap. 1. IN principio creauit Deus &c. In Hebræo habetur Elohin, & quare. 671.a.
3 Tu inſidiaberis calcaneo eius. 669.a.
4 Abel fuit frater Cain. 519.b.
Ecce vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. 204.a.
7 Rupti ſunt omnes fontes abyſsi. 515.a
8 Noe arcæ tectum amouit. 690.a.
9 Cumq; euigilaſſet Noe à vino, & didiciſſet quæ fecerat ei filius minor. 425.b
Chã riſit vidẽs nuditatẽ patris. 453.a.
Bibẽſq; Noe vinũ inebriatus eſt, & nudatus in tabernaculo ſuo. 372.b.
12 Abraham diues valde in poſſeſsione auri & argenti. 517.b.
13 Si quis poteſt puluerẽ terræ numerare, numerabit & ſemen tuum. 187.b.
15 Generatione autẽ quarta reuertetur huc. 7.a.
Dinumera ſi potes ſtellas, ſic erit ſemen tuum. 62.a.
Mihi nõ dediſti ſemẽ, & ecce vernaculus meus hæres meus erit. 292.a.
16 Ego dedi ancillã meã in ſinum tuum &c. 183.a.
17 Infans octo dierũ circuncidetur in vobis. 530.b.
18 Cum futurus ſit ingentem magnã atquè robuſtiſsimam. 379.a.
19 Delebimus locum iſtum. 614.a.
21 Maior ſeruiet minori. 218.b.
22 Ego & puer poſtquam adorauerimus reuertemur. 574.b.
Percuſſit Abraham arietem, & obtulit holocauſtum. 706.b.
27 Ego ſum primogenitus tuus Eſau. 49.b.
In pinguedine terræ & rore cœli erit benedictio tua. 221.b.
28 Scalam vidit Iacob. 6.b. 26.a. 145.a. 263.a. 314.a. 487.a. 544.b. 565.b.
31 Leua oculos tuos & vide vniuerſos maſculos aſcendentes ſuper fœminas &c. 27.a.
36 Zaran prior eduxit manum. 585.a.
37 Fratres Ioſeph denudauerunt illum. 732.b.
41 Reuelauit Deus in ſomno Pharaoni famem futuram. 26.b.
43 Sederunt primogenitus iuxta primogenitã ſua. 476.a.
44 Cyphum argenteum pone in ore ſacci iunioris. 578.b.
45 Feſtinate & aſcendite ad patrem meũ &c. 47.b.
49 Beniamin lupus rapax. 280.a.
Dabo tibi partem vnam extra fratres tuos &c. 423.a.
Fiat Dan coluber in via, Ceraſtes in ſemita &c. 438.b.
Requieſcens accubuiſti vt leo &c. 566.b.
Salutare tuum expectabo Dñe. 34.a.
Non auferetur ſceptrũ de Iuda. 45.a.
Zabulõ in litore maris habitabit. 129.a
Sedit in forti arcus eius & diſſoluta ſunt vincula brachiorum &c. 345.a.

Ex Exodo.

Cap. 3. Rubus ardebat & non comburebat 443.b. 570.b.

5 Et dispersus est populus in omnem terram Ægypti ad paleas colligendas. 664.a.
15 Misisti iram tuam quæ deuorauit eos sicut stipulam. 501.a.
Et venerunt filij Israel in Mara, & postea in Elim. 113.b.
17 Cumque leuaret Moyses manus vincebat Israel &c. 226.a.
25 Vtrumque latus propitiatorij tegant expandentes alas. 230.a.
Vectes quibus arca portatur semper erunt in circulis &c. 67.a.
26 Facies operimentum de pellibus hyacinthinis. 427.a.
Facies decem cortinas de bysso retortas. 440.b.
28 Facies per circuitum quasi mala punica &c. 15.a.
29 Causa hostiæ offeratur in sacrificio. 664.b.
30 Vesties altare auro purissimo. 269.b.
32 Sedit populus manducare, & surrexerunt ludere. 232.b.
35 Viri cum mulieribus præbuerunt armillas. 417.b.

Ex Leuitico.

Ca. 1. Vesiculam gutturis & plumas proijciet prope altare. 564.a.
2 Nihil mellis adolebitur in sacrificio Domini. 635.b.
Si obtuleris munus tuum primitiarū frugum tuarum domino &c. 636.b.
10 Filij Aaron acceptis turibulis imposuerunt ignem alienum. 133.b.
21 Sacerdos virginem ducet vxorem. 626.b.
16 Tunica linea sanctificata induetur sacerdos. 16.b.

Ex Numeris.

Capit. 11. Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel. 441.a.
13 Facilius erat nouissimo quàm priori e botro comedere. 553.a. 586.b.

Ex Deuteronomio.

Cap. 6. Erunt verba mea quasi signum in manu tua. 422.a.
9 Vt possideas ciuitates ingentes, & in cœlum vsque muratas. 515.a.
22 Non arabis in boue & asino. 366.b.
Si duxerit vxorem vir & postea eam odio habuerit &c. 460.b.
Non indueris veste ex lana linoq; cōtexta. 636.a.
26 Cum intraueris terram quam dominus Deus daturus est tibi possidendam &c. 96.a.
31 In latere arcæ liber legis ponebatur. 645.b. & .6.b.

Ex Iosue.

Cap. 2. Raab funiculum coccineum appēdit in fenestra. 14.b.
6 Die autem septimo diluculo consurgentes circuierunt vrbem. 409.a.
7 Achan vsurpauit de anathemate regulam auream. 473.a.

Ex libro Iudicum.

Cap. 6. Ros descendit in vellus &c. 612.b.
9 Euagina gladium tuum, & interfice me: ne forte dicatur quod à fœmina interfectus sum. 114.b.
13 Erit enim puer Nazareus Dei. 56.a.
14 Et ecce examen apum in ore leonis erat. 121.a.
16 *Defecit anima eius & ad mortem vsque* quam delata est. 727.a.

Ex Ruth.

Cap. 1. Ruth adhæsit socrui suæ. 59 a.

Ex primo Regum.

Cap.3. Vocauit Deus Samuel. 128.b.
13 Filius vnius anni erat Saul cum regnare cœpisset. 380.b.
16 Vitulum de armento tolles in manu tua &c. 11.b.
21 Dauid inmutauit os suum coram Abimelech. 76.b.
30 Aequalis portio detur remanétibus ad sarcinas &c. 552.a.

Ex Secundo Regum.

Capi.6. Michol filiæ Saul non est natus filius vsq; in diem mortis suæ. 5.b.
9 Est ne aliquis de domo Saul cum quo fiat misericordia. 21.b.
11 Scripsit Dauid ad Ioab, misitq; per manum Vriæ. 452.b.
13 Dauid sedens in cathedra sapientissimus ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus &c. 15.b.
16 Dimitte ei vt maledicat, Dominus enim præcepit. 118.a.

Ex tertio Regum.

Cap.1. Dauid cum vestibus operiretur nõ calefiebat. 16.b.
6 Fecit in templo fenestras obliquas. 450.a.
19 Helias fugiens Iezabel sedit subter vnũ iuniperum. 475.a.
Combusit aratrum inquo tum igne coxit duos bobes. 628.b.
21 Da mihi vineam tuam vt faciam mihi hortum olerum. 599.a.
22 Rex autem Israel stabat in curru suo contra suos. 739.a.

Ex quarto Regum.

Cap.4. Stetitquè oleum &c. 253.b.
21 Adorauit omnem militiã cœli. 666.b
25 Sedechias obcæcatus fuit in Reblatha. 452.b.

Ex secundo Paralypomenon.

C.3. Sculpsitquè in ea palmas. 547.a.

Ex secundo Esdræ.

Cap.4. Vna manu faciebant opus, & altera tenebãt gladium. 184.a. 229.b. 547.a.

Ex Tobia.

Cap.6. Exentera picem & tolle cor eius & fel, & repone tibi. 119.b.

Ex Iob.

Cap.4. Vidi eos qui operantur iniquitatẽ iniquitatem flante Deo perijsse. 673.b
7 Et sicut mercenarij dies eius. 537.a.
8 Hæc est lætitia viæ eius, vt sursum de terra alij germinent. 553.a.
Tabernaculum impiorum non subsistit. 485.b.
20 Deuorabit eum ignis qui nõ suscenditur. 69.b.
31 Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum. 521.a.
35 Qui dedit carmina in nocte. 360.a.
40 Nũquid illudes ei quasi aui &c. 125.b.
41 Reputabit quasi paleas ferrum &c. 668.b.
Cum apprehenderit eum gladius subsistere non poterit. 501.b.

Ex libro Psalmorum.

2 Ego hodie genui te. 2. b.
Ego autem cõstitutus sum Rex ab eo. 56.a.
7 Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrauit. 676.a.
Exurge Dñe in ira tua & exaltare in finibus

bus inimicorum tuorum. 345.a.
Ecce parturit iniustitiam, cõcipit dolorem &c. 357.b.
8 Cõstitui eum super opera manuũ tuarum. 50.a.
9 Cognoscetur dominus iudicia faciẽs. 344.b.
10 Quoniam quæ perfecisti destruxerũt. 448.b.
Pluit super peccatores laqueos ignis sulphur &c. 579.b.
11 Eloquia Domini eloquia casta. 558.a.
Labia dolosa in corde & corde locuti sunt. 73.a.
15 Multiplicatæ sunt infirmitates eorũ postea accelerauerunt. 556.b.
16 Eripe animam meã ab impio, frameã tuam ab inimicis manus tuæ. 218.a.
17 Cum sancto sanctus eris. 159.a.
18 In omnem terram exiuit sonus eorũ. 192.a.
22 Virga tuá & baculus tuus ipsa me consolata sũt. 314.b.
29 Complaceat tibi Domine vt eruas me 450.b.
34 Dic animæ meæ salus tua ego sum. 365.a.
35 Dixit iniquus vt in semetipso. 358.b.
In lumine tuo videbimus lumẽ. 365.a
40 Beatus qui intelligit super egenum & pauperem &c. 256.b.
44 Lingua mea calamus scribæ &c. 336.a
47 Ponite corda vestra in virtute eius. 645.b.
50 Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. 556.a.
54 Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. 263.a.
Iacta super Dominum curam tuam. 381.b.
56 Lingua eorum gladius acutus, venenũ aspidum sub labijs eorum. 19.b.
57 Super cecidit ignis, & non viderunt solem. 452.a.
61 Diuitiæ si affluát nolite cor apponere. 81.b. 260.a.
67 Mons Domini, mõs pinguis &c. 60.a.
68 Dederunt in escam meam fel, & in siti mea &c. 715.a.
Propter te sustinui opprobriũ. 731.a.
71 Reges Arabũ & saba dona adducẽt. 58.b
73 Superbia eorũ qui te oderũt, ascẽdit sẽper. 124.b.
74 Omnia cornua peccatorum cõfringã. 522.b.
Calix in manu Domini vini meri plenus mixto. 580.a.
77 Percussit petrã, & fluxerũt aquæ. 414.a
Excitatus est tãq̃ dormiẽs dñs &c. 600.b
79 Fiat manus tua vt saluet me &c. 34.a.
84 Veritas de terra orta est. 42.b.
89 Conuertimini filij hominum. 130.b.
90 Qui habitat in adiutorio altissimi &c 87.a.
Liberauit me de laqueo venantium &c. 254.b.
93 Secũdũ multitudinem dolorum meorum in corde meo &c. 550.a.
96 Dñs regnauit exultet terra &c. 474.a.
97 Notum fecit Dñs salutare suum. 48.a.
101 Similis factus sum pelicano solitudinis. 678.b.
104 Quærite Dñm & confirmamini. 55.b.
106 Qui descendũt mare in nauibus faciẽtes operationes in aquis multis. 132.b
117 Impulsus euersus sum vt caderẽ. 555.a
118 Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum. 33.b.
Declaratio sermonũ tuorũ illuminat. 344.a.
134 Eduxit nubes ab extremo terræ &c. 126.b. 460.a.
138 Intellexisti cogitationes meas de longe. 394.b.

Ex Prouerbijs.

Cap. 3. Habe fiduciam in Dño &c. Sanitas quippe erit vmbilico tuo. 262.b.

5 Labores tui non sint in domo aliena. 690. b.
10 Filius sapiens lætificat patrē &c. 24. b
19 Domus & diuitiæ dantur a parentib9, à Domino autem vxor prudens. 24.a
31 Noli dare regibus vinum ò Lamuel. 369.a.
Gustauit & vidit quia bona est negociatio eius. 415.a.
Quæsiuit lanam & linum. 629.b.

Ex Ecclesiaste.

Cap. 3. Vnus est interitus hominum & iumentorum &c. 343.a.
7 Ne sis velox ad irascendū. 39.b.
Melius est ire ad domum luctus quā ad domū conuiuij. 360.a.

Ex Canticis canticorum.

Cap. 1. Trahe me post te &c. 129.b.
2 Capite nobis vulpes paruas quæ demoliuntur vineas. 238.b.
Surge amica mea formosa mea & veni 58.a.
4 Dentes tui sicut greges caprarum. 13 a. 134.b. 518.a.
Oculi tui columbarum. 13.b.
Omnes gemellis fœtibus. 14.a.
Sicut turris Dauid collum tuum. 15.a.
Fauus distillans labia tua. 28.a.
5 Oculi eius sicut columbæ super riuos aquarum. 454.a.
7 Quā pulchri sunt gressus tui &c. 28.a.
Comæ capitis sponsæ sicut purpura regis. 723. b.

Ex Ecclesiastico.

Cap. 2. Væ peccatori ingredienti terrā duabus vijs. 133.b. &. 240.b.
6 Amico fideli nulla est cōparatio. 24.b.
11 Ante mortem ne laudes hominem. &c. 374.a.
21 Qui odit correptionem vestigium est peccatoris. 502.b.
34 Ego mater pulchræ dilectionis &c. 17.a.
26 Mulieris bonæ beatus vir. 24.a.
34 Hoc secundum hoc visio somniorū. 568.a.
37 Anima viri sancti enunciat aliquādo vera melius quām &c. 67.a.
38 Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo stimulo boues agitat. 647.a.

Ex libro Sapientiæ.

Cap. 1. Et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. 264.b.
3 Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. 724.b.
4 Ex iniquis omnes filij qui nascuntur testes sunt nequitiæ aduersus parētes. 8.b.
5 Acuet diram iram in lanceam. 501.b.
8 Disponit omnia suauiter. 62.b.

Ex Esaia.

Cap. 1. Vinum tuum mistū est aqua. 200.b
Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis. 472.a.
A planta pedis vsquè ad verticem capitis non est in eo sanitas. 703.a.
2 quiescite ab homine cuius spiritus in naribus est. 372.a.
Egredietur virga de radice Iesse. 502.a
3 Dicite iusto quoniam bene. 158.a.
Ecce Dominus auferet à Hierusalem & Iuda validum & fortem. 441.b.
Væ impio in malum enim retributio manuum eius fiet. 445.b.
4 Super omnem gloriam protectio. 746.b.
In die illa erit germen Domini in magnificentia. 5.a.
Apprehenderunt septem mulieres virum vnum &c. 19.a.
5 Vinea facta est dilecto meo in cornu filij olei. 596.a.
Expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas. 721.a.
6 Excæca cor populi huius &c. 656.
Exaltatæ sunt filiæ Sion & ambulauerunt alto collo. 376.a.

7 Pete tibi signum à Domino Deo tuo &c. 262.b.
Ecce virgo concipiet &c. 10.b. 39.b.
8 Sume tibi librum grandem & scribe in eo &c. 37.a. 56.b.
Erit vobis in lapidem offensionis &c 370.a.
9 Primo tempore alleuiata est terra Zabulon. 134.a.
10 Assur virga furoris mei & baculus &c. 78.a.
Computrescit iugũ à facie olei. 322.b
11 Habitabit lupus cum agno &c. 199.b
16 Emitte agnum Domine dominatorem &c. 3.a.
19 Et mœrebunt peccatores & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum. 132.a.
Ecce Dominus ascendet super nubem leuem. 57.b. 89.b.
24 Luxit & defluxit terra. 666.b.
Visitabit Dominus super militiam cœli. ibidem.
In die illa erubescet luna. 671.a.
25 Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuiũ. 625.a.
Super hoc laudabit te populus fortis. 598.a.
28 Vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. 291.b.
30 Præparata est.n. ab heri Tophet &c. 683.b.
Plorans nequaquã plorabis. 153.a.
33 Factus est Saron sicut desertum, & concussa est Basan. 612.b.
Væ qui prædaris nonne ipse prædaberis? 337.b.
35 Lætabitur deserta & inuia &c. 612.a. 39.b.
Ipsi videbunt gloriã Domini & decorem Dei nostri. 419.b.
40 Super montem excelsum ascẽde tu qui Euangelizas Sion. 118.b.
41 Taceãt ad me insulæ. 387.a.
Viderunt insulæ & timuerũt &c. 75.a
Ne timeas quia ego tecũ sum &c. 35.a.
43 Ab oriẽte adducã semẽ tuum. 286.a.
45 Rorate cœli desuper. 5.a.
46 Audite me duro corde qui longe estis à iustitia. 290.b.
Ego sum Dominus vocans ab oriente auem. 127.b. 57.b.
48 Dominus dilexit eum, faciet voluntatem suam in Babylone. 478.a.
49 Dominus ab vtero vocauit me. 4.a.
50 Veni, & non erat vir. 103.b.
Dominus dedit mihi linguam eruditam. 268.b.
51 Consurge Hierusalem quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius. 580.a
Et brachia mea populos iudicabunt. 515.a.
Attendite ad petram vnde excisi estis &c. 104.a.
52 Super ipsum continebunt gentes os suum. 76.a.
Ecce intelliget seruus meus & exaltabitur &c. 555.a.
53 Generationem eius quis enarrabit. 2.b
Ascẽdit sicut virgultũ corã eo &c. 5.a.
Disciplina pacis nr̃æ super eũ. 722.a.
Dedit impios pro sepultura. 729.b.
Si posuerit pro peccato animam suã videbit semen longeuum. 738.b.
54 Montes conmouebuntur & colles cõtremiscent &c. 743.b.
55 Quærite Dominum dum inueniri potest. 56.a.
Omnes sitiẽtes venite ad aquas. 517.b
57 Abijt vagus in via cordis sui 450.b.
58 Clama ne cesses quasi tuba exalta vocẽ tuam. 177.a.
59 Timebunt qui ab occidente nomen domini &c. 127.b.
Vestræ iniquitates diuiserunt inter vos & Deum vestrum. 661.b.
60 Me enim insulæ expectabunt. 387.a.

62 Transi-

62 Trãsite per portas, præparate viam populo. 188.a.
64 Facti sumus vt inmundi omnes nos. 682.b.

Ex Ieremia.

Cap. 2. Quid niteris ostendere viam tuam bonam? 214.a.
Vide vias tuas in conualle &c. 390.a.
3 Ecce locuta est, & fecisti mala & potuisti. 358.b.
4 Candidiores Nazarei eius niue 554.a.
Nõ tacebo quoniam vocem buccinæ audiuit anima mea. 679.b.
8 Ecce mittam vobis serpentes regulos &c. 440.a.
12 Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi. 276.b.
24 Quid tu vides Ieremia? & dixi ficus &c. 571.a.
39 Et de plebe pauperum qui nihil habebant dimisit Nabuzardan. 251.b.

Ex Baruch.

Cap. 3. Post hæc in terris visus est & cum hominibus conuersatus est. 42.a.

Ex Ezechiele.

Capit. 1. Et vidi quasi speciem electri &c. 48.a.
2 Ne timeas eos quia increduli & subuersores sunt. 333.b.
Ecce manus missa ad me in qua erat involutus liber. 405.a.
3 Comede volumen istud &c. 194.b.
Qui quiescit quiescat. 319.a.
Annunciabis eis ex me. 336.a.
Vẽter tuus comedet & viscera tua implebuntur volumine isto. 421.b.
4 Et tu fili hominis sume tibi laterem 112.b. 537.b.
7 Aurum eorum sterquilinium erit. 518.b.
8 Et Vidi & ecce quasi aspectus ignis. 569.a.
10 Species autem rotarũ erat quasi visio lapidis chrysolithi. 335.b.
11 Ecce ego ad te, & eijciã gladium meũ de vagina sua. 217.b.
13 Quasi vulpes in deserto prophetæ tui Israel erant. 238.a.
16 Iuraui tibi & ingressus sum pactum tecum. 619.b.
Laui te aqua & mundaui sanguinem tuum a te. 624.a.
17 In monte sublimi Israel plantabo illud. 571.b.
Sta super pedes tuos &c. 282.a.
18 Si fuerit iustus & fecerit iudiciũ &c. 22.b.
22 Omnes isti æs & stannum & plumbũ in medio fornacis. 239.b.
Viri detractores fuerunt in te. 391.a.
Oculos habent ad videndum & non vident. 418.a.
Sacerdotes eius contempserunt legem meam &c. 544.a.
24 Multo labore sudatum est & non exiuit de ea rubigo. 537.b.
33 Veniunt ad te & sedent coram te populus meus &c. 278.b.
Cum tulerit populus terræ virum vnum de nouissimis suis. 582.a.
36 Porta atrij interioris quæ respicit ad orientem erit clausa sex diebus. 638.a.
40 Cœlatæ erant palmæ &c. 547.b.
43 Super torrentem orietur in ripis eius ex vtraque parte omne lignum pomiferum. 197.b.
Et assumes de sanguine eius & pones &c. 573.a.
44 Cumque ingredietur portas atrij interioris. 183.b.
48 Et super terminum Gaad ad plagam Austri in meridiem &c. 113.b.

Ex Daniele.

Cap 3 Ecce ego video quatuor viros ambulantes &c. 457. a.
In quacunq; hora quis audierit sonitũ buccinæ &c.446.a.
10 Et ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum. 458.b.
14 Fer prandium quod habes in Babylonem Danieli.40.a.
An non vides quanta comedat & bibat quotidie? 114.b.233.a.

Ex Osea.

Cap.1 Congregabuntur filij Israel & filij Iuda pariter.611.a.
2 Vocabo non plebem meam, plebem meam &c.46.b.
Et hæc nesciuit quia ego dedi ei frumentum &c.56.b.
13 Perditio tua Israel.505.a.

Ex Ioele.

Cap.1. Computruerunt iumenta in stercore suo.[illegible].b.

Ex Iona.

Cap.4 Venit vermes & percussit hæderam & exaruit.568.a.

Ex Michæa.

Cap.4 Et erit in nouissimo dierũ mons Domini præparatus in vertice montium.60.a.64.b.
Surge & tritura filia Sion &c.65.a.

Ex Habacuc.

Cap.1 Quare non respicis super iniqua agentes.131.b.
3 Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis &c.264.a.

Ex Aggæo.

Cap.1 Seminastis multum & intulistis parum &c.422.a.

Ex Zacharia.

Cap.2. Qui tangit vos tangit pupillam oculi mei. 45.a.
4 Vidi & ecce candelabrum aureum totum.611.a.
6 Hæc est amphora egrediens &c.418.a.
11 Oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur. 418.a.
14 In die illa erit Dominus vnus &c. 611.a.

Ex Malachia.

Cap.3. Purgabit filios Leui.3.a.

Ex primo Machabæorum.

Cap.4. Ecce cõtriti sunt inimici nostri &c.161.b.

LOCA NOVI Testamenti.

Ex Marco.

Cap.8 Apprehensa manu cæci eduxit eum extra vicum.459.b.
15 Percutiebant caput eius arundine & cõspuebant eum.96.a.

Ex Luca.

Cap.1. Aue gratia plena.18.a.
2 Iesus subditus erat illis. 26.a.
4 Exibant dæmonia a multis clamantia &c.66.a.
10 Videbam Sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem.109.a.
Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum.174.b.
Messis quidem multa operarij autem pauci &c.359.b.
Beati oculi qui vident quæ vos videtis.552.b.
12 Transiens ministrabit illis.548.a.
14 Emi quinque iuga boum, & eo probare illa.38[illegible].b.

16 Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.257.a.
Si in alieno fideles nō fuiſtis, quod veſtrum eſt quis dabit vobis? 81.a.

Ex Ioanne.

Capit. 1. Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. 355.b.
Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. 365.b.
3 Tu es magiſter in Iſrael & hæc ignoras? 356.a.
4 Meus cibus eſt vt faciam voluntatem patris.77.b.
9 Scimus quia peccatores Deus non exaudit.509.a
10 Hyems erat & ambulauat Ieſus in tēplo.139.a.
11 Vt congregaret in vnum filios Dei. 660.b.
13 Vos vocatis me magiſter & Domine &c.64.b.
18 Regnum meum non eſt de hoc mundo.50.b.

Ex Epiſtola ad Romanos.

Cap.4. Contra ſpem in ſpem credidit. 263.a.
5 Lex ſubintrauit vt abundaret delictū. 419.a
6 Vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt &c.35.a.
8 Si ſecundum carnem vixeritis moriemini.237.a.
Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis &c.547.b.
9 Non omnes qui ex Iſrael ſunt hi ſunt Iſraelitæ &c.49.b.
Verbum conſumans & abreuians in æquitate.100.a.
11 Si radix ſancta & rami.8.b.
12 Non vos metipſos defendentes ſed date locum iræ.201.a.
Exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem.236.b.578.b.
13 Induimini Dominum Ieſum Chriſtū 269.b.
14 Tu autem quis es, qui iudicas ſeruum alienum? 444.b.

Ex prima ad Corinthios.

Cap.1. Infirma mundi elegit Deus vt cōfundat fortia.125.a.
2 Nec enim me iudicaui ſcire aliquid inter vos.667.b.
Sapiētiam loquimur inter perfectos. 182.a.
8 Sciētia inflat, charitas ædificat.186.a.
10 Qui ſtat videat ne cadat 555.a.

Ex ſecunda ad Corinthios.

Cap.3. Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus noſtris.413.b.
4 Mihi pro minimo eſt, vt à vobis iudicer &c.454.a.

Ex Epiſtola ad Galatas.

Cap.4. Quanto tempore hæres paruulus eſt &c.84.a.
Nō de erit inter nos Iſmael qui perſequatur Iſaac 438.a.

Ex Epiſtola ad Epheſios.

Cap.1. Ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraq; vnum.611.a.
3 Secūdum reuelationem notum factū eſt mihi ſacramentum &c.47.a.
4 Nolite contriſtare ſpiritum ſanctum. 94.a.
Vnus Deus & pater &c.584.a.
6 Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem.119.b.115.a

Ex epiſtola ad Philipenſes.

Cap.2. Propter quod & Deus exaltauit illum &c.35.a.

Ex ſecunda ad Theſalonicenſes.

Cap.2. Qui tenet nunc teneat donec de medio fiat.274.a.

Ex prima ad Timothæum.

Cap.6. Qui volunt diuites fieri incidūt in tentationem &c.415.b.

Ex ſecunda ad Timothæum.

Capi.4. Erit tempus cum ſanam doctrinā non ſuſtinebunt &c.100.b.

Ex epistola ad Hebræos.
Ca.2. Nusquã angelos apprehẽdit sed semẽ Abrahæ, 53.b.
11 Fides est substantia rerum sperandarũ &c.598.b.
13 Quorum animalium infertur sanguis pro peccato in sancta &c.728.b.
Ex Epistola Iacobi.
Cap.1. Beatus vir qui suffert tentationem &c.111.b.
2 Ex operibus iustificatur homo & non ex fide tantum.546.a.
Ex prima Petri.
Cap.4. Charitas operit multitudinem peccatorum.723.b.
Ex prima Ioanni.
Cap.2. Qui dicit se nosse Deum & mandata eius non custodit mendax est.371.a
4 Perfecta charitas foras mittit timorẽ. 344.a.
5 Est peccatum ad mortem non dico vt pro eo oret quis.505.b.
Ex Apocalypsi.
Cap.3. Suadeo tibi emere à mẽ aurum ignitum &c.723.a.
3 Vtinam frigidus aut calidus esses &c. 277.b.
5 Collyrio inunge oculos tuos. 569. a.
11 Accepi librum & deuoraui illum &c. 279.a.
13 Et vidi de mari bestiam ascendentem &c.243.a.
14 Hi empti sunt ex hominib9 primitiæ Deo &c.96.b.
16 Venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se.622.
19 Et vidi cœlum apertum & ecce equus albus etc.123.b.

FINIS.

INDEX SENTENTIAS OMNES OBSERVATU DIGNAS, QUÆ SPARSIM CONtinentur in his commentarijs, ordine alphabetico exhibens.

In quo numerus, paginam, A columnam primam, B secundam significat.

A

A, Vel, ab, in scriptura sacra quid significent. 491.b.
Aaron & Moyses Christum & Petrum figurabant. 468.a.
Abrahæ nomini cur Deus addidit literam 3.a.
Abundantia multorum malorum est causa. 676.b.
Actiones tā internas quàm externas, quæ malæ sunt prohibet lex Dei 215.b.
Academias tres cōstituit Dominus in mūdo quibus prouidit de præceptoribus. 658.a.
Adorare in scriptura variè sumitur. 285.b.
Admonitio trina necessaria est. 496.a.
Adulatio valde fugienda est. 655.b.
Aduentus Christi primus in quo differt à secundo. 673.a.
Aduentus Christi fugauit noctem veteris testamenti. 39.a.
Affectus animi tres sunt, ira, auaritia, libido. 22.a.
Affectus animi tunc boni sunt quando in bonos vsus transferuntur. 22.a.
Affectus animi temperandi sunt. 354.a.
Afflictio vtilis est. 456.a.
Affligit nos Deus vt resipiscamus. 456.b.
Almaquid significat in sacra scriptura. 41.b
Amen quid significet in scriptura sacra. 142.a.
Ambiguitas in scriptura sacra solet oriri propter indeclinabilia nomina. 100.a.
Amare Deum multa nos prouocāt. 632.a. 641.a.
Amare proximum multa incitant. 449.b.
Amoris proximi modus quis sit. 650.b.
Amor proprius multorum est causa malorum. 608 b.
Amor proprius moderandus est. 354.a.
Ambulare coram Deo quid sit. 323.a.
Angeli gratulantur & ministrāt iusto post partam victoriam à diabolo. 124.b.
Angelis demandatur custodia hominum adeo. 125.b.
Anima sumitur in scriptura sacra pro vita 227.b.
Animam esse immortalem ostēditur. 330. b. 336.b. 689.a. 515.b.
Animæ immortalitas an profluat ex natura sua vel ex Dei gratia. 340.a.
Anima dum peccato laborat, nulla fruitur requie. 96.b.
Animam cuiq; Deus dat, tanquam vineā quam colat. 599.b.
Anima Deo coniungēdā quibus indumētis ornari debeat. 622.b.
Apparitiones Christi post resurrectionē suo ordine describuntur. 744.a.
Apostolorum affectus vitiosi, qui re ab euāgelistis nobis recitantur. 558.a.
Apostoli sunt dentes Ecclesiæ, & quare. 134.a.
Apostoli paruuli vocantur in scriptura sacra & quare. 380.b.

Area

Area significat mundum.104.b.
Arbitrium nostrum gratiæ Dei cooperatur.534.a.
Assertiones multæ in scriptura sacra conditionaliter debent intelligi.331.a.
Asina insedit Christus, potiusquã equo & quare.586.a.
Auxilia Dei specialia ad conuersionem hominum multiplicia sunt.505.a.
Aures audiendi habere quid sit.404.b.
Aures habent aliqui ad videndum, & oculos ad audiendum.418.a.
Auaritia maximè fugiẽda est.415.b.133.b 250.b.258.a. Ex maximè clericis.689.b.

B

Benedicere in sacra scriptura varia significat.431.b.
Benedictiones piorum hominum multũ prosunt.332.b.
Beatitudo nostra in Dei visione consistit. 162.b.525.a.
Beati in Deo omnia vident.529.b.
Beati non erunt æquales.535.a.
Beatus in hac vita quis dici possit.24.a.
Beatitudines Christus prædicaturus, quare montem ascendit.136.b.144.a.
Beati quare sint qui esuriunt iustitiã.156.b
Beatitudini primæ & vltimæ promittitur regnum cœlorum, & quare.148.a.
Beatos alios vocat Deus alios mundus. 146.a.158.a
Bona huius mundi beare non possunt. 133.b.521.b.323.a.
Bona huius mundi non sunt dicenda nostra.81.a.
Bonorum tria genera proprie nostra sunt. 80.a.
Boni nec sunt præcipites ad suspicãdum, nec proni ad vindicandum.19.a.

C

Caro semper renititur contra spiritum 269.a.
Caro & sanguis sumuntur pro homine in scriptura sacra.467.b.
Carnales homines pulueri comparãtur in scriptura sacra.62.a.
Calumniatorum officium describitur. 439.a.
Cadunt iusti in faciem impij retrorsum. 488.a.
Cadere super lapidem Christum quid sit, & econtra quid sit lapidem super aliquem cadere.613.b.
Calix significat afflictionem.536.
Calix afflictionis est duplex Christi.588.a.
Calicem afflictionis Deus propinat suis. 579.a.
Cæremoniæ prosunt quidem cum virtutibus adiunguntur. 296.b.
Cæremoniæ si moderatæ sunt nõ sunt dãnandæ sed suscipiendæ.446.b.
Cælibatus approbatur.516.b.
Charitas Dei erga iustos commendatur. 661.b.
Charitas per antonomasiã appelatur vestis animæ.629.a.
Charitate nihil est præstantius.639.a.
Christus in scriptura vocatur saluator, salus, salutare.4.a.
Christus figuratus fuit Ioseph vẽdito.4.b.
Christus est liber scriptus intus & foris. 5.b.37.a.
Christus vocatur filius Ioseph nõ quod verè Ioseph fuerit pater illius, sed ob conseruandam Mariæ famam.11.a.
Christus cur carnem assumpsit ex Maria, non verò ex limo terræ aut ex nihilo. 12.a.
Christus quare Iesus appellatus fuerit.3.b. 36.b.
Christus à patre exaltatus est, & quomodo. 35.a.
Christus cum plura nomina habeat cur de nomine Iesus magis gloriatur.36.b.
Christus meritò vocatur Emanuel.42.a.
Chri-

christus est verè rex Iudæorum, qui nō tā natura quàm spiritu sunt iudæi.49.b.
christus est rex tēporalis & spiritualis.50.a
christus perquam raro visus est temporaria potestate.51.a.
christus simul rex & sacerdos.83.a.
christus rediens ex Aegypto quare venit Nazareth.97.a.
christus quare Nazaræus vocatur.97.a.
christus quare non ductus fuerit à diabolo in interiora tēpli sed in exteriora.118.b.
christus nihil sine magna causa faciebat. 139.b.
christus est mons super quem posita est ciuitas Ecclesiæ 189.a.
christus fuit finis legis.191.b.
christus verbis & operibus ostendit se esse verum Messiam.365.b.
christus an publicè debuerit omnia docere 561.b.
christus voluntariè mortuus est.566.b.
christus quatenus homo caput est omniū fidelium.587.a.
christus est filius Dei naturalis.593.a.
Christi vita ascensus atq; descensus fuit. 566.a.
christi animam pasci visione Dei, & corpus tamen affligi fuit grande miraculum. 116.b.
christi mors præfigurata fuit in seruitute Ioseph.10.a.
christi caro præfigurata fuit in tunica summi Sacerdotis Aaron.16.b.
christi gesta, & euentus & deniq; omnia circa ipsum peracta nō casu sed diuino cōsilio acciderunt.39.b.
christi fuga in Aegyptum diuino consilio acta fuit.87.a.
Christum oportuit esse non solum redemptorem, sed etiam doctorem.564.b.
christum fuisse à Deo percussum ostenditur.707.a.
cilicio indui apud veteres signum erat mœroris.550.b.
Cornu in sacra scriptura significat potentiam.522.b.
cor integrum præbendum est Deo.644.b. 449.b.
cognitio supernaturalis Dei non ab homi sed à Deo pendet.380.b.
cognoscere Deus dicitur & nescire aliquē, & quomodo.268.a.
confiteri in sacra scriptura quid significat. 268.a.
confessio est necessaria.390.b.
cogitatio bona est à Deo, mala interdum à diabolo, interdum à nobis.426.a.
cogitationes bonas semper intendere debemus.318.b.
conuersari cum impijs perniciosum est. 473.a.499.a.708.b.
concordiam seminat Deus, discordiā diabolus.425.a.
constantia in fide & virtute commēdatur. 414.b.
constantia facit hominem angelum.375.a.
consilio omnia peragenda sunt.70.a.
consultores mali multum obesse solēt.66.a
conuerti nemo potest nisi à Deo præuentus.287.b.130.b.
confidentiæ maxima vis ostenditur.312.a
conscientia impij domus est multorū malorum.489.a.
conciliorum generalium determinationibus standum est.657.a.
congregare est officium Dei, dæmonis dispergere.660.b.
concionator Euāgelicus qualis esse debeat. 173.b.
cōcionator debet esse sicut sal exulcerās. 176.b.
concionator debet fugere adulationē.176.b
concionator nō debet esse nimius in reprehendendo sed prudens & opportunus. 177.b.
cōcionator ante assiduum studium in scritura non debet hoc munus obire, 180.a
concionator qui non opere præstat quod

do

docet magnum nocumentum infert ecclesiæ. 195.a.
concionatores huius mundi reprehenduntur. 69. b.
concionator vera dicere debet absq; timore. 80.a. 188.b. 411.b.
concionator nihil de suo capite edoceat populũ sed quæ sacra scriptura aut sanctorum authoritas confirmat 70.a.
concionatorem decet paupertas. 518.a.
concionator debet se moribus audientium attemperare. 102.a. 363.b. 187.b
Concionator debet esse frugalis & circumspectus. 103.a.
Concionator si oporteat, exempla petat ab ipsa gentilitate. 398.a.
Concionatoris officium nemo nisi missus debet assumere. 334.b.
Concionator debet esse simplex & prudēs vt columba. 335.b.
Concionatores se mutuo debēt iuuare nō detrahere, aut impedire. 366.b.
Concionatorum stipendia persecutiones esse solent. 626.b.
Correptio fraterna ex charitate procedere debet. 502.a.
Corripi à prælato patienter ferat subditus. 187.a.
Corrigere negligentes malefacta, puniuntur à Deo etiam in hac vita. 499.b.
Corripiendus est frater verborum lenitate 500.b.
Correptio obstinato non prodest. 502.b.
Correptio cum prudentia agenda est. 501.b.
Comparatiuum vsurpari solet in sacra scriptura absq; comparationis nota. 386.a.
Corpus Christi dicitur cadauer in scriptura sacra & quare. 666.a.
Coeli cum transituri dicuntur in sacra scriptura intelligendũ est quantum ad figuram non quantum ad substantiam. 687.a.
Coelum ingredi nemo potest nisi ductus à Christo. 586.b.
Conuitium à nobis arcere debemus & quare. 213.a.
Cras pro futuro tempore sumitur in sacra scriptura. 228.a.
Crucifixus quare Christus fuerit inter latrones. 735.a.
Crucis mortificatio est vitæ tēporalis pro Christo expositio. 475.a.
Currendum nobis est in hac vita, minimeque sedendum. 576.a.

D

DAuid interficiens Goliath proprio ipsius gladio, figura Christi fuit dæmonis astus confundentis, ipsius sacræ scripturæ locis quibus etiam ille veniebat armatus. 123.a.
Deus toto corde quærendus vt inueniatur. 56.b.
Deus quando à nobis perfectè colitur. 79.a
Deus misericors est cum pijs, crudelis cũ seueris. 159.a.
Deus cum sit vbique quare peculiariter dicitur esse in coelo. 224.a.
Dei sapientia & suauitas in reformādis hominum moribus commendatur. 251.a.
Deus non ab omnibus inuenitur. 269.a.
Deus plus præbet, quã nos petimus. 318.a.
Deus suorum partes agit. 371.b. 445.a.
Deus omnia videt. 451.b.
Derisio vulgi parui facienda est. 325.b.
Decimæ ante legem veterem dabantur. 332.a.
Deffectus aliorum in medium producere est mos impiorum. 438.a.
Defendere in scriptura sacra sumitur pro vindicare. 201.b.
Desperandum nunquam est de peccatorũ salute. 603.b.
Detractionis multæ species describuntur. 551.a.
Detractores canibus & serpētibus comparantur & quare. 551.a.

De-

Detractorum vita describitur.391.b.
Detractores maximè odibiles sunt Deo. 390.b.
Diaboli astus fugere oportet, & quomodo 565.a.
Diabolus superbia adductus tentauit Christum.109.a.
Diabolus sub specie pietatis sæpius aggreditur iustos.118.a.
Diabolus suadere potest ad peccandum nō cogere.121.b.
Diabolus non est causa omnium peccatorum.407.a.
Diabolus lupo comparatur & quare.352.a
Diabolus appellatur homo in sacra scriptura & quare.407.a.
Diabolus sine multo sudore plurimos perdit.326.a.
Dilectionis Dei viæ & patriæ modus describitur.642.b.
Dilectionis Dei preceptum in hac vita impleri potest.643.a.
Dilectionis præceptum suaue est.646.a.
Dilectionis Dei quatuor sūt species.647.b
Dilectionis præceptum quare dicatur primum.648.b.
De dilectione propria non datur præceptum & quare.648.a.
Dilectionis Dei & proximi præceptū solet in sacra scriptura per alterum illorū exprimi.514.b.
Dignitates ecclesiæ & mundi valdè differunt.576.b.
Dignitates ecclesiæ non conferendæ sunt propter consanguinitatem.567.b.
Dignitas non facit sanctum sed bona vita. 656.b.
Diebus festiuis quibus rebus vocandum est.637.b.
Dies septimus in quo Deus requieuit ab opere creationis secundum quosdam est filius Dei.105.a.
Diuitiarum affluentia maximè periculosa est.251.b.
Diuites tenaces, & rursus prodigi carpuntur.160.a.
Diuitiæ obliuionem Dei afferunt.428.b.
Diuitiæ huius mundi non sunt margaritæ quas debet iustus sibi comparare.428.b.
Diuitiæ relinquendæ sunt si ad Deum cupimus properare.517.b.
Diuites non sui sed diuitiarum sunt.522.b
Diuitiæ multa mala inferūt possessoribus. 518.b.
Diuitias huius mundi exagerare est officiū diaboli.124.a.
Diuitias esse fallaces ostenditur.420.a.
Diuitias larga manu Deus largitur præscitis, prædestinatis verò parca.550.a.
Dij qui appellātur in sacra scriptura.467.a
Discordia nihil perniciosius.393.a.
Didrachma valet duos argenteos nostri temporis.479.b.
Diligentia in bonis actis cōmēdatur.70.b
Draconem habentem capita septem Christus ostenditur vicisse.674.a.
Domus Dei est conscientia iusti.588.b.
Doctrina Christi multis miraculis confirmata est.319.a.
Doctrina omnis quantumuis absoluta maliciæ calumniantium patet.410.b.
Doctrina falsa fugienda est.473.a.
Docet nos multa Deus quæ ipsi assequi nequimus.364.b.
Dormire quando dicitur Deus, & quando expergisci.300.b.
Dormientes perdunt Deum vigilantes inueniunt.380.a.
Donec in sacra scriptura quid significet. 5.b.

E

Ecclesia sponsa dicitur & quare.619.a.
Ecclesia est domus orationis.590.b.
Ecclesia Regina dicitur & quare.620.b.
Ecclesia continet bonos & malos. 689.a. 225.b.493.b.495.a.
Ecclesia noua in quo differt à veteri.520.a.
Ecclesia comparatur insulis in sacra scriptura

tura & quare.474.a.
Ecclesia cũ cōtineat multos sceleratos quare dicitur tota immaculata.406.b.226.a 308.b.
Ecclesia vnum caput habet.467.b.308.b.
Ecclesia à fide deficere non potest.470.a.
Ecclesia est visibilis.142.a.
Ecclesia obrui non potest, licet expugnari 297.b.
Ecclesia comparatur naui & quare.298.a.
Ecclesia tunc maximè in periculo versatur cum caput scandalosum est.301.b.
Ecclesia gentium rapuit Christum à synagoga.375.b.
Ecclesia est mater, frater, & soror Christi, & quomodo.399.a.
Ecclesia semper fuit & erit vna.534.a.595.b
Ecclesia varijs nominibus appellatur in sacra scriptura.595.a.
Ecclesiæ murus & ante murale est Christus. 470.a.
Ecclesiæ turris est fides.598.b.
Ecclesiæ nō obedire grande nefas est.496.b
Ecclesiæ robur & stabilitas est a Deo. 301.a
Aedificare quid sit in scriptura.487.a.
Eleemosyna commendatur. 253.b. 692.a.
Eleemosyna licet parua sit gratissima est Deo si ex viua fide procedat.347.a.
Eleemosyna quo ordine danda sit, ostenditur.692.a.
Eleemosyna vocatur in sacra scriptura iustitia.223.b.
Episcopi sunt sponsi ecclesiarum.621.b.
Episcopi licet mali sint potestatem suā nō amittunt.657.a.
Episcopi magna scientia pollere debēt.67.a
Episcopi residere debent.425.a.
Est accipitur in propria significatione cū Christus dixit, hoc est corpus meum. 699.a.
Aestimatio vana de se ipso fugienda est. 550.b.
Euangelistæ solent quæ è prophetis allegāt diuersis verbis refferre.700.a.
Euangelistæ officium est non quæ formaliter verba Chrs dixit, recitare, sed quam rem aut sententiam enūciauerit. 100 b.
Euæ filius secundus quare Abel fuerit appelatus.153.b.
Eucharistiæ instituendæ causæ asignantur. 705.b.
Eucharistiæ sacrum quare Christus sumpsit imminente morte.706.a.
Eucharistia publicis peccatoribus denegāda est.463.a.
Etatibus diuersis homines confugiunt ad Deum.127.b.
Excomunicatio pro sola inobedientia ferri potest.496.a.

F

FAmæ proximi periclitanti sucurrere debemus.373.b.
Fasciculos ligare quid sit.426.b.
Fides non vi aut iniuria sed miraculis persuadenda est.367.b.
Fides est stolla quæ ducit nos ad Christum. 74.a.
Fides difficultates vincit.74.b.
Fides variè sumitur in scriptura.306.a.
Fides viua plurimum placet Deo.290.b.
Fides nostra ab extraneis etiam testimoniū habet.457.a.
Fides triplex est magna, modica, minima. 464.a.
Fidem potest quisq; fidelis gentibus persuadere.624.b.
Fidei iudicia ad doctissimos quosque deferenda sunt.66.b.
Fideles sunt operari & mercenarij vineæ Domini.537.a.
Fideles intra Ecclesiam debent veritatem profiteri.199.a.
Fiducia in Deo reponenda est.263.b.317.a
Filij Dei viri robustissimi appellātur.379.a
Fieri dicitur aliquid in sacra scriptura cum innotescit.225.a.
Fieri posse dicit aliqua sacra scriptura quorum

rum exemplum deest. 479.a.
Filium hominis quare se appellat Christus. 567.a.
Filius in sacra scriptura vsurpatur pro eo qui genus ab aliquo ducit. 2.b.
Filij refferre solent parentum mores. 8.a.
Filiorum educãdorum cura viro probo demandanda est. 35.b.
Fortunæ huius seculi nequeunt nos à laboribus eripere. 292.b.

G

GEntium vocatio Apostolis palam in lege noua reuelata est. 46.b. sed obscurè & sub typis ipsis prophetis. 47.a.
Gentium vocationis figura fuerunt, Cain Ismael, Esau, & Ruben. 49.b.
Gentibus deseruiunt iudæi docentes vbi Christus nasceretur. 68.a.
Generatio Christi quare vsq; ad Ioseph deducta fuit. 4.a.
Generatio Christi est quarta inter generationes. 7.a.
Generationẽ Christi expressit & præfigurauit scala Iacob. 9.b.
Gratiam primam potest mereri de cõgruo iustus alteri. 316.a.
Gulam matrem esse multorum malorum ostenditur. 232.b.

H

HAbitus immoderatus reprehenditur. 375.a.
Hebræi carent neutro, ex quo sæpius oritur in nr̃a trãslatione ambiguitas. 52.a.
Hebræis antiqua consuetudo soluendi corrigiam calceamentorum. 101.a.
Herodes gerit imaginem hominis simulatoris. 72.a.
Herode occisso se poterat Christus seruare se, noluit & quare. 88.a.
Herodis impijssima sæuitia fuit tot pueros interficere. 91.a.
Herodes non tan ipse turbabatur quã diabolus in ipso. 65.b.
Herodis arrogantia & inanis fastus ostenditur, in eo quod Magos nõ honorifice vt par erat exceperit. 47.a.
Hæretici afferunt truncata testimonia sacræ scripturæ ad suos errores. 69.b.
Hæreticus statim ac deliquerit denunciandus est. 272.a.
Hæretici quomodo conuincendi. 109.b.
Hæretici abutuntur eloquẽtia & eruditione ad persuadendos suos errores. 447.a.
Hebdomades Danielis exponũtur. 664.b.
Honoris immoderatus apetitus est causa multorum malorum. 62.b.
Hominis in specie quare Deus sæpius apparuerit. 593.a.
Homo quare post omnes creaturas creatus fuerit. 263.a.
Hominis natura inconstans est. 374.b. 568.a.
Homicidæ grauiter puniuntur à Deo. 205.a.
Hospitalitas cõmẽdatur. 282.b. 375.a. 552.b
Hora vltima diei iam adest. 544.a.
Hypocrisis maximè fugienda. 275.a.
Hypocrisis peior est aperta iniquitate. 232.a.
Hypocrisis depingitur. 73.a.
Hypocritas Christus detestatur & quare. 636.b.
Hypocrita quibus indicijs cognoscitur. 280.a. 497.a.
Hyperbolica locutio frequens est in sacra scriptura. 515.a.
Hic, hæc, hoc in sacra scriptura ad omne tempus se extendit. 667.a.
Humilitas commendatur. 382.b.

I

IEsus & Emanuel idem sunt. 42.a.
Ieiunium commendatur. 233.a. 442.b.

¶¶¶ Ieiu-

Ieiunij effectus.245.a.
Ieiunij præmia quæ sint.244.b.
Ieiunandi modus præscribitur.237.a.
Incarnationis dominicæ modus ineffabilis est.2.b.
Incarnationis mysterium adumbratum est, cum Dauid amore Bersabeo nunciū misit ad illam.40.b.
Infidelitatis aut hæresis peccato prælati amittunt potestatem.659.a.
infideles cœci sunt & quare.420.a.
infideles compelli non possunt ad audiendum Euangelium sed amore trahendi sunt.368.b.614.b.
Inuidia serpit vndiquè.359.a.
inspirationes sanctas nunquam Deus cessat mittere ad nos.602.a.
ingratis hominibus etiam Deus benefacit.410.a.
infernus cur per tenebras exteriores significatur.633.a.
infernus diligendus est quatuor de causis.993.a.
iniuriosi in proximos maius damnum reportant quàm inferunt.445.b.
initium salutis est scire Dei voluntatem.638.b.
innocentes pro Christo occisi primitiæ fuerunt à Christo oblatæ.96.a.
inanis gloria multum fugienda est. 120.b. 237.b.243.a.
inimici diligendi sunt idquè multis de causis.216.a.
in præpositio multipliciter sumitur in sacra scriptura.142.b.
in diebus illis in sacra scriptura quid significet.99.a.
impij dum iustos insequuntur se ipsos lædunt.173.a.
impij sunt ciues huius mundi iusti vero peregrini.483.b.
impij non homines sed feræ appellandi sunt.103.a.
impij prosunt iustis eo quod illos exercēt. 104.b.
impij in sacra scriptura mortui vocantur. 297.a.
impij admonitione fiunt peiores.396.b.
impij lædere non possunt pios quamuis illos occidant.337.a.
impij nulla ratione nulloquè consilio vtū tur in suis rebus.394.b.
impij obliuioni tradunt Dei verbum. 312.a.
impij trepidi sunt.634.b.
imperatiuus m[illegible] tis modis sumitur in sacra scriptura.224.a.
imagines rerum earum nominibus appellantur quarum sunt imagines.478.a.
Ioannes Baptista cur dicatur esse plusquā propheta.349.a.
ioannis mortis quæ causa fuerit.351.b.
ioannes natus est, vt testis oculatus esset chr̄i 355.b.
ioannes mittens ad Christum discipulos ignauiam & incuriam principum tacitè reprehendit.355.b.
ioannis perseuerantia in fide notatur.357.a
ioannes cur simulauit se ignorare an Christus esset Messias.363.a.366.a.
ioannes quare sequutus nō fuerit dn̄m.366.a
ioannes quare laudetur à Christo.373.a.
ioannis exequias Dominus agit.374.a.
ioannis multæ excellentiæ explicantur. 378.a.
ioannes quo tempore ætatis Christi cœperit prædicare.99.a.
ioannis typus fuit preco clamans ante Ioseph, vt omnes genu flecterent.Gen.41 102.b.
Iob socij erant Reges.48.b.
ioseph quare vocatur iustus.22.b.25.b.24.b
ioseph fuit virgo.25.a.
ioseph fuit secūdus Adā & quomodo.25.a.
ioseph fuisse sanctificatum in vtero fuit opinio Gersonis.25.a.
ioseph detegit Deus per angelum mysterium vxoris prægnantis.26.b.37.b.

Ioseph

Ioseph fuit Pater legalis Christi secundum aliquos.31.a.
Ioseph animus quibus cogitationum vndis fluctuaret cum Mariam prægnanté cognouit.19.a.
Ironia sæpe vtitur scriptura sacra.316.a.
Ira multorum malorum causa est. 206.a.
Ira quibus considerationibus abijcienda. 209.a.
Irasci multoties signum est stultitiæ. 207.a.
Iratum Deum habere maximè cauendum est.659.b.
Irasci pro peccato eximia virtus est. 208.b.
Ira reprimenda est.91.a.93.b.
Iudas quando se suspenderit adhuc sub iudice est.712.b.
Iudæ peccatum quare Christus prædixit. 705.b.
Iudæ peccatum multi hodiè committunt. 705.a.
Iudicia Dei quare incomprehensibilia dicantur.611.b.676.b.
Iudicium ferimus nos ipsi in nostras culpas.609.b.
Iudex diligens esse debet non remissus. 576.a.
Iudici fugienda est acceptio personarum. 635.a.
Iudex hominum quare futurus sit Christus. 675.b.
Iudex non debet esse testis.575.b.
Iudices iniqui reprehenduntur.721.a.
Iudices prudenter debent, peccatorum grauitatem discernere, vt pœnas impōnāt, 211.a.
Iustitiæ christianæ tres gradus sunt. 83.a.
Iustitia pharisaica longe distat à christiana 198.a.
Iustitiæ varia officia describuntur. 21.a.
Iustitia facit hominem beatum.24.a.
Iustitia alia est particularis, vniuersalis alia. 24.b.
iustitiæ fundamentum, est illud quod tibi non vis alteri ne facias.21.b.
iustus nunquàm derelinquitur à Deo. 27.a.
iustus in omnibus se attéperat diuinæ voluntati.231.b.
iustus in omnibus operibus gloriam Dei prætendit.232.a.
iustus licet afflictionibus obrrutus nō corruit.283.b.
iustus non ponit spem in mundo sed in Deo.332.a.
iustus cum Deum pro se habeat neminé timere debet.333.a.
iustus bonæ terræ comparatur, & quare. 421.b.
iustus non debet animo cadere propter labores viæ quia ingens illum manet præmium.172.b.346.b.
iustus per cœlum significatur in sacra scriptura.231.a.
iustus perseuerat in bonis sicut impius in vitijs.357.a. 299.a.
iustus homo negotiator est.427.b.
iustus non in omni opere peccat contra Lutherum.682.b.
iustus comparatur palmæ.591.b.
iustus varijs modis impetitur à diabolo. 118.b.
iustus significatur per triticum, & quare. 104.b.268.b.
iustus non eget humano præsidio, cum à Deo protegatur.97.a.
iustus præpare se debet ad tentationes obeundas.89.b.110.a.
iustus speciali prouidentia protegitur à Deo.87.a.110.b.
iustus comparatur stellis in sacra scriptura.62.a.
iustus est liber scriptus intus & foris. 6.a.

¶¶¶ 2 Iustus

Iustus quomodo debeat inuenire Deum. 84.a.
Iustus similis est animali oculis pleno quod vidit Ezechiel. 23.a.
Iustos quare Deus permittit in hac vita affligi ab iniustis. 164.b. 361.b.
Iustis omnia cædunt ex animi sententia. 265.b.
Iustorum præces impetrant apud Deũ aliorum salutem 293.a.
Iustis quare nihil humanum eximium videatur. 353.b.
Iudæi adhuc cœci sunt existimantes salutẽ allatam à Christo temporariam esse debere non spiritualem. 39.a.
Iudæi cum multa beneficia à Christo acciperent illi detrahebant. 392.b.
Iudæorum cæcitas ante aduentum Christi notatur. 451.b. Eorundem cœcitas post aduentum. 451.a.
Iudæi venientes comprehendere Christũ quare secum faces & lanternas deferebant. 365.b.
Iudæi malitia obcæcati truncatum Herodi vaticinium alegauerunt. 68.b.
Iudæis quare prædicauerit Christus & non gentibus. 463.a.
Iudæi an intellexerint Christum esse verũ Messiam. 607.a.
Iugum Christi multum differt à iugo dæmonis. 382.b.
Iuramenta licita prohibita non sunt sed fribola & quotidiana. 143.b.

L

Laborantes minus magis præmiantur si cum maiori conatu laborent. 553.b.
Laboribus oppressi non desperemus, sed Deum inuocemus. 381.b. 118.a. 302.b 90.b.
Labores hominum Deꝰ ante oculos habet 163.b.
Labores nos sæpe invadunt propter crebrã peccata. 299.a.
Laboribus nos ferit Deus vt ad illum recurramus. 291.b.
Laboribus iusti examinantur. 299.b. 283.a. 325.b.
Laboribus Deus suos affligit. 314.b.
Laborum multa commoda exponuntur. 300.a.
Lachrymarum maxima virtus. 153.b.
Lachrymas quas intelligit Christus cũ dicit, Beati qui lugent. 152.a.
Laudari à Deo magni habendum est. 374.a.
Lauauit pedes discipulorum Christus antequam faceret eos participes Sacramenti euchatistiæ, & quare. 706.b.
Lapis augularis quare dicitur Christus. 611.a.
Lex humana in quo differt à diuina. 648.a.
Lex humana postponenda est diuinæ. 451.a.
Lex cur inuenta. 21.a.
Leprosus quare missus fuerit ad sacerdotes 288.a.
Liberalitas Dei commendatur. 371.b.
Lingua maledici & detractoris peior est basilisco. 19.b.
Lingua vocatur vniuersitas iniquitatis & quare. 634.a.
Linguarũ in figura quare Spiritus sanctus apparuit. 634.a.
Lugentes quare beati appellantur. 152. b

M

Maria comparatur columbæ. 13.b.
Maria quare desponsata fuit. 10.b.
Maria habuit plenitudinem omnium gratiarum. 17.a.
Maria excellentiori modo habuit quæ in mulieribus desiderari solent. 28.a.
Mariæ virginitas insinuatur. 5. a. 40. a.

Ma-

Mariæ dignitas inde maximè commendatur quod mater fuerit Christi. 12.a.
Mariæ spiritualis pulchritudo declaratur. 13.a.
Mariæ cogitatus per capillos significatur. 14.a.
Mariæ inocentia maxima fuit. Ibidem.
Mariæ labia vittæ cocineæ comparantur. 14.b.
Mariæ verecundia malo punico comparatur. Ibidem.
Mariæ collum turri Dauidicæ comparatur 15.a.
Mariæ humilitas commendatur. 15.b.
Mariæ typum gessit sunamitis illa quæ calefaciebat Dauid. 16.b. Typum etiā gessit illius Iudith. 28. b.
Mariæ specialissima prærogatiua est quod sit mater & virgo. 40.a.
Mariæ pressura in fuga in Aegyptū ostenditur. 88.b.
Mariæ genitales egressus transijsse Dominum nihil maiestati illius derogat. 30. a
Mariam Euam in omnibus excellere egregie ostenditur. 15.b.
Mariam sine viro concepisse gentibus nō debet videri incredibile, cū & ipsi quosdā suos Deos sic natos tradiderint. 29.a
Magi genus ducebāt à Balaam. 49.a.
Magi venerūt adorare Dominum. 13. die post natiuitatem. 46.a.
Magi an Reges fuerint. 48.a.
Magi quare non fuerit appellati Reges ab Euangelista. 49.a. 57.a.
Magi adorantes Dominum nomine totius gentilitatis se illi sub mittunt. 56.a.
Magi quare ab stella ad tempus deserti fuerunt. 73.b.
Magi quare venerunt adorare Christum recenter natum & non adultum. 78.a.
Magi quare admoniti ab angelo ne redirēt ad Herodem. 83.b.
Magi id est sapientes quare venerunt adorare Dominum. 57.a.
Magi cur inuenerunt Christum in præsepio cum ipsi Regem quererent. 60. b. 76.b.
Magorum fides commendatur. 78.b.
Magorum fide multum gauisa Maria est. 77.a.
Magorum aduētus figuratus fuit in Ruth. 59.a.
Magorum deuotio & diligentia in quærēdo Dominum nostram vecordiā & impietatem taxat. 56.a.
Magorum venientium cum muneribus typus fuit Abigail. 63. b.
Magos cur Dominus duxerit per stellam. 61.a.
Manna datū est die dn̄ica quid est quod per hoc misticè intelligatur. 612.b.
Malitia sumitur pro afflictione in sacra scriptura. 228.a.
Mansuetudo commendatur. 585.a.
Mansuetis multa præmia promittuntur. 151.b.
Magistri & preceptores hoc debent principaliter curare quod discipuli Deum imbuant. 364.b.
Messiam iam venisse contra Iudæos ostenditur. 584.a. De quo etiam latius in prinpio libri.
Meriti nomen Lutherani inuisum sanctorum dictis comprobatur. 546.b.
Merita hominum paria non sunt. 417.a.
Merita nostra innituntur in diuina misericordia. 535.b.
Merces æterna post Christi mortem & nō antea data est. 544.b.
Mercede afficiuntur à deo opera iustorum 141.a.
Mendacium ostenditur esse fugiendum. 635.a.
Mendacium apud homines auidè auditur veritas egrè. 426.a.

Medium locum tenere Deũ inter aliquos quid sit. 504.a.
Mysterium non vbiq; requirendum est in sacra scriptura. 533.a.
Mysteria diuina non sunt omnibus retectanda. 268.b.
Mysteria solet Deus docere homines per alios homines. 61.a.
Mysteria Dei cum stupore & timore tractanda sunt. 76.a.
Misericordia commendatur. 690.a.
Misericordes qui beati appellantur à Christo. 158.b.
Misericordia Dei in parcendo peccatoribus ostenditur. 504.b.
Mites qui sunt. 140.b.
Miracula à Deo petenda iã non sunt. 357.a
Miracula Christus facere consueuit quando aliquid magni ædere voleuat. 138.b.
Miracula ad Dei gloriam fieri debent. 193.a
Miracula solus Deus potest facere propria virtute. 321.b.
Miseriæ variæ quibus humana natura opprimitur describuntur. 157.a.
Miseriam nostram agnoscere debemus si sanari cupimus. 457.b.
Myrrham primã offerre Deo quid sit. 83.a
Murmuratio fugienda est. 551.b.
Mundus cum nobis arridet Dei facit nos obliuisci. 354.a.
Mundus insequitur quotquot sibi non adhærent. 592.b. 356.a.
Mũdus, caro, & diabolus sunt fallaces mercatores. 428.a.
Mũdus obliuiscitur mercedis suorũ. 691.a
Modo vocat ad risum Deus ad planctum 153.a. 127.a.
Mũditiés cordis quærenda & postulanda a Deo est. 163.b.
Mundat nos Deus varijs modis. 160.a.
Munera quæ offerre debemus Deo quæ sint. 80.a.
Munera corrumpunt iudices. 81.b.
Munera non placent Deo si absit cum proximo charitas. 214 a.
Munera nostra vocat Deus cũ omnia sua sint. 215 a.
Mulieris ira perniciosa est. 433.a.
Muliebre genus multa in nos mala inuexit. 433.a.
Mulierum vera ornamenta sunt verecundia & grauitas. 250.a.
Multi in sacra scriptura sumuntur pro omnibus. 699.b.
Mors timenda non est. 352.b. 564.a.
Mortis memoriam semper retinere debemus. 564.a.
Mortem suam quare Christus secretò apostolis manifestauit. 560.b.
Mons caluariæ est mons Sion desideratus à prophetis. 714.a.

N

NAtiuitas Christi fuit noua. 28.b.
Necesitas ex suppositione qd sit. 492.a.
Necesitates nostras Deo proponamus, remedium verò suæ voluntati relinquamus. 294.b.
Necessaria ad salutẽ cuiq; Deus prouidit. 596.a.
Nomen propium in scriptura accipitur aliquando pro communi. 53.b.
Nomen sortitur Deus ab his quæ circa hominem agit. 230.b.
Nomen Christi mirè extollitur. 34 b.
Nomen Dei polluere quid sit. 632.b.
Nomen eorũ quos ad aliquod munus Deus promouit mutare solet. 473.b.
Nomen pristinum remanet aliquando in scriptura mutatis ipsis rebus. 817.a.
Nomen Iehouah quid significet. 3.a.
Nomen à rebus strenuè gestis imponi solet 36.a.
Nomen propriũ quare in fronte librorum ponantur. 36.a.
Nominibus multis solet appellari eadẽ res in sacra scriptura. 3.b.
Non, in scriptura significat idem quod nullus. 665.b.

Nobili-

Nobilitas parentum multum conducit ad virtutem.8.a.
Numerus determinatus pro indetermina-to accipi solet in sacra scriptura. 404.a.
Nubes insignia sunt quibus cognoscetur Deus.486.b.
Nuptiæ spirituales celebratæ sunt inter Christum & ecclesiam.623.b.

O

Obstinati hominis cor comparatur petræ & quare.312.b.
Ochozias rex varijs nominibus appellatur in sacra scriptura.5.b.
Omnis in sacra scriptura pro maiori parte accipitur.64.a.
Onera portare debemus alter alterius.39.b
Opera nostra propter gloriam Dei & non mundi facienda sunt.228.b.
Opera commendantur.534.a. 471.b.
Opera facta in gratia meritoria sunt vitæ eternæ.534.b.
Opera bona in nobis Deus operatur.242.a
Oratio est satisfactoria.509.b.
Oratio sola potest impetrare iustificationis gratiam secundum aliquos.508.a.
Ora.humilis magnā virtutem habet.507.b
Oratio communis multum prodest. 503 b
Orantes non statim exaudimur & quare. 458.a.
Orare debemus cum quibusdam cōditionibus.459.a.469.a.
Orandum nobis est nōn solum ore sed corde.445.a.
Os suum aperuisse Christum quid significet.144.b.
Ouis Christi est quicunq; baptizatus est. 463.b.
Ouis in scriptura sumitur pro malis.463.b
Otium multa incōmmoda secum affert. 537.a.

P

Pastoribus quare se Christus prius manifestauit.57.b.380.a.
Papa an habeat superiorem qui eum possit corripere.493.b.
Papa uenunciari non potest quanquam possit fraterna charitate corripi.494. a.
Papa errante turpiter in moribus quid faciendum sit.503.a.
Passionem suam voluit Christus esse vulgatissimā vt homines redargueret qui ignominiosa renuunt propalare.480.b.
Passio Christi in memoria semper retinenda &c.565.a.
Passionis suæ quare Christus meminit statim ac de maiestate loquebatur.702.a.
De passione sua quare Christus tan frequēter loquebatur. 571.b.
Passioni à quibus traditus fuerit Christus. 702.a.
Pauperes spiritu qui sint.140.a.
Paupertas spiritus commendatur.147.b.
Pauperes spiritu quare beati appellantur. 146.b.
Paupertas plurimum amanda est. 148.b. 151.a.
Paupertas Christi cōmendatur.703.b.
Paupertas iustorum gratior est Deo quàm diuitiū amplissima dona sed malè parta. 213.b.
Pauperes sunt fimbria vestimenti Christi. 324.b.
Pace nihil iucundius aut stabilius.395.a.
Pax Euangelica commendatur. 166.a.
Pax quomodo comparatur.166.b.
Pacifici qui sint.164.b.
Pacificorum excellens præmium est quod filij Dei nuncupentur. 167.b.
Parentum nimius amor erga filios damnatur.175.a.
Pater solus Deus propriè dicitur.660.a.
Parentes ipsi audiendi nō sunt, si nobis aduertantur in via Dei.345.b 398.b.
Parentibus honos debitus nullo modo negandus.449.a.
Parentum iniquitas nil nocet, si sis noua creatura in Christo.472.b.
Patres antiqui quàm enixe præstolaban-

¶¶¶ 4 tur

tur Christum. 34.a.
Paratos nos semper esse oportet. 685.a.
Parabola quid sit. 401.b.
Parabolis quare Christus vsus fuerit. 401.b 426.a.
Parabolæ omnes partes non opus est gerãt similitudinem eius rei propter quam adducitur. 601.b.
Parabolarũ duo sunt genera. 402.a.
Peccatum contra Spiritum sanctum quomodo intelligatur irremisibile esse. 505.b.
Peccatum nullum irremissibile est. 506.a.
Peccatum iam remissum an redeat per sequens peccatum. 510.a.
Peccatum aliorum qui vult corrigere suis prius attendere debet. 449.a.
Peccatum tria mala in nos inuexit. 34.b.
Peccatum est languor animæ. 296.b.
Peccati grauitas ex tribus capitibus ostenditur. 319.b.
Peccatum alienum cœlare debemus. 325.b
Peccatum potest Christus dimittere. 316.b
Peccatum quantum Deo displiceat ostenditur. 668.a.
Peccator quomodo debet Deum quærere. 85.b.
Peccator fidelis quare aliquando vocatur à Deo amicus. 628.a.
Peccator sæpius vocatur à Deo incassum. 601.a.
Peccator per tenebras designatur, sicut ècõtra iustus per lucem. 187.a.
Peccator est cæcus & quare. 451.a. 452. b.
Peccator licet grauiter à dæmone vexetur non conqueritur si vero à Deo vel in minimo, obmurmurat. 458. a.
Peccator glareis cõparatur & quare. 474.b.
Peccator quando dicitur reddere rationem Deo in hac vita. 507.a.
Peccatores multa mala manere in futura vita, vel ex eo colligitur quod iusti in in presenti multis vexatur. 362.a.
Peccantibus nobis si Deus non irascitur graue suplicium est. 456.b.
Peccatorum punitioni certum tempus statuere solet deus. 660.b.
Perseuerantia est necessaria. 540. a. 547.a. 663.b. 683.b.
Permittere aliqua Deus dicitur in sacra scriptura quasi iuberet. 572.a.
Petrum fuisse Ecclesiæ caput ostenditur cõtra Lutherum. 465.b.
Petrum quare Deus permisserit cadere. 708.a.
Petrus quare errabat dicens: Domine faciamus hic tria tabernacula. 485.a.
Petrum solum quare Dominus excitauerit in horto. 190.b.
Pietas Dei erga suos commendatur. 689.b
Pluralis in sacra scriptura accipitur pro singulari. 53.b.
Potestate iniquorum vtitur Deus in salutem iustorum. 78.a.
Potestas secularis à Christo confirmatur. 631.a.
Pœnarum tria genera olim statuta erãt criminibus. 210.b.
Pœnitentia commendatur contra Lutherum. 388a. 471.b.
Populi Christiani vniuersitatem Dominus aloquebatur in Apostolis. 141.a.
Populus gentilis cæcus dicitur, iudaicus claudus. 367 a.
Prouidentiam Dei omnibus rebus adesse ostenditur. 344.b.
A prouidentia sua nos vult Deus pendere. 231.b. 262.a.
Prouidentia Dei erga impios & pios ostẽditur. 360.b. 26.b. 517.a.
Prouidentia abundantius largitur quæ magis necessaria sunt. 312.b.
Prouidentia ostenditur in ipsis creaturis. 264.b.
Præmiat Deus vltra condignum. 547.
Præteritum ponitur aliquando pro futuro in scriptura. 478.b.
Prosperitas periculosa est. 484.a.

Pros-

Prosperitas facit aliquos deteriores. 189.a.
prælati optimi est propter peccata populi dolere. 186.b.
Prælatus debet esse lapis quadratus, & quare. 289.b.
Prælati somnus multum nocet reipublicæ 425.a.
Prælati mali dicuntur cœci. 454.a
Prælati orare debent pro subditis peccatoribus 465.a.
Prælatus debet sapientia pollere, & qua sapientia. 180.b. 181.b. 192.b.
Prælatus debet esse humilis. 580.b.
Prælatus suis moribus debet populum instruere. 183.b. 188.a.
Principem maximè decet lenitas. 389.a. 584.b.
Principum in aulis difficile Christus inuenitur. 57.a.
Principes & maiores vt in plurimum patrant scelera in republica. 702. b.
Principes mali appellantur in sacrascriptura titiones, boni verò lux. 187.b.
Principis morbi spirituales difficilius sanantur quam vulgi. 290.a.
Principes Ecclesiæ quare Deus fecerit homines peccatores. 127.a.
Priores dignitate primo loco ponũtur in scriptura. 529.a.
Præcibus quare homines placantur. 429.a
Prudentia carnis abijcienda est cum fidei reluctatur 78.b.
Prudentia Christi in reprehẽdendis principibus notatur. 592.a.
Prudentia commendatur. 688.a.
Prudentia humana nil valet contra Deũ. 7.b.
Proficisci Deum peregrè quid sit. 600.a.
Promissiones Dei afferunt conditionem subintellectam. 612.a.
Prophetiæ consuetudo est multa prædicere de quibusdam quæ tamen in alijs cõplentur. 52.b.
Prophetias duas solet pariter collocare sacra scriptura quarum vnam hic implet, alteram spondet in futurum. 515.b.

Q

Quadragesima ab Apostolis instituta est. 108.b. 233.b.
Quadragenarius numerus quid significet in sacra scriptura. 116.b.

R

Rebecca præfigurauit ecclesiam. 68.a.
Reges olim inuariabile nomen habebebant. 44.a.
Rex meminisse debet quod homo sit. 618.b
Regibus nihil deest nisi qui veradicant. 362.b.
Regis veri imago describitur. 432.a.
Regũm palatium nihil aliud est quàm obliuio meritorum. 362.b.
Rex a tyranno in quo differat. 584.a.
Regnum Christi est regnum pacis & non belli. 64.b.
Regnum mundi incipit à magnatibus, regnum Christi à pauperibus. 369.a.
Regnum cœlorum quomodo cogitur à iustis. 379.b.
Regnum cœlorum multipliciter sumitur in sacra schriptura. 405.b. 407.b.
Responsum accõmodare solitus est Christus menti interrogantis non verbis. 514.a.
Reprehendi sunt qui errant. 577.b.
Relinquenda sunt omnia amore Dei. 521 a. Et sic faciunt sancti. 520.a
Relinquentes omnia propter Deum in hac vita centuplum accipient. 523.b.
Religiosi multi quare non consequuntur in hac vita præmium centuplum promissum relinquentibus omnia. 523.b.
Religiosi reprehenduntur, qui parentum occasione sæpius egrediuntur è monasterio. 398.b.
Respublica principis mores imitatur. 63.b
Resurrectionem cur probauerit Christus
ex

ex illo Exodi.3.Ego sum Deus Abrahã 616.b.
Ruth vocatur ab Esai.c.16.petra deserti.3.a
Rudes homines cur elegerit Christus ad Apostolatum.125.a.127.a.

S

SAcerdos grauius peccat laico cæteris paribus.118.b 571.a.
Sacerdos debet pro populo orare.295.b.
Sacerdos debet esse sapiens.454.b.
Sacerdos preditus est maxima dignitate. 322.a.
Sacerdos indignè accedens ad Christi cœnam grauiter reprehenditur.442.b.
Sacerdotis ignorantia maximã perniciem affert populo Dei.455.a.
Sacerdotum peccata quantum in nobis sit occultare debemus.561.a.
Sal in sacra scriptura quid significat.141.b
Salus nobis per Christum exhibita figurata fuit in ardenti rubo.31.b.
Salus extra ecclesiam non est.308.b.
Sanguinis fluxus assiduitatem peccandi significat.323.b.
Sanctitas ficta perniciosissima est.103.b.
Sancti solent cum deo loquuntur quasi de alijs loqui.99.b.
Sancti per omnia placent Deo.345.b.
Saluantur pauci & quare.553.a.135.b.
Saluantur plures intra Ecclesiam quàm cõdemnantur.560.a.
Satisfacere possumus pro aliorum peccatis. 310.a.
Scientiam & doctrinam nemo accipiat in in vacuum.190.a.
Scire quid nescias est grandis prudentia. 365.a.
Scire Deus dicitur quod nos vult nosse. 667.b.
Scandalum est duplex actiuum & passiuũ 492.a.
Scandalum generat in multis peccatoribus virtus.352.b.
Seruire mundo & non Deo grandis amentia est.258.b.
Seruire nemo potest Deo & diabolo.259.a
Seruus fidelis quis dicatur.687.b.
Sermo Dei est panis cœlestis.612.b.
Sermo vnumquenquè manifestat quis sit. 396.b.
Sensus plures literales potest habere vnus atquè idem locus.287.a.
Senes valde necessarij sunt in republica. 441.a.
Serui si delinquant causa dominorum etiã ipsi Domini in culpa sunt.442.a.
Sepultus quare Christus est inter latrones. 728.a.
Synagoga assistentia Dei gubernabatur.51.b
Sicut variè accipitur in scriptura.617.a.
Siclus valet quatuor argenteos nostri temporis.475.b.
Synedoche sæpius vtitur scriptura.387.b.
Spes commendatur.302.a.
Spem nostrã ponere debemus in Deo propter multa.318.b.
In spe quę sunt, iam facta appellat sacra scritura.305.b.
Spiritus absolutè dictus varia significat sacra scriptura.107.a.
Solus, cum in sacra scriptura vsurpatur in ordine ad creaturas sumitur.667.b.
Soli comparatur Christus & quare.455.b.
Subditos opprimere est grande peccatum. 96.a.

T

TAlenta Deus aufert à negligentibus. 83.b.
Talenta in sacra scriptura significant dona supernaturalia.685.b. Et gratias gratis datas.687.a.& mandata Dei.Ibidem.
Talentis à Deo acceptis quis abutitur. 447.b.
Tentandus nullomodo est Deus.124.a.
Tentari à diabolo quare voluit Chrs.114.a.
Ten

Tentari nos oportet si cœlum adire cupimus. 1 1 1. a.
Tentandi ansam sumit diabolus ex ipsis virtutibus. 120. b.
Tentationes si euadere cupimus Deus nobis inuocandus est. 1 1 3.
tentator merito vocatur diabolus. 1 1 9. a.
Tentari non permittit Deus nisi secundũ vires proprias. 1 10. b.
Tentacio pluries vincenda est. 1 1 3. b.
Tentacio diaboli omnium periculosissima. 1 1 5. a.
Tenebræ in sacra scriptura miseriam significant. 286.
Templo Dei maxima reuerentia debetur. 590. b.
Thesaurus absconditus est sensus scripturæ. 426. a.
Titulus crucis Christi magno Dei consilio factum est vt a Pilato non deleretur. 50. b.
Tyranni non vere regnant licet videantur regnare. 147. a.
Tyrãni similes sunt aquilis & quare. 432. b
Timor hominis ad Deum commendatur. 324. b.
Quod sit boñus contra hæreticos. 343. b.
Tolerantia Dei commendatur. 593. b.
Transmigratio Babylonis, in sacra scriptura sumitur pro exilio Hebræorum in Babylonem. 3. b.
Transmigratio hæc. 210. annis durauit. 7. a.
Transfigurando se ostendit Dominus se esse Deum & remuneratorem. 481. a.
Transfiguratus quare sit Christus. 481. b.
Transfiguratur nullus peccator sed defiguratur. 482. b.
Transfigurato Domino quare apparuerũt Moyses & Elias. 482. b.
Tributum quare Christus pro se solum & Petro soluerit, & non pro alijs Apostolis. 488. b.
Trinitas diuinarum personarum ex sacra scriptura cõprobatur. 745. b.
Tumultus vnde nascantur in ecclesia. 434. a.
Turba multa sæpe obstat quo minus properimus ad Christum. 311. a.

V

VErbum Dei victoriam adeptus est ex dracone. 10. a.
Verbum caro factum est propter peccatũ. 617. b.
Verbum in sacra scriptura quid significet. 474. b. 709. b.
Verbum substantiuum sum, es, fui, accipitur in scriptura pro significo, as. 330. a.
Verbum Dei variè appellatur in sacra scriptura. 409. a.
Verbum Dei seminandum est in cordibus 409. b.
Verbum Dei custodiendum est. 422. b.
Væ in sacra scriptura vox est execrantis. 350. b.
Vestis Christi quare non scissa est. 732. a.
Veli templi scissio quid significauit. 738. a.
Vespera in sacra scriptura accipitur pro nocte. 742. a.
Veritas hodie impugnatur. 433. b.
Vis Christi trahit ad se peccatores. 322. b
Visio Dei est essentiale præmium beatorũ. 529. b.
Videre Dei quid sit. 322. b.
Virtutes veram amplitudinem pariunt. 421. a.
Virtutis specimen solum habere non sufficit. 684. a.
Virtus nulla est tam eximia quam mali nõ vitio vertant. 370. a.
Virginitas est thesauro absconditus in corpore. 426. b.
Virginum vita cœlesti similis est. 427. a.
Virginitas commendatur. 638. b.
Vitam alienam nimium abhorrentes graui pœna puniuntur a Deo. 445. b.

Vita

vexillo Exodi.3.Ego sum Deus Abrahã 616.b.
Ruth vocatur ab Esai.c.16.petra deserti.3.a
Rudes homines cur elegerit Christus ad Apostolatum.125.a.127.a.

S

SAcerdos grauius peccat laico cæteris paribus.118.b.571.a.
Sacerdos debet pro populo orare.295.b.
Sacerdos debet esse sapiens.454.b.
Sacerdos preditus est maxima dignitate. 322.a.
Sacerdos indignè accedens ad Christi cœnam grauiter reprehenditur.442.b.
Sacerdotis ignorantia maximā perniciem affert populo Dei.455.a.
Sacerdotum peccata quantum in nobis sit occultare debemus.561.a.
Sal in sacra scriptura quid significat.141.b
Salus nobis per Christum exhibita figurata fuit in ardenti rubo.31.b.
Salus extra ecclesiam non est.308.b.
Sanguinis fluxus assiduitatem peccandi significat.323.b.
Sanctitas ficta perniciosissima est.103.b.
Sancti solent cum de se loquuntur quasi de alijs loqui.99.b.
Sancti per omnia placent Deo.345.b.
Saluantur pauci & quare.553.a.535.b.
Saluantur plures intra Ecclesiam quàm cō demnantur.560.a.
Satisfacere possumus pro aliorum peccatis. 310.a.
Scientiam & doctrinam nemo accipiat in in vacuum.190.a.
Scire quid nescias est grandis prudentia. 365.a.
Scire Deus dicitur quod nos vult nosse. 667.b.
Scandalum est duplex actiuum & passiuū 492.a.
Scandalum generat in multis peccatoribus virtus.352.b.
Seruire mundo & non Deo grandis amentia est.258.b.
Seruire nemo potest Deo & diabolo.259.a
Seruus fidelis quis dicetur.687.b.
Sermo Dei est panis cœlestis.612.b.
Sermo vnumquenquè manifestat quis sit. 396.b.
Sensus plures literales potest habere vnus atquè idem locus.287.a.
Senes valde necessarij sunt in republica. 441.a.
Serui si delinquant causa dominorum etiā ipsi Domini in culpa sunt.442.a.
Sepultus quare Christus est inter latrones. 728.a.
Synagoga assistentia Dei gubernabatur.51.b
Sicut variè accipitur in scriptura.617.a.
Siclus valet quatuor argenteos nostri temporis.475.b.
Synecdoche sæpius vtitur scriptura.387.b.
Spes commendatur.302.a.
Spem nostrā ponere debemus in Deo propter multa.318.b.
In spe quę sunt, iam facta appellat sacra scriptura.305.b.
Spiritus absolutè dictus varia significat sacra scriptura.107.a.
Solus, cum in sacra scriptura vsurpatur in ordine ad creaturas sumitur.667.b.
Soli comparatur Christus & quare.455.b.
Subditos opprimere est grande peccatum. 96.a.

T

TAlenta Deus aufert à negligentibus. 83.b.
Talenta in sacra scriptura significant dona supernaturalia.685.b. Et gratias gratis datas.687.a.& mandata Dei.Ibidem.
Talentis à Deo acceptis quis abutitur. 447.b.
Tentandus nullomodo est Deus.124.a.
Tentari à diabolo quare voluit Chris.114.a.

Ten

Tentari nos oportet si cœlum adire cupimus. 1 1 1. a.
Tentandi ansam sumit diabolus ex ipsis virtutibus. 1 10. b.
Tentationes si euadere cupimus Deus nobis inuocandus est. 1 1 3.
tentator merito vocatur diabolus. 1 1 9. a.
Tentari non permittit Deus nisi secundũ vires propias. 1 1 0. b.
Tentacio pluries vincẽnda est. 1 1 3. b.
Tentacio diaboli omnium periculosissima. 1 1 5. a.
Tenebræ in sacra scriptura miseriam significant. 286.
Templo Dei maxima reuerentia debetur. 590. b.
Thesaurus absconditus est sensus scripturæ. 426. a.
Titulus crucis Christi magno Dei consilio factum est vt a Pilato non deleretur. 50. b.
Tyranni non vere regnant licet videantur regnare. 147. a.
Tyrãni similes sunt aquilis & quare. 432. b
Timor hominis ad Deum commendatur 324. b.
Quod sit bonus contra hæreticos. 343. b.
Tolerantia Dei commendatur. 593. b.
Transmigratio Babylonis, in sacra scriptura sumitur pro exilio Hebræorum in Babylonem. 3. b.
Transmigratio hæc. 2 1 0. annis durauit. 7. a.
Transfigurando se ostendit Dominus se esse Deum & remuneratorem. 48 1. a.
Transfiguratus quare sit Christus. 481. b.
Transfiguratur nullus peccator sed defiguratur. 482. b.
Transfigurato Domino quare apparuerũt Moyses & Elias. 482. b.
Tributum quare Christus pro se solum & Petro soluerit, & non pro alijs Apostolis. 488. b.
Trinitas diuinarum personarum ex sacra scriptura cõprobatur. 745. b.
Tumultus vnde nascantur in ecclesia. 434. a.
Turba multa sæpe obstat quo minus properimus ad Christum. 3 1 1. a.

V

Verbum Dei victoriam adeptus est ex dracone. 1 0. a.
Verbum caro factum est propter peccatũ 617. b.
Verbum in sacra scriptura quid significet. 474. b. 1 0 9. b.
Verbum substantiuum sum, es, fui, accipitur in scriptura pro significo, as. 330. a.
Verbum Dei variè appellatur in sacra scriptura. 409. a.
Verbum Dei seminandum est in cordibus 409. b.
Verbum Dei custodiendum est. 422. b.
Væ in sacra scriptura vox est execrantis. 350. b.
Vestis Christi quare non scissa est. 732. a.
Veli templi scissio quid significauit. 738. a.
Vespera in sacra scriptura accipitur pro nocte. 742. a.
Veritas hodie impugnatur. 433. b.
Vis Christi trahit ad se peccatores. 322. b
Visio Dei est essentiale præmium beatorũ. 529. b.
Videre Dei quid sit. 322. b.
Virtutes veram amplitudinem pariunt. 421. a.
Virtutis specimen solum habere non sufficit. 684. a.
Virtus nulla est tan eximia quam mali nõ vitio vertant. 370. a.
Virginitas est thesauro absconditus in corpore. 426. b.
Virginum vita cœlesti similis est. 427. a.
Virginitas commendatur. 638. b.
Vitam alienam nimium abhorrentes graui pœna puniuntur a Deo. 443. b.

Vita

Vita contemplatiua commendatur. 484.b
Via Dei facilis est. 132.a.
Viæ hominis duæ sunt vitæ & interitus. 20.b.
Viæ hominum peccata sunt. 102.b.
Vigilare solent homines propter multa. 677.a.
Voluntas pro facto reputatur in sacra scriptura. 36.a.
Voluntas est radix omnium malorum. 625.a.
Voluntas diuina multum distat ab humana. 149.a.
Vocatus venit ad Christum omnis qui venit. 626.b.
Vocantur homines à Deo multis modis. 328.a.
Vox Dei auribus animæ se ingerit. 731.a
Vsurarij alij sunt prudentes alij stulti. 523.a.
Vt, aliquando in sacra scriptura non causã dicit sed consequutionem effectus. 419.a
Ad vulgi opinionem loquitur aliquando sacra scriptura. 305.b. 331.b.
Vxorum fama necnon quarũcũque fœminarum maxima cura custodienda est. 16.b.
Vxorum vitia non sunt à maritis propalãda. 20.a.

Z

Zelotypia affecti acriter reprehenduntur. 20.a.

FINIS.